This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`




HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
Andover-Harvard
Theological Library

Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB *ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III* (*ANNO* 1216) *PRO LATINIS ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA* (*ANNO* 1439) *PRO GRÆCIS FLORUERUNT* :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA; DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS; AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE ; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXII.

CONSTANTINUS PORPHYROGENITUS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE, SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 208.

1897

BR
60
.M38
t.112

Clichy. — Ex typis PAUL DUPONT, 12, viâ dictâ Bac-d'Asnières. 65.10.97.

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X. ANNUS 959.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ,

ΤΟΥ ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SAPIENTISSIMI IMPERATORIS

CONSTANTINI

PORPHYROGENITI

SCRIPTA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA;

ACCEDUNT;

ROMANI JUNIORIS IMP. AUREA BULLA PRO MONASTERIO XEROPOTAMI IN MONTE ATHO; THEODOSII DIACONI ACROASES QUINQUE DE EXPUGNATIONE CRETÆ; S. NICONIS ARMENI MONACHI ACTA AB ABBATE MONASTERII S. NICONIS ANNO MCL SCRIPTA.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri Universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PHILADELPHIA
Divinity School

TOMUS PRIOR.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE, SUCCESSORES,

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 208.

1897

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXII CONTINENTUR

CONSTANTINUS PORPHYROGENITUS.

Editorum Patrologiæ Præfatio.	col.	9
J. A. Fabricii Notitia Scriptorum Constantini Porphyrogeniti.		11
De Cerimoniis aulæ Byzantinæ libri duo, e recensione Joan. Jac. Reiskii, cum ejusdem Commentariis.		33
J. J. Reiskii Præfatio.		33
Joan. Henrici Leichii Commentatio de Vita et Rebus gestis Constantini Porphyrogeniti.		45
De Cerimoniis aulæ Byzantinæ liber primus.		71
De iisdem Cerimoniis liber secundus.		965

ANNIBALIANA
JOANNIS VIVIANI

EDITORUM PATROLOGIÆ PRÆFATIO.

A pueritia in litteris sacris et profanis institutus Constantinus Porphyrogennetus, Leonis Sapientis filius et alumnus, plura quam pater edidit volumina, quibus summa ejus eruditio et ingens litterarum amor mirifice elucescunt. Major tamen scriptorum ejus pars circa argumenta profana versatur; minor pars argumenta ordinis moralis vel sacri tractat.

Odaria catanuctia, quæ in usum Ecclesiæ composuit, jam edidimus cum scriptis liturgicis patris ejus, *Patrologiæ* tomo CVII, pag. 299.

Homiliam de translatione reliquiarum sancti Joannis Chrysostomi, quam exstare asserit Allatius, *De Symeonum scriptis*, p. 111, præ manibus non habemus.

Habemus autem homiliam ejus *De translatione imaginis Edessenæ*, a Combefisio editam in *Manip. rerum Constantinop.* Hanc a Constantino Porphyrogenneto scriptam fuisse dubitarunt nonnulli, qui eam uni ex successoribus Constantini tribuendam esse existimarunt. At perperam. Ex historia enim Constantinopolitana constat imaginem Edessenam anno Domini 944 Constantinopolim fuisse translatam, et homiliam hac occasione recitatam ab imperatore CP. fuisse compositam. Porro anno 944 nullus imperator CP. regnabat præter Constantinum; ipse igitur, et non alius, hujus homiliæ auctor habendus est.

Novellæ Constitutiones Constantini, fere omnes, argumenti sacri seu ecclesiastici sunt; ac proinde hic repetendæ fuerunt. Prima vocatur a Græcis *Tomus Unionis*, quia finem imposuit schismati in clero orientali exorto ob quartas nuptias Leonis Sapientis. In opere *De cerimoniis aulæ Byzantinæ*, lib. I, capite 36, leguntur *Observanda in processione unionis Ecclesiæ, seu quando Tomus unionis Ecclesiæ prælegitur*; ex quibus colligere licet festum anniversarium illius unionis olim CP. fuisse celebratum.

Opus hoc *De cerimoniis aulæ CP.* multo ex capite ad elucidandam historiam ecclesiasticam orientalem et statum Ecclesiæ civilem in Oriente inservit. Constat enim antiquis et novis documentis, diligenter collectis, quibus descrinuntur utriusque potestatis jura, officia et munera. Ex eo apparet patriarcham CP. primum post imperatorem locum in toto imperio occupasse; ac sæpe sæpius res civiles administrasse, non secus ac imperator res ecclesiasticas moderari audebat. In multis imperator se, ut filius Ecclesiæ obsequentissimus, auctoritati patriarchæ subjiciebat; sed pariter patriarcha CP. ut subditus imperatoris devotissimus sese gerere solebat. In publicis tamen aulæ cerimoniis ejusdem fere auctoritatis et dignitatis esse videbantur.

Attamen Romanus Pontifex, illa adhuc ætate, nempe post schisma Photianum, ut primus patriarcha et caput totius Ecclesiæ tractabatur. Ipse solus ab imperatore *Pater spiritualis* ipsius appellabatur, quo nomine nullus patriarcha præter ipsum colebatur, ut videre est in formulis scribendi ad patriarchas, quibus utebantur imperatores Constantinopolitani, et quas Constantinus Porphyrogennetus collegit in opere *De ceremoniis aulæ Byzantinæ*, lib. II, cap. 48.

Ibidem describuntur non tantum cerimoniæ in posterum adhibendæ, sed etiam eæ quæ aliquando adhibitæ fuerunt, quando principes extranei civitatem CP. visitarunt. Ita, exempli gratia, legimus ibidem quibus ritibus recepta est ab imperatore celeberrima Russiæ principissa Olga, quæ initio sæculi X Constantinopolim venit, et paulo post Russorum conversionem ad fidem Christianam præparavit.

Constantini porphyrogenneti jussu compositum est etiam Compendium legum civilium et ecclesiasticarum, ex quo jura Ecclesiæ et fata ejus in Imperio Orientali cognoscuntur.

Præter Vitam patris sui Leonis et avi sui Basilii Macedonis, Constantinus scripsit Historiam veterum regnorum, vel potius collegit Excerpta historica scriptorum antiquorum quorum specimen exhibet D. Card. A. Mai in *Scriptorum veterum nov. collect.* l. II, pag. 1, et in præf., quæque plurima fragmenta scriptorum deperditorum nuper suppedi-

1379

tarunt. Sed quia hæc nulla ratione cum historia sacra cohærent aut ad religionem spectant, hic prætermittenda fuerunt.

Opuscula *De Thematibus*, et *De provinciis imperii CP.*, necnon *De administrando imperio*, definiendæ geographiæ sacræ non parum conferunt.

Scripta de re medica, de hippiatrice et de geoponia quæ vel ipse composuit vel a doctis viris componi jussit Constantinus, non sunt hujus loci. Attamen innotescent lectoribus nostris ex Notitia scriptorum hujus auctoris quam tradidit J. A. Fabricius in *Bibliotheca sua Græca* et quam nos operibus Constantini præmittimus.

J.-B. M.

B.***** 3 Aprilis 1861,

JOAN. ALBERTI FABRICII

NOTITIA

SCRIPTORUM CONSTANTINI PORPHYROGENITI.

(*Bibliotheca Græca* ed. Harles, tom. VIII, p. 1.)

—

De *Vita Basilii Macedonis*, quam nepos ejus imperator, doctrinæ omnis cultor instauratorque locupletissimus, Constantinus Porphyrogennetus, Leonis Sapientis filius, scripsit, dixi hoc libro et cap. p. 349. [Vol. VI ed. vet., Vol. VII, p. 681, sq. huj. ed. (1)] Nunc cætera ejus scripta recensere juvat: nam quæ de imperatore ipso, qui ab 6 Jun. a. 912 sub tutoribus vel cum matre Zoe, aut Romano, socero, et ab a. 946 ad 959 solus præfuit, dicenda sunt, ex annalium sæculi decimi scriptoribus rectius lector petet, sive veteres illi sint Zonaras, Cedrenus, Glycas aliique, et continuatores Theophanis, Simeon Magister, Georgius monachus, Leo grammaticus, Joan. Scylitzes, etc., sive recentiores, Baronius, Spondanus, Antonius Pagi, etc., et qui de imperatoribus copiosos commentarios edidere, Joan. Cuspinianus, etc., et qui Constantini hujus Vitam singulariter composuit, Martinus Hanckius, *De scriptoribus hist. Byz.* lib. I, cap. 25, p. 461-478. Fabr. — Item J. H. Leichius *De vita et rebus gestis Constantini Porphyrogen.* Lipsiæ, 1746, 4, et præf. ad libr. *De cerimon. Byzant.*; C. Oudin. *Comm. de scriptor eccl.* tom. II, pag. 421 sq.; Hamberger. *Z. N.* III, p. 686 sqq.; Saxius in *Onom.* II, p. 142 sqq., et ego in *Introd. in hist. L. Gr.* II, part., I, pag. 477 sq. plura collegi. Harl.

1. Exstant igitur ejus ad filium, Romanum (a quo deinde veneno impie sublatus est), *De administrando imperio liber* scriptus (ex parte [*a*] saltem) a. 6457 (Christi 949), indictione septima, et a. 6460 (Christi 952), indictione decima. Hunc primus e codice Palatino, qui prius Baptistæ Egnatii fuit, edidit Joannes Meursius cum versione sua et castigationibus, Lugd. Bat. 1610, 8; deinde aliis Constantini hujus scriptis præmissum Lugd. Bat. 1617, 8 (*b*). Novissime eumdem librum recudi curavit Anselmus Bandurius tomo priore *Imperii Orientalis*, addita versione, passim a se interpolata et emendata, suppletisque in ea inte-

NOTÆ.

(*a*) Cap. 27, Εἰσὶ δὲ μέχρις τῆς σήμερον, ἥτις ἐστὶν ἰνδικτιῶν ἑβδόμη, ἔτη ἀπὸ κτίσεως κόσμου ϛυνζ', ἀθ' οὗ ἐμερίσθη ἡ Λογγοβαρδία, ἔτη ς; et cap. 45: Μέχρι τῆς σήμερον, ἥτις ἐστὶν ἰνδικτιῶν ι', ἔτη ἀπὸ κτίσεως κόσμου ϛυξ', ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμάνου τῶν Φιλοχρίστων καὶ Πορφυρογεννήτων βασιλέων Ῥωμαίων. *Romanum* intellige, non socerum Constantini, sed filium, illum ipsum cui liber inscribitur, πρὸσ τὸν ἴδιον υἱὸν Ῥωμανὸν τόν Θεοσοφῆ καὶ Πορφυρογέννητον βασιλέα. De Porphyrogenneti elogio videndus præter Cangium et alios Seldenus lib. I *De titulis honorum*, cap. 5; Gisbertus Cuperus libro quarto *Observationum*, cap. 4.

(*b*) Inscriptio libri hæc est: *Constantini Porphyrogenneti Opera, in quibus Tactica nunc primum prodeunt, Jo. Meursius collegit, conjunxit, edidit. Lugduni Batav. ex off. Elzevir.* 1617, 8. Insunt opuscula 1) *De administrando imperio*, etc. 2) *De thematibus imperii.* 3) *Tactica*, 4) *Novellæ Constitutt. XVII.* — Recusa in Jo. Meursii Opp. edit. Lamii, tom. VI, pag, 921 sqq.; sed additæ sunt tantummodo Meursii notæ, omissis reliquorum adnotat. Ejusdem Meursii versio libri *De administrando imperio* separatim edita est; contra e regione textus Gr. versio Banduri posita. *Tacticis* addita est versio Lamii, qui etiam adjecit Constantini Porph. *Strategicon* cum sua versione Lat. V. Hamberg. l. c. — Codices libri *De administrando imperio* sunt in bibl. publ. Paris. codd. 2009, n. 3, 2967, n. 1, et alius, sec. indicem. — Meursii edit. a. 1617 cum codd. collata, et aliud exemplar cum not. mss. Thomæ Broun atque Isaaci Vossii, exstant in bibl. Leid. Vid. catalog. illius bibl., pag. 243. Harl.

(1) Vide Fabricii recensionem Scriptorum post Theophanem, tomo *Patrologiæ* nostræ CIX præmissam. Edit.

gris capitibus 23 et 24, de Iberia et Hispania, quæ utpote nimis corrupta interpretari Meursius non fuerat aggressus. Græca Bandurius castigavit ex ms., membranaceo bibl. Regiæ 2661, scripto annis abhinc quingentis, cujus ope quam plurimas mendas sustulit, eruditas et copiosas addidit notas, præmisitque tabulam geographicam imperii Orientalis, concinnatam a geographo celeberrimo, Guillelmo Insulano (*de l'Isle*), qua facies ejusdem, qualis fuit sub Constantino Porphyrogenneto et ejus prædecessoribus, apte repræsentatur.

2. *Tactica* sive βιβλίον Ταχτικὸν, τάξιν περιέχον τῶν κατὰ θάλατταν καὶ γῆν μαχομένων, *liber Tacticus. mari terraque pugnantium ordinationem continens,* primus edidit, sed Græce tantum et castigationibus suis illustravit idem Jo. Meursius ex codice bibl. Palatinæ, cum aliis Constantini, quæ jam recenseo. scriptis, Ludg. Bat. 1617, 8. [V. ad n. 1.] Palatinus ille codex descriptus fuit e Vindobonensi, de quo Lambecius VII, pag. 201 (*c*). In codice Veronensi, quem Latine vertit Scipio Maffeius, tribuitur Constantino, Romani imp. filio, qui præfuit ab A. C. 976 ad 1028. FABR. — Constantino, Romani filio, libellus ille De apparatu bellico tam terra quam mari, tribuitur quoque in cod. Augustano Vindel., teste Reisero in catal. p. 67 fin. HARL.

3. Περὶ θεμάτων. *De thematibus* (*d*) *imperii orientalis et occidentalis libri II.* Ex his librum priorem de thematibus imperii orientalis primus e codice Thom. Clementis, Angli, medici Mechliniensis, edidit et versionem suam notasque addidit Bonav. Vulcanius, Lugd. Bat. 1588, 8, apud Franciscum Raphelengium. Librum posteriorem de thematibus Occidentis sive Europæ, quem et ipse editurum se Vulcanius receperat in notis ad Agathiam, p. 4, primus Fed. Morellus vulgavit cum versione sua notisque Paris. 1609, 8. Utramque Vulcanii et Morelli editionem Meursius conjunxit et, ut vidimus, cæteris Constantini scriptis addidit Lugd. Bat. 1617, 8. Novissime hos duos libros Anselmus Bandurius, paulo ante mihi laudatus, ex codice regis Galliæ 2431 (*e*) in charta bombycina, ante annos 500 exarato, castigavit, versionem novam, sive ex veteri plurimum interpolatam, adjunxit, præmisitque Guilelmi Insulani tabulam geographicam, quæ imperium Cpolitanum, quale ab Heraclii ævo fuit, per θέματα digestum exhibet. Prodiit Bandurii *Imperium orientale*, cujus tomo priore libri Constantini Porphyrog., ut posteriore editoris notæ continentur, Paris. 1711, fol [Rec. Venetiis 1729, 2 voll. fol.] Non minus in his duobus libellis pulchram provinciarum et populorum, qui imperio Cpolitano parebant, notitiam, eorumque origines et antiquitates Constantinus complectitur, quam libro *De administrando imperio* de aliis, etiam gentibus, quæ adjuvare illud vel lædere bello atque infestare possent, quemadmodum et earum origines mores et instituta pacis bellique exponit; unde non immerito librum illum tanquam thesaurum, servare se scripsit Egnatius (*f*), cujus codex ms. deinde pervenit in bibl. Palatinam, ex quo ipso codice librum *De administrando imperio* Meursius vulgasse se testatur.

NOTÆ

(*c*) Pag. 429 ed. Kollarii, in cod. 111, n. 5. — Leidæ in bibl. publ. inter codd. Vossianos, Constantini imp. Στρατηγικὸν περὶ ἐθνῶν διαφόρων ἐθνῶν. Ibid. inter adversaria Vossiana, Constantini Porphyrog. Tactica naumachica. (V. cat. bibl. Leid., pag. 393, n. 35, et p. 400, n. 11.) — Paris. in bibl. publ. cod. 2530. 1) Tactica de navalis praticique belli strategematibus; atque confector calal. tom. II. p. 516 *sq.*, adnotat, liquido constare, capite 19 Leonis *imper. tactic.* Περὶ ναυμαχίας cum hisce tacticis collato, Constantinum imp. nihil aliud egisse, nisi ut Leonis sermonem paulo elegantiorem ad usum vulgi rudis gregariique militis accommodaret. — 2) Ejusdem præcepta et monita imperatoris servanda, ex antiquis collecta, et capitibus 120 distincta. V. Leonis Tactica, cap. 20 — 3) Idem de terrestri copiarum ductu et militum cura. — Constant. *Stategicon* sive fragmentum illius a Lamio e cod. Mediceo inter Opp. Meursii tom. VI, p. 1409, esse editum, paulo ante notavimus. Atque de cod. illo Med. 5, qui continet collectionem tacticorum auctorum uberrimam, et n. 29, Const. *Strategicon*, plut. 55. v. Bandin. Cat. codd. Gr. II, pag. 218 sqq. Add. supra, vol. IV, pag. 210. HARL.

(*d*) Θέματα veluti *imposita* præsidia. vocatæ sunt legiones militum. Hinc eodem nomine denotatæ sunt provinciæ ipsæ, in quibus legiones in præsidiis locatæ fuerunt. Atque eo sensu vocabulum istud Constantinus accipit etiam in libro *De administrando imperio*, ut c. 27, Περὶ τοῦ θέματος Λογγοβαρδίας.

(*e*) In cat. codd. Paris., tom. II, numeratur cod. 854, et dicitur exaratus sæc. XIII. Codicis Veneti nulla fit mentio in cat. codd. Græc. Ven. Marc. — Leidæ in bibl. acad. inter. codd. Scalegerian. varietas lectionum in thematibus Orientis. *Philoponema Constantini filii Leonis.* — Ibid. inter codd. Bonavent. Vulcanii, *Constant. Porphyr. de Thematibus*, quo exemplari usi fuerunt typothecæ; ejusdem *Notitia thematum Orientis*; manu Bon. Vulcan. scripta. — Ejusdem De thematibus, fragm. V. cat. bibl. Leid. p. 341, n. 39 pag. 344, n. 7, et 346 fin. HARL.

(*f*) Jo. Baptista Egnatius, Venetus, libro II *De principibus Romanis*, ubi de Constantino Porphyrogenneto: *Hic, a litteris optimisque disciplinis non abhorrens, quas pene exstinctas ab interitu vindicavit, librum Romano filio reliquit, in quo summam totius imperii, sociorum omnium fœdera, hostium vires, rationes, consilia explicuit, quem nos in bibliotheca nostra, tanquam thesaurum, servamus, in quo multa de Venetis etiam ipse disserit.* Aliud exemplar hujus libri ms. quod in bibliotheca reip. Venetæ diligentissime custodiri memorat Gyraldus dialogo v *De poetis*, pag. 282, *Hujus Constantini liber ille celebratus est, quem moriens Romano filio reliquit, in quo summam totius, imperii, sociorum fœdera, hostium vires, quæ et quantæ essent, aliaque omnia ad imperium spectantia, complexus est, quem librum hodie Venetorum resp. in sua peculiari bibliotheca diligentissime custodiri facit.* Codicem regis Galliæ, quo usus Bandurius laudavit Casaubonus præf. Polybio præmissa ad Henricum IV: *Servatur in locupletissima illa tua, Domine, et vere regia bibliotheca, Constantini Augusti Porphyrogenneti liber... Dignum opus quod Majestatis Tuæ jussu publicam aliquando lucem aspiciat.* Vide ibi, si placet, plura in ejus libri commendationem.

4. *Novellæ Constitutiones XIII*, cum versione et castigationibus Jo. Leunclavii ex ejus *Jure Græco-Romano*, tom. I, lib. II, pag. 103 sq., et tom II, in libro Novellarum, pag. 129 seq. Francof. 1596, fol,: 1. *De alienatione fundorum*, cujus constitutionis, Cedreno etiam memoratæ, duo exempla, paululum diversa, una cum synopsi ejus, a Mich. Attaliata composita, afferuntur: 2. *De potentibus, in prædia pauperum* (*b*) *succedentibus*; 3. *De militibus*; 4. *De restitutione pretii militarium prædiorum*; 5. *De fuga mancipiorum*, hujusque novellæ argumentum; 6. *De non deserendo judicio ab iis qui actionem instituunt*, et *de his qui ad tres menses vel annum absunt*. 7. *De eo quod judices civiles nihil accipere debeant*; 8. *De sportulis*, περὶ ἐκταγιατικῶν. 9. *De consuetudinibus*. 10. *De testamentis aperiendis*; 11. *De consuetudinibus scribæ*; 12. *De his qui cædes committunt gladio, vel magnis fustibus, vel lapidibus, idque consulto*, 13. *De secundis*; *tertiis et quartis nuptiis*. Duodecimam constitutionem ediderat etiam, sed capite mutilam. Enimundus Bonefidius in *Juris orientalis* libro. I. pag. 19 (Paris. 1573, 8), quem vide etiam p. 15, ubi de alia Constantini hujus constitutione περὶ τοῦ ἀναθεματίζεσθαι τοὺς ἀποστάτας καὶ μοναχαρίους. Constitutio 15, Περὶ πολυγάμων, adversus quartas nuptias, eodem loco legitur pag. 16 sq. Fabr. — In quibusdam codd. bibl. Laur. Med. Florent. sunt Constant. Porphyr. Novellæ, leges atque constitutiones, quas singulas, in illis obvias, enumerat ac recenset Bandin. in Cat. codd. Gr. Medic. tom. I, p. 530, cod. 12, n. 2 et 4, ubi sunt illius novellæ 11 in compendium redactæ. — Tom III, pag. p. 182. cod 6, n. 16. plut. 80. — Pag. 186, n. I, et 188 sq. n. 4-10, cod. 7, plut. 80, pag. 194 sqq. plures novellæ in cod. 10 qui continet librum legum. — Venetiis in bibl. D. Marci cod, 173, Const. Porphyr. Novellæ 12, quarum principia posuit auctor Catal. codd. Gr. Ven. pag. 101. Ibid. pag. 104 de codd. 180 et 181, ac pag. 305 de cod. 579, qui continent eclogam legum Basilii, Leonis et Constantini, impp.; primo cod, inest Const. Porph. novella de prælatione. — Vindobonæ in bibl. Cæsarea cod. 53, n. 15, Const. Porphyr. argumentum tomi unitionis Ecclesiæ in causa quartarum nuptiarum, etc. V. Lambec. Comm. VIII, p. 1009. Add. p. 938 sq. — Cod. 6. novella de alienatione feudorum, etc. V. Kollar. not. ad Lambecii Comm. VI, part. I, p. 53. — Aliæ ibid. p. 10 sq. in cod. 2, n. 2 et 4. — Pag. 36. in cod. 3, n. 11, 19 et 23. — In cod. 45, n. 25, novella 2 de iis qui consulto cædes perpetrant, etc. V Kollar. Suppl. ad Lambecii Comm., p. 237 sq. — Paris. in bibl. publ. codd. tredecim, modo 11 novellæ illarumve epitome modo aliquot, modo Leonis, Constantini et Basilii epitome juris, in 40 titulos divisa. Vid ind. ad vol. II Cat. Paris., voc. *Constant. Porphyrog.* — In cod. Escorial. Constant. Porphyr. et aliorum impp. novellæ. teste Pluero in *Itiner. per Hispan.*, p. 163. — Novella in cod. Uffenbach., nunc Lipsiensi, de quo plura leges in Maii *Bibl. Uffenb. msta*, part. II, col. 527. Harl.

Hisce in Meursiana Constantini opusculorum editione Lugd. 1617, 8, (post p. 252) *constitutiones novellæ* quatuor subjiciuntur, quas e codicibus regiis edidit auctiores melioresque Carolus Labbeus cum nova versione et castigationibus inter suas impp. Novellas constitutt. X. Paris. 1606, 8: 1. Περὶ στρατιωτικῶν, *de militaribus fundis, quam dictavit Theodorus*, patricius et quæstor decapolitanus: 2. *De fundis Armenicis aliorum et homicidarum*; 3. *De sportulis, de aperiendis testamentis, et de eo, quod certus ac definitus consuetudinum modus esse debeat* (hanc dictavit Theophilus, patricius et quæstor; 4. *De sportulis, qua abrogatur superior constitutio*, permittens judicibus et scribæ sportulas accipere. Hanc dictavit Theodosius (idem qui ante *Theodorus*), patricius et quæstor decapolitanus.

5. Leonis sapientis et Constantini filii ejus, Ἐκλογὴ τῶν νόμων, *Delectus legum compendiarius* ex ms. Palatino et Jo. Sambuci descriptus, et cum Latina Leunclavii versione editus in jam laudato ejus *Jure Græco-Romano*, tom. II, pag. 79-134. Numerus anni, quo publicatus hic delectus fuit, corruptus est, et pro ϛηµζ′ legendum ϛεµζ, qui respondet anno Christi 939, quo Constantinus delectum legum, a patre Leone fieri cœptum, promulgare potuit. Fabric. Vindobonæ in cod. 2, n. 2 et 13. — cod. 8. V. Lambecii Comment. VI, part. I, pag. 25, 32, 38 et 74 sq. — In cod. quondam Uffenbach., nunc Lipsiensi, qui quondam pertinuit ad Cuperum, et quem copiose recensuit J. H. Maius in *Bibl. Uffenbach. mss.*, part. II, p. 522 sqq. qui titulorum 40 indicem Græce cum sua vers. Lat. publicavit. Præfationem, a Gottfr. Mascovio Latine versam, adjecit Puttmann Memoriæ Gottfr. Mascovii, Lips. 1771, 8, p. 121 sqq. V. quoque pag. 87 sq., et confer D. Casp. Achatii Beck *De novellis Leonis*: etc., ed. D. Car. Frid. Zepernick, Halæ 1779, 8, pag. 20, et p. 25. Zepern. in not. atque hunc imprimis in prætermissis, p. 228 sqq. De cognomine Porphyrogenneti, anno quo natus est, scil. a. Chr. 905, vitaque et p. 373 sqq., præcipue p. 376 sqq., *De ecloga legum Leonis et Constantini*, de codd. mss., de ordine, partitione, indice, etc., docte agitur. Harl.

De *Basilicis*, Basilii Macedonis et Leonis Sapientis auspicio digestis, et a Constantino Porphyrogenneto recognitis, præclare Jos. Maria Suaresius, episcopus Vasionensis in *Notitia Basilicorum* ad Urbanum VIII, pontificem maximum: « Libri Βασιλικῶν in sex τεύχη seu volumina distincti sunt, indeque dicti ἑξάβιβλος, et in libros sexaginta subdivisi, indeque ἑξηκοντάβιβλος nuncupati. Imperator Basilius Macedo (*h*) primus illis manum admovit, ut Cedrenus asserit: ideoque Leo Sophus eidem Basilio

NOTÆ

(*g*) Meminit Codinus *Orig. CPol.*, n. 157, edit. Lambecii.

(*h*) Constantinus Porphyrog. in Vita Basilii Macedonis, p. 66. inter scriptores post Theophanem: Εὑρὼν δὲ καὶ τοὺς πολιτικοὺς νόμους πολλὴν ἀσάφειαν καὶ σύγχυσιν ἐχοντας διὰ τὴν ἀγαθῶν ὥσπερ καὶ

patri suo libros hosce tribuit novella 81 (*i*), teste Cujacio, cap. 31, lib. XVII *Observationum juris*, et plerique Basilium Βασιλικῶν auctorem esse crediderunt, in quibus fuit et Franciscus Balduinus. Ipse Basilius in præfatione Ἐπαναγωγῆς, cujus initium, Τὸ ἀξίωμα, narrat, ut τὰ ἐν πλάτει κείμενα πάντα, seu Διατάξεις βασιλικὰς in libros quadraginta (tribuit sexaginta Cujacius) digesserit, tum ex illis repurgatis epitomen in titulos quadraginta distributam expresserit, sive πρόχειρον. Idem in proœmio Ἐκλογῆς incipiente. Ὁ δεσπότης, remittit studiosos ad ἀνακάθαρσιν τοῦ πλάτους, quam confecerat.

« Etenim Basilius idem Macedo cum filiis suis Leone et Constantino, sive Alexandro πρόχειρον edidit τῶν νόμων (*j*), quod titulis quadraginta seu sexaginta constabat, et exstabat modo sub Leonis imperatoris; modo Leonis et Alexandri, sive Constantini; modo Basilii, Leonis et Constantini nominibus, et diversis præfationibus in bibliotheca Palatina, ut adnotavit Marquardus Frehens in *Chronologia juris*; at nunc reperitur in Vaticana in codice Palatino signato numero 223, cui titulus est : Ἐπαναγωγὴ τοῦ σὺν Θεῷ ἐμφανεστέρου ὑπὸ Βασιλείου, καὶ Λέοντος, καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν βασιλέων, cujus præfatio incipit. Τὸ ἀξίωμα, et in quo tituli quadraginta continentur. Eodem in codice aliud est inscriptum, Ἐκλογὴ τῶν νόμων καὶ ἐπιδιορθωσις ἐκτεθεῖσα ἀπὸ κτίσεως κόσμου, ἔτει ,ςτμξ', hoc est 6347, a Christo nato 838. τῷ μηνὶ Μαρτίῳ, ἰνδικτ. θ', præfixis nominibus Leonis et Constantini cujus proœmium inchoatur a voce Ὁ Δεσπότης. est vero simillimum illi quod editum fuit a Leunclavio tomo II *Juris Græco-Romani* (*k*) ex membranis Sambuci cum præfatione deprompta e codice bibliothecæ Palatinæ septemviralis, isto, ut opinor, in quo cum sint quadraginta duo tituli, tamen in edito viginti octo tantum leguntur. Præterea in Vaticanæ codice notato numero 856 videre est, ἐκλογὴν cum eadem epigraphe, nisi quod *Basilii quoque* nomen inscriptum est, sed titulos quadraginta complectitur, et alia est præfatio cujus exordium, Τὸν μέγαν, quæque præponitur exemplaribus τοῦ ἐγχειριδίου, sive προχείρου (quæ sunt in forma enchiridii, et circumferuntur sub nominibus Leonis et Constantini) Vaticano notato numero 857, et Palatino notato num. 196, quorum primus titulus est Περὶ νόμων, sicut in codice Palatino notato num. 223; at in Vaticano notato num. 856, Ἐκλογῆς prior titulus est Περὶ συναινέσεως μνηστείας.

« Atque hoc Basilii πρόχειρον illud est quod dicitur Harmenopuli, cum tamen Harmenopulus ipse in præfatione Hexabibli diserte profiteatur illius auctores τοὺς περὶ Βασίλειον, Κωνσαντῖνον, Λέοντα, et illud titulos tantum quadraginta contineat, ut adnotavit Cujacius. Harmenopuli vero prochirum longe plures (*l*); ex illo namque decerpsit Harmenopulus, maximamque partem redegit in suum, aliaque ex Romano et Cosma magistro subjunxit, ut idem fatetur.

« Harmenopuli prochirum conscriptum fuit anno a Christo nato 1143 (*m*), evulgatum Græce Parisiis anno 1540 ab Adamo Suallembergo, Latine a Bernardo Rey 1547 et 1549; rursus Latine a Mercero, Lugduni 1556; demum Græce Latineque simul a Dionysio Gothofrero; exstat manuscriptum in Vaticana 848, 849, 850, 851, et Palat. 256, 369.

« Ante Harmenopulum anno Θεογονίας 1071 seu 1077. Michael Attaliota, judex et ἀνθύπατος, scripsit prochirum (*n*), quod πόνημα, seu πραγματικὴ nominatur, quodque Leunclavius edidit Græce et Latine Tomo II *Juris Græco-Romani*, cum jam indicasset lib. II notatorum in paratitla; exstat exaratum calamo in Vaticanæ codicibus 640 et 856.

« Eodem fere tempore Michael Psellus politicis versibus Legum synopsin (*o*) contexuit : habetur illa *in bibliothecis* Vaticana codice 845 et Palatina cod. 316, et Constantinopolitana : in Laurentiana Florentinarum *nobilissima* se vidisse testatur Antonius Augustinus, qui eam non magnifacit libro IV Emendationum, cap. 3.

NOTÆ.

πονηρῶν συναραστροφὴν, λέγω δὴ τὴν ταῖς ἀνηρημένων ἀχρηστίαν περιελὼν, καὶ τῶν κυρίων ἀνακαθάρας τὸ πλῆθος, καὶ ὥσπερ ἐν συνόψει κεφαλάιοις διὰ τὸ εὐμνημόνευτον τὴν προτέραν ἀπειρίαν περιλαβών. Joannes Curopolates Scillitzes, p. 37, et ex eo Cedrenus : Ἀλλὰ καὶ τοὺς πολιτικοὺς νόμους πολλὴν ἀσάφειαν καὶ σύγχυσιν ἔχειν ἰδὼν, καὶ τούτους κατὰ τὸ προσῆκον προσφόρως ἐπανορθώσασθαι. (Cedren. ἐπανασώσασθαι) ἔσπευσεν, καὶ τὴν μὲν ἀνηρημένων ἀπληστίαν περιελεῖν, τῶν δὲ κυρίων ἀνακαθᾶραι τὸ πλῆθος. Οὐκ ἔσχε δὲ καιρὸν προκαταληφθεὶς θανάτῳ. Ἐξεπλήρωσε δὲ ἔργον Λέων ὁ υἱὸς αὐτοῦ μετα ταῦτα.

(*i*) Meminit ibi Leo legis Basilii promulgatæ (ἐξεντνεγμένης) de ædificaturis in loco arationi vel vineis idoneo, quam negat legum corpori ab eo insertum fuisse. Ἐπεὶ μὴ παρὰ τοῦ πατρὸς εἰς τὴν νόμων ἐγράφησαι πολιτείαν.

(*j*) De hac ecloga Legum dixi p. 407, et Harmenopuli locum dedi p. 429 seq.

(*k*) P. 79. In illo proœmio testantur imperatores, p. 80, sed ad hanc Ἐκλογὴν componendam usos fuisse opera Nicetæ quæstoris et patricii, aliorumque duorum patriciorum Nicetæ et Marini.

(*l*) Titulos circiter 80. Nam liber primus habet 18, secundus 11, tertius 11, quartus 12, quintus 12 et sextus 15.

(*m*) Imo ducentis amplius annis post : nam Harmenopulus natus A. C. 1320, ut notavi t. X hujus Bibl., p. 274, ubi etiam de editionibus prochiri illius et interpretibus. Vide et supra p. 429 seq.

(*n*) Attaliatæ compendium Michaelis Ducæ imp. jussu compositum, eidemque dedicatum, Ποίημα νομικὸν ἤτοι πραγματικὴ πονηθεῖσα κατὰ κέλευσιν τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ Δουκᾶ παρὰ Μιχαὴλ ἀνθυπάτου καὶ κριτοῦ τοῦ Ἀτταλειατοῦ.

(*o*) De hac Pselli synopsi legum edita a Francisco Bosqueto Paris. 1632, 8, vide Allatium *de Psellis*, cap. 48. t. V. hujus Bibl., p. 31 seq. De Athanasii Scholastici *Delectu legum* dicam infra ad § XXVI.

« Laudat idem Augustinus in notis ad Novellas πρόχειρον Βασιλικῶν κατὰ στοιχεῖον, *Josephii Tenedii*, et indicem Βασιλικῶν κατὰ στοιχεῖον, cujus ea esse suspicere exemplaria, quæ servantur in Vatican. codicibus 752 et 854, et Palatin. cod. 222, præcipue in codice inscripto Τιποὺκειτος γενόμενος. Et Ulpianus quidem Tyrius alius a jurisconsulto, si Casauboni sententiam cap. 2 Animadvers. in Athenæum sequamur; vel ipsemet Jurisconsultus, si Cujacio fidem adhibeamus cap. 39, lib. XXIV *Observationum jur.* ab Athenæo in libris *Dipnosophistarum* non tantum Ὀνοματοθήρης, sed etiam Κειτούκειτος, vocatus fuit, quod in epulis nihil gustaret cibi, quin prius rogasset εἰ κεῖται, seu οὐ κεῖται, sive ὅπου κεῖται ejus appellatio. Hunc indicem vulgo dici jus alphabeticum notat ipse Antonius Augustinus in sua Bibliotheca codicib. 181, 182, 187. Carolus Labbeus νόμιμον κατὰ στοιχεῖν vocat, et glossas post illud inventas publicavit. Cujacius ἐκλογήν, καὶ Σύνοψιν τῶν Βασιλικῶν ξ'. Βιβλίων σὺν παραπομπαῖς κατὰ στοιχεῖον sibi dono datum a Jacobo Cambrayo, qui retulerat illam e legatione Constantinopolitana, testatur in præfatione ad titulum π', *De excusatione tutorum*.

« Antiochi Balsamonis (*p*) prochirum simile prochiro Michaelis Attaliotæ, et illi quod Basilio, Leoni et Constantino tribuitur, recenset in sua Bibliotheca idem Antonius Augustinus codice 188, videturque cum Pselli opere confundere in voce Πανδέκτης, de propriis nominibus Pandectarum.

« Leo Philosophus Basilio patri succedens inchoatum ab eodem Basilio Διατάξεων Βασιλικῶν volumen (*Basilicum* vocant Græci) perfecit, uti Credenus asserit, operaque Sabbatii protospatharii (uti Matthæus Blastares tradit, ex eoque Antonius Augustinus in Bibliotheca, libro de propr. nomin. π', et in προλεγομένοις ad Novellas) promulgavit; hac Leonis καθάρσει Photius in procanone videtur usus Gothofredo, anno a Virginis partu circiter 886. A Leone concinnatos fuisse Βασιλικῶν libros Michael Psellus, Michael Attaliota, Harmenopulus, Balsamon, Blastares et Cujacius summo consensu testantur.

« Edidit item Leo Juris Epitomas (*q-r*), opus meris definitionibus et regulis constans, et satis elegans, quod erat in Palatina bibliotheca, ut Freherus testatur; præter ἑξηκοντάβιβλον, seu Βασιλικὰ νόμιμα confecisse Leonem prochirum, ut instar Institutionum foret, Antonius Augustinus in notis ad Novellas prodit, aliquando ex his quæ ipsi et Basilio patri simul, vel Constantino filio promiscue ascribuntur, illud fore verisimile est, forte Λέοντος ἐκλογὴν quæ reperitur in bibliotheca Regia Parisiensi, quamque laudat Labbeus, qui ex eadem erutas glossas emisit in lucem. Codici Vaticano 852, in quo κατὰ στοιχεῖον præfixa legitur imperatoris Leonis epistola incipiens, Ἰουστινιανῷ, diversa a novella prima Leonis ad Stylianum.

« Subsecutus Leonem Constantinus, ejus filius, cognomento Porphyrogennetus, revocavit has Βασιλικὰς sub incudem, et novam ἀνακάθαρσιν, seu repetitam prælectionem emisit in lucem, ut cum in unum corpus quinquaginta trium locorum communium (*s-t*), historicos omnes colligi jussisset, non minus de jurisprudentia, quam de historia, quæ conjungendæ sunt (ut toto libello docet Franciscus Balduinus) bene mereretur, ut observavit Casaubonus in præf. ad Polybium. Unde Βασιλικῶν auctor assertus fuit a Luitprando, atque a Gentiano Herveto : hanc ἀνακάθαρσιν (*u*) passim laudat Theodorus Balsamon.

« Isti demum veri sunt Βασιλικῶν libri, qui a Constantino Porphyrogenneto ultima manu imposita fuerunt editi.

« Ad eos ipse Constantinus, prochirum (*v*) sive introductionem componi curavit, aut potius prochira quæ Basilius et Leo composuerant, recenseri : unde illius quoque nomen tot prochirorum exemplaribus inscriptum est, quæ a studiosis et causidicis Orientalibus varie interpolata, concisa pro libito, et ad ipsorum usum, præpostereque descripta tam dissimilia, tamque perturbato ordine nunc reperiuntur.

« Βασιλικῶν ἐκλογήν, sive synopsin (*x*) Joan. Sambucus vir Pannonius Tarenti apud Calabros reperit, et cum versione Latina Leunclavius ipsam edidit Basileæ 1575. De illa fuse Cujacius lib. XVII, cap. 37 et 38. *Observat. Juris*, ubi laudat etiam μικρὸν κατὰ στοιχεῖον incerti auctoris, de quo cum non liqueat, ampliandum censeo. »

6. Διήγησις, περὶ τῆς πρὸς Αὔγαρον ἀποσταλείσης ἀχειροποιήτου θείας εἰκόνος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. *Narratio de imagine Christi ab ipso ad Augarum, Edessæ regem, missa et Edessa CPolin translata a. C.* 944. Latine legitur apud Aloysium Lipomannum, atque inde apud Surium tom. IV, ad 16 Augusti; Græce ex Regio codice una cum nova versione sua notisque primus vulgavit Franciscus Combefisius in Fasciculo originum et antiquitatum CPol., p. 75-101, Paris. 1664, 4. Conjecturam Li-

NOTÆ.

(*p*) Vereor ne Antiochenum patriarcham Balsamonem dicere voluerit Augustinus, de cujus synopsi e codice et novellis dictum supra p. 403.

(*q-r*) Leonis Sapientis Compendium Legum citans Nic. Comnenus Papadopoli *Prænotionibus mystagog.* p. 361, 402, etc., laudat ejus interpretes Modestinum, Dominum, Gregorium Patzo, Theophilitzem, Eudoxium, Phocam et Theodorum Hermonopolitem. Alius ab hoc Theophilitzes cujus mentio in Vita Basilii Macedonis inter scriptores post Theophanem.

(*s-t*) Vide volum. VI hujus Bibl., p. 490 seq.

(*u*) Idem Balsamo procem. in Nomocanonem Photii vocat τὴν τελευταίαν ἀνακάθαρσιν τῶν νόμων τὴν γενομένην παρὰ τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυρίου Κωνστ[illegible]τίνου τοῦ Πορφυρογέννητου.

(*v*) A[illegible] C. 939.

(*x*) [illegible] vol. de hac supra p. 426.

pomani et Baronii (ad a. 994, n. 13, p. 717, ed. Antwerp. Plantin.), qui narrationem hanc Constantino, Romani filio, tribuunt, refellit præter Combefisium (et Lambec. l. c., p. 413, sqq.] Hanckius *De scriptoribus hist. Byz.*, pag. 475 seq., et Antonius Pagi in Critica Baroniana ad a. C. 944, n. 3 seq. Exstat etiam hæc narratio ms. in bibl. Vindobonensi ; vide Lambecium VIII, pag. 195 seq. [p. 410 sqq. ed. Kollar., cod. 14, n. 39] et p. 198 [p. 417 sqq., n. 40. ibique Kollar. not. *B.*] ubi refertur anonymi additamentum de illa imagine, culta Edessæ, antequam CPolin transferretur. Incipit : Περὶ τῆς ἁγίας ἐν Ἐδέσσῃ ἀχειροποιήτου καὶ θείας μορφῆς. FABRIC. — Est quoque illa narratio Florent. in bibl. Laur. Med. cod. 30. qui continet vitas et sermones diversorum Patrum in laudem SS. a die 18 Jun. usque ad 31 Aug. n. 39, d. 16 Augusti. V. *Bandin.* Cat. codd. Gr. Laur. I. p. 456, qui præterea citat Menæa Græcor. eodem die, et Leon. Allatii Diatr. de Simeonum scriptis, p. 103 sq. — Eadem historia imaginis Christi Edessenæ servatur in bibl. publ. Paris. codd. 1176, n. 40, 1475, n. 9, 1527, n. 11, 1528 n. 13, 1548, n. 11 et 1611, n. 17. — De imagine Edessena Christi, CPolin allata, mentio fit apud continuatorem Theophanis, in Romano imp., p. 268. HARL.

7. *Orationem ms. de translatione reliquiarum S. Chrysostomi* laudat Allatius *De purgatorio*, pag. 71, ad Georgium Acropolitam pag. 201. *De consensu* pag. 281, et *De Simeonibus* pag. 111. Incipit : Τί τερπνότερον τοῦ νῦν ὁρωμένου θεάματος ἢ τί λαμπρότερον τῆς παρούσης ἡμέρας ; Titulus est : Λόγος ἡνίκα τὸ τοῦ Χρυσοστόμου ἱερὸν σκῆνος ἐκ τῆς ὑπερορίας ἐν τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων ἀπετέθη. FABR. — Inter vetustiores scriptores qui Vitam Chrysostomi sunt persecuti, laudatur Const. Porphyr. ἐγκώμιον in cod. Vindob. Cæsar. 27. V. *Lambec.* Comment. VIII, pag. 637 sqq., et, quem ille p. 639, not. 4, excitat. Savilium in ed. Chrysostomi, tom. VIII, col. 943. Est vero illa Constant. Porphyr. orat. in cod. Cæsareo 19, teste Kollario in supplem. ad Lambecii Comm., p. 259 sq. — In bibl. Sfortiana, notante Montfauc. in B. *bbloth. mss.*, tom. I, pag. 702, A. — Paris. in bibl. publ. codd. 157, n. 19. et 3100. n. 4.

Constantinus, Leonis filius, auctor esse dicitur *canticorum* (ἐξαποστειλαρίον) *ad divina beneficia pascenda*, in cod. Taurin. 175, V. Catal. codd. regg. Taurin., pag. 260 sq. — Inter codd. Vossian in Catal. codd. Angliæ, tom. II, p. 60, n. 2210, est anonymi compellatio ad Constantinum Porphyrogen. HARL.

8. *Theophanis historiam*, Constantini jussu *continuatam*, memoravi supra [in vol. VII, lib. II, c. 5. § VII, n. 4. pag. 681.] — *Vide hujusce Patrologiæ nostræ tom.* CIX, *in recensione scriptorum post Theophanem.* EDIT.

9. Superest præcipuum opus, quod non ipso Constantino quidem elaboratum, at egregio consilio ejus atque auspiciis per varios viros peritos digestum est, κεφαλαιωδῶν ὑποθέσεων, sive *collectaneorum* et *excerptorum* historico-politicorum et moralium sub capitibus sive titulis 53 (*y*) dispositorum, conquisitorumque ex probatissimis quibusque historicis omnis ætatis monumentis. Ex tribus hisce et quinquaginta titulis nonnisi duo, neque illi integri, plane ad nos pervenerunt, vicesimus septimus Περὶ πρεσβειῶν, *De legationibus*, et quinquagesimus Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, *De virtute et vitio.* Tituli de legationibus alteram partem, a Joanne quodam CPolitano digestam, ex bibl. Antonii Augustini, archiepiscopi Tarraconensis, vulgavit Fulvius Ursinus Græce Antwerp. 1582, 4, cum notis. In hac parte exstant παραβολαὶ excerpta e Polybio pag. 1-228, e Dionysio Halicarnasseo, p. 295-312, e Diodoro Siculo p. 313-333 ex Appiano pag. 334-372, et e Dione Cassio p. 373-447. Alteram partem ejusdem tituli de legationibus, *ex recentioribus* paulo historicis excerpta complexam, David Hœschelius ex codice Bavarico 204 pridem vulgavit. Ex proœmio ascribam catalogum scriptorum, e quibus illa collectaneorum pars concinnata fuit : Εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων Χρονικῶν · α', Πέτρου πατρικίου καὶ μαγίστρου. β', Γεωργίου μοναχοῦ χρονικῆς. γ', Ἰωάννου Ἀντιοχέως. δ', Διονυσίου Ἁλικαρνασέως Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. ε', ς', Ἡλυδίου Μεγαλοπολίτου καὶ Ἀππιανοῦ. ζ', Ζωσίμου Ἀσκαλωνίτου. η'., Ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας. θ', Διοδώρου Σικελιώτου. ι', Δίωνος Κοκκιανοῦ. ια', Προκοπίου Καισαρέως. ιβ', Ἱρίσκου

NOTÆ.

(*y*) Auctor præfationis, singulis excerptorum titulis præmissæ : Ὁ τῆς πορφύρας ἀπόγονος Κωνσταντῖνος, ὁ ὀρθοδοξότατος καὶ χριστιανικώτατος τῶν πώποτε βεβασιλευκότων, ὀξυωπέστερον πρὸς τὴν τῶν καλῶν κατανόησιν διακείμενος, καὶ δαστήριον ἐσχηκὼς νοῦν, ἔκρινε βέλτιστον εἶναι καὶ κοινωφελὲς, τῷ τε βίῳ ὀτησίφορον, πρότερον μὲν, etc. *Constantinus Porphyrogennetus, imperator, omnium qui unquam fuerunt, rectæ fidei tenacissimus et Christianissimus, ingenio præditus ad rerum pulchrarum perceptionem acutissimo, ea denique præstans intelligentia, ut facile quidvis ad effectum perduceret, illud primo fore optimum est ratus et vulgo omnibus utile, ut libros undique ex omnibus orbis partibus, doctrina varia refertos, conquireret, deinde vastam illam librorum, molem, quæ lectores enecabat, quam præsertim molesta plerisque omnibus et tædii plena ea res videretur, in partes minutas putavit distribuendam, et luculentam utilitatem, quæ poterat inde percipi, oculis hominum exponendam. Adeo ut hoc delectu habito majori attentione et assiduitate lectioni incumbere studiosi queant, et sermonis facundiam altius ac penitius animo imprimere. Hoc amplius imperator magno, et felici conatu opus universum in* ὑποθέσεις διαφόρους, tractatus diversos *numero* tres et quinquaginta *censuit distribuendum, in quibus* ἅπασα ἱστορικὴ μεγαλουργία, *quidquid magnificum habet historia, inclusum continetur, neque inest quidquam historiæ insertum, quod partitionem hanc in hosce tractatus effugerit. Neque vero ab divisionem sententiarum series operis totius ullo modo corrumpitur, verum servat hæc synopsis, vel, ut verius dicam, hæc rerum cognatarum,* οἰκείωσις *sive adunatio in singulis partibus concinnandis unicuique tractatui convenientem rationem.*

ῥήτορος. ιγ'. Μάλχου σοφιστοῦ. ιδ', Μενάνδρου προτέκτορος. ιε, Θεοφυλάκτου ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ἀντιγραφέως τοῦ Σιμοκάττου.

Tituli de virtutibus et vitiis, qui in toto opere fuit quinquagesimus, priorem partem ex insula Cypro nactus Nic. Fabricius Peirescius communicavit cum Henrico Valesio, qui ex ea quæ digna luce videbantur, selegit et cum versione sua notisque doctissimis et fragmentis Polybii, Nic. Damasceni et Dionis, singulari studio a se collectis, vulgavit Paris. 1634, 4. In his excerptis, quæ vulgo appellantur Peiresciana leguntur selecta loca ex Polybio pag. 6-197; e Diodoro Siculo pag. 221-413, ex Nicolao Damasceno, περὶ τοῦ ἰδίου βίου καὶ τῆς ἑαυτοῦ διαγωγῆς pag. 414-489; ex Dionysio Halicarnasseo pag. 529-545; ex Appiano pag. 465-567; ex Dione Cassio pag. 569-769; ex Joanne Antiocheno, monacho, pag. 778-853. Excerpta cæteroqui erat hæc collectaneorum pars ex scriptoribus quatuordecim, qui pag. 5 seq. hoc ordine recensentur: Εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν, α', Ἰωσήπου Ἀρχαιολογίας, β', Γεωργίου μοναχοῦ γ', Ἰωάννου τοῦ ἐπίκλην Μαλέλα χρονικῆς, δ', Ἰωάννου Ἀντιοχέως χρονικῆς Ἱστορίας, ε', Διοδώρου Σικελιώτου Καθολικῆς ἱστορίας. ς', Νικολάου Δαμασκηνοῦ Καθολικῆς ἱστορίας ζ', Ἡροδότου Ἁλικαρνησέως, η'. Θουκυδίδου. θ', Ξενοφῶντος Κύρου παιδείας καὶ Ἀναβάσεως Κύρου τοῦ Ἁρπασάτιδος. ι', Ἀρριανοῦ Ἀλεξ . . . . . ια'. Διονυσίου Ἁλικαρνησσέως Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. ιβ, Πολυβίου τοῦ Μεγαλοπολίτου Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. ιγ', Ἀππιανοῦ Ῥωμαϊκῆς τῆς ἐπίκλην βασιλικῆς, ιδ', Δίωνος Κοκκιανοῦ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. Additur: καὶ οἱ ἐφεξῆς ἐν τῷ δευτέρῳ τεύχει ἐπιγράξονται. *Sequentes auctores in altero* (hujus nempe tituli) *volumine recensebuntur.* Unde patet non integrum titulum de virtutibus et vitiis, sed priorem tantum, ut dixi, ejus partem in manus Valesii incidisse, qui ea libertate uti non dubitavit, ut in his eclogis et ordine scriptores alio poneret, et ea, quæ vel jam edita exstarent, vel indigna essent editione, omitteret ac rescinderet. [Conf. Zepernick. l. c., pag. 231.]

Ex deperditis hujus operis titulis primus fuit, ut in præfatione diserte traditur, Περὶ βασιλέων ἀναγορεύσεως. *De imperatorum regumque renuntiatione.* Cæterorum, ultra viginti ab Hœschelio et Valesio observatorum, hæc est notitia, litterarum ordine a me descripta:

Περὶ ἀνακλήσεως ἥττης. *De restitutione exercitus victi.*
Περὶ ἀνδραγαθημάτων. *De fortiter factis*, p. 442 edit. Valesii, et 473.
Περὶ γάμων. *De nuptiis.*
Περὶ γνωμῶν. *De sententiis*, pag. 258 edit. Valesii et 225.
Περὶ δημηγοριῶν. *De concionibus sive orationibus.* Id. p. 87.
Περὶ ἐθνῶν. *De gentibus.*
Περὶ ἐθῶν. *De moribus.*
Περὶ ἐκκλησιαστικῶν. *De ecclesiasticis rebus personisque.*
Περὶ ἐκφράσεως. *De descriptionibus.* Suid. in Σάμβυκες.
Περὶ Ἑλληνικῆς ἱστορίας. *De historia Græca (gentili.)*
Περὶ ἐπιβοῶν. *De imploratione auxiliorum.*
Περὶ ἐπιβουλῆς. *De insidiis.*
Περὶ ἐπιστολῶν. *De epistolis.*
Περὶ κυνηγεσίας. *De venatione.*
Περὶ νίκης. *De victoria.*
Περὶ οἰκισμῶν. *De coloniarum deductione.*
Περὶ παραδόξων. *De miris et inopinatis.* pag. 121 edit. Valesii.
Περὶ πολιτικῶν διοικήσεως. *De rerum civilium administratione.*
Περὶ στρατειῶν. *De expeditionibus militaribus.*
Περὶ στρατηγημάτων. *De strategematibus*, pag. 34 et 42 edit. Vales. et 437.
Περὶ στρατῶν. *De exercitibus.*
Περὶ συμβολῆς. *De præliis.*

10. Constantini quoque hujus jussu Theophanes quidam *synopsin* totius *artis medicæ*, ex Oribasii potissimum scriptis collectam, septem libris, sive capitibus 296, digessit, et eidem Constantino inscripsit. Incipit proœmium: Τὰς προσταχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θειότητος, ἐκ θεοῦ αὐτοκράτωρ, περὶ τῆς τῶν ἰατρικῶν θεωρημάτων συναγωγῆς ἔσπευσα κατὰ τὸ δυνατὸν, etc. Exstat hoc opus aliquoties Græce ms. in bibl. Cæsarea Vindobonensi. Vide Lambecium lib. VI, pag. 114, 116, 157. Fabr. — In cod. 21, n. 9, in cod. 24, n. 1; in cod. 25, n. 1 et 40, n. 8. V. Lambec. Comm. VI. part. II, p. 262, 264, et 356, ed. Kollar.; sed plura v. infra ad vol. XII, pag. 685 sq., et J. O. Steph. Bernard. in præfat. ad suam edit. post ejus demum mortem ad umbilicum perductam, inscriptamque: *Theophanis Nonni epitome de curatione morborum, Græce et Latine. Ope codicum mss. recensuit notasque adjecit J. O. St. Bernard.* tom. I, cum tab. ænea. Gothæ et Amstel. 1794. — Tom. II, 1795, m. 8. Harl.

Aliud opus Constantini Porphyrogenneti jussu digestum, quod ms. in bibl. Regia Paris. exstat, teste Boivino ad Julii Africani *Cestos*, pag. 360. In illo excerpta ex Africano et aliis scriptoribus. Fabr. — In cod. *Paris*, 1630, n. 6. est *Theophanes de diæta* ad Constant. Porphyrog.; sed initium solum superest.

Codex forma est majori, quam in folio vocare solent, in membranas pergamenas, easque firmiores, læviores atque nitidiores, quam quibus postremis, ante typographiæ inventionem, temporibus utebantur, exaratus. Quanquam de ejus ætate certo definire non ausim, illum tamen longe ante urbis expugnationem in ipsa Græcia scriptum esse, existimo. Summa enim cura atque dexteritate confectus, ut sphalmata, quibus recentiores ex scribarum ignorantia atque oscitantia scatent, vel nulla vel exigua rarissime occurrant. Et licet elegantia scripturæ tanta appareat, ac si integrum volumen non solum eadem manu, sed eodem calamo eademque die descriptum videatur, litterarum tamen character antiquior est et a nostro multum differt, atque ideo lectionem initio difficiliorem reddit, quæ difficultas augetur per siglas vel litterarum compendia, et quod voces minus distinctæ nullo plerumque interstitio sibi cohæreant. Quod equidem notam non contemnendam antiquitatis cl. Salmasius (*i*) *asserit. Accentus adjecti illam nec tollunt nec minuunt, cum ab Aristophane jamdum inventi* (*j*) *et in vetustissimis atque præstantissimis codicibus sæpe reperiantur. Externa libri facies, involucrum nimirum ex corio bubulo Turcico constans auroque obductum, atque regum Hungariæ insignia, quæ in utraque parte apparent, satis demonstrant, non ultimum inter celeberrimæ atque instructissimæ Budensis, heu quondam! bibliothecæ* κειμήλια *locum obtinuisse. De quo infra pluribus. Sed ut ad interiora accedam, primus tractatus omnem apparatum bellicum omniaque ad illum necessaria exactissime describit; reliqui, ritus ecclesiasticos, cerimonias, in unoquoque festo die observari solitas, prolixius enumerant. Hinc non solum quæ ad statum aulicum et ecclesiasticum pertinent, sed multa etiam quæ ad topographium urbis, officiorum atque dignitatum notitiam utramque, ecclesiasticam imprimis horum temporum historiam, faciunt, reperiuntur, quæ alibi frustra quæsiveris. Quod luculento est indicio, hoc opus nunquam prodiisse. Multa enim tam palatii quam Ecclesiæ officia, a Codino atque Meursio omissa, ex illo produci, multa etiam illustrari possunt. Innumeræ quoque voces occurrunt quas neque Glossaria, a Labbæo, Meursio, Du Cangio composita, neque Hesychius, neque Suidas habent* (*k*). *Quare ad linguæ etiam peritiam haud parum conducit. Stylus cæterum satis comptus atque pro istius sæculi barbarie sat elegans. Nunquam vero editum, imo vix cognitum hactenus optimum fuisse codicem, prorsus miror. Neque enim inter opera Constantini a Vulcanio, vel ab aliis publici juris facta, apparet, neque ab Hanckio, nec alio, quod sciam, ulla ejus fit mentio* (*l*). *Verum Du Fresnei domini Du Cange industriam effugisse, plane demiror, quippe qui ad illustrandam Orientalis Imperii historiam, et Glossarium suum adornandum incomparabili prorsus studio omnia rimatus est Solus Gesnerus* (*m*), *in historia litteraria versatissimus, ejus hisce meminit, dum inter alia Constantini opera recenset* : Volumen Græcum magnum ex bibliotheca Hungarica de cerimoniis aulicis sacris et profanis. Videndum, *pergit Gesnerus*, ante forte sit idem liber qui Harmenopulo tribuitur in catalogo bibliothecæ regis Gallorum. « Ordo regii palatii. » *Nullum vero mihi dubium est, aut falso Constantino Harmenopulo inscribi aut plane diversum esse debere. Cum expressissimis verbis imperator in omnium tractatuum titulis et præloquiis illos sibi ipsi vindicet, et quem Constantino Harmenopulo tribuit codex, de aulicis, meus vero de ecclesiasticis potissimum agat. Du Cangius, qui omnia regiæ bibl. ms. sedulo excussit, Harmenopulum non vidit, alias neglexisset minime; quare illum adesse vix credo* (*n*). *Si Labbei Bibliotheca mss.* (*o*) *ad manus esset, lubens consuluissem; is enim regiæ bibliothecæ mss. inter cætera enumerat, qualis autem sit catalogus, de quo Gesnerus, ignoro. Ms. fuisse oportet. Singularem enim regiorum mss. indicem unquam*

NOTÆ.

(*i*) Epistol. ad cl. Sarravium quæ 183 est in edit. *Burmanni*, p. 186 seq.

(*j*) Idem Salmasius l. c.

(*k*) Gesnerus quoque in censura l. c., p. 392. « Fallitur, ait, si quis putat nos in Codino habere omnem aulæ Constantinopolitanæ rationem ita explicatam, nihil ut desiderari queat : cum is aliquot sæculis nostro junior, immutatis valde rebus omnibus, prodierit : Constantinianum autem opus ea doceat, quæ aliunde peti aut illustrari non possunt, adeo ut, si hodie scriberet *Constantinopolim Christianam* Cangius, si hodie Glossarium illud conderet; si Imperium Orientale illustraret Bandurius, multa aliter traderent, multa certe traditis adjicerent. » Harl.

(*l*) Imo mentionem hujus operis fecit Pancirollus, in præf. ad *Notitiam imperii* fol. 2, his verbis : « Simile opus Constantinus imperator, ex Leone Philosopho genitus, Romano filio, successori reliquit, in quo summam totius imperii, sociorum omnium fœdera, hostium vires, rationes et consilia explicuit. Id apud se in bibliotheca tanquam thesaurum servatum fuisse Egnatius scribit, quod etsi diligenter perquisitum, nunquam potuit inveniri. » Heum.

(*m*) Sive Jacobus Frisius potius in Epitome bibl. Gesnerianæ et *continuatione* ap. Froschov. 1583, fol. 173.

(*n*) Secundum catalog. codd. bibl. Paris. Regiæ est inter alia Constantini Harmenopuli opera, in cod. 1360, n. 5, illius catalogi aulæ imperatoriæ et Magnæ ecclesiæ Constantinopolitanæ, ineditus dicitur : in cod. 1361 n. 7, *Officia aulæ Constantinopolitanæ*, in cod. 1362, n. 4-8. Officia ejusdem aulæ; ordo sedium metropolitanarum, a Leone Sapiente, imp. constitutus; officia Magnæ ecclesiæ Constantinopolitanæ; ordo sedium, patriarchæ Constantino obnoxiarum ab Andronico, imperat. Palæologo II constitutus; et 8. ordo liturgiæ patriarchalis, quo pacto illæ peragantur, auctore Demetrio Gemisto. Hic quod esse videtur quem Fabric. in seq. nota ex Labbeo citavit. Eadem opusc. sunt in cod. 1363. Add. codd. 1386 et infra vol. X, pag. 278. Harl.

(*o*) In hac pag. 270 memoratur ex mss. bibl. Regiæ, post Harmenopuli Promptuarium, liber VIII distinctum, et pleraque alia, ad utrumque jus Græcorum spectantia opuscula, *Officia palatii et ecclesiæ* ac sedes patriarchæ Constantinopol. subjectæ sub Leone Philosopho et Andronico Palæologo, et τάξις τῶν χειροτονιῶν per Demetrium Gemistum, protonotarium, Magnæ ecclesiæ diaconum, inscriptiones patriarchæ Constantinopol. ad papam et cæteros patriarchas, archiepiscopos. Sed nihil hæc ad præsens opus.

typis vulgatum esse, me latet. Illum vero ipsum esse codicem, qui Budensis librariæ supellectilis uberrimæ atque præstantissimæ quondam fuit, Ungariæ regum arma, ut supra dixi, gentilitia, quibus ex utroque latere splendent, comprobant. In ultima urbis Budæ expugnatione aliqua bibliothecæ rudera recuperata, quæ Julius a Pflugk (p) descripsit, sed meus codex non memoratur, quare longe ante evasisse oportet. Quibus autem fatis in meas tandem manus devenerit, equidem ignoro. Exiguo ære a me redemptus fuit, in magno autem pretio mihi habetur, dignus etiam qui lucem publicam videat. Quod an mea unquam opera fiet, nescio, exiguam enim in Græcis notitiam meam ingenue agnosco, neque qui hodie grassatur scribendi pruritus me tenet, ut scriptoris vel editoris nomen nullo reipubl. litterariæ commodo temere mihi arrogare velim. Interim gratus mihi labor est, quem cum Dn. Schneidero dicto Schmidt, viro Græcarum, imo omnium litterarum peritissimo, codici impendo. Hujus industria (nam mea quam confero symbola exigua vel nulla), prioris atque dimidiæ etiam partis secundi tractatus versio jam delineata. Rudis ea quidem, sed secundis curis, et si plura, quam supra a me nominata, glossaria nacti erimus expolietur.

Hactenus Uffenbach. — Illud opus quoque editurus erat Maius cum versione sua Latina suisque animadversionibus. Sed nec is ad exitum perduxit laborem. At, Musis faventibus, codex ille delatus est in bibl. senatus Lipsiensis, qui edendi operis curam tandem per Mascovium demandavit Jo. Henricho Leichio : qui jam libello *De diptychis vett.* Lips. 1743, pag. 10 sqq., primam editionis spem fecerat et totum caput quadragesimum secundi libri utroque vulgarat sermone; biennio autem post ipsam ordiebatur editionem. Ille vero cum, nondum absoluta dimidia operis parte, vivis eriperetur, Reiske suffectus, reliqua a pag. 217 tomi I Latine convertit, et commentarios historicos atque criticos tam doctos quam copiosos tomo II adjecit. Nam Leichii, cujus opera potissimum versabatur in constituenda lectione et Latina interpretatione, animadversiones intextæ sunt admodum paucæ. Editio autem illa, etiam hucusque unica, est inscripta : *Constantini Porphyrogenneti, imp. Constantinopolitani, libri duo de Cerimoniis aulæ Byzantinæ. Prodeunt nunc primum Græce cum Latina interpretatione et commentariis. Curarunt Jo. Henr. Leichius et Jo. Jac. Reiskius. Tomus primus continens librum primum.* Lipsiæ ex offic. lib. I Fr. Gleditschii. Prostat Paris, apud Briasson, le Breton, Durand et David l'aîné. A. 1751, maj. fol. — *Tomus secundus continens librum secundum.* Ibid. 1754. Longam tomi I censuram, multis ex opere redactis excerptis et interspersis hinc inde animadversionibus, fecit J. M. Gesnerus, in Relationibus de libris novis, a. 1752, Gotting. vol. I, fasc. IV, p. 390-416, et tomi II censuram in vol. II, fasc. IX, a. 1754, pag. 249, 288.

Reiske in præfat. ad vol. I copiose disserit, 1. de fatis hujus operis ; 2. de argumento libri. Inter alia agit de Petro magistro, ex cujus opere, dudum pro deperdito habito, Περὶ πολιτικῆς καταστάσεως, *De constitutione civilis gubernationis.* (V. supra in vol. VII, pag. 538 sq.) Putat Reiske ea omnia, quæ in hoc Constantini Cerimoniali a pag. 225, vol. I, cap. 84, usque ad pag. 251, cap. 96 leguntur, item cap. libri ultimum, et forte quoque alia plura esse decerpta. Idem plura alia, notatu dignissima, quæ in hoc opere enarrantur, exponit. 3. De inscriptione hujus libri. 4. De auctore libri. Constant. Porphyr. non unum esse hujus, quod nunc terimus manu, operis, s. συστήματος, auctorem, Reiske, ut supra jam indicavimus, bene docteque demonstravit. 5. De exhibitis in hoc volumine et in secuturo (II) exhibendis. Promiserat Reiske pag. X vol. I, animadversiones historicas in totum opus cum Leichianis et indicem Græcitatis ; sed in vol. II ad finem libri primi commentariorum (doctissimorum omnino et copiosissimorum) telam abrupit. In præfatione quidem ad vol. II spem fecerat voluminis III, quod implerent ea quæ ad secundum librum et primi appendicem, s. præcepta militaria, quæ in cod. eodem initium faciunt, dicendo superessent, cum indicibus, forte quoque excerptis Chronici Græci inediti Georgii Hamartoli (v. supra, vol. VII, pag. 463 sq.), quod in bibl. Lipsica Senatus inter codd. Gr. msstos reperitur. Sed cur tertium illud volum, (quantum equidem scio) lucem non aspexerit, nescio; et tamen index imprimis utilis et vero necessarius foret. Denique de tabulis æneis, primæ parti hujus operis insertis, addidit admonitionem. Præfationi subjecit et recudi fecit doctam Leichii dissert., jam a. 1746 editam, *De vita et rebus gestis Constantini Porphyrogenneti, imperatoris Byzantini.* Sed hactenus de illo opere Const. Porphyrogenneti. HARL.

In bibl. Veneta Marc. cod. 634, chart. sæc. circ. XVI, continet (nescio cujus) *officia aulæ CPolitanæ* et *Festa atque solemnia ejusdem aulæ*, teste Villoison. in *Anecd. Gr.*, tom. II, pag. 248. HARL.

NOTÆ.

(*p*) In epistola ad Seckendorfium, quæ exstat tom. II collectionis Madero-Schmidianæ *De bibliothecis*, p. 310 seq.

CONSTANTINI PORPHIROGENITI

IMPERATORIS

DE CEREMONIIS AULÆ BYZANTINÆ

LIBRI DUO

GRÆCE ET LATINE E RECENSIONE JOAN. JAC. REISKII, CUM EJUSDEM COMMENTARIIS INTEGRIS.

B. G. NIEBUHRII PRÆFATIO

(Ed. Bonn. 1829.)

De Constantino Porphyrogenneto imperatore, de libris quibus ordo aulæ Byzantinæ declaratur, qui ad illum auctorem referuntur, eorumque codice Lipsiensi, plene luculenterque a Leichio Reiskioque expositum est: nos breviter explicabimus, hæc editio quibusnam dotibus illi præstet quæ et princeps fuit, et hactenus unica. Hanc a Leichio cœptam, immaturaque ejus morte abruptam a Reiskio ad finem tomi secundi perductam, tertium voluntate bibliopolæ qui rei familiaris jacturam augeri nolebat omissum esse, notissima res est. Leichius, pravo consilio usus, ita confisus est apographo per Draudium confecto, ut vix inspiceret codicem cujus præsentis copia erat, editionem certe unice ad illud typis exscriberet. Sed Reiskius, suscepta operis cura, nihil antiquius esse duxit collatione codicis, unde quam plurimis locis fœdissimos errores correxit; incisa integra, propter ὁμοιοτέλευτα præsertim, omissa, restituit; quæ omnia in commentario accurate indicavit, in priore parte quæ jam e prelo exierat emendare non licebat. Ego a Classeno meo impetravi ut vitiosa emendaret, manca suppleret, quæ ex prave Græcis male versa essent, corrigeret; omnia ex mente Reiskii: cujus rei et labor fuit non exiguus, et fructus sane amplus. In sequentibus quæ Reiskius ipse accuravit, nihil mutare placuit, quanquam ille, cum portenta scribendi, qualia in codice exstant, manifestosque errores, relinqueret, sibi ipsi,meæque consuetudini contrarius fuerit. Sed nolebam festinatius agere, quod facere debuissem, otio destitutus; itaque incommodum, quod levius mihi videretur, elegi. Cum vero concedimus non esse omni numero absolutam recensionem Reiskii, commentarii laudibus nihil sane detrahitur, quo ille res obscurissimas extraque communem cognitionem positas ita explicavit ut Lessingius, etiam in his litteris sapientissimus judex, « admirandum esse opus, et luculentissimis hujus generis æquiparandum, » pronuntiarit. Hujus commentarii partem posteriorem, quæ Appendicem libri primi, secundumque integrum persequitur, post annum 75, e schedis Reiskii, in volumine hujus partis secundo ereptam oblivioni in lucem proferam; idque mihi potissimum contigisse, propter paternam amicitiam pietatemque qua inde a pueritia memoriam viri unici sancte colere assuetus sum, vehementer lætor. Fateor sane multis locis nonnisi inchoata esse. limæ servata, quam scriptor adhibuisset, nisi bibliopola eum destituisset: verum id nitori potius quam pretio operis obest.

Codicem ipsum, ut inspici posset ubi opus foret, Lipsia transmissum esse, Blumneri, v. cl., humanitati litterarumque amori, et, nisi me conjectura decipit, amicitiæ patrocinioque Hermanni debeo.

Scio ego, libros Contantinianos de cerimoniis, qaos inscriptio ipsa circa nugas versari prodit, a plurimis contemni plane ac derideri: neque negabo majorem prioris libri partem ita esse comparatam ut ingenuo homini nauseam moveat. Sed vel in his quisquiliis insunt nihilominus res ad historiæ cognitionem minime inutiles: tum vero illa præsertim in sequentibus quæ ex Petro Patricio, partim omisso ejus nomine, hausta sunt, non solum utilitatem habent eximiam, sed elegantiam quoque; neque fere alii hujus corporis libro præstantia cedunt. Delitescit in iis, ut rem exemplo commonstrem, Leonis Augusti edictum, quod per annos paulo minus 80 inde protrahere neglexerunt qui augendæ collectioni reliquiarum juris Ante-Justinianei operam dederunt.

Scr. Bonnæ a. d. v Id. Mart. MDCCCXXIX.

JOAN. JAC. REISKII PRÆFATIONES.

AD TOMUM PRIMUM

[Ed. L. I.] Cum ea, de quibus admoneri futurum hujus libri lectorem fas est, tot sint numero et enarratu tam ampla, ut una, modica certe futura, dissertatione comprehendi nequeant, aliæque præterea vetent rationes omnia quæ in promptu sunt simul effundere : visum est operam partiri, et hoc quidem loco tantum de fatis hujus, quod nunc prodit, operis Constantiniani, item de illius argumento, titulo et auctore disserere ; alteri autem volumini mox secuturo reliqua reservare, de quibus expositionem præfatio lectori debet.

§ 1. *De fatis hujus operis.* — Opus tam scitum et utile, atque hoc est, potuisse per tot sæcula scriptorum Græcorum Latinorumque, quotquot ab ejus natalibus inde claruerunt, omnium notitiam effugere, profecto mirum est, præsertim in acri illa, qua superius sæculum fervebat, indagatione chartarum ad Byzantinam historiam pertinentium. Primus autem Zacharias Conradus Uffenbachius, reipublicæ Francofurtanæ ad Mœnum quondam scabinus et consularis, librum hunc in famam misit, ejus notitiam edendo, quæ ex celeber. Fabricii *Bibliothec. Græc.* tomo VI, inferius a nostris operis repetetur. Ex Uffenbachii possessione pervenit in bibliothecam ampl. senatus urbis nostræ, quæ optimis libris instructa eruditis nostratibus magno usui est. Ita factum, ut amplissimus Mascovius, ejus præfectus, Jo. Henr. Leichium, nuper in Academia nostra elegantiorum litterarum professorem clarissimum, qui eam a prima adolescentia frequentare consueverat, ad edendum opus hactenus ineditum excitaret. Jam antea id idem molitus fuerat Jo. Henric. Maius, in Academia Giessana quondam Græcæ et orientalium linguarum professor. Testatur in *Catalogo*, quem confecit, *codicum manuscriptorum bibliothecæ Uffenbachianæ*, se libri hujus Latinam interpretationem confecisse, certamque editionis spem facit. At ea quidem cum ipsius obitu decollavit, neque, quo devenerit ejus interpretatio, constat. Scebimen ejus, unde æstimari queat, habetur in modo laudato catalogo, et apud Fabricium. Omine igitur aliquanto auspicatiore editionem operis desideratissimi suscepit clar. Leichius, vir Græce Latineque doctissimus, et in omni vetere novaque historia versatissimus, et primam quidem ejus spem faciebat anno 1743 in libello *De Diptychis veterum*, pag. 10 sqq., ubi totum caput quadragesimum secundi libri utroque sermone vulgavit ; ipsam vero editionem ordiebatur biennio post. Ab eo inde tempore [Ed. L. II] processit impressio variis intercepta impedimentis, donec tandem superioris anni ineunte æstate doctissimum editorem, vita longiore dignissimum, et egregia promittentem, acuti morbi vis in ætatis flore tolleret. Pervenerant tum temporis typographi usque ad paginam hujus editionis 216. Devoluta deinceps ex magnorum virorum de meis profectibus benigno judicio editionis absolvendæ cura ad me fuit. Quæ igitur ea, quam dixi, pagina posteriora sunt, excusa fuerunt sub meis oculis, et excudentur porro, favente Deo, quæ supersunt.

§ 2. *De argumento libri.* — Si quis hoc sæculo, et pene dixerim unquam, in lucem editus fuit cognoscendæ Augustæ Romanæ Byzantinæque historiæ utilis liber, est sane hic. Neque immerito in ejus desiderium exarserunt eruditi, ex quo argumentum et pretium intellexere. Et sane, si quis secum reputet hunc librum de cerimoniis aulæ Byzantinæ exponere, recolatque animo, quot et quam diversa in aulis summorum principum usu veniant, et id quoque tandem intelligat, aulam Byzantinam, qualis certe Porphyrogenitorum tempore erat, umbram veteris Augustæ Romanæ fuisse ; facile ille affirmanti credat, neque sacrum esse, neque profanum, historiæ veteris argumentum, quod hic liber non attingat, non illustret. Si quem rituum ecclesiasticorum studium capit, cognoscat hinc, qualis fuerit Ecclesiæ Græcæ facies decimo post N. C. sæculo, quæ legendorum patriarcharum ratio, qualis eorum cum suis imperatoribus consuetudo, quæ Græcarum ecclesiarum partes et structura, quæ instituta celebrandi divini cultus, qui ejus ministri, quis ordo festorum dierum, quæ sacræ processiones, quas quibus diebus, ad ædes monasteriave celebriora. Rerum autem civilium contemplatio si quem magis delectat, vastus illi se campus hic pandit spectatu dignus pariter atque jucundus. Creantur Augusti, celebrant nuptias, susceptosque recens liberos curant sacro lavacro in ecclesia expiari ; conferunt dignitates, ad suburbana palatia rusticatum, vindemiatum, item ad horrea publica, annonam conditam spectatum, procedunt ; excipiunt, aliter quotidianas procerum salutationes, aliter statas solemniores ; perorant in silentiis, spectant circenses insaniam, audiunt factionum acclamationes et flagitationes, præmia dant aurigis victoribus, missilia spargunt, pyrrhichas et ludos Gothicos spectant, vota, brumalia, natalesortis imperiique et connubii

sui celebrant, divinas epulas exhibent,eunt in bellum,agunt in castris,redeunt in urbem triumphantes,victasque calcant regum cervices ; stipendia militibus erogant, instruunt et expediunt classes, admittunt legatos exterorum principum, suos ipsi ablegant, pompam et luxum omnem suum explicant, egestate passim transmicante tandem abeunt, ad plures,et in monumenta sua inferuntur. Perambules hoc ipso libro duce illa eorum sepulcralia monumenta, et lustres cujuscunque urnam cum inscriptis nominibus, in quibus aliqua sunt, quæ frustra in Du Cangii *Familiis Byzantinis* quæras.Penetres quoque hoc eodem duce in ipsa pretiosorum et insignium Orientalis Imperii conditoria,arcasque vestiarias et aliam suppellectilem excutias. Melius hic,quam usquam alibi,procerum tam palatinorum, quam militarium, item magistratuum urbanorum aliorumque minorum ordines videas, longisque in porticibus [Ed. L. III] excubantes numerosos variosque greges sacri corporis custodiæ deputatos. *Mitto cætera*, cum e superius dictis abunde constet, eam esse rerum hoc in opere expositarum varietatem, leporem atque dignitatem,ut hominum doctorum studia in se conversura ea et exercitura sint. Uni placebit, ni fallor, vestiariam rem, alii nummariam, alii domus augustæ officia hinc illustrare.Quamvis enim ea,quæ Leonis et Constantini nostri tempore in usu erant, a superioribus Theodosii et Justiniani temporibus tantum abludant, quantum secuta Comnenorum et Palæologorum extremaque Bizantini regni ætas ab ætate nostrorum Porphyrogennetorum abludit, quod constat Codinum cum hoc opere conferenti ; possunt tamen illa vetusta florentis Romani imperii tempora et Byzantina primordia ex hoc opere multo magis, quam hoc opus ex Codino, illustrari. Erunt porro, qui ex indiculis rogarum,seu annuorum stipendiorum officiis palatinis cæterisque debitorum ; item ex indiculis impensorum in expeditiones aliquot maritimas contra Saracenos Cretenses susceptas, *æstimabunt* cum militares imperii Byzantini,quale tunc erat, terrestres maritimasque copias, tum pecuniarias quoque, institutaque comparatione Græcorum centenariorum et librarum auri cum nostrate pecunia, invenient,qua Byzantinorum regum et nostratium opulentia differat. Erunt alii, qui singularia quædam disputationum capita hinc decerpent ; e. c., qualis fuerit ludorum circensium apud Byzantinos constitutio, res admodum obscura ; et,quæ non minus est, qualis fuerit pars, vel comitatus, Augustarum Byzantii ; unctine fuerint illi imperatores ad Latinorum exemplum ; quousque sermo Latinus in aula CPtana obtinuerit, et illæ orationes a recens nuncupatis imperatoribus e tribunali circove ad milites dictæ, quæ nostræ editionis a pag. 239 inde leguntur, fuerintne Græcis iisdem verbis recitatæ, an potius Latine primitus dictatæ, deinde vero a Petro Magistro in Græcum sermonem conversæ ; quod mihi quidem probabile fit. Est ea, quam dixi, pars insignis, eamque edendo videor mihi particulam operis desideratissimi, sed dudum pro deperdito habiti, edidisse. Constantinum nostrum colligendis et in certos titulos digerendis scitis atque memorabilibus veterum locis diligentem operam impendisse, nemo nescit. Erant olim illi tituli numero quinquaginta tres. Ad nos autem non pervenere, nisi titulus vicesimus septimus de legationibus integer, opera Fulvii Ursini et Davidis Hœschelii ; et tituli quinquagesimi, cujus inscriptio est de indolis probitate atque pravitate, seu de virtutibus et vitiis, particula, beneficio Peirescii et Henrici Valesii. Reliqui tot numero tituli grandis, sed et utilissimi, operis creduntur jactura irreparabili periisse.Quid si vero contendam me cum hoc, quod nunc edo,volumine primum laudati operis titulum, si non integrum, at saltem magnam ejus partem in manus doctorum hominum tradere ? Egit ille olim περὶ βασιλέων ἀναγορεύσεως, *de imperatorum regumque renuntiatione*, ut e Fabricii *Bibl. Græc.* tom. VI, pag. 492 constat. Atqui voluminis hujus capita XCI et et sequentia, a pag. 238 usque ad pag. 251 non tantum in universum cerimonias distincte tradunt,quibus prima [Ed.L. IV] CPpoleos ætate imperatores ibi solebant nuncupari,sed et in specie Leonis magni, Leonis minoris, Anastasii Dicori, Justini senioris et Justiniani Magni renuntiationes tam luculenter exsequuntur, ut nihil desiderari queat, lucemque præclaram illi historiarum parti accendant. Ego quidem non credo, usquam antiquorum monumentorum locum exstare,qui ritus nuncupandorum Augustorum, veteres nempe illos mereque Romanos,æque splendide exponat,atque particula nostri operis, de qua mihi sermo nunc est. Antiquitatem ejus spirant omnia, orationes ad fortissimos exercitus, Augustatica promissa, militum atque populorum acclamationes. Quæ qui cum scriptoribus Historiæ Augustæ vulgo sic dictis comparet, non poterit is absque voluptate imaginem veteris Romæ in nova contemplari. Quidquid tandem fuerit de conjectura mea, sive particula ea de qua loquor, olim ad titulum primum ingentis illius et celebratæ bibliothecæ, ut ita dicam, Constantinianæ, aut, si malis, Pentecontateuchi, pertinuerit, sive minus : ego quidem non dubito, eam decerptam fuisse ex alio quodam vetusto insigni libro, cujus jacturam studiosi antiquarum rerum ægerrime ferunt ; scilicet ex Petri Magistri, viri illustrissimi, sacrorum officiorum apud Justinianum Magnum magistri, et ad Gothorum in Italia reges, et ad Cosroem Persarum quoque deinceps legati, libris, quos Suidas laudat Περὶ πολιτικῆς καταστάσεως, *De constitutione civilis gubernationis*. Sæpius viri meminit Procopius, meminit quoque Cassiodorus. Neque ignotum ejus nomen est in historia Byzantina, ex titulo Excerptorum Constantinianorum de legationibus, cujus superius mentionem injiciebam. Exstant in eo titulo quædam ejus fragmenta, nullum

tamen Juliani ætate posterius. At in nostro codice cap. 87, lib. I, pag. 229, non tantum Theudæ, Gothici in Hispania regis,ad Justinianum legatio velut in transitu memoratur, sed ibidem quoque ex professo memorabilis Anthemii ad Leonem Magnum legatio exponitur, qua imperator Occidentis laureatas suas imagines atque litteras Orientali mittebat. In universum ea omnia, quæ a pag. 225, cap. 84, usque ad pag. 251, cap. 96, leguntur, item caput libri I ultimum, et forte quoque alia plura, puto Petri Magistri esse, ex eo, quem dixi, deperdito libro Περὶ καταστάσεως decerpta. Promittit vox κατάστασις, *constitutio*, non tantum præcepta sapienter administrandæ reipublicæ, sed etiam rituum, quibus civilia negotia peraguntur, expositionem : adeoque pertinet ad veteres libros tacticos, seu cerimoniales, de quibus in commentariis agemus. Promittit idem quoque dignitas, quam Petrus gessit, magistri sacrorum officiorum, ad cujus officium atque dispositionem etiam cerimoniarius pertinebat. Enitet itaque in hoc primo hujus operis volumine grande hoc Petri Magistri fragmentum, velut gemmula. At in secundo, quod favente Deo quantocius expediam, inter alia præclara enitebit prolixus et insignis liber alicujus Philothei, protospatharii et artoclinæ regii, quo non tantum divinarum epularum ordinem plene distincteque, ut nil supra, persequitur, sed etiam, quod argumento illi cohæret,dignitatum tam palatinarum, quam militarium, et [Ed. L. V.] urbanarum quoque, a summis ad imas, nomina et præsidendi jura, item quæ sint axiomata, seu dignitates, quæ officia, quibus cum brabeis, vel insignibus, conferantur, necnon quo quæque ordine et quibus diebus ad sacram mensam advocetur, assideat et illinc rursus emittatur, recenset. Habet præterea utrumque volumen alia monumenta, e quibus Du Cangii *Familiæ Byzantinæ* augeri, *Constantinopolis Christiana* corrigi, Byzantinorum quorumdam historicorum hiatus expleri, et chronologica quædam momenta recte constitui possunt. Quo pertinent narrationes de Theophili et Basilii Macedonis triumphis, in appendice libri primi; item de expeditione Himerii adversus Cretenses Saracenos sub Leone Sapiente dicto ; porro de legatione Romani Lecapeni ad Hugonem Italiæ regem, muneribusque illi cum protospathario Paschalio in eum finem missis, ut rebelles Longobardos Landulfum, Athenulphum, fratres, et aliud fratrum par, Gaimarium et Gaiferium, illos Capuæ et Beneventi, hos Salerni regulos, in ordinem cogeret. Nitet quoque in primo hoc volumine cap. 96, pag. 253, edita sollicita illa et velut diaria narratio seditionis, per quam a.C. 963 post obitum Romani junioris in urbe regia obortam, Nicephorus Phocas imperio potitus est. Quam rem, ut ut Cedrenus quoque haud perfunctorie narraverit, ad hominis tamen, a quo caput illud nonagesimum sextum profectum est, diligentiam, peritiam atque fidem non accedit. Patet, scriptorem rebus, cum gererentur, interfuisse. Qui orientalem historiam amant, reperient in secundo volumine memoratum aliquem Dilemicum, emirum Amidæ, hominem et oratorem Abu Chamdani ad Constantinum nostrum missum. Qui Abu Chamdan (sic enim pro more illorum temporum, quamvis non satis recte, pro Ibn Chamdan appellatur) fueritne Naseroddaulah, an ejus frater Saifoddaulah, ambo potentes per Syriam atque Mesopotamiam principes,et in historia orientali celebres, in commentariis inquiram. Ne leviora illa commemorem, in secundo libro, alias inter inscriptiones litterarum a Byzantinis ad alios reges terrarumque dominos missarum,haberi quoque inscriptiones litterarum, vel aurearum bullarum, ut appellabant, ad Protosymbulum Agarenorum, qui est Bagdadicus Chalifah, item ad Indiæ dominum (quæ inscriptio mihi quidem perquam mira accidit : non enim video quid rei Byzantinis imperatoribus, nostro certe Constantino, cum Indiæ rege, id est Arabiæ Felicis, ut ego equidem existimo, commune fuerit) : comparent ibidem loci litterarum inscriptiones ad regulos obscuros Iberiæ, Albaniæ, et Abasgiæ ; unde ad geographicam notitiam tractus versus Scythiam Asiaticam vergentis accessio fiat. Memorantur quoque principes aliquot Bulgarici, quos in omne historia hactenus frustra requisivi. Quæro pariter adhucdum, quinam fuerint,et a quo ad nostrum Constantinum legati illi Hispani, quorum altero libro mentio fit. Ea quoque particula scita est, quæ quo comitatu celebris illa Russorum archontissa seu ducissa, Elga, vel Olga, ut alii appellant, CPlin venerit, enarrat, et quibus [Ed. L. VI] honoribus donisque eam et comitatum Augusti nostri affecerint, quo in conclavi Constantinus et Romanus filius, quo rursus Helena Augusta et ejus nurus eam exceperint, et ad colloquium, aut et ad epulas, et quibus diebus, admiserint, quando coram Augustis stare, quando considere jusserint. Quid denique afferam urbis Constantinopolitanæ situm et faciem, vel, ut appellant, topographiam, qualis ea ætate erat, in multis rectius ex hoc libro percipi, quam e Du Cangii *CPli Christiana*, præclaro alias et utilissimo libro, viri doctissimi et in historia medii ævi, Byzantina præcipue, exercitatissimi ; at illi tamen libro nonnulla, quæ abesse malis, adhæserunt, quorum de cætero veniam æquus quisque viro de his litteris meritissimo facile faciat. Eo pertinet, ut id obiter attingam, quod palatium Magnauræ, in quo legati excipi et audiri solebant, in extrema urbis parte occidentale posuerit, cum magni palatii ad Stenum siti, in quo ordinarie imperatores habitabant, pars esset. In eo quoque ratio Bandurium fugit,quod celebrem illam Auream sic dictam portam in mediis mœnibus urbi ex parte terrestri vel occidentali prætentis collocat.Ea vero ad sinum Propontidis sic erat posita, ut navibus ad eam appelli posset. Alia prætereo, quæ gratiam et favo-

rem huic operi conciliare queant, quum satis et abunde mihi de hoc argumento dixisse videar, et quæ præterea huic operi insunt scitu digna, nequeant, ubi integrum prodierit, eruditorum oculos fallere.

§ 3. *De inscriptione hujus libri.* — Titulum, *de cerimoniis aulæ Byzantinæ*, præfixit huic operi clar. Leichius, ad exemplum Maii et Fabricii. Alius conspicitur involucro coriaceo membranarum nostrarum impressus; nempe *de regalibus institutionibus*. Auctor ejus ille est, quisquis is fuerit, qui membranas ea veste amiciri jussit, in qua adhuc cubant. Conjicitur is fuisse Matthias Corvinus, illustrissimus rex Hungariæ, qui membranas nostras olim in celebre illa sua Budense bibliotheca ideo fertur habuisse, quod in utraque involucri tabula insignia regni Hungarici et Bohemici conspiciuntur. Adhuc alius denique titulus ordine temporum primus, est hic Græcus, ab ipso Constantino, aut, si quis malit, a librario profectus, Σύνταγμά τι καὶ βασιλείου σπουδῆς ὄντως ἄξιον ποίημα, *compilatum aut congestum opus, vere dignum regiis curis.* Utrumque quidem vere atque recte. Comportatum enim est e variis auctoribus, et digestum eo modo, quo lapides in acervo. Fuit quoque Byzantinorum regum non minima cura, pompam et cerimonias aulæ suæ ad formam hoc libro traditam conformare; quod ex Luitprandi historia patet. Is enim, præsul Latinus, non exiguorum spirituum, cum videret, clericos apud Græcos laicis non præferri, sibique locum in epulis imperialibus non tantum infra Græculos, ut appellat, patricios, sed etiam infra ipsos Bulgaros assignari; (id autem ex hujus libri edicto, neque aliter, fieri debebat;) tantam exardebat in iram atque indignationem, ut non solum de sacra mensa surgens abiret, sed etiam in libello, quo ad herum, Ottonem I, imperatorem Saxonicum, suæ legationis sucessus perscripsit, Nicephorum [Ed. L. VII] Phocam totamque Græciam coloribus invidiam cientibus denigraret. Recte *igitur eatenus* quidem congruit Græcus ille titulus hnic operi. At eo merito displiceat, quod argumentum libri sui, quale sit, non edat. Non tamen abludit ab ingenio istorum temporum, et maxime nostri Constantini, qui morem videtur amasse, libris suis ignorabilia et incongrua nomina imponendi. Præstanti illi, quam supra laudavi, collectioni, aut bibliothecæ, vel Pentecontateucho, quodnam quæso poterat inscribi nomen ineptius, quam quod ab auctore inscriptum fuit, κεφαλαιώδεις ὑποθέσεις. Quod sive *brevia argumenta*, sive *argumenta in certos titulos digesta*, interpreteris, non magis ex eo intelligas, nisi aliunde noris, quale fuerit collectionis argumentum et finis, quam alius libri, cui auctor titulum Adversariorum aut Collectaneorum præfigere voluerit. Similis est alter ille titulus, quem Constantinus operi suo, quod a nobis *De administrando imperio* citari solet, ad Romanum filium scripto, præposuit, φιλοπόνημα, *exercitatio*. Vid. Bandur. initio notarum ad istum librum, tom. II *Antiq. Imp. Orient.*

§ 4. *De auctor libri.* — Fuit hoc opus hactenus, ex fide membranarum nostrarum, illi Constantino Porphyrogenneto, Leonis Sapientis filio, Basilii Macedonis nepoti, tributum, cujus inter doctos purpuratos magna laus et celebre nomen est, et cui alia quoque ingenii industriæve monumenta, ut, præter modo laudatum geminum opus, liber de thematibus, alius de vita Basilii, item de imagine Edessena libellus, imputantur. Ego vero, cum in hoc nostro, ut inscribitur, Syntagmate invenirem haud pauca, ejus, quem dixi, Constantini excessu posteriora, non margini assuta, sed ab eadem manu, quæ cætera omnia exaravit, uno continuo filo intexta: cœpi de auctore fideque inscriptionis, et vulgaris famæ ambigere. Sunt autem illæ characteristicæ temporum notæ hæ præcipuæ. In illo capite, quod monumenta sepulcralia imperatorum CPtanorum percenset (est id libri secundi quadragesimum secundum), occurrit illius ipsius Constantini, quem liceat doctrinæ gratia Sapientem ad patris Leonis exemplum appellare, urna cum hoc elogio : Λάρναξ, ἐν ᾧ ἀπόκειται Λέων.. σὺν τῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ, ὕστερον τελευτήσαντι, τῷ Πορφυρογεννήτῳ, *Urna, in qua jacet Leo... cum filio Constantino Porphrogennelo, qui deinceps mortuus* (id est longo tempore post positum patri monumentum vita defunctus et in paternum tumulum illatus) *fuit.* Aliquot interjectis versibus memoratur Basilii, vulgo Bulgaroctoni dicti, monumentum, qui filius Romani junioris, nepos supra dicti Constantini Sapientis, anno post avi obitum sexagesimo quinto vivis excessit. Tandem quoque capite sexto et nonagesimo primi libri, seu quinto et centesimo, secundum membranarum computum, narratur, quid A. C. 965 a mense Martio usque ad Augustum in illo interregno contigerit, quod Romani junioris excessum, et Nicephori Phocæ tyrannidem intercedit, et qua hic eam ratione invaserit. Hæc anno post Sapientis Constantini excessum [Ed. L. VIII] quarto contigerunt. Palam igitur est, hæc ab illo scribi et in Syntagma suum inferri non potuisse. Quid ergo statuendum? Unum superest aut alterum statuere : sive juniorem Constantinum Porphyrogennetum, Romani filium, Sapientis Constantini nepotem, operis nostri auctorem esse, cui ademptum librarius per errorem avo tribuerit : aut esse quidem ejus Constantini, cujus in titulo perhibetur, at expertum interpolatorem ; sive nepos ejus Constantinus ille fuerit, sive alius quiscunque. Specie neutra caret sententia ; mihi tamen rectius videor facere, si posteriori calculum meum addam, quam si priori.

Isti quidem sententiæ, quæ juniorem Constantinum. Basilii Bulgaroctoni fratrem, operi huic inscribit, et secundum quam deberet illo exaratum fuisse triennio, quo solus ille Constantinus post

litteras meritis uberiorem materiam aliis temporibus seposui, cum ejus de cærimoniis aulæ Byzantinæ opus, in duos libros digestum, e codice bibliothecæ publicæ, id quod maxime nunc molior, evulgabo. Ætas ejus, si quæ alia, magnis exemplis dives fuit. Nam Russi, Turcique, sacris Christianis tum primum aut initiati, aut altius imbuti sunt; Bulgari, valida et ferocissima gens, post bella plurima et cruenta, sanguine et fœderibus cum domo Augusta coaluere: res contra Italiæ magis declinarunt, et novum postea incrementum Germanorum gloriæ fuerunt. Ipse Constantinus secundis adversisque juxta famosus fuit, et ademptam sibi potestatem generoso animo passus est, mox receptam ad nepotes transmisit. His itaque inductus, quæ ad illustrandas ejus res maxime pertinere visa sunt, ex antiquis scriptoribus collegi, quorum nonnullos, aut libidine assentandi, aut odio adversus principem, multa commentos esse, animadverti. Non defuerunt, sane Constantini rebus dicendis decora ingenia; nam et Leo Grammaticus et Simeon Logothetes, et Gregorius Monachus, et quem hi præcipue secuti sunt, Theophanis continuator, vitam ejus posteris tradiderunt. Prætereo Scylitzen, Zonaram, Cedrenum, oscitantes sæpe, nec ullo modo antiquis illis comparandos, deinde Latinos, Luitprandum, Reginonem, cæteros, veris plurima, partim falsa, partim incerta admiscentes, tum orientales, Eutychium et Elmacinum, quos tunc demum, cum eorum castigandi errores erant, adduxi. Vale, Lector, et studiis nostris favere perge.

CONSPECTUS.

I. *Constantini tempora. Ætas sub tutoribus acta.* II. *Bulgaricum bellum. Quædam ex antiqua gentis historia.* III. *Romanus Lecapenus imperium ad se rapit, æmulis sublatis.* IV. *Contentiones de quartis nuptiis Leonis com. ponuntur.* V. *Pax cum Bulgaris. Melitene imperio adjecta.* VI. *Bellum Scythicum, Ungaricum, Russicum.* VII. *Imago Edessena Constantinopolin transfertur.* VIII. *Constantinus. Romano et aliis pulsis, imperium occupat.* IX. *Victoriæ de Saracenis. X Ungarorum principes et Russi Christianis sacris initiantur.* XI. *Motus per Calabriam et Apuliam. Longobardica expeditio.* XII. *Constantini obitus, opera publica, virtutes, vitia.*

I. Constantinus Porphyrogennetus, Leonis Philosophi e Zoe Carbinopsina filius, an. 905 natus est, quo tempore exortus crinitæ stellæ, quam cometen vocant, fœdarum de imperio contentionum et civilis sanguinis, ut vulgo credebatur, præsagium, apparuit. Aqua lustrali a Nicolao patriarcha, eo die, quo Servatoris in Jordane fluvio lustrati memoria celebratur (Græci Θεοφάνια vocant,) ablutus est (1); pompa in expiationibus principum solemnis, quod mater nondum Augusta appellata esset (2), omissa. Juventutem ejus Theodorus, doctus, ut tum erant tempora, et in administrandis rebus magni vir momenti, præceptis et exemplo formavit (3). Coronam puero in spem successionis imperii Euthymius patriarcha imposuit, nondum obsoleta Cæsaris dignitate, qua ornatus, *Nobilissimus*, antiqui moris instituto, vocabatur (4). Eumdem brevi intervallo Leo, morti proximus, Alexandro fratri, potestatis et consiliorum omnium comiten ac socium, commendavit, ut eo magistro regnandi artes, sibi suisque civibus salutares, addisceret (5). Tum vero, nunquam satis tutum esse regni consortium, apparuit nec Alexandrum, pessimo exempli principem, qui multa crudeliter, multa intemperanter gerebat, a scelere abstinere. Nam Basilitzem, nec sanguine, nec in rem publicam meritis, clarum, sublato Constantino, admovere imperio cogitabat; quibus consiliis mors ejus intercessit, postquam annum unum, et quod excurrit, regnasset (6). Puero, nec ætate, nec rerum experientia, tantæ molis capaci, Nicolanum, sacrorum principem, Stephanum et Joannem Eladam, tutores testamento instituit, quorum licet æqualis dignitas esset, summa tamen apud Nicolaum stetit (7). Interim res publica

NOTÆ.

(1) Continuat. Theophan. in Leone Basil. F. XXIII, p. 228. Leo Grammat. p. 483. Scylitzes p. 602, etc.

(2) Augustæ dignitas ipsi tum primum impertita, unaque nuptialis corona imposita est. Zonaras, t. II, p. 178: Οὐκ εὐθὺς μέντοι αὐτῇ τῆς βασιλείας μετέδωκεν ἀξιώματος, ἀλλ' ἐφ' ἱκανὸν αὐτῷ συμβιοῦσα ἦν ἀταινίωτος, μέχρις οὗ παιδίον ἐξ αὐτῆς ἐτέχθη, τῷ βασιλεῖ. *Eam non statim honore imperatorio est dignatus, sed diu sine diademate habuit, donec filiolum peperisset.* Simeon Logotheta in Annalib. p. 466: Εὐλογήθη Λέων καὶ Ζωὴ — καὶ ἀνηγόρευσε τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν Ζωὴν Αὐγούσταν. *Benedictionem nuptiali ritu consecuti sunt Leo et Zoe — uxorem quoque Zoen Leo Augustam proclamavit.* Adde Cedren. p. 600.

(3) Hic ille Theodorus est, qui postea pacem cum Simeone, Bulgarorum rege, composuit, et Constantino, ut Romanum collegam ac defensorem imperii assumeret, persuasit: post urbe cum Theophylacto patricio, quod contra Romanum novas res moliri argueretur, pulsus, in Opsiciana, minoris Asiæ regione, ætatem egit. Contin. Theophan. XI, pp. 241 et 245; Leo Grammat. p. 492. In bibliotheca Augusta Vindobonensi exstant Theodori orationes aliquot, quibus Constantinum et Zoen matrem celebravit. Lambec. Commentarior. lib. IV, p. 11.

(4) Georg. Mon. in Novis Imp. p. 561; Zonaras p. 180. De *Nobilissimo* et *Nobilissimatu*, ut sequiori ævo ea dignitas vocabatur, agit Cangius in Glossar. Græc.

(5) Vix enim septem annos Constantinus natus erat, cum pater fato fungeretur. Hinc eum Gregor. in Vita Basilii (ad d. 26 Mart.), p. 670: Κομιδῇ νέον καὶ παῖδα, Luitprand. Hist. l. III, c. 7, *parvulum et ælalon*, id est, *mutum et infantem*, vocat. Successit autem Alexander anno 911. Apud Simeonem Logothetam, annum 907 ponentem, numeri corrupti sunt.

(6) Contin. Theophan. p. 233, ἔτος ἓν ἡμέρας κβ', *annum unum, dies* 22. Simeon Logotheta et Leo Grammaticus dies, præter annum integrum, 29 numerant, quorum sententiam proximam vero esse, Pagius in Crit. Baron. an. 912, pag. 804, ostendit.

(7) Gregor. in Vita S. Basilii jun. p. 670, n. 10: Ἀλέξανδρος ἐπιτρόπους τε καὶ φύλακας αὐτῷ ἐπ-

a Polyeucto patriarcha, non multo post, sacris diptychis adscriptum esse, plurimi indignarentur (45).

V. Post annos admodum quindecim, quam primum imperium adorti erant, Bulgari rursus pacem exuere, seu assuetudine gentis, quæ secunda adversus circumjectas nationes bella hactenus exercuerat, seu quod claustra maris ac terræ levi præsidio adversus validissimos exercitus septa essent. An. 929. Tum prætorianæ cohortes arma subito ceperunt, infausto eventu, cum acrius quam constantius, prælium inirent. Classe etiam vindicare maria visum, quæ, ducum imperitia, aut dispersa est, aut in fugam conjecta. Auxerunt terrorem agrestes, cum portis urbis incidentes, Pegarum et Theodoræ palatia, Stenumque, hostili igne accensa, procul fumare nuntiarent. Pericula ultima audere et experiri tandem jussus est Sactitius, quem palantes copias non instrenue aggressum, uno vulnere Barbari in mortem affecere. Cujus gesta multi cum attigerint, in eo consentiunt, magna in ipso virtutis, magna belli decora fuisse, quibus rem publicam in paucis sustinuisset. Inter hæc rex Bulgarorum, et ducis et gregarii militis officia obiens, Andrianopolin cum exercitu movit, corona circumdatam, postquam annona defecerat, cepit, captivo duci, quidquid tormentorum reperiri potuit, adhiberi jussit. Inde victoria haud segniter usus, Thracia et Macedonia ferro igneque vastata, sedem imperii et caput, Byzantium petiit; at castris positis, versa ad pacem cogitatione, ut sibi cum Romano colloqui liceret, oravit (46). Admiratio sublit utriusque exercitus militem, cum hinc ferociam Bulgari, inde non infractam imperatoris mentem cerneret, ut qui tantæ dignitatem majestatis, raro ea tempestate, et ex vetere memoria exemplo, ore totoque habitu proderet; jam tum præsagiens animo, fore ut pax affinitatibus connubiorum firmaretur. Aliquot annis post, Simeon Bulgarus, morbo exstinctus, Petro filio regnum testamento relinquit (47), qui, licet jam exercitum in Græcos armasset, cum Turci, Servii, Chrobati, validæ nationes, sibi imminerent, summaque præterea caritas annonæ incideret, legatos de pace instauranda, ad Romanum misit, utque Maria, Christophori Cæsaris filia, in manus sibi conveniret, rogavit. An. 942. Tum spes objecta est Christophoro secundi a patre loci, Porphyrogenneto quidquid ex avita majestate supererat ademptum (48). Hæc domi fere ea ætate gesta sunt. Paulo antea Melitene, vetus ac nobilis ad Euphratem urbs, Armeniæ secundæ a Justiniano assignata, recepta est (49). Diu subjectam Saracenis Constantinus Copronymus olim occupaverat, in obsequio tenere non potuerat (50). Joannes Curcuas, præfectus militum, qui per Syriam stativa habebant, obsidione longa et difficili cinctam, in ditionem redegit, et postea civium auxilio finitimis gentibus attritis, prædam insignem, captivos, bellique confecti famam domum reportavit. Urbem et quidquid finitimi agri est, in provinciam, quam *Curatoriam* vocarunt, imperator descripsit (51).

VI. Sub idem fere tempus bella plurima fines imperii terruerunt. Nam et Scythæ, Strymone superato, Nicopolin, validam urbem, Augusti victoria nobilem, occuparunt, et Turci, qui et Ugri (52), a septentrione Thraciam, Byzantium usque, incursarunt : hos Theophanes patricius prosperis præliis

NOTÆ.

σιλεία τῶν θεοστεφῶν Βασιλέων ἡμῶν Βασιλείου καὶ Κωνσταντίνου συνῆψε καὶ συνήνωσε. E quibus verbis etiam hoc colligitur, turbas inter Euthymianos et Nicolaitas nondum hac ætate compositas, aut novas potius de quartis nuptiis ortas esse. Quod præterea Cedrenus testatur, magnamque Nicolai Chrysopergii in stabilienda concordia curam fuisse, prodit p. 702 B. Cæterum in matrimoniis ineundis nulla gens Græca religiosior fuit, ut ex Matthæi Monachi Quæst. matrimon. apparet, et illustri exemplo probat Cedrenus p. 649.

(45) A Vita S. Polyeucti e Græcis scriptoribus collecta Act. SS. Febr. t. I, p. 707.

(46) Leo Grammat. p. 498. Contin. Theophan. p. 248. Simeon Logoth. p. 483, cæteri. Meminit etiam Theodos. Kioviens. ad an. 929, Sigebert. ad an. 926.

(47) Quem ex altera uxore susceperat, Michaele, primo loco nato, ritu monachorum tonso. Simeon Logoth. p. 46.

(48) Bulgari scilicet id rege genteque sua indignum judicantes, quod in solemnibus populi acclamationibus, Constantino primum, deinde Christophoro honos haberetur, facile a Romano, ut mutatio prisci moris fieret, impetrarunt.

(49) Ἐπίσημον καὶ ἐξακουστον, καὶ πάνυ ὀχυρὸν καὶ δυνατὸν κάστρον τῆς Συρίας vocat Theoph. Contin. p. 257. Conf. Pagius ad an. 927. VIII. Notus est Acacius Meletinensis episcopus, Nestorianis contentionibus quinto sæculo implicitus.

(50) Zonar. Annal. t. II, p. 108. Cedrenus p. 463.

(51) Leo Grammat. p. 504. Contin. Theoph. p. 258. Dicta est *Curatoria* a *Curatore*, qui tributa, per eam provinciam collecta, ærario principis, quod et ipsum Κουρατωρία vocatur, inferebat. Hoc ex Simeone Logotheta p. 487 colligo : Μελιτηνὴν Κουρατωρείαν ἐποίησε ὁ βασιλεὺς, καὶ πολλὰς χιλιάδας χρυσοῦ καὶ ἀργυρίου ἐκεῖθεν λαμβάνει ἐτησίως. Cangius in Glossar. h. v. Annæ Comnenæ locum *Alexiad.* l. VII, p. 205, corrigit, et pro Μιτυλίνης Μελιτήνης rescribit, in quo ipsum ratio fugit. Refert Augusta, Tzacham, classi præfectum, occupatis Clazomenis, in Phocensem agrum solvisse, eumque diu in obsidione Methymnæ hæsisset, Mitylenensem regionem in ditionem redegisse. Unde, qui locorum situm et circumscriptionem norunt, facile intelligent, eam de Mitylene, vetere ac nobili urbe, loqui, cujus nomen universæ insulæ postea tributum videtur.

(52) Indict. VII, m. Aprili, seu A. C. 934. Turcos fere vocant scriptores, qui hodie Hungari sunt. Zonar. p. 176. Τοῦρκοι οἱ περὶ τὸν Ἴστρον, οἱ καὶ Οὔγγαροι καλοῦνται. Idem p. 255 de Turcis, regni Saracenici eversoribus, scribit, eos septentrionalem plagam ad Caucasum montem incoluisse. Multa de iis Constantinus libro *De administrando imp.* variis locis observat.

subegit, et captivos, quorum ingens numerus erat, A recepit. Pace cum his composita, Russi, quæ tum natio, terror Græci nominis mari præpollebat, direpta minori Asia, cum decem navium millibus mare obsederunt (35). Nunquam in [L. XIX] accolas gravius sævitum, præcipue sacerdotes gravissimis suppliciis affecti sunt, nec a sacris ædibus hostes ignem abstinuerunt. Distractæ scilicet erant imperii vires, quod naves aut contra Saracenos missæ erant, aut insulas tuebantur. Præerat Russorum classi Igor, seu Ingor (54) (quod admoneo, ne quis vivorum immutationem putet, quæ nominum est), princeps gentis, nulli virtute secundus, et victoriis plurimis superbus. Non diu tamen hostes, cum ventum ad manus esset, Theophanis. impetum sustinuere : certe ex navibus paucæ servatæ, pars maxima aut mersa æquore, aut Græco B igne combusta est. Fugientibus Joannes Curcuas cum Orientis copiis supervenit, et horribili clade affectos delevit. Re feliciter gesta, Theophanes princeps cubiculi dictus, Joannes Curcuas, qui duobus et viginti annis rem publicam consilio et armis sustentarat, et, ut erat magnis ausis promptus, mille ceperat oppida, prolatis ad Euphratem et Tigrim imperii finibus, invidia oppressus est (55). Russi a cæde et ferro animum sumpsere, et ignominiæ impatientes, collecto e Varegis (56), Slavis, Polonis, milite et instructa classe, rursus Græciam tentarunt. Anno 944 missis quoque in Patzinacas concitoribus belli (57). Quo nuntio perterritus imperator, tributum hosti pendere cogitur (58). At anno proximo fœdus cum Igore, cujus sententia in C hunc modum fuit, paciscitur : commercia terra marique libera utrique populo esse debere ; Chersonesum Tauricam nolle se armis invadere, nec Bulgaros contra incolas excitare, in re trepida, imperatori auxilia se missuros esse, Russi spoponderunt; de capitis etiam damnatis, deque transfugis et latronibus statutum. Turci, cum iterum res Græcas lacerassent, a Theophane persuasi, datis obsidibus, inducias in quinque annos pacti sunt : longinquam enim militiam Græci aspernabantur (59).

VII. Mesopotamiæ componendæ Theophilus, Joannis Zimiscæ, qui postea imperator salutatus est, avus, deligitur, ut Saracenos, late ea loca habitantes, in obsequio contineret (60). Caput regionis, Edessa, nobilissima urbs, et munimentis objecti amnis, murisque firmata, diu obsidionem toleravit, qua tandem soluta est, Servatoris imagine, linteo impressa. Hanc Abgarum regem, morbo difficili ac diuturno decumbentem, cum se præsenti Servatoris auxilio, per litteras commendasset, accepisse ferunt, et desperata jam salute, subito convaluisse, mox attonitum rei miraculo, ad Christianam professionem esse adductum (61). Alii, ut difficile est, tam antiquam rem subtiliter exsequi, Servatorem, in Oliveto tristitia immensa confectum, Thaddæo sudarium, quo faciem absterserat, ad Abgarum principem perferendum tradidisse memorant, edito oraculo, urbem, quæ sacrum pignus rite servaret, perpetuo invictam fore (62). Hæc, mira quanquam, fidem ex eo traxerunt, quod Cosroes Persa, cum in obsidione urbis hæreret, ejus contactu (dedicatum enim erat in veteris statuæ fundamento) gravissimo morbo liberatus sit, et lustrali aqua se et familiam omnem ablui jusserit (63). Hinc imaginem Romanus imperator, cui indignum videbatur, hæc sacra tam impuris manibus contrectari, sæpe expetitam, non obtinuit, licet ducentis Saracenis, quos captivos tenebat, et XII millibus æris signati, oblatis. Tandem eam præfectus urbis, ut a suis finibus Græcos arceret, concessit, pactus, ut Edessam et conterminos agros nunquam bello in posterum vexarent (64). Sic Byzantium deportata, in Blachernis primum, post in æde Phari, reposita

NOTÆ.

(53) Anno 941, seu, ut Byzantini computant, indict. XIV, Leo Grammat. 506. Anon. Combefis. pag. 262. Simeon Logoth. pag. 490. ubi Russos *Dromitas* vocat, ἐκ γένους τῶν Φράγγων ὄντας. Tum enim Germania universa Francia dicebatur, ut in notis ad Constant. *De cærimon. Aulæ Byzant.* ostendam. Huc etiam Luitprandus pertinet v, 6 : *Gens quædam est sub aquilonis parte constituta, quam a qualitate corporis Græci vocant Russos, nos a positione loci vocamus Nordmannos.* Nicetas, a Cangio ad Zonaram, p. 99 adductus, eos τῶν Σκυθῶν ἔθνος vocat. Classem ad millia quindecim paraverant. Zonar. p. 191. Meminit etiam Sigebert. ad an. 936.

(54) V. Theopb. Sigefr. Baveri *Dissert de Varegis* in Comment. Petropolit. t. IV, p. 293.

(55) Vitam Jo. Curcuæ et res bello egregie gestas octo libris Manuel Protospatharius exposuit, quod opus dudum periit. Theoph. Contin. p. 265. Conf. Cangius *Famil. Byzant.* p. 153.

(56) Bayerus l. c. Gerhardus Frid. Mullerus, cui multum debet antiqua Russorum historia, nomen gentis a vocabulo *Varech, marinus*, ducit, idque omnibus, qui piraticam exercebant, commune fuisse conjicit, in *Collect. ad Histor. Russor.* p. 4. Theodos. Kioviens. ad. an. 860. eos, mari trajecto, Slavis, Meranis, Crivitzis, qui communi nomine Russi appellantur, tributa imperasse refert.

(57) Theodos. Kioviens, an. 944; silent enim hanc novam irruptionem Byzantini scriptores.

(58) Idem an. 945.

(59) Contin. Theoph. p. 267, cæteri Theodos. Kiov. an. 943.

(60) Contin. Theoph. pp. 265, 278, Leo Grammat. p. 508.

(61) Nigra scilicet lepra graviter laborabat Abgarus, inde Uchomo, *niger*, cognominatus, ut Bayerus in *Hist. Edessena*, p. 104 arbitratur; de genere enim morbi non convenit inter scriptores. Multi de mutuis Abgari et Christi epistolis scripsere, præcipue Grabius *Spicil. PP.* t. I init.

(62) Constantin. *De Christi imagine Edessena* p. 85, quæ exstat in *Manipulo Rer. Constant.* Adde Combefisio notata p. 105.

(63) Evagrius lib. IV, c. 27, ubi Cosroem propterea exercitum urbi admovisse scribit, ut, quæ de imagine vulgo tradebantur, mendaciii argueret. Paulo aliter Constantin. p. 91 narrat.

(64) Charam scilicet, Saroten et Samosatam, Edesseno præfecto, quem Emirum vocant, subjectas. Constantin. pag. 94; adde Contin. Theoph. l. c. rel. Hoc pactum aurea bulla imperator confirmavit.

filiorum, fuere. Qui, cum pater, annis morbisque gravis, hosti tam feroci, tam callido, impar esset, belli discrimen subiere, et domito Chalebi præfecto, urbem triumphantes intrarunt (73). Victoriæ fructus urbs Samosata fuit, a Basilio in ditionem redacta. Eodem tempore, re feliciter in Africa gesta, ex Ægypto et Persia legati, renovare dextras, ut nova fœdera componere cupientes, venere, quod sibi magnificum, ut erat, imperator duxit (74). Postea turbare fortuna cœpit. E Creta enim insula, magna Saracenorum turba erumpens, navigia, quæ Græci validissima in mare deduxerant, aut mersit, aut cremavit : causa calamitatis ducum negligentia et imperitia fuit. Nec amissa Constantinus Gongylas reparavit, quin potius in summum discrimen rem Græcorum traxit (75) Postremo Nicephoras Phocas, novam classem molitus, in Cretam solvit, fusis hostibus, arces munitissimas, in his Chandacem, tutissimum gentis præsidium, excidit, urbes, præfectis sub jugum missis, recepit, ut metuendum esset, ne, tanto successu rerum elatus, regnum affectaret (76) : quod tamen, sic volentibus fatis, brevi consecutus est. Hæc, quanquam plures per annos gesta, conjunxi, ne divisa tædio forte lectorem afficerent.

X. At in Thracia dispari eventu pugnatum est, Turcis, qui et Ungari, proximos per campos effusis, eo violentius, quod, distractis tum copiis, ducem strenuum sibi obviam iturum, non rebantur. Missus in hos Pothus Argyrus, patricius, onustos præda, eoque impeditiore agmine euntes, subito invasit, captivos et prædæ partem recepit (77). Paulo ante duo ex primoribus gentis, qui cum turba convenarum, aut in Græcia, aut in Bulgaris, forte consederant, pace in perpetuum cum imperatore firmata, sacra Christiana, utque lustrali aqua expiarentur, postularunt. Gylas, Hierothei, quem patriarcha sacrorum per Turciam antistitem dixerat, præceptis institutus, in fide permansit, pietate et ceteris virtutum ornamentis insignis : alter mox ad avitam superstitionem relapsus, cum expeditionem in Græcos et Germanos suscepisset, ab Ottone imp. captus, pœnam capite persolvit (78). Cæterum eadem religio Russos incesserat ; quibus olim a Basilio Macedone, avo [L. XXI] Constantini, icto fœdere aditus ad sacros fontes, præsul ab Ignatio patriarcha, datus fuerat (79). Elga, quam Græci nonnulli Helenam vocant, Ingoris, hostis quondam imperatoris, post amici et socii, vidua, stipata principibus gentis, Byzantium, ut in consortium sacrorum reciperetur, accessit. Splendide a Constantino excepta, et muneribus aucta est (80) ; addit Theodosius Kioviensis, imperatorem feminæ forma excellenti matrimonio jungi voluisse, sed tulisse responsum : non posse se uxorem ejus esse, qui se inter lustralia sacra in filiam adoptasset (81). Is rumor eorum temporum fuit, cui fidem adimit, quod in vivis esset Helena Augusta, et abhorrerent a peregrinis connubiis imperatores, ut ipse Constantinus, inter cetera de servanda majestate præcepta, filium, ne illa unquam expeteret, admonuerit (82). Missi cum Elga sacerdotes, qui deformia simulacra cultumque penitus obolerent. An diu gens promissis steterit, incertum. Traditur fama, venisse interjecto tempore ad Ottonem imp. a Rugis, seu Russis, oratores, qui doctrinæ Christianæ interpretes populo expeterent : facile annuisse Ottonem, et Adelbertum aliosque ablegasse, sed omnes a perfida gente aut cæsos, aut omni contumelia affectos esse, solum Adelbertum evasisse. Quæ, licet a Reginone, auctore non indiligenti, memorata (83), aliena a vero, aut confusas esse nationes dissitas ac diversas arbitror. Cur enim non a Græcis potius quam a Latinis, Russi sacerdotes postulassent? aut quis veterum auctorum illos Rugos appellavit ? Hos locos inter Viadrum et Vistulam fluvios, ad sinum Codanum porrecta, coluisse accepimus : ad hos Adalbertus, is qui postea Magdeburgicus præsul fuit, ut superstitionem fœdam et infamem exstingueret, accessit. Neque me scriptorum, qui secuti Regionem sunt (84), nec Joannis Mabillonii, magni viri imprimis, Russos

NOTÆ.

(73) Avaritiam Bardæ Phocæ, supremi exercitus ducis, in ultimam perniciem rem Græcorum traxisse, Cedrenus ait, p. 637 ; de quo silent Contin. Theophanis, Logothetes, cæteri, qui Nicephoro triumphalia ornamenta a Constantino decreta esse tradiderunt. Cedremus, ipsum imperatorem de Chabdano et captivis Saracenis triumphum egisse refert, quod verum, et in opere *De cærimon.*, ubi supra proditum est memoriæ. Conf. Theoph. Contin. p. 288.

(74) Contin. Theoph. p. 284. Etiam Gallos ad Constantinum legatos et obsides misisse, idem prodit, p. 183. Ab Italiæ rege, Berengario, Luitprandus Ticinencis, orator, Constantinopolin profectus est. V. lib. VI, c. 1.

(75) Zonaras, p. 195. Cedrenus, p. 640. Contin. Theoph. p. 297.

(76) Contin. Theophan. in Romano Juniore, pag. 296. Lupus Protospatha in Cron. an. Ch 961.

(77) Simeon *Logothe*ta p. 496, cæteri.

(78) Zonar. p. 194. *Bologuden* vocat. Cedren. pag. 636, ubi pro Joanne Francorum rege legendum : *Ottone*. Adde Inchoferi *Histor. Eccles. Hungar.* an. 958.

(79) Constantin. Porphyrogen. in Vita Basilii Maced. 211. Zonar. pag. 173. Fragmentum de Russorum conversione, a Bandurio in Animadv. ad Constantin. *De admin. imp.* p. 112 editum. Etiam Michaele imperante, sacris Christianorum initiati sunt nonnulli. Contin. Constant. lib. IV, p. 120, quo Photius respicit in epistola encyclica, p. 16.

80) Quod ipse memoriæ prodidit l. II. *De cærimon. aulæ Byzant.* p. 343.

(81) An. 955, p. 96. Obiter notandus est Orbinus Ragusæus, qui in regno Slavor. p. 92 sq., Elgam, quam et Olgam, Regino Helenam, vocat, Joanne Zimisce regnante Byzantii ad sacra Christiana accessisse scribit.

(82) *De administr. imp.* cap. 13, p. 65, edit. Band.

(83) Ad an. 959, p. 54, edit. Sohard.

(84) Compilator Chron. Magdeb.

est, procedentibus longo ordine Sthephano et Constantino, Romani filiis, Porphyrogenneto, et senatu, cum cereis, et Evangeliorum volumine, ut tunc consuetudo erat in publicis supplicationibus. Incessit deinde religio, quonam in templo sacra effigies collocanda foret? postremo in Sanctæ Sophiæ illata, rituque solemni culta fuit (65). Exstat Constantini Porphyrogenneti de Edesseno sudario, elegans oratio, anno proximo, ut videtur, in populi concione habita, quam junioris Constantini esse, Aloysius Lippomannus et Cæsar Baronius esse arbitrantur; eo præcipue argumento moti, quod aliud dicendi genus in libris *De administrando imperio*, Vita Basilii, cæteris, appareat (66). Damus hoc Cæsari Baronio, sermonem imperatoris humilem in illis et plerumque vulgarem esse; sed sublimiori stylo formanda erat oratio, quæ tam sacras reliquias digne celebraret.

VIII. Sextus jam et vicesimus agebatur annus, ex quo Romanus imperium pro arbitrio tenebat, adeo imminuta Porphyrogenneti potestate, ut experti publicæ curæ et consilii, præter Augusti nomen, nihil omnino relictum esset. Qui ad ultimum pertæsus longioris otii, quod studia doctrinæ, quibus [L. XX] animum imbuerat, hactenus unice leniverant (67), de recuperando regno consilia volvit. Quod cum variis artibus tentasset, tutissimum visum est, Stephanum et Constantinum, Romani filios, cupiditate regnandi accendere. Dudum illi paterno odio ardebant, quod Romanus, testamento scripto, principem locum Porphyrogenneto tribuerat: Stephanus præcipue, quem satis jam proclivem facile Basilius, particeps consilii, permovit. Is olim honestum ordinem duxerat, vir callidus, et in animo Stephani validus, quem, opportunitate data, admonuit: imperium ægre a decrepito sene sustineri, viribus animisque opus esse, ne Ugri, ne Bulgari, ne Saraceni aliquid novarum rerum molirentur, solum Stephanum tantæ moli parem esse: A videret, ne tam præclara indoles, tot ornamenta virtutum, inertia obscurarentur. Adjutorem Porphyrogennetum fore, cui nihil antiquius sit, quam eum regnare, qui ad hanc spem genitus esset (68). Itaque Romanus comprehensus, in Proten insulam relegatur et monachorum ritu tondetur: summa imperii ad filios et Porphyrogennetum delata, statim apparuit, arduum, eodem loco potentiam et concordiam esse, cum id ageret Stephanus, ut solus ea dignitate potiretur. Interea Constantinum Helena Augusta, ut tam nefarios ausus comprimeret, excitat, qui eos, specie amicitiæ, epulis adhibitos, post quadraginta dierum imperium, in exsilium pellit. Id Stephanus XIX annos magno animo in Lesbo insula tulit. Constantinus, duobus annis post, ad majora, et magis præcipitia conversus, cum Byzantium repeteret, a custodibus est interemptus (69). Sic tandem solus rerum potitus est Porphyrogennetus, cui insidiæ a plurimis paratæ sunt. Nam et Theophanes, princeps cubiculariorum, Romanum, et Gregorius Macedo, allectis in societatem claris et illustribus viris, Stephanum imperio iterum admovere ausi sunt: in utrumque, detecta perfidia, graviter est animadversum. Post hæc Constantinus Romanum filium, corona imposita, in partem curarum vocavit, ut eum temperius et sibi et posteritati conformaret (70).

IX. Una tum imperatori cura erat, ut regnum a majoribus relictum, avitis patriisque virtutibus regeret, nec extrema a Barbaris dehonestarentur. Cappadociam enim et nobilissima minoris Asiæ oppida Saraceni, Tarsum incolentes, vastarant, præda immensa et captivis plurimis abductis, quos pactis induciis imperator recepit (71). Interjecto tempore, cum, nova classe instructa, Græca littora obsiderent, Basilius secundo prælio eos prostravit, de ducibus captivis Constantinus triumphum prisco more egit (72). Nec minora belli decora Leonis et Nicephori, Phocæ Bardæ, supremi ducis exercitus,

NOTÆ.

(65) Hanc pompam Constantin. pag. 68 sqq. ordine describit. Adde Contin. Theoph. pag. 268. Quæ fuerit sacræ imagini reverentia exhibita, apparet e Gregor. Monach. pag. 505, ubi hoc præcipue telo in eversores simulacrorum, Leonis Armeni ætate turbas commoventes, utitur.

(66) V. Combefisio notata p. 100 *Manipuli Originum CSP.* et expende verba, quæ in fine orationis occurrunt: Ὦ θεῶν ὁμοίωμα τοῦ ἀπαραλλάκτου πατρὸς, φρούρει ἀεὶ τὸν εὐσεβῶς καὶ πράως ἡμῶν βασιλεύοντα, καὶ τὴν τῆς ἀποδημίας ἀνάμνησιν λαμπρῶς ἑορτάζοντα, ὃν τῇ παρουσίᾳ σου ἐπὶ τὸν παππῷον καὶ πατρῷον θρόνον ἀνύψωσας. Adde Lambec. Comment. de Bibl. Vindob. l. VIII, p. 196, et Pagium ad an. 944, n. V.

(67) *Constantinus itaque Porphyrogennetus tum orationi, tum lectionibus vacans, totum se Domino commendabat, opere manuum victum quæritans: sane* τὴν ζωγραφίαν, *id est picturam, perpulchre exercebat.* Luitprand. l. III, c. 9. Hæc ad verbum in suo Chronico repetit Sigebertus, p. 255. Idem ex Græcis Theophanis Continuat. p. 280, et Zonaras p. 195 testantur.

(68) Cedrenus, pag. 633. Vetustiores tamen, nec res vituperio Constantino esset, filiorum hoc scelus fuisse, perhibent, et inscio ipso Romanum regno pulsum. V. Simeon Logotheta, pag. 493, cæteri, cum quibus Luitprandus l. V, c. 9 consentit, nimiamque in filios severitatem exitio fuisse Romano, testatur.

(69) In monasterium Romani filii detrusi sunt, quod timendum Constantino erat, ne se aliquando summa dignitate privarent: sic Theoph. Contin. p. 271, Zonaras p. 195, alii Luitprandus contra auctor est, Constantinum, cum certis indiciis cognovisset, sibi ab ipsis insidias parari, eorum consilia prævertisse, utque philosophatum mitterentur, jussisse. Philosophiæ enim nomine sacra monachorum studia passim ab ejus ætatis, et vetustioribus scriptoribus memorantur. V. Cotelerii *Monumenta*, t. I, p. 184, 187.

(70) Misere hic omnia turbat et confundit Elmacinus in *Histor. Saracen.* pag. 218.

(71) Contin. Theophan. pag. 275.

(72) Idem, pag. 282. Ejus triumphi splendorem imperator in opere *De cærimoniis Byzant.* descripsit, p. 351.

filiorum, fuere. Qui, cum pater, annis morbisque gravis, hosti tam feroci, tam callido, impar esset, belli discrimen subiere, et domito Chalebi præfecto, urbem triumphantes intrarunt (73). Victoriæ fructus urbs Samosata fuit, a Basilio in ditionem redacta. Eodem tempore, re feliciter in Africa gesta, ex Ægypto et Persia legati, renovare dextras, ut nova fœdera componere cupientes, venere, quod sibi magnificum, ut erat, imperator duxit (74). Postea turbare fortuna cœpit. E Creta enim insula, magna Saracenorum turba erumpens, navigia, quæ Græci validissima in mare deduxerant, aut mersit, aut cremavit : causa calamitatis ducum negligentia et imperitia fuit. Nec amissa Constantinus Gongylas reparavit, quin potius in summum discrimen rem Græcorum traxit (75) Postremo Nicephorus Phocas, novam classem molitus, in Cretam solvit, fusis hostibus, arces munitissimas, in his Chandacem, tutissimum gentis præsidium, excidit, urbes, præfectis sub jugum missis, recepit, ut metuendum esset, ne, tanto successu rerum elatus, regnum affectaret (76) : quod tamen, sic volentibus fatis, brevi consecutus est. Hæc, quanquam plures per annos gesta, conjunxi, ne divisa tædio forte lectorem afficerent.

X. At in Thracia dispari eventu pugnatum est, Turcis, qui et Ungari, proximos per campos effusis, eo violentius, quod, distractis tum copiis, ducem strenuum sibi obviam iturum, non rebantur. Missus in hos Pothus Argyrus, patricius, onustos præda, eoque impeditiore agmine euntes, subito invasit, captivos et prædæ partem recepit (77). Paulo ante duo ex primoribus gentis, qui cum turba convenarum, aut in Græcia, aut in Bulgaris, forte consederant, pace in perpetuum cum imperatore firmata, sacra Christiana, utque lustrali aqua expiarentur, postularunt. Gylas, Hierothei, quem patriarcha sacrorum per Turciam antistitem dixerat, præceptis institutus, in fide permansit, pietate et ceteris virtutum ornamentis insignis : alter mox ad avitam superstitionem relapsus, cum expeditionem in Græcos et Germanos suscepisset, ab Ottone imp. captus, pœnam capite persolvit (78). Cæterum eadem religio Russos incesserat ; quibus olim a Basilio Macedone, avo [L. XXI] Constantini, icto fœdere aditus ad sacros fontes, præsul ab Ignatio patriarcha, datus fuerat (79). Elga, quam Græci nonnulli Helenam vocant, Ingoris, hostis quondam imperatoris, post amici et socii, vidua, stipata principibus gentis, Byzantium, ut in consortium sacrorum reciperetur, accessit. Splendide a Constantino excepta, et muneribus aucta est (80) ; addit Theodosius Kioviensis, imperatorem feminæ forma excellenti matrimonio jungi voluisse, sed tulisse responsum : non posse se uxorem ejus esse, qui se inter lustralia sacra in filiam adoptasset (81). Is rumor eorum temporum fuit, cui fidem adimit, quod in vivis esset Helena Augusta, et abhorrerent a peregrinis connubiis imperatores, ut ipse Constantinus, inter cetera de servanda majestate præcepta, filium, ne illa unquam expeteret, admonuerit (82). Missi cum Elga sacerdotes, qui deformia simulacra cultumque penitus obolerent. An diu gens promissis steterit, incertum. Traditur fama, venisse interjecto tempore ad Ottonem imp. a Rugis, seu Russis, oratores, qui doctrinæ Christianæ interpretes populo expeterent : facile annuisse Ottonem, et Adelbertum aliosque ablegasse, sed omnes a perfida gente aut cæsos; aut omni contumelia affectos esse, solum Adelbertum evasisse. Quæ, licet a Reginone, auctore non indiligenti, memorata (83), aliena a vero, aut confusas esse nationes dissitas ac diversas arbitror. Cur enim non a Græcis potius quam a Latinis, Russi sacerdotes postulassent? aut quis veterum auctorum illos Rugos appellavit ? Hos locos inter Viadrum et Vistulam fluvios, ad sinum Codanum porrecta, coluisse accepimus : ad hos Adalbertus, is qui postea Magdeburgicus præsul fuit, ut superstitionem fœdam et infamem exstingueret, accessit. Neque me scriptorum, qui secuti Regionem sunt (84), nec Joannis Mabillonii, magni viri imprimis, Russos

NOTÆ.

(73) Avaritiam Bardæ Phocæ, supremi exercitus ducis, in ultimam perniciem rem Græcorum traxisse, Cedrenus ait, p. 637 ; de quo silent Contin. Theophanis, Logothetes, cæteri, qui Nicephoro triumphalia ornamenta a Constantino decreta esse tradiderunt. Cedremus, ipsum imperatorem de Chabdano et captivis Saracenis triumphum egisse refert, quod verum, et in opere *De cærimon.*, ubi supra proditum est memoriæ. Conf. Theoph. Contin. p. 288.

(74) Contin. Theoph. p. 284. Etiam Gallos ad Constantinum legatos et obsides misisse, idem prodit, p. 183. Ab Italiæ rege, Berengario, Luitprandus Ticinencis, orator, Constantinopolin profectus est. V. lib. VI, c. 1.

(75) Zonaras, p. 195. Cedrenus, p. 640. Contin. Theoph. p. 297.

(76) Contin. Theophan. in Romano Juniore, pag. 296. Lupus Protospatha in Cron. an. Ch 961.

(77) Simeon Logothela p. 496, cæteri.

(78) Zonar. p. 194. *Bologuden* vocat. Cedren. pag. 636, ubi pro Joanne Francorum rege legendum : *Ottone*. Adde Inchoferi *Histor. Eccles. Hungar.* an. 958.

(79) Constantin. Porphyrogen. in Vita Basilii Maced. 211. Zonar. pag. 173. Fragmentum de Russorum conversione, a Bandurio in Animadv. ad Constantin. *De admin. imp.* p. 112 editum. Etiam Michaele imperante, sacris Christianorum initiati sunt nonnulli. Contin. Constant. lib. IV, p. 120, quo Photius respicit in epistola encyclica, p. 16.

80) Quod ipse memoriæ prodidit l. II. *De cærimon. aulæ Byzant.* p. 343.

(81) An. 955, p. 96. Obiter notandus est Orbinus Ragusæus, qui in regno Slavor. p. 92 sq., Elgam, quam et Olgam, Regino Helenam, vocat, Joanne Zimisce regnante Byzantii ad sacra Christiana accessisse scribit.

(82) *De administr. imp.* cap. 13, p. 65, edit. Band.

(83) Ad an. 959, p. 54, edit. Schard.

(84) Compilator Chron. Magdeb.

mentum inerat, ne statim sæviret. Mox ad monachos profectus est, qui in Olympo monte procul negotiis vitam agebant, tanta omnes pietatis et religionis fama, ut Romanus Lecapenus annua ipsis stipendia persolverit (95). Percrebuerat rumor, imperatorem cum Theodoro Cyziceno, quo prætextu Polyeuctus patriarcha, dudum ob ingenium et mores invisus, tollendus esset, deliberasse (96). Inde Byzantium reversus, mortalitatem explevit, seu corporis infirmitate, seu, quod plurimi suspicabantur, veneno iterum petitus. Vixit annos LIV, ex quibus XXVI cum socero Romano, XV solus, regnavit (97). Senatus in funere ornando, et in memoria honoranda, magnum studium fuit; illatus autem est majorum sepulcro in templo Sanctis Apostolis dicato (98). Fuerunt in eo præclara virtutis et pietatis ornamenta, Dei et sacrorum reverentia summa (99). Multa publice opera struxit, in quibus Apostolorum ædes a fundamentis inchoata, et Sanctæ Sophiæ augustissimum templum magnifice instauratum, memorantur. Balneum in Marinæ ædibus, ingens opus, nec inferius Romanis, renovavit : senectute morbisque confectis domos amplissimas, ubi publico sumptu alerentur, concessit : palatium amplificavit (1) : obeliscum veterem, ex Ægypto advectum, in Circo posuit, manentque ejus rei monumenta, sculpta saxis, et ære prisco (2). Muros Nicænos, a Saracenis eversos, collata ex ærario pecunia, refecit (3). Præcipua ejus cura fuit, ne provinciæ novis oneribus turbarentur, tanta justitia, ut delatores, publico exitio repertos, urbe pelleret, tanta lenitas, ut novissima exempla meritis parceret (4). Cæteros præeminentes peritia legum splendidissimis muneribus admovit, artes militares, rem navalem, ac triremium fabricam, per otium ignotam, revocavit, scriptaque ejus egregiam horum memoriam tradunt, quibus exposuit, quantum militum in armis, quantæ sociorum vires, quibus artibus claustra imperii tuenda essent (5). Doctorum hominum ingens ætate illa proventus fuit, e quibus Simeon Metaphrastes, jussu Constantini, sanctorum vitas descripsit (3), Leontius Byzantinus (7), et Genesius (8), et Theodorus Daphnopates (9) suorum temporum historiam, scriptis libris, qui partim ætatem tulere, partim amissi sunt, composuerunt. Cæterum graves quidam et docti scriptores Constantinum sævitiæ, ebrietatis et circa res publicas socordiæ arguunt (10) : quæ si justa reprehensio est, videntur ea vitia aut raro prorupisse, aut majoribus virtutibus esse compensata.

NOTÆ.

(95) Contin. Theoph. in Romano,

(96) Zonaras p. 196, Cedrenus 641, Glycas p. 303.

(97) Sic Theoph. Contin. p. 292. Obiit mensis Novembris die 15, indict. III, anno a m. c. 6469. Simeon Logotheta annos ejus eodem modo numerat, sed indict. VI, an. 6456, decessisse scribit; die 9 Novembris, indict. III, an. 6468, Cedrenus. Lupus Protospatha : *Ann.* 960, *indict.* III, *obiit Constantinus imper. qui regnavit an.* 47, *et surrexit Romanus filius ejus.* Sic etiam Anonymus Barensis, ad quem hæc disserit Camillus Peregrinus : *Noster Cedrenum sequitur, qui coronationem Constantini ætate septennis factam perhibet post patrui Alexandri, nedum post patris Leonis obitum, eam ad annum retulit* 913, *sibique nunc constans mortuum illum dicit* 960, *inchoato a Septembri communis anni* 959 (*sic etiam dicendum de coronatione ejus anno* 913). *Quippe obiit Constantinus, ut ipse notat, indict.* III, *et ut notat Cedrenus, die* 9 *Novembris, scilicet desinente jam dicto communi anno* 959, *quo plane calculo uti hic Noster solet. Cedrenus vero, et post illum Zonaras, tradere videntur, Constantinum imperasse cum patre, patruo et matre annos* 13, *Nimirum usque ad* 919, *quoniam vixisse illum asserunt annos* 54, *annos scilicet vitæ et imperii confundentes.* Quæ doctissimi viri sententia magis mihi probatur, quam illa Pagii, qui ultimum Constantini annum æræ vulgaris nongentesimum quinquagesimum octavum, indictionem primam, esse contendit. Si enim natus ipse est anno 905, quinquagesimus quartus ætatis certe in annum 959, aut potius 960, ineuntem, secundum Græcorum computum, incidit, cum Novembri mense decesserit. Cæterum scriptores, Constantinum tredecim annos cum Leone regnasse, contendentes, tempora non confudisse, sed ab eo anno, quo ab Euthymio patriarcha coronatus fuit, numerasse videntur.

(98) Continuat, Theoph. p. 292. Banduri *Imperium Orientis*, t. I, p. 121.

(99) Ejus enim ætate S. Gregorii reliquiæ Nazianzo Constantinopolim traductæ sunt. V. Græcus scriptor ex codice ducis Sabaudiæ in Act. SS. ad d. 9 Maii editus p. 448 sqq. S. etiam Joannis manus in palatium ritu solemni illata est. Acta SS. ad d. 29 Augusti.

(1) Theoph. Contin. pp. 280, 284.

(2) Græcum carmen colosso inscriptum Bandurius *Antiquitatum CSP.* p. 181 edidit, ubi versum secundum et sequentem ita adduxit :

— — Κωνσταντῖνος νῦν δεσπότης
Οὗ Ῥωμανὸς παῖς δόξα τῆς σκηπτουχίας
Κρεῖττον νεουργεῖ τῆς πάλαι θεωρίας.

Ita Banduriu. At Gyllius, qui de eodem in *Topographia urbis*, l. II, c. 12, multis agit, ita exhibet : Κωνσταντῖνος δεσπότης ὁ Ῥωμανοῦ παῖς, ut dubium sit annon obeliscus a Constantino potius, Romani junioris filio Porphyrogenneti nepote, in Circo sit repositus.

(3) Quod Cangius ex inscriptione muris Nicænis refectis addita colligit, notis ad Zonar, 97; eversionem tamen hanc murorum Leonis Armeni ætate jam accidisse, arbitratur.

(4) Theophanis Continuat. p. 278.

(5) Videantur *Tactica*, liber *De imperio administrando*, edicta varia, de quibus alio loco exponam.

(6) V. Allatii *Diatribe de Simeonibus*, p. 25 sqq. Pagius in Crit. Baron. an. 913, Caveus in *Hist. litterar.*, etc.

(7) Cujus Chronographiam libris IV Combefisius inter *Scriptores post Theophanem*, omisso nomine auctoris, edidit.

(8) Unicum, quantum constat, scriptoris hujus exemplum bibliotheca academiæ Lipsiensis, vetustis bonisque libris referta, servat. Non satis accurate olim descriptum est a Jo. Andr. Bosio, negligentius apud Venetos excusum, ut in observationibus ad Constantinum aliquando ostendam.

(9) V. Cave, p. 551. Scripsit præter cætera Vitam Theodori Studitæ, quam inter Anecdota Græca edere promisit Magnus Crusius, in Dissertat. epistolica, pag. 28.

(10) Zonar. p. 193, Cedrenus p. 635.

EXCERPTUM

Ex Fabricii *Bibliotheca Græca*, De codice ms. Constantini Cærimonialis, auctore Conr. Zacharia Uffenbachio:

Exstat supra col. 29.

EX ADVERSARIIS LEICHIANIS.

DE SCRIPTIS CONSTANTINI PORPHYROGENNETI.

Collegisse multos libros et inde excerpta fieri curasse dicitur præfat. ad Excerpta Legat. ed. Hœschel. Conf. præf. ad Contin. Theoph. p. 2. Script. post Theophan.

Constantino Porphyrogen. dedicavit Historiam suam Genesius de vita Basilii aliorumque imperatorum.

Delectus legum compendiarius ex Instit. Digestis, etc., compositus ab imp. Leone philosopho eo Constant. Porphyr. Lambec. l. v, c. 8.

In cod. LXIV. Bibl. Venetæ compendium exstat legum Leonis et Constantini, scriptum an. 1175.

Theophanis Synopsis compendiaria artis medicæ suasu imp. Constantini Prophyr. ex Oribasii potissimum scriptis collecta et in septem libros divisa. Lambec. 24. manus. jurid. conf. 25. et Wegelini ἔκδοσις et Fabric. ad Allat. de Psellis.

Pselli Synopsis artis medicæ ad Constantinum. A in Escurialensi. Montfauc. in Bibl. mss. p. 623.

Muratorius, t. II. Ant. Ital. diss. 26. recenset auctores Tacticos Bibliothecæ Ambrosianæ ineditos, inter quos occurrunt Ναυμαχικὰ Λέοντος, inedita. Ναυμαχικὰ παρὰ Βασιλείου πατρικίου καὶ παρακοιμωμένου. In alio codice *I Tattici di Constantino Porfirogeneta*. Ejusdem Περὶ ναυμαχίας στρατηγημάτων καὶ πειρατικῆς, etc.

Tactica sine nomine, quæ in codice Laurentino occurrunt (Montfauc. t. I, p. 344) sunt Constantini imp.

Ut Constantinus nonnulla de re militari scripsit, ita imp. Maximiliani libri plerique ad venationem et rem militarem pertinent. Lambec. p. 183.

Anonymi additamentum ad Constantin. de imagine Edessena est in cod. 14. L. VIII Lambec.

Romani et Constantini Constitutiones ecclesiasticæ in Bibl. Ambrosiana. V. Montfauc. Bibl. Manuscr. p. 625.

EX IISDEM ADVERSARIIS DE VITA CONSTANTINI ET HOC CODICE CÆRIMONIALI COLLECTANEA QUÆDAM.

Constantini Porphyrog. neptes ex Romano filio et earum genealog. V. apud Eccard. de stemmate principum Saxoniæ superioris. B

Non convenit cum cæteris auctoribus locus Chronici Vulturn. in rebus Constantini, p. 333.

In codice N. T. membranaceo Basileense occurrit Constantini Porphyr. et Leonis effigies cum aliquot Græcis versibus. Westen. Proleg. ad N. T. p. 55. Cf. Theodor. Studit. p. 170 ed Sirmondi.

Subscriptio in libro Olympiodori Bibl. Venet. p. 2. Ἐπὶ τῆς θεοσυνεργήτου βασιλείας Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν ὀρθοδόξων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων Ῥωμαίων. Ergo Leo et Alexander a. 905 conjunctim habuerunt imperium.

De cærimoniis in genere v. Mus. Italic. t. II. p. 584.

Maius in Observat. ad N. T. quædam habet ex Constant. imp. Cærimoniali. Vid. Bibl. Uffenbach. p. 538, et de ejus editione Histoire Critique de la république des lettres t. XI. p. 333, t. XIII. p. 345. Codex Constantini Porph. Lipsiensis similis est specimini sæculi x, quod in Catal. MS. Græc. Bibl. Venetæ p. 3 conspicitur.

Constantinopolitanorum imperatorum mores et institutio sunt in bibl. Ambros. p. 485. Montfauc. Bibl. Manuscr. p. 623.

Codices de officiis aulæ imperat. Catal. Bibl. Venet. S. Marci p. 105.

[ΕΚΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΤΑΞΕΩΣ[1].]

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ

ΤΟΥ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΟΥ (1) ΚΑΙ ΕΝ ΑΥΤΩ ΤΩ ΧΡΙΣΤΩ (2) ΤΩ ΑΙΩΝΙΩ ΒΑΣΙΛΕΙ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, ΥΙΟΥ ΛΕΟΝΤΟΣ (3)

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΚΑΙ ΑΕΙΜΝΗΣΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

ΣΥΝΤΑΓΜΑΤΙ[2]

ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΣΠΟΥΔΗΣ ΟΝΤΩΣ ΑΞΙΟΝ ΠΟΙΗΜΑ.

[DE CERIMONIIS AULÆ BYZANTINÆ.]

CONSTANTINI

CHRISTUM AMANTIS ET IN EODEM CHRISTO ÆTERNO REGE IMPERATORIS, FILII LEONIS,

SAPIENTISSIMI ET PERPETUA MEMORIA CELEBRANDI IMPERATORIS,

SYNTAGMA

ET IMPERATORIA INDUSTRIA VERE DIGNUM OPUS.

Ἄλλοις μέν τισιν ἴσως ἔδοξεν ἄν τουτὶ τὸ ἐγχείρημα περιττὸν, οἷς οὐ τοσαύτη τῶν ἀναγκαίων φροντὶς, ἡμῖν δὲ καὶ λίαν φίλον περισπούδαστον καὶ A

1-2. Aliis forte nonnullis, qui non tantam rerum necessariarum curam agunt, hoc opus superfluum visum fuit : nobis autem charissimum, diu

VARIÆ LECTIONES.

[1] Titulum ΕΚΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΒΑΣ, ΤΑΞ. restitui ex præfatione N. [2] TI om ea.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

Notæ Leichianæ ubique hoc signo °[ ]° *inclusæ sunt.*

(1) Titulus *Despotæ Philochristi, domini Christum amantis*, erat imperatoribus CPtanis proprius, præsertim illis, qui Michaele, vulgo Ebrioso dicto, posteriores, eademque ratione illi hunc titulum affectabant et gerebant, qua reges Franciæ et Hispaniæ titulum regis Christianissimi et Catholici gerunt. Ante illum enim Michaelem fuere multi Græcorum imperatorum, qui, quod imagines sanctorum et Christi exterminatas vellent, propterea honore illius tituli exclusi fuerunt. Leoni enim Isauro, Constantino Copronymo, Leoni Armeno, Michaeli Balbo, et ejus filio Theophilo, negatur constanter a Græcis medii ævi scriptoribus, quamvis sæculo jam IV in usu esset hic φιλοχρίστου titulus, ut constat ex Apologia Anastasii ad Constantium : Ὁ λαὸς πάνυ πολὺς καὶ τοσοῦτος ἦν ὅσον ἂν εὔξαιντο κατὰ πόλιν εἶναι Χριστιανῶν φιλόχριστοι βασιλεῖς. In concilio VI appellatur Constantinus Pogonatus ὁ εὐσεβέστατος καὶ φιλόχριστος μέγας βασιλεύς. Neque solis imperatoribus, sed etiam privatis hominibus urbibusque et gentibus integris tribuebatur hoc elogium. In Actis concilii Ephesini contra Cyrillum est ὁ μεγαλοπρεπέστατος καὶ σιλόχριστος κουβικουλάριος Σχολαστίκιος. In loco concilii, quem Du Cange Gloss. Gr. v. Ἔξαρχοι citat, audit Italia φιλόχριστος χώρα. Palladæ in Anthologia, p. 357, audit Constantinopolis ἡ φιλόχριστος πόλις. Recte enim ibi exhibet codex membranaceus Anthologiæ a celeberr. Reimaro benigne mecum communicatus, φιλοχρίστῳ pro φιλοχρήστῳ, quod H. Stephanus dedit. Fuit enim Palladas et CPli condita recentior et Christianus °[ὁ φιλόχριστος λαὸς τῆς θεοφυλάκτου ταύτης πόλεως est apud Theophan. p. 322]° de eadem CPli. In Jure Græco Romano p. 242, est οἱ φιλόχριστοι προσγενεῖς αὐτοῦ, et apud Nostrum p. 375, B ὁ φιλόχριστος στρατός.

(2) Formula *in Christo* aut *per Christum æternum regem rex* erat quoque particula tituli imperatorum CPtanorum, qua profitebantur se regnum suum auctoritati et muneri suffragioque et judicio Christi debere, ejusque in se agnoscere imperium. Aliis minoribus principibus Christianis, quos gradu suo inferiores reputabant, titulum ἐκ Θεοῦ vel ἐν Θεῷ tribuebant : de quo titulo ad I. II, c. 47, plura dicam. Formulam ἐν Χριστῷ — auctor Vitæ Basilii Macedonis p. 149, reddit ψήφῳ καὶ κρίσει Χριστοῦ ἀεὶ βασιλεύοντος. V. Murator. Thesaur. Inscript. p. 268.

(3) Græci scriptores ab omni tempore Romanos

(°) Paginæ editionis Lipsiensis. Eæ sunt ad quas Reiskius in suo Commentario provocat.

expetitum et magis familiare omnibus aliis, quippe per laudabilem ordinem dignitas imperatoria splendidior ostenditur, ad majus ornamentum ac decus extollitur et propterea tum exteris tum nostris civibus admirationi est. Multa enim observata aliquando, longo tempore abolita, deficere solent, cumque his magnum et venerandum opus, imperatoriarum cerimoniarum descriptio et regula : A τῶν ἄλλων ἁπάντων οἰκειότερον, ἅτε διὰ τῆς ἐπαινετῆς τάξεως τῆς βασιλείου ἀρχῆς δεικνυμένης κοσμιωτέρας καὶ πρὸς τὸ εὐσχημονέστερον ἀνατρεχούσης καὶ διὰ τοῦτο θαυμαστῆς οὔσης ἔθνεσί τε καὶ ἡμετέροις. Ὁλλὰ γὰρ οἶδε[a] (4) τῷ μακρῷ χρόνῳ συναπολήγειν, ὡς ἐν αὐτῷ πραχθέντα καὶ ὑπ' αὐτοῦ δαπανώμενα, μεθ' ὧν καὶ τὸ μέγα χρῆμα καὶ τίμιον, ἡ τῆς βασιλείου τάξεως (5) ἔκθεσίς τε καὶ ὑποτύ-

VARIÆ LECTIONES

[a] οἶδα ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

imperatores βασιλεῖς appellarunt, ut Herodianus, Dio Cassius, Plutarchus et alii eorum æquales. Ipsi tamen imperatores primorum duum sæculorum *regum* nomine sibi abstinebant, ut exoso et superbo, et velut humiliorem titulum *imperatorium* affectabant. Contra medio ævo titulus βασιλέως ut dignior B et illustrior titulo *regis* magnæ erat contentionis argumentum inter Byzantinos et Germanicos imperatores, his Basilei titulum sibi arrogantibus, illis negantibus, et solummodo *reges* appellantibus, tanquam vili nomine. Qua de controversia loco suo ad l. II, c. 47, dicetur. Casp. Barth. ad Paulini Petrocorii vitam S. Martini I, 168, demonstrat labente Latinitate titulum *regis* imperatoribus Romanis quoque tributum fuisse.

(4) Membranæ (sic simpliciter appellabimus deinceps illas, quas Lipsienses nostras esse constat, quandoquidem hujus libri aliæ nullæ superant, recte habent οἶδε (edebatur οἶδα). Solent Græci, recentiores maxime, verbum οἶδε, *novit* pro εἴωθε, *consuevit*, adhibere. Adeoque notat dictio οἶδε πολλὰ τῷ μακρῷ χρόνῳ συναπολήγειν, *norunt multa cum longo tempore simul desinere* idem atque *solent multa, simul atque veterascunt, obsolescere*. Occurrit ea significatione aliquoties apud Cedrenum, ut p. C 508, penult, προσελθόντες τῷ ἑαυτῶν ἄρχοντι Ἀποχάψ (est is Arabum Abu Hafs)* ἀμερμουμνῆν οἶδε τοῦτον ἡ ἐγχώριος γλῶσσα καλεῖν, etc., *accedentes ad principem suum Abu Hafsum, quem patria lingua novit* (id est *solet*) *amermumnem vocare*. Item p. 541, Μανιχαίους, οὕς δὴ καὶ Παυλικιανοὺς ἀπὸ τῶν αἱρεσιαρχῶν ἡ κοινολεξία οἶδε καλεῖν. Ipse noster Constantinus hac dictione utitur in vita avi, Basilii Macedonis, c. 12, ubi narrat avum consuevisse cum imp. Michaele Balbo venatum exire *gerentem clavam imperialem a zona dependentem*, φέροντα τὸ ῥόπαλον τὸ βασιλικὸν ἐπὶ τῆς ζώνης αὐτοῦ, ὃ βαρδούκαν οἶδε καλεῖν ἡ συνήθεια,, *quam consuetudo novit* (id est *solet*) *appellare Barduk*. Cinnamus l. II, p. 43, ἡ τοῦ πλήθους φορὰ ἀλόγως, ἔνθα ἔτυχε, φερομένη αὐτοματίζειν οἶδε ταυτί. *Impetus multitudinis cæco impetu, quo forte inclinat, ruentis hæc talia, non jussus, ultro patrare solet*. Item p. 44, στράτευμα, ὃ μὴ τῶν στρατηγούντων ἐπαΐοι, κινδύνοις D περιβάλλειν ὡς ἐπίπαν οἶδε τοὺς ἄρχοντας, et p. 164, αὐθάδεια κατορθοῦν δόξασα εἰς ἀπόνοιαν (posuit Græculus pro ἄνοιαν, ὑπερηφάνειαν) ἐκφέρεσθαι οἶδεν. Constantin. Manass. p. 174 ed. Meurs. :

Ἦν δὲ τῶν Φράγγων φύλαρχος ὁ Κάρουλος ἐκεῖ-
[νος.
Ῥῆγας τοὺς σφῶν κατάρχοντας οἴδασι (pro
[εἰώθασι)
Φράγγοι λέγειν.

Nicetas Heracleota in Responsis (apud Du Cange v. Στεφανοῦν) ἡ μὲν ἀκρίβεια τοὺς διγάμους οὐκ οἶδε στεφανοῦν. Neque tantum sic recentiores Græci, sed etiam optimi quinque veterum; quos inter occurrit nunc illud Callimachi,

Οὐμὸς ἔρως τοιόσδε. Τὰ μὲν φεύγοντα δι
[ώκειν
Οἶδε, τὰ δ' ἐν μέσσῳ κείμετα παρπέταται.

Talis est amor meus. Fugientia persequi
Novit (id est *solet*), *at in medio posita prætervo-*
[*lat.*

Antholog. Gr. II. Stephani p. 11.

πόνος ἄσπετον εὖχος
Ἀνδράσιν οἶδεν ἄγειν μετ' ἀπείροντα κύκλον
[ἀέθλων.

Ibidem p. 114 in carmine Luciani :

Οὐ μαλάχην ἄνεμός ποτε, τὰς δὲ μεγίστας
Ἢ δρύας ἢ πλατάνους οἶδε χαμαὶ κατάγειν.

Chæremo apud Stobæum in Excerptis Grotii p. 105.

Ὡς οἶδ' ἐν ὀργῇ πάντα γίνεσθαι κακά.

v, Palairet. Observ. ad Nov. Testam. p. 28 ad illud Matthæi VII, 11, οὐκ οἴδατε διδόναι.

(5) *Expositio regii ordinis*. Indicatur his verbis argumentum libri, scilicet eum de ordine regio vel palatino exponere, quibus modis, et per quos, quo tempore et quæ a summo principe ipso, aut a familiaribus et officialibus ejus, circa ipsum, in aula, in urbe et in campo fiant. Tales libri Ταχτικά et Τάξεις, plane ut apud Latinos medii ævi, qui a Græcis assumpserunt, *ordinales* et *ordines*, appellantur et pro ratione argumenti diversi sunt. Modo enim *Tacticum* indicat librum, qui præcipit quo ordine quibusque ritibus divinum officium peragatur. Ita apud Verderium Biblioth. CPtana p. 60 a memoratur *Tacticon, liber de ordinationibus*, procul dubio ecclesiasticus. Notus est liber et a nobis in his notis passim allegandus *Ordo Romanus*. Modo indicat vox *Tacticum*, vel *Tacticus*, librum, qui de ceremoniis aulicis agit, qualis hic est. Ita præfatio ad lib. II : Συλλογὴν τῆς τακτικῆς μεθόδου, *collectionem præceptorum disciplinæ tacticæ* appellat. Exstitisse tales libros *rituales, cerimoniales*, aut *ordinales* in aula Constantinopolitana ab antiquis temporibus, non tantum ex hac ipsa præfatione, paulo infra, circa finem paginæ apparet, ubi hujus operis auctor ait e vetustis cerimonialibus utilia omnia in hoc volumen se comportasse, sed etiam ex insigni loco Continuatoris Theophanis p. 88, ubi ait Theophilum Balbi filium, qui pene sæculo D antiquior fuit nostro Constantino, præsidentem in circo, in throno aureo spectasse ludos et pyrrhichas circenses, neque prius, quam finitis, surrexisse, et id quidem fecisse secundum edictum librorum *ordinalium et regalium*, seu *curialium*. Verba sunt : Τούτων ἔφορος ἦν ἁπάντων ὁ βασιλεὺς — ἐν χρυσῷ θρόνῳ καθήμενος, καὶ μὴ πρότερον ἐξανιστάμενος (ὡς καὶ τὰ Ταχτικὰ βιβλία καὶ Βασιλικὰ διαγορεύουσιν), ἢ τῶν σκιρτημάτων ἐπαπολαῦσαι —. Intelligitur quoque hoc e loco *Basilica* fuisse appellatos libros rituales, qui in specie imperatori præciperent, quomodo se in processionibus ad ecclesias, ad circum, in consistoriis, etc., gerere debeat. Non enim ibi loci *Basilica* illa intelligi, quæ nobis eo nomine vulgo citari solent, Juris Græci volumina, ex eo constat, quod illa constitutionum collectio ætate Theophili sit posterior. Dolendum istorum veterum Tacticorum aut Cerimo-

πωσις, ης παροραθείσης καὶ, οἷον εἰπεῖν, ἀπονεκρωθείσης, ἀκαλλώπιστον τῷ ὄντι καὶ δυσειδῆ τὴν βασιλείαν ἦν καθορᾶν. Ὥσπερ γὰρ σώματος μὴ εὐσχημόνως διαπεπλασμένου, ἀλλὰ φύρδην καὶ οὐκ εὐαρμόστως τῶν μελῶν αὐτῷ συγκειμένων ἀταξίαν ἄν τις τὸ τοιοῦτον προσείποι· οὕτω καὶ τοῦ βασιλικοῦ πολιτεύματος μὴ τάξει ἀγομένου καὶ κυβερνωμένου, κατ' οὐδὲν διοίσει τῆς ἰδιωτικῆς καὶ ἀνελευθέρου διαγωγῆς. Ἵν' οὖν μὴ τοῦτο γένηται καὶ δόξωμεν ἀτάκτως φερόμενοι, τὴν βασιλικὴν καθυβρίζειν μεγαλειότητα, δεῖν ᾠήθημεν, ὅσα τε παρὰ τῶν παλαιοτέρων ἐφευρέθη καὶ παρὰ τῶν ἐωρακότων διηγγέλθη καὶ παρ' ἡμῶν αὐτῶν ἐθεάθη καὶ ἐν ἡμῖν ἐνηργήθη, ταῦτα φιλοπόνῳ μελέτῃ ἐκ πολλῶν ἐρανίσασθαι καὶ πρὸς εὐσύνοπτον κατάληψιν τῷ παρόντι ἐκθέσθαι φιλοτεχνήματι, καὶ πατρίων ἐθῶν παρεωραμένων παράδοσιν τοῖς μεθ' ἡμᾶς ἐνσημήνασθαι, καὶ ὥσπερ τινὰ ἄνθη ἐκ λειμώνων δρεψαμένους εἰς ἀσύγκριτον εὐπρέπειαν τῇ βασιλικῇ παραθέσθαι λαμπρότητι, καὶ οἷόν τι κάτοπτρον διαυγὲς καὶ νεόσμηκτον ἐν μέσοις τοῖς ἀνακτόροις ἱδρύσασθαι, ἐν ᾧ καὶ τὰ τῇ βασικείῳ ἀρχῇ πρέποντα (6) καὶ τὰ τῷ συγκλητικῷ συστήματί ἄξια κατοπτευόμενα, ἐν τάξει καὶ κόσμῳ αἱ τοῦ κράτους ἡνίαι διεξάγοιντο. Ὡς ἂν δὲ σαφῆ καὶ εὐδιάγνωστα εἴεν τὰ γεγραμμένα, καὶ καθωμιλημένῃ (7) καὶ ἁπλουστέρᾳ φράσει κεχρήμεθα καὶ λέξεσι ταῖς αὐταῖς καὶ ὀνόμασι τοῖς ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι πάλαι προσαρμοσθεῖσι καὶ λεγομένοις, ὑφ' ὧν τοῦ βασιλείου κράτους ῥυθμῷ καὶ τάξει φερομένου, εἰκονίζοιμεν (8) τοῦ Δημιουργοῦ τὴν περὶ τόδε [4] τὸ πᾶν ἁρμονίαν καὶ σίνησιν, καθορῷτο [5] δὲ

qua neglecta atque, ut ita dicam, morte exstincta imperium deforme omnino et indecorum apparuit. Ut enim corpore non eleganter formato, sed membris turpiter ac distorte in eo collocatis, id jure aliquis confusionem dixerit,ita quoque imperatoria aula inordinate administrata et gubernata, inhonesta illa et parum liberali institutione in nihilum redigetur. Ne hoc igitur contingat et nos ordinem negligentes, imperatoriam dedecorare majestatem videamur, necessarium putavimus,tum apud antiquiores reperta, tum ab iis, qui hæc viderunt, relata, tum a nobis ipsis conspecta inque aula nostra exercita, e multis assidua cura congerere et omnium oculis præsenti opere exponere, patrias consuetudines nunc neglectas tradere et commendare posteritati,et quasi flores nonnullos e pratis decerpentes, ad incomparabile decus imperatorio splendori committere ; illud denique opus, tanquam lucidum ac recens politum speculum, in medio atrio collocare, ut in eo tam imperatoris convenientia dignitati, quam ministrorum systemati congrua omnium oculis exponantur,et sic in ordine ac pulchritudine frena potestatis regantur.Ut vero quæ hic perscripta sunt clara et intellectu facilia evaderent, usi sumus vulgari et simpliciori genere dicendi nominibusque et vocabulis cuivis rei quondam apte impositis et de ea usurpatis, quibus dum imperatoria potestas concinnitate et ordine continetur, Creatoris circa hoc universum harmoniam et motum adumbremus. Visum quoque iis, quæ sub manibus habemus, convenientius,et propterea

VARIÆ LECTIONES.

[4] τό, τε ed. [5] κίνησιν. καθ. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

nialium nullum ad nostra tempora pervenisse ; quale fuit illud Petri Magistri περὶ τῆς πολιτικῆς καταστάσεως, de quo dixi in præfatione. Poteramus ex iis scita multa de constitutione veteris imperii Romani et Byzantini, item de situ et facie CPlis antiquæ nosse, quæ nobis nunc latent. Liquet ex egregio Cletorologio Philothei, quod codex noster nobis conservavit. Ipse noster codex τακτικόν hoc sensu habet. Nam ad verba Ἰστέον, etc., p. 95, ascriptum erat in margine eadem antiqua manu ἐξ ἑτέρου παλαιοῦ τακτικοῦ, *ex alio veteri Tactico*, seu *Cerimoniali*, scilicet desumptum est hoc præceptum. Sed omiserunt typographi eam notam. Tandem erant *Tactica* militaria, non tantum de instruendis aciebus, sed et de tota ducis in bellis conductione exponentia ;qualia cum compluscula typis edita fuerint, ut Leonis, Constantini, Æliani, Onosandri, etc., factum est, ut cæteræ significationes vocis *Tacticum* pene ad ignorationem apud nos venerint, et sonus vocis ad aures nostras allabens protinus conceptum libri militaris animo impresserit. Eo sensu citat τακτικὰ συγγράμματα Constantin. vit. Basil. p. 165. Nicephor. Patr. CPtanus Breviar. histor., p. 160, 5, ἡ τῶν λόγων ἠφανίζετο παίδευσις, καὶ τὰ τακτικὰ διελύετο, *litterarum studia restingui atque intercidere cæperunt, nec minus disciplina militaris evanescere.* Plura exempla qui desiderat, adeat Du Cang. Gloss. utroque v. Τακτικά et Ταξις, et *ordo, ordinale.* Imposuit hoc eruditissimo viro Combefisio, ut locum Continuatoris Theophanis, modo allegatum, sic verteret : *ut libris bellicâ ipsaque domestica imperatorum continentibus perscriptum est ;* non satis exacte ad verum et rectum. Ad libros *Tacticos* pertinent quoque Cletorologia, seu de cerimoniis sacrarum epularum expositiones, quales libros olim in aula Byzantina compluscules exstitisse, ab Artoclinis, ut videtur, identidem in privatos usus et memoriæ suæ subsidium conscriptos, patet ex paulo ante laudato Cletorologio Philothei ; quod, quantum ego quidem memini solum de numero veterum librorum cerimonialium nostro antiquiorum ad nos pervenit.

(6) Schema hoc est Nostro valde frequens et singulis pene paginis recurrens, nominativum absolutum pro genitivo consequentiæ ponere. Debuisset enim proprie dixisse — τῶν — πρεπόντων καὶ — ἀξίων κατοπτευομένων. Frequentatur recentiori Græciæ quoque. Sed neque vetustis et optimis scriptoribus ignoratur : et Euripidi, sed maxime Philostrato in deliciis est.

(7) Eadem excusatione utitur Augustinus Patricius initio Cerimonialis Romani. *[vid. Constantin. in vita Basil. Allat. de Georg. pag. 362, ed. Fabric.]Designat forte V.D.locum in Symmictis Allatii p. 135, et quæ tomo X,Bibliothecæ Græcæ Fabricianæ p. 700 fine leguntur. Multos nostro similes locos auctorum, vulgarium et inquinatarum dictionum usum excusantium, dedit D. C. præf. ad Gloss., Græc, p. IV, item in addendis ejusdem p. 1. Liber noster illo sermonis genere conceptus est, medio inter vulgarem et purum antiquum, de quo vid. D. C. præf. ad Gloss. Gr. p. X, fine.

(8) Mirus erat impetus hominum medii ævi om-

jucundius ac mirabilius est, de singulis officiis quomodo et qua ratione perfici et administrari debeant commentari.

4 CAPUT PRIMUM.

Observanda, quando processio in Magnam ecclesiam instituitur, sive ordo ac series solemnium et illustrium processionum, imperatoribus ad Magnam ecclesiam euntibus.

I. Pridie ejus diei, in quem ejusmodi splendi-

καὶ τοῖς ὑπὸ χεῖρα (9) σεμνοπρεπέστερον, καὶ διὰ τοῦτο ἡδύτερόν τε καὶ θαυμαστότερον, λεκτέον [a] περὶ ἑκάστης τάξεως, ὅπως τε καὶ καθ' ὃν ὀφείλει τρόπον ἐκτελεῖσθαι καὶ συμπεραίνεσθαι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Ὅσα δεῖ παρκφυλάττειν, προκένσου (10) γινομένου ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ (11), ἤτοι τάξις καὶ ἀκολουθία τῶν εὐσήμων καὶ περιφανῶν προελεύσεων, ἐν αἷς οἱ βασιλεῖς ἁπλασιν ἐν τῇ Μεγαλῃ Ἐκκλησίᾳ.

Α'. Πρὸ μιᾶς ἡμέρας τῆς οἵας οὖν ἐνιτταμένης

VARIÆ LECTIONES.

[a] θαυμαστότερον. Λεκτέον οὖν conj. R.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

nia mystice exponendi. Præ rerum scitu dignarum inscitia non poterant animum nisi nugis occupare. Tenet adhuc ille mysticorum amor apud Græcos. Exemplo sit Symeonis Thessalonicensis opus *De fide, ritibus et mysteriis Ecclesiæ Græcæ* anno 1683 in Moldavia editum, cujus particulam *De templo et missa* jam antea Goarus in Euchologio dederat, totius usum ex indulgentia cl. Reimari habui; item Christophorus Angelus in libro *De statu Ecclesiæ Græcæ hodierno*. Apud Latinos quam miris modis sacros ritus explicat Durandus in *Rationali divinorum officiorum!* Quam nihil est non minutum in vestitu sacerdotum, in vasis et structura ecclesiarum, in ritibus sacris, in quo mysterium ille non repererit! Videas, ingenium illis hominibus fœcundum non defuisse, sed defuere semina veræ doctrinæ. Quo factum, ut ea tempora, velut ager fertilis, sed neglectus, carduos et senticeta tulerint. Auctor noster ait, aulam esse debere imaginem totius universi, et ordinis rerum naturalium, quæ per vices sibi succedunt, ut nox et dies, sol et astra, hyems et æstas. Ut illis dirigendis præsideat summum Numen, sic aulæ quoque imperatorem. Sane persuaserant sibi imperatores, se Deum, et Christum in specie, repræsentare: et propterea, quando epularentur, convivas legebant duodecim, quemadmodum Jesus Christus cum duodecim discipulis accubuit. In festo Paschatis agebat imperator personam Christi resuscitati, et ejus proceres personam discipulorum, et induebant loros, quo Christum lodicibus sepulcralibus involutum referrent. Et ex hoc capite loros suos dicebant esse symbolum resurrectionis. Sed hac de re ad l. II, cap. 40, dicetur. Interea tantum hoc notabo, ineptiæ hujus vestigia reperiri in donatione prætensa Constantini M. (Locum infra l. c. allegabo.) Quo solo argumento constare poterat, illam donationem fœtum seriorum temporum esse. Constantini M. enim ævo nondum ita nugabantur, quamvis illius delirii paroxysmi satis conspicui sese jam dum proderent.

(9) Id est τοῖς ὑπηκόοις, *subditis nostris*. Eo sensu apud Nicephorum Patr. CPt. sæpissime et alios quoque occurrit ea dictio. *Sub manu alicujus esse*, notat in ejus potestate esse, obedire imperanti.

(10) Juvat hic loci paulo amplius *De processionibus*, quarum toties in opere nostro mentio fit, disserere, ne discerpere singula opus habeamus. Vox πρόκενσος et πρόκενσα, ut patet, latinæ est originis. Habent Græci alias duas, quæ idem significant, πρόοδος et προέλευσις. illa rarius, hac multo frequentius utuntur. Περι προόδου τοῦ Βαβυλωνίων βαςιλέως, *de progressu* (ut vertit Allatius, vel rectius, *de processione*) *regis Babyloniorum* exstat fragmentum scriptoris Erotici Jamblichi, ex ejus Babylonicis depromptum in Excerptis variis Græcorum sophistarum ac rhetorum Leonis Allatii p. 250 seqq. sed quod Allatius male Adriano sophistæ tribuit, ad quem non pertinet, ut observavit Fabricius Bibl. Græc. t. VI, p. 806. Vixit ille Jamblichus tempore M. Antonini, et Erotici illius exaratum manu codicem e bibliotheca quondam Marci Meibomii ad Cl. Curmannum juniorem pervenisse eumque ipsius editionem animo agitare, fama nuper ad nos attulit. Voce προέλευσις aut πρσελθεῖν utitur Dio Chrysostomus. Trajano æqualis. Locus est p. 370: Οὐκ ἴστε, ὅτι, ὥσπερ ἡγεμὼν καὶ βασιλεὺς, ὅταν προέλθῃ, τότε σαφέστατα ὁρᾶται, καὶ δεῖ μηδὲν ἀγεννὲς μηδὲ αἰσχρὸν ποιεῖν· παραπλησίως καὶ δῆμος, ὅταν εἰς ταυτὸ (ita leg.) προέλθῃ καὶ ἀθρόως γένηται, *ignoratisne, quemadmodum dux* (præfectus, proprætor, proconsul), et *imperator procedens clarissime conspicitur, et observatur, adeoque tunc temporis debet sibi ab indecoro et illiberali omni facinore cavere: ita quoque populum* (*debere*), *quando procedat et confertim coeat*, etc. Monstrat hic locus veteres Augustos Cæsares Romæ processiones celebrasse, et ab his processionum Byzantinarum originem potius repetendam esse, quam, quod fecerunt viri docti, a septem illis Consulum statis per annum solemnibus in Circum processionibus. Sunt enim, ni fallor, hæc septem Consulum processiones multo recentiores primorum Cæsarum ætate. Byzantini autem imperatores, non tam Consules, quam imperatores Romanos imitari studebant, aut potius amborum personam et munia sustinebant. Quia vero in talibus processionibus imperatores et magistratus magnum numerum comitum, stipatorum, apparitorum secum habebant, inde factum, ut officium, id est comitativa, tota cohors alicujus magistratus dispositioni subdita, προέλευσις, πρόοδος, προελευσιμαῖοι, dicerentur. Ita Nicephorus patriarcha CPtanus p. 236. Breviarii, τῶν προόδων οἴκους, οὓς Ῥωμαῖοι σκρήτα καλοῦσι, memorat. Ubi πρόοδοι nihil aliud sunt quam tribunalia, cameræ judiciales, expeditiones, officia, diversa diversorum præfectorum dispositioni attributa.

Variæ erant veterum imperatorum Rom. processiones in Capitolium, ad limina Jovis Capitolini, quando aut recens adirent imperium, aut victores e castris redirent: item ad aliorum deorum ædes, si quod statum solemne sacrificium deberet celebrari; porro in castra, ad horrea publica, aquæductus, aliaque opera spectanda. Quæ omnia Byzantinis imperatoribus exacte repræsentata, ut per totum opus Constantini apparet, in processu horum nostrorum Comment. notabimus. [Originem processionum solemnium non ad gentiles sed ad Christianos referendam esse ait Maragnoni *delle cose gentilesche*, Romæ 1746, cap. 31.] Ego vero secus existimem. Dionysius Halicarn. ait Numam tales processiones jam instituisse. [Museum Odescalchi. t. II, n. 86, processionem exhibet, ubi unus portat Isidem, etc.] Et tales Isiacorum, Gallorum, Agyrtarum aliorumque sacerdotum Romanæ et peregrinæ superstitionis cum tensis deorum, cymbalis et tympanis, processiones publicæ ad Almonem.

(11) Ita appellabatur templum S. Sophiæ.

περιφανεστατης ἑορτῆς (12) εἰσέρχονται οἱ πραιπό- A dissimum festum incidit, præpositi aureum tricli-

JOAN. JAC. REIKSII COMMENTARIUS.

Almonen lavandi numinis causa, aliosque, tam frequentes sunt in veterum monumentis, ut processiones christianas a gentilibus manasse, nullum sit dubium. Diffarantiam statuit Goarus ad Codin. p. 115, n. 4, inter προέλευσιν et πρόκενσον. Illam, ait, fuisse tantum pietatis causa institutam processionem, cum supplicatione : hanc vero tantum pompæ et luxus ostentandi gratia. Sed allata jam exempla viri docti sententiam satis evertunt, et ipsa hujus capitis inscriptio, in qua processio imperatoris ad Magnam ecclesiam modo πρόκενσος, modo προέλευσις appellatur. Erant autem omnino diversi generis processiones, sacræ et profanæ. Melioris ordinis gratia de singulis seorsim agam, et de illis quidem primo loco.

Sacræ processiones erant rursus duplicis generis. Vel enim erant litanicæ, λιται, supplicatoriæ, B quando summi principes cum clero et populo nudipedes, aut certe pedites, averruncandi grandis mali, aut obtinendi desideratissimi boni, ut pluviæ, gratia, per urbem et templa pœnitentiam monstrantes humili habitu obibant : aut erant processiones imperatorum e palatiis suis in templa. Imagines talium processionum in Menologio Basiliano, t. I, tribus locis conspiciuntur, p. 67 et 210. Observatur in illis patriarcha cum imperatore stans, diaconus librum tenens, et fumans thuribulum quatiens, alius diaconus, aut papas, crucem processionalem præferens pone istum τὸν θυμιατοφόρον, et processionales multi cum cereis ardentibus. Hic ferme apparatus erat talium publicarum supplicationum e vetustis gentilibus cerimoniis derivatus, penes quos in processionibus triumphalibus laureatos cum funalibus ardentibus et thuribulis fumantibus processisse constat e Dione Cassio p. 1041, 33, ed. Hamburg. Prima dictarum C Menologii imaginum exhibet, quamvis rudi stylo, ut fere omnes Menologii illius imagines, processionem imperatoris Theodosii junioris et Procli patriarchæ ad Hebdomum, ob terræ motum urbi regiæ infestum, de quo vide Cedren. pag. 342. Secunda processionem Leonis Isauri et Anastasii patriarchæ ob eamdem causam : vid. Cedren. p. 457. Tertia denique processionem ad excipiendas reliquias Clementis I, pontificis Romani. Talem processionem, qua Romanus Lecapenus imaginem Christi Edessenam sudario expressam excepit, describis Anonymus in Scriptoribus post Theophan. p. 268. Processionem Edesse ob terrifica portenta institutam describit Assemannus in *Bibl. Or.*, t. I, p. 270, 6, e Josuæ Stylitæ Chronico Syriaco sic : *Hoc flagello moniti Edesseni, Petro episcopo indicente, supplicationes per totam urbem fecerunt. Confluxere omnes viri, mulieres, pueri et clerici crucem præferentes et psalmos canentes atratis vestibus* D *assumptis. Sed et monachi monialesque omnes regionis orationi institerunt.* Processionem solemnem pro impetranda pluvia sub imp. Michaele Paphlagone institutam verbis valde memorabilibus describit Cedren. p. 739 : Αὐχμοῦ δὲ γενομένου ὡς ἐπὶ μῆνας ὅλους ἐξ μὴ καταβραγῆναι ὑετὸν, λιτανείαν ἐποιήσαντο οἱ τοῦ βασιλέως ἀδελφοὶ, ὁ μὲν Ἰωάννης βαστάζων τὸ ἅγιον μανδύλιον, ὁ μέγας δὲ δομέστικος τὴν πρὸς Αὔγαρον ἐπιστολὴν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος τὰ ἅγια σπάργανα. Καὶ πεζῇ ὁδεύσαντες ἀπὸ τοῦ μεγάλου παλατίου ἀφίκοντο ἄχρι τοῦ ναοῦ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῶν Βλαχερνῶν. Ἐποίησε δὲ καὶ ἑτέραν λιτὴν ὁ πατριάρχης σὺν τῷ κλήρῳ. *Tanta autem subnata siccitate, ut totis sex mensibus non plueret, instituebant supplicabundam processionem imperatoris fratres ; quorum unus sacrum mantile* (seu sudarium Edessenum) *portabat ; alter autem, magnus nempe Domesticus, epistolam a Christo ad Abgarum missam, tertius denique Protovestiarius, sacra Christi fascias. Hi pedites progressi e magno palatio usque ad Deiparam Blachernarum procedebant. Seorsim quoque processionem cum Clero faciebat patriarcha.* Intelligitur hinc sacras reliquias in processionibus circumlatas fuisse, et duos plerumque choros procedentium, quorum unum imperator, aut legatus ejus, alterum patriarcha duceret. Hi chori in via sibi occurrentes coibant, et rursus discedebant, qua de re alias dircendi occasio erit in his notis. Morem hunc publicis processionibus pluviam a Deo rogandi Muhammedani satis mature a Græcis, aut Christianis orientalibus, ut multos alios ritus religiosos, acceperunt. Ita narrat Abulfeda sub imperio Omari ad an. 18, seu Chr. 639 : *Urgente siccitate, egrediebatur Omar* [ex al Madina] *cum al Abbaso in campum, magnaque coacta procedentium turba supplex obtestabatur Deum, velit, habita ratione meritorum et sanctimoniæ hujus viri* [Abbasi puta], *largos imbres effundere : et sane tantum valuerunt istæ preces, ut antequam in urbem reditum esset, conferti nubium seseque trudentes globi divitem e suo sinu pluviam excuterent. Quo miraculo tantam auctoritatem a plebe reverentiamque adeptus fuit Abbas, ut fimbrias pallii ejus venerabunda manu contrectarent, indeque avulsa quasi sanctimoniæ benedictione frontes sibi perfricarent.* [De processione antiqua Rothomagensi ob fructus terræ vid. Moleon, *Voyage*, p. 307. Processio cum psallentio seu psamis apud Anastas. Vit Pontif. p. 120, loca egregia de cruce in litaniis prælata.] Pro impetranda victoria perhibet Scylitzes p. 816, imp. Constantinum Ducam λιτανείαν ἐκτενῆ *supplicabundam processionem valde longam et productam instituisse.* Νηστείαν παραγγείλας τῷ τε πλήθει καὶ ἑαυτῷ, λιτανείαν ἐκτενῆ ἐποιήσατο, αὐτὸς πεζὸς συμπορευόμενος μετὰ δακρύων, *indicto jejunio populoque et sibi instituebat supplicationem processionalem extensam* [id est longam ; interpres hic non recte percepit reddens *assiduas supplicationes*] *ipse pedes una cum turba procedens in lacrymis*, etc. Non memini aliter quam a pedite imperatore peractam talem processionem. Antiquis tamen temporibus oportet moris fuisse, ut imperator lectica ferretur. Patet e verbis Theophanis

(12) Id est, ἡμέρᾳ μιᾷ πρὸ τῆς ἑορτῆς, *uno die ante festum.* Solemnis ille nos loquendi Græcorum novorum est. Sic alibi apud Nostrum πρὸ ἡμερῶν ὅσων ἂν κελεύσωσι, *tot diebus ante quot jusserint*, Malalas, t. II, p. 10, circa fin. : πρὸ ὀλίγου διαστήματος τῆς πόλεως, id est ὀλίγῳ διαστήματι πρὸ τῆς πόλεως. Photius in Lexico inedito apud Dodwellum οἱ τετρακόσιοι πρὸ ἑπτὰ ἐτῶν κατέστησαν τῶν Λ' τυράννων, CCCC *septem annis ante* XXX *tyrannos obtinebant.* Jam veteres quoque sic loquebantur Græci et Latini. Olympiodorus apud Photium Bibl. p. 106. *ed. Hoesch.* penult., πρὸ τριάκον. τα τῆς Ῥαβέννης μιλίων παρὰ τοὺς ὅρκους προστάττει τούτους ἀναιρεθῆναι. Diodorus Siculus p. 160, *ed. Wessel.* πρὸ ἡμερῶν εἴκοσι, *viginti diebus ante.* Apud Capitolin. in M. Anton. est *ante biduum* (id est altero ante die) *quam exspiraret.* v. t. I. Scr. Hist. Aug. p. 567, et Corsini Append. ad Notas Græcor, Simili modo ἀπὸ usurpant. Novella Zenonis : Φωταγωγοὺς ποιήσει ἀπὸ ἓξ ποδῶν τοῦ πάτου εἰς τὸ ὕψος, id est *ad distantiam sex pedum* ἀπὸ τοῦ πάτου, *a solo.* Aristides, t. II, p. 123. Ἀπὸ πολλοῦ τοῦ δουλεύειν εἶναι, pro εἶναι πολὺ ἀπὸ τοῦ δουλεύειν, πολὺ ἀπεῖναι vel ἀφεστάναι τοῦ δουλεύειν, *multum a servitute abesse.* Non multum abludit illa Theophanis dictio p. 125, μετὰ τὴν τριήμερον τῆς προδοσίας, id est, τρίτῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν προδοσίαν.

nium intrant, diurna scilicet processione instante, A σιτοι (13) ἐν τῷ χρυσῷ τρικλίνῳ (14), τῆς καθημερι-

JOAN. JAC. REIKSII COMMENTARIUS.

phanis p. 94, de Marciano imp. πάνυ δὲ ἦν εὐλαβὴς καὶ φοβούμενος τὸν Θεὸν Μαρκιανὸς, ὅστις ἐν ταῖς λιταῖς τοῦ Κάμπου πεζὸς ἐξήει, πολλὰ τοῖς δεομένοις εὐποιῶν. Ὅθεν τοῦτον ὁρῶν ὁ πατριάρχης Ἀνατόλιος καὶ αὐτὸς οὐκέτι φορείῳ φερόμενος κατὰ τὸ ἔθος ἐλιτάνευεν, ἀλλὰ πεζός. *Marcianus porro valde pius religioso timore Deum colebat, et in processionibus ad Campum celebratis pedes incedebat, et multis beneficiis afficiebat egentes. Quare, his conspectis, non amplius in lectica, ut mos tunc ferebat, sed pedibus iter agens Anatolius patriarcha processionum supplicationes obibat.* Marciani ergo tempore

(13) Varii memorantur antiquioribus restro sæculis, quam hujus Cerimonilis ætas est, præpositi; præcipue *præpositi sacri palatii*, et *cubiculi*, et B *militum*. Qui autem hoc libro memorantur præpositi, non sunt nisi *præpositi cubiculi*. Ante certe erant ambo illa numera præpositi palatii et cubiculi tunc temporis ita conjuncta, ut separi nequirent, sed eidem homini inhærerent. Antiquioribus autem temporibus diversi erant præpositi sacri palatii, et præpositi cubiculi. Quamvis enim reperiantur sæc. IV et V, præpositi sacri palatii, qui Eunuchi fuere, non tamen ex eo sequitur, præpositos palatii et cubiculi eosdem illo tempore, aut omnes palatii præpositos eunuchos fuisse, quemadmodum omnes præpositi eunuchi erant et esse debebant. Reperiuntur enim viri integri in præpositis palatii eorum temporum, ut Boethius et Cassiodorus; neque erat causa ob quam V. Cl. Hagenbuchius in Commentario ad Diptychon Brixianum p. 28; aut dubitaret de fide atque peritia illorum qui titulum Cassiodori ex ejus codice manuscripto, qui in bibliotheca Ampl. Senatus Lipsiensis asservatur, excerpserunt, C aut scribam illius codicis ignorantiæ accusaret, propterea quod Cassiodorum *præpositum palatii* appellaverit. Putat V. D. aut non recte exscripsisse compendium scripturæ illos, qui codicis illius notitiam dedere, aut scribam ipsum non recte reddidisse compendium, quod coram se in antiquo codice, e quo suum derivabat, repererit. Sed ipse meis oculis vidi scriptum ibi esse *exquæstoris et sacri palatii præpositi et patricii Romanorum*: neque video ego quidem, quare auctoritati libri manu exarati derogandum, et loco vocis *præpositi* vox *præfecti* substituenda sit, cum et nomina dignitatum et munia successu temporum variaverint. In Menologio Basiliano t. I, p. 20, πραιπόσιτος τοῦ βασιλέως appellatur ex illorum temprum usu, seu *præpositus palatii*, S. Romulus, qui, pro temporibus illis, quibus vixisse perhibetur, vix potuit alius, quam præfectus prætorio fuisse, et ab aliis πραιπόσιτος τῆς αὐλῆς nominatur. Et sane quæ D dignitas erat sub primis augustis *præfectura prætorii*, ea sub Theodosiis et secutis erat *præpositura palatii*. Qui autem e Græcis medii ævi nude *præpositi* appellantur, illi sunt semper eunuchi, et quidem eunuchorum principes. Quot fuerint numero, mihi non constat: modo de uno sermo fit, modo de pluribus ut hic loci. Cum teste Theophylacto Simocatta Romani consueverint *præpositum* appellare τὸν εὐνούχων τῶν εἰς τὴν βασιλικὴν δορυφορίαν τεταγμένων κορυφαιότατον, *eunuchorum ad comitatum regium deputatorum principem*, et aliis ὁ ἀρχιευνοῦχος ita dicatur; vid. Malata, t. II, p. 31, et ibi Chilmead.; credibile est, non fuisse, nisi unum. Sed cum persæpe multi essent imperatores collegæ, interdum tres vel quatuor, fere semper duo, credibile est, unumquemque peculiare sibi cubilariorum seu spadonum habuisse obsequium, aut familiam; et tot fuisse præpositos, quot familiæ spadonum. Præterea habebat Augusta quoque suum præpositum, et plures si essent Augustæ, ut sæpe erant, tot erant earum præpositi et familiæ cubiculariorum. quot, ipsæ. Tandem habebat quoque patriarcha suum præpositum: sed non semper. Certe memorat de illo Noster auctor, ut de re obsoleta; et huc denique non pertinet. Hinc intelligatur, quare l. II, c. 2, p. 304, ὁ ἀπραιπόσιτος nominetur, seu *protopræpositus*. De officio præpositi pauca strictim nunc dicam: plura enim hac de re in processu operis occurrent. Erat a sacro imperatoris corpore domi forisque, in ecclesia, in senatu, cubiculo, ubique, proximus immediate cum principe loquebatur, referebat ad ipsum de rebus occurrentibus, accipiebat ab ipso mandata, quæ p orro aliis proceribus, ad quos quodque pertineret, impertiebat. Hic e. c. videmus præpositum pridie magni festi de instante religione dominum admonuisse, et ab eo mandatum accepisse, crastinam processionem indicendi. Comitabatur imperatorem in ecclesiam, ad ipsum usque sacrificatorium, porrigebat ipsi cereos, ubi opus erat, et ab ipso vicissim redditos recipiebat, ministrabat ipsi apocombia, seu oblationes, quas imperator in magnis festis solebat in altari deponere; induebat et exuebat ipsi infulam, pro re exigente, dabat ad nutum imperatoris signum Cerimoniario, quando ille celeusma dare, id est proceres congregatos ad procedendum hortari deberet; recipiebat ab imperatore traditos illi libellos gratulatorios factionum, introducebat patriarcham ad imperatorem post finitum sacrum officium, et rursus educebat; eulogias, seu panes benedictos, a patriarcha imperatori datos, secum ex ecclesia in palatium deferebat. Mitto alia. De præpositis conferri possunt Du Cange in utroque Glossario h. v.; Fabrottus in Glossario ad Cedrenum, Bacchinus ad Agnellum p. 70, ubi non improbabiliter existimat, præpositum sacri cubiculi ab Agnello majorem cubiculi appellatum fuisse. De præpositis cohortium, aut militaribus, vid. Vales. ad Amm. Marcell. p. 500.

(14) Dicitur hic præpositus stante, id est coeunte in consistorio processione quotidiana, vel corpore procerum, qui ex officio quotidie in aulam convenire debebant, ingressus in Chrysotriclinum admonuisse imperatorem de instante festo. Quare autem in Chrysotriclinum? Scilicet ibi erat ipsa propria imperatoris sedes. Ædes hæ, aureum triclinium dictæ, erant ordinaria principum Byzantinorum habitatio, pars tantum non præcipua magni palatii. Sane Luitprandus aureum triclinium appellat *præstantiorem palatii partem*, et Romanum Lecapenum, quo tempore summa gaudebat potestate, in eo ait habitasse, ut summum imperatorem, cæteris collegis, filiis et genero, solo nomine tenus imperantibus, ideoque in alias palatii, partes, ceu viliores, ablegatis. Verba sunt *Legat.* C. 9: *In hoc igitur Romanus aureo triclinio, quæ præstantior est pars, potentissime degens, cæteras partes palatii genero Constantino, filiisque suis Stephano et Constantino distribuerat.* E pag. 5, nostri Cerim. apparet, ibi fuisse τὸν ἱερὸν κοιτῶνα *sacrum cætonem*. vel *dormitorium* imperatoris, et huic adjunctum secretum, in quo excipere salutantes proceres solebat. In illo secreto erat concha, seu arcus, cum fenestra, sub quo arcu stabat imago aurea Jesu Christi in throno sedentis, coram qua imperator devotione sua defungebatur mane surgens, antequam aliud quid aggrederetur, item coram illa imagine faciebat preces ex ecclesia in palatium reversus; et sic demum se in cubiculum suum privatum recipiebat. "[Aurei triclinii portæ argenteæ, mensaque argentea, Constantini Porphyrogeniti opus. Custodia purpurea pro vestibulo cubiculi imperatoris. Scriptor. post Theophanem p. 281. Idem Constantinus triclinium aureum

νῆς δηλονότι ἱσταμένης προελεύσεως (15), καὶ ὑπο- A et dominos de festo admonent, qui jubent ipsos, ut

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

dore summi viri lecticis sublevati peragebant religiosas has processiones. Paulo post apud eumdem Theophanem p. 104, habemus exemplum patriarchæ Alexandrini, qui CPli agens cum popularibus suis ἐκ τοῦ πλατίου λιτανεύων ἦλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ὀχούμενος ὄνῳ, *e palatio supplicatione ducta asino vectus ad ecclesiam processit*. Quod factum tamen velut impudens improbatur. Memorat Sigonius quoque l. II, de regno Italiæ p. 48 (39) legatos episcoporum ad concilium in Trullo habitum missos *ad sacram pompam Spiritus S. invocandi gratia per urbem ducendam missis equis stratis mira benignitate principis* [Constantini Pogonati puta] *invitatos fuisse*. Præsertim, si ecclesia quædam inauguranda, et sanctorum reliquiæ in ea deponendæ essent, habebatur patriarchis ille honor, ut, imperatore quamvis ipso pedibus cum processionale turba ambulante, ipsi tamen imperiali curru B veherentur, tenentes super genubus venerabiles reliquias. (Vid. Theophan. p. 184, 192, 193, 202.)

Videamus nunc harum pocessionum antiquitatem. Valentiuiani jam tempore has pompas in Ecclesiis Italicis fuisse usitatas constat e loco Agnelli, Pontifical. in Vita Exsuperantii t. II, script. rer. Italic., p. 63, ad quem locum conferri merentur, quæ attulit Benedict. Bacchinius. Cum itaque Italicæ Ecclesiæ, e viri docti sententia, ritum hunc a CPna acceperint, necesse est eum protinus cum primis Christianis imp. in Ecclesiam immigrasse. Liceat mihi hac occasione meam de perobscuro Agnelli loco sententiam proponere. Verba sunt hæc: *Illius* (Exsuperanii) *temporibus ecclesia. B. Agnetis a Gemello subdiacono istius sanctæ Ravennæ Ecclesiæ et rectore Siciliæ constructa est, et multum eam ditavit in auro argentoque et palleis sacris et civitatem*

reum argento ἐστεφάνωσε. Ibid. p. 284.]* Digni sunt ulteriori consideratione ambo loci, quos V. Cl. excitavit. Non quidem jam de argenteis portis et argentea mensa dicam, de quibus commodior alibi erit agendi occasio. sed videndum, quænam illa sit *purpurea custodia*. Est sane in Græco æque atque Latinis Combefisii πορφυρᾶ φυλακὴ *purpurea custodia*. Verum, si Græca inspiciamus attentius, haud difficile est mendam detegere atque emendare. Verba sunt: Καὶ πορφυρᾶν φυλακὴν ἔμπροσθεν τοῦ κοιτῶνος αὐτοῦ ἐδείματο, δοχεῖον τῶν ὑδάτων δημιουργήσας, ἣν στύλοις μαρμαρέοις περιεκύκλωσεν, λειότητος αὐτοῖς ὑπεραυγαζούσης. Apparet continendis aquis destinatum illud opus fuisse. Ergo non φυλακήν, *custodiam* scripsit auctor, sed φιάλην, *phialam*. Appellant nempe phialam, conditorium aquarum, vastum lacum aquam servantem, præsertim cum superimpositis fistulis aquam ejaculantibus. Talem fontem e marmore porphyretico struxit Constantinus co- D ram Cætone suo. Confirmant id sequentia: Ἀετὸν ἐξ ἀργύρου τῇ τοῦ ὕδατος ἐφίστησιν αὐλῷ, etc. *Aquilam argenteam aquæ siphoni superimposuit* — Alter locus et mancus, et affectatione floridi styli obscuratus est. En illum: Χρὴ οὖν καὶ περὶ τοῦ χρυσοτρικλίνου διηγήσασθαι. Ὁ [leg. ὃν ὁ] μηχανικώτατος ἄναξ πολυανθῆ τινα καὶ εὐοδμον ῥοδωνιὰν [ἐποίησεν] εἶναι, τῶν πολυχρόων καὶ λεπτοτάτων ψηφίδων, διαφόρων ἀνθέων ἀρτιφυῶν χροιὰς μιμουμένων. Αἳ μέσαι τῶν ἑλικοειδῶν συμπλοκῶν περικλειόμεναι καὶ τῇ συνθέσει διαμορφούμεναι τὸ ἀσύγκριτον ἀποφέρονται. Ἀργύρῳ τοῦτο ἐστεφάνωσε καὶ δίκην ἄντυγος τοῦτο περιλαβὼν τοῖς ὁρῶσιν ἀκόρεστον ἐπεχορήγει τὴν τέρψιν. Sic saltim ad grammaticæ leges et ut sensus integer emergat, constituendum esse locum existimo, ejusque hunc esse sensum. *Oportet nunc de Chrysotriclino exponere, quem dominus fabricandi dexterrimus effecit esse velut scatentem floribus et suaviter fragrantem hortum rosarum, varicoloribus et admodum subtilibus tessulis colores diversorum florum veluti recentium imitantibus; quæ tessulæ mediæ interceptæ et conclusæ a sinuosis plexibus ramorum et innumerarum partium artificiosa compositione ad imitationem florum conformatæ omnem comparationem excedunt, Hoc* [non Chrysotriclinum, sed τὸ ἔργον, opus musivum,] *coronavit argento, et velut circulo complexus, exhibuit spectantibus spectaculum insatiabilis voluptatis*. Concludo ex his verbis, pavimentum chrysotriclini fuisse opere musivo seu tesselato factum, in quo varii coloris et magnitudinis lapilli varie compositi flores referrent, qui discreti intercurrentibus ramis arborum et in multas areolas distincti tandem argenteo circulo comprehenderentur. Adhuc id noto, triclinium in hoc libro et Byzantinis scriptoribus non id quod Latinis, non conclave, cœnaculum, diætam, sed totum ædificium plura conclavia complectens significare, verbo palatium, ut patet e Script. post Theoph. p. 89 sqq. et 91, et aliis multis locis. *Au temps de saint Louis et beaucoup devant le mot de* Sale *signifioit palais, une grande maison*, ait du Cange ad Joinville, p. 240. Conf. idem Gl. Lat. v. *Sala*. Jam Ammiani Marcellini ætate consuevisse triclinium pro tribunali, vel palatio dici, constat ex ejus l. xv, ubi *ministrum triclinii rationalis* memorat. Imo dudum ante illum, e Scr. H. Aug. pag. 648, 5, patet. Apud Nostrum ubique ὁ τρίκλινος, non τὸ τρίκλινον, neque τρικλίνιον inveni. Videtur κλίνη in hac compositione idem atque στέγη significare, τρίκλινον, τρίστεγον, *trium contignationum ædificium*, etiamsi pauciorum aut plurium esset.

(15) *De quotidiana processione* seu conventu procerum in aulam dicendi uberior erit locus ad libri C secundi primum caput, ubi ritus et leges ejus exponuntur. Hic suffecerit annotare, eam repetendam esse a veterum Roman. ritu, quo nempe clientes patronorum limina mane frequentare solebant, quem primi imperatores Romani quoque ex veteri more velut amicitiæ significationem retinuerunt, et secuti processu temporis in leges et cerimonias religiosas aulæ receperunt, quas omittere nemo salvo cultu principis posset. Satis notus ille mos patronos, senatores, imperatores salutandi, ut de illo dicere hic loci supervacaneum sit. Vid. Scr. Hist. Aug. t. I, p. 29. Tantum id dicam, ut veterum imperatorum major potestas, minus invidiosus et remissior erat cultus, ita posteriorum, seu Byzantinorum, in minore potestate ambitiosior et magis pompatica atque φορτικὴ erat veneratio; et perinde quoque salutationes procerum, non jam velut amicorum paulo inferiorum, sed ut cultus a servis debitus et rigide exactus. In illis quotidianis processionibus matutinis ab hora diei prima (vel septima nobis) usque tertiam (seu decimam fere) et pomeridianis patebat palatium, reliquo tempore clausum erat; ut e nostro Cerimoniali *l. c.* et e Luitprandi legatione discitur. Erant illæ processiones ut conventus nostrorum procerum in sua tribunalia, aut ad intima consilia cum domino agitanda. Nam per illas processiones administrabantur imperii negotia. Patet ex nostro Cerimoniali, et ex Continuatore Constant. in Script. post Theophan., p. 88 B, ubi interpres mentem auctoris et dictionis ἡ καθ' ἡμέραν προέλευσις non percepit. Verba sunt: Τὰς συνήθεις τῶν πραγμάτων ἀντιλήψεις καὶ καθ' ἡμέραν [ita ibi leg.] προελεύσεις ἐν αὐτῷ δὴ τῷ τρικόγχῳ ἐξετέλει. *Perficiebat curationes rerum et quotidianas processiones in ipso Triconcho*. Ita debebat reddi. Notat hoc factum historicus, ut insolens. Nam alias quotidianæ processiones in Chrysotriclino fiebant, ut ex nostro loco patet.

in crastinum pompam seu processionem parent et A μιμνήσκουσι (16) τοὺς δεσπότας περὶ τῆς ἑορτῆς,

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

et civitatem argenteam in processu construxit natalis ipsius martyris, usque nostris temporibus perdurovit. Quid sibi vult *civitas argentea in processu natalis martyris?* Ego quidem puto fuisse massam argenteam ad formam urbis confictam, turrim nempe unam atque alteram, non maximæ molis, quæ in natali martyris, id est die memoriæ martyrii B. Agnetis sacro, circumgestata in pompa processionali fuerit, ut indicaretur civitatem suam illius beatæ patrocinio dedicatam esse, Videntur illud mihi significare imagines piorum hominum passim occurrentes, qui manibus gestare ædes aut turres conspiciuntur. Præsertim sic pinguntur episcopi, ecclesias suæ curæ commissas quasi manibus gestantes. Si bene memini, vidi in Alemanni Parietinis Lateranensibus imaginem Leonis III talem. Cl. Muratorius t. II, script. rer. Ital. p. 73 effigiem S. Ecclesii eodem in habitu B dedit. Recentissimum exemplum habemus in dedicatione pucherrimi Dionis Cassii Reimariani ad Eminent. Cardinalem Quirinum, cui præfixa est imago in qua, inter alia, Pietas conspicitur, dextra crucem, sinistra ecclesiam Brixianam gestans. Pariter etiam conditores urbium pinguntur urbes suas manu gestantes. Vidi, non succurrit ubi, Caroli M. imaginem quæ Aquisgranum manu gestat. Sed præ cæteris plenus est talium imaginum tomus secundus Monumentorum vetustorum Ciampini. vid. Tabul. 16, 19, 27, 29, 31, 37, 42, 47, 52, et quæ infra dico de *templis* seu stemmatibus ad ναϊδίων formam factis, et intra tribunam suspendi solitis. Coll. D. C. v. τέμπλον. Non solum donaria ad instar turrium, templorum, urbium facta, sed etiam naves aureas dedicabant, et suspendebant in ecclesiis. (vid. Chronic. Casin. III, 57.)

Venio nunc ad alterum processionum sacrarum C genus, illud nempe, cum imperatores diebus Dominicis et festis matutinis atque vespertinis horis ad faciendum divinum officium in ecclesias. pro ratione temporum diversas, e palatio procedebant, et a factionibus per vias, quas transeundum erat, utrinque dispositis salutabantur, et per diversa locorum spatia diversis acclamationibus excipiebantur. In his δοχαῖς, seu *exceptionibus*, ut appellantur, vel *beneventationibus*, aut *præstolationibus* describendis admodum diligens est auctor noster. Præclare quoque illas descripsit Luitprandus, Cremonensis episcopus, qui ritui interfuit. Operæ pretium est ejus verba ascribere, quo rei toties per hunc librum memoratæ perspicuam et plenam ideam statim in principio nanciscamur. Ait autem sic (p. 913 ed. M.): *Secunda, inquit Nicephorus, hora jam transiit* (ea est, secundum nostrum computandi morem, octava matutina), προέλευσις, *id est processio, nobis est celebranda, Quod nunc instat agamus Contra hæc, cum opportunum fuerit, respondebimus. Non pigeat me* προέλευσιν *ipsam describere et dominos meos audire. Negotiatorum multitudo copiosa ignobiliumque personarum ea solemnitate collecta ad susceptionem et laudem Nicephori a palatio usque ad Sanctam Sophiam quasi pro muris viæ margines tenuit, clypeolis tenuibus satis et spiculis vilibus dedecorata. Accessit et ad dedecoris hujus augmentum, quod vulgi ipsius potior pars nudis processerat pedibus. Credo, sic eos putasse sanctam ipsam potius exornare* προέλευσιν. *Sed et optimates sui, qui cum ipso per plebeiam et discalceatam multitudinem ipsam transierunt, magnis et nimia vetustate rimatis tunicis erant induti. Satis decentius quotidiana veste induti procederent. Nullus est, cujus atavus hanc novam haberet. Nemo ibi auro, nemo gemmis ornatus erat, nisi ipse solus Nicephorus, quem imperialia ornamenta ad majorum personas sumpta et composita fœdiorem reddidderant. Per salutem vestram, quæ mihi mea charior exstat, una vestrorum pretiosa vestis procerum centum horum et amplius pretiosior est. Ductus ergo ad* προέλευσιν *ipsam in eminentiori loco juxta psaltas, id est cantores, sum constitutus. Cumque quasi reptans monstrum illud procederet, clamabant adulatores psaltæ; Euge, venit stella matutina, surgit Eous, reverberat obtutu solis radios: pallida Saracenorum mors, Nicephorus* μέδων, *id est princeps. Unde et cantabatur* μέδοντι, *id est principi, Nicephoro* πολλὰ ἔτη, *id est plures anni sunto. Gentes, hunc adorate, hunc colite, huic tanto collo subdite... Igitur falsidicis illis inflatus næniis, S. Sophiam ingreditur, dominis suis imperatoribus se a longe sequentibus et in pacis osculo ad terram usque adoranlibus. Armiger hujus sagitta calamo immissa æram in ecclesia ponit, quæ prosequitur, quo nimirum tempore imperare cœperit, et sic æram, qui id non viderunt, intelligunt. Hac eadem die convivam me sibi esse jussit. Non ratus autem me dignum esse cuipiam suorum procerum præponi, quintus decimus ab eo absque gausape sedi, meorum comitum nemo.* Apparet Latinum præsulem, et ordinis sui apud Latinos auctoritate, dominique sui Ottonis I imperatoris Saxonici favore tumidum multam invidiam Græcis, et Nicephoro Phocæ maxime, aspersisse, a quo non tantum repulsam tulerat, sed etiam multis modis offensum se fuisse credebat. Sed hoc ad rem non facit. Nos prosequatur institutum. Pridie igitur antequam talis processio celebraretur, indicebatur præconis voce, ut nempe plateæ et angiportus, per quos transitura esset processio, mundi essent, et ut eorum incolæ coram domibus suis pallia sericea, vasaque aurea et argentea, pretiosamque omnem suam supellectilem C suspenderent, arbusculas odoratas et aspectu gratas plantarent, rosas, rosmarinum, alia per solum spargerent. Præconis voce indictas fuisse tales probabile est, rei natura id exigente et, quamvis alibi notatum non reperiam videor mihi tamen in his Cedreni verbis reperire p. 750: Τῇ Κυριακῇ μετὰ τὸ ἅγιον Πάσχα προέλευσιν δημοσίαν κηρύξας ἐν τῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων ναῷ... ἀπῆλθεν ἱστεφανωμένος μετα τῆς συγκλήτου, πάσης τῆς πόλεως ἀθροισθείσης εἰς τὴν θέαν, σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρέα τῶν τὴν λεωφόρον κατοικούντων ἀποκρεμαννύντων καὶ πέπλους καὶ ἄλλα ὑφάσματα χρυσοϋφῆ, κἂν ταῖς εὐφημίαις προτεθυμημένων καὶ αὐτὰς, εἰ οἷόν τε, τὰς ψυχὰς ἐκκενῶσαι. *Ad diem, qui a Paschate proximus est Dominicus, populo publicum processum in ædem S. S. Apostolorum præconizat,... Venit ergo coronatus cum senatu, omnibus urbanis ad spectaculum accurrentibus et iis, qui ad viam regiam*

(16) Consultant, interrogant, sciscitantur ejus assensum dissensumve, et in utramque partem voluntatem. Ita usurpat Constant. Vit. Basil. p. 144. Aliique Byzantini sæpius, et ipse jam M. Antoninus philosophus IV. 16. p. 81. ult. *ed. Mer. Casauboni*, imo ipse jam Demosthenes p. 47. 38. *ed. Lambini.* Inde ὑπομνήματα appellantur, seu consultationes patriarcharum, illæ litteræ, per quas sententiam de casibus dubiis rogantur et quibus τὸ δοκοῦν subscribunt. Vid. Du Cange Gloss. Gr. h. v. et quæ docti Benedicti auctores novæ Artis diplomaticæ t. I, sect. 2, cap. I. artic. 3. toto *de indiculis* disputant. Interdum quoque potest accipi pro *citat, evocat.* Et eo modo usurpatum fuisse *admonere* apud Latinos medii ævi constat ex Du Cange Gl. Lat. v. *admonitio* debitoris, *sommation, ajournement. Suggerere* quoque et *suggestio* dicitur. Vid. Alteserr. ad Anastas. p. 56.

εἶτα κελεύουσιν τούτνυς [7] οἱ δεσπόται ἄγεσθαι ἐπὶ A instituant. Egredientes illi hoc omnibus cubicula-

VARIÆ LECTIONES.

[7] τούτοις ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

regiam habitabant, auream et argenteam suppellectilem ex ædibus dependentibus, et peplos [sericeos nempe] *et auro intextas vestes, et in farstis acclamationibus vel ipsum suum pro eo sanguinem fundere prompte spondentibus.* Morem hunc domos et vias ornandi acceperunt, ut alia multa, Muhammedani a Græcis. Ita sæpius in Abulfeda legitur, Misram vel al Cahiram fuisse *ornatam*, si e. c. nuntius victoriæ ab exercitu reportatæ appelleret, vel ipse soldanus in urbem victor rediret, aut alia quædam publicæ lætitiæ causa contingerent. In processionibus ille tenebatur ordo, ut milites præcederent, sequerentur proceres, imperatorem clauderent et sequerentur eunuchi : qua de re suis locis clarius. Pia vota, quæ a factionibus transeunti imperatori acclamabantur, appellabantur εὐ- B φημίαι, et *acta*. Et de his, uti de factionibus, mox loco suo commodius dicam. Conf. p. 287. Attingam hic tantummodo, diversis diebus festis in diversas sacras ædes processum fuisse, ut festo Nativitatis et Paschatis ad Magnam ecclesiam, seu S. Sophiam, die Dominica post Pascha ad SS. Apostolos, die Assumptionis vel Ascensionis Christi in cœlum ad Regas seu Fontes, festo Pentecostes ad S. Mocium, festo S. Georgii ad Magnauram, etc. Hæ processiones erant typicæ, seu fixæ et ex præscripta formula cerimonialis certis suis diebus alligatæ, ut non posset imperator commode domi manere, aut alio ire, quam præscriptum esset. Aliis enim diebus Dominicis manebant imperatores intra palatium, et frequentabant aulicas suas ecclesias, quas inter præcipuæ erant ἡ τοῦ Κυρίου et ἡ τῆς Θεοτόκου τοῦ Φάρου. Hinc intelligitur, quare τὰς τυπικὰς προελεύσεις dixerit Cedrenus p. 633, μηδέποτε ἐν ταῖς τυπικαῖς πρὸς θέαν τῶν θείων ναῶν C προελεύσεσι κενὸς καὶ ἄκαρπος ὤφθη. Manavit hic ritus e more veterum imperatorum Romanorum certis diebus ad Jovem Capitolinum, aliis ad ædes Victoriæ in castris suburbanis, aliis alio procedendi et sacrificandi, de quo ex Herodiano et similibus scriptoribus constat.

Russi, qui pene omnes civiles sacrosque et aulicos ritus a Græcis assumpserunt, eumdem pene ordinem tenent in suis sacris processionibus ; quarum unum specimen e libro Anglice scripto et in versione Belgica, qua utor, *Staat van Groot Russland* inscripto depromam, quo loco non potest inveniri alius, qui rem præsentem magis illustret. Commentarii vicem præstare potest ad hoc caput Nostri, et omnia ejus illa, in quibus processiones sacræ describuntur. Cum pauci sint, qui Belgice calleant, necesse est, lectoris in gratiam, locum prolixum quidem, at eximium Latine verti. Legitur dicti libri p. 355-361. Nam Anglicum primigenium exem- D plum, a quo Belgicus factus fuit ille liber auctore A. Moubach, ad manum non est. Verba igitur ejus hæc sunt : « Quandoquidem de *sanctificatione aquarum* [festo τῶν Φώτων, de quo vid. caput Nostri 26, l. 1.] in superioribus mentionem feci, quæ peragi multis cum cerimoniis solet, non injucundum erit meo lectori eas enarratas legere. Fiebat hæc aquarum sanctificatio extra urbem, Moscoviam, super flumine cognomine ; in quo glacie excisa magna fit fenestra quadrata, cancellis præmunita... Circa hos gradus tribunal erigitur, pannis rubris instratum, intra quod erat metatorium, in quo imperator cum præcipuis clericorum manebat. Metatorium hoc habebat quatuor portas ad modum arcuum apsidatas cum superimpositis malis aureis. (Vid. quæ infra p. 242, de pomis aureis carruchæ imperialis dicimus) Cancelli lacunæ in glaciato flumine factæ prætenti sesquipedem alti et panno rubro pariter instrati erant. Ad eorum quatuor angulos stabant columnæ... apsidatæ, ut formarent thronum aut tribunal, intra quod octo vitreæ lampades ardentes pendebant. Ab uno eorum latere descendi poterat in aquam duobus gradibus, rubras panno instratis... Solum instratum erat tapetibus Turcicis ; thronus imperialis ultra solum tribus quatuorve gradibus eminebat, inauratus, panno argenteo tectus in solum aliquantisper excurrente, instructus turriculis, quibus cruces inauratæ insistebant. Thronus patriarchæ, illi ad dextram positus gradu uno erat altior, minus tamen splendidus· [Memorabilis hic locus de fastu cleri Russici, fastigium ultra imperiale appetentis, quod Græci tamen ausi non fuere.] Processio ad hunc locum ita fiebat. Primus procedebat Capitaneus, quem protectores imperatoris sequebantur. Post eos eodem ordine procedebat caterva Veneta, tum Prasina, postremo loco Russea, gerentes hastas artificiose tornatas ; postremi veniebant sclopetarii. Protectores hi omnes erant sanguine nobili, collocati in orbem circa locum cerimoniæ dicatum. Succedebat ingens numerus clericorum, coram quibus imagines sanctorum dependebant ; post eos veniebant papæ cum laternis et inclusis cereis ardentibus, tum alii pictos sanctos gerentes. Inde prodibat magna et ponderosa crux, circa quam gestabantur Seraphini [πτυχία vel εὐτυχεῖα] deaurati, super longis contis. Rursus alii prodibant pontifices gestantes discos et pateras argenteas, et calices pellibus rubris tectas, in quarum paterarum una camelaucium patriarchæ erat. Excipiebant sacerdotes ordinis varii, induti vestibus auro rigidis argentoque, tum episcopi quidem et archiepiscopi splendide vestiti. Archiepiscoporum mitræ splendebant auro et argento, et oris pellium armelinarum : quas episcopi quidam manibus gestabant. Post archiepiscopos ibant pueri cantantes splendide vestiti, tum monachi tres aut quatuor cum thuribulis fumantibus, quæ agitabant coram patriarcha, quem ducebant [παρακρατούμενον] duo alii monachi, habentem in manibus auream crucem super pulvinari rubro. Patriarcha indutus erat panno argenteo, cui insulæ erant ante et retro taniæ [ποταμοί] panni satini cum insutis filo aureo crucibus. Ad ejus dextrum genu dependebat e loro phrygiato manucium [ἐπιγονάτειον] quadratum phrysiatum pariter cum aureis dependentibus bulbis villosis [*quasten*]. Patriarchæ succedebant Boiari splendidissime vestiti, et tum Czarus ipse ultra fidem splendido aureo panno amictus, gestans in capite auream coronam, ornatam gemmis et margaritis, prehenso brachio ductus a duobus principibus, sequentibus aliis proceribus usque ad locum cerimoniæ. Ubi exacta aliquali mora, capiebat patriarcha thuribulum, quod aquæ admovebat, dein accedebat ad Czarum ad distantiam trium vel quatuor pedum, et coram eo thuribulum agitabat. Czarus descendebat de throno, inclinabat se coram patriarcha, interea dum hic thuribulum aliquoties super imperatoris caput agitaret ; et ambo sese invicem inclinato corpore adorarent. Quo facto, Czarus ad thronum reversus exspectabat, donec patriarcha proceres præsentes et populum thure sacro initiasset. Post interjectas alias cerimonias procedebant aliquot sacerdotes cum codice sacro admodum splendide compacto, hexamito rubro involuto cum bucculis aureis et gemmis ingentis pretii. Ex eo codice recitabat patriarcha textum, adstante interea imperatore

(peratore

riis, capitaneo item et domestico imperatoriorum, duobus præterea demarchis, edicunt : mittunt etiam mandata tum domestico numerorum, tum comiti

τὴν αὔριον πρόκενσον ἤτοι προέλευσιν. Οἱ δὲ ἐξερχόμενοι ὁρίζουσι πᾶσιν τοῖς τοῦ κουβουκλείου (17), ὁμοίως καὶ τῷ κατεπάνω (18) καὶ τῷ δομεστίκῳ τῶν

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

peratore capite nudo. Lectione finita, accedebat patriarcha ad imperatorem cum codice, eique illum osculandum offerebat. Quem imperator unaque patriarchæ manum osculabatur. Quo facto ambo ad thronum quisque suum redibant. Inde sacerdotes duo codicem sacrum rursus auferebant. Imperator et patriarcha descendebant de throno quisque suo et procedebant versus aquam apertam. Patriarcha descendebat ad ejus superficiem per gradus factos, imperatore interim non tecto coram cancellis astante, quandiu consecrationis actus duraret, quæ multas post cerimonias ope crucis aureæ, cui inserta erat patera argentea, fiebat. Ea peracta rursus imponebat Czarus suo capiti coronam, et patriarcha sibi mitram episcopalem, et ad thronum quisque suum redibant. Deinde afferebatur ad patriarcham consecratæ atque [τοῦ ἁγιάσματος] nonnihil in patera argentea, item crux aurea, et aspergillum, singula in singulis scutulis argenteis. Cum hoc apparatu adibat rursus patriarcha Czarum, qui caput nudabat, crucem auream a patriarchæ dextra oblatam osculabatur et sic tandem aqua consecrata respergebatur ; quod idem coronæ imperiali et vexillis præsentibus fiebat. Eo facto ad thronum-quisque suum redibat. Veniebant deinde archiepiscopi et proceres ad osculandam, quam dextra sua patriarcha tenebat, auream crucem, sacerdotes inferiores respergebat archiepiscopus aliquis apud patriarcham stans. Sacerdotes alii e scutulis aqua consecrata plenis populum respergebant circumstantem. Undecunque confluebat turba ad hauriendam aquam cum situlis et urceis. His omnibus peractis, benedicebat patriarcha manibus decussatis ter, primum Czarum, dein clerum et proceres, et tertio plebem ; quo facto ultimo tandem protectores rursus abibant, et tota processio repetebat vestigia eodem ordine quo venerat, et dies ille hilariter consumebatur. »

Hactenus Anglus ille Moubach. Jam redimus ad filum nostrum et verbulum de processionibus civilibus addimus, quæ vel quotidianæ, vel solemnes; vel peraticæ erant. Quotidiana processio erat Senatorum, seu procerum in aulam ad salutandum principem et ad functionem sui muneris exsequendam convenientium. Hæc stata erat, et non indicebatur, fiebatque bis per diem, mane et vespere, seu post meridiem. De hac agit caput primum libri secundi nostri cerimonialis ex professo, hic autem in transcursu tantum mentio fit in verbis τῆς καθημερινῆς ἱσταμένης προελεύσεως, *quotidiana stante*, id est *incipiente, processione*. Solemnes pridie indicebantur, et debebant tunc proceres in palatium procedere ἠλλαγμένοι *mutati*, hoc est *in novis robis, en gala*, vestibus splendidis et ad pompam compositis Processiones senatorum in curiam solemnes. diebus solemnibus ad gratulandum et acclamandum principi ἐν ἐσθῆτι ἱερᾷ, id est *candida veste*, ut Petavius interpretatur, memorat Themistius p. 55 *init.* Tales processiones erant ad Circum, quotannis olim septenæ, deinde quinæ ; item ad horrea publica, lustrandi frumenti ibi depositi gratia ; item ad balneum. Quando nempe imperator, aut imperatrix lotum irent, fiebat processio ; uti etiam quando legati exteri exciperentur ; et alia talia, quæ hic perstrinxisse suffecerit. Ad processiones peraticas refero, quando imperatores, relicto palatio, in prædia seu urbana, seu suburbana, in Pera, ultra sinum Ceratinum, aut et in Asia sita, concederent; quo tempore officia multa aulica et processiones quotidianæ feriabantur. Talis absentia e palatio et rusticatio *processus* appellatur, quia imperator ex augusta sua sede procedebat alio. Refero huc quoque vindemialia ; quando imperator amicos, quos vellet, ad se in vineas suas invitabat.

(17) Οἱ τοῦ κοβουκλείου sunt *cubicularii*, quorum frequens hoc in opere mentio fit. Erant omnes eunuchi, et sub dispositione præpositi, de quo superius egimus. Video a Fabrotto et Du Cangio cubicularios et cœtonitas pro iisdem haberi, auctoritatibus non contemmendis. Glossæ certe et alii veteres unam vocem per alteram exponunt. Sed ex nostro Cerimoniali patet diversos hos ab illis fuisse. Cœtonitæ tantum cœtonis seu dormitorii curam habebant, et nocturnas curabant sacri corporis necessitates : cubicularii autem diurnas. Erat autem horum officium præcipue, ut vestiarias arcas depromerent, et quo opus, apportarent, reponerent rursus et asservarent. Ipsi tamen non imperatorem induebant: pertinebat enim id officium ad vestitores, de quibus mox. Qui cubiculariorum hac sollicitudine fungerentur, audiunt in nostro Cerimoniali οἱ τῶν ἀλλαξίμων τοῦ κουβουκλείου, *præfecti mutatoriorum cubiculi*. Alii curabant, ut cubiculum Augusti nitidum esset, et hi erant veterum στρῶται. Vid. Athenæ. p. 48. aut οἱ ἐπὶ ταῖς παστάσιν ἑστῶτες, ut Anthologia p. 32 : alii potum inferebant ad sacram mensam, alii prælegebant, quæ imperaret imperator sibi de libro scripto recitari ; alii cereos ardentes tenebant, quos imperator in ecclesias devotionem suam faciens a præposito porrectas in manus sumebat, aut apud sacras imagines depangebat. Alii canebant et musicam exercebant coram imperatore ; alii oblationes, quas imperator in altari depositurus esset, ferebant, et domino per manus præpositi sui tradebant ; alii faciebant orbem circa imperatorem, quando in ecclesiæ vestibulo aut calceos aut vestes mutaret, aut caput nudaret induendæ infulæ causa, ne scilicet a barbato quodam capite nudus conspiceretur, Multa alia erant officia cubiculariorum, Habebat quoque augusta suas cubicularias, *[De magno cubiculario imper. vid. Villehard. pag. 301, cum not. Du Cangii,]* Sed fueruntne iidem *silentiarii* et *cubicularii* ? aut saltim, fueruntne silentiarii peculiare quoddam genus cubiculariorum ? Sane illam prodidit opinionem Alemanus in notis ad Procopii historiam arcanam. Fallitur autem procul dubio vir doctissimus. Non tantum enim Cerimoniale nostrum cubicularios a silentiariis perspicue distinguit, sed etiam hoc liquido refellit eum quod p. 41 et alibi nostri operis σελεντιάρισσαι, *uxores silentiariorum* commemorantur. Non erant ergo silentiarii spadones, quandoquidem maritati erant. Atqui cubicularii debebant omnes castrati esse.

(18) Peculiaris dignitas est ὁ κατεπάνω, unde depravatum fluxit *Catapani* nomen in historia Apula, et putant quidam Capitanei nomen inde deductum. Guilielmo Apulo in rebus Normannorum apud Du Cange ad Alexiad. p. 229, est *Catapan. Qui Catapan fuerat Græcorum missus ab urbe*. Conf. Idem p. 275, ubi ait, quemvis præfectum provinciæ designare. *[A Græcis originem ducit magistratus Apuliæ et Neapolis *Stratici et Capitani* quod adhuc hodie nomen superest. Dignitates Galli a Gothis habuere, Conf. Freccia de Subf. et Giannon. p. 243 sqq.]* Verum ὁ κατεπάνω vel Capitaneus, de quo hic sermo, non excedebat sacro palatio, non ibat in provincias, sed regebat τοὺς βασιλικοὺς seu *Cæsarianos*. Habebat sub se dome-

βασιλικῶν (19), σὺν τούτοις δὲ καὶ τοῖς δυσὶ δημάρχοις (20)· ἀποστέλλουσι δὲ καὶ μανδάτα τῷ τε δο- A

murorum, et, ut breviter dicam, officiis ac secretis omnibus hujusmodi processionem indicant, ut

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

sticum Basilicorum, et introducebat principes peregrinos, imperatoris vasallos, ad colloquium heri, ut ex p. 81. D. ult. patet. In epistola Alexii ad Henricum V, in Alexiade p. 94. 1. commemoratur aliquis πρωτοπρόεδρος καὶ κατεπάνω τῶν ἀξιωμάτων. Sed et ille diversus est a nostro, idemque videtur cum *Magistro sacrorum officiorum*.

(19) Verti passim *Basilicos*, retenta Græca voce, quod in talibus tutissimum est, passim *Cæsarianos*, ad aliorum exemplum. Goarus ad Cod. p. 23. n. 8. *regios domesticos* vertit, (habitabant profecto in palatio,) Combefis. in script. post Theophan. p. 197. *comitatenses*. Basilici medio ævo *Gasindii* appellabantur, a Germanica voce *Gesinde*, quasi dicas *familiares*, ad familiam pertinentes : *cortigiani, nomini della famiglia*, ut interpretatur Murat. t. I. Ant. Ital. p. 124. Appellabant quoque B *Vassos* seu *basos*, id est *sodales;* item *Gardingos*, a *warten*, *Aufwærter*. Videntur cum ordine ministrorum convenisse, qui hodie in aula Turcica sub nomine *Cjauschorum* obtinet. Mittebantur enim, ut hi solent, in provincias, cum mandatis regiis, ad expedienda negotia minoris momenti. Patet e Constantini nostri Vita Basilii Macedonis l. c., *Scriptor. post Theophan.*, ubi dicitur dives illa matrona, quæ Basilium invisebat, et ab eo *mater regis* appellabatur, unici exempli titulo, rogasse Βασιλικὸν ἀποσταλῆναι τὸν ἀπογράψασθαι καὶ παραλαβεῖν ἀφείλοντα τὴν περιουσίαν αὐτῆς, *mitti Comitatensem aliquem, qui ejus facultates in acta redacturus, et in fidem manusque acceptarus esset.* Conf. Du Cange Gloss. Lat. v. *Basilicus*. Fuerintne fœminæ quoque *Basilicæ*, non dixerim. Fere colligatur fuisse ex loco *Script. post Theoph.* p. 244 ult., ubi Βασιλικὴ aliqua memoratur, nisi uxor alicujus Basilici C fuerit. De domesticis numero pluribus et genere variis passim agendi erit occasio. In genere tenendum, *Domesticum* recentiori Græciæ dictum fuisse omnem præfectum majorem, primum sui generis. Vid. Goar. et Gretser. ad Codin. Guther. p. 423. Vales. ad Amm. Marcell. p. 52, et 94. Domesticorum origo mihi videtur hæc esse. Initio erant domestici, id quod appellatio significat, οἰκειακοὶ.familiares, ministri penitioris admissionis, dominorum omnium, et in specie judicum, prætorum, magistratuum ; iidem qui alio nomine apparitores, qui præsto essent imperanti, et mandata exsequerentur, et dominum tuerentur. Crevit hinc ordo domesticorum palatinorum, qui initio nihil aliud quam apparitores erant, et imperatorem tantum in urbe comitabantur, protectoribus eum in acie stipantibus. Tandem processu temporis colliquati fuerunt in unum corpus tam urbani quam castrenses corporis custodes, et dicti domestici protectores. Sed neque hoc semper mansit. Abiit enim sen- D sim in desuetudinem nomen domesticorum, et nomine scholariorum mutatum fuit; sic tamen, ut princeps eorum per excellentiam adhuc domesticus appellaretur, tanquam in memoriam veterum domesticorum ; qui jam non amplius domestici, sed partim οἰκειακοὶ vel βασιλικοὶ, urbani nempe aut palatini, partim vero Scholarii, castrenses scilicet, audiebant. Ab illo domestico Scholarum, id est principe ac præside scholarum, dicti deinceps fuerunt domestici, quotquot in schola, scrinio, munere suo essent primi ; ut domesticus Hicanatorum, domesticus castrorum, domesticus Cancellariorum, etc. Omnium maximus erat domesticus τῆς Ἑῴας, *Orientis*, et hoc aliquando minor τῆς Δύσεως, *Occidentis*. Illum orientalem intelligunt, si simpliciter domesticum appellant. Audit quoque megadomesticus, sed post Isaaci Comneni tempora demum. Vid. Scylitz. p. 807. *[Domestici regum*

Francorum tempore Gregor. Turon. Megadomesticus et magnus senescallus idem sunt. Erat secundus ab imperatore. Fauchet, p. 483.]*

(20) Cum duo præcipui essent apud Byzantium δῆμοι, catervæ seu factiones, Veneta et Prasina, quarum illa albam, hæc russam habebat appendicem, erant quoque duo demarchi, seu decuriones, vel magistratus pene supremi, diversi tamen a democratis item duobus, et ultra demarchos ipsos eminentibus. Venetæ nempe factionis democrates erat semper, quisquis domesticus Scholarum esset, et prasinæ, quisquis domesticus excubitorum esset, ut multis Nostri locis constat. De officio demarchorum dicetur paulo post : nunc dicendum, quinam fuerint οἱ δῆμοι. Video enim eos a civibus distingui, et ab inquilinis atque sellulariis, et a militibus, ut admodum obscurum sit quale genus hominum hi fuerint, et cui bono instituti, quos tot turbas edidisse, et toties summo cum ipsius imperii discrimine reprimendos fuisse loquuntur historiæ. Cedrenus p. 765, τοὺς πολίτας καὶ τὸν δῆμον jungit. Videtur id quoque dictio Scylitzæ p. 813, ἅπαν τὸ δημοτικόν τε τῆς πόλεως καὶ τὸ κοινὸν suadere. Nam si τὸ κοινὸν est communio civium, qui a magistratu oppidano reguntur, necesse est τὸ δημοτικὸν τῆς πόλεως, quod ab eo segregatur, a magistratu oppidano non pependisse, ideoque ad communitatem, ut loquebantur medio ævo, non pertinuisse. Aperte quoque Noster p. 132 distinguit τὰ μέρη a τοῖς τῆς πόλεως, et p. 356. in fine τὰ μέρη a τοῖς πολίταις. Nicephorus patriarcha CPtanus p. 136 distinguit ordines sic : Ἀριθμὸν ἀνδρῶν ἐκ τῶν στρατιωτικῶν καταλόγων, ἔτι δὲ καὶ τοῦ γεωργικοῦ, καὶ τῶν βαναυσικῶν τεχνῶν, τῶν τε ἐκ τῆς συγκλήτου βουλῆς, καὶ τοῦ τῆς πόλεως δήμου. Habes hic milites, rusticos, sellularios opifices, senatum et populum urbis. Forte intelligit per populum urbis Nicephorus τοὺς κτήτορας, *possessores* dictos, id est homines elegantiores, opulentos, optimates, quibus in urbe domus propriæ et in agris prædia essent, homines peculiatos. Constat tamen aliunde, et ex iis, quæ paulo post dicentur, constabit, τοὺς δημότας, quos *gregales* aut *factionales* appellabimus, pro vili indotata plebe plerumque traduci, et ab illis *possessoribus* dictis distingui. Luculentius igitur idem Nicephorus p. 215. c. fin. factionales a civibus distinguit : Οὓς ἐπηγάγετο τῶν ἐζωγρημένων τοῖς τε πολίταις καὶ τοῖς ἐκ τῶν λεγομένων χρωμάτων δημόταις παραδίδωσιν. Chronicon Alexandrin. anno 11 Heraclii : μετά τινων ἀρχόντων καὶ τινων οὐ μόνον κτητόρων καὶ κληρικῶν, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐργαστηριακῶν καὶ δημοτῶν ἐξ ἑκατέρου μέρους. Habemus hic τοὺς ἄρχοντας, nobiles et proceres aulicos, deinde τοὺς κτήτορας, cives lautiores, illos, qui olim in liberis rebus publicis Græcis et Asiaticis ἐγειτούργουν, onera publica suscipiebant gerenda, ut alendi equitatus, instruendæ classis marinæ, et sic porro; tum clericos, postea τοὺς ἐργαστηριακούς, quo nomine continentur omnes, qui in tabernis sedent publicis, venduntque aut alienas, aliunde advectas, comparatasve merces, seu suis manibus effectas, adeoque cum mercatores, tum sellularii, alias βάναυσοι et ἐπιδιφρίδιοι· et tandem gregales utriusque gregis, nempe veneti et prasini. Theophanes p. 62. Thessalonicæ δήμους καὶ λαοὺς conjungit *gregales et oppidanos* seu cives. E quibus omnibus iisque, quæ jam continuatum eo, conficio, greges hoc fuisse cum civibus non eosdem, neque tamen diversos, constitisse greges e civium omni pene ordine, eatenus tamen, qua greges, spectatos non habuisse civium speciem,

singula officia et secreta secundum ordinem suum A μεστίκῳ τῶν νουμέρων (21) καὶ τῷ κόμητι τῶν

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

Clarius exponam meam sententiam. Sunt apud nos collegia quædam constantia numero civium cum lautiorum tum etiam humiliorum, eo instituta, ut, qui illa componunt, ad certum annorum numerum tractandis armis sese exerceant, et vel sagittis suspensum ex alta pertica petant avis ligneum simulacrorum, vel metam sclopeto feriant. Talia collegia civibus quidem constant, faciunt tamen peculiare aliquod corpus a reliqua communione quodammodo diversum, legibusque et juribus suis gaudens. Talia collegia fuisse τοὺς δήμους puto, in quæ reciperentur omnes civium ordines, quæ tamen, quia vilis inops turba ubique terrarum numero superat, pene soli ignobiliores conficiebant. Vel potius eædem erant catervæ illæ cum nostris excubiis civicis, quas cives ad certum annorum numerum obire ex lege tenentur; qui attamen ea res ab exercendis opificiis et quæstibus quemque B suis avocaret, vicariis demandant, publica mercede alendis, militibus oppidanis. Hæ civicæ excubiæ interdum solemnes ad actus conveniunt in armis, et sub doctoribus suis arma exercent. Alio quoque respectu similes erant illi δῆμοι militiæ illi generi, quod a juventute civica et rusticana in necessitatem celeris supplementi veræ militiæ conscribitur, et in armis exercetur, neque tamen vestem militarem, neque stipendia, neque ductores militares accipit, neque sedibus suis excitatur, sed manet suo quisque loco eoque in vitæ et quæstus genere, quod amplexus fuerit, statutis temporibus ad exercenda arma coeuntes; quales nos appellare *milites provinciales* solemus. Poterant in his catervis esse opulenti, et pauperes, mercatores, opifices, bajuli, omnes cives, verum tum temporis a civibus distincti, et a magistratus urbani jurisdictione exempti, cum functiones gregum exercerent. Quænam vero illæ? In magnis processionibus sacris C ad ecclesias cohortes illorum gregum diversis statisque in locis earum platearum, per quas processio transiret, stabant ad utrumque latus plateæ collocati in seriem, præstolantes [δεχόμενοι vel ἐκδεχόμενοι] adventum imperatoris, eumque coram advenientem acclamationibus lætis gaudium significantibus et vota prosperitatis omnis prodentibus excipientes. Quapropter hic actus δοχή, id est sive præstolatio, sive exceptio, salutatio, beneventatio dicebatur. Si longius abesset a palatio ecclesia illa, ad quam identidem procederetur, ad certa intervalla constitutæ gregis cujusque minutæ particulæ officium salutandi præstabant; unde legitur imperator interdum octies fuisse acclamatus vel salutatus, antequam in ecclesiam, ad quam tenderet, perveniret. Eadem formula iterabatur in reditu e sacris ad palatium. In prima quaque cujusque factionis exceptione porrigebat demarchus imperatori libellum, continentem carmen, quo gra- D tularetur quæque factio imperatori festum identidem diem, et sæpius eum ipsi lætum redire optabat. Quibus carminibus pangendis habebat quæque factio suos sibi peculiares mercede conductos poetas: non pares quidem arte poetica Pindaro, mercenarios tamen æque atque ille fuit, eodemque utentes quæstu. De quibus poetis recurret deinceps dicendi locus. Idem salutandi et acclamandi officium greges imperatori præstabant in Circo, præeuntibus formulam τοῖς κράκταις, seu clamatoribus, id est præconibus, præcentoribus. Scatet codex noster talibus formulis. Erant ergo hi gregales eatenus parasiti imperiales lege constituti, et stipendiis aulicis conducti ad canendas laudes imperatoris velut publica voce. Quo fiebat, ut gregalis quisque, qua talis, non ad judicium civicum, sed aulicum spectaret. Nam demarchi, qui summi erant gregum *magistratus, causis et rixis gregalium* componendis et regendis gregibus constituti, tamen suberant democratis, quorum venetus quidem idem erat identidem cum domestico scholarum, prasinus autem idem cum domestico excubitorum, ambobus muneribus ita conjunctis, ut divelli non possent. Hinc est, quod Sidonius Apollinaris in panegyrico civitatis Narbonensis factiones has *juvenes aulicos* appellet.

Tunc, ait, *cœtus juvenum, sed aulicorum,*
Elæi simulacra torva campi,
Exercet spatiantibus quadrigis.

Conveniebant igitur cum illis a Nerone institutis Augustanis vel Augustianis militibus, ut non immerito credantur ab iisdem manasse, ex equestri et plebeia juventute lectis quinque millibus et ultra, qui divisi in factiones cantanti Neroni operam B darent, doctique plausuum varia genera ederent, de quibus egregia dedit Cl. Reimarus ad Xiphilini p. 1000, n. 38, illa verba: ἦν τι καὶ ἴδιον αὐτῷ σύστημα εἰς πεντακισχιλίους στρατιώτας παρεσκευασμένον. Αὐγούστειοι δὲ ὠνομάζοντο καὶ ἐξήρχον

(21) Numeri alias sunt σπεῖραι cohortes militares. Vid. Vales ad Ammian. Marcell. p. 42 et p. 255. Goar. ad Theophan. p. 43 et 89. *[Fauchet. p. 479.]* Græci per ἀριθμὸν passim reddunt. Quod Theophan. p. 185, habet νουμεριοι ἀριθμοὶ sunt idem quod νούμεροι ἢ ἀριθμοί. Corrigatur hac occasione latina ejus interpretatio p. 43, τριβοῦνος τότε ὢν τάγματος χωρωνάτων λεγομένων νουμέρου, *tribunus legionis coronatorum, quibus numerus nomen.* Ita vertitur. Debebat potius: *tribunus cohortis, cui nomen erat numerus coronatorum sic dictorum.* Quando autem *numerus* peculiare genus militiæ designat, ut in nostro loco et passim, credo eos milites designari, qui CPli mœnia, et Circum, et carceres, et publica quævis ædificia custodiebant, et vigilias obibant, Videor enim mihi ex loco apud Script. post Theophan. p. 267, colligere posse τὰ Νούμερα *carcerem* fuisse, quamvis Du Cangius ad Alex. p. 423, et CPli Christian. p. 125 tradat, fuisse porticus, in quibus milites prætoriani excubabant. Confirmat me in sententia mea, quod lego p. 416. Domestico numerorum subesse *portarios*, qui sane alii esse quam *janitores carcerum* nequeunt: item ex eo, quod Ἀριθμός, quem cum numeris idem puto, mihi videatur idem quoque esse cum τῇ βίγλῃ *vigiliis, excubiis*, militibus excubialibus. Concludo id ex eo, quod Acoluthus, princeps Barangorum, modo dicitur Drungario vigiliæ subesse, modo Drungario Arithmi. Constantinus quoque Porphyr. libro de administr. imperio p. 140, ait Leonem, patrem suum, si in processio- D nes urbi vicinas iret, consuevisse τὴν μίαν οὐσίαν, *unum dromonium de duobus*, quæ sibi fieri curaverat καταλιμπανειν εἰς τὸν ἱππόδρομον *relinquere in Circo* (ergo Circus ad mare usque protendebatur) πρὸς φύλαξιν τοῦ παλατίου, ut etiam a parte maris obire palatium et lustrare possent constituti vigiles de Arithmo, διὰ τὸ τάγμα τοῦ Ἀριθμοῦ κατὰ τὸν ἐπιγραφήσαντα παλαιὸν τύπον μετὰ τοῦ δομεστίκου τοῦ σχολῶν ταξειδεύειν, *quia tagma*, cohors, *Arithmi secundum formam, quæ jam a longo tempore viget, præsidium agit sub inspectione domestici Scholarum*, καὶ ἐναπομένοντες εἰς τὸν ἱππόδρομον οὐ συνεξιοῦσι κατὰ τύπον τοῖς βασιλεῦσιν εἰς τὰ πρόκενσα (ita legendus est ille locus), *et, quandoquidem retro manet in Circo, ex præscripta formula cum imperatoribus in processiones* (seu rusticationes) *non exit.* Notat in hoc loco vox οὐσία dromonium vehendo sacro corpori Augusti destinatum, una cum πληρώματι τῶν ἱερέων. Vid. ad p. 334.

τειχέων (22), καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, πάσαις ταῖς τά- A et propriam secreto formam quæ ipsis conveniunt

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

χον τῶν ἐπαίνων, ἠναγκάζοντο δέ σφισι καὶ οἱ ἄλλοι πάντες καὶ ἄκοντες ἐπεκβοᾷν (ita leg.). A Neronegitur inde hi Augustani aut retenti a secutis imperatoribus, aut postliminio veluti revocati a Byzantinis fuerunt, mutata nonnihil forma : ut nullus dubitem, hos δήμους perinde atque veros milites, stipendia ex aula imperiali accepisse. Adhibebantur porro gregales operibus publicis condendis, ut e Codino patet, qui scribit, Theodosium juniorem collapsos urbis muros instaurasse incumbentibus in id opus duabus factionibus, veneta et prasina, illarumque eam fuisse in maturando et urgendo opere sedulitatem, ut intra sexagesimum diem confectum esset, prasinis ab Aurea porta, et venetis a Blachernis orsis ad Polyandrium convenientibus. v. Du Cange CPl. Christ. I. 15. n. 10 Credibile est, gregalium magistratus invigilasses condendis mœnibus, et opus ursisse, gregales ipsos B operam struendis præstitisse. Custodiebant quoque urbem et urbis mœnia per absentiam militum, ad quos alias ea cura spectabat. Mauricius apud Theophylactum Simocattam VIII. 8 : Περιφρουρεῖν τοῖς δημόταις τὰ Θεοδοσίου τείχη προτάττει. Theophanes p. 235,οἱ δὲ δῆμοι τὴν πόλιν διεφύλαττον ait, et e Nostri p. 259, idem concludo, ubi per absentiam imperatoris in castris agentis dicitur urbs augusta custodita fuisse tam a militibus oppidanis præsidiariis, quibus nulla res cum palatinis erat, quam ab iis, qui subessent præfecto urbis. Quid si hi fuerint gregales, eo tempore præfecto urbis demandati, quo domestici scholarum et excubiarum in castris agerent ? Tandem quoque, ubi opus esset, neque sufficerent milites ordinarii, mittebantur gregales in castra. Ita Cedrenus p. 386, ait Justinianum multos δημοτεῦσαι, in greges, seu militiam provincialem, adscripsisse, eosque Hunnis ingruentibus objecisse. Non C CPli tantum erant greges hi, sed etiam in municipiis. Procopius p. 129, Anecdotæ historiæ, ed. Lugdun. *Venetos Tarsenses* memorat. "[Thessalonicæ δήμους καὶ λαοὺς in Circum adductos confodiendos militibus tradidit imp. Theodosius, et ceciderunt 25000. Theophanes p, 62.]· Et sane cum in magnis quibusque urbibus essent Circi, necessario quoque circenses gregales erant. De turbis et flagitiis cædibusque, quarum hi gregales auctores erant, duo insignes loci sunt apud Procopium, unus Anecdotor. p. 31 sqq., unde illa tandum, quæ ad habitum earum pertinent, afferam, alter in historiæ Persicæ l. I. Illius superioris hæc ergo sunt particula : Τοῖς στασιώταις τὰ ἐς τὴν κόμην ἐς νεώτερόν τινα μετεβέβλητο τρόπον. Ἀπεκείροντο γὰρ αὐτοὶ οὐδὲν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις Ῥωμαίοις. Τοῦ μὲν γὰρ μύστακος καὶ τοῦ γενείου οὐδαμῇ ἥπτοντο, ἀλλ' αὐτοῖς κατακομᾶν ἐπὶ πλεῖστον, ὥσπερ οἱ Ηέρσαι, εἰσαεὶ ἤθελον. Τῶν δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ τὸ ἔμπροσθεν ἄχρι ἐς D τοὺς κροτάφους ἀποτεμνόμενοι τὰ ὀπισθεν ἀποκρέμασθαί σφισι λόγῳ οὐδενὶ εἴων, ὥσπερ οἱ Μασσαγέται. Διὸ δὴ καὶ Οὐννικὸν τοῦτο τὸ εἶδος ἐκάλουν. Scilicet Romani Byzantini. seu Græci, radebant barbam et tondebant capillum, ut ultra cervices non promineret, et partem aliquam frontis tegeret, pexis deorsum nasum versus crinibus, non retrorsum, ut nos facimus. Audivi morem illum tondendi Russis adhuc in usu esse. Gregales vero illi tonso sincipite usque ad verticem, reliquam comam intonsam sinebant retro pendere, ut olim, auctore Homero, Abantes, Massagetæ tempore Procopii, Turcæ et Tatari nostro. Continuat Procopius : Ἔπειτα δὲ τὰ ἐς τὰ ἱμάτια εὐπάρυφοί τε ἠξίουν ἅπαντες εἶναι, κομπωδεστέραν, ἢ κατὰ τὴν ἑκάστου ἀξίαν, ἐνδιδυσκόμενοι τὴν ἐσθῆτα. Κτᾶσθαι γὰρ αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα ἐκ τῶν οὐ προσηκόντων παρῆν. Τοῦ δὲ χιτῶνος τὸ ἀμφὶ τὼ *χεῖρε μέρος αὐτοῖ*ν τὰ μὲν ἐς τὸν καρπὸν ξυνῆει σφίσιν ἐν στενῷ μάλιστα δή, τὰ δ' ἐνθένδε μέχρις ἐς ὦμον ἑκάτερον ἐς ἄφατόν τι εὖρους διεκέχυτο χρῆμα, ὁσάκις τε ἡ χεὶρ αὐτοῖς σείοιτο, ἀναβοῶσιν ἐν τοῖς θεάτροις τε καὶ ἱπποδρομίοις, ἢ ἐγκελευομένοις, ἥπερ εἰώθει, ἐπῆρτο εἰς ὕψος αὐτοῖς — αἱ ἐπωμίδες δὲ καὶ ἀναξυρίδες καὶ τῶν ὑποδημάτων τὰ πλεῖστα ἐς τῶν Οὔννων τότε ὄνομα καὶ τὸν τρόπον ἀπεκέκριτό σφισιν. Ἐσιδηροφόρουν δὲ, νύκτωρ μὲν τὰ πρῶτα ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς σχεδὸν ἅπαντες, ἐν δέ γε ἡμέρᾳ ξιφίδια περὶ τὸς μηρὸν δίστομα ὑπὸ τῷ ἱματίῳ ἀποκρυψάμενοι, ξυνιστάμενοί τε κατὰ ξυμμορίας ἐλωποδύτουν, etc, Post descriptum eorum vestitum, scelera, rapinas, spoliationes occurrentium, cædesque, persequitur Procopius, quæ hic omitto brevitatis studio. Sed alterum locum præterire non possum. Habet autem sic p. 39 ed. Aug. : Οἱ δῆμοι ἐν πόλει ἑκάστῃ ἐς βενέτους ἐκ παλαιοῦ καὶ πρασίνους διῃρηντο, οὐ πολὺς δὲ χρόνος ἐξ οὗ τούτων τε τῶν ὀνομάτων καὶ τῶν βαφῶν ἕνεκα — τά τε χρήματα δαπανῶσι καὶ τὰ σώματα αἰκισμοῖς πικροτάτοις προϊενται, καὶ θνήσκειν οὐκ ἀπαξιοῦσι θανάτῳ αἰσχίστῳ. Μάχονται δὲ πρὸς τοὺς ἀντικαθισταμένους, οὔτε εἰδότες ὅτου αὐτοῖς ἕνεκα ὁ κίνδυνός ἐστιν, ἐξεπιστάμενοί τε ὡς, ἢν καὶ περιέσονται τῶν δυσμενῶν τῇ μάχῃ, λελείψεται αὐτοῖς ἀπαχθῆναι μὲν αὐτίκα εἰς τὸ δεσμωτήριον, αἰκιζομένοις δὲ τὰ ἔσχατα εἶτα ἀπολωλέναι. Φύεται μὲν οὖν αὐτοῖς τὸ ἐς τοὺς πέλας ἔχθος αἰτίαν οὐκ ἔχον, μένει δ' ἀτελεύτητον εἰς τὸν πάντα αἰῶνα, οὐδὲ συγγενείᾳ, οὐδὲ φιλίας δεσμῷ εἶκον, ἢν καὶ ἀδελφὸς, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτό γε οἱ εἰς τὰ χρώματα ταῦτα φιλοστοργοῦντες διάφοροι εἶεν. Μέλει δὲ αὐτοῖς οὔτε θείων, οὔτε ἀντρωπείων πραγμάτων παρὰ τὸ ἐν τούτοις νικᾷν — καὶ τῶν ἐπιτηδείων σπανίζοντες ἴσως — οὐ προσποιοῦνται, ἤν γε αὐτοῖς κεῖσθαι τὸ μέρος τοῦτο ἐν καλῷ μέλλῃ· Οὕτω γὰρ τοὺς στασιώτας καλοῦσι. Μεταλαγχάνουσι δὲ τοῦ ἄγους τούτου καὶ γυναῖκες αὐτοῖς, οὐ τοῖς ἀνδράσιν ἑπόμεναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τούτοις, ἂν οὕτω τύχοι, ἀντιστατοῦσαι, καίπερ οὐδὲ ἐς τὰ θέατρα τὸ παράπαν ἰοῦσαι, οὔτε τῳ ἄλλῳ αἰτίῳ ἠγμέναι· ὥστε οὐκ ἔχω ἔγωγε ἄλλο τι εἰπεῖν ἢ ψυχῆς νόσημα. Mitto, ne nimius sim, reliqua insignis loci, e quo insania factionum quanta fuerit patet. Quem si conferemus cum Italis quibusdam medii ævi scriptoribus, apparet eumdem furorem ad Italos quoque transiisse, et tandem inde natos fuisse ludos illos equestres torneamenta dictos, nisi potius eos a Saracenis Andalusiæ ad nostrates propagatos dicas. De factionibus est insignis locus apud Agnellum t. II. Script. Rer. Ital, p. 154, in fine : *Die omni Dominico, vel apostolorum die Ravennenses cives non solum illustres, sed etiam diversæ ætatis — post refectionem per diversas portas aggregatim egredientes ad pugnam proceduni, deliri et insani, quando sine causa morti se subjiciunt* — et quæ reliqua de furore civili horrenda narrat. Concinunt quæ Aulicus Ticinensis, scriptor sæculi XIV, de suis gentilibus habet : *Ut autem a pueritia melius ad bellum doceantur, singulis diebus Dominicis atque festis quædam spectacula faciunt, quæ battaliolæ, sed Latine convenientius bellicula nuncupantur. Dividunt enim civitatem in partes duas, quarum unaquæque multas societates sive cohortes habet. Pugnat autem ad invicem ligneis armis*, etc. Liquet successisse his ludis sæpe cruentis nostras societates et exercitia sagittariorum (*Schützen-Companien*), et nostras

(22) *Comes murorum* vel *mœnium* erat qui reparandis mœnibus, item militibus per mœnia excubantibus, τοῖς τειχειώταις præerat ; vid. Goar. ad Codin. p. 33. n. 59, et DC. v. Ἄρχων τῶν τειχέων.

procurent. Præfecto etiam urbis id notum faciunt, A ξεσι (23) καὶ πᾶσι τοῖς σεκρέτοις (24) καταμηνύουσι

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

et nostras areas, in quibus sclopeto et arcu juvenes civici exercentur (*Schiesgraben, valles jaculatorum* appellamus), illis *pratis de baltalia* et *circulis* ævo medio usitatis, et *circis hippodromi*, ut appellat Gualvaneus de la Flamma apud Murator. t. II Antiquit. Ital. p. 833, ubi egregia de his iudie tradit, et locum Augustini quoque exhibet, qui illustrando Procopiano superius allato egregie facit : *Quam apud Cæsaream Mauritaniæ*, ait, *populo dissuaderem pugnam civilem, vel potius plus quam civilem, quam* Catervam *vocabant, neque enim cives tantummodo, sed etiam propinqui, fratres, postremo parentes ac filii lapidibus inter se in duas partes divisi per aliquot dies continuos certo anni tempore solemniter dimicabant.* Appellat hic Augustinus partes illas pugnantes *catervas*. Quid hoc aliud, quam δήμους appellare? Græcis est δῆμος ὀρνιθων populus B avium caterva avium. Conveniunt Italici mores cum Græcis in studio partium et exacerbatione animorum unius partis erga alteram : in genere pugnæ differebant. Apud Italos totæ pene civitates, pueri senesque, committebantur, et rudibus, seu baculis, ad speciem ludicri, sed sæpe non sine cædibus, pugnabant. Apud Græcos certabant equis potissimum commissæ quadrigæ, interdum quoque cursu pedestri cursores cuique gregi proprii, gregalibus reliquis spectantibus e gradibus circi, et hortantibus, plaudentibus, clamore insano favorem aut contumeliam significantibus, item precibus ea ab imperatore, quæ sibi indulgeri cuperent, flagitantibus, eumque aut laudantibus, aut acerbis sæpe conviciis impudenter proscindentibus. Apud Italos quoque credo partes seu catervas diverso sese vestitu distinxisse, idque intelligitur e Rolandini Patavini Chronico l. I. c. 10, quod *ludum factum*, ait, *in prato vallis*, [alias *prato Communis* C dicto,] *et omnes contratæ* [δῆμοι, catervæ] *de Padua, singulæ videlicet ad unum et idem siguum vestimentorum* [a una stessa divisa exponit Muratoriusl id est una caterva alba, alia rubra, alia prasina, alia veneta] *se novis vestibus innovarant. Et tunc in prædicto loco de prato, dominæ cum militibus*, [id est matronæ summi loci cum equitibus] *cum nobilibus populares, senes cum junioribus, in magnis solatiis* [id est gaudiis] *exsistentes in festo Pentecostes et ante et post per plures dies cantantes et psallentes tantam ostendebant lætitiam.* Obtinet ille mos in prata communium post festum Pentecostes conveniendi, et saltando, potando, jaculandis sagittis, explodendis sclopetis sese exercendi, nostris in urbibus et pagis. Simile quid catervis his olim erant apud Athenienses οἱ ἔφηβοι. Nam ut catervæ hæ in omnibus πομπαῖς, processionibus solemnibus, cum sacris ad ecclesias, tum profanis in Circum, adesse debebant, et quodam- D modo securitatem præstare procedentibus adversus concurrentis plebeculæ vim et insolentiam : nam scutis armatæ erant et hastis, ut ex Luitprandi capitali loco constat, cujus hæc sunt verba : *Negotiatorum multitudo capiosa ignobiliumque personarum ea solemnitate collecta* [describit Nicephori Phocæ processionem e palatio ad S. Sophiam] *ad susceptionem* [δοχήν] *et laudem* [εὐφημίαν] *Nicephori a palatio usque ad S. Sophiam quasi pro muris viæ margines tenuit clypeolis tenuibus satis et spiculis vilibus dedecorata*; ita οἱ ἔφηβοι apud Athenienses a decimo et octavo ætatis anno usque ad vigesimum debebant, dum populus in concione esset, circumsedere, et urbem obire atque vigilare cum scuto et hasta, publice pro concione datis ; habebantque hi juvenes περίπολοι vel circitores suum sibi vestitum, et olim quidem nigras chlamydes, e dono et instituto Herodis Attici autem deinceps candidas, auctore Philostrato, cujus hæc sunt verba Vit. Sophist. p. 550 *ed. Lipsiensis* : Μετεκόσμησε καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἐφήβους ἐς τὸ νῦν σχῆμα χλαμύδας πρῶτον ἀμφίσας λευκάς. Τέως γὰρ δὴ μελαίνας ἐνημμένοι τὰς ἐκκλησίας περιεκάθηντο καὶ τὰς πομπὰς ἔπεμπον. Ut hi juvenes cum armis circumstabant populum in concione coactum, sic gregales cingebant in circo plebem, stantes vel sedentes in gradibus Circo proximis et infimis, reliqua plebe e gradibus remotioribus et altioribus spectante. Quæ omnia considerans nihil invenio nostris in institutis, quod aptius catervis illis comparari queat, quam cohortes civicas [*Brügerwache*], qui quamvis cives sint, et magistratui civico pareant, etiam in illis urbibus, ubi milites oppidani, diversi a castrensibus, excubant, nihilominus tamen locum, et suos Capitaneos habent, et absque stipendio ex officio, per certum annorum numerum militiam civilem incruentam et nemini metuendam militant. [De factionibus v. Bandur. p. 501. de eorum coloribus p. 644]* Hæc præmittenda mihi fuisse de δήμοις duxi, quod singulis pene paginis nostri codicis eorum mentio fiat. De ludis circensibus, et partibus catervarum in illis, dicendi amplior erit tocus, quanto ad lib. I, cap. 65 pervenerimus, a quo rituum circensium expositio orditur. De Demarchis id unum adhuc habeo quod moneam, olim eos fuisse *alytarchas* appellatos, ut e vexato illo Theodosiani codicis lib. II, de equis curulibus loco constat. Cujus appellationis facile patet ratio. Alytarchæ olim apud Eleos in ludis Olympicis erant præfecti τῶν ῥαβδοφόρων καὶ τῶν μαστιγοφόρων, quos ἀλύτας compulsores, ab ἀλύειν, ἀολλύειν, et ἀλίζειν compellendo, congregando appellabant, ut qui irruentem in stadio turbam scuticis et fustibus reprimerent et compellerent, liberumque facerent campum currentibus aut alio certaminis genere defungentibus. Prorsus idem præstabant in Circo et in sacris processionibus οἱ δημόται. Quapropter eorum demarchi recte potuerunt Alytarchæ fuisse ævo Theodosiano appellati. Conveniunt, ut e superioribus patet, cum nostratium urbium Capitaneis civicis.

(23) Vox τάξις et τάγμα illo ævo fere tantum de militia usurpabatur, ut σέκρετον de officio civili. Τάξις est cohors speciose armata custodiæ et comitatui et pompæ magnorum virorum, ut consulis, prætoris, præfecti urbi, et provinciæ correctoris, sed præcipue imperatoris, addita. Georg. Alex. in vita B. Chrysostomi apud Fabrott. Gloss. Ced., voce *Cubicularius* : Παρέστη καὶ ἡ βασίλισσα πρὸ τῶν θυρῶν τῆς ἐκκλησίας μετὰ πάσης αὐτῆς φαντασίας καὶ τῶν κουβουκλαρίων καὶ τῆς τάξεως *cum omni sua pompa. et cubicalariis, et ordine*, id est militia pompatica corporis Augusti protegendi. Exempla plura habet Du Cange Gloss. Græc. h. voce. Erant autem plures tales ordines : ut sequentia statim docent ἑκάστη τάξις *unusquisque ordo* Erant Scholarii, erant Ilicanati, Numeri, etc.

(24) *Secretum* et *curia* idem est. *Secretum est locus, in quo sedent judices pro tribunali*, ait Vales. ad Ammian. Marcell. p. 97, ubi fuse de *secretis* agit. *Secreta vocabant loca*, ait Casaubon. ad Vepiscum, *ubi de negtiis pro ratione muneris quisque sui tractaturi conveniebat.* Conf. Goar. ad Codin. p. 74, et Gretser. p. 167. *[De Secretariis Du Cange ad Alex. p. 269, de secretario episcopi, ubi ab universo clero salutabatur. Idem CPlis Christian. p. 255, et ad Zonar. Secretarium est quod Græci διακονικόν appellant. Altcserr. ad Anastas. p. 58.]* Conf. Du Cange Gloss. utroque.

περὶ τῆς τοιαύτης προελεύσεως, ἵνα ἑκάστη τάξις καὶ ἕκαστον σέκρετον κατὰ τὴν ἰδίαν τάξιν καὶ κατὰ τὸν ἴδιον τοῦ σεκρέτου τύπον (25) τὰ αὐτοῖς ἁρμόζοντα προευτρεπίσωσι (26). Καὶ μὴν καὶ τῷ ὑπάρχῳ τῆς πόλεως (27) γνωρίζουσι τοῦ εὐτρεπίσαι καὶ ἀνακαθᾶραι τὴν βασιλικὴν ἔξοδον, ἐν ᾗ μέλλουσιν οἱ δεσπόται προελθεῖν, καὶ πάσας τὰς ἐκεῖσε εἰσφερούσας δεσποτικὰς διὰ τοῦ πυξίνου πρίσματος καὶ τῆς ἐκ κισσοῦ καὶ δάφνης μυρρίνης τε καὶ δενδρολιβάνου (28) ταύτην κατακοσμεῖν καὶ ἄλλοις, ὅσα [8] ὁ τότε φέρει καιρὸς, εὐώδεσί τε καὶ ποικίλοις ἄνθεσι.

A ut viam imperatoriam, qua domini processuri sunt, et publicas omnes ad eam, qua ipsi transituri sunt, ducentes præparet, purget et prismate buxeo hederaque, lauro, myrrha, thure et aliis, quos tunc tempus fert, odoris ac variegatis floribus exornet.

Β'. Τῇ δὲ ἐπαύριον, ἤγουν τῇ ἡμέρᾳ τῆς αὐτῆς ἑορτῆς (29), ἔωθεν πρωΐας εἰσέρχονται οἱ πραιπόσιτοι μετὰ πάσης τῆς τάξεως τοῦ κουβουκλείου εἰς τὸν καβαλλάριον (30), καὶ [9] καθέζονται ἐκεῖσε. Τοῦ δὲ

II. Postero seu ipso festo die primo mane præpositi, cum omnibus qui ad cubiculi ordinem pertinent, caballarium intrant, et ibi consident. Magno autem et domestico papa palatium aperiente,

VARIÆ LECTIONES.

[8] ὅσα corr. Leich., ὅσοις ed. ex cod. [9] καὶ deest in cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(25) Unum enim secretum alio habitu locoque conveniebat quam alterum.

(26) Congruunt huc verba Nicetæ Choniatæ p. 252, *ed. Ven.* : Τῆς γενεθλίου ἐπιστάσης ἡμέρας Χριστοῦ, αὐτός τε τὴν διάλιθον στολὴν ἠμφιάσατο, καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν ἐπετετάχει τὰς χρυσοϋφεῖς περιθέσθαι καὶ πλατυσήμους ἐσθῆτας. *Loros* designat.

(27) Est ex antiqua Roma. Præfectis Urbis modo ὕπαρχος, modo επαρχος appellatur. Harduinus ad Themist. p. 480 ait præfectos urbis CPtanæ 359. Primum institutos et principes senatus fuisse. Quod intelligendum stricte de senatu urbano, qui τὸ πολίτευμα appellatur. Erat hæc dignitas maximæ auctoritatis. Absente imperatore regebat urbem una cum τῷ ἐναπομονεῖ, ut ex Tactico militari nostro p. 259 patet. Ex præsente loco constat illum vias, per quas processio publica regia transitura esset, purgari, vestibusque, cereis et sertis, atque opere topiario ornari curasse. Sub eo erat τὸ ἱερὸν πραιτώριον. Vid. Script. post Theophan. p. 294. Ad ipsum pertinebat, pœnas in sontibus exsequi, quod in Circo fiebat. Cujus rei passim exempla prostant apud Theophanem et Cedren. Debebat. populo mandata Imperatoris, in foro Constantini prælegere. Cedren. p. 750 : Ἀναφορὰν γράψας καὶ τῷ τῆς πόλεως ἐπάρχῳ δοὺς ἀναγνῶναι ἐν τῷ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου φόρῳ τοῖς πολίταις ἐκέλευσεν. Titulus erat *præfectus et pater urbis* "[Ἔπαρχος καὶ πατὴρ πόλεως est apud Script. Theoph. p. 287, et Agathiam in Epigrammate apud Bandur. *Ant. Imp. Orient.* p. 148.]" Videtur titulis *Patris Urbis* cum titulo *Præfecti Urbis* semper junctus fuisse. Vid. ad p. 304 dicenda. Et cum *patricius* idem valeret atque *pater* (nam *patricii* omnes imperiales primæ institutionis tempore quoque *patres imperatoris* appellabantur) patet ex eo quid sibi velit titulus *Patricius urbis Romanæ*, quem pontifices Romani imperatoribus gentis Francicæ et aliis tribuebant. Notat enim *patrem urbis Romæ*. "[Alberic. ad ann. 1084. Henricus rex patricius Romanorum constituitur, et a Clemente papa in imperatorem benedicitur, p. 188.]" Nota res de Carolo M. præfectus Urbis porro judicabat una cum magistro sacrorum officiorum causas patriarchæ. Vid. Theophan. p. 133, nisi casus ille peculiaris fuerit. Præcedebat populum in sacris processionibus, quibus imperator intererat, metu seditionis subitæ ; ut e Theophane p. 128, et loco Theodori Lectoris a Goaro in notis ad illum locum citato constant. Erant adhuc alii eparchi, scilicet integrarum eparchiarum prælecti ; item ἔπαρχοι τοῦ στρατοπέδου, *quæstores*, de quibus alibi dico.

(28) Leg. e membranis καὶ τῆς ἐκ κισσοῦ, καὶ δαφνης, μυρρίνης τε καὶ δενδρολιβάνου, etc. (τῆς *post* καὶ *et* τε *postes* μυρρίνης *omiserat R. in textu*). Δενδρολίσανος est *rvsmarinus*, frutex, siquidem vulgares expositiones Lexicographorum sequimur, quod passim feci, botanices parum gnarus. Atqui δενδρολίσανον in Glossis Iatricis apud Du Cange Gloss. p. 362 fine redditur Ἐκκλελ μέλεκ [I. Ἐκλὶλ ἐλμέλεκ] Arabice *corona regis*. Ita appellant Arabes *melilotum*. Texeira l. I, *de la Relacion de los Reyes de Pérsia*, pag. 193 : *Melek vale Rey, — y por este nombre me occorre la etimologia de la yerva que los medicos llaman Meliloto, y nos vulgarmente Corona de Rey ; parece deducido del Arabigo, que la dice Equelilal Malek, que es lo mismo.* Conf. D. C. v. Ἐλίλεκ μόλικ, μελήλοτον. Sed Ἐλίγελ et χαλίλεγ quod eodem retulit Du Cange, illuc non pertinet, *Eclil almalek, corona regis*, est Arabibus melilotus. *Ahlileg* aut *Ehlileg* et corruptiore pronuntiatione *Halileg* sunt myrobalani, phœnicobalani. Du Cange v. Λεκλίλ quæ recte habet, et est ἀλεκλίλ, exponit *Libanotis*, λεκλίλ, ἢ λιβανωτίδα. Dubium non est *Libonatin* et *dendrolibanon* idem esse. Cæterum de more vias, per quas pompa procederet, floribus spargendi et opere topiario prætendendi credo e superioribus constare posse, et e loco Pauli Rhamnusii lib. III de bello CPtanos inter et Venetos initio sæculi XIII gesto p. 140, ubi pompam coronationis Balduini Flandri in imp. CPtanum describit. *Pompæ apparatus*, ait, *sic magnificus, ut Græci, qui in urbe erant, sumptuosiorem non meminerint — ut veterum triumphorum splendorem facile exæquaret — Quin etiam qua a Blachernis palatio ad Augusteonem atque inde ad Sophiæ ædem et ad Bucoleontem pompæ transitus erat, festis frondibus topiario opere ingentes arcus sublatos, in vias undique et regionum compita florum odorumque nimbos effundi videres.* Nicetas, describens, introitum Manuelis Comneni in urbem Antiochiæ, de Latinis Antiochenis, hæc narrat p. 57: Τὴν εἴσοδον αὐτῷ εἰς τὸ πομπικώτερον διεσκεύασαν, τάς τε ἀγυιὰς καὶ ἀμφόδους ἐπίπλοις καὶ τάπησι διεκόσμουν, καὶ δένδρων νεοδρέπτοις κλωσὶ κατηγλάϊζον, τὰς τῶν λειμώνων καὶ ἀνθέων χάριτας εἰς τὸ ἄστυ μέσον διακηπεύοντες. Conf. cl. Wetsten. ad Nov. Test. t. I. p. 460.

(29) Est more Græcorum recentium dictum pro τῇ ἡμέρᾳ αὐτῇ τῆς ἑορτῆς, aut pro τῇ ἡμέρᾳ ταύτης τῆς ἑορτῆς. Sæpe adhibent αὐτὸς pro οὗτος, p. 82, fine capitis 24, αὐτῇ (pro ταύτῃ) τῇ ἡμέρᾳ μὴ συνεστιώμενοι τοῖς βασιλεῦσι. Sic etiam αὐτήν pro ταύτην posuit Macedonius in Anthologia p. 34, 181, penult. it. p. 294. penult. αὐτὸν Ἰωάννην pro τοῦτον. Polyænus ἐν αὐτῇ (pro ταύτῃ τῇ φυγῇ pag. 216. Natant exempla ubique librorum.

(30) In membranis est καββαλάριον. Videtur nomen loci esse, in quo equi domari et cursu exer-

intrant sedentque in velo panthei : deinde vestitores intrantes, virgam Mosaicam ex oratorio S. Theodori, quod in aureo triclinio est, desumunt : mutatoriis cubiculi præfecti cum diætariis, qui ad

A μεγάλου καὶ οἰκειακοῦ παππίου ἀνοίγοντος (31), εἰσέρχονται, καὶ καθέζονται ἐν τῷ βέλῳ (32) τοῦ πανθέου (33), καὶ εἶθ' οὕτως εἰσέρχονται οἱ βεστήτορες (34), καὶ αἴρουσι τὴν Μωσαϊκὴν ῥάβδον (35) ἀπὸ

VARIÆ LECTIONES.

ceri solerent, catadromus equestris gymnasticus. *Reitbahn*, Francis *manége*, et subintelligi δρόμος. Δρόμος καββαλάριος et δρόμος ἱππικός idem est. Goar. ad Codin p. 70 : καβαλλαρίκιον vertit *caladromus, domitura equi, arena, manége* et similiter Du Cange Gl. Lat. v. *Caballarium*. Καβαλλάριοι sunt equorum domitores gymnastæ, *piqueurs*. Manetho Apotelesmat, mstus ap. Du Cange v. Βερεδάριος, jungit τοὺς καβαλλαρίους τοῖς ἱπποκόμοις et aliis similis hominibus.

(31) Nempe τὸ παλάτιον. Habebat enim papias claves palatii, ejusque portas reserabat atque claudebat idem, mane hora septima et decima, ex computo nostro, et post meridiem hora secunda atque quinta ; post quod tempus intrare nemini in palatium licebat. v. Leo Grammat. p. 469. Goar, B ad Codin. p. 26 Du Cange ad Cinnamum p. 479 fine. Commissi ejus custodiæ erant in carcerem palatinum abditi, ut ex historia Michaelis Balbi constat, et Cinnamo p. 135 fine. "[Papias laternam in phasi lunari accendere solebat. Contin. Const. p. 123]" E nomine hujus officii, quod cum papa, seu sacerdote, congruit, concluserunt aliqui fuisse papiam sacerdotem ; probabili quidem sententia, argumento autem isto admodum debili, aut potius nullo. Nam papiæ nomen non a papa, sacerdote, derivari debet, originemve traxit, sed ab Arabica voce *Bab, porta*, et inde producto gentili, *Babi janitor*. Erat enim papias janitor palatii, et carceris palatini. Negare tamen nolim eum fuisse de clericis palatinis ; quin forte caput eorum fuerit. Quod si neges, non video qua ratione potuerit papias, quod a nostro lib. II, c. 11, p. 317, dicitur, S. crucem ex æde palatina depromere, circumgestare, adoratum exponere, rursus reponere, secludere et C reserare, quam tractare laico non licebat. Posset e p. 143 et 148, concludi papiam sacerdotem fuisse, quia ibi dicitur in solemni procerum conventu, instante alicujus ad patriciatum promotione, thuribulum per consistorium circumferre et incensare ; nisi ex addito ipsi mensuratore, qui certo certius clericus non fuit, constaret non religiosam, sed profanam, pompaticamque suffumigationem ibi designari. Non dubito quoque castratos solos fuisse huic muneri admotos, certe Constantini nostri tempore. Mutatos enim mores cum temporibus fuisse necesse est, si verum sit quod perhibent, illum Joannem Cantacuzenum, qui deinceps imp. CPtanus fuit, gestasque a se suoque tempore res litteris exaravit, initio rerum suarum fuisse papiam et præfectum cubiculi, quæ ambo munera olim propria spadonibus fuere, fuit certe unum eorum ; neque unquam conjuncta in uno homine eodem tempore fuerunt. Tribuitur nostro D loco papiæ titulus geminus, *magnus* et *domesticus*. Magnus quidem appellatur sive respectu ad vicarium aut secundicerium ejus, *Deuterum* dictum, sive ex innata Græcis vanitate vel minimis quibusque dignitatibus πανιχραλάζον suum μέγας et πρῶτος præponendi, quam riserunt merito Goar. et Gretser ad Codinum, aliique. Constantini nostri ætate tamen ille fastus nondum tam intemperanter, atque postea, grassabatur. Οἰκειακὸς autem appellatur, quod non publicæ minister rei, sed privatæ imperatoris familiæ ascriptus esset intraque palatium una cum cæteris clericis palatinis habitaret. Omnes enim intra palatium habitantes, et secreto alicui seu cameræ non adscripti, sed aut corporis sacri, aut palatii custodiæ necessitatibusque curandis deputati, illi omnes erant οἰκειακοί, *domestici* vel *familiares*. Clerici palatini olim extra palatium habitabant, deinde post tempora Leonis Armeni recepti sunt intra palatium. Quod etiam in curia Francica fuit observatum, ut constat ex Du Cange v. *Eleemosynarii regum Franciæ*, ubi citat veteres chartas, in quibus proceres jubentur extra palatium habitare, exceptis custode sigilli, majore domus, camara de nariorum, seu officio thesauri, capellanis, confessoribus, et eleemosynariis. Horum plerique deprehenduntur etiam noctu diuque in palatio CPtano mansisse. Certe de kœtonitis, sed ad camaram vel thesaurariam pertinentibus, et de clericis palatinis, seu capellanis constat. De Sacellio, seu, ni fallor, eleemosynario non dubitem. Magister tamen sacrorum officiorum seu majordomus, extra palatium manebat seu pernoctabat.

(32) Vox βῆλον triplici notione gaudet apud Græcos recentiores, et in hoc nostro codice. 1) Idem notat atque Latinum *velum*, παραπέτασμα, quod prætenditur foribus aulæum. 2) Fores quibus velum prætenditur et appendet. 3) Corpus aliquod procerum vel collegium, quod per vela sublata et fores patulas intromittitur. Secunda significatio hic obtinet. Vid. ad. p. 107. De velis judiciorum vid. Vales. ad Ammian. Marc. p. 203. Du Cange Gloss. lat. v. *Velum*. "[Ad primum et secundum velum, id est ad primas et secundas fores. vid. Alteserr. ad Anastas. p. 54, de dictione : *Orent ad primum, ad secundum velum* ; vid. Giornale dei Letterati XXIII, 333.]"

(33) Pantheum videtur aut triclinium in vicinia Chrysotriclini fuisse, aut ejus pars, et nomen habuisse aut a multitudine imaginum pro sacris habitarum et ibi spectatum atque veneratum expositarum, aut ex eo, quod B. Virgini et martyribus atque sanctis omnibus dedicatum esset ad exemplum Panthei Romani, quod illis ipsis temporibus magna in fama erat. Anastasius in Bonifacio IV : *Eodem tempore petiit a Phoca principe templum quod appellatur Pantheon, in quo fecit ecclesiam S. Mariæ semper Virginis, et omnium martyrum*. Retentum ergo nomen ex pagana antiquitate, et quod olim dîis deabusque omnibus sacrum erat, in novis numinibus, martyribus dictis et martyrissabus, sacratum. Memoratur a Scylitze ἄρχων τοῦ πανθέου, et ab anonymo Tactico, quem citat Du Cange v. πάνθεον, genus militum palatinorum, quibus nomen οἱ πανθεῶται. Videntur illi nomen ex eo habuisse, quod in Pantheo, seu palatio, seu parte palatii Chrysotriclini, excubarent, sub ducatu τοῦ ἄρχοντος τοῦ πανθέου, tribuni sui.

(34) Vestitores sunt illi qui imperatori vestem sacram a vestiaritis altatam circumponebant. Disputant Goar. ad Codin. p. 25, n. 19, et Du Cange ad Alex. p. 285, de differentia vocabulorum *vestitor, vestiarius* et *vestiarita*. Fuisse discrimen inter vestitores et vestiarios observatum dubium non est. At vestiarios et vestiaritas sæpe confundebant.

(35) Fuit *Virga Mosaica* inter cimelia præcipua imperii CPtani, ut patet e capite libri secundi quadragesimo, quo cimelia variis in ædibus condita recensentur. Non puto, Græcos tam fatuos fuisse, ut crederent, ipsam virgam Mosis miraculosam se habere. Sed, ut mihi quidem videtur, facerunt ex argento aurove cum gemmis imitamentum illius virgæ, quod virgam Mosaicam a similitudine dixerunt. Habent adhuc virgam Mosis Romæ, Florentiæ, Viennæ Austriacæ et Hannoveræ. Vid. Keisleri Itiner. p. 266, 378, 498, 1218.

τοῦ εὐκτηρίου (36) τοῦ Ἁγίου Θεοδώρου τοῦ ὄντος ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ, καὶ οἱ τῶν ἀλλαξίμων (37) τοῦ κουβουκλείου, μετὰ καὶ τῶν τῇ τάξει αὐτῶν διαιταρίων (38), αἴρουσι τὸ ταβλίον [10] (39), ἐν ᾧ ἀπόκειται ἡ βασιλέως ἐσθής, καὶ τὰ κορνίκλια (40), ἅπερ A eorum ordinem pertinent, tabulam, in qua vestis imperatoria jacet, et arcas, ubi imperatoriæ coronæ asservantur ; spatharii imperatorii arma, scuta hastasque imperatoris ; officium denique mutatorii stolam ejus sumit, et in octangulo cubi-

VARIÆ LECTIONES.

[10] ταβλῆν cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

bant. Proprie vestiarii erant οἱ ῥαφεῖς, sartores vestiarii, vestiaritæ autem custodes sacrarum vestium et earum promi condi. Certe habet Du Cange Gloss. Gr. pag. 1285, iambos εἰς τοὺς ῥαφεῖς ἤτοι βεστιαρίους. Omnes illos uno nomine complectitur dictio οἱ ἐπὶ τῶν ἀλλαξίμων, vel ἀλλαξιμάτων. Vestitores, si officium spectes, deberent quidem spadones fuisse : id certe de hominibus exspectares, qui sacrum corpus tam prope contingerent. Fuisse tamen barbatos, seu integros viros, ex eo patet quod pag. 41 nostri codicis βεστιτορίσσας commemorari video, *uxores vestitorum*, et p. 413, vestitores Syncleticis proceribus annumerantur, non basilicis. Ergo nequibant eunuchi esse. Patet etiam ex eo, quod pag. 173 ult., dicuntur vestitores postquam imperatori chlamydem circumposuissent ex ejus conspectu abire, quo imp. possit infulari, quia mos antiquus sit imperatorem coram barbato non infulari ; id est caput nudare, quod fieri debet, si demptio camelaucio stemma seu infula imponenda est. Hos vestitores appellat Cinnamus p. 23, τοὺς ἐπὶ τῆς τοῦ βασιλέως ἀλουργίδος ὑπηρέτας· nam ipsorum officium id unum pene erat, ut purpuream chlamydem imperatori injicerent. Nam erant alii, qui calceos et bruggas ipsi ministrarent, χοσβαῖται dicti, alii qui infulam imponerent, præpositi nempe.

(36) *Eucteria oratoria*, erant sacella, tam in aliis ecclesiis, quam in privatis ædibus constructa, ab episcopo consecrata, imaginibus et ara instructa, in qua sacra licebat peragere, exceptis diebus festis majoribus. Vid. Du Cange Gl. Lat. v. *oratorium* et *oraculum*. Si in templis aliis essent talia εὐκτήρια, erant intra Bema, seu tribunam, et erant alii sancto dedicata, quam cui reliquum templum. Exemplum oratorii privatis ædibus, aut cubiculo adjuncti, habemus, præter hunc præsentem locum, apud Script. post Theoph. p. 8 [1], ubi unum illud privatum εὐκτήριον duo βήματα, seu tribunas cum arulis dicitur habuisse, unum pro B. V., alterum pro S. Michaele archangelo Jam Justiniani tempore talia oratoria privata in usu erant. Innocentius Maroniæ præsul, qui eum coram audivit, in epistola ad Thomatem narrat ejus ore hæc : *Ingressus sum in oratorium gloriosi Michaelis archangeli, quod est in Cochilo, et rogavi Dominum dicens*, etc. Locum debeo notis Alemanni ad Procopium p. 72. *Cochilum* autem quid sit non exputo ; an *chrysobilo, aureo velo*. *[De εὐκτηρίῳ palatii, ubi quotannis feria quinta majoris hebdomadis paschalis S. Matthæi Evangelium prælegebatur, v. Du Fresne ad Zonar. p. 51.]*

(37) *[Ili sunt ministri, qui mutatorias vestes imperatori porrigebant, quo sensu αἱ ἀλλαγαὶ τὰ ἀλλάγματα, apud scriptores, quorum loca Du Cange utroque Glossario collegit.]* Vestes pretiosas, quas posterior ætas ἀλλάξιμα, et ἀλλαξίματα appellabant, eas prior dicebat κατάκλειστα, quod arcis concluderentur ; unde ad Arabes transiit mos, cujus in Alcorano exstant vestigia, vestes pretiosas appellandi, *vestes reconditas*. De vestibus κατακλείστοις egit Salm. ad Tert. p. 128. Latini ad exemplum Græciæ *mutatoria* dicebant, unde Germanico sermoni mansit vocabulum *Gewand* pro veste, quia nempe avertitur, abjicitur, mutatur alio, reponitur in arca. Ἀλλάσειν τινὰ est novis mundis splendidis vestibus indutis aliquem novum facere, reparare, et velut alium a priore hominem facere, apud Leon. Grammat. p. 460. Dicebant quoque Latini sequiores *alterare* pro *induere*. Vita S. Neoli Abbatis apud Du Cange Gloss. Lat. v. *Alterare. Nonnunquam peregrinorum alteratus induviis in ecclesia pernoctabat.* Item *parare*, unde verbum Germanicum obsolescens *parden*, et *parade* : vestes splendidæ *paramenta* quia illis sese parabant, id est exornabant, et *paratica*. Hinc *parator*, aut sartor, aut indutor, adornator. *Consules paraticorum* fuerunt medio ævo consules, seu præfecti, mercatorum. Vid. Du Cange v. *Paratici*, et Murator. t. II Ant. Ital. p. 876, qui nempe paratica et paramenta, novos pannos, vendebant. In Ordine Romano est : *Pontifex parat se solemniter cum ministris... paramentis tempori convenientibus... Interim rex vestibus militaribus indutus cum suis prælatis domesticis non paratis*, id est οὐκ ἠλλαγμένοις. Qui nostro in loco οἱ τῶν ἀλλαξιμάτων dicuntur, sunt p. 81, οἱ ἐπὶ τῶν ἀλλαξιμάτων integra dictione. Comparari possint cum τοῖς *a pendice cedri*, τοῖς ἐπὶ τοῦ πήγματος, si recte habet expositio Salmasii, existimantis id officium domus Augustæ fuisse, cui arcularum et aliarum rerum e cedro factarum cura erat. Nam vestes in ταβλίοις, ut statim sequitur, cedrinis asservabantur, quod id lignum vermes arceret.

(38) Quales fuerint diætarii, non satis bene novi. Anastasius p. 108, vertit *aulici palatii* : sed p. 39, retinuit vocem *diætarius*. Fabrotius Gloss. Cedr. *atrienses* reddit. Videntur additi cuique officio juvenes, præsertim nobiles, fuisse, qui per septimanas adjuvarent eos, quibus additi essent ; et quando adolevissent, e palatio amovebantur, et officiis præficiebantur. Du Cange Gloss. Lat. v. *Dietarius* monet, ita dictos fuisse, qui in diætas seu cænaculo ministrarent, mensas instruerent, diætas mundas servarent. *[Horum officium erat, excubias palatiorum noctu et interdiu agere, ut ex Constant. Porphyrog. Continuatore l. IV, p. 123, apparet, ubi, οἱ ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ κατὰ τὸ ἡλιακὸν τοῦ φάρου διαιτάριοι memorantur. Menolog. 38 Julii, infra apud Nostrum p. 135, οἱ διαιτάριοι τῶν ὅλων διαιτῶν occurrunt.]*

(39) In membranis est ταβλήν, quod eodem redit. Nam sæpissime Græci recentes ης pro ος, et ην vel ιν pro ον scribunt. Ita στομήν est apud Theophan. p. 312, et librarius novæ Græciæ homo, e cujus codice Plutarchi Eroticus ad nos pervenit, sæpissime Πεμπτίδης, τίδην, τίδη, pro Πεμπτίδιος, τίδιον, τίδια scripsit. Sed in posterum hæc talia minuta non memorabo. Non male fecit antecessor meus ταβλίον pro ταβλήν reponendo. Neque male ego feci, in ea parte quam curavi, stricte membranarum exemplum in talibus sequendo. Ταβλῆν hoc loco notat arcam latam planam, qualem nostrates *Schubladen* aut *Schubkasten* appellant, Franci *une layette, un tiroir*.

(40) Sunt capsæ rotundæ, quales illæ sunt, quibus pelliceas illas grandes chirotheeas, nobis *Müffe* dictas (v. Du Cange Gl. Lat. v. *Muffulæ*) condunt. Nomen habent a *cornu*, quo nomine Latini sequiores omnem capsam cylindricam cuicunque rei recipiendæ aptam et cujuscunque materiæ appellabant. Sic erat ipsis *cornu* atramentarium, sive

culo, quod in palatio Daphnes 5 seu ante templum A τὰ βασίλεια ἔνδοθεν περιφέρουσι στέμματα (41),

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

corneum, sive eburneum, sive fictile, sive metallicum esset, V. Du Cange Gloss. Lat. v. *Cornu*, ubi ex Hugonis Flaviniacensis Chronico citat *capsam auream insignitam reliquiis XII apostolorum, et cornua duo eburnea identidem reliquiis conferta. Cornua candelabrorum* apud Anastas. in Benedict. III, fuerintne manubria, an disci illi, qui guttas destillantes, aliasque sordes excipiunt, in dubio relinquam. Pari modo Latini sequiores has capsas vestiarias, infulis condendis peculiariter destinatas *calamaria* appellabant, quod essent similes illis tabulis æneis bracteatisve, quibus nos condere et gestare calamos scriptorios solemus. Fortasse erunt quibus probabilior videatur derivatio a *cornubus* seu infulis. Sæculo certe XIII infulas seu tegumenta capitis cava, cucufas, (eo enim sensu vocem *infula* ubique pono) *cornua* et *corneta* appellabant. Vid. Du Cange Gloss. lat. h. v. Sed B nescio citiusne idem factum, et num Græci quoque infulas κέρατα appellaverint, vel κορνία. Si fecerint, quod in dubio relinquo, *corniclia* fuerint capsæ, in quibus *cornua* seu infulæ servarentur.

(41) Reddidi hanc vocem ubique voce Latina *infula*, quo intelligo cucufam ornamentis variis certo quodam modo conformatam, cujus typi in nummis, apud Goarum in fine Euchologii, apud Rhamnusium de bello Veneto cum CPanis, apud Banduriun, Du Gangium in Familiis Byzantinis, in Dissertat. ad Joinville XXIV, in Dissert. de nummis ævi medii, et alibi, ubi imperatorum Byzantinorum imagines conspiciuntur, exstant. Sunt enim qui voce vitta et infula aliter, atque nos, utuntur. Vocabulum venit ἀπὸ τοῦ στέφειν ab ambiendo, quia totum caput velut cassis amplectebatur. Differt a στεφάνῳ *corona*. Στέφανος Ῥωμαϊος Chronico Alexandrino apud Salmas. t. II, p. 851, est circulus aureus cum extantibus radiis acutis, velut dentibus serræ; qualis in nummis Romanis conspicitur. Στέμμα vero, a galea ortum, erat cucufa, cum circulis aureis uno rotundo totum caput horizontaliter includente, et duobus sese ad rectos angulos secantibus semicircularibus, et superimposita vertici plerumque cruce, cætera panno constans pretioso, gemmis et margaritis obsito. Anna Comnena mundum imperialem enarrans sic descripit το στέμμα. Τὸ βασιλικὸν διάδημα, ait καθάπερ ἡμισφαίριον εὔγυρον τὴν κεφαλὴν διαθεῖ πανταχόθεν μαργάροις κοσμούμενον, τοῖς μὲν ἐγκειμένοις, τοῖς δὲ καὶ ἐξηρτημένοις. Distinctionem addit infularum imperialium ab infulis Cæsarum et minorum; primam, quod hæ non haberent catenulas, *flectas*, ut medio ævo loquebantur, e margaritis et gemmis plexas, apud aurem utramque dependentes; alteram, quod hæ non æque accurate rotundæ fuerint, atque infulæ imperatorum; tandem quod imperiales crebrioribus margaritis respersæ niterent, quam aliæ. Ἑκατέρωθεν γὰρ τῶν κροτάφων ὁρμαθοί τινες αἰωροῦνται D διὰ μαργάρων καὶ λίθων, καὶ τὰς παρειὰς ἐπιξέουσι. Καὶ ἐστι τοῦτο ἐξηρημένον τι χρῆμα τοῖς βασιλεῦσι στολῆς. Οἱ δὲ τῶν Σεβαστοκρατόρων καὶ τῶν Καισαρων στέφανοι σποράδην ἔστιν ὅπου τῶν μαργαρων καὶ λίθων ἄνευ τοῦ ἐπισφαιρώματος. De Cæsariciis, seu infulis Cæsarum, agemus loco suo. Quando usu receptæ fuerint tales infulæ mihi non liquet. Sæculo quidem septimo adhuc in usu erant modo οἱ στέφανοι *circulis radiati*, modo τὰ διαδήματα, seu, quod idem est, αἱ ταινίαι *villæ*, seu *lemnisci lati purpurei* qui in occipitio religabantur; si quidem fidem meretur Nicephorus patriarcha CPt., narrans p. 39, Heraclium, quo tutius lateret et aufugeret e suorum clade, οἰκτρόν τε καὶ πενιργὸν, ὡς ἂν ἰδιώτης τοῖς ἐντευξομένοις φαίνοιτο, περιβαλόμενος ἔνδυμα, τόν τε στέφανον τὸν βασίλειον [designat diadema] τῇ ὠλένῃ περιαψάμενος - - εἰς φυγὴν ἐτράπετο. Invenio quidem stemma jam in nummo Eudociæ Augustæ, uxoris Theodosii junioris, apud Du Cange Famil. Byz. p. 67. Sed quia ea femina est, id exemplum non allegabo. Invenio porro quoque figuram stemmatis in nummis Leonis et Zenonis, et Anthemii ibid. p. 77. Quia vero opponi possit eas figuras galearum esse, non stemmatum, neque illos nummos urgebo. Verum in nummis Justiniani magni p. 88 et 93, tam luculenter expressum est stemma, ut ille absque controversia primus eo usus videri queat. Posset quoque monumentum Ravennate, quod Alemannus ad Procopium primus dedit, et ex eo repetiit Du Cange l. c. p. 97, in argumentum allegari (nam in eo Justinianus conspicitur infulatus) si de illius picturæ musivæ antiquitate certo constaret; quam qui æqualem Justiniano vulgo faciunt, mihi quidem haud persuadent ut secum sentiam. In nummis sequentium imperatorum Tiberii, Mauricii, Phocæ, Heraclii ipsius, conspicitur stemma. Suspecta igitur illa Nicephori narratio est, et ad Alexandri M. aut vetusti alicujus regis exemplum conficta. Nam ex quo stemmatum usus invaluit, diadematum stricte sic dictorum usus desiit; neque argumentum præstat adversantibus Cinnamus in his verbis p. 15 fin. de Manuele Comneno: περιδυθεὶς [sic nove et solœce ille auctor pro *induto*, posuit, nam *spoliatum* antiquis notat] τὴν χλαμύδα καὶ ταινιωθεὶς τῷ διαδήματι βασιλεὺς ὑπὸ παντὸς ἀνηγορεύετο τοῦ στρατοῦ. Auctor enim improprie et affectate vocabulum διάδημα usurpat, ut alii multi fecerunt. Erat igitur stemma nihil aliud, quam cucufa vel biretum cum corona aurea in una massa. Solebant ævi medii reges occidentales coronas aureas super bireto exemtiles et liberas gerere, sic ut possent demi, bireto capiti inhærente. At imperatores CPtani coronas suas non superimponebant biretis suis, sed simul cum his illas induebant, ut res duas in una massa cohærentes. Conf. C Du Cange v. *Almutium*, ubi citat hunc locum: 99 *grandes perles rondes pour mettre en l'aumuce qui soulint la coronne du roy à la feste de l'estoile.* Hæ almutiæ [vocabulum Germanicum cum præposito Arabico articulo *al. Mütze* adhuc dicimus pro bireto vel cucufa.] imperatoribus convenichant ut laicis et militaris ordinis hominibus cum τὸ φιάλιν, vel cucullus aut cappa, clericorum esset; et videtur hæc in vestitu capitis distinctio jam antiquis temporibus obtinuisse. Theodoretus IV Hist. Eccles. 12, οὗτος [de Eusebio Samosateno loquitur,] πολλὰς τῶν ἐκκλησιῶν ἐρήμους ποιμένων εἶναι μαθὼν, στρατιωτικὸν ἀμπεχόμενος σχῆμα, καὶ τιάρᾳ καλύπτων τὴν κεφαλὴν, τὴν Συρίαν περιῄει πρεσβυτέρους χειροτονῶν καὶ διακόνους. Gestarunt igitur imperatores stemma ut milites, et summi militum magistri, pro galea, quicum tam prope convenit, ut quod paulo ante dicebam, in nummis postremorum imperatorum, quorum imagines nummis incusæ dici possunt galeam gestare, dubium sit galeamne illa figura an stemma significet. Seldenus etiam plerumque *galeas* hæc stemmata appellat in libro de titulis honorum. Vid. Menolog. Basil. t. II, p. 112, ubi stemma et habitus Constantini M. synodo Nicænæ præsidentis exhibetur. De diademate priorum imperatorum, cui deinceps stemma successit, egit Valesius ad Ammian. Marcell. p. 286 a, de coronis impp. et regum antiquis novisque copiose dixit Du Cange diss. XXIV ad Joinville. [v. Anna Comnena l. III, apud Du Cange ad Joinville p. 297. De corona imperatorum, eaque præcipue, qua usus fuit Carolus M., v. Aleman. ad Pariet. Lateran. p. 49., de corona cum tintinnabulis Alteserr. ad Anastas. p. 146. Coronam Hungaricam Belius dicit opus artificis Græci esse. Notit. Hungar.]

καὶ οἱ βασιλικοὶ σπαθάριοι (42) τὰ βασιλικὰ αἴρουσιν ἅρματά τε καὶ σκουτάρια καὶ τὰ δόρατα (43), καὶ ἡ μὲν τῶν ἀλλαξίμων τάξις φέρει τὴν βασίλειον στολήν, καὶ ἀποτίθησιν ἐν τῷ ὀκταγώνῳ κουβουκλείῳ (44) τῷ ὄντι ἐν τῷ παλατίῳ τῆς Δάφνης (45),

A sancti protomartyris Stephani est, reponit. Spatharii arma portantes, cum ipsis in onopodio stant, et postquam domini, scaramangiis indúti, e sacro cubiculo processerunt solitasque preces in concha aurei triclinii, ubi domini a Dei nostri divina et

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(42) Erant corporis sacri custodes, genere nobiles, qui coram imperatore procedente arma ejus, id est scutum et hastam, herebant, ut ex hoc loco patet. *Vid. Du Cange ad Alex. p. 259,]* Habemus in historia Byzantina frequentes protospatharios, spatharios et spatharocandidatos. Postremos hos interpretatur Nicephorus Gregor. Ἀσπιδοφόρους Recte quidem ab armis et munere illa gestandi. Sed et spatharii atque protospatharii eadem gestabant. Goarus ad Codin. p. 25, omnes spatharios protospatharios fuisse scribit, in quo fallitur. Neque solus imperator spatharios habebat, verum etiam magistratus superiores, ut e Theophane patet p. 368, B ubi ὁ κατὰ Βησὰρ et ὁ κατὰ Ἱμερίου πατρικίου σπαθάριος est *Bisiri et Himerii spatharius*. Ubi non recte vertit Goarus. Appellati fuerunt a σπάθη, spatha, longo et lato gladio, quem manu gerebant.

(43) Vario significatu adhibetur a Græcis vocabulum ὅπλα, ἅρμα et ἅρματα, quod postremum, ἅρμα puta, a Latinis traductum et videatur, et vere fuit, ad Græcos, pervenerat tamen ab his ad illos, et in origine bene Græcum est, ab ἄρω, *apto*, *instruo*, *instrumentum*, eoque uti non dubitavit fastidiosus alias et pro sua ætate elegans, sed nobis hodie ridiculus, verborum veterum affectator Nicetas pag. 35, ἐπιτάττει δειπνοποιήσαντες πάντας ἱπποκορυστὰς γενέσθαι, καὶ τῶν ἁρμάτων [id est ὅπλων] αὐτῶν ἐπιμεληθῆναι, ὡς εἰς νέωτα τοῖς Τούρκοις πολεμήσοντας πρωϊαίτερον. Ambigo igitur dicamne ἅρματα hic loci gladios tantum, aut loricas designare, an, quo magis vergo, postrema, τὰ τε σκουτάρια καὶ τὰ δόρατα (sic enim leg.) esse C epexegesin superioris τὰ βασιλικὰ ἅρματ. Non memini vocem ἅρμα pro gladiis positam reperisse. Pro loricis quidem ponunt hodierni Græci, uti etiam ὅπλον. Vid. cl. Hemsterhus. ad Aristophan. Plutum vs. 450. At multo frequentissime et Latini et Græci, cum novi, tum vel vetustissimi quique, ὅπλον ut ὅπλα, item *arma*, quod illi respondet, pro *scuto* ponunt. v. Salmas. ad Hist. Aug. t. I, p. 212, et II, p. 354. Inde est quod *scutum tractare* et *arma rotare* idem sit. Quod pluribus exemplis evicit Du Cange v. *Arma*. Glossæ veteres Πέλται, μικρὰ ὅπλα [scuta] ἔχοντα κόμβαλα προσπεπηγότα, ἅπερ λέγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι ἁρματώρια. Quo loco sunt κόμβαλα idem atque κόμβοι, bulbi, nodi, umbones vel umbilici ænei ferreive, bucculæ, mediis e clypeis eminentes, ad excipiendam et retundendam ictuum illatorum vim. Κόμβαλον et κόμβος est omne κῦρν, tumens in formam sphæricam. Ipse Nostr p. 176, τὸ δὲ ἅρμα ἦγουν σκουτάριον dixit. Hinc jam intelligatur ratiocinium Diodori Siculi l. xv, 44, p. 36, vs. 88, constetque illi loco de integritate sua. Οἱ ἀπὸ τῶν ἀσπίδων πρότερον ὁπλῖται καλούμενοι, τότε ἀπὸ τῆς πέλτης πελτασταὶ μετωνομάσθησαν. Argumenta, quibus locum illum impugnat H. Stephanus, speciosa quidem sunt, recte tamen eum tuetur cl. Wesseling. Ita quoque idem Diodorus XVII, 18, p. 173, 67. τὸ μὲν ἴδιον ὅπλον ἀνέθηκε τῇ θεᾷ [Minervæ], τῶν δ' ἐν τῷ νεῷ κειμένων ὅπλων τὸ κράτιστον ἀναλαβὼν καὶ τούτῳ καθοπλισθεὶς ἐχρήσατο. Clypeum ibi significari ultro patet et e p. 175. Apud eumdem XVIII, 27, p. 278, sunt οἱ ὁπλοφόροι *scutarii*, scutis et hastis, quæ nunquam separabantur, armati, eoque respectu opponuntur ibi τοῖς μηλοφόροις, iis qui σπαθοβάκλια seu contos præferratos cum pomis in fine gererent. Ὅπλον Ἀθηναίης in carmine Lucillii in Anthologia p. 151, ult. ed. H. Steph. est *ægis palladis*, et p. 204.

Ἄρεσνι δ' Οὐρανίδαο φόνῳ κεκαλυμμένον ὅπλον
Καρύσσει. Θυρία, Ζεῦ, Λακεδαιμονίων.

Ipse jam Aristophanes ὅπλα pro *scuto* posuit in Vespis vs. 819, collato versu 590. Qui enim ipse est ἄνευ ὅπλων Cleonymus, hic est ὁ ἀσπιδοβόλης. Recte quoque sententiam Comici reddidit cl. Hemsterhusius in Avibus vs. 390. Pindaro quoque ὅπλα ἀπ' Ἄργεος sunt *Argiva scuta*, eo loco quem Athenæus I, c. 22, initio citat, ab interprete non recte acceptum. Pari modo Latini *se in arma colligere* dicebant pro *se sub scutum recipere*. Virgilius :

Substitit Æneas et se collegit in arma
Poplite subsidens.

Medio etiam ævo *arma* pro scuto dicebant. A. Cutheis de gestis Spoletinorum apud Du Cange v. *Grampha*. *Antecedebant eum sui familiares armati cum tabulartis et clypeis depictis cum grampha*, id est clava, seu cestu] *ipsius arma*, [id est *scuto*] *et ensibus et spathis nudis*. Inde manavit Francicum *les armes*, pro insignibus gentilitiis. Nam cum veteres equites insignia suæ quisque gentis in armis, hoc est scutis, gererent, inde factum est, ut id quod in armis pictum esset, armorum ipso nomine metonymice diceretur. Sculi talis cum insignibus. et spatharii vel candidati regii cum hasta scutum tenentis videre est imaginem in illa Ravennate Justiniani M., de qua paulo ante dixi, apud Alemannum et Du Cange *Fam. Byz*, item apud Ciampin. t. II *Monum. Vetust.* tab. 22. Qui imperatoribus CPtanis astarent spatharii, aud candidati, aut protectores, armati erant scuto et hasta ; erant armigeri eorum ; quoniam ipsos imp. arma gestare non decebat. Inde *scutarii* olim dicti τὰ ἀμφὶ τὸν βασιλέα τάγματα, auctore Zosimo I. I, p. 188. Conf. Vales. ad Amm. Marcell. p. 352. Unde patet dictionem Nostri p. 237, τὸ ἅρμα γραπεῖται recte redditam a nobis fuisse *arma*, id est scuta et hastæ, *tenentur*, et apud Georg. monach. p. 544, μετὰ ἁρμάτων vertendum esse *cum stipathoribus seu atis*, vel *armigeris*. Nam, ne dicamus dictionem eam ibi significare *cum magno numero curruum*, vel procerum in curribus procedentium, facit mos aulæ CPtanæ, quo non licebat alii cuiquam curru vehi in processione publica, si imperator curru veheretur, sed omnes proceres aut pedites obsequebantur, aut, magno honore affecti, equites Ex eo tandem quoque factum, ut Ἅρμα nomen esset loco in Circo, ubi armigeri in armis, hoc est, scutati et D hastati stabant, de quo inferius.

(44) Palatia æstiva vel porticus octangulares ædificandi mos adhuc in Oriente obtinet, ut e Della Valle Itiner. I. IV, 14, constat, qui talia ædificia rotunda, aut multangula, deambulationibus destinata, in quorum planis tectis, quæ tamen podiamentis seu pectoralibus carent, deambulari, ludi quoque pila, non sine temeritate, sæpe cum vitæ jactura solet, perhibet a Persis et Turcis *Giusek* appellari. *Corridore*, si bene memini, tales galeriæ in circulum, seu rotundum, seu angularem, intra sese revolutæ et redeuntes appellantur ab Italis et Francis.

(45) In omnibus imperii Romani majoribus urbibus, illis certe, quæ circum haberent, aut theatrum, vel amphitheatrum, et ludos ederent, erant quoque Daphnæ, id est tribunalia, vel basilicæ, in

sacra imago in throno collocata est, peregerunt, præpositi a velo panthei intrantes, dominos adorant : qui statim vestes suas auro prætextas induunt, et per excubias egrediuntur. In sigmate custodia corporis, quæ manclavium et hetæria vocatur, et logothetes cum præfecto caniclei, protosecretario ac protonotario eos excipiunt, et facta salutatione, cum ipsis procedunt.

A ἥγουν πρὸ τοῦ ναοῦ τοῦ Ἁγίου πρωτομάρτυρος Στεφάνου (46). Οἱ δὲ τὰ ἅρματα φέροντες σπαθάριοι ἵστανται μετ' αὐτῶν ἐν τῷ ὀνοποδίῳ, καὶ δὴ τῶν δεσποτῶν ἀπὸ σκαραμαγγίων (47) ἐξιόντων τοῦ ἱεροῦ κοιτῶνος (48), καὶ τὴν συνήθη εὐχὴν ἐν τῇ κόγχῃ τοῦ χρυσοτρικλίνου, ἐν ᾗ ἱστόρηται ἡ τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Θεοῦ Θεοεἰκελος ἁγία εἰκὼν (49) ἐπὶ θρόνου κατεζομένη, τῷ Θεῷ ἀποδιδόντων, εἰσέρχονται οἱ πραιπόσιτοι ἀπὸ τοῦ βήλου τοῦ πανθέου, καὶ προσκυνοῦσι τοὺς δεσπότας (50), καὶ εὐθ' οὕτως

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

quibus laureæ victoribus imponerentur. Qui mos victoribus coronas in talibus tribunalibus Daphnis dictis tribuendi non a Diocletiano cœpit, quod conjici posset e verbis Malalæ t. I, p. 407, ἐν τῇ θείᾳ αὐτοῦ διατάξει ἐκέλευσεν ἐν Δάφνῃ δαφνοῦσθαι τοὺς ἀγωνιζομένους ἐν τῷ ἀγῶνι Ὀλυμπίων, nempe Antiochenorum, non Pisanorum. (Idem Malala t. II, p. 62, Λαφνητικὴν Antiochiæ nominat, subintellige *Basilicam*, aitque duas ejus portas a Theodosio laminis aureis fuisse tectas.) Nam Daphnen Alexandrinam nominat Chronicon Alex. anno jam tertio Commodi. Possunt tamen, ut verum fatear, hæ Daphnæ aliunde quoque nomen habuisse; sive quod ibi laureta essent, sub quibus deambularetur, sive quod, auctore Codino, nescio quanta fide digno, consules Kalendis Januariis a populo coronas laureas in illis Daphnis acciperent. Nugacitas et inscitia, novorum Græcorum circa veteris Romæ ritus mihi bene perspecta facit, ut suspectam hanc traditionem habeam, quam alibi legisse non memini. Conficio ex his, Daphnem CPtanam prima ex institutione fuisse triclinium seu basilicam illam, in qua lauro vel palmis coronarentur victores circenses (nam procul a Circo non aberat); et in qua coronas primum solas laureas, dein et has, et simul aureas quoque, solebant ab urbe sua regia redeuntes e castris cum triumpho imperatores, aut alias, accipere. Et quia posterioribus sæculis in laurearum locum succedebant aureæ coronæ seu circuli, quos brachiis inserebant gestantes, hinc Daphnæ accrevit quoque nomen τοῦ Στεφάνου uti etiam ex eo, quod imperatores ibi solerent στεφανοῦσθαι, coronam nuptialem induere, et benedictione patriarchali cum sponsis suis copulari. Sed ut fuit Græcæ plebis incredibilis nugacitas sequioribus sæculis et ignorantia, fieri non poterat, quin populus meros sanctos somnians, e nomine ædificii Stephani, S. Stephanum efficeret, cui etiam templum ibi conditum fuit, in quo et imperatores boni ominis gratia coronam nuptialem accipiebant, ot oblatas sibi ab urbe regia coronas aureas laureasque deponebant asservandas. Erat autem Daphne, cum æde S. Stephani, quam illa continebat, pars Augustei, seu palatii imperatricis Augustæ, de quo deinceps.

(4) * [Oratorium hoc a Pulcheria Augusta S. Stephano dicatum in Daphne etiam Theophanes p. 374, statuit. Εὐκτήριον, inquit, τοῦ Ἁγίου Στεφάνου ἐν τῇ Δάφνῃ. (Acta SS. 11 Aug.) V. Cangius CPl. Christ. l. VI, p. 137.]*

(47) Id est μετὰ σκαραμαγγίων. Sæpe apud recentes Græcos et in hoc libro ἀπὸ pro μετὰ positum occurrit, præsertim si de amictu sermo est. Usus ille particulæ vetustus et probus est, rarior tamen apud veteres. Ita usurpavit Appianus p. 33, 14, ed Rob. Stephani : ἀπὸ χρυσοῦ καὶ λίθων πολυτίμων ἔστεπται; et Plutarch. Vit. t. I, p. 405, ἀπὸ κραυγῆς pro μετὰ κρ. dixit. Polyænus p. 228. (VII, 6) κάλαθος ἀπὸ κόπρου (id est μετὰ κόπρου) *sporta fimo plena*. (Ita enim ibi leg.) De scaramangio dico ad p. 254.

(48) Cæton (quam vocem retinendam in mea interpretatione putavi) est cubiculum imperatoris interius, in quo dormit, ut cubiculum est conclave exterius, in quo per diem agit, quando solus est. Cæton erat intra cubiculum, hoc coram illo. In cubiculo dormiebat ὁ παρακοιμώμενος, et excubabat ὁ παρακαθήμενος, τοῦ κοιτῶνος. Conf. Goar ad Codin. p. 33· Vales. ad Ammian. Marcell. p. 324, ubi memoratur aliquis, *cui Constantiniani thalami cura commissa*, vel προεστὼς τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος, ut Socrates appellat. Erant hi cœtonitæ diverei a cubiculariis, et illis nobiliores, qua de re infra dicendum erit ad p. 13. Dicitur hic imperator e cœtone in magnam illam salam Chrysotriclini egredii, ubi thronus stabat, et ipse præsidebat congregato procerum consistorio, ibique sub concha, hoc est apside vel lacunari arcuato, adversus imaginem Christi crucifixi adorasse, tum se parasse vestibus, antequam proceres salutatum admitteret. Habuerine penes se imperator, statim atque lecto surgeret, puellas nobiles et formosas, quæ aquam porrigerent manus lavanti, et pectinem comam ordinaturo, non dixerim. Dubito tamen valde, num habuerit, cum apud Nostrum quidem non tantum ejus rei nullat fiat mentio, sed etiam memorentur spadones νιψηστιάριοι vel malluviarii, et barbam cæsariemque pectendi officium procul dubio ad eosdem aliosve spadones cubicularios pertinuerit.

C Ait quidem Ordericus Vitalis l. VII, narrans de captis ab Alexio Comneno et et CPlin translatis atque in gynæceum Augustæ abditis filiabus Roberti Guiscardi, *officium earum fuisse mane, dum imperator CPtanus de strato surrexisset manusque abluerel, mapputam et pectinem eburneum afferre et barbam imperatoris pectere*. Sed aut particularis ille casus fuit, et institutum Alexii, quod cum ipso exspiravit, quo volebat exosissimum sibi hominem urere et deprimere, aut Ordericus falsa tradidit, quod potius videtur; ut multa Latini de Græcis, et vicissim hi de illis, ignorantia recti, odio, criminandi et denique nugandi libidine, qua ista sæcula laborabant, absurda et ridicula commenti sunt. Quod nobis hic est *Cæto*, id *caminatam dormitoriam* appellat Monachus Sangallensis, l. V, de Carolo M. narrans. *Finitis laudibus matutinis cum rex* [ex ecclesia] *ad palatium vel caminatam dormitoriam calefaciendi se et ornandi* [id est vestibus

D parandi] *gratia rediret*.

(49) *[Edessena videlicet, quam Romanus Lecapenus imperator diu multumque expetitam tandem a Barbaris impetraverat, et quam in solemnibus festorum in imperatoris throno collocatam fuisse ex hoc loco apparet. Unice hoc confirmat Constantinus noster in oratione de imagine Edessena καὶ τὰ τῶν βασιλειῶν, etc.]· Nolim viro doctissimo assentire. Imago de qua hic sermo est, diversa ab Edessena, erat aurea, et semper eodem fixa loco. Edessena erat lintea et in Sancta Sophia asservabatur. Illa imago erat ad altitudinem hominis sedentis procera, et sedebat in throno, qui ad dextram imperialis stabat. Possisne talia legens mentem a memoria Jovis Olympii Phidiaci cohibere? Sed quid ego vitium accuso, humanæ naturæ intextum et arte nulla expugnandum?

(50) Necesse est, ut dictioni horum temporum assuefiamus, qui, quamvis de uno imperatore lo-

βάλλουσιν (51) οἱ δεσπόται τὰ ἑαυτῶν χρυσοπερίκλειστα (52) σαγία (53), καὶ ἐξίασι διὰ τοῦ φύλακος (54). Ἐν δὲ τῷ σίγματι (55) ἐκδέχεται αὐτοὺς τό τε μαγλάβιον (56) καὶ ἡ ἑταιρεία (57) καὶ ὁ λογοθέτης (58),

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

querentur, tamen in plurali efferebant : *Domini faciunt hoc vel illud*, οἱ δεσπόται βάλλουσιν τὰ ἱμάτια οἱ δεσπόται ἐξέρχονται pro : *Dominus induit vestes, dominus egreditur.* Docebimus infra vel ipsis Augusti Cæsaris temporibus et multo antiquioribus jam fuisse in usu positum, hominem singularem in plurali compellare, aut de eo velut de pluribus loqui, qui mos hodie apud omnes politiores gentes obtinet. Titulus autem Despotes absolute positus imperatorem Augustum notat, ut e nummis, variisque hujus Codicis locis patet. Appellationes δεσπότης δέσποινα et δοῦλοι introductæ sunt a Justiniano et Theodora. Vid. Procop. Anecdot. p. 134. Titulus, qui dignitatem Cæsare inferiorem specialiter notat, recentior est, non tamen tam recens atque putat Du Cangius asserens ad Cinnamum p. 468, dignitatem Despotæ a Michaele Calephate demum fuisse institutam. Nam apud Nostrum l. II, c. 27, p. 362. Heraclii Magni filii duo, Constantinus et David, memorantur despotæ ; et illi quidem Augusti tribuitur titulus : *Constantine Auguste, tu vincas ;* hic autem a patre dicitur e dignitate despotæ ad dignitatem Cæsaris fuisse promotus.

(51) *Induunt.* Verbum βάλλειν pro *induere* nobis Græcis est admodum familiare. Βάλλειν τινὶ σαγίον est apud Theophan. p. 238, item ἐμβάλλειν apud eumdem p. 246, τὴν κόμην ἐλόμενος ἱερωσύνης ἀξίαν ἐνέβαλλεν, *passus comam sibi demi, induebat habitum clericalem.* Frequens Græcis dictio βάλλειν μετάνοιαν, *induere pœnitentiam*, de qua dicam ad p. 300. Saimas. ad Hist. Aug. t. II, p. 437, comparat cum Latino *mittere, vestem*, et Francico *mettre son habit.*

(52) Quæ auream periclisin seu oram prætextam habent ; v. Du Cange Gl. utroque. Hinc emendandæ glossæ, in quibus *Attegatio, paradisis.* L. *periclisis*, περίκλεισις, Nam attogatio est id, quod togæ apponitur. Cogitavi quoque *arrogatio, paraclisis.* παράκλησις. Medio ævo vocem *periclysis* (sic scribi solet) adibebant etiam Latini, v. Du Cange Gloss. Lat., et dicebant quoque *de aureis listis.* Quæ vox est germanica. *Leiste* notat oram rei.

(53) Sunt saga, nescio an veteribus ejusdem formæ, longa tamen ad genua pene defluentia, ampla, idem fere, quod chlamydes ; quorum imaginem conspicere licet in illis proceribus, qui Justiniano M. in monumento Ravennate astant, apud Du Cange Famil. Byz. p. 97. Sed hac de re amplius dico ad p. 355.

(54) *Phylax* appellabatur sic nude, qui integre ὁ φύλαξ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν alias audiebat, (subintell. οἶκος), *domus custos*, id est custodiens, asservans thesauros regios, gazophylacium ; vid. Constant. Porph. in Vita Basilii Macedon. p. 157 et 159. Quoniam Phylax et vestiarium contiguo et sub uno tecto erant, hinc factum fuit, ut unum pro altero poneretur. E Nostri p. 71, constat, Phylacem inter Chrysotriclinium et Deiparam Phari situm fuisse.

(55) *Sigma* dicebatur porticus quædam e regione Triconchii, in magno palatio, Theophili imperatoris opus, quod sigma, Græcum, hoc est Latinum, seu circulum dimidium, referret. Conf. Leo Grammat. p. 435. Contin. Theophanis p. 87, ubi eleganter describitur, et Du Cang CPl. Christ. p. 112.

(56) *Totum corpus Maglabitarum.* Sunt autem Maglabitæ lictores, apparitores, οἱ ῥαβδοφόροι, qui imperatorem cum maclaviis, aut manclaviis, hoc est clavis manualibus, præcedebant, ad parandam viam procedenti, et abigendam turbam. Varie de maclavio tradunt auctores, vel ipsi Græci, ut jures eos ignorasse quid fuerit. Dicunt modo ῥάβδον aut βακτηρίαν fuisse, idque recte dicunt, modo λῶρον, *lorum* aut μάστιγα *sculticam*, quæ non consistunt. Codinus Offic. : κρέμανται ἐπὶ ζώνης ἑκάστου τούτων λῶροι, οὓς καλοῦσι μαγλάβια, ἢ ὡς βακτηρίας ἢ ῥάβδους μαστίζειν τοὺς ἀξίους μαστίζεσθαι, φέροντες ἀεὶ δικανίκια. Ὅτε δὲ ὁ βασιλεὺς καβαλλικεύσῃ, προηγοῦνται, καὶ φέροντες αὐτὰ ὀρθια εὐτακτοῦσι τὸν λαόν, Non possunt hæc conciliari, nisi dicamus vocem λῶρον, non eo sensu, quo solet et debet accipi, a Codino fuisse acceptam, sed pro baculo, fuste, fuso, vel festuca. Sed quid nos moretur homo neque sermonis sui, neque rerum sibi æqualium cailens ? Fustes fuisse maclavia, non scuticas, patet cum ex more Turcarum, quorum Ganitzari cum fustibus obeunt, more a Græcis traducto, tum etiam ex eo, quod Græci maclavium voce ἄλλακτον exponunt. Qua de voce nobis curatius exponendum est. Sunt igitur ἄλλακτα fustes aut solidi, aut ita scissi, ut multæ assulæ uno e scapo exeuntes, et juxta sese parallelæ decurrentes aliquantum moveri queant, et impulsæ concrepitent, quales nos *Pritschen* appellamus. Ut posterius credam fuisse τὰ ἄλλακτα et procedentibus pompis præmissos viæ faciendæ causa viros talibus crepitaculis armatos, facit mos adhuc apud nostrates agyrtas obtinens, medicastros illos puta circumforaneos, quo conciendæ turbæ gratia morionem secum trahunt centonibus diversicoloribus et habitu veteris orbis amictum, habentem in manu crepitaculum

(57) Erat Hetæria militiæ vel præsidii genus ad sacri corporis et palatii custodiam, ex solis alienigenis, ut Persis, Chagaris, Francis, Anglis conscriptum. Olim *gentiles, schola gentilium, auxilia palatina*

(58) Quando nude ponitur ὁ λογοθέτης, intelligitur *Logotheta dromi, rationalis cursus publici*, cujus auctoritas apud imperatorem maxima tunc erat, utpote qui res ubique terrarum per totum imperium gestas et contingentes ad ipsum referre, et cum ipso decernere debebat, legatos introducere, et ipsis nomine imperatoris respondere. Conf. l. II, cap. 47. Cedren. p. 555 et Nicephor. Patriarch. CPl. p. 228, fine, ubi ait : Ὁ τῶν δημοσίων πραγμάτων τὰς ὑπομνήσεις *significationes, notificationes*, τῷ βασιλεῖ διακομίζων Λογοθέτην δὲ τοῦ δρόμου τὴν ἀξίαν οἱ περὶ τὰ βασίλεια καλοῦσι Sunt autem πράγματα δημόσια, quando hostis in provincias irrumpit, seditio alicubi, pestis, annonæ penuria, incendia, aliave mala contingunt, etc. Conf. de ipsius munere Du Cange ad Alexiad. p. 262. Erant præterea alii *rationales*, ut τῶν σεκρέτων, Genici nempe, seu generalis, et Idici, seu privati ærarii, item τοῦ στρατιωτικοῦ *ærarii militaris*, nec non *prætorii*, et τῶν ἀγέλων *gregum* seu armentorum imperialium, de quibus suo loco. Logothetas dromi cum curiosis et stationariis confundit Casaubon. ad Script. Hist. Aug. I, p. 15. Longe tamen minor erat eorum tum potestas et dignitas, quam deinceps. Quando ait Du Cange l. c. Logothetæ fuisse bullas subscribere, verum id non est, nisi quando Logotheta simul quoque Canicleus esset, ad quem ista subscribendi cura pertinebat. Exemplum tale exstat in Script. post Theoph. p. 92, et Leone Grammat. p. 457. Proprie tamen diversæ erant functiones, et non semper junctæ, ut vel ex hoc Nostri præsente loco patet. Conf. Goar. ad Cedren. p. 24, et ad Codin. p. 27. n. 27. Unde corrigendus est Du Cange Gloss. Gr. p. 822. Logothetam dromi et præfectum Caniclei eumdem faciens.

μετὰ τοῦ κανικλείου (59) καὶ τοῦ πρωτοασηκρήτις [11] καὶ τοῦ πρωτονοταρίου, καὶ ἐπευχόμενοι τοῖς δεσπόταις, τούτοις συμπορεύονται.

VARIÆ LECTIONES.

[11] πρωτοασηκρίτις sph. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

crepitaculum tale, et ferientem nates occurrentium cum ingenti risu et petulantia. Invenio certe in notis Saxii ad Landulphi Junioris histor. Mediolan. p. 489, ex ordine Mediolanensis ecclesiæ Vicecomitem in processionibus prælata ferula præcessisse et viam parasse archiepiscopo, stipatum servorum caterva *cum flagellis ligneis et scissis*. Erant eæ ferulæ crepitantes eum in finem paratæ, ut homines occurrentes processioni, audientes e longinquo sonitum earum, mature de via decederent. Quapropter etiam leprosi panem mendicantes olim gestabant lignea talia sistra, ut ita dicam, quibus admonerent occurrentes, se leprosos esse, neque ad se propius accedi oportere, simulque porrigebant suos *fustes* vel *fusos* (eo enim proprio vocabulo illa instrumenta tunc appellabant) quo extremitati eorum solatium seu eleemosynam imponerent. Ipse ego sæpe Leydæ talem leprosum cum crepitaculo obeuntem et mendicantem vidi. In vulgata est l. II, Regum c. 3, *leprosus tenens fusum*. Ubi auctor Mamotrecti: *Fusus est instrumentum flandi. Fusum quidam dicunt in loco isto breve ventilabrum de foliis palmarum, quod volvitur inter digitos instar fusi, vel instrumentum ligneum, cum duabus tribusve tabellis, quas concutit leprosus quærendo panem*. Verum etiam baculos solidos ἀλλαχτα appellabant; ut constat e loco Thomæ magistri, qui hodiernis Græcis ἄλλακτον idem esse ait, quod vetustis ἀνάφορον. Est autem ἀνάφορον illud vectis genus, quo bajuli aquigeruli hydrias aqua plenas gerunt, aut in Belgio, qui pisces venales in sportis, aut in doliolis lac venale circumferunt: cavum in regione cervicis, ut apte hæreat in humeris. Locus est in argumento Ranarum Aristophanis: μετὰ Ξανθίου τοῦ οἰκέτου ὄνῳ ἐποχουμένου τυῖς ὤμοις δὲ ἀνάφορον φέροντος ὁ ἄλλακτον δημωδεστέρως καλεῖσαι. Origo vocabuli Græca non est, sed Germanica, aut Longobardica. Quod nobis hodie est *Latte*, pertica vel asser longus, sed angustus et gracilis, qualibus sternuntur tecta ædium, ut iis lateres cocti inhærent, id veteres Germani efferebant promiscue *a Latte*, et *a Lachte*, unde adhuc in usu superest *Lachter*, pro *pertica decempeda*. Illud *a* præponebant vocibus ut nos hodie *eine; une*; et plebs nostra atque Angli retinuerunt. *A larta, eine Latte, une latte, una pertica*, contrahebant Græci novi in unum vocabulum ἄλλακτον. V. DC. v. *Latæ*, ubi e Papia hoc citat: *asseres pali vel paxilli, vulgo lactæ dicuntur*. Has lattas vel lactas sustinendis et bajulandis oneribus, nominant Græci alio quoque nomine καλάμια, *festucas*, ad instar Latinorum, qui tigilla quæque longiuscula et gracilia festucas appellant. Glossæ apud Du Cange v. Ἀμφορέα Ἀμφοριαφόρους τοὺς μισθίους τοὺς τὰ καλάμια [id est τὰ ἀνάφορα] φέροντας Sed prævideo fore quosdam, qui ἄλλακτα fustes propterea malint dictos fuisse, quod sapius mutarentur. Sane Nicetas p. 174 fin. ait ἐπαίδευσεν αὐτοὺς δι' ἀλλάκτων δώδεκα, quasi dicas duodecim virgis aut virgarum fasciculis identidem mutatis. Et notus ille Taciti centurio, *Cedo alteram*. Liberum igitur esto cuique hac de re pro judicio suo sentire. Sed satis de voce ἄλλακτον, qua, ut dixi, exponunt Grammatici Græci vocem μαγκλάβιον, quam plerique a *manus clava* derivant; v. Goar ad Codin. p. 75, ult. et ad Cedren. p. 622, ubi *clavicularios* et *cornicularios* olim dictos fuisse ait, et Du Cange Gloss. Gr. h. v. *[Continuatori Constantiniano appellantur ῥαβδοῦνοι βασιλικοί. Venatum cum imperatore exibant

A Maglabitæ et τοῦ οἱ ἱπποστασίου ἄρχοντες. Constant Vit. Basil. Maced., C. H. In scriptor. post Theophan. p. 250, memoratur aliquis, Ταζάκης τῇ τοῦ μαγλαβίτου ἀξίᾳ τιμηθείς. Conf. Constantin. de admin. imper. p. 126.]* Ex his duobus locis intelligitur non adeo viles homines fuisse Maglabitas. Nam interdum quoque simul protospatharii erant, et ἀξία τοῦ μαγλαβίτου dicitur. Puto tamen, in his locis non omnem Maglabitam, sed tantum præfectum eorum τοῦ μαγλαβίτου nomine designari. Dicitur enim ibi quidam protospatharius simul et Manclabita ad principem Iberiæ missus fuisse, ut ei vestem magistri perferret, et ea dignitate ipsum investiret. Quæ res non homini gregario commissa fuisse videtur. Mittebantur quoque cum gladio ad plectendos capite sontes: ut e Leone Grammatico p. 466, patet. Fuerintne eunuchi, non liquet. Fere videntur ex eo eunuchi fuisse, quod aliquoties invenio Articlinam memorari ut Maglabitarum præ-
B fectum. Non tamen valet consequentia, eunuchus si fuit præfectus, totum quoque scrinium tales fuisse. *[In aula Romana dicebantur *majorentes* vel *stimualli, qui removent populum de via*. Ord. Roman. p. 198.] Habuerintne olim reginæ feminas ῥαβδούχους, quæstio est huc non pertinens, neque magni momenti. Colligo tamen eas habuisse ex Polybio p. 716, ed. Wechel.

palatina fœderati., appellabantur. Vid. Vales. ad Ammian. Marcell, p. 352. *[Rabani Martyrolog. t. VI. Canisii p. 742, ἡ τοῦ Καίσαρος ἑταιρία *cohors fœderatorum Cæsaris* memoratur Contin. Theophanis p. 228]* Posset ex hoc loco, si ea Combefisii versio admitteretur, concludi, Cæsarem, si esset aliquis, aut minorem imperatorem, vel imperii futurum hæredem, peculiarem sibi habuisse cohortem militiæ peregrinæ. Neque id improbabile est; videntur potius tales ex aliis multis argumentis proprias sibi aulas habuisse, sed numero et
C splendore imperiali minores. Verum in citato quidem loco Continuatoris anonymi ἑταιρία simpliciter tantum notat *factionem*. Cæterum de h. v. vid. Du Cange Gloss. Græc. h. v. et ad Alexiad. p. 227, qui tamen in eo fallitur, Hetæriarchæ magni munus fuisse, ut legatos introduceret, ex loco Pachymeris, quid id omnino videtur dicere. Sed proprie ipsorum erat φυλαττειν τὸν ἄναχτα ἀπὸ τῶν ὑπόπτων προσώπων, ut est in Script. post Theophan. p. 294, *a domino suspectos arcere*. Erant autem tres, ni fallor, Hetæriæ, seu sodalitates, magna, media et parva. Magnæ præfectus dicebatur magnus Hetæriarcha. Dexippus in Excerpt. Legat. Hœschel. p. 7, τὸν ἡγεμόνα τῶν ξενικῶν στρατοπέδων appellat. et ibid. lin. ult. τὴν ἑταιρικὴν τάξιν καὶ δσῃ δορυφορία τοῦ ἄρχοντος jungit. Hetæriarchæ deinceps Ethnarchæ dicit; v. Du Cange v. ἐθνάρχης. Erant quoque pedites quidam ἑταῖροι, alii
D equites

(59) Ὁ Κανίκλειος *Caniclæi præfectus*, est eadem dignitas, quæ olim in regum Macedonum aula ὁ ἐπὶ τοῦ γραμματείου dicebatur. Polyb. p. 485, 20, ed. Gronov. Caniclium est vasculum liquorem rubrum vel sacrum encaustum, quo imperatores bullas subsignabant, asservans; et qui id penes se teneret, et imperatori usus tempore porrigeret, is erat ὁ Κανίκλειος. *[De præfecto Caniclei v. M chael Lazari Confutatio dissertat. Maffei de fabula ord. Constantiniani pag. 24.]* De etymologia v. infra ad p. 417.

Γ. Καὶ ἀπερχόμενοι δεσπόται ἐν τῷ πρωτοκτίστῳ (60) ναῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, λαμβάνουσι κηροὺς παρὰ τῶν πραιποσίτων, δηλονότι ὑπὸ κουβικουλαρίου διδομένων (61) τοὺς πραιποσίτους, καὶ διὰ τῆς τριττῆς (62) μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως (63) ἀπευχαριστοῦσιν τῷ Θεῷ. Καὶ εἶθ' οὕτως ἐν τῷ κατεκείνῳ ἤτοι μετεκείνῳ εὐκτηρίῳ τῆς Ἁγίας Τριάδος, κἀκεῖσε διὰ τῆς τριττῆς μετὰ τῶν κηῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσι (64) τῷ Θεῷ, καὶ εἶθ'

A III. Domini autem ad veterem sanctissimæ Deiparæ ædem abeuntes, cereos a præpositis, scilicet a cubiculario præpositis traditos, accipiunt, et triplici adoratione cum cereis Deum venerantur. Postea in secundo seu proximo sacello ter genibus flexis cum cereis, Deum precantur : deinde ad repositas ibi in angiportu reliquias accedunt, et hic quoque ter genu flexo cum cereis Deum adorant. Porro ad baptisterium, in quo tres magnæ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

equites, quod colligo ex dictione Theodoreti Histor. Eccles. III, 44, πεζεταιροι. Suidas in Rufino : ὁ τῶν περὶ τὸν βασιλέα πεζεταίρων ἀπιδοφόρῶν καὶ δορυφόρων τὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένος. Quandoquidem tantum ex alienigenis constabant Hetæriæ, contradistinguuntur aliis tagmatibus, seu generibus vel scholis præsidiariis ut scholariis, Hicanatis, etc., qui poterant indigenæ esse. Nine intelligatur locus Script. post Theoph. p. 248, ἔκ B τε τῶν βασιλικῶν καὶ τῆς ἑταιρείας καὶ τῶν ταγματικῶν.. Ubi Combefisius neque vocem βασιλικῶν recte vertit *prætorianis*, neque ταγματικῶν *aliis cohortibus*. Οἱ βασιλικοὶ non sunt *milites*, sed *famuli aulici*, et οἱ ταγματικοὶ sunt præsidia urbis vel aulæ augustæ, ex indigenis. Narrat Luitprandus Legat. p. 485, Nicephorum Phocam *Hungaros quadraginta pretiosissimis vestibus ornatos patronos sibi et defensores parasse*. Quod idem est, ac si diceret, eum illos Hetæriæ suæ ascripsisse. *Patroni* ipsi sunt *adjutores*, *auxilia*, ut Arabes milites prætorianos præfecti alicujus urbis vel oppidi *adjutores* appellant, et prætorium *domum auxilii*, quia nempe auxilium, ἡ βοήθεια novis Græcis, seu militia prætoriana, ibi excubat. Etymologiam nominis dat Codin. de Offic., p. 65, non probam quidem, non tamen omnino spernendam : ὁ ἑταιριάρχης ὁ τοὺς ἑταίρους ἤτοι φίλους δεχόμενος. Certe Græci novi peregrinos gentis non suæ CPlin venientes C non ξένους, ut veteres Græci solebant, sed φίλους appellabant, quod alio loco demonstro. Putavi aliquando, aut a Romana dictione *commilitones* natam *sodalium*, τῶν ἑταίρων appellationem, aut a vetustis Macedoniæ regibus traductam, qui etiam ἑταίρους in sua militia habebant, teste Polybio p. 534, ed. Gronov. Deinde videbatur mihi simplicius esse, Byzantinos nulla imitatione ita φιλοφρονηματικῶς appellasse peregrinos ad sua castra transeuntes. Verum omnia ista aliena sunt, et appellationis hujus ratio debet ab ipsis nostris majoribus, Saxonibus illis et Francis vetustis, repeti. Solebant illi, et nos adhuc patrum exemplo solemus, et solent Batavi quoque, veterum Germanorum soboles, liberos homines pro mercede servientes, milites, opifices, alios, *Gesellen*, *Maten*, *Folger*, id est, sodales, secutores dicere. Vid. quæ infra de Acolutho Warangorum dicam. Græci, repudiata voce Germanica, illos, quos in urbes stipendiaque sua reciperent, alienigenas, Græca voce appellabant, idem significante atque Germanica. Ἑταίρους nempe et ἀκολούθους, quorum illud *Maten* vel *Gesellen* (unde *Vasalli* nati, nam *Vasall* est idem atque *Guesell*) hoc *Folgher* exprimebat. Vox *Mat* sodalis, adhuc hodie Batavis in usu est. Hinc intelligas, quid sint *Frangomates* in Assisis Hierosolym. apud Du Cange v. *Franchire*. *De ceux qui s'avouent pour Frangomates ou esclaves franches*. Composita est vox e *Franc* et *mat*, sodalis, servus liber, aut in libertatem datus. Ut autem posterioribus temporibus Franci hi mercenarii milites se *Matos* et *Folgheres*, ἑταίρους, ἀκολούθους appellabant ita vetustis temporibus Celtæ præamabant *Gæste*, ξένοι, *hospites* appellari. Polybius I. II, 22, ait Celtas διὰ τὸ μισθοῦ στρατεύειν Γαισάτους προσαγορεύεσθαι Η γὰρ λέξις αὕτη τοῦτο σημαίνει κυρίως. Recta vero tradit Polybius. *Gæsati* hi sunt *hospites*, *Gæste*. *Gast* est proprie peregrinus, qui extra patriam agit. Isti Celtæ Gæsati, vel Gæsti dicti domi non manebant, sed e patria emigrabant, et in peregrino solo armis fortunam tentabant, quod Normanni recentioribus temporibus sæculo XI faciebant. Quod paulo ante dicebam, vocem *Vasall* notare *socium*, sodalem, ἑταῖρον, apparet e Miraculis S. Ludgeri apud Du Cange v. *Phasallus* ubi *aliquis monasticæ vitæ phasalus*, hoc est Arabum more, sodalis vitæ monasticæ, ejusque cultor dicitur. Mos autem alienigenas in aula principali ad custodiam sacri corporis alendi a Romanis cœpit imperatoribus, qui cum Celtis et Germanis bello impliciti ob fidem probatam eos sibi custodes apponebant. Idem deinceps Byzantini quoque fecerunt cum Chazaris, et aliis Scythicis gentibus, Persis, Saracenis, Hungaris, Anglis, aliis. Helvetii præcipue hodie huic usui in aulis regum inserviunt. Alunt adhuc hodie Turci in militia sua sic dictos *Garibos*, id est ξένους peregrinos ; v. Du Cange v. καρίπιδες. Latius de illis ad Albufedam egi.

(60) Ambigo, quomodo recte vertatur hæc vox. An *nuper domum conditum templum*, a Basilio Macedone, non antiquum ?

(61) V. de hac constructione dicenda ad pag. 7. Τοὺς πραιποσίτους pro τοῖς πραιπωσίτοις est elegantia novi Græcismi, cujus admodum spissa in hoc libro exempla ; v. pag. 7.

(62) Ubique ternæ memorantur adorationes, non tam in memoriam S. Trinitatis, quam ex more, paganorum veterum, colore Christianismi oblito. Gentilibus enim mysticus erat numerus ternarius. quod notum est ; vid. Casaubon. ad Athen. ad illud τρὶς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ διδόασιν ἄμεινον.

(62) Frequentissima Nostro fit mentio cereorum ante sacras imagines accensorum et depactorum ; frequentissima cereorum et lampadum in altaribus, et polycandelis per totas ecclesias ardentium. Immanis copia cereorum quotannis consumitur in templis Græcis, ut, quia impensæ in eos sunt maximæ omnium, quas Ecclesia facit, impensæ in Ecclesiam omnes cujuscumque generis uno nomine τῶν εἰς φωταψίας δεδαπανημένων *ad luminaria dispensorum* veniant. Forum peculiare erat CPli τὰ κηρούλια dictum, in quo tantummodo cerei venibant. Ex Ordine Romano p. 218 constat rotulos *de cereis Græcis* celebres ævo medio in Europa fuisse et magna copia in Occidentem advectos. Solemnes processiones non poterant absque cereis esse ; quorcirca etiam φωταψίαι appellantur. Novella Basilii Porphyrogeniti de præscriptione XL annorum : Εἰ δὲ εἴς τινα τῶν αὐτῶν εὐκτηρίων σολέμνια [*solemnes processiones*] παρὰ βασιλέως ἡ φωταψίαι γίγνονται. Russica Ecclesia morem tantam cereæ vim perdendi a Græca assumit, ut Græca e paganismo retinuit. V. Salmas. ad H. Aug. t. II, pag. 203 et Vales. ad Amm. Marcell. p. 357. *[De processione cum laudibus et gloria, hoc est cum cereis et crucibus, vid. Anastas. p. 49. Conf. 99 91.]*

(64) Proprie *gratias agunt*. Sed novis Græcis in

ac perpulchræ cruces stant, exeunt ibique signo a præposito dato, cubicularii quos tenent cereos reponunt. Inde domini per triclinium augustalis transeunt, in quo aurei triclinii ministri et famuli imperatorii eos exspectant : nam ibi quoque cum manclavitis et custodibus palatii seu hetæria dominos salutant. 6 Ipsi vero cum cubiculariis et cœtonitis ad octangulum cubiculum ante sancti Stephani ædem, in quo stola imperatoria jacet, procedunt : ubi et cubicularii, dominos salutantes, adsunt. Inde cum præpositis ad sancti protomartyris Stephani templum abeuntes, ter genu flexo cum cereis Deum venerantur, et ante magnam illam, pulcherrimam et summe venerandam sancti Constantini crucem se prosternunt.

A οὕτως εἰσέρχονται ἐν τοῖς ἐκεῖσε ἀποκειμένοις ἐν τῷ στενακίῳ λειψάνοις, κἀκεῖσε διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσι τῷ Θεῷ. Εἶτα ἐξέρχονται εἰς τὸν βαπτιστῆρα, ἐν ᾧ ἵστανται οἱ τρεῖς εὐμεγέθεις καὶ περικαλλεῖς σταυροί, καὶ διὰ νεύματος τοῦ πραιποσίτου [12] πηγνύουσιν ἐκεῖσε οἱ κουβικουλάριοι οὓς κατέχουσι κηρούς [13]· οἱ δεσπόται ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε διέρχονται διὰ τοῦ τρικλίνου τοῦ Λύγουστέως (65), ἐν ᾧ ἐκδέχονται οἵ τε τοῦ χρυσοτρικλίνου καὶ οἱ βασιλικοι ἄνθρωποι· κἀκεῖσε γὰρ ἐπεύχονται σὺν τοῖς μαγλαβίταις καὶ τοῖς ἑταιρειώταις τοὺς δεσπότας. Οἱ δὲ δεσπόται μετὰ τοῦ κουβουκλείου μόνου καὶ τῶν κοιτωνιτῶν εἰσέρχονται ἕως τοῦ ὀκταγώνου [14] κουβουκλείου τοῦ ὄντος πρὸ τοῦ ἁγίου Στεφάνου, ἐν ᾧ καὶ ἡ βασίλειος ἀπόκειται στολή, καὶ ἐκεῖσε ἵστανται οἱ τοῦ κουβουκλείου ἐπευχόμενοι τοὺς δεσπότας. Ἀπὸ δὲ τῶν ἐκεῖσε εἰσέρχονται οἱ δεσπόται σὺν τοῖς πραιποσίτοις ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος Στεφάνου, καὶ διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσι τῷ Θεῷ, καὶ εἶθ' οὕτως προσκυνοῦσι τὸν μέγαν καὶ περικαλλῆ καὶ πολυτίμητον τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου σταυρόν.

IV. His peractis, cubiculum Daphnes ingrediuntur, et tempus seu referendarium, a patriarcha mandatum de ecclesiasticis cærimoniis ferentem,

B Δ'. Καὶ μετὰ τὸ τελέσαι ταῦτα εἰσέρχονται ἐν τῷ κοιτῶνι τῆς Δάφνης, ἐκδεχόμενοι τὸν καιρὸν, ἤγουν τὸν ῥεφερενδάριον (67), φέροντα τὸ μανδάτον (68)

VARIÆ LECTIONES.

[13] διδομένους τοῖς πραιποσίτοις Leich. ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι ἑορτῆς προκειμένης ὁ μέγας σταυρὸς ἀπὸ τοῦ (τοῦ om. ed.) βαπτιστῆρος οὐκ ἐξέρχεται· ὁ δὲ ἕτερος ἵσταται ἐν τῷ ὀκτακιόνῳ θόλῳ, ἤγουν εἰς τὴν ἁ σχολὴν (66), ἥνπερ παλαιὰν καλοῦσι χαραγὴν, καὶ ὁ ἕτερος εἰς τοὺς λύχνους. Ἐκεῖσε γὰρ ἀντικρυ τῶν λύχνων ἵδρυται ἡ καλουμένη ἑπτακανδηλος, καὶ κάτωθεν τοῦ ἐκεῖσε ἱδρυμένου σταυροῦ κρέμαται ἡ Περσινὸς γραμμή. [14] ὀκταγόνου sph., ut infra p. 9, 7.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

universum notat, *Deum orant* : habet quoque verbum hoc alios significatus, ut *gratulantur*, vel *salutant*, ut vertit Leich. p. 6, ubi est *festum gratulari* ; vid. ad p. 356.

(65) Αὐγουστεύς et αὐγουστεών est nomen palatii, Augustabus Byzantinis proprii, et quidem gemini ; unius intra Chalcen prope Chrysotriclinum C siti, quod Augusteon Daphnes, vel augustale Daphnes, appellabatur ; alterius, quod simpliciter Augustale audiebat, et extra Chalcen intra hanc et Sanctam Sophiam situm erat ; vid. pag. 43, ubi Augustale Daphnes ὁ ἐκεῖσε αὐγουστεών dicitur, ut distinguatur ab Augusteone sic proprie dicto, et pag. 75, E Chalce autem in Augusteonem, et exinde in Sanctæ Sophiæ horologium seu atrium itum fuisse, apparet ex hoc loco et ex p. 9. De Augusteone, foro Augusteo, statua Justiniani Augustea dicta, et circumsitis multa habet Du Cange ad Silentiarium p. 540, et in CPli Chr. Augustabus autem proprium id ædificium fuisse, ex eo colligo, quod illæ corona imperii in eo coronarentur ; vid. p. 119, p. 120 ; et quod cum Domino, in Ecclesiam procedente, nulli procerum, præter eunuchos, in Augustale intrare licebat ; vid. p. 13. Videtur ergo quasi Seraglium imperatorum CPtanorum fuisse. *[De Augustali, ubi coronabatur imperatrix, vid. CPlis Christ. p. 37. et not. ad Zonar. p. 155, nec juxta altare, ut Goar vertit, sed in tabula ad hunc ritum parata ; v. Pachymeris ἔκφρασις τοῦ αὐγουστέως. Gregoras p. 764 sqq.]* Exstat quoque illa Pachymeris Ecphrasis cum Latina Bandurii interpretatione in ejus Imp. Or. L. VI. p 114.

(66) *Prima* hic memoratur *Schola*. Septem enim erant ; quot olim erant *vexillationes comitatenses*, vid, Panciroll. Notit. p. 22 b, cap. 34. Quapropter etiam p. 238, σχολαὶ per *vexillationes comitatenses* reddidi. Sunt autem *scholæ* idem atque *contubernia*, item ordines militum, ad unum signum pertinentium, numeri, cohortes. Ab illis scholis *scholarii* sunt appellati milites in genere quidem omnes, etiam gregarii et provinciales. *[Septem scholariorum numeros, qui in Bithynia resident, habet Theophanes, p. 200.]* In specie vero milites ad custodiam palatii, de quibus egregium locum habet Procopii anecdota historia, p. 106, unde discitur eorum origo, numerus, et alia illuc spectantia. Excubias hi scholarii agebant intra Chalcen, seu atrium et ingressum palatii ; habitabant autem in propylæo ædis SS. Apostolorum, ut e variis locis hujus Cærimonialis constat. Gemini erant pedites et equites. Sed nolo in hoc argumento prolixus esse. Conf. Guther. p. 399 et 599 Vales. et Lindenbrog. ad Amm. Marcell. p. 38, 88 et 479, item Du Cange Gloss. utroque.

(67) Referendarius est politica, et est quoque sacra dignitas. De posteriori sermo hic fit. Est autem referendarius sacer minister patriarchæ, qui hujus mandata, id est significationes, nova, quæ indicare vult, perfert ad imperatorem vel proceres ; ut hic loci refert referendarius ad imperatorem nomine patriarchæ tempus esse ad processionem veniendi. Vid. Goar ad Codin. p. 13, n. 22. Du D Cange Glossar. utroque hac voce. Guther. de Offic.

(68) Mandatum est omnis significatio rei cujuscunque, sive cum imperio fiat, ut quid agatur, aut ad alium referatur, aut historica simplex narratio, *nuntius*. Eo sensu adud Theophan. 376 obtinet. Vid. Du Cange Gloss. utroque. Potest hic sensus et hic loci obtinere, potest et alter ille, quo notat significationem ad alterum referri imperatam. *Mandare* pro significare hodie in sermone Gallico obtinet, et obtinuit olim apud Latinos, ut patet ex Martialis epigrammate apud Lamprid. in Script. Hist. Aug. t. I, p. 954.

ἀπὸ τοῦ πατριάρχου περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς κατα- A
στάσεως (69), καὶ δὴ εἰσέρχονται οἱ πραιπόσιτοι, καὶ
τὴν εἴδησιν τούτων διδοῦσι τοῖς δεσπόταις. Ἐξιόντες
δὲ οἱ δεσπόται ἐν τῷ ὀκταγώνῳ κουβουκλείῳ. κράζει φωνῇ μεγάλῃ ὁ πραιπόσιτος, λέγων· Βεστήτορες! καὶ δὴ εἰσέρχονται οἱ βεστήτορες καὶ περιτιθέασι τοῖς δεσπόταις τὰς τούτων λαμπρὰς χλανίδας, καὶ εὐθέως ἐξέρχονται· οἱ δὲ πραιπόσιτοι στέφουσιν τοὺς δεσπότας, δηλονότι τοῦ κουβουκλείου παντὸς παρισταμένου κἀκεῖσε, ὅτε ταῦτα τελοῦνται, καὶ μετὰ τὸ στεφθῆναι τοὺς δεσπότας ἐξέρχονται διὰ τοῦ τρικλίνου τοῦ αὐγουστέως· ἐκεῖσε γὰρ ἵστανται ὁ λογοθέτης τοῦ δρόμου καὶ ὁ τοῦ κανικλείου καὶ ὁ κατεπάνω τῶν βασιλικῶν καὶ τὸ μαγλάβιον καὶ ἡ ἑταιρεία [15]. Ἐνδοθεν γὰρ τῆς μεγάλης πύλης τοῦ αὐγουστέως ἵστανται οἱ νιψηστιάριοι (70), βαστάζοντες B
τὰ χρυσᾶ καὶ ἐκ λίθων τιμίων κατεσκευασμένα χερνιβόξεστα (71), καὶ ἵστανται οἱ δεσπόται εἰς τὴν χρυσῆν χεῖρα, ἤγουν εἰς τὸν πόρτηκα τοῦ αὐγουστέως ἔξωθεν τῆς μεγάλης πύλης· κἀκεῖσε γὰρ καὶ οἱ τοῦ χρυσοτρικλίνου παρίστανται. Καὶ δὴ διὰ νεύματος (72) τοῦ δεσπότου ὁ πραιπόσιτος τὴν κεφαλὴν

exspectant, quarum notitiam intrantes præpositi dominis suppeditant. Hi cum octangulum cubiculum intrarunt, præpositus alta voce exclamans dicit: « Vestitores! » Tunc vestitores accedunt, dominis splendidas suas tunicas circumimponunt statimque abeunt: præpositi vero imperatorem coronant, astante ibi, dum hæc peraguntur, universo cubiculi ministerio, et coronati domini per triclinium augustalis eunt, ubi logotheta cursus publici, canicleo præfectus, capitaneus imperatorium, manclavium et hetæria seu corporis custodes adsunt. Intra portam augustalis majorem lavatores, aurea et lapidibus pretiosis ornata malluvia portantes, domini et auream manum seu in porticu augustalis extra magnam portam stant, ubi et chrysotriclinarii adsunt. Tunc ad nutum domini præpositus, inclinato versus dominos capite, propria veste ostiario auream virgam tenenti signum dat: quatuor enim ostiarii aureas et gemmis pretiosis instructas virgas portant. Deinde egreditur, et magistros, proconsules, patricios, strategos, officiales et clausurarum præfectos ad-

VARIÆ LECTIONES.

[15] ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι διὰ τοιούτου σχήματος . . . εἰ ἐν πάσαις ταῖς δοχαῖς διὰ νεύματος τοῦ δεσπότου ὁ πραιπόσιτος νεύει τοῖς ὀφείλουσιν εἰσάξαι, εἴτε τὰ κατὰ τύπον εἰσαγόμενα βῆλα, ἐν ταῖς δοχαῖς, ἴτε ἐθνικῶν εἴσοδος ὀφείλει γενέσθαι, εἴτε ξεναλίων ἐξ ἀλλοέθνων μελλόντων εἰσιέναι. Integrum hoc scholion, in ed. omissum, præbet R. in annot.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

Offic. p. 421, 573. Ab his sacris diversi sunt referendarii vel regerendarii imperatorum, qui referebant de rebus scitu necessariis ad imperatorem. [*Referendarius est cancellarius regius. Alteserr. ad Anastas. p. 114.]* Vid. Novell. Justin. p. 54. Procop. Anecd. p. 65, 5, ubi dicuntur referendarii libellos supplices ad Imp. referre. Videntur fere secutis temporibus referendarii regii desiisse, et ipsorum referendi munus ad Logothetas dromi C
et ad præfectos Caniclii transiisse. Vid. Cedren. p. 543. Reprehendit ibi loci Goarus Xylandri interpretationem, non quidem absque omni jure (nam referendarius aut Caniclius non tantum acta in senatu, sed etiam de dubiis, agendis, postulatis, etc... referebat), ipse tamen interpretationem multo nequiorem substituit, præ qua bona et proba Xylandreana habeatur. Ἡ τῶν ἀναφορῶν διοίκησις est *actio, functio, referendi*, de rebus ad imperatorem nempe. Non recogitabat V. D. usum verbi ἀναφέρειν *notitiam alicujus rei alicui dare, et ejus sententiam quid agendum sit explorare.* Quæ notio manavit ex vetere formula *retulit Consul* scil. ad Patres Conscriptos, quos sententiam rogavit. Vid. Script. Hist. August. t. II. pag. 42 fine. Vales. ad Ammian. Marcell. p. 39. Ἀναφορά sic dicitur scriptum, quo rei alicujus status imperatori exponitur, ut apud Theophan. p. 78, D
et ipsa imperatoris ad populum oratio, narratio, mandatum, significatio de notabili quadam in rebus regni facta mutatione dicitur ἀναφορά. Vid. Cedren. p. 750 sqq. 754, et locum Cyrilli Scythopolitani apud Alemannum ad Procopium p. 101, ubi ἀναφορά est non tantum *relatio*, sed etiam *remonstratio* et *supplicatio*, ut ibi ad sensum bene vertitur.

(69) Significationem de statu vel recta jam facta constitutione rerum ad disciplinam ecclesiasticam, eoque ad patriarchalem inspectionem et ordinationem pertinentium. De voce κατάστασις et τῷ τῆς καταστάσεως dixi ad p. 418.

(70) Sunt qui malluvium, τὸ νιψίστιον, imperatori tenent; vid. ad p. 418.

(71) Sunt malluvia, seu pateræ, pelves, in quibus αἱ χεῖρες νίπτονται, manus lavantur, cum adjunctis τοῖς ξέστοις, seu sextariis, id est hydriis, gutturniis, e quibus aqua in suppositam pelvim defunditur. V. Habert. Pontific. p. 50. De hoc modo novorum Græcorum appellationes duarum diversarum rerum, attamen communione quadam inter se junctarum, in unam vocem colliquandi, qualis est in voce δισκοποτήριον, *discus cum superimposito calyce*, dicam ad p. 43. Quod novi ξεστὸν *sextum*, *sextarium*, appellabant, seu gutturnium sextarium aquæ continens, id veteres πρόχοον appellabant. Homerus:

Χέρνιβον ἀμφίπολος πρόχοόν θ' ἅμα χερσὶν ἔχουσα.

E quo loco simul patet, χέρνιβον, quod in probatis vetustis auctoribus non reperitur (illi enim χέρνιψ dicunt), jam tum in usu fuisse, ut multa fuerunt eorum, quæ in hoc nostro codice similibusque nova videbuntur viris doctis, aut veterum novorumque simul non satis familiaribus, aut non satis firmæ memoriæ. Habuit omnia, quæ manifesto nova et barbara non sunt, sed sordida tantum sunt, vetustissima Græca ætas; verum iis auctores mundi tiarium studiosi abstinuerunt.

(72) Hic habetur scholion in membranis, quod quia in extremo præsecto margine scriptum et hiulcum erat, (ut passim sunt eadem de causa scholia hujus codicis,) omissum fuit. Unicum locum supplere ex ingenio non potui, ubi puncta posui. Est autem hoc: Ἰστέον, *etc. Vide var. lect.* Ad rem ipsam quod attinet νεύειν novis Græcis est nutu signum dare opportuni temporis peragendæ alicujus imperatæ rei, pro quo etiam dicunt καιρὸν διδόναι, ut contra qui signo dato obtemperat, καιρὸν λαμβάνειν dicitur, formula frequenti in Pontificali Haberti. Pro διὰ νεύματος κελεύειν, *divina annutatione indicare.* jubere nempe, hic quidem loci, proceres ad venerandum Augustum

ducit : quibus pro more salutantibus dominos, et secundum suos ordines constitutis, ad nutum

ὑποκλίνας τοῖς δεσπόταις, διὰ τῆς οἰκείας χλανίδος νεύει (73) τῷ ὁστιαρίῳ (74) τῷ τὴν χρυσῆν βέργαν

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

intromittendos esse, Anna Comnena Alexiadis p. 263, dedit τὸ δοῦναι τοῖς ἔξωθεν τὴν εἴσοδον διὰ τοῦ βλέμματος ἐμφαίνειν. Dignus est, qui totus apponatur, ille locus ; et hunc præsentem nostrum, et alios Nostri deinceps plures illustraturus, in quibus de senatus in consistorium processione seu conventu et Silentiis agitur, ut qui clare doceat, quomodo præsederit imperator, quomodo protectores corporis sacri adstiterint, quem locum obtinuerint regii sanguinis viri, quem senatores, quid in silentiis actum, quomodo processum fuerit Οἱ πάλαι τῶν βασιλικῶν σωμάτων τεταγμένοι φύλακες πρῶτοι πρὸς τὴν βασιλικὴν ἐχώρουν σκηνήν, οἱ μὲν ξίφη περιεζωσμένοι, [sunt spatharii et omnes de spathis nominati] οἱ δὲ δόρατα φέροντες, [sunt τὰ ἄρματα armigeri], οἱ δὲ τὰς βαρυσιδήρους ῥομφαίας ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχοντες. [Per τὰς ῥομφαίας intelligit Anna aut τὰ σπαθοβάκλια, aut secures Barangorum, quamvis vocabuli non propria significatione usa.] Ἐκ διαστήματός τινος τοῦ βασιλικοῦ θρόνου εἰς μηνοειδὲς σχῆμα ἑαυτοὺς ἱλαδὸν καταστήσαντες, καὶ οἷον ἐναγκαλισάμενοι τὸν αὐτοκράτορα, θυμῷ στρατηγούμενοι πάντες - - ὅσον δὲ συγγενὲς ἐξ αἵματός τε καὶ ἀγχιστείας τούτῳ πρόσῆκον, ἀγχοῦ τοῦ βασιλικοῦ θρόνου ἑφ' ἑκάτερα ἵσταντο. Δεξιόθεν δὲ καὶ ἐξ εὐωνύμων ἕτεροι καθίσταντο ὑπασπισταί. Ὁ δὲ βασιλεὺς φοβερὸς ἐπὶ θώκου προὐκάθητο, οὐ βασιλικῶς ἐσταλμένος μᾶλλον ἢ στρατιωτικῶς. [Gerebantur enim hæc in castris.] -- φωνή δέ τις παρ' οὐδενὸς ἐξηκούετο, ἀλλ' ἀτενὲς πρὸς τὸν ἐφεστηκότα τῇ πύλῃ τῆς σκηνῆς [ostiarium, aut silentiarium] ἀπονεύοντες ἑπτοημένοι εἱστήκεσαν. - - τούτῳ ὁ βασιλεὺς ἐνατενίσας. δοῦναι τοῖς ἔξωθεν τὴν εἴσοδον διὰ τοῦ βλέμματος ἐνέφηνεν. Ὁ δὲ παραχρῆμα τῆς εἰσόδου τούτοις παραχωρεῖ. Οἱ δὲ καίπερ δεδιότες, ἀλλ' ὅμως εἰσῆεσαν, κάτω τετραμμένοι τε τὰς ὄψεις, καὶ βραδεῖ ποδὶ στείχοντες. Κατὰ στίχους δὲ τὴν στάσιν λαχόντες ἐκαραδόκουν τὸ μέλλον, ἕκαστος δειδιὼς, ὡς τὸν περὶ ψυχῆς λοίσθιον δρόμον δραμούμενος. Finita oratione imperatoris, ἐπὶ τούτου θροῦς ἦρτο πολὺς, τῶν μὲν ἐπαινούντων τὸν βασιλέα καὶ θαυμαζόντων τὴν ἀνεξικακίας καὶ πραότητος, et reliqua. Ait Anna primos ad prætorium accessisse mane antiquos custodes et protectores sacrorum corporum, quorum alii enses e zonis pendentes, alii manibus hastas, alii graves ferro et latos enses, seu secures super humeris gestaverint ; eosque in semilunarem formam astitisse. Prope thronum regium stetisse sanguine et affinitate domino junctos ; pone imperatorem, *super capite ejus*, ut Arabes loquuntur, astitisse dextra sinistraque armigeros, procul dubio spadones. Coram velo stantes non ausos fuisse hiscere, sed respexisse omnes ad ostiarium, ingressui prætorii appositum. Hunc accepta annutatione imperatoris, qua intellexisset proceres intromittendos esse, eos intromisisse. Hos tardo gradu ingressos adstitisse juxta series, et audita Alexii oratione acclamasse multo cum strepitu et laudasse.

(73) Quia coram imperatore omnia decenter, tranquille, cum venerationis quadam significatione et majestate debebant agi, silenter et ipso nutu significabat quid actum vellet, et præpositi aliique plerumque nutu et manus gesticulatione, et in aliis quoque tunicæ concussione imperata subinnuebant *[Toga signum dabant veteres ; vid. Drakenborg. ad Livium tom. III. p. 906.]* Ad varia significanda, variisque temporibus et locis concutiebant, levabantve veteres vestem, olim quidem in theatris, significandi favoris ergo, deinde in aula Byzantina præpositi palatii aut sacri cubiculi, si qua de re imperatorem admonitum vellent, quia ipsi voce imperare pro indecenti et majestatem lædente habebatur ; in ecclesia diaconi, quando clara voce aut presbyteris preces recitantibus, aut psaltis in ambone, aut populi fideli utendum esset atque acclamandum. Ipse imperator in Circo sublata purpura sua, in certam plicarum formam composita, quam ῥωσθέλιον appellabant, populum adorabat vel saluiabat, qui ritus vetustæ missioni mappæ consularis successit, ut suo loco videbimus. Jam de singulis pauca quædam addemus. De more concussis olim quidem tunicis, deinde vero orariis, favoris Circensis significandi gratia, Casaubonus et Salmasius egerunt abunde ad Vopisci Aurelianum cap. 49, quo est eum imperatorem *primum dedisse oraria populo Romano, quibus is ad favorem uteretur.* Egit quoque Petavius ad Themistium p. 500, ubi tamen sinistre interpretatus fuit locum Philostrati Vit. Apollon. Tyan. l. 5. et dictionem ὀθόνῃ διδόναι de more, qui Philostrato, nedum Apollonio fuit recentior. Rectius interpretatus eum fuit Olearius. Nuperrime de hoc more disputavit cl. Reimarus ad illud Xiphilini p. 1000, de Seneca et Burrho, qui cantante in scena Nerone τάς τε χεῖρας καὶ τὰ ἱμάτια, ὁπότε φθέγξαιτό τι, ἀνέσειον καὶ τοὺς ἄλλους προσεσπῶντο. Insignis est in hanc rem locus Georgii Alexandrini in vita Jo. Chrysostomi locus, c. 40 : Ἐκρότουν αὐτὸν ὑψοῦντες εἰς τὸν ἀέρα, οἱ μὲν τὰς χλανίδας ἑαυτῶν, οἱ δὲ τὰ πτερύγια τῶν κουτζούλων, ἕτεροι δὲ τὰ ἐγχειρίδια, καὶ ἄλλοι τὰ φακιώλια. Ait auctor quosdam chlanidas seu tunicas suas in altum sublevasse testandi favoris causa, alios oras extimas, cuspides vel angulos, aut alas, casularum suarum, alios mappas manuales, alios denique tiaras suas, aut capitum involucra, facialia dicta. De more, quo præpositus submisso nonnihil capite, et levata tantillum tunica imperatorem monebat, tempus esse surgendi atque procedendi, testatur et hic noster locus, et alii nostri codicis, et ille in primis l. II, c. 10, p. 315 : Εἰσέρχεται ὁ πραιπόσιτος καὶ προσκυνεῖ σχηματοειδῶς πῶς τὴν κεφαλὴν ὑποκλίνων, καὶ ταῖς χερσὶ μετρίως κουφίζων τὸ ἑαυτοῦ σαγίον. Pro *sago*, vel *sagio*, nominatur in loco nostro et alibi ἡ χλανίς. Esne igitur idem sagum et χλανίς ? Equidem, ut verum fatear, nescio. Tam inconstanter et obscure loquuntur, ut de omni re vestiaria, ita de sago quoque et chlanide scriptores, ut diversumne a chlamyde fuerit, an idem, chlanis liquido non constet. Sunt loca, e quibus appareat eadem esse sagum et chlanidem, sunt rursus alia, e quibus contrarium colligas ; quare velim nos excusatos habeat, si quis forte credat nos peccasse vocem χλανίς Latina *tunica* reddendo. Sagum et chlamydem aut idem aut propemodum idem esse non dubitatur. Quando igitur eadem in re uno

(74) Ostiarius est duplicis generis, palatinus et ecclesiasticus. De priore hic sermo. Erat qui in velis stabat, et vocatos introducebat ad imperatorem. Vid. Du Cange Gloss. utroque. *[Adextratores et ostiarii qui fuerint, vid. ord. Rom. p. 169, de formula, cum ostiarius Ecclesiæ eligitur, Durand. Rational. p. 54]* Virgam auream, Ostiarii symbolum, memorat Asterius, Orat. in Œconomum iniquitatis, apud Du Cange Gloss. Lat. v. *Cura*, καλαμίδα χρυσῆν appellans. Virgæ talis aureæ imaginem videre licet apud Bandur. t. II, p. 633, in illa tabula, quæ S. Crucis inventionem sistit oculis. Astant ibi imperatrici in throno sedenti duo seu silentiarii, seu Ostiarii, tunicati et humeralibus induti, tenentes in dextra quisque virgam auream gemmis ornatam, et gemino illo margaritarum.

κατέχοντι· τέσσαρες γὰρ ὀστιάριοι τὰς χρυσᾶς ἐκ λίθων τιμίων ἠμφιεσμένας βαστάζουσι βέργας. Καὶ ἐξέρχεται, καὶ εἰσάγει τούς τε μαγίστρους (75) ἀνθ-

A imperatoris præpositus clare et harmonice dicit; « Jubete. » Et postquam cum dominis ad onopodium exierunt, ubi drungarii vigiliæ et rei navalis

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

in re uno loco chlanis, altero sagum appellatur, non improbabiliter conjicias ista omnia idem esse. Id adhuc magis stringit, quod de χλανίδι dicatur, eam περιβάλλεσθαι, *circumjici*, quod fit p. 175 ult., et 175, ἁπλοῦσθαι *expandi*, *distendi*, quod in chlamyde quidem, at non in tunicam quadrat, item quod Nilus ait l. II, Ep. 245: Οἱ μοναχοὶ στολιζόμενοι ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ ἀναβάλλονται ὦμου, γυμνοῦντες ὅλον τὸ εὐώνυμον μέρος. Οἱ δὲ φοροῦντες κοσμικοὶ τὰς χλανίδας τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ σώματος τοῖς πᾶσι φανερὸν καθιστῶσι. Qui locus τῇ χλανίδι tribuit, quod alii scriptores omnes τῷ χλαμύδι tribuunt, quamvis dubitem, aut potius sciam, omni tempore observatum non fuisse morem, quem de suo ævo perhibet Nilus, ut laici fibulam chianidis aut chlamydis in dextro humero ferrent, clerici B in sinistro. Sed erit forte alibi amplior de his agendi locus. Illam Balsamonis dictionem de concussione orarii in sacris, a Casaubono jam allatam, repetere nolo. Constat ex ea, astantes sacra facientibus sacerdotibus diaconos observare tempora precum tacitarum et exclamationum, signumque orario moto dare stantibus in ambone, ut clara voce, quæ opus identidem sit, recitent. Idem imperat quoque Pontificale Haberti p. 53. Λέγει ὁ δευτερεύων. Τῶν Κυρίου δεηθῶμεν, τὸ Ὡράριον κρατῶν. Καὶ λέγει ὁ πατριάρχης καὶ οἱ λοιποὶ τὴν εὐχὴν τῆς εἰσόδου μυστικῶς. Αὐτῆς δὲ τελεσθείσης λέγει ὁ διάκονος πρὸς τὸν πατριάρχην. Εὐλόγησον, δέσποτα, τὴν ἁγίαν εἴσοδον, δεικνύσων ἅμα κατ πρὸς ἀνατολὰς μετὰ τοῦ ὡραρίου οὕτως κρατῶν αὐτό. Idem, p. 112· Ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων μικρὸν ὑποκλίνας τὴν κεφαλὴν καὶ δεικνύων σὺν τῷ ὡραρίῳ τὸν ἅγιον δίσκον, λέγει. εὐλόγησον, δέσποτα, τὸν ἅγιον ἄρτον. Quod in superiori loco οὕτως dixerat, viva docentis C voce adjuvandum, docendo coram monstrantis gesticulationem, id idem Pontificale p. 28, clarius τοῖς τρισὶ δακτύλοις τῆς δεξιᾶς χειρὸς enuntiat, in illis: εἶτα στρέφεται [diaconus] πρὸς τὸν πατριάρχην, καὶ ὑποκλίνας τὴν κεφαλὴν ἑαυτοῦ κρατῶν καὶ τὸ ὡράριον τοῖς τρισὶ δακτύλοις τῆς δεξιᾶς χειρὸς καὶ ὑποδεικνύς αὐτὸ [nonnihil sublatum id in conspectum patriarchæ ingerens] λέγει· Καιρὸς τοῦ ποιῆσαι τῷ κυρίῳ· Δέσποτα, εὐλόγησον, *tempus instat, quo dominus* [patriarcha] *recitet*: *Domine, benedic.* Scilicet pro indecenti habebatur nuda manu superiorem aliquo dirigere et spectare jubere. Ergo subjecta orario vestive manu monstrabant; quemadmodum etiam qui ecclesiæ, sanctis, regibusve coronas aureas sertave aut munera alia offerrent, detrahere de pretio doni, et maculare puritatem ejus Ecclesiæque, et majestatem eorum, quibus destinata ea essent, violare sibi videbantur, si ea nudis manibus contingerent: quapropter in antiquis monumentis apud Ciampinum (ut t. II, tab. 26, 27, 46, 47, 49, et aliis) aut ambabus aut saltem una manu sub chlamyde missa conspiciuntur offerentes donaria suam oblationem sustinere et exhibere. Solebant Græci quoque medio ævo concussa veste sese ad duellum provocare, ut Latini eorum temporum projecta chirotheca; ut constat ex Anonymi de Amoribus Lybistri et Rhodames apud Du Cange v. Ῥέντα. [Est autem ῥέντα arena bellica, vel gladiatoria, locus condictus, quo duellantes ex condicto conveniunt ad dirimendam rixam suam, *le rendez-vous*, unde manavit.]

Μέσον τῆς ῥέντας ἵσταμαι, ζητῶ ἵνα τὸν δώσω,
Καὶ τὸ ὀφρίν μου ἐκίνησα, κατέβην εἰς ἐκεῖνον,
Ἐκεῖνος πάλιν μετ' ἐμοῦ. Γίνεται κτύπος μέγας.

Dictio ἵνα τὸν δώσω significat in Græcobarbaro sermone idem atque ἵνα αὐτὸν πατάξω. De sermone

per signa, qui medio ævo in monasteriis vigebat, damnato linguæ usu, longam tractationem intexuit Du Cange Gl. Lat. v. *Signum* ex Ordinali S. Victoris Parisini.

(75) Recensio aliqualis hæc est palatinorum officiorum, quam tamen aliis locis pleniorem dabit. *[De magistrorum dignitate in aula Byzantina vid. Du Cange ad Alexiad. p. 245.]* Sæpe occurrent in hoc libro οἱ μάγιστροι et ὁ μάγιστρος. Si in singulari et absolute Magister appellatur, intelligitur ὁ τῶν βασιλικῶν ὀφφικίων, *sacrorum officiorum*, item τοῦ παλατίου et τῶν ἐν αὐλῇ τάξεων (quæ omnia eodem redeunt,) *Magister*. Aliquoties etiam οἱ δύο μάγιστροι occurrunt, ut cap. 47, l. II, in formula allocutionis legatorum Bulgarorum, item in Cletorologio excitatur ὁ μάγιστρος, et iterum ὁ μάγιστρος. Erant enim, ut equidem existimo, tot magistri, quot erant imperatores; si duo imperatores essent, erant totidem magistri. E. c. Constantinus noster pro se habebat magistrum unum, et filius ejus Romanus alterum. Ita quoque Leo Sapiens et Alexander, ejus frater. Sed mera hæc est conjectura, cui vehementer adversari videtur locus Luitprandi Legat. p. 481 initio, ubi Nicephoro, se legatum prima vice admittenti, adstitisse ait Basilium parakymomenum, protosecretam, protovestiarium et duo magistros. Nicephorus potest tunc dici aut solus regnasse, aut cum collegis Constantino juniore et Basilio, Romani filiis, quorum se tutorem gerebat. Si solus, quare duo magistros penes se habuit, si quidem conjectura nostra recto talo stat? Si autem collega, quare non tres, quandoquidem tres imperatores tunc essent. Sed statuat ea de conjectura quantum quisque velit. Alias multi erant magistri in aula Byzantina, et Luitprandus suo, id est æquali nostri Constantini tempore, viginti quatuor eorum numerat. Scilicet quævis nobilior dignitas, tam palatina, quam militaris, præfixum habebat titulum magistri, ut paulo post titulus prohedri solebat præfigi. Quamvis hujus rei vestigium in hoc codice pene non exstet, apud alios tamen scriptores historiæ Byzantinæ sæpe occurrunt axiomatici cum præfixo magistri titulo. Ita Leo Grammat. p. 453, 461, 475, magistrum et domesticum scholarum memorat, et p. 494, μάγιστρον καὶ μέγαν ἑταιρειάρχην. Cedrenus p. 593, habet μάγιστρον καὶ στρατηλάτην et μάγιστρον καὶ λογοθέτην τοῦ δρόμου; item p. 604, magistrum et drungarium vigiliæ p. 613, magistrum et stategum Armenorum, et magistrum atque præfectum excubitorum. *[Μάγιστρος καὶ δομέστικος τῆς Δύσεως est apud script. post Theophan. p. 293.]* Scylitzes p. 822, habet magistrum D et protoasecretis. In universum habebant singula officia palatina suos magistros, qui et principes appellabantur, ut Salmasius ad script. Hist. Aug. t. II, p. 239, observavit, qui p. 220 addit, magistrum officiorum omnium et principem officii palatini, simpliciter magistrum vocari consuevisse. Conf. Agathias p. 116, ed. Vulcan. et Procop. Anecdot. p. 109 ult., quem locum Alemannus bene restituit. *[De magistris palatii eorumque origine ex aula Byzantina v. les Dignitez de la France, p. 227.]* De officio et partibus magistri officiorum docte atque fuse disseruit Vales. ad Ammian. Marcell. p. 296. Medio ævo hos magistros quoque *præceptores palatii* appellabant, quorum erat *vitam imperialis aulæ et majora negotia suæ discretionis arbitrio definire*, ut nit Vita S. Aldrici episcopi Senonensis apud Du Cange v. *Præceptor*. Aut cum magistro sacrorum officiorum aut cum præposito

cum spathariis imperatoriis, arma imperatoris A υπάτους (76) τε καὶ πατρικίους (77), στρατηγούς (78)

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

convenit *Siniscalcus*, de quo vid. Murat. t. I Antiq. Ital. p. 119. Disputatum hæc ætate fuit de officio et etymologia *Senescalci*, aut *Sinescalci*. Mihi videtur a voce antiqua *sinde* et *scalc* venire. Notat autem *Sinde* idem atque superstes adhuc vox cum præpositione adjecta *Gesinde*, id est ὑπουργία *familia*, *famulitium*, *obsequium*. *Nutritios*, τοὺς συντρόφους, appellat Gregorius Turonens. VI, 11. *Nutritios, qui ad exercendum ministerium regale erunt necessarii. Gesindeknecht*, famulus, qui cæterorum famulorum inspectionem et procurationem sibi habebat injunctam.

(76) Anthypati seu proconsules posteriorum temporum longe sunt alii a procos. illis vetustis florentis Romanæ rei. Merus tum erat titulus auctoritate cassus, nisi qui ἀνθύπατοι τῶν θεμάτων procoss. provinciales essent. Forte sic dicti fuere, non quod *loco consulum*, *pro consulibus* essent, sed B quod *ante Hypatos* essent, et illos præcederent. Videntur in τῶν Ἰλλουστρίων locum successisse. Nam ut *Illustris* titulus nulli officio soli alligatus erat, sed tantum comitabatur summas dignitates, ita deinceps iidem *Anthypati* dicebantur, qui olim *illustres*, hoc titulo evanescente. Habebantne singulæ provinciæ suos proconsules? Sane Antiochus Ἀνθύπατος τῆς Ἑλλάδος est apud Zosimum v, 5, 84, et e nostri Cletorologio constat majorum quarumque provinciarum strategos fuisse simul Anthypatos; non hoc titulo, sed illo, auctoritatem illis tribuente. Junctus quoque solebat esse titulus Anthypati cum titulo patricii; sed uterque merus erat titulus, nullius potestatis aut index, aut auctor. *[Vid. Contin. Constant. III, p. 67, ubi Alexio Moselli patricii primum et procos. collata a Theophilo dignitas, tum vero magister quoque ac Cæsar ab ipso creatus est.]*

(77) Erat hic quoque merus titulus, honorem et C dignitatem conferens, at auctoritatem nullam. Auctorem habuit Constantinum M. teste Zosimo II, 40, ubi memorat aliquem Olatum, ὃς παρὰ Κωνσταντίνου τετυχήκει τῆς ἀξίας τοῦ πατρικίου, τκύτην τὴν τιμὴν καὶ προκαθῆσθαι τοὺς ταύτης ἠξιωμένους τῶν τῆς αὐλῆς ὑπάρχων νομοθετήσαντος. Significat patricius idem atque *patrem*. Etymolog. M. πατρίκιος οἱονεὶ πατὴρ τοῦ κοινοῦ. Patricii enim urbium, regionum, imperatorum erant iidem atque patres urbium, regionum, atque imperatorum; qui eos et eas curarent, diligerent, foverent, ut pater liberos suos. Olim sæculo Constantini M. et Theodosiorum quotquot patricii essent, iidem quoque patres imperatoris appellabantur, ut consiliarii et directores ejus, omniumque consiliorum ejus conscii et administri. Apud Menandrum in Exc. Legat. Hœschel, p. 102, memoratur aliquis Παμφόριος ὄνομα, ἀξίωμα βασιλέως πατήρ, et pag. 110, appellatur idem ἐν τοῖς βασιλέως πατράσι τε- D λῶν. Ergo plures erant patres imperatoris, et omnes participabant, qui sacris consultationibus adhiberentur. Idem p. 132: Στέλλεται κατὰ τὴν Περσῶν χώραν πρεσβευτὴς Τραϊανὸς ἐν τοῖς βασιλείοις πατράσι τελῶν καὶ τὴν λεγομένην τοῦ κουαίστωρος διέπων ἀρχήν. Olympiodorus apud Photium in Bibliotheca p. 106, Ἰοβιανὸς πρεσβεύσας πολλάκις - - καταμένει πρὸς Ἄττολον [id est παρ' Ἀττάλῳ] πατρίκιος Ἀττάλου ὀνομασθεὶς, id est *consiliarius*. Recte proinde Ducas Patriciis Weziros Turcarum confert, Hist. c. 22: Προσκαλεῖται τὸν πρῶτον τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ, ὃν βεζύρην κατὰ τὴν αὐτῶν καλοῦσι γλῶσσαν ὃν οἱ Ῥωμαῖοι πατρίκιον καὶ μεσάζοντα λέγουσι. Conf. Anthолog. H. Steph. in carmine οὗτος ὁ κοσμήσας p. 299. In Cod. Theodosiano præfecti prætorio et illustres alii proceres non tantum *fratris* nomine ab impp. compellantur (unde illa sigla F. A. *frater ave*) item *fratres charissimi et amantissimi*, sed etiam *patres*; v. Guther. de Off. Dom. Aug. p. 314, 465, et Negelin in diss. de diptycho Norimbergensi. At quid de Cedreno statuendum, qui p. 595, de Leone Sapiente Constantini nostri patre narrat eum primum titulum τοῦ βασιλεοπάτορος instituisse, eumque Tzantzæ socero suo tribuisse; cum tamen is ipse p. 327, dixerit Theodosium M. filiis suis Honorio et Arcadio præfecisse Arsenium, ornatum titulo τοῦ βασιλεοπάτορος· vid. Dissert. cl. Leichii de Constantino, huic operi præmissam c. 3. Scilicet anticipavit Cedrenus tempora. Fuit quidem ævo Theodosii in usu mos omnes patricios seu consiliarios aulicos *patres imperatoris* Latine et Græce πατέρας τοῦ βασιλέως appellandi; at nomen illud compositum βασιλεοπάτωρ, et tota illius dignitatis ratio solius Leonis inventum, et antiquioribus temporibus ignota res fuit, ut patebit ex iis, quæ ad p. 413 ult. dicentur. Quæ Goarus ad Codin. de Offic. p. 29, n. 36, de Tata seu patre aulæ, posteriorum ætatum dignitate, attulit, non exscribam. *[Paulus pater imperatoris, Fredegar. p. 206. — Marie Stuart envoya en Ecosse pour négocier son rétablissement Jacques Hamilton, chef de sa maison, la plus illustre d'Ecosse. Elle luy donna le titre de son lieutenant général dans le royaume, et l'adopta pour son père, titre nouveau, excepté dans l'ancien temps. Pitaval, *Causses illustres*, t. IX, p. 179. Syracusanæ urbis præfectus ante Saracenos *Patricius* vocabatur.]* Id est procurator, rector vicarius; vid. ad p. 154 dicenda. Ita πατρίκιος Ἀφρικῆς apud Theophan. p. 235, πατρίκιος τῆς Λαζικῆς καὶ Βαρνουχίου pag. 309. *[In libro diurno exstat ad Patricium provinciæ epistola, qua Garnerius dicit intelligi aut prælectum provinciæ a CPtano imperatore in Occidentem missum, aut C eum, qui a Galliæ rege sit ablegatus, p. 107. In Chronico Vulturn. apud Murator, t. I Scr. Ital. p. 425, habetur hæc formula: *In nomine Dei nostri J. C. anno imperii Dn. nostri Constantini VII, et V. anno patriciatus domini nostri Landulfi, nec non et V anno domini nostri Athenulphi principis* - - et p. 417, memoratur *Adenulphus Lanyobardorum gentis Anthypatus et patricius.]* Reguli Longobardi Græciæ majoris, qui hic memorantur, cum provincias suas ab impp. CPtanis ut vasalli tenerent, patricii erant aulæ CPtanæ, et annos sui patriciatus, id est principatus sui ab aula CPtana dependentis, numerabant, ut imperatores imperii sui. *Gaimerius princeps Beneventanorum patricius factus, postquam CPlin venisset.* Anonym. Salern. t. II, p. 11,

(78) Strategi posterioribus ævis erant iidem, qui olim proprætores et proconsules in provinciis erant, D præfecti nempe provinciarum et juris dictatores sam in rebus civilibus, quam in militaribus, magistri militum simul et gubernatores urbium. Militaris ordinis erant strategi, contra quam olim, cum civiles magistratus essent. Quod natum ex diversa usurpatione vocis στρατός, vel potius ex diverso militiæ genere. Initio quidem cives urbis alicujus contra hostes suos ipsi in arma ibant. Propterea στρατὸς dicebantur; et ὁ δῆμος atque ὁ στρατός idem erat, et sæpe Pindarus posterius posuit, ubi alii prius ponere maluissent; et magistri eorum, ὅτι δημηγοί vel prætores, στρατηγοί vel στρατάρχαι audiebant. Deinde vero mansit quidem significatio vocis στρατός, itaque dicti qui adversus hostem arma gererent, sed oppidani ipsi non amplius in campum ibant, sed milites mercede seu ad tempus, seu ad perpetuum conducti pro ipsis bellabant. Quo factum, ut eorum magistri, quamvis immediate plebi non imperarent, στρατηγοί dicerentur.

τε καὶ ὀφφικιαλίους (79) καὶ κλεισουράρχας (80), καὶ τούτων κατὰ τὸ εἰωθὸς προσκυνούντων τοὺς δε-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

t. II, p. II, Scr. Ital. pag. 272. *[Adelgisus Desiderii Longobardorum regis filius a Constantino Græc. imp. constituitur patricius. Schminck, ad Eginhard, p. 40. Gilimer Wandalorum rex non factus est patricius a Justiniano, quod Arianam hæresin ejurare nollet. Procop. et Theophan. p. 170.]* Reges igitur et principes occidentales eorum temporum suscipiendo patriciatum a CPtanis impp., cujus rei exempla longe plurima dedit Du Cange Gloss. Lat. v. *Patricius*, agnoscebant, se vasallos eorum esse, patricios ejus, id est procuratores, locum tenentes, vicarios. Patricii vocem ea ætate id notasse patet ex loco Benzonis p. 1062. *[Postera die congregato concilio in ecclesia principis apostolorum, sedit rex Henricus in medio episcoporum — tum rex ait: Seniores, solito more sit in electione nostra. Accipite quem vultis de tota præsenti congregatione. Qui responderunt: Ubi adest præsentia regiæ majestatis, non est electionis consensus in arbitrio nostræ voluntatis. Etsi forte aliquotiens absens estis, tamen per officium patricii, qui est vester vicarius, semper apostolicæ promotioni interestis. Neque enim patricius est papæ patricius, verum ad præparanda reipublicæ negotia est imperatoris patricius. — Decretum est, ut rex Henricus cum universis in monarchia imperii sibi succedentibus fieret patricius, sicut de Carolo M. factum legimus. — Inductus igitur rex viridissima chlamyde desponsatur patriciali annulo, coronatur ejusdem præfecturæ aureo circulo.]* Ducit nos hic locus ad celebratam illam de patriciatu Romanorum, quem gesserunt imperatores occidentales, quæstionem, cujus origo prima hæc mihi videtur fuisse. Imperatores CPtani Romam olim mittebant, ut alio, patricios, res Romanas suo nomine curaturos: cum deinceps episcopis Romanis non bene conveniret cum illis Græcis patriciis, et deficere ab imperio Orientali meditarentur, invitabant reges Francos ad suscipiendam rerum apud Romam civilium procurationem, seu patriciatum. *[Vid. Muratori Annali d'Italia, t. II, pag. 397, 405, qui credit patriciatum constitisse in defensione Ecclesiæ Romanæ. Conf. Later. pariet. p. 32, ubi de Caroli M. patriciatu. De dignitate patriciorum, et quod provinciis præfecti fuerint, postea vero eum titulum reliquerint v. p. 34. Patricius idem, qui postea dux vocatus p. 35, ex Henrico Monacho. Patriciatus Caroli M. maxime in defensione Ecclesiæ consistebat. Idem propterea quoque *defensor* appellamus. Conf. p. 58. Claves sepulcri S. Petri ad patricios mitti solebant. Testis Carolus Martellus, t. IV, p 282 [credo Muratorii Annal. d'Italia] conf. p. 407, Patriciatum deposuit Carolus M. cum imperatoris titulum assumeret, *Cærim. Gall.* p. 94, imperatorem eos, et patricii dignitate uti solitum apparet ex l. *Hadrianus* et seqq. Dist. LXIII, conf. not. ad Constant. Donat. p. 64. *Anastasii et Leonis ætate redit Romæ Hadrianus papa, a quo Carolus Francorum rex Romanorum patricius constitutus fuerat, regnumque Italiæ susceperat.* Museum Ital. p. 41. Patricium se dicit Carolus M. in litteris ad Alexium apud Baronium et Act. SS. mens. Jun. t. I, p. 714. Henricus IV, apud Ottonem Frisingensem de reb. gest. Friderici Barbarossæ l. I, c. 1, *patricium primum* se appellat. *Apud Boioariæ civitatem Brixinoram — curiam magnam celebravit, ubi injurias sibi a Romana Ecclesia irrogatas affectuose conqueritur, quod videlicet ipso inconsulto, qui tanquam rex et patricius primus suæ urbis episcopi esse deberet, Romani sibi pontificem præfecissent.* Henricus imperator, ut dominium urbis Romæ assereret, annuos consules binos creavit, se primum patricium dici voluit, triumphum instituit, in quo acclamatum: Henrico Augusto a Deo coronato — Ecclesiæ defensori vita et victoria. Goldast. ad Eginhard. p. 170.]* Jam antiquus erat titulus *primi patricii*, idem valens atque *princeps, senatus*; cujus rei exempla dedit Du Cange v. πατρίκιος, cujus utrumque Glossarium, sed Latinum præcipue, præclara multa de patriciis veteris juxta et recentioris ævi docet. *[Clemens II coronavit Henricum II et uxorem Agnetem, qua occasione jurarunt Romani nolle se unquam pontificem absque imperatoris voluntate eligere. Ipsi præterea de uno concesserunt patriciatum, utque præter imperatoris coronam aureum circulum ferret jussere.* Leo Ost. l. II, c. 69. Miserunt Romani post Nicolai obitum Henrico IV coronam, rogantes simul, ut novum ipsis pontificem daret. Is convocatis Basileam principibus coronam capiti imposuit, et propterea patricius Romanus fuit dictus. Berth. Const. ad a 1061. Conf. Hermanni Contracti ad eumdem annum. Otto Fris. l. VI, c. 34, Petr. Diac. III, 21, Lamb. Schaffnab, 1063, 64. Ughelli t. II. in Vita Cædoli p. 211. Intelligitur ex modo laudato Leonis Ostiensis loco, quid sit *circulus patricialis*, cujus meminit Benzo in Panegyr. Henrici III, p. 1064: *Romani in melius recordati convenientes in unum promittunt emendare quidquid peccaverunt in regem puerum. Itaque mittunt et chlamydem, mitram, annulum et patricialem circulum per episcopos, per cardinales atque senatores. — Visum est ergo imperatrici suisque silentiariis non esse recipienda capitolii dona, nisi cum regnorum patriciis.* Temporales domini *Circulo Parium* (*des Pairs*) insigniti. *Cærim. Franc.* p. 158. Pares curiæ a patriciis descendere negatur p. 195 dissert. Du Cangii ad Joinville. Pares Franciæ passum ante omnes alias regni dignitates sibi arrogant. *Fauchet* p. 401.]* Patricii episcopos præcedebant apud Græcos, teste Luitprando Legat. p. 481 a, init., qui etiam p. 471 Histor. l. VI, c, 5. rogam annuam patriciorum perbibet fuisse duodecim auri libras et unum Scaramangium. E nostro hoc codice p. 141, patet patricios in Ecclesia peculiare sibi scamnum habuisse, in quo sederent; et e p. 142, diversos fuisse patricios syncleticos, et protospatharios, illos civiles, hos militares. Conf. p. 138, fine.

(79) Officiales, qui in officio seu obsequio, id est in comitatu imperatoris sunt. Sæpe memorantur in hoc codice post patricios et majores civiles militaresque axiomaticos, ut sint minoris, neque tamen minimi gradus, quales sunt e. c. notarii, chartularii, senatores, mandatores, hypati, dishypati, comites, silentiarii, etc. Officium est apparitio, apparitores, cœtus eorum qui magistratui inserviunt. Guther. Off. D. A. p. 626. Vales. ad Amm. Marc. p. 93. 483. Du Cang. Glossar. utroque.

(80) *[Clusæ, clusuræ, angustiæ locorum, Du Cange ad Joinvill. p. 179, μέχρι τῶν κλεισουρῶν Συρίας. Script. post Theoph. p. 519. Forte convenit cum Capitaneo ad fines tuendos Christianorum apud Leibnit. t. II. p. 245. Conf locus Guil. Apuli t. I, p. 380.]* Conf. Du Cang. Gloss. h. v. et ad Alexiad. p. 300, unde patet eos, qui castellis per clusas, id est loca angusta, meatus difficiles, hostico vicinos, vel et medio in territorio sitos, dispositis præerant, clisurarchas fuisse appellatos. Κλείσουρα pro districtu minore, quam θέμα est, passim occurrit apud Constantin. de Themat. ut p. 23. Possis cum vetustis *Marckgraviis* et *Comitibus limitum* comparare.

niarum in medio constituto : ad imperatoris vero A σπότας καὶ κατὰ τὰς οἰκείας ἱσταμένων (81) τάξεις,

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(81) Stabant proceres coram imperatore sedente in throno, neque proceres tantum, sed et legati, et principes exteri, nisi expresso verbo juberentur sedere. Quod si fieret, in humiliore sede considebant. Multa hujus rei exempla habemus. Unum ex Alexiade supra citavi p. 20 Addam inde quoque aliud. Narrans Anna, procerum Latinorum, qui ad Alexium venerant, homagii præstandi causa, unum aliquem εἰς τὸν σκίμποδα τοῦ βασιλέως ἐγκαθίσαι, et a Balduino Godofredi Bullionei fratre illinc abstractum cum ira sermone suo dixisse : Ἰδοὺ ποῖος χωρίτης ! κάθηται μόνος παρισταμένων αὐτῷ τῶν τοιούτων ἡγεμόνων. *Ecce mihi rusticum illum* ! (Alexium designabat) *solus sedet tot principibus astantibus.* Lepidum quoque est, quod Maitre Wacce en son Roman de *Rou* apud Du Cange Gloss. Lat. v. *Bancus* narrat, Robertum Normanniæ ducem CPli cum Alexio colloquentem, cum non videret B sibi sedem porrigi, et stare dedignaretur, mantellum suum sibi humi substravisse, et ei insedisse. Quod cæteros proceres Normannos, cum viderent, imitatos fuisse. Hinc jussisse Alexium, ut in parietibus Consistorii audientiæ scamna fierent. Locus. dignus est, qui legatur, neque pigebit ascribere :

Par Constantinoble passa,
Et à l'Empereur torna,
En dementiers qu'à lui parla
A la coustume qui est la,
Son mantel jus, à terre mist,
Tout defoulé desus s'asist.
Au partir quant il s'en torna
Le mantel prendre ne daigna.
Un des Grés les vit defublé,
Son mantel li a relevé,
Dist lui que son mantel prist,
Et à son col le rependist.
Et il respondi par nobloy.
Chascun dis Normans autresi
Son mantel a terre guerpi.

Cum aliis longe plurimis institutis aulæ CPtanæ Græcæ, quæ illi successit. Ottomannica quasi hæreditate hoc quoque accepit. ut legatus nullus, neque alius quisquam coram magno domino sedeat. Quo factum, ut legatus aliquis Anglicus, cujus nomen excidit memoria, CPlin a Cromwello missus, coram Sultano stare dedignans, in famulum quemdam suum, manibus pedibusque, τετραποδηδὸν innixum, consideret. Ipsi quoque Clerici coram imperatore Græco stabant. Quare cum aliquando Andronicus Comnenus ipsis, ut gratiam gratiæ rependeret, coram se in scamnis sedere permisisset, paulo post sublatum illud privilegium et reductus vetus mos fuit teste Niceta, p. 146 : Θαυμαστήν τινα παρεῖχε τὴν ἀμοιβὴν τοῖς τῶν ἐπιταγμάτων αὐτοῦ πατρωταῖς. Ἦν δὲ ἦν τῶν τότε μὲν αἰτηθέντων ῥᾳδία τερμάτωσις, — ἡ δὲ μεγίστη, τὸ συνεδρεύειν ἐκείνους αὐτῷ σκιμποδίσκων παρατιθεμένων, καὶ παρεισφερομένων τῷ βασιλείῳ θρόνῳ κλισμῶν. Ὃ καὶ οὐχ ἧττον εἰς γέλωτα τῶν ἑλομένων καὶ κασαδεξαμένων ἀργιερέων οὐκ ἐπὶ συγναῖς ἡμέραις συμβὰν, ἥπερ φαντασίαν τινὰ τιμῆς. καὶ ἐνδάλμα, ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανῆλθε συνήθειαν, etc. Insigniter igitur honorabant imperatores illos, quibus in consistorio et præsessione publica coram se permitterent sedere; narratque idem Nicetas, p. 292, ut rem insolitam, Isaacium Angelum Latinis, a quibus imperio restitutus fuerat, permisisse, sibi assidere, ut benefactoribus, quibus omnia deberet : Οἱ τῶν Λατίνων ἡγεμόνες εἰς τὰ βασίλεια παραβάλλουσιν, οὐχ οὗτοι σὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ τὸ γένος παρ' αὐτοῖς ἐπίσημοι, καὶ παρεννηνεγμένων σκιμπόδων τοῖς βασιλεῦσι συνήθριζον ἅπαντες, εὐεργέται καὶ σωτῆρες ἀκούοντες. — Quod antea idem Isaacius ipsis negaverat, ut constat ex ejusdem Nicetæ p. 215, ubi ait Isaacium inter alia superba et imperatore indigna, legatis Friderici Barbarossæ non permisisse, ut apud se sederent, cum tamen Fridericus non tantum legatos Isaaci, sed etiam homines eorum sedere jusserit. Facetus est locus, quem non piget ascribere, lepidaque illa Græci moris cum hara porcorum comparatio : Ἵνα τὰ ἐν μέσῳ παρῶ, πλείω κατηγορίαν τοῦ δρῶντος καὶ λέγοντος, ἥπερ ἔπαινον, ἔχοντα, πείθεται μόλις διαφεῖναι τοὺς πρέσβεις ἐς τὸν ῥῆγα [Fridericum Barbarossam in hibernis apud Philippopolin agentem ἐπανελθεῖν· αὐτὸς δὲ τούτους ἰδὼν καὶ μαθὼν, ὡς οὔτε καθέδρας ὁ βασιλεὺς αὐτοῖς μετέδωκεν, ἀλλὰ δουλοπρεπῶς, ἐπίσης Ῥωμαίοις, ἀὐτῷ παρειστηκότες παρώψθησαν, οὔτε τινὸς ἑτέρου ἠξιώθησαν ἀγαθοῦ ἐξαιρέτου, ἐπίσκοποί τε ὄντες καὶ αὐτῷ προσγενεῖς, ἠγανάκτει, καὶ δῆλος ἦν ἐπὶ τῷ γεγονότι τῷδε διαπριόμενος. Ὡς δὲ καὶ πρέσβεις ἡμέτεροι παρ' ἐκεῖνον ἀφίκοντο, ἑαυτῷ συμπαρέδρους πεποίηκεν αὐτούς τε καὶ τοὺς ὑπηρετουμένους αὐτοῖς. μηδὲ τοὺς ἀψοποιοὺς, καὶ ἱπποκόμους καὶ μάττοντας παρίστασθαι ἀφεικώς. Μὴ εἶναι δὲ λεγόντων ἐκείνων εἰκὸς, βασιλεῖ μεγίστῳ συνθωκεύειν ὑπηρέτας (ἀρκετὸν γὰρ ὅτι καὶ οἱ κύριοι αὐτῶν συνεδρεύουσιν), οὐ καθυφῆκέ τι μικρὸν τοῦ σκοποῦ, ἀλλὰ καὶ μὴ ἐκόντας τοῖς δεσπόταις αὐτοὺς συγκατέκλινεν, ἐν οἷς ἔπραττε. Ῥωμαίους καταμωκώμενος, καὶ δεικνὺς μὴ ἀριστῆς καὶ γένους εἶναι παρ' αὐτοῖς διαστολήν, ἀλλ' ὡς εἰς σμῆνον οἱ συφορβοὶ τὰς σῦς ἁπαξαπάσας εἰσελῶσιν εἰς ἕνα σταθμόν, μὴ διιστάντες τὰς πλῶνας, οὕτω καὶ Ῥωμαῖοι παραστατοῦντας ἔχουσιν ἅπαντας Si Friderici Barbarossæ, non Nicetæ, est illa Græcorum, nobiles ignobilesque eadem omnes lege tractantium cum subulcis porcos pingues macrosque in unam haram compellentibus comparatio; est ea quidem ambigua, nam poterat in ipsum quoque pari ratione retorqueri, est etiam imperatore nostris quidem moribus indigna, illa tamen rudiora sæcula decet, et Barbarossæ ingenium; et scomma illud maxime ibidem subjectum, perlepidum hercle, quo dicebat, in hiberna distribuens et dimittens copias, cum ductoribus eorum, episcopis puta : Ἀναπαύσασθαι χρεὼν ὑμᾶς ἐνταυθοῖ, ἄχρι δὴ τὰς παρειμένας κνημας καὶ τὰ παραλελυμένα γόνατα ἐκ τοῦ παρίστασθαι τῷ βασιλεῖ Γραικῶν ἀναῤῥώσθείητε. Apparet hinc, valde incommodum accidisse Latinis, quibus negotium cum Græcis esset, hunc ipsorum morem coram imperatore standi. Nam apud imperatores Occidentis sedebant, quamvis humilius, ipsorum consiliarii et ad ipsos legati ut ex modo citato Nicetæ loco, et ex illo Chronici Casinensis IV, 66, constat. *Petrus Diaconus pro responsis* [id est *negotiis*] *cœnobii apocrisiarius* [legatus] *ad Lotharium III Rom. Imp. directus, postquam ei sessionem ad pedes suos concessit*, id est enim in senatum sanctiorem, in consistorium, admisit. Eumdem olim quoque standi morem obtinuisse sæculo quarto ex Augustini et codicis Theodosiani locis, quos Du Cange in v. *Consistorium* citat, intelligitur, et ex ipso vocabulo *consistorium* quod in genere locum omnem, in quo consistit hominum cœtus, in specie vero, salam notat, in quam conveniunt proceres coram imperatore in throno sedente, ipsi stantes deliberaturi; item ex formula Ἵσταται κονσιστώριον. Conf. Du Cange v. παρίστασθαι. Imo apud imperatores Romanos secundi jam a N. C. sæculi obtinuisse, ut senatores in consistorio starent, haud improbabiliter e loco Lampridii t. I. Scr H. Aug. p. 907 colligatur, ubi tanquam raræ humanitatis exemplum in Alexandro Severo laudatur, quod *salutatus consessum obtulerit omnibus senatoribus.* Igitur ante id tempus aut stabant omnes coram impera-

διὰ νεύματος τοῦ βασιλέως λέγει ὁ πραιπόσιτος εὐήχως πως καὶ ἐναρμονίως, Κελεύσατε (82). Καὶ δι' τούτων ἐξιόντων, δηλονότι μετὰ καὶ τῶν δεσποτῶν, πάλιν ἐν τῷ ὀνοποδίῳ, ἔνθα ὁ τῆς βίγλης δρουγγάριος (83) καὶ τοῦ πλωΐμου (84) ἵστανται, μετὰ καὶ τῶν βασιλικῶν σπαθαρίων τῶν βασταζόντων τὰ βασιλικὰ ἄρματα, πίπτουσι κἀκεῖσε οἵ τε μάγιστροι καὶ οἱ λοιποὶ [16], καὶ ἀπευχαριστοῦσι τοὺς δεσπότας, δηλονότι τοῦ τῆς καταστάσεως (85) ἐν τῷ μέσῳ ἑστῶτος, καὶ διὰ νεύματος τοῦ βασιλέως κατὰ τὸ εἰωθὸς νεύει ὁ πραιπόσιτος διὰ τῆς αὐτοῦ χλανίδος τῷ τῆς καταστάσεως, καὶ λέγει· Κελεύσατε.

A nutum pro more præpositus veste sua signum dat, dicens : « Jubete. »

VARIÆ LECTIONES.

[16] οἱ δὲ ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

tore senatores, aut saltim non sedebant omnes. In aula quoque veterum regum Persarum sietisse legatos exteros ex eo colligo, quod solis Thebanorum legatis in eximii honoris testationem sellæ ponerentur, teste Diodoro Siculo XVII, p. 170 : Μόνους τῶν Ἑλλήνων [Thebanos] ὡς εὐεργέτας τιμᾶσθαι παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῶν Περσῶν, καὶ πρὸ τῶν βασιλέων τοῖς πρεσβεύουσι τῶν Θηβαίων τίθεσθαι θρόνους.

(82) Frequentissime vox hæc occurrit in codice, si quæ alia, quam *placeat vobis, velitis, juvet*, aliisve similibus modis reddidi. Cl. Leiche *jubete*, stricte ad litteram et exemplum Latinorum medii ævi. *[Scriniarius pontifici obviat, et alta voce dicit : Jube, domine, benedicere.* Ordo Roman. p. 186. *Lector in cathedram ascendit, nec dicit : Jube, domine, benedicere*, Moleon. p. 135.]* Jam illa ætate, qua vivebat auctor testamenti M. Grunnii Corocottæ Porcelli, in usu erat *jubete* pro *velitis*, ut ex ejus clausula *jubete signare* liquet. De cujus testamenti ætate vid. Fabric. Bibl. Latin., p. 749. Ego vero utrinque παραχοῆ fuisse peccatum autumo, primum a Græcis male accipientibus Latinum *juvet, domine*, solemnem formulam officiosæ humanitatis. Hanc enim mala auditione *jube* pro *juvet* decepti reddebant κέλευσον. Latini deinde a Græcis transsumentes pravum hoc κέλευσον nimium fideliter dicam an stupide *jube* et *jubete* reddebant. Mihi quidem formulæ hujus liquida videtur etymologia esse. Quod si tamen secus alicui videatur, subtiliorem hanc etiam, et si quis tricas amet, non minus speciosam amplectatur. Venit κελεύω ab antiquo verbo κέλω, unde *cello* in compositis Latinis, significatu idem atque πέλω, *pello*. Nam Æoles π et κ permutabant. Nota *antecello, præcello, excello, percello*. Inde quoque Jupiter κελαινεφής, quasi ὁ κέλων vel κέλλων, κελέων seu κλονῶν τὰ νέφη. Est igitur κελεύειν idem atque ὁρμᾶν, *impellere, instigare*. Eo sensu habet Oppianus Halieutic. II, v. 528, de asilo loquens :

Οὐ πέτρη τις ἀφοίτητος κατερύκει
ῥιπὴν ταυρείην, ὅτ' ἐπιζέσῃ ὀξὺ κελεύων
βουτύπος ὀτρηρῇσιν ἐπισπέρχων ὀδύνῃσιν.

Non scopulus ullus invius arcet
impetum taurinum, quando fervet acute impellens
stimulus pertinacibus adigens doloribus.

Ut hic loci κελεύων est *impellens, instigans, urgens velut infixo stimulo* (Scholiastes certe κεντῶν exponit), ita κελεύσατε in nostra formula potest reddi *instigate, stimulate* nempe *vos* Sæpe ἑαυτοὺς in talibus verbis subintelligitur, ut in ὁρμᾶτε, *in impetum date*, nempe *vos*. Κελεύσατε quoque potest reddi *celerate, accelerate*, nempe *vos*. Notum *celeusma*, instigamentum, aliquid quod in impetum dat. Hinc intelligitur, quare, quando abeundum ex aliquo loco aut de sede surgendum sit, dicant novi Græci κελεύσατε. Refert Goarus ad Euchologium p. 29, solere apud novos Græcos vocem κελεύσατε clara voce in sacris proclamari, quando populus, ut assurgat, monendus est. Tunc subintelligitur ἐξαναστῆναι κελεύσασε, id est ὁρμᾶτε, *ruite, celerate*, ἐξαναστῆναι, *assurgere*. Sed iidem quoque κέλευσον, δέσποτα, dicunt, quando sacerdotem, ut consideat, hortantur, ὁρμα, *rue, domine*. Pariter ad considendum atque ad surgendum opus est animi et corporis impetu. Idem verbum שׂוּשׂ, quod proprie est ὁρμᾶν, *ruere*, et *desilire* et *desidere* notabat. Hinc nota illa grammaticorum fabella apud Pocokium Specim. Hist. Arab. p. 151, de Arabe quodam provinciæ nescio cujus, veniente ad regem Homeiritarum. Quem cum rex sua Homeiritica dialecto *considere* juberet, homo accipiens verbum dialecto suæ provinciæ, *desiliebat* in præcipitium et cervices sibi rumpebat. In multis quoque Nostri locis possit κελεύσατε reddi *celeusma, edite* seu *conclamate*, ut p. 153, ubi proceres admoniti formula κελεύσατε dicuntur ἐπεύχεσθαι εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους καὶ ἐξέρχεσθαι. Et sæpissime legas hoc in libro scoutas præpositi formulam κελεύσατε, acclamationes patrum conscriptorum, ut præpositus eorum celeusta, portisculus, et hæc formula ipsorum celeusma, hortatio, fuisse videatur. Ut redeam ad nostrum κελεύσατε, videor mihi jam apud Euripidem hanc verbi κελεύειν significationem, *velle* puta, observasse. Sic accipio v. 881 Rhesi et v. 491 Heraclidarum. Tandem hoc monendum, deesse hic loci post κελεύσατε hæc duo καὶ εἰσέρχονται, quæ in Latinis supplevi. Lacunæ tamen vestigium in membranis nullum apparebat.

B

(83) Drungarius est præfectus Drungi, vel globi militaris, χιλίαρχος. De vocis origine vid. Gretser. ad Codin. p. 191, et Goar. ad eumdem p. 26, ubi ait fuisse drungarii vigiliæ providere incendiis, foribus, grassatoribus, in castris vigilias, circitationes curare. Conf. Du Cange utroque Gloss. et ad Alex. p. 315. *[Jo. Zonaras ex aulæ imp. CPt. magno Drungario vigiliæ et protosecretario ascetæ, seu monachus, appellatur, in cod. 206 apud Lambec. L. IV.]* Ergone simul potuit aliquis magnus vigiliæ Drungarius et protoasecretis esse? Vix putem. Officia enim secum pugnant. Illud paludatum, hoc togatum est Fueruntne quoque plures uno drungarii vigiliæ, quia magnus, quasi distinctionis causa, citatur? Videtur quidem. In hoc tamen codice vestigia illius rei non inveni. Ex illo patet, magni drungarii fuisse, scholas militares quotidie in armis exercitia facientes cum magistris lustrare.

C

(84) *[*Delongaris, sub cujus manu est omnis potestas navium.* Luitprand. An *Drungarius?*]* Recte vero corrigit V. D. vitium librarii, quod eumdem Histor. VI, 5, pag. 471, recurrit *De Longaristis Ploas.* scrib. *Drongaris tis ploas.* Δρογγάρης (ita Græci moderni scribunt et pronuntiant pro δρουγγάριος) τῆς πλώας. Formam hanc τῆς πλώας alibi non reperio, sed in hoc codice passim occurrit, τοῦ πλωΐμου, τῶν πλωΐμων, τοῦ πλοὸς et τῆς πλώας. Videtur esse pro πλόης ; formaturque πλόη pro πλόησις, ut alia talia multa. Alibi quoque est ὁ δρουγγάριος τοῦ στόλου.

D

(85) Est qui suo res ordine decenterque fieri curat. Κατάστασις τῶν πραγμάτων est apud Theophan. p. 63. *rerum antea turbatarum constitutio*, restitutio in ordinem. Apud eumdem sunt ἀκατα-

7 V. Inde cum dominis magistri et reliqui usque ad magnum consistorium, in quo crux S. Constantini et virga Mosis stant, una egrediuntur; et ibi primus a secretis et protosecretarius cum ipsis secretis, notariis imperatoriis cæterisque secreticis atque notariis et chartulariis et omnibus in eum locum congregatis adest : stantibusque dominis supra pulpitum ante camelaucium, præpositus iterum ad nutum imperatoris signum uti mos est silentiario dat, (in medio enim consistorio silentiarii præsto sunt,) alta voce exclamans : « Jubete. » Inde domini ad triclinium candidatorum procedunt, ubi sacer Domino clerus adest, et crucem a thesaurario ejus ecclesiæ ipsis allatam osculantur. Porro ad octangulum tholum seu primam scholam, quem locum *veterem mone-*

Ε'. Καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε συνεξίασι τοῖς δεσπόταις οἵ τε μάγιστροι καὶ οἱ λοιποὶ ἕως τοῦ μεγάλου κονσιστωρίου (86), ἐν ᾧ ἵστανται δ' τε τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου σταυρὸς καὶ ἡ τοῦ Μωσέως ῥάβδος· καὶ μὴν δ' τε πρωτοασηκρήτις καὶ ὁ πρωτονοτάριος, μετὰ τῶν ἀσηκρήτων καὶ βασιλικῶν νοταρίων καὶ λοιπῶν σεκρετικῶν νοταρίων [17] τε καὶ χαρτουλαρίων καὶ δὴ πάντων ἐκεῖσε ἀθροιζομένων, καὶ τῶν δεσποτῶν ἱσταμένων ἄνωθεν τοῦ πουλπίτου (87) ἔμπροσθεν τοῦ καμελαυκίου, πάλιν διὰ νεύματος τοῦ βασιλέως κατὰ τὸ εἰωθὸς νεύει ὁ πραιπόσιτος τῷ σιλεντιαρίῳ (88) (ἐκεῖσε γὰρ ἐν τῷ μέσῳ τοῦ κονσιστωρίου ἵστανται οἱ σιλεντιάριοι), καὶ λέγει μεγάλως· « Κελεύσατε. » Καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε διέρχονται οἱ δεσπόται ἕως τοῦ τρικλίνου τῶν κανδιδάτων (89) (ἐκεῖσε γὰρ ὁ τοῦ Κυρίου ἵσταται κλῆρος), καὶ ἀσπάζον-

VARIÆ LECTIONES.

[17] Verba βασ. νοτ. κ. λοιπ, σεκρ. νοτ. et mox καὶ om. R. in textu, restituit in notis ex cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

στασίαι, *res turbidæ*, p. 73. Idem p. 243, μάθε τὴν κατάστασιν habet, *disce modeste, ordine, sedate agere.* In officialibus patriarchæ erat ὁ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως, de quo Goar. pag. 13 ad Codin. et Gretser., p. 167. Petrus Magister scripsit libros περὶ τῆς πολιτικῆς καταστάσεως, de quibus dixi in præfatione; v. Du Cange Gloss. Gr. Cærimoniarii erat ordinare proceres secundum præcedendi et sequendi jura, incipere troparium, evocare proceres secundum suos ordines ad sacram communionem, in magnis processionibus in Magna ecclesia, osculum pacis ab imperatore accepturos manu ad eum ducere, vela, seu classes procerum, et legatos introducere, etc.. Ep. 14. Nostri fere concludas eum fuisse caput silentiariorum.

(86) Consistorium est locus, diæta, in qua princeps cum suis consistorianis de rebus suis publicis privatisque consultat et decernit, supplices et legatos audit, etc. V. Du Cange Gloss. Lat. h. v. Guther. Off. D. A. p. 69 sqq. Vales. ad Amm. Marcell. p. 87 et 330. Sedden. de Tit. honor., t. II, pag. 29. Harduin. ad Themist., pag. 475, qui tamen quæ habet de quatuor comitibus consistorianis, ea ad tempora Theodosiaca pertinent. Polybius pag. 717, 7, edit. Wech. Χρηματιστικὸν πυλῶνα τῶν βασιλέων, appellat talem locum, *vestibulum, in quo reges de negotiis conveniri, et responsa dare solent.*

(87) Pulpitum est suggestus, βῆμα, ambo. Vid. Du Cange Gloss. Latin. Varia erant pulpita ; ante Cathisma Circi, vid. Theophan. p. 157, et ante palatium. Cedren. pag. 369, ubi vid. Goar. et ad Nostri p. 292 De Camelaucio dico ad p. 331, 13.

(88) Plerumque in membranis Lips. σελέντιον et σλεντιάριοι scriptum inveni. De silentiis, seu conventibus et consessibus procerum deliberandi causa, abunde egerunt Du Cange Gloss. utroque, ad Cinnam., p. 492 ; Goar. ad Theophan. p. 202, et ad Cedren., p. 354 ; Alemannus ad Procop. p. 103. Silentiarios fuisse ait cubicularios. Non satis recte. Sed aliquando latius sumpsit vocem cubiculi et cubicularii. Cubiculum ipsi est consistorium, et cubicularii ipsi sunt illi, qui curam agebant, ut in consistorio quiete atque decore pro majestate principis præsentis agerentur. De silentio, in quo perorabat imperator, alio loco dicam. De silentiariis hic tantum noto, internuntios eos et cursores fere imperatoris fuisse in publicis processionibus, in silentiis, legatorum introductione, item senatorum omnium, quos brachio prehensos ad imp. introducebant. Domum deducebant recens honoratos, portantes eorum codicillos. Vales. ad Amm. Marcell. p. 323, originem eorum deducit a veteribus præconibus, qui postquam judices in tribunali consederant, silentium faciebant.

(89. Candidati sunt milites pompatici, aut ostensionales, ad Augusti custodiam et comitatum delecti, specie et robore præstantes, a candido, quem gerebant vestitu sic dicti. Chronicon Alexandrinum ait Gordianum τὸν ἀριθμὸν τῶν λεγομένων κανδιδάτων, homines τελείους καὶ εὐσθενεῖς καὶ μεγάλης ὄντας θέας excerpsisse κατ' ἐκλογὴν ἀπὸ τοῦ τάγματος τῶν λεγομένων σχολαρίων. Hi *candida turba* Corippo appellantur.

Cum palatinis stans candida turba tribunis.

Camisia enim, seu interulas albas gerebant super omni reliquo vestitu, quemadmodum Verbi divini ministri passim locorum apud nos in recitatione sacrarum orationum et administratione sacri officii adhuc gerunt, item quibusdam in locis feminæ lugentes. Strictæ erant hæ lineæ (nam sindone fiebant) veste, et de ipsis interpretor illum Wihelmi Britonis locum apud Du Cange v. *Linea. Linea dicebatur camisia, quæ totum corpus operit, et ita strictis manicis adhærebat corpori, ut nulla esset ruga, et descendebat usque ad pedes ; unde poderis Græce, hoc est talaris.* Videtur Valesius ad Ammian. Marcell. p. 88, ex Hieronymo elicere velle, hos candidatos de candore cutis nomen accepisse. Si soli fuissent Germani hanc in militiam assumpti, posset ea opinio quodammodo tolerari. Verum *candidi* potius illi, quam *candidati* fuissent. Sed ut pullati sunt, qui pullam gerunt, ita candidati, qui candidam. Conf. idem ad p. 275, 523, ubi exponit, quid sit *candidam dare*, item Lindenbrog. ad Amm. p. 424, 457 ; Petav. ad Themist. p. 377 ; Du Cange utroque Glossario. Color nempe aulicus erat albus, et in camisiis albis debebant proceres quotidianas in aulam processiones obire. Hinc in charta vetere apud Du Cange v. *Gunna*, color albus et ruber sunt colores regii. *Cum innumerabili multitudine equitum de civibus, vestitis in coloribus regiis, videlicet in coloribus* [id est vestibus coloratis] *albi coloris et rubri.* Benzo in Panegyrico Henrici III : *Allatæ sunt Byzantio regales litteræ ; portitores harum fuerunt tres missi purpura indati, cum candore byssi. Chlamydes nimiæ viriditatis relucebant aureis signis*, etc. Hinc *candidam* pro militia seu gradu palatino posuit Hieronymus Ep. 9, *pullam tunicam nigrosque calceos candidæ vestis et aurati socci depositione sumpsisti.* Ejusdem verba de Nepotiano *in palatii militia sub chlamyde et candenti lineo corpus ejus cilicio tritum fuit*, possunt æque

ται (90) οἱ δεσπόται τὸν σταυρὸν τοῦ Κυρίου, δηλονότι ὑπὸ τοῦ σκευοφύλαχος (91) τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας προσφερομένου [18] τοῖς δεσπόταις. Καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε διέρχονται οἱ δεσπόται ἀπερχόμενοι ἐν τῷ ὀκτακιόνῳ θόλῳ, ἤγουν εἰς τὴν πρώτην σχολήν, ὅνπερ τὴν παλαιὰν καλοῦσι χαραγήν, ἐν ᾧ ἵδρυται ὁ [19] ἐξ ἀργύρου κατεσκευασμένος περικαλλὴς σταυρός, καὶ διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσι τῷ Θεῷ. Καὶ πάλιν ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε διέρχονται διὰ τοῦ τρικλίνου τῶν ἐκσκουβίτων· ἐκεῖσε γὰρ ἵστανται στιχηδὸν δέκιᾳ καὶ ἀριστερᾷ κατὰ τὰς οἰκείας τάξεις, τοὺς δεσπότας ἐκδεχόμενα, τὰ τε

A *tam* vocant, ubi ex argento affabre elaborata et pulcherrima crux posita est, transeunt, et ter genu flexo cum cereis Deum venerantur; inde rursus per triclinium excubitorum pergunt, ubi ad dextrum et sinistrum latus secundum ordines suos turmæ Romanæ, *vela* dictæ, prætoriani et reliquæ cohortes, militares. porro signa protectorum, senatorum et draconariorum, labara et campiductoria cum bandis stant dominosque, ut eos comitentur, excipiunt.

VARIÆ LECTIONES.

[18] προσφερόμενον Leich. [19] ὁ om ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

de militia militari, seu candidato stricte sic dicto, quam de militia togata accipi. Nam militantium omnium vestis erat alba. Vid. Juret. ad Paulini Petrocorii vitam S. Martini 1, vs. 108. Quamvis igitur tam milites proprie sic dicti, quam in aula militantes, seu fungentes officiis togæ, gererent albas vestes, tamen candidati in specie sic dicti illi protectores sacri corporis, qui solas eas, et semper gerebant, cum reliqui *officiales* et honorati, interdum alias coloratas pro temporum ratione sumerent, Videtur quoque in conformatione candidæ fuisse diversitas, qua milites et proceres aulici distinguerentur. Certe in martyrio S. Acacii, n. 15, memorantur σχήματι στρατιωτικῷ λαμπροφοροῦντες. Ductus ille mos candidas gerendi aut a Romanis, aut a Græcis, sive hi primi ejus inventores sive in eo imitatores Romanorum fuerint. Græcos veteres certe in forum processisse candidatos, apparet ex Artemidoro, p. 83. 13. ed. Rigalt. Traductus idem ad posteriora tempora fuit, ut adhuc sub Justin. M. ad celebrandum hilariter splendideque diem festum in candidis populus conveniret. Quapropter Paulus Silentiarius in Ecphrasi provocans ad celebrandam solemni et læto ritu dedicationem Sanctæ Sophiæ sic ait :

Δεῦρό μοι ἀχλυόεσσαν ἀποῤῥίψαντες ἀνίην,
Χιονέους ἔστασθε γεγηθότες ἄψεσι πέπλους.

Candidatorum stricte sic dictorum originem repetunt a Gordianis; v. auctores supra citt. et Salmas. ad Scr. H. Aug. t. II, p. 75. Sed jam instituit, aut certe renovavit desitos, Alexander Severus, ut e Lampridio t. I, Scr. H. A. p. 939, constat, ubi ait : *Milites, quos ostensionales vocant, non pretiosis, sed speciosis clarisque vestibus ornabat.* Significat *lineas candidas*, quæ exiguo pretio comparantur, et tamen oculo placent atque nitent. *Claræ* vestes sunt candidæ. Græci quoque λαμπρόν et καθαρόν pro λευκῷ ponunt, et λαμπροφορεῖν pro λευχειμονεῖν. Ita accipio illud Diodori Siculi xx, 7, p. 410. προελθὼν ἐν ἱματίῳ λαμπρῷ, *in veste candida.* Ita λαμπρότης pro λευκότης posuit Jobus monachus apud Photium Bibl. p. 308, et λαμπροφορεῖν pro *candidam gerere* in illis τὸ μέντοι λαμπροφορεῖν τοὺς βαπτιζομένους τῆς τῶν ἀγγέλων σύμβολόν ἐστι λαμπρότητος, τὸ καθαρὸν ἐκείνοις τοῦ νοῦ διατυπούσης. Hinc dies Paschatis ἡ λαμπροφόρος ἑορτὴ dicta fuit, ut multis exemplis probat Du Cange v. Λαμπρά et Κυριακή p. 769, non quod in splendidis, pretiosis vestibus, sed quod in candidis procederetur. Illo enim die et alii et recens baptizati *in albis* procedebant· Plura exempla usus hujus v. λαμπρός pro *albus* habet Du Cange Gloss. Gr. p. 787. Gerebant hi candidati torquem aureum, ut e multis nostri codicis constat locis; et arma imperatoris, id est scutum et hastam, eum procedentem comitantes. Propterea συνεμπόρους ἀσπιδιώτας eos appellat

B Paulus Silentiarius Ecphras. Sanctæ Sophiæ v. 124. ubi processionalem imperatoris turbam sic describit:

Οὐκ ἀνέμιμνε συνέμπορον ἀσπιδιώτην,
Χρύσεον ἀγνάμπτοιο κατ' αὐχένος ὅρμον ἔχοντα.
Οὐ χρυσοῦν τινα ῥάβδον ἀεὶ προκέλευθον ἀνάντων,
Οὐ στρατὸν ἠνορέῃσι κεκασμένον εὐποδος ἤβης,
Σύνδρομον εὐόπλοιο μεγαρηπίδα κελεύθου.

Primo loco memorat candidatos; tum ostiarios, aut silentiarios, tandem spatharios, aut Maglabitas, obscurius enim significavit. Commemorantur quoque spatharocandidati, qui erant spatharii et candidati, diversum militiæ genus, qui præter scutum et arma, candidatorum peculium, etiam spathas, seu manu dextra, seu e cingulo gerebant, quales mihi describere quodammodo videtur monachus Sancti Gallensis de rebus gestis Caroli M. I. 37 : *Antiquorum Francorum paratura erant calciamenta — deinde camisia glixxina* [id est candida, nitentia et rigida a polline siliginis] *posthæ baltheus spathæ colligatus. Quæ spatha vagina fagea, secundo corio qualicunque, tertio linteamine candidissimo cera lucidissima roborato, ita cingebatur, ut per medium cruciculis eminentibus ad peremptionem gentilium auraretur.* V. ad p. 334, de *Saponistis* dicenda. Procedebatur a candidato ad stratorem, illinc ad spatharium, ab hoc ad spatharocandidatum. Candidati imaginem videre est in monumento Ravennate apud Du Cange Famil. Byzant. p. 97, et Alemann. ad Procop. p. 77, tenentis, perverso ordine, dextra hastam, et ante dextrum genu scutum Christi monogrammate pictum colobio ad medium humerum descendente, camelaucio in capite presso et rotundo. Candidatus armatus, aut certe prætorianus aliquis miles, imperatori astans conspicitur in Menologio Basiliano t. I, p. 64, 176. Turcæ, ut alia multa instituta Byzantinæ aulæ, ita etiam candidatos in suam traduxerunt. Leunclavius enim apud Du Cange v. Σολακίδες hos ait esse satellitum genus, Turcis *Solacler* dictos, qui circa Sultanum equitantem in albis cursitent subuculis. Ferriolenses tabulæ tamen n. 16 et 17, non consentiunt.

(90) *Osculantur*, Ἀσπάζεσθαι est proprie *ad se trahere*, quod faciunt qui rem aut hominem osculari cupiunt. Rarissimo, sed primigenio illo significatu adhibuit Procopius Anecdot. p. 49, ed. Aleman. : Ὁ δὲ δῆθεν οὐκ ἐπαισθανόμενος τῶν πραττομένων σύμπασαν αὐτῶν οὐσίαν κτήσει ἀναισχύντῳ ἠσπάζετο, *ad se rapiebat.* Crucem osculandam offerre ingredienti in ecclesiam imperatori mos ideo fuit a clericis introductus, ut specie venerandæ crucis ab imperatoribus honores impetrarent sibi non debitos, neque appetendos humilitatem professis.

(91) De custode thesauri sacri, vel pretiosæ supellectilis ecclesiæ vid. Du Cange Gloss. Gr. h. v.

Ῥωμαϊκὰ σκῆπτρα (92) τὰ λεγόμενα βῆλα, ὁμοίως καὶ τὰ ἕτερα εὐτύχια (93) καὶ τὰ ἕτερα σκῆπτρα, πρὸς τούτοις τὰ σκεύη τῶν προτικτόρων (94) καὶ σινατόρων (95), καὶ τὰ σκεύη τῶν δρακοναρίων, λάβουρά τε καὶ καμπιδηκτόρια, μετὰ καὶ τῶν βάνδων (96), τοῦ συμπορεύεσθαι τοῖς δεσπόταις·

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

et infra ad p. 21. Emendatio margini ascripta digna est pura Græcitate. Lectio tamen membranarum in textu vulgata, propterea non sollicitanda, suo sæculo est digna, προσφερομένου, *quando scilicet is profertur*. Multa talia in hoc codice. Sic supra p. 5, aderat διδομένων, *interea dum dantur*, ubi planius fuisset διδομένους, conjectura in margine notata, ob κηροὺς præcedens.

(92) Romana hic sunt Græca; novi enim Græci se Romanos ferebant, ut notum est. Sceptra vero sunt genus aliquod vexilli longi conti laminis et clavis aureis vel argenteis confixi, et, ut mihi quidem videtur, ad crucis formam comparati, puri seu absque ferro vel mucrone, sed dependentibus velis, ut colligi potest ex auctoris verbis. Possit tamen imperitus Latini sermonis librarius βῆλα, id est *vela*, pro πῖλα, *pila*, exarasse. Videtur certe addita vox Ῥωμαϊκά vexillum aliquid aut instrumentum militare apud Romanos notum et iis usitatum innuere. Favet illi quoque vox πιλατίκια apud Codinum, quam idem atque vocem σκῆπτρον significare contendit Goar. ad Codin. p. 87, n. 39. Videntur mihi tamen Græci pilo Romano aliam induisse formam, pro mucrone scil. addidisse lignum transversum in summo, ut crux evaderet, vel simplex, ordinaria, qualem omnes novimus, et qualem plerumque imperatores CPtani pro sceptro regio gestare conspiciuntur in nummis, vel composita. Est autem composita, quæ vel duobus transversis lignis, inæqualis magnitudinis, vel duobus contis minutis et majori conto parallelis ad ligni transversi utrumque marginem appositis constat, qualis in nummo Romani Lacapeni apud Du Cangium Famil. Byz. p. 136 et p. 123, in nummis Leonis Isauri, cf. p. 127, in nummo Nicephori Logothetæ cernitur. Quia crux sceptrum imperatorum CPtanorum plerumque erat, et hic loci sceptra ut distinctum et peculiare aliquod vexilli genus memorantur, ex eo concludo fuisse sceptra hastas ad crucis formam factas; v. Du Gange hac voce et Goar. ad Codin p. 88, n. 39. Non defuisse publicis processionibus cruces, et Græcorum erga crucis signum eximia pietas et mos Latinorum suadet, qui cruces quoque præferebant. *Obviam ei* [Henrico V] *misit pontifex* [Paschalis II; verba sunt Chronici Cassinensis IV, 37;) *bajulos cereostatarios* [id est cereostatariorum], *stauriferarios, aquiliferos, leoniferos, lupiferos, draconarios* [id est bajulos vexillorum, in quibus aquilarum, leonum, luporum, draconum conspicerentur imagines], *candidatos, defensores, stratores, et maximam populi multitudinem cum floribus et palmis*. Non habuisse sceptra ferrum, quo cæderent aut ferirent, videor mihi ex loco Pselli apud Du Cangium Gl. Gr. p. 1389 init. colligere, si modo licet de loco extra connexionem posito judicare: Ὅπλοις ἐπιχρύσοις ἀστράπτων καὶ δορυφορούμενος, οὐ σκήπτροις ἀπλήκτοις, *sceptris non ferientibus* ἀλλ' ἀσπίσι καὶ ἐπιμήκεσι δόρασι. Sceptrum de cætero est generale nomen vexillorum generis omnis. Nam et ptychia, de quibus tatim dicetur, in se complectitur (quare enim alias diceret καὶ τὰ λοιπὰ χρυσᾶ σκῆπτρα); et labara sunt sceptri species. Certe Sozomenus Hist. IX, 4: Θάτερον τῶν σκήπτρων, ὃ λάβαρον Ῥωμαῖοι καλοῦσι... Veni tamen in eam quoque opinionem, quam doctiorum judicio submitto, fuisse forte sceptra Romana vexilla ex institutis militaribus veterum gentilium Romanorum asservata, ut e. c. *aquilæ*; et has aquilas peculiariter sceptrorum Romanorum nomine designari; potuerunt quoque eo nomine venisse conti cum tabellis in summo vertice fixis numerum nomenve legionum aut cohortium majoribus aureis litteris exaratum monstrantibus. Auctor hujus conjecturæ mihi fuit Dexippus in Exceptis Legat. Hœsch. p. 3: Κατόπιν τοῦ βασιλέως ἦν τὰ σήματα τῆς ἐπιλέκτου στρατιᾶς [sunt Nostro *protectores* aut *candidati*], τὰ δὲ εἰσιν ἀετοὶ χρυσοῖ καὶ εἰκόνες βασίλειοι [Nostro σίγνα et σημεῖαι] καὶ στρατοπέδων κατάλογοι, γράμμασι χρυσοῖς δηλούμενοι, ἃ δὴ ξύμπαντα προύφαίνετο ἐπὶ ξυστῶν ἠργυρωμένων.

(93) Ut *sceptra*, hoc est vexilla, pro sceptrigeris seu vexilliferis, ita quoque *Fortunulæ*, seu *victoriolæ*, pro illis, qui ante suum collegium, legionem, cohortemve suam fortunæ aut victoriolæ signum in pilo præferunt. Quia victoriæ aut victoriolæ in prætorio solebant asservari, videtur eo motus cl. Leiche, ut εὐτύχια, vel potius εὐτυχεῖα, id est *signa fortunæ bonæ*, aut *victoriæ* redderet *prætoriani*. Desierat sub CPtanis impp. nomen prætorianorum, et e Nostri p. 415, constat victoriolas et sceptra Scholariorum, dracones autem excubitorum signa fuisse. Dico pluribus hac de voce ad p. 332, et de v. σκεύη ad p. 332, antep. et 415.

(94) Protectores sunt genus aliquod militiæ palatinæ pompaticæ protegendo principis corpori destinatum, qualia tot erant, ut, quomodo discrepent, non constet. Jam fuerunt temporibus Antoninorum: v. Spartian, in Caracalla t. I, p. 718. Guther. O. D. A. p. 423, 617. Vales, initio præfationis ad primam Ammiani editionem, ubi ait ducum, comitum et magistrorum filios in schola protectorum militasse, et p. 38, ad Amm. Marc., it. p. 52. ubi protectores simpliciter sic dictos a protectoribus domesticis, qui et domestici nude appellabantur, diversos fuisse ait. Memorabilis est de his protectoribus et domesticis locus apud Procop. anecd. p. 108. Protectores medio ævo inclinante *conservatores*, appellabant, quæ vox in Cerimon. Rom. Eccles. sæpe occurrit.

(95) Quales fuerint *Senatores*, mihi non constat. Certe *Senatus membra* hic non notat, sed videtur genus aliquod militiæ palatinæ ostensualis notare, et quidem non valde honesti ordinis, Hieronymus *Senatores* recenset inter magistratus militares, epist. ad Pammach.: *Post tribunum primicerius, deinde senator, ducenarius, biarchus, circitor, eques*. Draconarii sunt signiferi. Modestinus apud Lindenbrog. ad Ammian. Marcell. p. 264: *Signiferi, quos nunc draconarios appellant. Dracones enim a singulis cohortibus feruntur in prælium*. Vid. Guther. p. 409. Vales. ad Amm. Marcell, p. 142 Goar. ad Codin. p. 86, n. 31. Hardin. ad Themist. p. 371, et Petav. ad eumdem p. 482, et præcipue Du Cange Gloss. Lat. v. *Draco* et *Draconarius*. Dracones adhuc sæculo XII pro signis fuisse gestatos apparet e Niceta p. 209. De *labaris* conf. idem Gl. Lat. h. v. *Campiductoria* videntur signa *Campiductorum* esse. De campiductoribus et campidoctoribus, sintne diversi, disputat Vales. ad Amm. Marc. p. 236. Conf. Du Cange Gl. L. h. v.

(96) Infra p. 416, pen. occurrunt βανδοφόροι, λαβουρήσιοι et σημειοφόροι. Sunt *bandiferi* illi, qui bandos vel bannos gerunt, vexilla nobis hodie *banderoles* dicta. Σημειοφόροι sunt, qui τὰ σίγνα ferunt, vexilla cum pannis, quibus purpureæ principum imagines insutæ essent, aut conti, in quorum vertice fixæ erant ligneæ deauratæ principum imagines. Labara sunt panni quadrati, aut oblongi e ligno transverso conti dependentes, crucem aut numerum Latinum decuriæ indicem monstrantes, [*De bandora* signo militari agit Du Cange ad Jom-

ς'. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ τρικλίνῳ τῶν ἐκσκοῦβιτων ἐν τῷ εὐωνύμῳ μέρει ἵστανται ἐπὶ μακρῷ σκάμνῳ πρώτη τάξις, οἱ τοῦ κοιαίστωρος καγκελλάριοι [20] (97), μετὰ καὶ τοῦ αὐτῶν δομεστίκου (98) Ῥωμαΐζοντες (99) τὰ τῇ ἑορτῇ ἁρμόξοντα· δευτέρα τάξις, ἵστανται καὶ αὐτοὶ ἐπὶ μακροσκάμνῳ [21] (1) οἱ λεγόμενοι διπανίται, καὶ αὐτοὶ τὰ εἰωθότα εὐφημοῦντες (2). Καὶ τρίτη τάξις, ἵστανται ἐπὶ μακροσκάμνῳ οἱ νομικοὶ (3), καὶ αὐτοὶ τὰ εἰωθότα ἐπευχόμενοι τοὺς δεσπότας. Καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἀπέρχονται εἰς τοὺς λύχνους, ἐν ᾧ (4) ἵδρυται ὁ ἐξ ἀργύρου ἕτερος κατεσκευασμένος σταυρὸς, καὶ διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσι τῷ Θεῷ, καὶ γίνεται ἐκεῖσε ἐν τῷ τριβουναλίῳ (5) πρώτη δοχή (6)· ἤνουν εἰς τοὺς λύχνους [22], δηλονότι εἰς τὴν

A VI. In ejusdem excubitorum triclinii sinistra parte, in scamno longo, primus ordo stat, cancellarii quæstoris cum suo domestico, Romano sermone convenientes festo acclamationes dicentes. Secundus ordo : stant etiam in scamno longo, qui *dipanitæ* dicuntur, et pro more acclamant. Tertius ordo : stant itidem in longo scamno nomici, felicia dominis, ut mos est, apprecantes. Hi autem inde ad lychnos abeunt, ubi crux alia ex argento facta collocata est, et triplici adoratione, cereos manu tenentes, Deum venerantur ; ibique in tribunali Prima exceptio fit. Stantes scilicet ad lychnos seu in camera imperatores excipit ibi princeps Venetorum seu domesticus scholarum cum transitoria [sua Veneta turba, et

VARIÆ LECTIONES

[20] καγκελλάριοι emend. Leich., κελλάριοι ed. ex cod. [21] μακροσκάμμῳ codd· [22] ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι τῶν δεσποτῶν διερχομένων εἰς τοὺς λύχνους, ἀνάπτουσι τοὺς λύχνους κατὰ τὸν τύπον.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

ville p. 116; de *bando* Gothica voce et ejus significatione v. Giornale dei Letterati II, 374.]* Et Du Cange Gl. v. *Bandum* et *Banuum*. Unde Belgirum *Bon*, *Bonkuys*, et nostrate *Banner*, *Panier*, *Bannerherr*, pro *Banderarius*, item *Pfœnner*, nata.

(97) Ea est conjectura Cl. Leichii, quam p. 12 confirmat, et p. 217, ubi hæc ipsa hic designata acta leguntur. Κοιαίστωρ et interdum κυαίστωρ scribitur in hoc codice latina vox *quæstor*. Nempe librario illi idem valebat οι et υ, quæ frequentissime permutavit. De quæstoris munere, litteras Augusti recitandi, alio loco agam. Erat maxima dignitas. Quæstor πάρεδρος, assessor, consiliarius intimus et director imperatoris appellatur a Procopio Anecdot. p. 28, circ. fin. Sed multum defecit processu temporis. Quæstorem a Justiniano primum institutum perhibet Procop. Anecd., p., 89, init., et quidem puniendis pœderastis, scortatoribus et hæreticis. Vid. Alemann., p. 95. Sed contradicit sibi Procopius linea ultima. V. Guther. p. 454. *Cancellarii* hic memorati sunt alii a nostratibus cancellariis, magnæ dignitatis viris. Illi erant qui cancellos velis appositos custodirent, et turbam aditu prohiberent. Vid. Agathias p. 26, 23. Guther. p. 370, 613, et Du Cange Gloss. Lat. h. v.

(98) Domesticus eo ævo pro corporis aut collegii alicujus primicerio usurpabatur, ut supra jam diximus.

(99) Id est Latine recitantes. Quæ Latina Græci recitaverint, ea leguntur p. 217. De usu linguæ Latinæ apud Græcos posteriores cerimoniali, et interdum quoque ridiculario, ago ad p. 431.

(1) M. μακροσκάμνων hic et paulo post. Quinam sint *Dipanitæ*, fateor me ignorare. Videntur ad Circum pertinere.

(2) Læti cantus et gratulationes votaque longi et prosperii imperii, quibus proceres et plebs imperatores excipiebant, dicebantur εὐφημίαι et ἔκτα, *laudes* Latinis. Εὐφημεῖν dixit Anastasius, p. 126, *diffamare laudibus* ; non ineleganter, διαφέρειν *differre*, in vulgus spargere *per suas laudes*. [*Laudes facere* habet auctor Innocentio III æqualis apud Alemann., de Pariet., p. 10. Annales Bertin. Anno 812: *Legati Michlaeis ad Carolum Magnum missi Aquisgrani scriptum pacti ab eo in ecclesia suscipientes more suo, id est Græca lingua, laudes ei dixerunt*, p. 509, ed. Murat. Conf. Du Cange ad Alexiad. p. 252]* et Gloss. Lat. v. *Laudes*, ubi multa et egregia exempla protulit. *Favere alicui* dicebant veteres. Ita Capitolinus de Pertinace, t, I. S. H. A. p. 566 : *fuit in curia honorificentissimus* [plurimum honoris senatui tribuebat] *ut senatum faventem* [sibi fausta acclamantem] *adoraret*. Dio ἐπαινεῖν dixit apud Xiphilin. p. 1258, 95 : Μηδένα τὸ παράπαν ἐπαινέσαντες, *nulli Cæsarum*, neque Albino, neque Severo, *dicebant laudes in Circo*. Ita enim accipiendus est ille locus. A Græco εὐφημεῖν formabant Latini medii ævi *effiminare*, et corruptius deinde *fumilare* ; *fumilare imperatorem* pro proclamare, et nuncupatum piis votis prosequi. Vid. Du Cange h. v. In universum φήμη est novis Græcis commemoratio alicujus cum laude, et apprecatione bonorum, ut in Pontific. Haberti p. 70 : Γίνεται ἡ φήμη τῶν βασιλέων καὶ τοῦ πατριάρχου, et quæ ibi sequuntur.

(3) Sunt qui nomos musicos in publicis cœtibus manu et nutu administrabant, præcentores, directores musici, aut qui docti ritus ecclesiasticos, quid quotidie in ecclesia prælegendum agendumve sit, norunt. Non recte interpres Symeonis Metaphr. in Script. post Theophan. p. 403, reddidit illa νομικὸς εἰς τὰ Σφοράκιου, ut neque Goarus in Anonymo Theophani adjuncto p. 436. (Ambo loca in Græcis corrupta ad præscriptum exemplum emendanda sunt.) Oblitus ergo fuerat vir doctus eorum, quæ ad Codinum scripsit p. 15, n. 51. Conf. Du Cange Gloss. Gr. h. v.

(4) Ἐν ᾧ. Subint. τόπῳ. Interdum quoque καιρῷ subintelligitur.

(5) Tribunal est omne ædificium excelsum, illustre, non tantum βῆμα, in quo causæ aguntur, et orationes recitantur. Hoc tribunal appellabatur οἱ λύχνοι, forte quia ibi in processionibus transeunte imperatore lychni accendebantur.

(6) *Exceptio*, admissio ad salutandum. Δέχεσθαι Latini *admittere* dicunt. Spartian. in Juliano : *Senatum et equestrem ordinem in Palatium venientem admisit, et affatus est blandissime*. Herodian. VII. 6 : Ἡσυχίας οὖν οὔσης καὶ ὀλίγων πρὸ τοῦ οἰκίσκου, δηλώσαντες αὐτῷ τὰ προειρημένα, ῥᾳδίως εἰσεδέχθησαν. Posteriores ad morem Græcorum, *suscipere*. Anselmus episcop. Havelbergensis, l. III, dialog. c. 12 : *Ingressi urbem cum magna honorificentia suscepti, die Dominico advocati sunt in processionem ad sanctam Dei Genitricem ad Blachernas, in tanto honore, ut etiam de palatio caballos stratos eis dirigeret cum obsequio pietas imperialis, ut sic eos susciperet*. Item *recipere ad reverentiam*, nempe *præstandam*. Cerimon. Patricii p. 185 : *Pontifex ibi recipiet ad reverentiam omnes prælatos paratos* Tam princeps proceres et inferiores, quam hi illum

Domino libellum offert, 8 nimirum per ceremoniarium ad imperatorem adductus, qui eum præposito tradit, et factiones seu populus dominis, ut consuetudo est, acclamant, du minterim|domesticus pro more secundum faustas populi precationes ipsos cruce signat. Tribunal ipsum vestiarii et fabri argentarii blatteis aliisque pretiosis aulæis et peplis ornant, aureisque et omnis generis argenteis

A καμάραν (7), ἱσταμένων τῶν βασιλέων, δέχεται ἐκεῖσε ὁ δημοκράτης τῶν βενέτων, ἤγουν ὁ δομέστικος (8) τῶν σχολῶν, μετὰ καὶ τοῦ περατικοῦ δήμου (9) τῶν Βενέτων, καὶ ἐπιδίδωσιν ὁ δημοκράτης (10), ἤγουν ὁ δομέστικας, τὸ λιβελλάφιον τὸν δεσπότην [23], ἀφικόμενος δηλονότι ὑπὸ τοῦ τῆς καταστάσεως πρὸς τὸν βασιλέα, ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπιδίδωσι τοῦτο τῷ πραιποσίτῳ, καὶ ἀκτολογοῦσιν (11)

VARIÆ LECTIONES

[23] τῷ δεσπότῃ Leich.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

dicuntur δέχεσθαι, *beneventare*, *suscipere*. Luitprandus id *susceptionem* appellat p. 480, b. init.: *Negotiatorum multitudo copiosa ignobiliumque personarum ea solemnitate collecta ad susceptionem* (δοχήν) *et laudem* (εὐφημίαν, ἀκτολογίαν) *Nicephori a palatio usque ad Sanctam Sophiam quasi pro muris viæ margines tenuit.* Ut hic loci plebs dicitur imperatorem Nicephorum δέχεσθαι, ita quoque Cedrenus de iisdem usurpat eodem sensu p. 600: Πρόοδον δημοσίαν ποιήσαντα τὸν Νικηφόρον ἐν τῇ πηγῇ κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς Ἀναλήψίμου τοῦ Χριστοῦ, οἱ συγγενεῖς τῶν ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ἀπολωλότων, δεξάμενοι (*cum suscepissent, obvium nacti fuissent*, vel etiam *præstolati eum*) ἐν τῇ τῶν ἀρτοπρατῶν ἀγορᾷ, ὕβρεις ἠφίεσαν κατ' αὐτοῦ ἀπρεπεῖς, ἀλάστορα καὶ παλαμναῖον ἀποκαλοῦντες, etc. Ita quoque qui redeuntes e sacro fonte salutabant, ritu veteris Ecclesiæ, dicebantur eos δέχεσθαι. Vid. Theophan. p. 149, quamvis deinceps parvulos attolentes e sacro lavacro ἀνάδοχοι fuerint appellati. In genere est δέχεσθαι, se præsentem sistere, qui copiam videndi et alloquendi alicui facere, et δεχθῆναι, *præsens fieri, adduci*, παραχθῆναι. Apud Theophan. p. 85, est δεχθῆναι εἰς πρόσωπον τοῦ βασιλέως, *ad imperatorem adduci* vel *admitti*. Quia vero diversæ erant δοχαί, partim privatæ, intra consistorium, paucis arbitris, partim etiam publicæ in foro, viis urbis, templis, etc., hinc Nicephorus processionem solemnem δοχὴν προπόμπιον *susceptionem, in qua imperator a populo deducitur*, appellat. Alias δέχεσθαι novis Græcis idem est atque ἐκδέχεσθαι, *exspectare, manere aliquem*. Hinc δοχή alicujus *exspectatio*. Priscus rhet. in excerpt. Legat. Hoesch. p. 25: Οὓς εἰ ἐκπέμπειν εὐλαβηθεῖεν, αὐτὸν δεξάμενον σφᾶς εἰς τὴν Σαρδικὴν διαβήσεσθαι. Convenit ergo δέχεσθαι cum Germanico *aufwarten*, quod proprie est *præstolari* aliquem, hodie tamen apud elegantiores pro reverentiam suam alicui coram veniendo et officia sua offerendo testari, et δοχὴ cum *Aufwartung* δέχεσθαι *seine Aufwartung machen*.

(7) *Ad lychnos*, ait, *puta*, non ardentes, sed camaram, seu arcum a lychnis ibi ardere solitis sic dictum. Καμάρα Græcis omnis *arcus, apsis, voluta* est. Vocabulum ἱσταμένων significat imperatorem ibi gradum figere, et audire stantem laudes sibi dictas. Raro contingebat, ut imperator staret. Putabant enim eum corporis gestum haud decere majestatem imperii, seduloque cavebant, ut in publico sederet. Ex lege autem et cerimonia in talibus populi salutationibus, item ad lectionem Evangelii et textus epistolaris in ecclesia, in allocutionibus ad senatum, vel silentiis quadragesimalibus, in alloquiis ad milites in Campo CPtano, et ad populum in Circo, standum ipsi erecto erat.

(8) [Venctorum demarchus prope domesticum scholarum stabat, Prasinæ juxta domesticum excubitorum; Script. post Theophan., p. 88.]

(9) *Transmarina*, vel, si quis vocem ipsam retinere malit, *peratica* factio, quæ in Galata, (ea hodie Pera dicitur,) et in Asia ultra Propontidem et Hellespontum e regione CPleos, Chalcedone et Chrysopoli, seu Scutari, habitabat, et quæ majoribus factionibus CPtanis ascriptæ erant, veneta peratica venetæ CPtanæ, et prasina peratica prasinæ CPtanæ. Vid. Goar. ad Codin. p. 10 ubi περατικά reddit, *quæ trans pontum* [Ceratinum scilicet] *in Sycena seu Galatensi regione sunt.* Recte quidem, sed et Asia CPli vicina huc pertinet. Ἡ περαία *ultramarina regio* apud Cedren., p. 501, est *Asia*, collat. C. vs. II. Μέρη περατικά sunt *partes Asiaticæ*, ripa Hellesponti CPli opposita apud Theophan., p. 264. Τὸ πέραν est pars Asiæ CPli opposita, πέραν πόλεως διάγειν διὰ τὰ λύσιμα τῶν νόμων, habetur in Autholog. l. II, p. 464, pro *processioni ob fori et tribunalium ferias in transpontana suburbana vacare.* Non percepit ergo Combefis. Script. post Theoph. p. 88, quid sint τὰ περατικὰ τάγματα. Sunt præsidia per Peram, suburbium CPtanum, et in altera Steni parte, Asiatica nempe, per urbes vicinas disposita. V. Du Cange Gloss. G. v. *πέρα*. Peræa est omnis regio alteri opposita et ope freti interjecti ab illa discreta. Sic περαίαν τῆς Λογγιβαρδίας appellat Anna Alexiad., p. 132, tractum Brundusii, respectu Epiri. Περαία τῶν Ἠπειρίδου Nicelas p. 34, memorat, e quo patet, ædem illam, seu villam Picridii in ripa Asiatica fuisse. De Peræa Rhodiorum vid. Maasvic. ad Polyaen. p. 424.

(10) Est summus magistratus factionalis. Quæque factio suum δήμαρχον et suum δημοκράτην habebat, domesticum scholarum veneta, et excubitorum domesticum prasina. Huic suberat, et hujus veluti legatus erat ὁ δήμαρχος, *magister factionis*, factionem in ordine continens. Quale autem fuerit τὸ λιβελλάριν (ita hic loci est in membranis) *libellarium*, seu *libellus*, non satis liquet. Puto fuisse membranam, continentem iambos aut carmen in laudem imperatoris conditum, et gratulandi causa ob festum diem felicter obitum, ipsi traditum, verbo granulationem poeticam, qualem transeunti imperatori diebus festis unaquæque factio per Democraten suum tradebat. Dictio ἐπιδιδόναι τὸ λιβελλάριν τὸν δεσπότην est nova Græcia digna, et perfrequens in hoc libro.

(11) *Acta dicunt, acclamant bona vota.* Tales acclamationes, εὐφημίαι, olim *vota* dicebantur. Derivata vox in novam Græciam fuit, et retenta, et perfrequens est in hoc codice illo sensu. Apud Theophanem p. 154, acta non tantum faustas acclamationes, sed etiam querelas factionis in Circo et exspostulationes cum imperatore, et omnia, quæ tunc dicta et acta fuerunt, significat. Ut acta in judiciis sunt, quæ a partibus litigantibus utrinque disputantur coram tribunali, et in acta, seu commentarios, a notariis referuntur; ita quoque acta sunt, quæ a factionibus oppositis coram imperatore, aut illustri magistratu, dicuntur, et in acta, seu commentarios, referuntur. Scribebant nempe notarii quid quæque factio, et quoties quid dixerint. Hinc sæpe videas in hoc codice annotatum, hoc vel illud ter, aut interdum sæpius recitari. Nullibi frequentius tales acclamationes quam in

ἐκεῖ οἱ τοῦ μέρους (12), ἤγουν ὁ δῆμος, κατὰ τὸ εἰωθὸς τοὺς δεσπότας, ἐν δὲ τῷ ἀκτολογεῖν τὸν δῆμον ὁ δομέστικος κατασφραγίζει (13) τοὺς δεσπότας

A vasis splendidum reddunt. In eodem enim tribunali, ad dextram et sinistram propelychnos factiones et post illas qui hoc tempore in urbe versantur

JOAN. JAC. REIISKII COMMENTARIUS.

scriptoribus historiæ Augustæ legas, ut e. c. acta Senatus ad M. Antoninum philosophum sunt apud Vulcat. Gallien. tn vita Avidii Cassii t. I, p. 467, ad quem locum Casaubonus consueto suo more docte et fuse de ritu acclamandi et de etymologia vocis *acta* disputat. Pag. 524, sunt acta ad Pertinacem post necem Commodi, p. 772, acta ad Macrinum et Diadumenum, p. 890, ad Alexandrum Severum, e quo loco etymologia vocis satis clare patet. *Addam*, ait Lampridius, *acclamationes Senatus, quibus id decretum est. Ex actis urbis ad* (vel potius *ante* diem, ut Casaubonus vult) *pridie nonas Martias*, etc. Hæc et talia plura acta t. II, Scriptorum historiæ Augustæ reperiunda considerans magnam eorum similitudinem deprehendet cum actis in nostro Codice frequenter recitatis. Conf. Sigon. de regno Italiæ p. 28, ult. Plerumque acta ἄκτα in plurali dicitur. Reperio tamen in hoc codice singularem quoque p. 31 : Ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ ἄκτῳ, *in ultima acclamatione, in ultima particula actorum*. V. paulo post de Cractis seu præconibus dicenda. Multa congessit de more et formulis acclamandi Cl. Leichius in adversariis ad codicem hunc, unde caput illud totum, cui titulum *Acclamationes* inscripserat, huc transferam, quale inveni Collectan. pag. 39, 40, 41.

B

* [*Acclamationes.*

Consueta imperatoribus acclamatio. Const. Vit. Bas. c. IX, Benno in vita Hildebrandi Papæ : Henricus imp. solo conténtus triumpho fuit, quem Romæ habuit. Triumphus est applausus ille inaugurato acclamatus : Henrico Augusto a Deo coronato, magno et pacifico, imp. Romanorum — vita et victoria. Ap. Goldast. ad Eginh., p. 170.

C

Filii Basilii Macedonis invocanti in vetere pictura Deum, ut coronet manu sua cum genetrice patrem, dignum ipsum faciens regno cœlesti. Vita ejus p. 155.

Pax Augustæ Du Cange ad Alex. p. 267.

Conf. Νίκα, ubi *tu vincas* expressi, quod idem est atque τουμβηκας apud Suidam. Sic ὀμφίκιον pro *officium* apud Theoph. 316. Inde apparet μ inseri ante labiales. In nostro autem πρεμφέκτωρ pro *præfecto*.

Sub Anastasio cum procederent monachi canticum psallentes, exclamabat populus : καλῶς ἦλθον οἱ ὀρθόδοξοι. Pag. 136. Theoph.

Du Fresne ad Zonar., p. 106 : Κύριε, βοήθει. Vid. eumd. in Dissert. de nummis infer. ævi § 28, 30.

In synodo contra imagines sub Copronymo patriarchæ acclamatum : Κωνσταντίνου οἰκουμενικοῦ πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη. Zonar. p. 188.

Acclamatio Carolo Magno facta pag. 93, 94. Cerim. Franc. t. I. Dans la messe de tierces après l'oraison *Concede* deux grands Chanoines Prêtres chantaient et chantent encore les louanges ou les acclamations : *Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat.*, Melon. p. 17.

D

Les louanges, ou les acclamations : Hunc diem, multos annos istam sedem Deus confirmet, etc. p. 18.

Aureliani, *Christus vincit*, etc. Episcopo Aurelianensi ex omni clero : *Pax, vita*, etc. *Domine, tu illum adjuva*, etc. p. 189, conf, 205.

Christus vincit, etc. Ludovico regi Francorum pax, etc., p. 323.

Optamus te per multos annos bene valere, Domine beatissime Papa. Liber Diurnus p. 57, in decreto subscriptum pro electo pontifice.

Archidiaconus incipit laudem alta voce : Domino nostro Papæ vita. Scriniarii respondent : Tu illum adjuva. p. 168. conf. p. 227, 257, 266.

Acclamationes coronato imperatori factæ similes Græcis, p. 403.

Αὔγουστα του βῆκας. Theoph. 211.

Φιλανθρώπου δεσπότου πολλὰ τὰ ἔτη. p. 247.

Divinitas vos conservet per multos annos, sanctissimi et beatissimi Patres, Donat. Const. p. 20.

Acclamatum in synodis sacris, impp. filiis et patriarchis : πολλὰ τὰ ἔτη. Sic in pseudosynodo Photii p. 226, t. VI Harduini.

Ibid., p. 231 : Βασίλειος, Λέων καὶ Ἀλέξανδρος νικηταὶ τροπαιοῦχοι βασιλεῖς καὶ αἰώνιοι Αὔγουστοι.

Τοῖς θεοπροβλήτοις βασιλεῦσι. p. 259.

Aliæ εὐφημίαι 213.

Legati veteris Romæ, acclamant imp. et pontifici suo Joanni p. 278.

De allocutionibus impp. deque acclamationibus ipsis in theatro factis, rituque illo ad Theodorici Gothorum regis tempora durante dissertationes in academia regia inscriptionum lectæ. Mémoires de Trévoux A. 1705. p. 1230.

Βασιλεῖ ὑπὸ τῆς ἄνωθεν θείας προμηθείας ἐστεμμένῳ, ὁδηγουμένῳ καὶ διακυβερνωμένῳ δεσπότῃ ἀγαθοποιῷ, εἰρηνικῷ, νικοποιῷ, θεοσυμμάχῳ, etc., p. 289.

Annales Bertiniani anno 812 : Legati Michaelis ad Carolum Magnum missi Aquisgrani scriptum pacti ab eo in ecclesia suscipientes, more suo, id est Græca lingua, laudes ei dixerunt. p. 509, ed. Murator.

Laudes facere (εὐφημεῖν) ; sic auctor Innocentio III, æqualis apud Alem. de par. p. 10, etc. et Annal. Franc. Carolo Magno acclamatum est : Carolo piissimo Augusto a Deo coronato magno pacifico imp. Romanorum vita et victoria. p. 30.

S. Basilius ad Helenam imperatricem : Custodiat Deus concessi tibi cœlitus imperii robur inviolatum in annos multos, ac deinde cœlorum regna tibi impartiatur bonorum dator et largitor. Vit. S. Basilii Junioris pag. 673.

Cont. Constantin. in Romano Lecapeno : Οὗτος ὁ Ἰωάννης εἰς λύτρωσιν καὶ ἄνεσιν Ῥωμαίων γενήσεται. p. 264.

Mezeray Abrégé p. 325. Le Pape Etienne venant en France est attendu à Rheims. Le roi Louis I le reçut à la descente du cheval, et se prosterna devant lui. Ensuite il l'accompagna à l'église de l'Abbaye de Saint Remy, et en y entrant il lui prêta la main pour le soutenir. Le clergé de France chanta le *Te Deum*, et celui de Rome fit des acclamations, des louanges à l'Empereur. Le pape et lui prirent ensemble du pain et du vin bénits.

Nicephorum gaudere pacis — illum et phosphorum clamabant. Legat. Luitpr. 145.

Acclamatum Nicephoro : Euge venit stella matituna, etc., pag. 138.

Clerus — Laudibus hi plaudunt, persultant pluribus illi. Et commune decus parili pietate salutant, p. 58, b. Vita S. Germani ab Herico scripta.]* Hactenus Adversaria Leichiana.

(12) *Qui ad factionem pertinent*, Latini quoque *pars* pro *factio* dixerunt. Vid. Salmas. ad. Scr. Hist. Aug. t. I. p. 534.

(13) *Facto manu signo crucis benedicit.* *[Cur σφραγὶς dicta fuerit *crux* vid. Pantin. in l. 1, De vita S. Theclæ n. XIX. et Wagnereck, in vita S. Cosmæ pag. 38.]* et Du Cange Glos. Gr. v. σφραγὶς. Ut ex addito scholio et aliis hujus codicis locis patet, fiebat hæc benedictio vel obsignatio lacinia vestis, non nuda manu. Et sic quoque impera-

peregrini, collegia item urbis, officiales præfecti cum assessore et logotheta prætorii adsunt.

καὶ ἀργυροπράται διά τε βλατίων (15) καὶ λοιπῶν ἐντίμων ἀπλωμάτων τε καὶ πέπλω (16), καὶ μὴν διά τε χρυσῶν καὶ ἀργυρῶν παντοίων σκευῶν τοῦτο καταγλαΐζουσιν, ἐν γὰρ τῷ αὐτῷ τριβουναλίῳ δεξιᾷ καὶ ἀριστερᾷ ἵστανται πλησίον τῶν λύχνων ἀπὸ τῶν δήμων (17), καὶ ἐπέκεινα οἱ κατα τὸν τότε καιρὸν

κατὰ τὴν εὐφημίαν τοῦ δήμου [24]· αὐτὸ γὰρ τὸ τριβουνάλιον κατακοσμοῦσιν οἵ τε [25] βεστιοπράται (11)

VARIÆ LECTIONES

[24] ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι τοῦ δήμου ἀκτολογοῦντος κατὰ τὴν ἀκουλουθίαν τῆς ἀκτολογίας, ἦγουν τοῦ λαοῦ ἀποκρινομένου τοῖς κράκταις κατασφραγίζει ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν κατ' ἄκρον τῆς αὐτοῦ χλανίδος πρὸς τὸν βασιλέα τρίτον. καὶ τῶν κρακτῶν λεγόντων ἔχει δεδεμένην ταῖς χερσί. πάλιν τοῦ λαοῦ λέγοντος, κατασφραγίζει μέχρις ἂν πληρωθῇ πᾶσα ἡ ἀκτολογία. Ἡ δὲ ἡ τάξις καὶ ἡ ἀκτολογία καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς δοχαῖς τελεῖται τῶν Βενέτων καὶ Περσίνων. [25] τε om. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

tor quando in Cathismate alibi populum signa crucis signare vellet, faciebat præpositus ex ejus lacinia vestis ῥωσθέλιον, peculiarem plicam aliquam quam ipsi in manus dabat, ut eo populum signaret. Manavit ille mos imperatorum ex illo veteri Augustorum Romanorum, qui populum Circensem purpura sua venerabantur. Claudian. Consulat. Honorii VI :

regia Circi.
Connixam gradibus veneratur purpura vulgus.

Possit quoque mos veste crucis signum exprimendi natus eo fuisse credi, quod nemini, præter sacerdotes, licebat manu nuda crucis signo alterum signare. Scholion autem illud huc pertinens, quia in extremo margine fuit exaratum, quem cultellus bibliopegi deinceps præcidit, et litteris minutis atque per compendia exaratum est, ut passim sunt scholia hujus Codicis, ideoque lectu difficile fuit, inde factum, ut typis non satis accurate ad fidem membranarum editum prodiret. Sic autem debet restitui : Ἰστέον, ὅτι — κατασφραγίζει ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν μετὰ τὸ ἄκρον τῆς αὐτοῦ χλανίδος πρὸς τὸν βασιλέα τρίτον. Καὶ πάλιν, τῶν κρακτῶν λεγόντων, ἵσταται δεδεμένας ταῖς χερσί. Καὶ πάλιν τοῦ λαοῦ λέγοντος, etc. *Domesticus scholarum lacinia tunicæ suæ imperatorem ter signat*; *et rursus* [*acta sua*] *dicentibus*, id est vices suas obeuntibus, *præconibus* aut *cantoribus*, *stat manibus ligatis*, id est *decussatim pectori impositis*, quali habitu coram regibus Persiæ et Armeniæ, dein coram imperatoribus CPtanis proceres stare, olim mos erat, hodie adhuc mos est in aula Turcica, quæ cum e Græca cum multis aliis transsumpsit. Vid. ad. p. 303, dicenda. Fit aliquoties in hoc scholio mentio τῶν κρακτῶν, *clamatorum*, hoc est præconum, vel cantorum. Conveniunt quodammodo clamatores hi cum psaltis, aut potius cum canonarchis, a quibus tamen diversi sunt. Psaltæ enim erant ordinis clericorum, et populo tantum in ecclesiis hymnos sacros præibant ; cractæ non erant ordinati, sed laici, et populo acta præibant, seu laudes, quas aut populus redderet integras, aut eorum tantum extrema, aut quibus denique convenientes alias formulas doctus subjiceret ; ut οἱ κανονάρχαι, qui προέλεγον τοὺς θείους μνους τοῖς ψάλλουσιν, ut ait Symeo Thessalonicensis. Excusari igitur potest Joannes Cantacuzenus p. 123, in enarratione cerimoniarum suæ coronationis cractas et psaltas pro iisdem habens : Ἐξ ἑκατέρων τῶν τοῦ ναοῦ μερῶν ἐπὶ ξυλίνων ἀναβάθρων εἰς αὐτὸ τοῦτο πεποιημένων οἱ πρωτοψάλται [alias κανονάρχαι] ἱστάμενοι, οἱ καὶ δομέστικοι [nempe Psaltarum] λεγόμενοι καὶ ἕτεροι τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως ἕδειν αἰδότες, οὓς ἐπὶ τῆς τοιαύτης τελετῆς κράκτας ὀνομάζειν ἔθος ἐστὶ, μόλη τινὰ ᾠδουσιν. Colligas ex hoc loco τοὺς κράκτας et τοὺς ψάλτας eosdem fuisse, sed mutasse nomina pro diversa functionum ratione, κράκτας quidem appellatos in cerimoniis profanis, ut in coronationibus imperatorum, in Circo, in processionibus ad ecclesias, ψάλτας autem in ipsa divini cultus per hymnos sacros administratione. Quidquid ejus rei sit, certum est hos κράκτας populo, non omni puto, sed factionibus ad laudes imperatorum dicendas conductis et doctis, præivisse formulas laudum, qualibus codex noster scatet. Propterea Anna Comnena eos τοὺς τῆς εὐφημίας προεξάρχοντας appellat p. 167 : Κωνσταντῖνον καὶ Ἄνναν ἐν ταυτῷ ἐξεφώνουν ἐν τοῖς εὐφημίας καιροῖς οἱ τῆς εὐφημίας προεξάρχοντες. V. quæ deinceps dicam de psaltis. Et sane necesse erat, ut et illi, qui canere laudes imperatorum deberent, eas prius docerentur et memoria comprehenderent, et ut haberent moderatores, qui tempora cujusque formulæ dispensarent, et quæ identidem formula recitanda esset, eam præirent atque de ea monerent, ideo *monitores* a Tertulliano dictos in Apologetico, respiciente ad monitores paganorum, formulas solemnes in sacris illis, qui sacra facerent, præeuntes. Latini medio ævo hos homines *Archicoros* perapto vocabulo appellabant. S. Eulogius in documento martyrii apud Du Cange v. *Psalmista*, videtur discrimen inter psalmistam et cantorem facere, his verbis : *Non promit cantor divinum carmen in publico*, *non vox psalmistæ tinni in choro*, etc. Non tamen bene novi rationem discriminis. Forte cantor extra ecclesiam præibat populo aut choro suorum discipulorum hymnos sacros, quod idem psalmista sub ipso sacri officii exercitio in ecclesia faceret.

(14) M. οἵ τε βεστιοπράται. Sunt οἱ βεστιοπράται *mercatores vestiarii*, ut ἀργυπροπράται *mercatores argenti*, id est *collybistæ*, *trapezitæ*, *fæneratores*, de qua significatione v. Du Cange Gloss. Gr. h. v. et ad p. 11. *Argentarii* medio ævo Latinis audiebant.

(15) Vox *blattæ* tam diverso sensu accipitur, ut de ipsius significatione certum quid sanciri nequeat, sed debeat, ex connexione cujusque loci ubi occurrit, æstimari, *sericumne*, an *purpuram* designare velit. E. c. in voce *sericoblatta*, notat tinctu-ram, colorem, quo tincta sunt. Quin statuit Salmasius ad Scr. Hist. Aug. t. II, p. 546, βλαττὶν idem esse atque simpliciter ἱμάτιον, *vestem*. Conf. idem ibid. p. 540. Du Cange ad Alexiad. p. 275 et utroque Glossario. Hic quidem loci patet βλαττία esse sericos pannos. Quando autem διβλάττιν, τριβλάττιν occurrit, clarum est, secundam aut tertiam tinctoram purpuream intelligi.

(16) Si qua est differentia horum vocabulorum in quorum usu sibi nonnihil scriptores permittunt, sunt τὰ ἁπλώματα stragulæ, panni, qui altarium mensis e. c. aut rei planæ pronæ jacenti insternuntur, πέπλοι autem deorsum dependent.

(17) Gemino modo potest hic locus explicari, sive *a factionibus inde*, vel *retro factiones* : sive *a gradibus inde*. Δῆμοι dicebantur *gradus circenses*, in quibus greges stabant et spectabant ; ex eo fieri potuit, ut omnes gradus δῆμοι appellarentur, præsertim in quibus greges factionales starent, etiamsi extra Circum.

ἐντυγχάνοντες ἐνταῦθα (18), καὶ μὴν καὶ τὰ συστήματα (19) τῆς πόλεως καὶ οἱ περὶ τὸν ὕπαρχον ὀφφικιάλιοι μετὰ καὶ τοῦ συμπόνου καὶ τοῦ λογοθέτου τοῦ πραιτωρίου.

Ζ'. Καὶ εἶθ' οὕτως ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε διέρχονται οἱ δεσπόται ἕως τοῦ τρικλίνου τῶν σχολῶν, καὶ ἐν τῷ προπυλαίῳ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσι τῷ Θεῷ· καὶ γίνεται ἐκεῖσε δευτέρα δοχὴ, καὶ δέχεται ὁ δημοκράτης τῶν Πρασίνων, ἤγουν ἐκσκούβιτος μετὰ καὶ τοῦ περατικοῦ αὐτοῦ δήμου τῶν Πρασίνων, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπιτελεῖται, καθὼς προείρηται ἐν τῇ πρώτῃ δοχῇ. Καὶ εἶθ' οὕτως γίνεται τρίτη δοχὴ ἔνδοθεν τῆς χαλκῆς (20), ἤγουν εἰς τὴν πύλην τῶν σχολῶν τὴν εἰσφέρουσαν εἰς τὸν θόλον τῆς Χαλκῆς, καὶ δέχεται κἀκεῖσε ὁ δημοκράτης τῶν Βενέτων, ἤγουν ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν, μετὰ καὶ τοῦ περατικοῦ δήμου τῶν Βενέτων, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπιτελεῖται, καθὼς προείρηται· καὶ τὰ [26] ἔνδοθεν τῆς χαλκῆς πύλης εἰς τὸν μέγαν θόλον δεξιᾷ [27] μὲν ἵσταται τὸ ἱατρεῖον ἐπευχόμενον τοῖς δεσπόταις, ἀριστερᾷ δὲ οἱ τῆς παλαίστρας, καὶ αὐτοὶ εὐφημοῦντες τοὺς δεσπότας. « Εἰς πολλοὺς (21) χρόνους καὶ ἀγαθοὺς Θεὸς ἀγάγοι [28], » καὶ τὰ ἑξῆς.

A VII. Inde domini usque ad triclinium scholarum procedunt, et in atrio Sanctorum Apostolorum, ter genu flexo cum cereis Deum venerantur : atque ibi Secunda exceptio est, et tribunus Prasinorum seu excubitor cum factione sua transitoria Prasina eos excipit, cæteraque, ut supra de prima factione dictum, peragit. Ita et Tertia intra chalcen seu in porta scholarum, quæ ad tholum chalces ducit, stat, et excipit ibi tribunus Venetorum seu domesticus scholarum cum transitoria turba Veneta, cæteraque, ut supra observatum est, perficit. Intra Æneam portam in magno tholo ad dextram medicorum officium, dominis fausta apprecans, adest; ad sinistram autem qui ex palæstra sunt, ipsique dominis acclamant : « In multa bonaque tempora B Deus inducat, » etc.

Η'. Καὶ ἐξιόντων τῶν δεσποτῶν εἰς τὴν χαλκῆν πύλην· ἐκεῖσε γὰρ ἵστανται δεξιᾷ καὶ ἀριστερᾷ οἱ ὀργανάριοι (22), εὐφημοῦντες κατὰ τύπον τοὺς δεσπότας [29]. Καὶ εἶθ' οὕτως γίνεται δοχὴ τετάρτη ἔξω τοῦ καγκέλλου τῆς χαλκῆς, καὶ δέχεται ἐκεῖσε ὁ δήμαρχος τῶν Βενέτων μετὰ τοῦ δήμου τοῦ λευκοῦ, δηλονότι ὄπισθεν τοῦ δημάρχου ἱσταμένου καὶ τοῦ δευτερεύοντος αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπιτελεῖται, καθὼς προείρηται. Καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε γίνεται πέμπτη δοχὴ πρὸ τῆς μεγάλης πύλης τῆς εἰσφερούσης εἰς τὸν αὐγουστεῶνα, καὶ δέχεται κἀκεῖσε ὁ δήμαρχος C

VIII. Exeuntibus dominis in Chalcen seu Æneam portam, ad dextram lævamque organarii stant, dominis, ❹ ut mos est, fausta acclamantes. Sic Quarta receptio extra cancellos chalces fit, et Venetorum tribunus cum factione alba, stante scilicet a tergo tribuni, cumque eo, qui secundum ab ipso locum tenet, dominos excipit, cæteraque, ut supra expositum est, peragit. Inde Quinta receptio fit ante portam Magnam augustalis, ubi princeps Prasinorum cum factione russa, scilicet pone ipsum adstante, cumque eo, qui secundas tenet, excipit,

VARIÆ LECTIONES.

[26] τὰ om. ed. [27] δεξιᾷ μὲν om. ed. [28] ἀγάγει cod. [29] ΣΧΟΛ. Εὐτυχῶς εἰς πολλὰς ἑορτάς om. in ed. add. R.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(18) Satis bene congruit Luitprandi relatio, qui se in processione Nicephori *collocatum* scribit *juxta psaltas seu cantores in eminentiore loco.*

(19) *Collegia, ordines urbis*; ut collegia mercatorum et opificum. De Symponis vel assessoribus præfectorum urbis, qui jus dicentibus assidebant et consilio aderant, vid. Guther. p. 330. In inscriptione tituli e codice Justinian. apud eumdem pag. 270, appellantur *administrantes vel assessores, id est consiliarii.* E scriptoribus post Theophanem pag. 294, fere colligas, Symponos præfecti Urbis ab imperatore ipso additos fuisse, interdum tamen D præfecti ipsi eos legebant.

(20) Ædificium id erat æneis tegulis tectum, per quod in magnum palatium aditus patebat. V. Du Cange *CPli Christiana* p. 113 sqq. Observo tantum hic, morem tunc temporis fuisse majora quæque et splendidiora ædificia tegulis æneis operiendi, cujus etiam monumenta adhuc hodie supersunt. Anastasius in Vitaliano : *Ecclesiam B. Mariæ ad martyres, quæ de tegulis æneis erat cooperta, discooperuit.* V. ad p. 42. A. 5.

(21) Formula hæc, qua novi Græculi usque ad tædium utuntur πολυχρόνιον appellatur. Vid. Du Cange Gloss. utroque h. v. et Goar. ad Codin., p. 84. n. 13, quos non exscribo. Tantum indicabo, quid sibi velint verba apud Codinum sæpius recurrentia : ὁρίζει εἰς πολλὰ ἔτη. Scilicet *jubet imperator, ut vobis ad vestrum* πολυχρόνιον *suo nomine respondeam* εἰς πολλὰ ἔτη. Id quod resalutatio solemnis imperatoris ab subditorum πολυχρόνιον videtur fuisse. Corrigam quoque hac occasione locum Luitprandi celebrem, Cangio non præteritum p. 483. : *Laudibus, imo conviciis* [non *inventis*] *suis* Deus annos ut multiplicet *conclamant.* Recte subjungit argutamentum sequens. *Qua in re quam sint Græci stulti, quam vanæ* [non *quamve*] *hujus gloriæ amatores, quamve adulatores, hinc colligere possumus. Optant seni non solum* [sic leg.], *sed silicernio, quod naturam ipsam non pati certo sciunt. Gaudet et silicernium ea sibi optari quæ nec Deum facere nec sibi prodesse, sed obesse, etiamsi faceret, novit.* Usurpabatur hæc formula Latinis quoque, Augustinus Patricius Cerim. Ecclesiæ Rom., tit. II, § 4 : *Ordinator sine mitra accedens versus Electum tertio* [id est ter, ἐκ τρίτου] *genu flectens cum distantia convenienti ter dicet* : Ad multos annos — *Et hic modus de benedictione et* Ad multos annos *servatur etiam, si ordines acciperet in pluribus diebus sigillatim.*

(22) *Qui organis canunt, organa pulsant.* Solebant enim organa sonare, quando factiones dominum excipiebant et salutabant. Vid. p. 20. De organis ipsis infra ad eam partem libri Nostri, quæ de ludis circensibus agit, dicam. Ad vocem τόπον addit margo membranarum hanc notam εὐτυχῶς εἰς πολλὰς ἑορτάς, post vocem ἱσταμένου lin. 5, 10, tollendum comma ex fide membranarum. Pertinet enim ad δευτερεύοντες, non ad δήμου.

cæteraque, ut dictum est, peraguntur. Post ipsam Sexta receptio in horologio Sanctæ Sophiæ fit, et princeps Venetorum cum factione alba præsto est, cæteraque, ut supra exposuimus, perficiuntur.

IX. Hinc per portam Speciosam domini transeunt, quibus a præpositis intra velum in camera seu in

τῶν Πρασίνων μετὰ καὶ τοῦ δήμου τοῦ ῥουσίου, δηλονότι ὄπισθεν [τοῦ δημάρχου ἱσταμένου καὶ τοῦ δευτερεύοντος αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπιτελεῖται, καθὼς εἴρηται. Καὶ μετὰ ταύτην γίνεται ἕκτη δοχὴ εἰς τὸ ὡρολόγιον (23) τῆς Ἁγίας Σοφίας (24), καὶ δέχεται κἀκεῖσε ὁ δήμαρχος τῶν Βενέτων μετὰ τοῦ δήμου τοῦ λευκοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπιτελεῖται, καθὼς προείρηται.

Θ'. Καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε εἰσέρχονται οἱ δεσπόται διὰ τῆς ὡραίας πύλης (25), καὶ ἀποστέφονται (26),

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(23) De horologiis ea ætate notis et usitatis ago ad p. 272, penult.

(24) Celeberrima hæc ecclesia superiorum temporum et hujus adhuc miraculum, nemini facile veterum scriptorum recentiorumve itineratorum non memorata fuit. Copiose structuram et magnificentiam ejus exsecuti fuerunt Paulus Silentiarius in Ecphrasi, et in notis ad eam Du Cange, item l. III, *CPlis Christianæ*. Sanctæ Sophiæ nomine non sancta quædam martyrissa, Sophia dicta, sed Jesus Christus, Dei Sapientia Græcis designabatur, ut ipsi volunt, aut accepit ea ecclesia id nomen, quod sancta Dei Sapientia, hoc est Verbum Dei in ea doceretur; et antequam mos invalesceret ecclesias martyribus atque martyrissis dedicandi, omnes, certe majores, ubique locorum audiebant Sanctæ, aut etiam Sancti, Sophiæ. Ita Matthias de Michovia l. II. de Sarmatia c. 3, memorat in urbe Novogrod fuisse *principalem ecclesiam Sancti Sophiæ, id est Salvatoris, tectam aureis luminis splendescentibus.* Quod idem templum Paulus Jovius libello de legatione Moscovica *vetustissimum ac venerabile* appellat, *quod ante quadringentos annos* [ætate Jovii] *Byzantiorum Cæsarum æmulatione, Sanctæ Sophiæ, Dei Filio, dicatum fuit.* Beneventi quoque fuisse aliquando ecclesiam Sanctæ Sophiæ constat e Chronico Casinensi l. 9 : *Hic intra mœnia Beneventi templum Domino opulentissimum ac decentissimum condidit, quod Græce* Ἁγίαν Σοφίαν, *id est Sanctam Sapientiam vocavit.* [Etiam Thessalonicæ templum Sanctæ Sophiæ fuit; p. 326. Scr. post Theoph.] Item Nicææ; Theophan. anno octavo Constantini et Irenes : Ἐγένετο ἡ πρώτη συνέλευσις καὶ καθέδρα τῶν ἐπισκόπων ἐν τῇ καθολικῇ τῇ Ἁγίᾳ Σοφίᾳ τῆς Νικαίας, et Antiochiæ, teste Niceta.

(25) *Porta Speciosa* fuit, ut ex hoc loco et p. 45, patet, extima ecclesiæ, per quam e Pronao aditus in Narthecem patebat, ut porta Regia, ea quæ e Narthece in Naum, et porta Sancta, quæ e Nao in sacrificatorium ducebat. Vid. Du Cange v. πύλη, Heinecc. de Stat. eccles. Græc. p. 99. et Goar. ad Codin. p. 133, n. 27, et 134. n. 39. Sed non consentiunt cum Nostro. Forte alia fuit appellationum ratio tempore Constantini nostri, et alia Codini. Consentit Nostro Nicetas Choniata p. 241, de Alexio Comneno coronando sic narrans : Εἶτα ταῖς ὡραίαις λεγομέναις τοῦ νεὼ πύλαις ἐγγίσας ἱκανὸν ἐκεῖσε χρόνον διέτριψε, προσδεχόμενος πότε ἂν ἐπιταχθείη τὴν εἴσοδον παρὰ τῶν ἀκριβούντων τὸ τῆς ὥρας καίριον τῶν ἱερῶν κατηχουμενείων ἄνωθεν. Unde patet, antequam introitus in ecclesiam fieret, exspectatum ad Speciosam portam fuisse, donec signo a catechumeniis dato tempus introeundi significaretur.

(26) A longo jam tempore invaluit ille mos, quo inferior in conspectu honoratioris ad testandam conditionis suæ humilitatem suamque reverentiam, qua alterum prosequatur, caput denudat. Hinc tantum honoratioribus proceribus licebat tecto capite coram imperatore CPtano stare juniores valeti, quamvis nobiles prosapia, τὰ ἀρχοντόγεννήματα, debebant ἀσκεπεῖς nudo capite procedere, ut suo loco videbimus. Hinc de captis ducibus Siculis, Balduino et Richardo, et in conspectum Isaacii Angeli adductis, narrat Nicetas, p. 192 : Τὸ τῆς κεφαλῆς ἀποθέμενοι κάλυμμα καὶ δουλικωτέραν προσκύνησιν ἀπονείμαντες ἠρωτήθησαν — Igitur sancitum olim erat, ut in ecclesiæ ingressu infulæ et pilei ponerentur. Theodosius Junior et Valentinianus in constitutione pone concilium Ephesinum, *Dei templum ingressuri*, aiunt, *foris arma relinquimus et ipsum etiam diadema deponimus.* Jam tempore Augustini mos ille obtinebat, ut imperator templum intrans, aut memoriam sancti venerans diadema deponeret. Augustinus psalm. 65 : *Melius est ut, Romam cum venerit imperator, deposito diademate ploret ad memoriam piscatoris, quam ut piscator ploret ad memoriam imperatoris.* Satis episcopaliter. Ante ingressum Nai in Narthece deponebant impp. CPtani suas infulas. Quapropter tanquam rem insolentem narrat Leo Grammaticus in Michaele, quod μέχρι τῶν βασιλικῶν πυλῶν ἐλθὼν οὐκ ἀπέθετο τὸ στέφος, καθὼς ἔθος ἐστὶ τοῖς βασιλεῦσιν, ἀλλὰ μετ' αὐτοῦ εἰσῆλθε μέχρι τῶν ἁγίων θυρῶν. [Coronam deponere solebat imperator ante τὰς ἁγίας πύλας. Georg. Monach. pag. 539. Justinianus stemma capiti per 40 dies non imposuit, sed absque corona sacris Christi natalitiis ad ecclesiam accessit. Theophan. p. 196.] Faciebat hoc Justinianus, luctus et contritionis deconstrandæ causa ob tristem casum, terræ motum horrendum, qui CPlin afflixerat. Reverentiæ autem ergo fiebat, ut impp. ante portam Regiam infulas demerent; quemadmodum etiam faciebant ante lectionem Evangelii. Conf. Vales. ad Amm. Marcell. p. 319. Sed totone tempore sacri officii nudum habebant caput? Videatur fere ex eo, quod patriarchæ dicantur illis ex ecclesia domum redeuntibus et vale dicentibus in propylæo infulas rursus reponere, in signum finiti officii divini. Contrarium tamen colligitur ex eo, quod passim dicantur imperatores ad lectionem Evangelii e Metatorio prodeuntes infulam demere, et quod hodie Græci sacris operto capite intersint, teste La Croixio, tantummodo apud transitum sacrorum infulas dementes, quod etiam olim faciebant in ecclesia Latina, ut pluribus demonstrat Ciampinus tom. I, Monum. Vetust. p. 117, 118. Ordo Roman. : *Postquam per diaconum dictum fuerit* : Sequentia S. Evangelii secundum Lucam, *baculi omnium deponuntur de manibus, et in ipsa hora neque corona neque aliud operimentum super capita eorum habetur.* Quod præpositus imperatori CPtano præstabat officium in demenda, tenenda et reponenda infula, id occidentali præstabat comes palatii Lateranensis. Ita Ludovicus IV, in bulla, qua Caetruccium, comitem Lucanum, comitem palatii Lateranensis creat, tribui ipsi *jus levandi et tenendi imperiale diadema de nostro* [verba bullæ sunt] *et successorum nostrorum Romanorum principum capite, tempore, quo imperialis coronationis solemnia celebrantur, et etiam quocunque alio tempore, quoties publice ipsum diadema expediverit elevari de capite nostro et successorum Romanorum principum et reponi.* Ipsos quoque sacerdotes in sacro officio peragendo ca-

ὑπὸ τῶν πραιποσίτων ἔοδον τοῦ βήλου τοῦ κρεμαμένου εἰς τὴν καμάραν, ἤγουν εἰς τὸ προπύλαιον τοῦ Νάρθηκος. Ὁ δὲ πατριάρχης ἐκδέχεται εἰς τὴν

A atrio Narthecis suspensum corona adimitur. Patriarcha vero in porta Narthecis cum consueto suo ministerio et ordine eos excipit, ad quem, corona

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

melaucia deponere consuevisse concludo e loco Isaaci, Invectiva secunda in Armenios, si satis tuto licet e loco extra connexionem evulso statuere. Omophoria quoque sua, ut signum episcopatus, quemadmodum infula imperii signum est, ad lectionem Evangelii deponebant, ut ex Isidoro Pelusiota l. I, epist. 136 constat, ubi mystice explicans indolem omophorii, rationem allegat, quare episcopus illud tunc deponat: Ἡνίκα αὐτὸς ὁ ἀληθινὸς ποιμὴν παραγίνεται διὰ τῆς τῶν προσκυνητῶν Εὐαγγελίων ἀναπτύξεως, ἀποτίθεται τὸ σχῆμα τῆς μιμήσεως ὁ ἐπίσκοπος, αὐτὸν παρεῖναι δηλῶν τὸν Κύριον τὸν τῆς ποιμαντικῆς ἡγεμόνα καὶ θεόν. Conf. Du Cange, v. *Cervellerium* et *Almucia*.

Quoniam incipit auctor noster illos ritus enarrare, quos in solemnibus processionibus imperatores in celebratione divini cultus observare debebant, neque ea res intelligi possit absque cognitione rituum sacrorum, qui cultum divinum penes Græcos constituunt: decrevi hic in ingressu istius tractationis de sacris rebus generalem quamdam speciem liturgiæ Græcæ et ecclesiarum Græcarum subjicere, e qua deinceps dicenda melius poterunt percipi. Persequar igitur totum ordinem liturgiæ Græcæ juxta relationem La Croixii et Stephani Gerlachi, qui sacris Græcorum interfuit non semel, et quæ spectavit audivitque, diligenter in itinerario suo consignavit. Erit deinceps disputandi locus, *Les Eglises régulières se divisent en trois parties, appelées* νάρθηξ, vestibule, *ou* πρόναον, avant-nef, ναός, la nef, et βῆμα, le sanctuaire. *Le vestibule... sert à présent à baptiser les enfants et exposer les corps morts des laïques pendant les obsèques...* Servit quoque congregationi fidelium, qui ante patriarchæ, aut sacerdotis, et imperatoris, aut præcipui in quaque communione viri, adventum, et ante τὴν εἴσοδον in Naum non intrant. *La nef sert à recevoir les fidèles, qui s'assemblent pour chanter les louanges de Dieu et se placent suivant leur rang sans confusion. Les ministres de l'église et les personnes distinguées occupent la partie la plus avancée auprès du sanctuaire, laquelle est entourée des chaires, comme dans nos chœurs, et n'est point séparée de l'autre où le peuple se range. Le sanctuaire est au fond de l'église, séparé de la nef par un grand entablement peint, avec des tableaux de Jésus-Christ, de la Vierge, du Patron. On entre au sanctuaire par trois portes, deux petites et une grande nommée par excellence* πύλη ἁγία καὶ βασιλική, la porte sainte et royale. [Credo quidem eam ita appellari novo more; sed Constantini nostri tempore porta illa tantum αἱ ἁγίαι θύραι dicebantur, et αἱ βασιλικαὶ erat illa porta, per quam e Narthece in Naum intrabatur.] *Il y a trois enclos dans l'intérieur du sanctuaire destinés à des usages différents; celui du milieu, qui est d'une seule pierre marquée de croix, s'appelle la table sacrée, divine et mystique, à cause du mystère, et n'est ornée que d'une croix et du livre des Evangiles. L'autel à la droite est destiné à recevoir les présents des fidèles et déposer les espèces du sacrifice. Celui à gauche sert à mettre les ornements et les vases sacrés, et les diacres, sous-diacres et officiers mineurs s'y rangent durant le sacrifice pour allumer les cierges et faire chauffer l'eau du calice. Dans les églises patriarcales et métropoles, il y a au fond du sanctuaire un trône à côté du grand autel pour le patriarche ou le métropolite, pendant la célébration, qui se nomme* ἅγιον σύνθρονον, le saint trône; *pour le distinguer de la chaire ordinaire, qu'ils occupent*

B

C

D

parmi leur clergé durant le reste de l'office. Les femmes ne se mêlent point avec les hommes, elles se retirent dans les galeries autour de l'église, ou à une tribune fermée de jalousies, où on ne les voit point, afin d'empêcher la distraction, le scandale et le mauvais usage, que l'on fait fréquemment de nos églises, qui ne se rencontre point chez les Grecs, lesquels sont très-attentifs à l'office, qui se chante presque tout en grec vulgaire. Il n'est point permis aux laïques d'entrer dans le sanctuaire, dont la porte s'ouvre trois fois les jours de fêtes solennelles; la première avant la consécration, et se referme en même temps, la seconde à la Communion, et la troisième au commencement des vêpres; et les jours ordinaires on ne l'ouvre que deux fois pour le sacrifice. L'on allume durant l'office quantité de cierges et de lampes dans l'intérieur, et devant les trois portes du sanctuaire, mais l'on n'en met point sur les autels. Post hæc allata, quæ partes ecclesiarum Græcarum et aliqualem liturgiæ ordinem continent, necessarium judico caput ejusdem libelli 15 totum ascribere, quo agitur *de quelle manière on célèbre la fête des Pâques en Valachie et en Moldavie.* Egregie enim locum hunc nostrum illustrat. *La fête des Pâques se célèbre bien plus solennellement en Valachie et en Moldavie, où il n'y a que des Grecs, que dans tous les autres lieux, à cause de la liberté. Le prince et la domna princesse vont en habit de cérémonie, et suivis d'une cour forte leste, trois heures avant le jour à l'Eglise, dans le parvis de laquelle il y a deux trônes, l'un pour lui et son épouse, et l'autre pour le métropolite, qui les reçoit en habits pontificaux suivi de son clergé. Les officiers de la cour du prince sont derrière lui; savoir, les principaux seigneurs et la noblesse à la droite; et les officiers de justice, et corps des marchands, à sa gauche; et la milice fait une enceinte pour empêcher le peuple, qui vient en foule voir la cérémonie, d'incommoder les assistants. Il y a dans le milieu de cette place un autel, sur lequel on célèbre la Messe; et après l'Evangile, le prince et le métropolite partent en même temps de leurs trônes, et se rencontrent à l'autel, où ils s'entre-saluent au visage, se donnent à baiser mutuellement une petite croix ornée de pierreries qu'ils tiennent à la main, en disant* Christos anesti, *et retournent à leurs places. Ensuite tous les assistants réguliers et séculiers, vont à leur rang baiser la main du métropolite et de la princesse au son de tambours, trompettes, timbales et hautbois, au bruit de plusieurs décharges de canons, et de mousqueterie, et des acclamations du peuple, qui fait retentir l'air de ces paroles de la Résurrection, en s'embrassant.*

Cette cérémonie est suivie d'un festin public du prince dans son palais, aux principaux du clergé et de la noblesse; on sert le clergé en poisson, comme calogers, religieux, et toutes sortes de viandes aux autres. Il y a trois tables; une petite sur une estrade sous un dais pour le prince, lequel mange seul, et deux fort longues à droite et à gauche de celle-là, l'une pour le métropolite et le clergé; et l'autre pour les officiers de la noblesse, et les nobles. Le métropolite fait la bénédiction de la table; durant le repas le prince envoie des assiettes chargées des meilleurs mets à ceux qu'il veut favoriser, et boit la santé de la domna à rouge bord, à genoux et nu tête. Ce même repas se réitère deux autres fois dans le cours de l'année, aux fêtes de Noël et de l'Epiphanie; mais celui des Pâques est accompagné de présents de vestes, que l'on distribue au clergé, et à la noblesse; savoir trois, de velours, satin et drap

deposita, domini intrant, primumque flexo genu, A sanctum Evangelium ab archidiacono portatum ve-

πύλην τοῦ Νάρθηκος μετὰ τῆς συνήθους αὐτοῦ ὑπηρεσίας καὶ τάξεως, καὶ μετὰ τὸ ἀποστεφθῆναι τοὺς

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

au métropolite, et aux huit principaux nobles, et deux de satin et drap à chacun des autres, avec lesquelles ils se retirent pleins de libéralités de leur prince, qui rentre dans son palais pour se divertir avec la princesse, sa famille et ses principaux officiers, qu'il régale de vestes de brocard d'or.

Addenda tandem excepta quædam ex ejusdem capite 19, quod Liturgiæ ipsum ordinem aliquanto uberius exponit. *Le célébrant et le diacre se lavent publiquement les mains, pour se préparer à la réception des pains de proposition que présente le peuple, et lui faire connaître avec quelle pureté d'âme et de corps il faut célébrer le sacrifice et y assister. Ensuite s'étant approché de l'autel de proposition, le célébrant prend le pain destiné au sacrifice, sépare la partie carée et empreinte avec la patène, et bénit le reste, que l'on distribue au peuple à la fin de la Messe. Après cette oraison on fait une procession autour de la nef au son des timbres, avec l'encens ; on sort par la petite porte du sanctuaire, et l'on rentre par la grande, et le diacre porte le livre des Evangiles entre ses deux mains, fort élevé pour le faire voir au peuple, et le repose au milieu du grand autel. On chante un hymne d'adoration, lequel finit par ces paroles,* ἅγιος ὁ Θεός, *Dieu saint,* ἅγιος ἰσχυρός, *saint fort,* ἅγιος ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς, *saint immortel, ayez pitié de nous, avec le* Gloria Patri, *et ensuite l'Epître et l'Evangile du jour. L'Evangile étant fini, on ôte les pains de présent de l'autel de proposition, et l'on fait une seconde procession des espèces ; les acolytes portent la croix, les chandeliers, les timbres, et l'encensoir suivis du sous-diacre, qui tient la patène haute, du diacre portant une boîte, où est enfermé le pain du sacrifice, couvert d'un voile, élevée et appuyée sur son front, et le célébrant marche le dernier, ayant le calice couvert entre ses mains. Cette cérémonie se fait avec autant de modestie que de dévotion à pas fort lents, pour donner le temps aux chantres de réciter* Gloria in excelsis, *et au peuple prosterné à terre de baiser les bouts de l'étole de l'officiant, en disant les paroles du bon larron.* Seigneur, souvenez-vous de nous dans votre royaume, *que le célébrant et ses assistants répètent de temps en temps à voix basse, et la procession rentre par la porte sainte, qui se ferme à l'instant, et l'on met le calice et les espèces au milieu de l'autel. On chante plusieurs hymnes, cantiques, antiennes, versets et répons, et l'on fait quantité de génuflexions, adorations, bénédictions et encensements rapportés au rituel grec, après lesquelles le célébrant offre son sacrifice avec ces mots. — Toutes ces cérémonies de la consécration se font à huis clos dans le sanctuaire auxquelles le peuple joint son intention, et assiste des yeux de la foi à ce mystère secret, durant lequel on chante le symbole et des cantiques. La consécration est suivie de l'élévation au son des timbres, pour avertir le peuple de redoubler son attention, et sa dévotion, et de la fraction au pain en quatre parties, ainsi qu'il est divisé ; desquelles il en mêle une dans le calice, communie d'une autre, et garde les deux autres pour communier les assistants. Le célébrant ayant communié, le diacre ouvre la porte sainte, et invite le peuple à la communion, en disant :* Approchez avec la crainte de Dieu, la foi et la charité, *et il le communie sous les deux espèces, en tirant du calice avec une petite cuillière, une partie du corps de* Jésus-Christ *et un peu de sang mêlé ensemble ; mais les ecclésiastiques reçoivent séparément les espèces. La communion est suivie de la distribution du pain bénit par un autre diacre ; les Grecs ne le mangent pas sur-le-champ, et le conservent dans des bourses propres, qu'ils pendent au col, lorsqu'ils font voyage, pour s'en servir, et le manger étant attaqués de maladies mortelles dans des lieux dépourvus d'église, et de prêtres pour leur administrer le viatique, prétendant, que le pain bénit les fortifie contre les tentations du démon, et les aide à bien mourir au défaut du viatique.*

Cum his et cum cerimoniali nostro ut comparari queat locus Gerlachi, latine conversa hic ponam quæ in illius itinerario Germanico p. 62. sqq. leguntur : *Die 19 Septembris A.* 1574, *intravimus ecclesiam Græcam in suburbio Galatæ,* Χρυσοπήγη *a Græcis dictam, ubi totam eorum liturgiam spectavimus. Stabat Capellanus coram choro dorso ad* B *populum converso, recitans preces, quibus populus crebre* Κύριε ἐλέησον *acclamat. Post preces incipiebat sacerdos una cum tribus aliis, et uno monacho cantare, quibus canonarcha cum pueris psallis, tanquam alter chorus, respondebat. Erant ergo duo velut chori, sacerdotis intra chorum, et canonarchæ extra eum, invicem alternantes. Post ea puer prælegit textum ex Epistola Apostoli ad Corinthios. Quo facto presbyteri omnes habitu sacerdotali procedebant extra chorum,* [*id est tribunam,*] *quorum unus codicem Novi Testamenti* [*vel potius evangelistarum*] *ornatum gestabat, et super ambone, media in ecclesia sito, et cruce lignea ornato, deponebat. Repetebant deinceps chorum, in cujus tabulatis, vel sepi lignea, ab ea parte quæ ad Navem respicit, picta conspicitur imago Christi, cum inscriptione* ὁ παντοκράτωρ, *coram qua sese inclinabant. Redditi choro sacerdotes soli intra eum canebant. Cantica illa lectione Evangelii interstincta continuabant, et liturgiæ suæ ritibus variis peractis, aperiebant rursus* C *chorum, ter vel quater agitabant thuribulum, et procedebant omnes hoc ordine. Primi prodibant duo pueri cum cereis ardentibus, tum duo alii cum contis lauro cinctis. Excipiebat eos sacerdos panem sindone tectum gerens super capite. Sequebantur sacerdotes duo singuli singulos calyces gerentes, non tanquam tot opus esset, sed spectaculi et pompæ gratia. Stipabant eorum latus duo pueri, singuli cum singulis contis lauro cinctis, quorum summa pars crucem referebat. nitentibus ad instar speculi. Postquam ab hac processione rediissent in chorum, claudebant eum, ut nemo videre posset quæ intus gererentur ; et primarius sacerdotum clamabat clara voce:* λάβετε, φάγετε, οὗτός ἐστιν ἄρτος — τοῦτο ἐστιν αἷμα. — *Seorsim inde ipsi communicabant intra chorum ; deinde monstrabatur populo calyx, qui eum summa veneratione prosequebatur, et velut adorabat. Tandem peragebant preces pro patriacha* CPtano. *Alexandrino, Hierosolymitano, Antiocheno,* D *et omnibus reliquis episcopis. Peractis omnibus precibus, canticis et communione, prælegebat monachus aliquis, legatus patriarchæ Antiocheni, epistolam, qua sibi dari eleemosynam rogabat. Ultimo tandem totus cœtus, unus post alium procedebant versus chorum, ubi singuli frustum panis accipiebant,* ἀγάπη *dictum, quod nacti velut in processione adibant et venerabantur inclinatione corporis atque osculabantur imagines.* Interjectis aliis continuat idem Gerlach in hunc modum : *Quando ministri ecclesiæ intrant chorum, inclinant sese versus crucem ligneam amboni impositam media in ecclesia, deinde vultu ad imaginem Christi converso se signo crucis signant. Idem faciunt quotquot in ecclesiam conveniunt — deinde consident loco quisque suo, expectantes voces aliquas in precibus et canticis, ad quarum auditum sese inclinant et cruce signant, dicentes :* Κύριε, ἐλέησον, *aut :* Σοφια Πατρός. *His præmissis, multa nobis exsequitiora deinceps erunt.*

δεσπότας εἰσέρχονται πρὸς τὸν πατριάρχην, καὶ ἐν πρώτοις μὲν προσκυνοῦσι τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον (27) βασταζόμενον ὑπὸ τοῦ ἀρχιδιακόνου, καὶ εἶθ' οὕτως χαιρετίζουσι (28) τὸν πατριάρχην, καὶ ἀσπάζονται αὐτὸν, καὶ ἀπέρχονται ἕως τῶν Βασιλικῶν πυλῶν (29), κἀκεῖσε διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσιν τῷ Θεῷ, καὶ τῆς εὐχῆς ὑπὸ τοῦ πατριάρχου τελουμένης, γίνεται ἡ εἴσοδος (30). Τὰ δὲ σκῆπτρα καὶ πάντα τὰ προγεγραμμένα σκεύη αἰσέρχονται, καὶ ἵστανται εἰς τὴν ἐκκλησίαν (31) δεξιᾷ καὶ ἀριστερᾷ (32) εἰς τοὺς A nerantur; deinde patriarcham salutant et osculantur, ac progressi ad imperatorias portas, ibi quoque ter genu flexo et accensis cereis, Deum adorant, peractaque a patriarcha supplicatione, introitus fit. Turmæ vero militum et cohortes omnes supra memoratæ ingrediuntur, et in ecclesia ad dextrum sinistrumque latus in locis propriis adsunt. Romana autem vela et cohortes utrimque in solea sancta, Constantini crux in dextra bematis parte stat. Magistri, proconsules cæterique senatores et imperatorii ministri in dextro ecclesiæ la-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(27) Clerici, si quando honoratiori obviam irent, eumque excipierent et beneventarent, codicem Evangeliorum ipsi obviam ferebant, et osculandum porrigebant. Nicet. Chon. p. 319 : Μηδένα ἔχων εἰς χεῖρας ἰόντα, ἀλλὰ εὑρίσκων πάντας μετὰ B σταυρικῶν σημείων καὶ τῶν θείων λογίων δεξιουμένους αὐτόν. Ekehardus junior de Casibus S. Galli c. 1. : *Parat illico basilicam et aram, parat tapetes, et pallio dorsili caminatam; Evangelio episcopum aliquos, qui aderant, presbyteros recipere jubet.* Debeo locum Alteserræ ad Anastas. p. 90, qui plura de hoc more habet. Addam alium ex veteri charta tabularii Andegavensis e Du Cangio v. *Tau.* In ea aiunt Canonici capituli Sancti Laudi Andegav., se teneri ad excipiendum comitem Andegavensem, uxorem et liberos, quoties ad dictam ecclesiam venerint, *cum textu* [id est codice Evangelii], *thuribulo et aqua benedicta, tradendo dicto comiti similiter in dicta receptione Tau eboreum, id est crucem eburneam.* Insignem hunc locum exponam ad p. 216. Diaconus quoque, qui Evangelium legit, rediens ex ambone in tribunam patriarchæ δίδωσι ἀσπάσασθαι τὸ Εὐαγγέλιον, ut ait Pontific. Habert, p. 731; v. Du Cange v. *Liber Pacis.* Imperatori, C quem urbe reciperent, occurrentes in pontificalibus sacerdotes Evangelium offerebant. Cinnam. p. 128. Russi id adhuc faciunt. Pontifici textus apertus, cæteris clausus ad osculandum offerebatur teste Hildeberto Cenoman. Ep. 15.

(28) Dicunt : χαῖρε, Κύριε πατριάρχα, et dein osculantur. Mos enim erat, ut ecclesiam intrantes sese mutuo oscularentur. V. Habert. Pont. p. 63.

(29) Porta regia est ea, quæ e Narthece in Naum ducit. Hodie Græci portam regiam appellant illam. quæ Nostro sancta est, et e Nao in Sacrarium ducit. De *regiis*, vel *porta regiarum*, item *rugis*, v. Du Cange v. *Regiæ*; Mabill. ad Cerimon. Roman. p. cxxxvii, et Corsini diss. secunda appendicis ad opus de Notis et singulis Græcorum pag. 29. [Quid sit στασιδία, πύλη βασιλική, seu ὡραία, κολύμβητρον, νάρθηξ, μεσόναος et in primis σωλέα, docet Thom. Smith. de Ecclesia D Græca, p. 47.]

(30) Postquam factæ fuissent preces, nempe τῇ εἰσόδου τῆς θείας λειτουργίας, quæ solent introitum sacri officii præcedere, fit introitus vel *ingressa*, ut ævo medio loquebantur. Nam antequam illæ factæ fuerint, et aut patriarcha, aut imperator, quo tempore imperium Græcum adhuc esset, aut hodie sacerdos, et qui cuique cœtui primarius vir adest, convenirent, manebant et manent congregati in Narthece, vel Antetemplo. Factis autem precibus introitus fit, seu ingressa. Quod videor mihi colligere et ex veteri ritu *salutatorii*, et e verbis Maximi, (allatis a Du Cange v. Εἴσοδος,) τὴν τοῦ λαοῦ σὺν τῷ ἱεράρχῃ γενομένην εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἴσοδον. *Ingressa* duplex est; *minor*, a qua initium divini cultus fit, hymnis quibusdam cantatis, ut apud nos ab hymno *Kyrie*, item *Allein Gott in der Höh sey Ehr*, id est, *Gloria in excelsis Deo*; conf. Du Cange v. *Introitus*; et *major*, quando sacrificans cum grege suo e tribuna procedebat consecranda mysteria populo adoratum monstrans et circumferens. De priore introitu hæc habet Durandus IV, 5 § 4. Hymnum ait fuisse introitum dictum, *Quia, dum ille canitur, sacerdos ministraturus ad altare intrat, seu quia per illam antiphonam ad officium intratur.* Quia igitur introitus ad sacra seu initium sacrorum ab hymno fiebat, qui hymnus propterea introitus ipse quoque appellatur, ex eo factum, ut cantor, hymnos sacros in ecclesiis incipiens, *esodiarius*, vel *exodiarius*, quod idem est atque *essodiarius*, gemiuato *s*, diceretur, V. Du Cange v. *Exodium*, ubi hoc citat Joannis de Janua : *Exodium, initium cantilenæ. Hinc exodiarius præcentor, qui cantum incipit ante alios.* Qui tamen malit ob ἐζῆδειν repetere, statuatque ἐξ in hac compositione idem atque in ἔξαρχος valere, et notare *rumpere vocem ante alios*, me non habebit multum repugnantem. Introitus igitur *primus*, vel *minor*, *Evangelii* quoque dictus, complectitur omnia quæ missam præcedunt; sunt autem ea lectio τοῦ προκειμένου, seu propositi, id est textus e Psalmis, dein epistolæ, tum Evangelii, didascalia seu tractatio, id est sermo sacerdotis ad populum. Aliam ideam introitus primi seu parvi dedit Du Cange Gloss. Gr. v. Εἴσοδος, sed quam puto a nostro loco alienam esse. Jam intelligere facile est verba Leonis Grammatici in Michaele Ebrioso p. 465 : Τῆς εἰσόδου γενομένης, καὶ τοῦ Εὐαγγελίου τελεσθέντος.

(31) Negat Du Cange in Nao stetisse fideles, sed solos vult ibi egisse sacerdotes et psaltas. At quorsum tam vastum spatium pro tam paucis? Paulus Silentiarius quoque P. II. vs. 270. ait cancellos bematis distinguere τὸν μύστην ἄνδρα τοῦ πολυγλώσσου ὁμίλου. Hoc ipso nostro loco docemur non proceres tantum in Naum intrasse, verum ipsos quoque milites pompaticos, qui imperatorem usque ad soleam comitabantur. Discessum igitur fuit a more, quem obtinuisse sæculo V, patet e constitutione Theodosii junioris superius citata : *Dei templum ingressi foris arma relinquimus, et ipsum etiam diadema deponimus.* Mos ille milites pompaticos cum armis in ecclesiam introducendi et per eam disponendi adhuc hodie obtinet in Wallachia, ne de principum Latini ritus hac in re institutis dicam. De Despota Wallachiæ festum Paschatis celebrante hæc narrat La Croix loco superius allato : *Les officiers de la cour du prince sont derrière lui, — la milice fait une enceinte pour empêcher le peuple, qui vient en foule voir la cérémonie, d'incommoder les assistants.*

(32) Quando de ecclesiis sermo est, significat dextra plaga illam, quæ intranti ad dextram est, sinistra vero eam, quæ ipsi intranti ad sinistram est. Patet ex illo Simonidæ, quod in Anthologia H. Stephani p. 361 legitur. Cum igitur ecclesiæ Græcæ ut nostræ ad Orientem versæ essent, et intrantes ad Orientem prospicerent, consequitur ex eo australem plagam esse dextram, borealem

tere in locis suis adstant, qua etiam domini transeunt.

τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου σταυρὸς εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ βήματος (34). Οἱ δὲ μάγιστροι καὶ ἀνθύπατοι

A ἰδίους τόπους · τὰ δὲ Ῥωμαῖα βῆλα καὶ τὰ πτυχία [39] ἵστανται ἔνθεν κἀκεῖθεν τῆς σωλέας (33), ὁ δὲ

VARIÆ LECTIONES

[39] Ἴσ. εὐτυχεῖα, Leich.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

vero sinistram. E contrario autem Du Cange ad Silentiar. p. 579, borealem plagam dextram facit, et oppositam sinistram. Verum abunde refellitur et a nostro codice, et ab illo solo Liturgiæ Chrysostomi dictæ loco, ὁ διάκονος εὐτρεπίζει τὰ ἱερὰ, τὸν μὲν ἅγιον δίσκον ἐν τῷ ἀριστερῷ μέρει, τὸ δὲ ποτήριον ἐν τῷ δεξιῷ. Sane nostris in ecclesiis sacerdos panem fidelibus distribuens, versus boream stat, alter calicem, versus austrum.

(33) De solea tam multum fuit disputatum, ut Leo Allatius integrum libellum de solea veteris ecclesiæ in l. I Symmictorum ediderit. Conferendi quoque Du Cang. v. Σωλέας et in Gloss. Latin. h. B voce, item ad Paulum Silentiarium p. 584 seqq. * [Thomas Smith. p. 47, de Ecclesia Græca. *Solea*, idem est, quod *peribolum*, ait Moleon. pag. 427. *Peribolum* autem, ubi fuit olim *schola cantorum*. Idem p. 206.]* *La Nef*, ait La Croix de l'Eglise Grecque, p. 22, *sert à recevoir les fidèles*; *les ministres et les personnes les plus distinguées occupent la partie la plus avancée auprès du sanctuaire, laquelle est entourée des chaires, comme dans nos chœurs, et n'est point séparée de l'autre, où le peuple se range.* Olim autem omnino separata erat solea cancellis, aut muro, ad pectoris altitudinem elevato, a Nao ; unde etiam nomen habet. Nam *solear*, et *soleas*, (ut *honor* et *honos*, *arbor* et *arbos*) significat δρύφακτον sepem ligneam et spatium tali sepi interceptum. Glossæ veteres *solear*, δρύφαξ, non δίφραξ, ut editur. Codin. in Orig. CPtanis. ubi de Hippodromo : Μετὰ τῶν ἐν σφενδόναις στηθείων ἢ συστρεμμάτων, καὶ σκαλίων καὶ σωλεῶν. C Ubi στηθεῖον et σύστρεμμα et σωλέα est *sepes*, *carcer*. Interjectum erat solear inter ambonem et tribunam, et erat proprie statio cleri et eorum qui ad clerum spectarent, ut psaltarum, lectorum ; habuit tamen imperator jus in soleam intrandi, et ibi, si vellet, residendi, in qualitate lectoris et subdiaconi, qua eum gavisum fuisse, deinceps demonstrabimus. Habebat clerus geminam cathedram, unam τὴν ἄνω καθέδραν, aut τὸ σύνθρονον, dictam, in summo bemate pene altare : alteram extra tribunam in hac ipsa solea. Fuit igitur solea spatium inter ambonem et cancellos bematis medium, quod neque illum, neque hos attingeret, sed undecunque liberum, septum a plaga orientali et occidentali aut cancellis ligneis, aut muro, vel podiamento cæmentitio marmoreove, a plaga autem septentrionali et australi prætensa habens scamna, in quibus clerici, quandro intra tribunam non haberent, quod agerent, item lectores, cantores et D imperator, sedebant. Septum hoc habebat ostium in parte occidentali, et aliud in orientali ; ut e locis illis Nostri aliorumque constat, in quibus imperator aliique dicuntur soleam εἰσέρχεσθαι καὶ διέρχεσθαι. Fuisse hanc sedem cleri, probabile facit et formula ἡ ἄνω καθέδρα, quæ respicit ad aliam, quæ necessario fuit ἡ κάτω, et, cum superior fuerit intra tribunam, extra eam fuerit necesse est, et canon 18 Concilii Toletani IV : *sacerdos et Levita* [id est presbyter et diaconus] *ante altare communicent, in choro clerus*, [id est in solea subdiaconi et reliqui inferiores, ut lectores, cantores, exorcistæ, etc.] *extra chorum populus*. Facit quoque probabile mos hodiernus Græcorum, quorum clerici assignatam sibi stationem sedemve extra tribunam cum honoratioribus habent ; et denique mos ecclesiæ Latinæ, quam ea in re a Græcis discessisse nulla ratio suadet, nullus auctor perhibet. Insignis est locus Durandi, et Chronici Casinensis alius, e quibus structuram ecclesiarum Latinarum cum Græcis congruentem intelligas. *Triplex veli genus*, ait Durandus l. I, Ratio. divin. offic. c. 3. p. 17. *suspenditur in ecclesia, videlicet quod sacra aperit, quod sacrarium a clero dividit, et quod clerum a populo secernit.* Post exposita duo priora, *tertium*, addit, *inde habuit originem, quia in primitiva Ecclesia peribolus, id est paries, qui circuit chorum, non elevabatur nisi usque ad appodiationem ; quod adhuc in quibusdam ecclesiis observatur. Quod ideo fiebat, ut populus videns clerum psallentem inde bonum exemplum sumeret. Verumtamen hoc tempore quasi communiter suspenditur sive interponitur velum aut murus inter clerum et populum, ne muluo se conspicere possint, quasi ipso facto dicatur : Averte oculos tuos, ne videant vanitatem.* Intelligent locum hunc, qui facetum Boilavii carmen *Le Lutrin* legerint. Discimus hinc bema hoc lectorum, (ita enim a Symeone Thessalonicensi appellatur,) fuisse a statione plebis aut velo suspenso, aut interposito muro *ad appodiationem alto* separatum, id est μέχρι τοῦ ἐπακουμβίζειν, ut commode quis *appodiare* se, hoc est fulcire ea, inniti brachiis posset. V. Du Cange v. *Podium*. Locus Chronici Casinensis paulo ante nobis laudatus hic est l. III, 29, p. 447 : *frontem chori, quem fere in medio basilicæ statuit, quatuor magnis marmorum tabulis sepsit.* Ergo clausum erat solear undecunque. Notat Angelus a Nuce ad illum locum, auctorem ad veterem structuram respicere, nunc antiquatam. Juxta recentiorem enim architectonicen odeum strui post majus altare, ubi olim fuerit absida seu tribuna. In basilica cathedrali tamen Montis Regalis in Sicilia conspici adhuc inter alia veteris instituti jodeum seu chorum antiqua forma fere in medio ecclesiæ. Ut imperator stationem in solea haberet, jam ab Ambrosii et Theodosii M. temporibus inde obtinuit. Nam quam prius imperatoribus licuisset in tribunam ingredi, Ambrosius Theodosium excludebat sacrarii cancellis, et τόπον εἶναι τοῦ βασιλέως ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τέταχε τὸν πρὸ τῶν δρυφάκτων τοῦ ἱερατείου, ὥστε τοῦ μὲν λαοῦ τὸν κρατοῦντα τὴν προεδρίαν ἔχειν, αὐτοῦ δὲ τοὺς ἱερέας προκαθῆσθαι. Erat igitur solea idem cum *senatorio*, seu *loco principum*, ut est in Ordine Romano. Vid. Du Cange ad Paul. Silentiar. p, 560. Nemo tamen magnatum præter imperatorem in solea sedebat stabatve, ut e proximis Nostri verbis hac pagina 9, patet : Οἱ μάγιστροι καὶ ἀνθύπατοι -- ἵστανται εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τῆς ἐκκλησίας.

(34) Bema est omnis locus solo sublimior, ad quem βήματι, gradu sublato, enitendum est. In sacris est illa pars ecclesiæ aliquot gradibus elevatior, quam est area ecclesiæ ; nos hodie *chorum* dicimus, (aliud ævo medio vocabulum illud significabat,) Itali *tribunam*, Græci quoque θυσιαστήριον et ἱερατεῖον appellabant ; quoniam in eo ἱερατεύεσθαι, *sacra peragere*, et *sacrificium incruentum* dictum ibi offerre Deo solebant ; unde quoque Latini *sacrificatorium* nominant. Latinis medii ævi quoque est *presbyterium*, seu statio, mansio presbyterorum, et *capitium*. V. du Cange Gloss. utr. his omnibus in vocabulis, et CPlis Christ. atque notæ ad Pauli Ecphrasin. Alias βήματα sunt sacella minora, in Magnis Ecclesiis intra majus bema dedicata patronis diversis a patrono ecclesiæ. Vid. p. 70, item 71, et alibi.

καὶ οἱ λοιποὶ συγκλητικοὶ, μετὰ καὶ τῶν βασιλικῶν ἀνθρώπων, ἵστανται καὶ αὐτοὶ εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τῆς ἐκκλησίας εἰς τοὺς ἰδίους τόπους, ἔνθα καὶ οἱ δεσπόται διέρχονται.

Ι'. Καὶ ὅτε φθάσουσιν οἱ δεσπόται εἰς τὰ ἅγια θύρια (35) εἰς τὸ πορφυροῦν ὀμφάλιον (36), εἰσέρχεται μόνος ὁ πατριάρχης ἔνδοθεν τῶν κιγκλίδων, κρατῶν τὸ εὐώνυμον (37) ἅγιον θυρίον. Καὶ διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστήσαντες τῷ Θεῷ οἱ δεσπόται, εἰσέρχονται (38)

X. Quibus ad sanctas januas et purpureum umbilicum progressis, patriarcha solus intra cancellos ingreditur, sinistram sanctam januam occupans. Postquam vero domini ter cum cereis Deum adorarunt, occupatam a patriarcha januam venerantes intrant, sacræque astantes mensæ, 10 sanctum al-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(35) Alias quoque βημόθυρα. Sic legendum, ubique sermo de illis foribus est, per quas in sacrificatorium intratur. Passim enim prave βηλόθυρα legitur. Quod specie quidem non caret, nam vela his quoque sanctis foribus prætensa erant, et januas, quibus vela sunt prætensa, novi Græci Βηλόθυρα appellant. Distinctionis tamen gratia puto omnino, ubi de sanctis foribus agitur, semper βημόθυρα legendum esse. Exempla utrisque vocabuli du Cange in Βηλόθυρον et Βημόθυρον.

(36) Habebant olim in ecclesiis et tribunalibus positos per intervalla magnos lapides rotundos, in quibus statas solemnes stationes aut actiones peragebant, quos Latini *rotas* et *bilicos* (id est, corruptela vocis *umbilicus*,) utrumque a rotunditate, Græci ὀμφάλια appellabant; unde quoque ipsa tribunalia, in quibus tales marmoreæ rotæ jacerent, *rotas* dicebant. Celebre et nemini non notum Romæ judicium Rota dictum; v. Du Cange v. *Rota* et *Billicus*. Agnellus Pontific. p. 68 D: *Quidam dicunt, quod ipsa Galla Placidia Augusta super quatuor rotas rubeas marmoreas, quæ sunt ante nominatas regias, jubebat ponere cereostatas cum manualia.* Etiam *circulos* appellabant hos lapides. Juvat hic ascribere verba Josephi Catalani e notis ejus ad Augustini Patricii Cæremoniale tit. II, § 11 ad ista: *Progressus usque ad secundum circulum porphyreticum.* Circulus hic porphyreticus lapis magnus marmoreus orbicularis est, in pavimento Basilicæ Vaticanæ positus, designabatque olim locum, in quo functiones quædam a pontifice peragebantur. Circulus iste porphyreticus etiam appellabatur rota porphyretica in hoc eodem nostro Cæremoniali, et longe ante Cencio Camerario in Ordine Romano XII. cap. 39, n. 64. Exstant hodieque hujusmodi lapides porphyretici non modo in ipsa basilica Vaticana, sed etiam in aliis nostris ecclesiis, de eisque videri inter alios potest eruditus Turrigius de cryptis Vaticanis cap. 8. Hactenus Catalanus. Habebant porro alios lapides in ecclesiis et in tribunalibus quadratos, in quibus standum erat, φίνας, *fines*, dictos, quod termini essent, ultra quod procedere non liceret. De quibus supra memini dicere. Item alios ποταμούς dictos, *fluvios*, vel a venarum undulato decursu naturali, vel ab arte factis incisionibus, canaliculis non in lineis rectis, sed undante motu procedentibus. Et ut antea imperatorem aut sacra tribunæ adoraturus ter debebat, semel nempe in singulis umbilicis per certa intervalla dispositis, procidere: ita deinceps debebant ad sacra accedentes κατὰ ποταμὸν προσκυνεῖν, in unoquoque fluvio semel, id est in universum ter (nam terni fluvii erant in tribuna) procidere. Vid. Pontificale Haberti, p. 27, c. 7, ubi non recte redditur *juxta fluvium adorare*. Conf. p. 2 B, ejusdem Pontificalis.

(37) *Tres januæ sacrarii cum velis oppansis sunt in templis Græcorum. Major media, quæ absolute januæ, vel januæ regiæ nomine donatur, et duæ minores hinc et inde ab illius latere. Imagines inter januas illas erectæ visuntur, una Christi, secus quam apud nos, ingredientibus ad manum dextram ipsorum; altera B. Virginis ad sinistram occurrens. accedens propius ad illas patriarcha προσκυνεῖ, adorat, non illa adoratione, qua solum basiatur, sed minore reverentiæ significatione, quæ nomine προσκυνήσεως non semel in hoc negotio indicatur, nutu tantum, inclinatione et reverendissima salutatione.* Habertus Pontific., p. 62.

(38) Habebant olim imperatores facultatem in tribuna sedendi et manendi per totam liturgiam. Sed post Ambrosii et Theodosii altercationes exacti fuerunt, ut laici, imperatores (v. infra ad lib. II, cap. 26. et du Cange ad Zonar, p. 104) et prætenta vela tribunæ a cleris, cupientibus absque arbitro agere, et oblationes fidelium toti cœtui distribuendas ita partiri, ut injuriam illis faceret, qui diceret eos partem deterrimam sibi servasse. Solis igitur diebus festis veniam imperatoribus dabant in tribunam intrandi donorum offerendorum et in sacra endyta deponendorum gratia, ut e multis locis nostri codicis constat: et e decreto Theodosii Junioris et Valentiniani post concilium Ephesinum: *Ad sacra altaria munerum tantum offerendorum gratia accedimus, et cum circumseptum sacrorum adytorum ingressi sumus, statim egredimur, ne quidquam ex propinqua divinitate nobis arrogemus.* Verba Theodosio juniore digna. Et quamvis sacerdotes Græci revera veniam illam pro decem, interdum quoque centum, illis littis auri, aliisque donis, quæ imperator identidem offerre debebat, venderent, ne tamen viderentur legem ipsi suam de laico intra sacros cancellos non admittendo violare tribuebant imperatori, et laicis illis omnibus, qui ecclesiæ alicujus defensores essent, quales nati omnes imperatores erant, personam lectoris aut subdiaconi, eoque jus in tribunam intrandi. Illa profecto sententia obtinebat in Ecclesia Latina; Græcam idem censuisse, quamvis claris verbis nemo dicat auctorum, colligitur tamen haud obscuris indiciis. Russos instituta sua cum sacra tum profana a Græcis accepisse in confesso est. Cum igitur imperator Russiæ hodiedum adhuc ex veteri more in festo novi anni hymnum ipse intonare et epistolam prælegere soleat, id est tantisper Canonarcham et Lectorem agat, vid. *Verændert Russlandt* p. 59 scriptoresque Byzantini memorent imperatores quosdam, ut Leonem Armenum et Theophilum, ipsos ore suo hymnos intonasse publico in cœtu: credibile est, Græcum quoque clerum efficere suis artibus valuisse, ut et plebs et ipsi imperatores crederent persuadentibus, magnum eos sibi largiri, si permittant ad exiguum tempus, neque gratis, mimum canonarchæ aut lectoris agere, aut etiam subdiaconi. Nam ad subdiaconos spectabat Apostoli lectio. In Ecclesia Latina subdiaconi gradum tenuisse imperatores patet e Du Cange v. *Evangelium*, et Durando p. 56. Ord. Rom. p. 398, 400, Sigonio de regno Italiæ p. 176 et 177, ed. Wechel. Diaconorum porro erat, altari mappam aut corporale insternere, incensare, muscas flabello abigere. Hæc ipsa quoque imperatores CPtani leguntur variis in locis nostri codicis in solemnibus processionibus modo ad hanc, modo ad illam ecclesiam fecisse. Narrat quoque Elmacinus pag. 180, Nicolaum patriarcham CPtanum intercedere secundis nuptiis Leonis, Sapientis dicti, post S. Theophanonis obitum propterea voluisse, quod diaconus esset, minatumque fuisse exclusionem ab introitu tribu-

taris instratum, a patriarcha scilicet sublatum, et ipsis, ut osculentur, admotum, osculantur, deinde duos, ut mos est, albos aeres sacræ mensæ imponunt, et porrecta a patriarcha, duos sacros calices duosque sacros discos et fascias flexo genu venerantur. Deinde cum patriarcha per dextram partem sancti bematis concham altaris, ubi inaurata sancta crucifixio exstat, intrant, atque hic iterum

προσκυνοῦντες (39) τὴν ὑπὸ τοῦ πατριάρχου κρατουμένην ἁγίαν θύραν, καὶ ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης γενόμενοι, ἀσπάζονται τὸ ταβλίον τῆς ἁγίας ἐνδυτῆς (40), δηλονότι ὑπὸ τοῦ πατριάρχου τοῦτο σηκούμενον, καὶ τοῖς δεσπόταις πρὸς ἀσπασμὸν προσαγόμενον, καὶ εἶθ' οὕτως ἁπλοῦσιν ἐπάνω τῆς ἁγίας τραπέζης τοὺς δύο κατὰ τὸ εἰωθὸς λευκοὺς ἀέρας (41), καὶ προσκυσοῦσι διὰ χειρὸς τοῦ πατριάρ-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

næ, si rursus matrimonium contraxerit. Verba hominis Ægypti sunt: *Mortua fuerat anno Fugæ* 281, *uxor Leonis regis Romani. Volebatis igitur aliam ducere. Sed vetabat Nicolaus patriarcha CPtanus, dicens: Tu es diaconus. Si feceris, rursus non intrabis sanctuarium.* Pro *diacono* posuit Eutychius Patricides, rem eamdem narrans, *lector*, non magno discrimine. Nam et diaconi legebant in ecclesia, sed evangelistam, ut subdiaconi Apostolum. Lepidam hanc fabellam nobis hos Arabes Christianos narrare vult cl. Leiche. Ego quidem nullo fundamento nixam narrationem dicere nolim. Patet saltim ex ea, Melchitas fuisse cum Africana Ecclesia in ea opinione, imperatorem esse vi dignitatis suæ imperialis natum, quod aiunt, aut diaconum aut lectorem. Sententiæ hujus ecclesiæ Africanæ vestigium videor mihi quoque apud Papiam reperire in v. *Lictor. Lictores*, ait, *ecclesiæ assertores. Hi laici sunt et in choro inter clericos in missa Apostolum legunt, vel, quod subdiaconos faciunt, et hi faciunt. Hos Africa vel* [id est *et*] *reliquæ regiones habent.* Ergo etiam Græca, etiam Latina Ecclesia. Quem hic lictorem appellat Papias, cum Græci Latinis retentis vocabulis διπουτάτον et δεφένσωμα dicunt. Imperatoris olim erat, ut defensoris Ecclesiæ nati, aliquem suo nomine vicesque suas, gesturum de ministerio suo in Ecclesiam deputare, hoc est mittere, qui coram patriarcha procederet, ferula turbam arceret, et clerum cum sacris in tribunam introduceret. Unde factum, ut, qui idem faciunt, hodiedum a Græcis *deputati* dicantur. Conf. Saxius ad Landulphi junioris Histor. Mediolan. p. 489, ed. Murator. Symeo Thessalonicensis profecto claris verbis ait, imperatori ex titulo deputati et defensoris Ecclesiæ jus accessisse in tribunam intrandi et sanctum panem ibi de manu patriarchæ accipiendi et vivificum sanguinem e calice hauriendi. Καὶ τοῦτο ἦν νενομισμένον ἄνωθεν, καὶ ταύτην εἴληφε τὴν τιμὴν διὰ τὸ χρίσμα τῆς βασιλείας, ὡς καὶ δεπουτάτου τῆς Ἐκκλησίας τόπον λαβὼν καὶ ὡς δεφένσωρ αὐτῆς κληθείς.

(39) Nempe sanctificatam attactu patriarchæ januam osculo adorant, aut labiis ipsis impresso, aute manu ori admota jactato, aut saltem corporis et capitis inclinatione. Faciebat hoc imperator erga tribunæ fores, quod alii erga pronai seu atrii ecclesiæ introitum faciebant, teste Chrysostomo homil. 30 in epist. 2 ad Corinthios: Ναός ἐσμεν τοῦ Χριστοῦ· τὰ τοίνυν πρόθυρα φιλοῦμεν τοῦναοῦ, καὶ τὴν εἴσοδον, ἀλλήλους φιλοῦντες. Ἢ οὐχ ὁρᾶτε ὅσοι καὶ τὰ πρόθυρα τοῦ ναοῦ τούτου φιλοῦσιν, οἱ μὲν κύψαντες, οἱ δὲ τῇ χειρὶ κατέχοντες, καὶ τῷ στόματι τὴν χεῖρα προσάγοντες. Reliquiæ hæ sunt gentilismi.

(40) Non licebat aliis laicis tribunam et sacrum altaris instratum osculari; quod posterius ne ipsis quidem hypodiaconis licebat. Diaconi cornua seu angulos ejus tantum osculabantur, presbyteri et superior clerus medium. Imperatori ergo, ut pro diacono reputato, tribuebatur, velut magnum quid, facultas sacram endytam osculandi, non tamen propriis tangendi manibus, sed sanctis patriarchæ manibus sublatam et obmotam. Adoratum altaris instratum ab imperatore ait cærimoniale nostrum in tablio. Ubinam ergo positum erat tablium in instrato? Aut in medio, aut protensum erat tablium velut longum et latum lorum per medium instratum, aut denique in omnibus quatuor angulis ita erat acu pictum, ut omnes quatuor compositi unum integrum tablium efficerent, disparati autem singuli haberent anguli quadrantem tablii solummodo.

Endyta est tapes altari instratus: *thecam super altare* appellat Agnellus p. 108, et ipsa Græca voce retenta *Endothim* passim, ut p. 103, qui locus memorabilis est, et meretur totus ascribi. *Fecit endothim super S. ecclesiæ ex auro puro cum staminihus sericis ponderosam nimis, mediam habens coccam, et inter quinque imagines suam ibidem cernimus, et subtus figuratos pedes Salvatoris, grafia* [id est *scriptura*] *contexta est purpurata*: Victor, episcopus, etc. In medio relinquit Bacchinius ad illum locum, quid sit *media cocca*. Videtur mihi μεσόκοκκος esse, quæ in medio coccineum pannum habet, undecunque auream prætextam, ut μεσοπόρφυρος, μεσόλευκος, et talia. De mutatione endytarum annua, aut in magnis diebus festis facta, dicam alio loco.

(41) Ἀήρ est corporale, vel sindon alba, qua tegitur sacrificium consecrandum. V. Du Cange Gloss. Gr. h. v. Hinc lucem accipit locus Pauli Silentiarii, ubi varia marmoris genera recenset: Τὸν μὲν ἰδεῖν ῥοδόεντα μεμιγμένον ἠέρι λευκῷ, Τὸν δ' ἅμα πορφυρέοισι καὶ ἀργυφέοισιν ἀώτοις Ἄβρὸν ἀπαστράπτοντα. *Unum genus, quod aspectu roseum refert colorem, sparsis passim latis maculis albis similibus illi sindoni, quæ aer appellatur: alterum autem genus flosculis purpureis et candidis delicatum quid resplendens.* Commemorat nostrum cerimoniale τοὺς λευκοὺς ἀέρας. Erant enim plures, et quidem numero tres sindones, quæ sacrificio insternebantur, quas omnes Noster ἀέρας appellat: est enim nomen ἀήρ commune omni sindoni tenui et perspicuæ, quales Latini *nebulas* appellant, unde Græci promiscue νεφέλας et ἀέρας dixerunt, vocabula hæc pro æquipollentibus habentes. In specie tamen solet ἀήρ et νεφέλη sindon extima dici, quæ calicem et discum et proprium eorum cuique tegmen involvebat. Quæ de mystica horum involucrorum significatione comminiscuntur Græci, piget transcribere, possuntque apud Du Cange v. Δισκοκάλυμμα legi. Mos ille, quo imperator in solemni processione in ecclesiam veniens dona debebat offerre, manavit ex illo veteris Ecclesiæ instituto, quo solebant fideles in ecclesiam venientes celebrandæ communionis gratia symbolas ad convivium charitatis celebrandum afferre et in communi ponere, qualia convivia collatitia veteres pagani quoque in templis agebant. In harum symbolarum locum successit deinceps, ut imperator alia dona ecclesiæ utilia, ut cereos, nummos, endytas, corporalia, discos aureos, pocula aurea offerret et in altari deponeret ante consecrationem sacrorum donorum. Propterea concessus ipsi ingressus in tribunam, sed non permissum ibi manere, verum debebat in metatorium suum se recipere. Synod. Trullan. can. 6: Μὴ ἐξέστω τινὶ τῶν ἁπάντων ἐν λαϊκοῖς τελούντων ἔνδον ἱεροῦ εἰσιέναι θυσιαστηρίου, μηδαμῶς ἐπὶ τούτῳ τῆς βασιλικῆς εἰργομένης ἐξουσίας καὶ αὐθεντείας, ἡνίκα δ' ἂν βουληθείη προσαξαι δῶρα τῷ πλάσαντι κατὰ τὴν ἀρχαιοτάτην παράδοσιν.

χου τὰ ἐπιδιδόμενα αὐτοῖς δύο ἅγια ποτήρια καὶ τοὺς δύο ἁγίους δίσκους καὶ τὰ ἅγια σπάργανα (42). Καὶ εἶθ' οὕτως διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους τοῦ αὐτοῦ ἁγίου βήματος εἰσέρχονται οἱ δεσπόται μετὰ τοῦ πατριάρχου εἰς τὸ κυκλὶν (43), ἐν ᾧ ἵδρυται ἡ διάχρυσος ἁγία σταύρωσις, καὶ πάλιν ἐκεῖσε κατὰ τὸ εἰωθὸς διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσι τῷ Θεῷ, καὶ ἐπιδίδωσιν ὁ πατριάρχης τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ τὸν θυμιατὸν (44), καὶ θυμιᾷ τὴν αὐτὴν ἁγίαν σταύρωσιν, καὶ ἀσπαζόμενοι, τὸν πατριάρχην ἀποχαιρετίζουσιν αὐτὸν, καὶ εἰσέρχονται ἐν τῷ πρὸ τοῦ μητατωρίου (45) ὄντι εὐκτηρίῳ, κἀκεῖσε διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν

A ter genu flexo cum cereis, ut mos est, Deum venerantur; post magno imperatori patriarcha thuribulum tradit, qui sanctam crucifixi imaginem incensat: deinde patriarcham osculantes, vale ipsi dicunt, et quod ante metatorium est oratorium ingressi, per triplicem genuflexionem cum cereis Deum venerantur, ac reverendam crucem, qua omnia passionis Dei ac Domini nostri symbola continentur, osculati, metatorium intrant.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(42) Sacræ Christi fasciæ CPli dicebantur asservari, et quidem gemini generis, ut puto; pueriles, quæ in Sancta Sophia jacebant, et hic memorantur; et sepulcrales, quæ ad Deiparam Blachernensem cum aliis reliquiis jacebant, de quibus v. Du Cange ad Alex. p. 329, et ad Cinnam, p. 442. Solebant Christi fasciæ in processionibus ad obtinendam pluviam circumferri. Cedren. p. 739 D.

B

(43) Si conferamus locum hunc cum p. 326 D 5, apparet, per compendium dictum fuisse nostro in loco, quod in altero latius est enuntatium, et εἰς τὸ κυκλὶν, ἐν ᾧ ἵδρυται, etc. idem valere atque εἰς τὸ κυκλὶν καὶ τὸ ἐν αὐτῷ εὐκτήριον, ἐν ᾧ ἵδρυται — Nam ibi ubi signum Christi stabat, erat oratorium sub Cyclio. Sed quid est Cyclium? Est idem, quod camara. Scilicet Tribuna, vel Bema, vel Apsis, vel Exedra (nam idem omnia ista valent), habebat tres conchas, vel cyclia, medium, sub quo altare, idque cæteris excelsius; et duo alia lateralia aliquanto humiliora, columnis, ut videtur, a majori cyclio distincta, per quæ lateralia cyclia intrari poterat in porticus Nai laterales, borealem et australem, adeoque in metatorium. Sub iisdem Cycliis et quidem sub sinistro, seu boreali, erat

C

etiam diaconicum, seu scenophylacium, vel sacristia. V. Du Cange Gloss. Gr. v. Διακονικόν. Corrigi proinde velim meam interpretationem pag. 310, ubi *cyclium* verti *cochleam*. Sed alterum istud *cyclium* reponi debet; quemadmodum p. 328 habetur. Cyclii nomen dextræ camaræ laterali tribunæ proprium, non item sinistræ commune fuisse puto, ut conchæ nomen mediæ camaræ, sub qua ciborium stabat, proprium erat; v. Du Cange *CPli Chr.* III, c. 50, et ad Silent. p. 565, et p. 579, ubi de *prothesi* agit, quæ est concha sinistra, cum ara, in qua sacerdos et ministrantes ante Missam res sacrandas, panem, vinum et alia proponunt, ut in promptu habeant. Dextra concha *Secretarium* quoque et *Paratorium* appellabatur, quia ibi aut apparabantur liturgiæ faciendæ necessaria vasa et alia; aut quod sacerdotes ibi pararentur, id est induerent vestes pontificales, et quidem *secreto*, nemine vidente. Ait idem ibidem, *metatorium*, vel potius mu-

D

tatorium, sceuophylacium, paratorium et secretarium unum idemque fuisse. Vid. de metatorio paulo post.

(44) Non reperio in hoc codice ritum σταυροειδῶς incensandi, qui hodie Græcis usitatus est.] De ritu incensandi imagines in altari constitutas v. Ord. Roman. p. 240. Duo canonici incensant magnum altare intra cancellos et extra. Moleon. p. 88.] Memorat Noster, sed nunc non succurrit quo loco, incensati imperatoris: qui mos a gentilismo asservatus fuit. Veteres enim, si quem honorare vellent, inter alia quoque thuribulum fumans ipsi offerebant. In monumento Pergameno apud Chishull. p. 147, leguntur hæc: Ἔνδοξεν ἐπαινέσαι τε αὐτὸν καὶ στεφανῶσαι χρυσῷ στεφάνῳ, εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ σίτησιν ἐν πρυτανείῳ, προσφέρεσθαι δὲ καὶ θυμιατόν. De thuris in vet. Christianorum sacris usu dissertationem superiore anno in hac academia edidit M. Georg. Henric. Martini.

(45) *In inferiore porticu meridionali* [Sanctæ Sophiæ] *exstitit ædicula vel aula, in qua imperator cum sacrorum librorum lectionem auditu exciperet, consistere solebat. Ait enim Silentiarius stare ad meridiem porticum marmoream septentrionali omnino similem, sed illam quiddam habere amplius, muro enim seclusum locum, ubi imperatores sacrorum librorum lectiones auditu excipiant. Sic enim ille part. 2. vs. 164:*

Τείχει γὰρ τινι χῶρον ἀπσκριθέντα φυλάσσει
Αὐσονίων βασιλῆϊ θεοστέπτοις ἐν ἑορταῖς.
Ἔνθάδ' ἐμὸν σληπτοῦχος ἐφήμενος ἡθάδι θώκῳ
Μυστιπόλοις βίβλοισιν ἐὴν ἐπίτασσεν ἀκουήν.

Verba sunt D. C. ad Silent. p. 55. Idem p. 580, hæc habet, ubi loquitur de concha: *Quæ ad sinistram seu meridiem altaris* est *paratorium* alias dictum, et Cyclium (vide paulo ante). *Peracto sacrificio eo secedebant sacerdotes et diaconi, et sacrorum librorum lectioni operam dabant. Certe in ea conchula factas ejusmodi lectiones, docet satis superque Codinus Off. C. XV, n. 4, dum ait: Imperatorem in ædem Sophianam secedere, ibique M. Basilii precationes a patriarcha prælectas audire* πλησίον τοῦ Διακονικοῦ, *hoc est juxta conchulam, quæ* Διακονικόν *vocatur. Nam haud procul exstitisse sedem imperatoris, cum sacrorum librorum lectiones auditu excipiebat, supra probavimus ex Silentiario. Diaconicum igitur appellata hæc conchula, quod esset quodammodo appendix majoris diaconici seu secretarii, in quo Ecclesiasticæ vestes et sacra ministeria asservabantur. — Scenophylacium interdum vocatur. Metatorii denique appellationem habuit eadem conchula, quemadmodum majus diaconicum.* Conf. p. 593 sqq., ubi diaconicum secretarium, sacristiam, et Metatorium idem fuisse probat multis. Forte mutatorium simpliciter sic dictum erat in Cyclio seu minore concha Apsidis et australi, atque id sacerdotibus proprium; aliud metatorium autem imperatori, aut et proceribus proprium supra Narthecem. Qua de re viderint alii. Debuit Metatorium duplicem aditum habuisse; unum orientalem, e Cyclio, per quem veniens e Tribuna imperator transmisso Cyclio intrabat; alterum occidentalem, per quem e Narthece et Nao veniens intrabat. Patet ex Cedreno in Leone Philosopho: Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν ὁ πατριάρχς εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσέρχεσθαι ἐκώλυε τὸν βασιλέα. Ὅθεν διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους διήρχετο εἰς τὸ Μητατώριον, devitata Tribuna, eaque non calcata. In Metatorio celebrata fuisse ab imp. convivia cum proceribus, e Codino patet qui metatorium a Justiniano excitatum scribit, ἵνα ἐκεῖσε παραμένῃ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ καὶ πολλάκις ἐσθίῃ. Vide quæ dicam ad *Crama* p. 11, et ad p. 40, ubi monstrabo tria fuisse in Ecclesia cubicula, usibus imperatoris dicata, contigua, et propterea sæpe inter se confusa: 1) triclinium, in quo imperator cum patriarcha et proceribus convivabatur, e quo euntes versus orientem intrabant in 2.

προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσιν τῷ Θεῷ, καὶ ἀσπαζόμενοι τὸν τίμιον σταυρὸν, ἐν ᾧ πάντα τὰ σύμβολα τοῦ πάθους τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Θεοῦ [31], ἐμφέρονται καὶ εἰσέρχονται (46) ἐν τῷ μητατωρίῳ.

XI. At sacra dona cum sancto altari imponenda sunt, intrantes præpositi dominos admonent, qui suis chlamydibus ab ipsis induti, egrediuntur, perque dextrum ecclesiæ latus cum cubiculariis et senatu, a turmis ac reliquis ministris stipati, transeunt, et retro ambonem, ubi sacra vasa præsto sunt lucernæque dominorum accensæ, abeunt. Quo postquam pervenere, præpositi lucernas sumunt, easque dominis in manus tradunt, qui cum ipsis sacra, senatu et cubiculariis comitantibus, sequuntur. Sceptra et reliquæ turmæ suo ordine adstant, domini vero per soleam abeuntes, et extra sacras portas, primus quidem ad dextram, secundus ad sinistram, constituti, lucernas suas in pectoralibus sacrarum januarum reponunt. Sacra in soleam dum ingrediuntur, subsistunt, et venit archidiaconus, dominos, patriarcham, postremo sacram tabulam thure incensans. Hoc modo postea sacra omnia intrant ; quo facto, domini, vale patriarchæ dicto, per dextram bematis partem discedunt, metatorium petunt, rursusque **11** eodem modo ac ritu ad agapen seu osculum pacis prodeunt : in

ΙΑ'. Ὅτε δὲ μέλλουσι τὰ ἅγια δῶρα (47) τῇ ἁγίᾳ τραπεζῃ προσαχθῆναι, εἰσέρχονται οἱ πραιπόσιτοι, καὶ ὑπομιμήσκουσι τοὺς δεσπότας, καὶ περιτιθέασιν αὐτοὺς τὰς ἑαυτῶν χλαμύδας, καὶ ἐξέρχονται οἱ δεσπόται μετὰ τῶν χλαμύδων αὐτῶν ἀποσκέπαστοι (48), καὶ διέρχονται διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας μετὰ τοῦ κουβουκλείου καὶ τῆς συγκλήτου, ὑψικευόμενοι ὑπὸ τῶν σκήπτρων καὶ τῶν λοιπῶν σκευῶν, καὶ ἀπέρχονται ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος (49)· ἐκεῖσε γὰρ τὰ ἅγια σκεύη ἵστανται (50) ἐκδεχόμενα, καὶ αἱ τῶν δεσποτῶν λαμπάδες ἐκεῖσε οὕτως ἵστανται ἅπτουσαι. Καὶ δὴ παραγενομένων ἐκεῖ τῶν δεσποτῶν, αἴρουσιν οἱ πραιπόσιτοι τὰς λαμπάδας, καὶ ἐπιδιδοῦσιν ἓν ταῖς χερσὶ τῶν δεσποτῶν, καὶ ὑψικεύουσιν οἱ δεσπόται μετὰ τῶν λαμπάδων τὰ ἅγια. μετὰ καὶ τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ κουβουκλείου. Καὶ τὰ σκῆπτρα καὶ τὰ λοιπὰ σκεύη ἵστανται ἐν ταῖς οἰκείαις τάξεσι, καὶ οἱ δεσπόται ἀπερχόμενοι διὰ τῆς σωλέας, ἵστανται ἔξω τῶν ἁγίων θυρῶν, ὁ μὲν πρῶτος δεσπότης δεξιᾷ, ὁ δὲ δεύτερος ἀριστερᾷ, τιθέντες τὰς τούτων λαμπάδας ἐν τοῖς στήθεσι (51) τῶν ἁγίων θυρῶν. Τὰ δὲ ἅγια

VARIÆ LECTIONES

[31] Θεοῦ ἐμφέρονται, εἰσέρχονται ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

metatorium, ubi imperatores vacabant aut meditationi solitariæ, aut audiebant didascalias publicas ex ambone recitatas, aut lectioni sacrorum librorum aures dabant. Ex hoc denique ulterius versus orientem procedendo ibatur in (3) Cœtonem, ubi probabile est imperatorem vestitum aut paratum fuisse, aut etiam cubasse, si quando in ecclesia pernoctaret. Ex hoc Cætone patebat exitus extra ecclesiam, et alius quoque in Cyclium, seu concham australem sub qua erat etiam sacristia vel diaconicum, pone quam decurrebat Cœton. Metatorii autem nomine interdum etiam Cœtonis, comprehendebatur totum illud cubiculorum imperialium systema cohærens. Ita Anonymus Combefisianus Cœtonem pulchrum a Justiniano in Sancta Sophia conditum, ut ibi dormiret, ait Metatorium ab ipso fuisse appellatum : Ἐκάλεσε δὲ καὶ Μητατώριον, ὅπερ ἐκεῖσε ἀνήγειρε, κοιτῶνα ὡραῖον διάχρυσον, ἵνα εἰσπορευομένου αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ ἐκεῖσε καθεύδῃ.

(46) M. Θεοῦ, ἐμφέρονται καὶ εἰσέρχονται. In Θεοῦ subintelligitur : ἔνεστι· *in qua imagine insunt omnes significationes passionis Christi*, omnia quæ diversa genera passionum Christi designant ; ἐμφέρονται, *inferunt sese*, nempe domini, id est ὁρμῶσι, προχωροῦσι, *pergunt et intrant*.

(47) Sic appellatur *eucharistia*, panis et vinum benedictum. Simpliciter quoque δῶρα dicuntur, ut p. 37, item τὸ τίμιον δῶρον, p. 53, init. Vid. Du Cange Gloss. Gr. h. v., et Latini v. *Donum* et *Munus*.

(48) *Nudo capite*, detecto vel detracto stemmate.

(46) Ambo, ut notum, est suggestus, e quo in ecclesia textus Evangelii, epistolares, psalmi, sacræ orationes recitantur. *[De ambone ecclesiæ, evangelii et epistolæ v. Giorn. dei Letter. XXIII, 346 et 347.]* Figuram ambonis exhibet præter Du Cangium in *CPli Christiana* Menologium Basilianum, t. I, p. 37, et 135. Vox est bene Græca. Ἄμβων contractum ex ἀμβαών, ab ἀναβαίνειν, locus, in quem ascenditur.

(50) Ut hoc intelligatur, apponendus locus ex Haberti Pontificali, p. 105 : *Advertendum est*, ait, *post ingressam Evangelii et ipsius [recitationem celebrari majorem ingressam*, τὴν μεγάλην εἴσοδον, *in qua sacerdotes, assumpta ex ara minori protheseos dicta sancta dona, panem scilicet et vinum, benedicta quidem orationibus, sed nondum verbis Christi consecrata, ad altare majus, seu sanctam mensam translaturi, prodeunt extra sanctuarium per januam lateralem in secundam ecclesiæ partem, qui virorum locus est, idque solemni quadam pompa sancta munera capiti imposita tenentes, cereis ac thuribulis præcedentibus, diacono thus adolente, hymno interim Cherubico personante. Populus ad hæc in ecclesiis Græciæ profunda inclinatione sese demittit.*

(51) Græci novi appellant στήθη id, quod Vitruvius *pluteos* dixit, hodie dicimus *balustres* a *palo*, vel *vallo*, omnes illas sepes, aut ligneas, vallis seu sudibus ordinatim stantibus, aut columellis marmoreis æneisve, quæ sudes imitentur, compositas, et epistelio superne junctas, ejus altitudinis, ut ad hominis erecti pectus pertingant. Quapropter στήθη et θώρακες videntur fuisse appellatæ. Eleganter describit Theophanes Cerameus in Homil. 55, (apud Du Cange v. Κάγκελος) : Τὸ τῆς ἀῤῥήτου τελετῆς χωρίον μαρμάρων θώραξ τοῖς ἱερεῦσι περικλείει, ἐφ' ᾧ ἐστιν ἐπαναπαύεσθαί τε καὶ μετ' ἀσφαλείας ἑστάναι καὶ τέρπειν τῇ θέᾳ τὴν ὄψιν. Κώλυμα δὲ τοῦτο τῶν, εἴ τις προπετὴς καὶ ἀνίερος εἴσω τῶν ἀδύτων ὑπερβῆναι φιλονεικεῖ. Schol. Aristoph. δρύφακτοι, θώρακες ξύλινοι, τὰ διαφράγματα, ἢ τὰ περιτειχίσματα. Dicuntur quoque διάστολα (v. Du Cange h. v.), quia διαστέλλουσι naum a tribuna· Eusebius Hist. eccl. X, 4, appellat τὰ ἀπὸ ξύλου δίκτυα. Latini medii ævi *pogia* pro *podia* (utrumque eodem modo pronuntiabant) et *pectoralia*, item *loricas* appellabant, et *soleas*, vel *solearia*. Mabillon. Introd. ad Cerimon. Rom. : *Qui presbyterium a choro cantorum dirimebant cancelli pogium et pectoralia dicebantur*. V. Du Cange v. *Pectorale*. * [Θωράκειον

εἰσερχόμενα (52) εἰς τὴν σωλέαν ἵστανται, καὶ ἔρχεται ὁ ἀρχιδιάκονος, καὶ θυμιᾷ τοὺς δεσπότας, καὶ εἶθ' οὕτως τὸν πατριάρχην, καὶ μετὰ τούτων (53) τὴν ἁγίαν τράπεζαν· καὶ εἶθ' οὕτως εἰσέρχονται πάντα τὰ ἅγια, καὶ μετὰ τὸ εἰσελθεῖν πάντα ἀποχαιρετίζουσι οἱ δεσπόται τὸν πατριάρχην, καὶ διέρχονται διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους τοῦ βήματος ἔξωθεν, καὶ εἰσέρχονται ἐν τῷ μητατωρίῳ, καὶ μετὰ τοῦτο ἐξέρχονται πάλιν οἱ δεσπόται ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι εἰς τὴν ἀγάπην (54), καὶ ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τοῦ βήματος πρὸς τὸ μητατώριον ἵσταται ὁ πατριάρχης ἔνδον τῶν κιγκλίδων, καὶ ἐν πρώτοις οἱ δεσπόται ἀσπάζονται τὸν πατριάρχην ἱστάμενον [32] (55) ἔξω τῶν κιγκλίδων, καὶ μετ' ἐκεῖνον τόν τε σύγκελον (56) καὶ τοὺς μητροπολίτας καὶ ἀρχιεπισκόπους καὶ τὸν πρωτοπαπᾶν (57) τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ τοὺς ἄρχοντας τοῦ πατριάρχου· εἰσάγονται δὲ οὗτοι πάντες οἱ τοὺς

A dextro bematis latere ad metatorium patriarcha intra cancellos stat, quem Domini extra cancellos progressum ante omnes, deinde syncellum, metropolitas, archiepiscopos, protopapam Magnæ ecclesiæ et officiales patriarchæ osculantur. Ili omnes ad dominos osculandos manu referendarii adducuntur, et postea rursus patriarcham osculantur, pauloque infra cancellos constituti, eumdem honorem senatoribus omnibus, qui per cerimoniarium adducuntur, exhibent : domini, vale patriarchæ dicto, metatorium ingrediuntur.

VARIÆ LECTIONES.

[32] ἱσταμένου cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

Latine *maceria*, a θώραξ *pectus*; v. Comment. Patini ad tres inscriptiones Græcas Smyrna advectas.* Reperitur quoque *calandra* apud Jacob. de Vitriaco (v. Du Cange ea voce) : *Majores congregati sunt ad calandram templi, quid facerent, deliberaturi.* Ea vox est Germanica, *Geländer* talia podia dicimus. Insignis est locus Chronici Casinensis III, 33 : *Fecit cancellos quatuor ex ære fusiles, ante altare,* [id est ante tribunam seu bema ; nam altare idem est vi vocabuli atque βῆμα, omne altum, ad quod gradibus ascenditur,] *scilicet hinc inde* [dextra et sinistra transversim per totam latitudinem ecclesiæ] *inter chorum et adytum* [id est inter soleam et adytum] *statuendos trabem quoque nihilominus* [id est pari modo] *fusilem ex aere cum candelabris numero quinquaginta, in quibus utique totidem cerei per festivitates præcipuas ponerentur, lampadibus* [oleo nutritis] *subter in æneis uncis ex eadem trabe triginta et sex dependentibus. Sub qua trabe quinque numero teretes* [id est rotundas], *tredecim vero quadratas imagines paris mensuræ ac ponderis desuper statuit, rotundas vero omnes argentea solum urna* [id est ἄμπυκι, nostrates *Rahmen* dicunt] *circumdans*, etc. Bene cum his congruunt, quæ de collocatis super his cancellis cereis, de adoratis imaginibus, de tribus foribus sacris, Constantinus noster passim narrat. Cum enim cancellos quatuor numeret Chronicon Casinense, non possunt non tres fores fuisse. *Transennam* appellavit hæc στήθεα Anastasius in Sexto III : *ornavit transennam et altare confessionem sancti Laurentii.*

B ipsi communicaturi de cœna Domini sibi invicem in ecclesia dabant nondum incepta communione. Quod osculum aut junctis labiis, aut per traducem fiebat, ope porrectæ crucis, aut tabulæ, in qua pictus esset Christus crucifixus, pro diversitate personarum et temporum : qua de re hic agere opportunum non est. Ἀγάπην pro ἀσπασμῷ posuit etiam Pachymeres apud Du Cange v. Ἀσπασμός ubi inter alia citatur locus e typico S. Sabæ, e quo totus ritus osculi pacis discitur. *Fideles*, ait idem in v. Εἰρήνη, *dicebantur sibi invicem* εἰρήνην *dare, cum inter missæ solemnia sese osculabantur, dum sacerdos post hostiæ confractionem hæc verba profert : Pax Domini sit semper vobiscum.* V. idem v. *Osculum pacis*. Insignis est locus Chrysostomi, quo præcipuas sacri officii partes eo quo sese excipiebant, ordine, sermone quoque prosequitur. Ὅταν εἰσέλθῃ ὁ τῆς ἐκκλησίας προεστώς, εὐθέως λέγει Εἰρήνη πᾶσιν (cf. Antholog. II. Stephan. p. 130, fin., ubi acerbum scomma in episcopum cum sorore Irene dicta cohabitantem ad hunc morem pacem apprecandi alludit)· ὅταν ὁμιλῇ· Εἰρήνη πᾶσιν· ὅταν εὐλογῇ· Εἰρήνη πᾶσιν. Ὅταν ἀσπάζεσθαι κελεύῃ· Εἰρήνη πᾶσιν. Ὅταν ἡ θυσία τελεσθῇ· Εἰρήνη πᾶσιν· καὶ μεταξὺ πάλιν· Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη. Fiebant hæ salutationes et oscula singulis diebus Dominicis, et festis quæ in dies Dominicas inciderent, præcipue majoribus Paschatis et Nativitatis Christi. E Luitprando constat, post adorationem seu inclinationem corporis profundam proceres ad osculum imperatoris admissos fuisse. Locus ille, ubi ait, Nicephorum, *falsidicis næniis* (ita populi appellat acclamationes) *inflatum ingredi S. Sophiam, dominis suis imperatoribus* (intelligit Basilium et Constantinum, Romani filios, quorum vitricus et tutor erat Nicephorus) *se a longe sequentibus et in pacis osculo ad terram usque adorantibus.* De osculo pacis et de οἴκῳ ἀσπαστικῷ v. Vales., ad Ammian. Marcell. p. 97. [Alteserra ad Anastas. p. 87. De osculo pacis festo Paschatis additis verbis : *Resurrexit Dominus*, Moleon, p. 27. Idem p. 420, notat Agapen nupturis olim datam fuisse. De ritu episcoporum eos osculandi, qui volebant communicare, v. p. LVI. Comment. in Ordin. Roman.]*

(52) Hic idem est atque μέλλοντα εἰσέρχεσθαι, dum in eo sunt, ut intrent in sacrarium, aut dum celebrant introitum, majorem nempe, subsistunt in solea. Cæterum illa sacrorum donorum per ecclesiam circumgestatio et ostentatio manavit ex more veterum gentilium exta manibus circumgestandi, et sacrificantibus aut sacrificio assistentibus ostentandi, de quo vid. Polyæn, p. 334, ed. Maasvic. n. 14.

(53) Novæ Græciæ more pro μετὰ τούτους. Scatet Noster dictionibus ejusmodi. Vid. pag. 106, 130.

(54) De agapis veterum seu conviviis in memoriis martyrum, item de communione sancta, agape quoque dicta, multa scriptores antiquitatum ecclesiasticorum. Agape quoque nostro est convivium charitatis, in specie illud, quod imperator feria quinta post Pascha patriarchæ et clericis in Chrysotriclinio dabat ; vid. p. 55, et Du Cange v. Ἀγάπη et *Charitas*, necnon Murator, in Analectis Græcis, p. 241, sqq. Verum hic quidem loci Agape nihil aliud est quam osculum pacis, quod episcopus illis, qui secum communicaturi essent, et fideles

(55) M. ἱσταμένου. V. supra ad p. 5.

(56) De Syncello egi ad p. 306.

(57) *Primum papam*, seu sacerdotem principem *Magnæ Ecclesiæ*, seu S. Sophiæ. Vid. Goar. ad Codin. p. 14, n. 42, et Gretser. p. 172. Non recte intellectus Codini locus persuasit Fabrotto, ut in Glossario Cedreni traderet, esse *primum post patriarcham sacerdotem.* * [Apud scriptores post Theophan. p. 240, memoratur Κωνσταντῖνος πρω-

δεσπότας ἀσπαζόμενοι διὰ χειρὸς τοῦ ῥεφερενδαρίου (58), καὶ εἶθ' οὕτως ἀσπάζονται πάλιν τὸν πατριάρχην, καὶ ἵστανται ὑποκάτω ὀλίγον τῶν κιγκλίδων, καὶ ἀσπάζονται τοὺς τῆς συγκλήτου (59)· πάντες γὰρ οὗτοι διὰ χειρὸς τοῦ τῆς καταστάσεως εἰσάγονται· καὶ ἀποχαιρετίζοντες οἱ δεσπόται τὸν πατριάρχην, εἰσέρχονται ἐν τῷ μητατωρίῳ.

XII. Postquam communio advenit, domini eo ritu, quem supra explicavimus, in dextrum bematis latus se conferunt, sacram ibi communionem excipientes, et patriarcham pro more osculati, metatorium ingrediuntur, ibique cum optimatibus et quibus familiariter utuntur senatoribus confabulantur; quo facto præpositi cum iis, qui mutatoriis præsunt, intrant, suisque tunicis dominos induunt, deinde iidem patriarcham adducunt, qui eos osculatus, ad parvam januam usque sacrum ad puteum cum ipsis egreditur. Intra hujus enim januæ limen dominus et patriarcha, præpositus vero et argento præfectus extra illud, subsistunt. Tunc præpositus ex argyri seu argento præfecti manu marsupia auro plena sumit, traditque imperatori, hic iis, qui ea accipere debent, clamante argyro: « N. N. domini boni! » Hoc autem beneficio archidiaconus,

ΙΒ'. Ὅτε δὲ φθάσει ἡ κοινωνία (60), πάλιν ἐξέρχονται οἱ δεσπόται ἐν τῷ προειρημένῳ σχήματι, καὶ ἀπέρχονται ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τοῦ βήματος, καὶ δέχονται κἀκεῖσε τὴν ἁγίαν κοινωνίαν, καὶ ἀσπαζόμενοι κατὰ τὸ εἰωθὸς τὸν πατριάρχην, εἰσέρχονται ἐν τῷ μητατωρίῳ, καὶ κραματίζουσιν (61) ἐκεῖσε μετὰ τῶν μεγιστάνων καὶ οἰκειοτέρων ἀνθρώπων τῆς συγκλήτου· καὶ μετὰ τὸ κραματίσαι τοὺς δεσπότας εἰσέρχονται οἱ πραιπόσιτοι μετὰ καὶ τῶν ἐπὶ τῶν ἀλλαξίμων, καὶ ἐπιτιθέασι τοῖς δεσπόταις τὰς ἑαυτῶν χλανίδας, καὶ εἶθ' οὕτως εἰσάγουσιν οἱ αὐτοὶ πραιπόσιτοι τὸν πατριάρχην, καὶ ἀσπάζεται τοὺς δεσπότας, καὶ συνέξεισιν αὐτοῖς ἕως τῆς μικρᾶς θύρας τῆς εἰσφερούσης πρὸς τὸ ἅγιον φρέαρ (62). Ἐν γὰρ τῇ φλιᾷ τῆς αὐτῆς θύρας ἵστανται οἵ τε δεσπόται καὶ ὁ πατριάρχης, ὁ δὲ πραιπόσιτος καὶ ὁ ἀργυρος (63) ἵστανται ἔξω τῆς αὐτῆς θύρας· καὶ ὁ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

τοπαπᾶς τοῦ παλατίου, quod redditur *Constantinus palatini cleri Sacerdotum primus.*]* Videtur in omni certe majori quaque Ecclesia fuisse Protopapas, ejus loci, qualis apud nos pastor.

(58) Hic referendarius imperatorisne an patriarchæ intelligatur, dubium est. Putem tamen, illum potius quam hunc, debere intelligi, cum pene omnibus e locis hujus codicis, quibus referendarii imperialis fit mentio, colligi queat, ei solummodo cum patriarcha et rebus ecclesiasticis negotium fuisse.

(59) Sunt comitatenses omnes vel proceres aulici. De strictiori significatu vocabuli συγκλητικοί, dico ad p. 37, et ad p. 38.

(60) *Communio*, seu participatio totius cœtus fidelium de sancta Eucharistia, et hic loci, tempus ejus percipiendæ. Vid. Du Cange Gloss. Gr. h. v. et infra, p. 79.

(6) Crama seu mixtum celebrant, hoc est dejejunant cum haustu vini et tantillo liborum aut bellariorum. Κράμα novis Græcis idem esse atque ἄριστον, jentaculum, patet e Nostri p. 216, ubi dicuntur cantores Latini εἰς τὸ κράμα *inter crama* dicere hæc verba: *in gaudio prandete, domini.* Recte igitur interpres noster p. 40, reddit *convivium celebrat.* Conf. p. 47, 53, 58, 62, 65; quibus e locis patet imperatorem consuevisse cum procerum selectis, interdum et cum patriarcha, in triclinio illius Ecclesiæ, in quam identidem processisset, post peractum sacrum officium sese Mixto, hoc est dejejunatione reficere, antequam in palatium ad epulas meridianas reverteretur. De more in Ecclesiis epulandi, traducto ad Christianos a gentilibus Græcis, quorum in templis peculiaris par erat ἑστιατήριον dicta, (v. Philostrat. p. 605, ed. Olear.), testatur Codinus Antiq. CPL., perhibens metatorium in S. Sophia a Justiniano ideo excitatum fuisse, ἵνα ἐκεῖσε παραμένῃ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ καὶ πολλάκις ἐσθίῃ. Sed hoc de ritu pluribus infra dixi ad p. 324.

(62) Cisterna, vel lacus ille in vestibulo ecclesiæ, in quo qui volebat se lavabat, antequam in Narthecem intraret. Quales lacus Muhammedani ante Mesgidas suas vastos marmoreos habent, exemplo a Græcis procul dubio traducto. Distinguendus hic sanctus puteus ἀπὸ τοῦ λουτῆρος, a fonte baptismali, qui erat intra narthecem; vid. p. 45. Erat sacer puteus asylum illuc confugientibus, ut intra septa Ecclesiæ constitutus. V. Procop. Anecdot. p. 75.

(63) Est Argentarius, seu nummularius, trapezites, cambiator aulicus, qui pecuniam, qua opus est, comparat, et rogas atque donaria imperialia, saccos largitionales ab imperatore distribuendos, præposito tradit. Ejusdem simul erat, eos, qui largitionem accipere deberent, nomenclare, seu nominatim evocare, ut ex hoc loco patet. Cf. p. 41, et Murat. Ant. Ital. t. I, p. 884. Apud eumdem t. II, p. 812 est charta, cui multi officiales domini papæ aut sanctæ Cameræ subscripserunt, et inter eos etiam aliquis *Paschalis cambitor.* Dubium non est, eum quoque ad apostolicum ministerium pertinuisse. Qui ibidem præcedunt *viserii*, videntur esse *pincernæ*, ut quorum esset dolia vinaria visere, id est injecta bolide explorare, quantum insit vini, et cujus notæ. In Laudo veteri apud Du Cange Gl. l. v, *Anaglissum*, habentur *Campsores Domini archiepiscopi Coloniensis.* Apponam locum, quia simul docet, quare illi homines ἀργυροπράται fuerint appellati. *Dicimus, quod exceptis campsoribus D. archiepiscopi nemo debeat emere argentum, nisi ad usus peregrinantium vel ad anaglifi speciem comparetur.* Opponitur hic *argentum*, seu solidæ et grandes moles argenteæ τῷ κέρματι, minutæ pecuniæ, qualis in vita communi usu venit, ἀργυροπρόται illas emunt, hanc vendunt, illas his comparant. Hic dicuntur Symmacho X. 49, *oendere solidos. Vendendis solidis* [id est nummulis, τῷ κέρματι], *quos plerumque usus publicus exposcit, collectariorum* [iidem sunt cum Argyropratis] *corpus obnoxium est.* Hinc *monetarii* et *nummularii* perinde audiunt. Tabular. Eccl. ap. DC. v. *Nummularius*, qui in vv. *Collectarii* et *Argentarii* conferri potest, ubi ex Salmasio et aliis affert, hos homines etiam *coactores* fuisse appellatos, et inde emendandas esse glossas veteres, quæ habent κομάτωρ, *argentarius*, scilicet legendum esse κοάκτωρ. Recte vero, si fingendæ sunt illæ glossæ ad Latinismum grammaticum. At quid, si vulgus sic pronuntiaverit, ut quasi *w* inter *a* et *o* intersereret, at efferret *cowuctor*, unde deinceps natum *comactor?* Sane *clovaca* pro *cloaca* dicebant, et ἀποβρόφη pro ἀπορρόη. Vid. Du cange v. ἀποβρόφη, *defluxio.* Reliquiæ hæ sunt digammatis Æolici. Hi *campsores* non tantum

διὰ χειρὸς τοῦ ἀργύρου λαμβάνει ὁ πραιπόσιτος τὰ χρυσᾶ βαλάντια καὶ ἐπιδίδωσι τῷ βασιλεῖ, καὶ ὁ βασιλεὺς δίδωσι τοῖς μέλλουσι ταῦτα λαμβάνειν, κράζοντος δηλονότι τοῦ ἀργύρου. Τῷ ὁ δεῖνα δεσπόται ἀγαθοί (64)· εἰσὶ δὲ οἱ λαμβάνοντες ταύτην τὴν εὐεργεσίαν διὰ χειρὸς τοῦ δεσπότου ὅ τε ἀρχιδιάκονος καὶ οἱ ὀστιάριοι (65) καὶ οἱ ψάλται (66) καὶ οἱ πένητες καὶ οἱ προσμονάριοι (67). Καὶ μετὰ ταῦτα ἐξέρχονται ἐν τῷ βήλῳ τῷ κρεμαμένῳ εἰς τὸ ἅγιον φρέαρ, καὶ στέφει αὐτοὺς ὁ πατριάρχης (68). Καὶ μετὰ τὸ στεφθῆναι αὐτοὺς λαμβάνουσιν ἐκ χειρὸς

A ostiarii, psaltæ, pauperes et ecclesiæ custodes a domino afficiuntur. Deinde domini cum patriarcha exeunt, et velum in sacro puteo suspensum intrant, eosque patriarcha coronat. Quo facto sacras e patriarchæ manu oblatas seu panem benedictum accipiunt, easque præpositis reddunt ; deinde patriarcha unguenta ipsis offert, et apocombia ab eis recipit, **12** eumque osculati domini, e sacro puteo recedunt. Et fit prima receptio extra sacrum puteum.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

grandes summas argenti procurabant, et numerabant a principibus, et communibus, ad quos pertinebant, jussi, verum etiam ipsi curabant nummos cudi, et erant iidem atque olim præfecti A, A, A, F, F, auro, argento, æri, flandis, feriundis, et a B monetariis cusam pecuniam accipiebant et servabant. Patet ex privilegio Ludovici Marchionis Brandenburgici A, 1343, indulti, a J. P. de Ludewig, t. VII. Reliq. MStor. p. 89, edito, ubi leguntur hæc : *Si denariis dictorum monetariorum varam decrevimus adhibere, hoc nusquam, quam in eorum fabrica vel in eorumdem campsorum assere* [banco] *faciemus.* Formula *varam adhibere*, id est *probam*, explorationem, bonine sint nummi commatis, adhibere, venit a germanica voce *Wahre*, observatio, consideratio, unde *Warte*, *Guarde* et *Wahrnehmen*, explorare, et *bewähren*, probare, tentare, probumne quid sit. In legibus Wisigothorum l. II. Tit. 4, § 4. *Argentarii* quoque inter honestiora officia palatina numerantur : *Ut non immerito palatinis officiis liberaliter honorentur, id est stabulariorum, Gillonariorum,* [id est pincernarum, a *gillo*, ἀρύταινα, unde nostrum *Gelle*,] *Argentarium, Coquorum quoque præpositi.* Adhibitos fuisse argentarios ad præstandam protinus pecuniam pro dignitate aulica C vel militari, si quis eam emeret, discimus e Zosimo IV, 28, p. 412. ed. Cellar.

(64) Scilicet διδόασι τοῦτο, *tali vel tali dant boni domini hanc largitionem, hoc saccellum.* Τῷ ὁ δεῖνα est Græcismus novus. Veteres simpliciter dicebant τῷ δεῖνα. Manet illud ὁ ita alligatum voci δεῖνα, ut non varietur, quicumque tandem alius casus genusve apponatur, τὸν ὁ δεῖνα, τῇ ὁ δεῖνα, τοὺς ὁ δεῖνα, etc. Exempla miræ dictionis natant in hoc codice. Similiter obtinebat in aula veterum Franciæ regum, ut in publicis convivlis regiis in majoribus festis præco clara voce sub tubæ signo proclamaret *Largesse*, et nominatim quemque, cui donum destinatum erat, evocaret, Vid. Du Cange ad Joinvil. p. 88, ubi e vetustis rationariis citat, tantum et tantum datum fuisse illi et illi, *héraults poursuivants*, [sunt aut mandatores aut διατρέχοντες nostri codicis] *ménestrels* [histrionibus, thymelicis, bufonibus.] *Et trompettes pour avoir au jour de Pentecôte* D *crié au diner du roi : Largesse devant sa personne.* Modum, quo pontifex Romanus olim Cardinalibus et aliis sedis Romanæ proceribus presbyterium seu munus apostolicum dare solebat, describit pontificale sic : *Pontifex sedens dat presbyterium hoc modo : Cardinalibus duos aureos et duos grossos argenteos. Veniunt Cardinales et profunde caput inclinant ante pontificem, porriguntque ei mitram apertam, in quam pontifex immittit pecuniam. Illi autem accepta pecunia pontifici manum osculantur. Pecunias capit pontifex e manu cumerari. Alii prælati genu flectunt ante pontificem, et accipiunt in mitra aureum unum et unum grossum, et osculantur dextrum genu pontificis.* Alli vero prælati et officiales accipiunt in manu tantumdem, et osculantur pedem. Imperator munera distribuebat suis manibus. τῇ χειρὶ κοσμῶν τὸ διδόμενον, αὐτουργῶν, οὐ κελεύων, ut ait Libanius in Excerpt. rhetor. p. 122.

(65) Intelliguntur hic *ostiarii ecclesiæ*, non palatini. Officium eorum erat hoc, ut perhibet Isidorus Junior apud Du Cange Gloss. Lat. h. v : *Ad ostiarium ecclesiæ claves pertinent, ut claudat et aperiat templum Dei et omnia, quæ sunt intus exstuque, custodiat, fideles recipiat, infideles et excommunicatos rejiciat.*

(66) Cantores, musici vocales ecclesiastici. Musica enim instrumentalis, ut res profana, in ecclesiis Græcis locum nullum habet. Psaltos hos ordinatos fuisse et ad clerum pertinuisse, demonstravit Habertus pontifical. p. 44. Nunquam igitur vacare poterant musicæ, profanæ, thymelicæ. Fuerintne iidem cum Cractis, jam in superioribus dixi, dubium esse. Si fuerunt, dicti fuerunt in ecclesiis quidem psaltæ extra eas autem Cractæ. Certum id est, psaltas populo in ecclesiis præivisse laudes imperatorum, ut cractæ extra ecclesias faciebant. Habebant hi psaltæ canonarcham, seu directorem chori musici, qui quas voces moduloque illi sequi deberent, præibat, Symeo Thessalonic. : τοὺς θείους ; ὕμνους προλέγει τοῖς ψάλλουσιν, ἤτοι κανοναρχεῖ. Stetisse illos in ambone, patet e variis Nostri locis et e canone 15 concilii Laodiceni : μὴ δεῖ πλέον τῶν κανονικῶν ψαλτῶν, τῶν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων καὶ ἀπὸ διφθέρας ψαλλόντων, ἑτέρους τινὰς ψάλλειν ἐν ἐκκλησίᾳ. Quid hoc in loco significet ἀπὸ διφθέρας ψάλλειν, fateor me ignorare, nisi διφθέρα sit codex membranaceus ecclesiasticus, in quo perscriptæ essent hymnorum cantandorum formulæ cum notis musicis. Neque prorsus intelligo illum Niconis monachi locum (apud Du Cange v. Βηματίκια), quo psaltarum declaratur officium Διὰ τοῦτο ἡ ἐκκλησιαστικὴ τάξις προχειρίζεται ψάλτας, ἀναγνώστας καὶ ὑποδιακόνους καὶ πρεσβυτέρους. Ψάλτας μὲν, διὰ τὸ ψάλλειν καὶ ᾄδειν μετὰ μέλους καὶ ἤχου καὶ ᾄσματος, καὶ προκαθηγεῖσθαι τοῦ λαοῦ εἰς τὸ, Ἅγιος ὁ Θεὸς, καὶ εἰς τὰ προκείμενα, καὶ προψάλματα, καὶ τὰ βηματίκια, καὶ εἰς τὴν προέλευσιν. Canticum Ἅγιος ὁ Θεός vel Τρισάγιον cantant in ecclesiæ ingressu. V. Superius citato loco La Croixii p. 31. Τὰ προκείμενα sunt textus e Psalmis aut Veteris Testamenti alio quodam libro, diei præsenti apti. Προψάλματα sunt preces, quæ ante lectionem Psalterii dicuntur. Βηματίκια sunt, ni fallor, hymni aut preces sub ingressum tribunæ, seu introitum minorem, dictæ aut cantatæ. Ἡ προέλευσις videtur illa hic designari, quæ alios introitus major dicitur. Apparet hinc, psaltarum fuisse, non tantum hymnos cantandos, sed etiam preces recitandas harmonica voce seu melodice incipere et populo præire.

(67) Dicuntur quoque παραμονάριοι, quia προσμένουσι τῷ ναῷ, *custodes templi, mansionarii*, qui semper in eo manent, et curam ejus gerunt. Sunt quales apud Turcas sunt *Mudzeni*, qui in pharis ecclesiarum habitant, et precum tempus clamore indicant, aut ut sacristani nostri, qui in ædibus ecclesiæ vicinis habitant, sive, ut dictione medii ævi utar, manent ; vid. Du Cange Gloss. Gr. h. v. et v. *Superista*.

(68) Mos erat, ut imperator ad ecclesiam veniens

τοῦ πατριάρχου τὰς εὐλογίας (69), ἤτοι προσφορὰς, καὶ ἀντιδίδουσι [33] (70) ταύτας τοῖς πραιποσίτοις, καὶ μετὰ ταῦτα δίδωσι τοῖς δεσπόταις ὁ πατριάρχης τὰ ἀλειπτὰ (71), καὶ ἀντιλαμβάνει παρὰ τῶν δεσπο-

VARIÆ LECTIONES.

[33] ἀντιδιδοῦσι ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

ante ingressum in naum deponeret infulam seu coronam, quam aut non reponebat toto sacro durante officio, aut saltim, si reposuit capiti, demere solebat ad lectionem Evangelii, ad processionem sacrorum, seu introitum magnum, ad agapen et communionem ; donec tandem finitis sacris ritibus omnibus, cum exire imperator et domum remeare vellet, patriarcha et coronam suis manibus reponeret, non tanquam is, cujus in arbitrio esset coronam imperatori aut indulgere, aut negare, quemadmodum morem hunc illuc traxerunt quidam, sed in significationem flaitos esse ritus ommes, quorum reverentia imperator caput nudaverit.

(69) Id est benedictiones, vel particulas de illis benedictis panibus, quos fideles secum in ecclesiam afferebant, et sacerdoti benedicendos offerebant. Solebant olim superstitionis paganæ memores, aut panes cibosve in templum efferre, et sacerdotali benedictione mactos rursus domum referre, parte eorum sacerdoti in operæ mercedem relicta, aut etiam panes aliaque in communionem afferre et in communi deponere, indeque collatitias epulas facere, quas in ipsa Ecclesia assumebant. Qui mos eatenus fuit mutatus, ut sacerdotes oblatos a fidelibus panes alioseque cibos inferrent in tribunam, eorum partem consecrarent, de qua et ipsi communicarent, et fidelium quotquot vellent, reliquis domum abeuntibus portionem adderent, εὐλογίαν dictam, reliqua omnia sibi servarent, distributione ex ipsorum arbitrio facta. Gentiles quoque post hymnos cantatos et confectum sacrificium consumebant in templis partem victimæ, reliqua secum sumebant domum, aut ibi absumenda, aut in macello vænum exponenda. Christiani pariter aut ipsius consecrati panis quas in communione accepissent particulas viri quidem nudis manibus, feminæ autem linteo exceptas domum deferebant, et quousque vellent asservabant ; aut panis, benedicti quidem, at non consecrati, particulas, ἀντίδωρον et εὐλογία dictas, referebant. Cujus rei multa documenta in scriptis veterum theologorum exstant. V. DC. v. *Oblia* et *salutes* et *Eucharistia*. Gentiles mazas illas, vel liba, crustulas, quas inter sacrificandum communicantibus distribuebant, et quas vel in templis consumere, vel secum domum auferre licebat, ὑγιείας, *sanitates* appellabant, neque nomine, neque re multum a Christianorum εὐλογίαις abludente. V. Athenæi l. III, c. 30, p. 115, et ibi not. Casauboni. Ab his *eulogiis* seu *benedictionibus*, id est particulis panis benedicti, quæ ad comedendum fidelibus dabantur, factum est, ut vox *eulogia* et *convivium* et *donum* significaret, v. Du Cange, v. *Alogia*, quod Latini ex εὐλογία effecerunt, forte decepti ductu scribarum Græcorum, qui eu sic sæpe exarant, ut ab α distingui nequeat. Ordericus Vitalis (apud Du Cange, v. *Benedictio*) *eulogias benedictionis* dixit, pro quo Petrus Damianus *donum benedictionis*. Hinc intelligatur locus Gregorii M. I. II. Epist. 33 : *transmisimus B. Petri Apostoli benedictionem, crucem parvulam, cui de catenis ejus beneficia sunt inserta*, id est *reliquiæ catenarum ejus*. Pariter Coned. Laodicen. canon. 14, *eulogia* pro *dono*, præsertim tali, quale amici die festo inter sese missitare solent, legitur : Περὶ τοῦ τὰ ἅγια μὴ εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα εἰς ἑτέρας παροικίας διαπέμπεσθαι. Sedicet mos erat eo tempore, ut episcopus de pane a se consecrato particulas in Ecclesias suæ inspectionis et ad presbyteros earum mitteret, in significationem, se cum illis communicare, ipsosque pro fratribus et collegis agnoscere, ipsorumque parochiæ ascriptos pro membris Ecclesiæ suæ ; quo cum affingerent posteriora tempora opinionem, per talem ab episcopo missam eulogiam consecratam communicari vim sanctitatis panibus a presbyteris consecrandis, cœperunt id *fermentum* appellare. Vid. Du Cange, v. *Fermentum*. Eulogia verro, de qua hic sermo est, erat particula beneficti quidem, at non consecrati panis, quam patriarcha imperatori ex ecclesia domum redeunti, in signum charitatis, ut pater filio crustulum, una cum oratione seu benedictione, addebat, velut munusculum, quo ipsi festi diei hilaritatem gratularetur et augeret, et mori illi satisfaceret, quo amici diebus festis sportulas cum panibus, carnibus, aliisque esculentis et potulentis, rebusque aliis jucundis missitant, μερίδας ἑορταστικάς, aut simpliciter ἑορταστικὰ dictas. V. Du Cange, v. *Festilia* et *Feriatica*. Idem igitur quodammodo est eulogia et ἀντίδωρον. Quæ si diversitas intercedit, ea hæc erit, ut ἀντίδωρον tantum illis daretur, qui non communicassent : eulogia vero etiam illis, qui jam communicassent de pane consecrato. Nam supra dicitur imperator communicasse, cui patriarcha hic dicitur eulogiam dare. Morem hunc eulogias distribuendi sacerdotes Russorum a Græcis assumpseruut. *In ipso natali die Joannis Baptistæ triumque magorum*, ait Paulus Jovius libello de legatione Moscovica, *et in Paschate presbyteri sacratos pane parvos toti populo largiuntur, quorum esu febribus conflictatos allevari existimant*. Ipsos quoque imperatores per festorum dierum hilaritatem panes in circelli modum pistos inter amicos distribuisse satis constat e Codini de officiis p. 98, ubi ait imperatorem CPlanum Potestato Januensi ad se festum diem gratulatum venienti in manus dare κολίκιον, *bucellam circularem tortam*. V. Du Cange, v. *Oleum benedictum*. Quia eulogiæ solebant abeuntibus addi, ex eo factum, ut λαμβάνειν τὴν εὐλογίαν idem significet, atque veniam abeundi impetrare. Liber τῶν ἐπιτιμίων, εἴ τις ἐξέλθοι τοῦ μοναστηρίου μὴ λαβὼν τὴν εὐλογίαν, ἢ ἀπολυθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀρχιμανδρίτου μετὰ εὐχῆς, ἔστω ἀκοινώνητος. Antequam ab hoc argumento decedam, monebo id unum adhuc, morem illum panem et vinum secum in Ecclesiam afferendi adhuc obtinere in Ecclesia Mediolanensi veterum rituum retinentissima, ut perhibet angelus a Nuce ad Chronic. Casinens. p. 373, edit. Murat., cujus hæc sunt verba huc congrua : *In publica missa fiebat olim a populo panis et vini oblatio pro sacrificio ad arbitrium conferentium. Non enim cogebantur. E quibus oblationibus sacerdos partem aliquam seligebat consecrandam, reliquas a sacerdote benedictas et propterea eulogias appellatas, clerici inter se et fideles dividebant, non vero catechumenos. Usque adeo autem crevit offerentium ambitio, ut aliquando nomina eorum, qui obtulerant, publice recitarentur*. Invenio quoque datas in die Paschatis a pontifice fidelibus præter osculum pacis et benedictiones seu bucellas benedictas, τρικέφαλα seu nummos trium imperatorum vultibus signatos. Vid. Balsamon. Locus a Du Cange, v. Ἀσπασμός citatus. Ea liberalitate opus non habebant patriarchæ apud imperatorem, quicum Glanci permutationem faciebant, aureos nummos ipsi accipientes, et eorum in vicem bucellas panis reddentes, et minuta thura, et pyxides aromaticas et cereos, et alias ejusmodi reculas.

(70) M. ἀντιδίδυσι. Et hæc forma δίδω, δίδει, δίδειν, etc. in illis est constanter observata : alte-

τῶν τὰ ἀποκόμβια (72)· καὶ ἀσπάζονται οἱ δεσπόται τοῦτον, καὶ ἐξίασι τοῦ ἁγίου φρέατος [34] (73). Καὶ γίνεται πρώτη δοχὴ ἔξω τοῦ ἁγίου φρέατος [35].

ΙΓ. Καὶ δέχεται κἀκεῖσε τὸ μέρος τῶν Βενέτων μετὰ καὶ τοῦ ἑαυτῶν δημάρχου, καὶ ἀκτολογοῦσι τοὺς δεσπότας κατὰ τὸ εἰωθός· λιβελλάρια γὰρ οὐ δίδονται ἐν τῇ ὑποστροφῇ τῶν δεσποτῶν καθὼς καὶ ἐν τῇ ἀφίξει αὐτῶν· τὰ δὲ λοιπὰ τῆς δοχῆς ἐπιτελεῖται καθὼς προείρηται. Καὶ πάλιν γίνεται δευτέρα δοχὴ εἰς τὴν ἔξω τοῦ χυτοῦ (74) τῆς χαλκῆς τοῦ ἐκεῖσε φορνικοῦ καμάραν εἰς τὴν σιδηρᾶν πύλην, καὶ δέχεται κἀκεῖσε ὁ δήμαρχος τῶν Πρασίνων μετὰ καὶ τοῦ δήμου τοῦ ῥουσίου· τὰ δὲ λοιπὰ τῆς δοχῆς

A XIII. Ibi quoque Venetorum factio cum tribuno suo eos excipit et ut mos est Dominis acclamat: libelli enim in reditu dominorum uti dum exeunt non dantur: cætera autem, quæ ad hunc ritum pertinent ut supra relatum fuit peraguntur. Rursus SECUNDA receptio fit extra fornicem chalces in camera ad ferream portam, et excipit ibi dominos tribunus Prasinorum cum transitoria sua factione russa: cætera vero, quæ in receptionibus observare convenit, ut supra notatum est perficiuntur. Sic

VARIÆ LECTIONES.

[34] ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι ὀφείλει ἔχειν τὸ ἀ [πο] κόμβιον χρυσοῦ λίτ. ι' (75) καὶ ε [ἰ μὲν] ἔστιν εἰς βασιλεὺς, [δίδωσι] τὰς ι' λίτ., εἰ δὲ δύ [ο] εἰσὶν, εἴτε καὶ γ' εἰσὶν, . . ονται αἱ δέκα λίτραι, ε . . εἰ καὶ γ' πλὴν τοῦ . . . βασιλέως, ὀφείλει εἶναι τ [οῦτο] τὸ ποσὸν τοῦ δὲ . . . ὑπὲρ τῶν ἄλλων τῶν Δ. . . ἐξίσης ὡς συμο . . . ρουσθ... διὰ τῶν ἀμφοτερ. . . τὰς δέκα λίτρας. Suppletum et emend. ex cod., ut hic exhibetur, a Reiskio. [35] Verba καὶ γίνεται — φρέατος om. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

ram διδοῦσι vel διδόασι non memini ibi videre.

(71) *Unguenta* vel *pyxides unguentarias, odoratas.* Mos est Orientalium in refectionem amicis abeuntibus addere et venientibus offerre odoramenta et unguenta. Solent quoque secum gestare pyxides ambra et musco plenas. Ita Josua Stylites in Chronico Syriaco apud Asseman. t. I, Bibl. Or, p. 268: *Cives per septem dies totam noctem per urbem discurrunt, funalia et odoratas pyxides manu gerentes, et carmina modulantes.* Vid. ad p. 270, et 382, ult. Quam studiosi veteres narium fuerint, et quantos fecerint sumptus in rosas in conviviis, item in thus, et alia suffimenta in sacrificiis suis, ex Athenæo et aliis constat.

(72) Quid sint apocombia et unde dicta, pluribus dico ad p. 261. Hic monebo tantum verbo, esse sacculos sericeos aut panneos cum insutis nummis.

(73) Hæc ipsa verba in continenti recurrentia in membranis effecerunt, ut quædam ex editione nostra exciderint, nempe hæc: Καὶ γίνεται πρώτη δοχὴ ἔξω τοῦ ἁγίου φρέατος, inter finem § 12, et initium § 13, inserenda: quam in paragraphos seu sectiones capitum contruncationem in membranis a nostra diversam esse alibi jam monuimus.

(74) Alibi χυτοῦ scribitur, ut ignores, sitne a χύτης nominativo, an a χυτός. Neque constat, quid significet. Doctus interpres hic præteriit, p. 58; vertit *concameratio*, p. 94; *locum editum*, p. 107, 135, et alibi ipsam vocem retinuit *Chytum* reddens. Ego quidem certiora non novi. Neque topographicorum, quæ hic pluscula occurrunt, a me quis explanationem exspectet. Labor is esset parum utilis, et utcunque sedulum ea in re te præbeas, semper tamen imperfectus futurus.

(75) Schol. 2. λίτραι ι'. Ter per annum, festo scilicet Nativitatis Christi, Paschatis et Pentecostes offerebat imperator in Magna Ecclesia, seu S. Sophiæ, et quidem festo Paschatis centenarium, aut centum auri libras (qua de re vid. ad p. 20, dicenda), reliquis denas. Originem hujus consuetudinis si mecum reputo, credo eam fuisse, præter necessitatem aliquid in sustentationem structurarum ecclesiæ et ministrorum ejus conferendi, etiam aliquale studium pœnitentiam commonstrandi. Nam cum imperatores solerent magnis illis tribus festis publicas processiones ad Magnam Ecclesiam facere, et ibi publice communicare, debebant prius peccata sua apud patriarcham profiteri, et pœnitentiam irrogatam præstare. Summa vero mulcta erat decem auri librarum (Vid. Vales. ad Ammian. Marcell. p. 330). Non igitur improbabile, imperatorem decem auri litras in magno altari identidem velut pœnitentiam deposuisse. Vel

B potest hæc oblatio fuisse signum, quo imperator gratum animum erga Deum demonstraret, qui sibi vitæ usum ad hunc usque festum hilaremque diem indulsisset. Non de his, quæ festis diebus Ecclesiæ ab imperatore offerri solebant, apocombiis, seu sacculis auro plenis, sed de alia quadam annua gratificatione vel stipendio loqui videtur Nicetas initio vitæ Manuelis Comneni, p. 27, ed. Venetæ quamvis *ducentenas minas* et *talenta* nominando effecerit, ut quantitatem summæ minus intelligamus, quam si missa ridicula et obscura sua vetustatis affectatione nominibus ista ætate usitatis res quasque appellasset, litras et numismata. Locus hic est: Γράμμα ἐρυθροσήμαντον σφραγίδι τε χρυσείᾳ καὶ στιρικῷ νήματι ἔμπεδον, κόγχης ἀναδεδευμένῳ νίμασι, τῷ κλήρῳ τοῦ Μεγάλου Νεὼ ἐπιδίδωσι, τυποῦν αὐτοῖς ἀργυρέα κέρματα ἐτήσια, εἰς δὶς ἑκατὸν μνᾶς κορυφούμενα. Ἐλέγετο δὲ καὶ ἑτέραν ἠρυθροδανωμένην βασίλειον γραφὴν ἐπιφέρεσθαι τὸν Ἀξοῦχον [est nomen Turcicum *aqsouk*] δύο χρυσέων τάλαντα βραβεύουσαν. Ita legendum esse existimo, credoque, si quid in hoc loco video, μνᾶν esse Nicetæ id, quod Nostro est λίτρα, et τάλαντον id, quod Nostro κεντηνάριον. *Libra auri*, quam Paulus Warnefrid l. III, 13, memorat, est Francica vel Longobardica, et multum differt C Ptana. Paulus enim ibi *aureos singularum librarum* Hilperico, Francorum regi, a Tiberio Augusto imp. CPtano missos memorat, quos constat eosdem esse cum Nostro dictis numismatibus vel solidis aureis, quorum 72 in libram vel litram C Ptanam veniebant. Illustrandis nostris apocombiis egregie facit locus Joannis Pauli Mucantii in Cærem. Coronationis Clementis VIII: *Pontifex ad altare accessit, eoque, deposita mitra, in medio osculato, super illud aurea scuta L. obtulit, quæ inclusa in rubra crumena sericea R. P. D. Bartholomæus Gæsius, S. S. Generalis thesaurarius, pontifici ministravit.* Quo in loco notandum primum ἡ ἀπόστεψις vel ὁ ἀποσκεπασμός, depositio mitræ, reverentiæ causa facta ab accedente ad altare, secundum ὁ ἀσπασμὸς τῆς ἐνδυτῆς, osculum sacræ endytæ vel instrato altaris, et quidem medio, impressum, ut ab episcopo. Nam diaconi et minores cornua tantum endytæ osculabantur. Tertium depositio 50 aureorum scutorum vel scutatorum super endyta in sacco serico. *[De offranda regum Francorum vid. *Ceremoniel de France*, t. I, p. 24. Consistebat in pane, vino et XIII aureis.]* Debeo adhuc scholion huic loco in margine membranarum scriptum, sed a bibliopego misere truncatum exhibere, cujus edita tantum pars fuit, cum cætera legi non possent (*vid. var. lect.*).

TERTIA intra chalcen ad portum, quæ in scholas A ducit, receptio fit, et excipit ibi tribunus Venetorum seu domesticus scholarum cum factione sua transitoria alba, et reliqua ut supra diximus exsequitur. Deinde QUARTA receptio fit in atrio S. S. apostolorum sive in scholis, et ibi quoque tribunus Prasinorum seu excubitor cum factione sua transitoria russa adest : cætera uero ut supra expositum fuit a factione perficiuntur. ULTIMA fit in tribunali seu ante lychnos, ubi Venetorum princeps seu domesticus cum transitoria sua factione alba exspectat : cæteraque ut supra ostendimus observantur.

A ΚΔ'. Καὶ δὴ τοῦ πατριάρχου ἀνερχομένου μετὰ τῆς οἰκείας λιτῆς, προεισέρχονται μὲν ἔ δοθεν τῆς κιονοστασίας οἱ ἔκδικοι (17) μετὰ τὰς ἑαυτῶν βακτηρίας πρὸ τῆς πρώτης ἀναβάσεως τῆς δεσποτικῆς ἀνόδου τοῦ κίονος καὶ[57] εἰσέρχονται οἱ μητροπολῖται καὶ ἀρχιεπίσκοποι, καὶ τὴν κατὰ τύπον ἀποτελοῦσι προσκύνησιν, δηλονότι διὰ τοῦ τῆς καταστάσεως καὶ τοῦ ῥεφερενδαρίου προσαγομένους καὶ τοὺς δεσπότας προσκυνοῦντας[58], καὶ ἵστανται μὲν οὗτοι ἐν τῷ εὐωνύμῳ μέρει τῶν ἀναβάθρων τοῦ κίονος. Καὶ μετὰ ταῦτα εἰσέρχονται οἱ προπορευόμενοι τῆς ἐκκλησιαστικῆς λιτῆς καὶ ψάλλοντες[59], καὶ εἶθ' οὕτως εἰσέρχεται ὁ πατριάρχης μετά τε τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, παρακρατούμενος (18) ὑπὸ τῶν πρώτων καὶ οἰκείων αὐτοῦ· καὶ ὅτε αἷς (19) πρώτης βαθμίδος τῆς δεσποτικῆς ἀναβάσεως ἔλθοι, ἐπιδίδουσι τοῖς δεσπόταις οἱ πραιπόσιτοι τοὺς συνήθεις κηροὺς κατὰ τὸ εἰωθὸς, καὶ προσκυνοῦσι τὸν σεβάσμιον τύπον τοῦ ζωοποιοῦ (20) σταυροῦ, ἀσπαζόμενοι τό τε ἅγιον Εὐαγγέλιον καὶ αὐτὸν τὸν τίμιον σταυρὸν, ἔπειτα τὸν πατριάρχην. Καὶ οἱ μὲν δεσπόται ἵστανται ἐν ᾧ τόπῳ καὶ προίσταντο, ὁ δὲ σταυρὸς ἵσταται ἐν τῇ ἐφιδρυμένῃ βάσει ταῖς αὐταῖς ἀναβάθραις, ὁ δὲ πατριάρχης μετὰ τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τῶν οἰκείων διακόνων καὶ ψαλτῶν ἀνέρχεται ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ αὐτοῦ κίονος, ἤγουν τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου, καὶ διὰ νεύματος τοῦ πραιποσίτου ἄρχονται ψάλλειν τὰ δύο μέρη τὴν τῆς ἑορτῆς καταβασίαν. Καὶ τούτου τρισσῶς ᾠδομένου, γίνεται ἡ συχήθης ἐκτενὴ (21) παρὰ τοῦ διακόνου, δηλονότι προκύπτοντος διὰ τῶν θυρίδων (22) τοῦ εὐωνύμου μέρους τοῦ αὐτοῦ εὐκτηρίου. Καὶ δὴ τῆς ἐκτενῆς τελεσθείσης, μετὰ τὴν τοῦ πατριάρχου

B

C

VARIÆ LECTIONES

[57] καὶ ante ἀρχιεπ. om. ed. [58] προσαγόμενοι — προσκυνοῦντες conj. Leich. [59] ψάλλονται ed.

JOAN. JAC. REISKII. COMMENTARIUS.

(17) *Defensores*, ecclesiæ nempe, hic in specie intelliguntur, et forte tantum ecclesiæ Sophianæ, seu S. Sophiæ defensores, de quibus v. Du Cange Gloss. Gr. h. v. et lat. v. *Advocati ecclesiarum*. Munus eorum erat præcipue jura ecclesiarum, et eos, qui illuc confugerent, defendere.

(18) Comprehensus et interceptus a comitibus, subjecto brachio suo eum sublevantibus. De honore hoc, quem humiliores honoratioribus, quos deducunt, exhibent, egi ad pag. 326.

(19) Plenior quidem impresso codice non est calamo exaratus, nihilo tamen minus non dubito, πλησίον hic excidisse.

(20) Ζωοποιοῦ habet Garc. de Loaisa in notis ad Chronic. Isidauri edit. Taurini a. 1593, ubi p. 62 ait : « Alexander monachus libello εἰς εὕρεσιν τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ, qui in bibliotheca mea est nondum editus.]*

(21) Dicitur ἐκτενὴ et ἐκτενὴς promiscue *extensa*, certa precum series longior, prolixior, fervidior, unde ipsi nomen. Ita ἐκτενὴς λιτανεία processio supplex longa et fervidis precibus Deum exorans, apud Scylitzen p. 816. Recitabatur ἡ ἐκτενὴ post Evangelii lectionem, ut e sequente pagina patet, et in ea pro circumstante populo et tota communione, præsente, absente, pro principibus, sacerdotibus, magistratibus, benefactoribus ecclesiarum, aliis, vivis, mortuis, preces fiebant. Est ergo *das Kirchengebeth* et Muhammedanorum *chothbah*, unum de regalibus summorum principum, de quo v. D. Herbelot Bibl. Orient. p. 999 fine. Habertus in Pontificali p. 26 exponit ἐκτενὴ, *precum quarumdam series, cui respondetur Kyrie eleison*. Potest quoque etymologia ἀπὸ τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν repeti, quia scilicet sacerdos eas preces manibus super populum expansis pronuntiabat, vel quia ἐκτάδην stabat per illas populus, rectus. Chrysostomus XXIX homil. ad populum Antiochenum conjungit εὐχὴ καὶ δέησις ἐκτενὴς et formalam ὀρθοί, στῶμεν καλῶς. Vid. ad Nostri p. 140. Sed rectius ὅτι μετὰ ἐκτενείας *cum animi contentione* pronuntiabatur. Chrysostom. Hom. 2 de prophet. obscur. : Κοινῇ πάντες, ἀκούοντες τοῦ διακόνου κελεύοντος καὶ λέγοντος· Δεηθῶμεν ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου — καὶ ὑπὲρ τῶν ἐνταῦθα, καὶ ὑπὲρ τῶν ἁπανταχοῦ, οὐ παραιτεῖσθε ποιεῖν τὸ ἐπιταγμα, ἀλλὰ καὶ μετ' ἐκτενείας ἀναφέρετε τὴν εὐχήν. Videntur Latini hanc orationem quoque *longa* appellasse ; et hinc interpretandus esse locus S. Aicardi abbatis Gemetic. c. 20 : *Nec mora, post longa paracta* [ergo in plurali efferebant, aut *post* delendum erit] *et missarum solemnis celebratis post fractionem panis, commendato grege domino petierunt prosperum iter.*

(22) *Prospiciente et caput exserente per fenestras*, etc. De verbo προκύπτειν, *prospicere e summo despicere, prominere*, dico ad p. 142.

ἐκφώνησιν [60] ἀποχαιρετίζουσι τοῦτον οἱ δεσπόται ἐν οἷς ἵστανται τόποις (23) καὶ μετὰ τῆς οἰκείας λιτῆς κατέρχεται ἕως τοῦ ναοῦ τῆς [61] ὑπεραγίας Θεοτόκου τῶν χαλκοπρατείων (24), καὶ καθέζονται ἐν τῷ νάρθηκι ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, τῆς βασιλικῆς τάξεως ἐκεῖσε παρισταμένης, ἤγουν τοῦ κουβουκλείου καὶ τῶν ἀσηκρητῶν χρυσοτρικλινιτῶν τε καὶ βασιλικῶν ἀνθρώπων. Καὶ δὴ τῶν μητροπολιτῶν διερχομένων, ποιοῦσι πάλιν προσκύνησιν κατὰ τὸν εἰρημένον ἄνωθεν τύπον τῆς προσκυνήσεως, καὶ εἶθ' οὕτως εἰσέρχονται καὶ οἱ τῆς λιτῆς τοῦ πατριάρχου προπορευόμενοι καὶ ψάλλοντες, καὶ μετὰ ταῦτα εἰσέρχεται ὁ πατριάρχης μετὰ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ Εὐαγγελίου.

triarchiæ pompam pertinent, et psaltæ intrant, ipse cum cruce et Evangelio sequitur.

ΚΕ'. Καὶ ἀνίστανται οἱ δεσπόται, καὶ ὑπαντῶσιν αὐτῷ καὶ ἀσπάζονται, καὶ ἵστανται ἀμφότεροι ἐπὶ τῶν βασιλικῶν πυλῶν, καὶ τῆς συνήθους εὐχῆς τελουμένης ὑπὸ τοῦ πατριάρχου καθὼς ἀνωτέρω εἴρηται, γίνεται ἡ εἴσοδος, καὶ δὴ τῶν δεσποτῶν εἰσερχομένων ἐν τῷ βήματι καὶ τὸ ἀποκόμβιον ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης ἀποτιθεμένων, ἐξέρχονται διὰ τοῦ ἀριστεροῦ μέρους τοῦ αὐτοῦ θυσιαστηρίου, καὶ διέρχονται διὰ τοῦ γυναικίτου (24) τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας. Ἐν δὲ τῷ γυναικίτῃ ἐναπομένει πᾶσα ἡ σύγκλητος, ἐπευχόμενοι [62] τοῖς δεσπόταις, καὶ εἰσέρχονται οἱ δεσπόται μετὰ τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ κουβουκλείου διὰ τῆς τροπικῆς (25) εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν τῆς ἁγίας σοροῦ (26), καὶ πάλιν διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσι τῷ Θεῷ, ἀποτιθέασιν ἕτερον ἀποκόμβιον ἐν τῇ ἁγίᾳ σορῷ, καὶ εἶθ' οὕτως ἐν τῷ εὐωνύμῳ εὐκτηρίῳ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας μετὰ τῶν κηρῶν εὐχόμενοι, ἀποτιθέασιν ἕτερον ἀποκόμβιον ἐν τῇ ἁγίᾳ σορῷ. Καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε εἰσέρχονται ἐν τῇ τροπικῇ τῆς ἁγίας σοροῦ, καὶ ἀσπαζόμενοι ἀποχαιρετίζουσι τὸν πατριάρχην, καὶ ἀλλάσσουσιν οἱ δεσπόται τὰ χρυσοκέντητα τούτων πορφυρᾶ σκαραμάγγια (27) καὶ μετὰ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου ἀπόλυσιν καὶ τῆς ἐκτενῆς πάλιν εἰσέρχεται ὁ πατριάρχης ἐν τῇ αὐτῇ τροπικῇ, καὶ στέφει τοὺς δεσπότας, καὶ τὰς συνήθεις δίδωσιν εὐλογίας,

XXV. Surgunt domini ei obviam ituri, ipsum osculantur, utrique ad portas imperatorias subsistunt, solemnibus autem precibus a patriarcha ut supra dictum est, peractis, fit introitus, domini bema ingrediuntur, et posito in sacro altari munere, per sinistram sacrarii partem egressi, per gynæceum ejus ecclesiæ transeunt. In hoc senatus omnis fausta dominis apprecaturus exspectat, et intrant ipsi cum patriarcha et cubicularils per tropicen ad aram sancti Sepulcri, ubi rursus cum cereis adorantes, preces ad Deum fundunt, et aliud munus in sacro sarcophago reponunt: post in sinistro ejus ecclesiæ oratorio cum cereis precati, novum apocombium in sancto sarcophago offerunt. Inde tropicen sancti sepulcri ingrediuntur, osculoque dato, patriarcham salutant, suaque purpurea et auro intexta scaramangia mutant, ac finita Evangelii lectione et extensa, eamdem tropicen patriarcha rursus intrat, ibique dominos coronat, et solita munera, hostias scilicet et unguenta, distribuit, pro quibus apocombia ab ipsis recipit: hæc omnia autem ritu supra exposito peraguntur. Postremo domini, osculo dato, valere patriarcham jubent, qui eos egredientes præcedit.

VARIÆ LECTIONES.

[60] ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι τῆς ἐκτενῆς λεγομένης ὑπὸ τῶν πραιποσίτων λαμβάνουσιν τοὺς κηροὺς οἱ δεσπόται, καὶ μέχρι συμπληρώσεως ταύτης βαστάζουσι, καὶ εἶθ' οὕτως διὰ τρισσῆς προσκυνήσεως τῷ Θεῷ ἀπεύχαριστοῦντες ἐπιδιδοῦσιν τοὺς κηροὺς κατὰ τὸ εἰωθὸς τοῖς πραιποσίτοις. Emend. a Reiskio ex cod. [61] Verba καὶ μετὰ — ναοῦ τῆς absunt ab ed. [62] ἐπευχομένη ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(23) De æde Deiparæ in Chalcoprateis (locus is erat, ubi olim tabernas habebant ferramentorum mercatores) agit Du Cange CP. Christ. lib. III, p. 85, et ad Alexiad. p. 293. Fallitur autem, quando ait, Theophanem istius templi auctorem nominare Theodosium. Locum p. 88, non satis attente inspexerat, quod multis aliis, vel minus, quam ille fuit, diligentibus, facile contingat; ἀνήγειρεν non ad Theodosium, sed ad Pulcheriam redit.

(24) Locus ecclesiarum Græcarum, qui capit feminas, ita appellatur, *Partem mulierum* appellant Latini. *[De γυναικίτῃ in ecclesia S. Sophiæ v. Smith. p. 89. *De matronæo*, loco, ubi feminæ in sacris ædibus erant, v. Alteserra ad Anastas. p. 1.]* Colligas ex hoc loco, stationem matronarum fuisse a sinistra ingredientibus in Ecclesiam, adeoque ad boream: idque confirmat Gerlach in Itinerario, p. 496, sed, ut ex illo ipso loco constat, etiam ad dextram vel austrum feminas sedisse, ita e Nostri p. 325. id ipsum quoque confici potest, ut adeo extrema Navis in utramque partem occupasse feminæ videantur, sed clathris septa et ab aspectu virorum separata. Habebant quoque sedes in Catechumeniis, seu porticibus superioribus, de quibus alio loco dicimus. Gerlachi verba hæc sunt: *Apud introitum ecclesiæ S. Georgii est clathrum, vel transenna, per quam feminæ in ecclesiam prospiciunt; et ad dextram locus separatus, ubi stant feminæ plebeiæ. Græcæ enim ecclesiam non intrant, sed aut foris restitant in narthece, quod fit in ecclesia patriarchali, aut in porticu stant ad sinistram, ubi S. Euphemia jacet. In æde Galatensi Chrysopeges est earum statio in extremo recessu ecclesiæ et ad sinistram in superioribus apud murum, unde per transennam possunt despicere.*

(25) De hac voce dixi ad pag. 329.

(26) *Sanctum feretrum* vel *sancta theca* appellabatur cum capsa ipsa, qua vestis et lodices sepulcrales B. Mariæ Virginis continebantur, tum ædes, in quæ depositæ illæ reliquiæ asservabantur. Fuit duplex ἁγία σορός, una in æde B. Virginis Chalcopratiorum, ubi cæteræ vestes et fasciæ, cujus meminit Noster hic et p. 98, altera in æde Blachernensi, ubi omophorium. Conf. Du Cange CPL. Christ. IV, p. 86, n. 9, ad Zonar. p. 103, et præcipue ad Alexiad. p. 330, seq. *[Ἡ ἁγία σορός in Blachernis Theophanonis religione inclyta. Conf. Theoph. p. 223.]*

(27) Nomen vestis in hoc codice frequentissimum sed cujus est ratio etymologica et forma perobscura. Satis quidem patet fuisse extimam vestem, cæteris

ἤτοι τὰς προσφορὰς καὶ τὰ ἀλειπτὰ, καὶ ἀντιλαμβάνει παρὰ τῶν δεσποτῶν τὰ ἀποκόμβια· ταῦτα δὲ πάντα ἐπιτελεῖται κατὰ τὸν προειρημένον τύπον. Καὶ μετὰ ταῦτα ἀσπαζόμενοι τοῦτον ἀποχαιρετίζουσι. καὶ προέξεισι τῶν δεσποτῶν ὁ πατριάρχης.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

superinjici solitam, et amplane an stricta, undique corpus ambiens, an hians quibusdam in locis, et unusne omnium scaramangiorum color, an varius fuerit, et fuerintne quæque unicoloria, an diversicoloria, non liquet. Conjeci tamen in fine præfationis ad primum volumen, scaramangia esse pallia illa, quæ tres illorum quatuor procerum gestant, quæ Nicephorum Botoniotam imperatorem in illa imagine circumstant, quam Montfauconius exhibet in Bibliotheca Coisliniana. Stricte corpori adhærent illa pallia, fibula una alterave in pectore astringuntur, deinde rursus circa ventrem et crura recedunt oræ a se, et intra sese recedit vestis, in imo angustissima et rotonda pene, ad instar scuti in summo lati, in imo in orbem imperfectum aut apsidem abeuntis. Si itaque falsus conjectura non fui, et scaramangia revera sunt ea pallia, quæ in dicta imagine conspiciuntur, convenit in ea, demptis quibusdam. descriptio mantellorum, quam dedit Jo. Mussus, homo sæculi XIV, in Chronico Placentino apud Murat. t. II Antiq. Italic., p. 319: *Matronæ*, ait, *sive dominæ antiquæ portabant nobile mantum sive mantellum, largum et longum usque in terram et rotundum versus terram et crispum per totum* [ambitum nempe] *et apertum de antea usque in terram. Tamen est pomellatum de versus gulam*, [id est in regione pectoris, quæ gulæ vicina est, habet pomellas, hoc est globulos nodulosve, quorum ope astringatur,] *pomellis argenti deaurati, vel de perlis per unam spanam*, [id est spithamam,] *et fiunt pro majore parte cum collare*, hoc est maniacio, segmento serico torquato. Du Cange Glossario Latin. vestem hanc penulam fuisse putat, quæ totum corpus operiret, eamque e Leunclavio sic describit. « Scaramanga est vestis, quam viri militares gestant supra vestes alias interiores ad arcendas pluvias, nives, gelu, cætera denique aeris incommoda. Videtur omnino scaramangium ad pænulas pertinere. Nam cum scaramangium vestis esset honoratorum, id est virorum ordinis senatorii et munera publica in aula et urbe gerentium, recte concludi posse videtur, ad illud respicere glossas veteres: *pænulatus*, συγκλητικὸς ἀνήρ, ὁ ἔχων πορφύραν. Ni enim hoc de aula Byzantina et sequioribus temporibus accipiatur statuaturque, quod olim penula erat, id scaramangium tunc temporis fuisse dictum, veritati et antiquis Romanis institutis per prima tria post C. N. sæcula pugnat locus, quibus pænula non magis senatorum, quam de plebe cujusque erat. Basilius quoque presbyter in notis ad Gregorii Nazianzeni Steliteutic. tribones, quibus æquivalere dicuntur pænulæ, idem pronuntiat cum scaramangiis esse. Verba ejus sunt: Τρίβωνες, περιβλήματά τινα, τῶν μὲν ῥητόρων ἐρυθροί τε καὶ φοινικοῖ, φαιοὶ δὲ τῶν φιλοσόφων. Παρασημον δὲ τοῦτο ἦν αὐτοῖς καθ' ἑκάστην φορούμενον, ὡς τοῖς πολιτευομένοις τὸ σκαραμάγγιον. Constaret ergo sic, scaramangium et pænulam idem, aut propemodum, fuisse. At qualis erat forma pœnulæ? De ea non constat. Fuitne scaramangium pellitum seu pelle duplicatum? E Nostro quidem non constat, qui pene nusquam pellitii mentionem facit. Quod hic appellatur scaramangium castoreum, potest æque bene e pilis castoris textum, quam castorina pelle foderatum esse. Puto tamen omnino, Græcos Byzantinos, ut frigidæ Thraciæ incolas et commerciis frequentissimis cum gente Russica junctos, cum aliis Russiæ mercibus pelles quoque, quarum pretiosissimarum illa regio mater est, accepisse. Pœnulas autem pellitas fuisse, A clare apparet ex eo, quod *penulatus* idem atque *pellitus* vel *pellitio duplatus* notat; Vid. Du Cange v. *Penulatus*. Et sane *penula* nihil aliud est, quam *pellula*; πέλος et πέλας est *pellis*; pro *pellula*, ut *ovilla* pro *ovina* et alia talia. Sed satis de forma scaramangii. Videamus nunc de etymologia. Ut solet in obscuris antiquis rebus, variæ conjecturæ hac de re subnatæ animum in diversa distraxerunt. Quas proferamne, an premam, anceps hæreo. Proferam tamen unam alteramve, quæ aliquali veri specie se commendant. Videbatur igitur aliquando vocis origo repetenda a verbo Arabico quod sonat, *longus*, *prolixus*. Hoc sensu vocem rariorem habet Gerir, poeta sæculi octavi:

Quando exspecto, ut illæ [cameli meæ] *momento rumpantur defatigatione, tunc illarum generosæ, longæ, non obstante itineris tædio, insano feruntur impetu, velut in stadio contendentes:*

B Verum et vox poetica est et ab usu vulgari remota, et syrmatosam fuisse vestem scaramangium, non constat. Incidit ergo scrupulus, essetne hoc vocabulum ex antiquioribus valde frequentato Arabico pariter vocabulo *saraballa*, pro quo etiam *sarabara* dicebant. *B* et *m*, item *n* et *l* permutari notum est. Hoc posito, *saramanna*, *saramannium* fuerit initio dictum pro *saraballa*, deinde *scaramangium*, cum Græci et Latini geminum *n* ut *ng* vel *gn* in voce *Bretagne*, *gagner* e. c, pronuntiarent. Sed et huic opinioni præter alia id obstaret, quod saraballa fuerit amplum, totum hominem involvens, et cingulo in lumbis adstringi solitum, quod ex illo Chalifæ alicujus apud Abulfedam dicto patet, affirmantis erga Cadhium mirantem astantes principi speciosos juvenes spatharios, *super neminem eorum se unquam saraballam suam solvisse*, id est nunquam eorum pudicitiam improbe tentasse. Atqui hoc in superiorem nostram scaramangii C descriptionem non congruit. Fuit quoque cum vocis σαγομάντιον (quomodo chlamydem, teste Etymologico M., sequioribus temporibus appellabant), sub voce nostra latere corruptelam suspicarer. Tandem in eo hactenus acquiesco, ut credam hanc Gothicam, id est Saxonicam aut Germanicam, esse. Gothos fuisse vicinos accolas Thraciæ, ex antiqua historia Valentis imp. et ex eo constat, quod adhuc hodie apud incolas Chersonesi Cimbricæ sermonem in usu esse aiunt aut prorsus Gothicum antiquum, aut ejus certe reliquias. Specimina profecto illius sermonis, quæ Busbekius Epistola IV, p. 244, dedit, luculenta produnt vestigia Germanici. Gothos olim circa Borysthenem habitasse, florentibus rebus Græcis et Romanis, deinde, indulgentibus imperatoribus Constantino M. paulo antiquioribus et junioribus, propius ad orbem Romanum trajecto Danubio concessisse, loquitur vetus historia et Saxonica lingua in Transsilvania superstes. Credunt vulgo Carolum M. D coloniam Saxonum in Daciam deduxisse. Mihi vero id tabulam redolet. Denique Gothi multi erant in militia palatina, saltim sæculo quinto et sexto; a quibus vocabulum scaramangium cum re et immissum in orbem Romanum et ad posteros transmissum fuisse videri queat, ut fuit vocabulum *Chosbaitæ* e. c. Si igitur a Gothis vel Saxonibus vel Francis aut Barangis derivamus, quorum sermo unus olim idemque fuit, notat vox *scaramangium* idem, quod σκέπη, tegmen, tutamen, defensio, protectio. *Scharmen* olim dicebant pro eo, quod nos *schirmen*, *beschirmen*, *occultare*, *tegere*, *tueri*, *adversus injurias*. *Schamarag* et *Scharamang* olim

Κζ'. Καὶ εἶθ' οὕτως ἐξέρχονται οἱ δεσπόται, καὶ γίνεται δοχὴ ἐν αὐτῷ τῷ γυναικίτῃ τῆς ἐκκλησίας παρά τε τῶν μαγίστρων ἀνθυπάτων τε καὶ πατρικίων καὶ λοιπῶν ὀφφικιαλίων, καὶ διὰ νεύματος τοῦ πραιποσίτου λέγει ὁ τῆς καταστάσεως τό· « Κελεύσατε. » Καὶ δὴ τῶν συγκλητικῶν ἐξιόντων, συνεξέρχονται καὶ οἱ δεσπόται, καὶ καββαλικεύουσι ἐν τῷ ἐμβόλῳ, καὶ γίνεται πρώτη δοχὴ εἰς τὸ μίλιον (28) εἰς [63] τὴν καμάραν, καὶ δέχεται κἀκεῖσε ὁ δήμαρχος τῶν Βενέτων μετὰ τοῦ δήμου τοῦ λευκοῦ, δηλονότι τῆς συνήθους τάξεως τελουμένης κατὰ τὸν τύπον τῆς δοχῆς. Καὶ πάλιν μετὰ μικρὸν δέχεται ὁ δήμαρχος τῶν Πρασίνων μετὰ καὶ τοῦ δήμου τοῦ ῥουσίου, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπιτελεῖται κατὰ τὸν τύπον τῆς δοχῆς. Πάλιν μετὰ μικρὸν δέχεται ὁ δημοκράτης τῶν Πρασίνων, ἤγουν ὁ ἐκσκούβιτος, μετὰ καὶ τοῦ περατικοῦ δήμου τῶν Πρασίνων, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπιτελεῖται κατὰ τὸν τύπον τῆς δοχῆς. Καὶ πάλιν μετὰ μικρὸν, ἤγουν εἰς τὸ κάγκελον τὸ εἰσάγον εἰς τὴν χαλαῆν, δέχεται ὁ δημοκράτης τῶν Βενέτων, ἤγουν ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν, μετὰ καὶ τοῦ περατικοῦ δήμου τῶν Βενέτων, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπιτελεῖται κατὰ τὸν τύπον τῆς δοχῆς. Καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε διέρχονται οἱ δεσπόται, καὶ ἀποκαταβαίνουσι πρὸ τῆς μεγάλης πύλης τοῦ τρικλίνου τῶν κανδιδάτων, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε διέρχονται ἐν τῷ νάρθηκι τῆς τοῦ Κυρίου (29) ἐκκλησίας, καὶ κεῖσε, ἀσφαλιζομένων (30) ὑπὸ τῶν κουβικουλαρίων τῶν πυλῶν, ἀποστρέφονται παρὰ τῶν πραιποσίτων

XXVI. Cum vero domini abeunt, in dicto ecclesiæ gynæceo receptio a magistris, proconsulibus, patriciis et reliquis ministris fit, et ad nutum præpositi cerimoniarius dicit: « Jubete » Senatoribus discedentibus, una egrediuntur domini, et equos in porticu conscendunt, fitque in milio et quidem in ejus camera prima receptio, ubi Venetorum tribunus cum factione sua alba, peracturus omnia, quæ factionarii solent, adstat. Haud magno spatio interjecto, tribunus Prasinorum cum factione russa exspectat, et reliqua pro more peragit. **20** Iterum non procul inde Prasinorum tribunus seu excubitor cum transitoria factione Prasina præsto est, cæteraque ut consuetudo est perficit. Tanden exiguo spatio interjecto, in cancellis ad chalcen ducentibus Venetorum tribunus seu domesticus scholarum cum transitoria factione Veneta adest; cætera more solito peraguntur. Postea domini ad magnam triclinii candidatorum portam equis descendunt, inde ad narthecem ecclesiæ abituri, ubi, portis a cubiculariis occupatis, præpositis coronas reddunt, templum Domini intrant, terque cum cereis Deum invocantes, se prosternunt. Inde ad sacrum palatium cum cubiculo procedunt, quod ad aureum triclinium ipsis ut supra diximus, acclamat.

VARIÆ LECTIONES.

[63] μίλιον καὶ εἰς ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

dicebant pro *Scherming*, ut Belgæ, et *Schirmung*, *Beschirmung*, ut Germani dicimus. Dicebant quoque veteres *Scharameye*, quod illis idem sonabat, atque nobis *Scharamege*. Nam quod nos per *g* scribimus, exarabant illi per *y*, cujus rei exempla profero in disputatione de Chosbaitis; unicum hic tantum allegabo *Scharawayta* pro *Scharawagta*. V. du Cange v. *Scaraguayta*, *Scharwache*. Vocabulum *Scharmeye* pro scaramagnio habet Stettler in Annalibus Helveticis p. 254 : *Sie* [dux Burgundiæ Carolus Audax et exercitus ejus ab Helvetis profligatus] *haben ihre seidinem Scharmeyen* [pallia]. *Kleider* [vestes interiores] *und andere Kostbarkeiten widerum zugerichtet*. Veteres in usu habebant terminationes in *ag*, *eg*, quæ apud nos, ignorantia veteribus *y* ut consonantem g fuisse pronuntiatum, ut *ai* vel *ei* efferimus, ut *Heucheley* e. c., hypocrisis, *Armetay* paupertas. Veteres hoc *Ormestay* (nostro more Ormestag) efferebant, unde corruptus Orosiani libri titulus natus *Ormesta mundi* pro *ormestey mundi*, *Armetey der Welt*, pauperies, miseria mundi. Conf. Du Cange v. *Guarnacchia*, quæ a *warn*. wehren, Bewehrung, apparatus, instructio sui defensoria, unde *garnir*, *garantir*. Veteres dixisse *Scharn* vel *Scharam*, ubi nos *Schirm*, patet ex Chronic. Pictur. Bolhonis (p. 323, Scriptor. Rerum Brunswic.) : *Be halp ome syn lant in Bescharminge beholden*. Patet quoque e verbo *Scharmützel* et *escarmoucher*, velitari, velitatio : quod venit a *scharmen*, gladiatoria exercitia veruto facere, batuere, quia qui id faciunt se tuentur et defendunt ab insultu alieno. *Schermen*, *schermieren* adhuc superest cum multis derivatis pro gladiatoriam exercere. Inde prælia, quæ gladiatorio tali exercitio essent similia, *Scharmützel* fuerunt appellata, quasi dicas prælia gladiatoria, non militaria, vid. Menag. Orig. Gall. v. *Escrimer*. Sed Italicum *Scaramuccio*, *Scharmutz* et *Scherwenzel* nobis, pro persona ridicula in scena, τῷ γελωτοποιῷ, venit a *scharm*, *tutela*, et *mütz*, *bonetum*, ut *Scharm-mütz* sit *bonetum defensorium*. Talia boneta vel pilei erant in conum acutum fastigiati, lati in imo cum umbella seu aere, qui solem arceret, quales sunt pilei nautici ; quales quia buffones gestare solerent, inde ipsi nomen acceperunt. Denique dissimulare non possum conjecturam, quæ aliquando in mentem venit, panni colorati striati genus, quod nos *Calamank* appellamus, a scaramagnio venisse.

(28) De Milio cf. Du Cange *Cpli Christ*. II, p. 72 sqq.

(29) *Ecclesia Domini*, vel et Κύρου, *Cyri*, dicta, erat intra palatium. Sane interdum in nostro codice Κύρου offendi pro Κυρίου, neque tamen confundi debet cum ecclesia Deiparæ Cyri, de qua v. Du Cange *Cpl. Christ*.

(30) *Clausis foribus*. Ἀσφαλίζειν pro *claudere* novis Græcis est admodum frequens : neque veteribus fuit ignotum. Eo sensu habet Polybius p. 716, 34, ed. Wechel. In loco Theophylacti Simocattæ Histor. l. IV : προστάττει καὶ δεξιολάβοις δυνάμεσιν ἰχνηλατεῖν καὶ τὰς ἁραπους πάσας κατασφαλίσασθαι potest æquo jure *claudere* et *occupare* verti. Infra Noster habet ἀσφαλίζειν τὴν ὁρμὴν 199 et 200. Vide Du Cange v, σφαλίζειν. Nam Latini quoque *firmare fores* pro *claudere* dicebant, præsertim obditis seris aut obicibus, quos *firmacula* appellabant. *Janitor ut signum* [id est campana] *pulsabatur ad Completam*, *confestim portas monasterii firmat*, *claves Abbati refert*. Verba sunt auctoris Vitæ S. Agili apud Du Cange v. *Completa*. Vid. idem v. *Firmare*. Inde *diffirmare*, id est *defirmare*, notabat medio ævo reserare fores, aperire, et contra *refir-*

οἱ δεσπόται, καὶ εἰσέρχονται ἐν τῷ ναῷ τοῦ Κυρίου, καὶ διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσι τῷ Θεῷ. Καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε εἰσέρχονται εἰς τὸ ἱερὸν παλάτιον, συνεισιόντος [64] αὐτοῖς καὶ τοῦ κουβουκλείου, καὶ ἐπὶ τοῦ χρυσοτρικλίνου εὐφημοῦνται, καθὰ [65] προείρηται.

XXVII. Sciendum vero est, prorsus ad hujus processionis formam et eam, quæ die Annuntiationis beatæ Virginis instituitur, celebrari. Hæc enim si in Sabbatum seu Dominicam diem incidat, factiones populi conveniunt, et organa in quatuor illis receptionibus pulsantur; sin in alium diem, factiones seu populus in dictis ordinis sui locis adsunt, ac dominis cum pompa solemni transeuntibus fausta quidem in suis stationibus precantur et cruce eos signant, sed acclamationes omittunt. Porro sciendum est, secundum hujus processionis ritum et sancti magnique Sabbati processionem institui. Domini enim vestes, quas paganas dicunt, in cubiculo Daphnes mutant, et in octangulum cubiculum, ubi paganas chlamydes exuunt, se recipiunt

A

ΚΖ'. Εἰδέναι δὲ δεῖ, ὅτι κατὰ τὸν τύπον ταύτης τῆς προελεύσεως (31) ἐπιτελεῖται καὶ ἡ τοῦ Εὐαγγελισμοῦ προέλευσις κατὰ πάντα ὁμοίως. Εἰ γὰρ φθάσῃ εἴτε ἐν Σαββάτῳ εἴτε ἐν Κυριακῇ, καὶ αἱ δοχαὶ παρὰ τῶν δήμων γίνονται, καὶ τὰ ὄργανα (32) ἐν ταῖς τέσσαρσιν αὐλοῦσι δοχαῖς· εἰ δὲ [66] τύχῃ ἄλλη ἡμέρα, ἵστανται μὲν τὰ μέρη, ἤτοι οἱ δῆμοι, ἐν τοῖς προειρημένοις αὐτῶν τῆς τάξεως τόποις, καὶ δὴ διερχομένων τῶν δεσποτῶν μετὰ τῆς συνήθους τάξεως τῆς προελεύσεως, ἐπεύχονται μὲν ἐν οἷς ἵστανται τόποις, κατασφραγίζοντες αὐτούς, μηδὲν ἀκτολογοῦντες. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι κατὰ τὸν τύπον ταύτης προελεύσεως τοῦ Εὐαγγελισμοῦ ἐπιτελεῖται καὶ ἡ προέλευσις τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Σαββάτου· ἀλλασσόντων γὰρ τῶν δεσποτῶν τὰ λεγόμενα παγανὰ (33) ἐν τῷ κοι-

VARIÆ LECTIONES.

[64] συνεισιόντος R., συνισιόντος cod., συνιόντος ed. [65] καθὸ ed. [66] εἴτε ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

mare, apertas rursus claudere Miracula S. Aigulfi c. 6: *Armarium diffirmavit, et tres calices cum patenis inde rapiens, refirmato armario*, etc. Inde *firmaculum* pro *sera*, *claustro*, Ugutio: *Expectorare*, *exsolvere* [ἀπολύειν, laxare, egerere] *firmaculum a pectore removere*.

B

(31) * [De hac processione habet Georg. Monach. p. 548, 537. In processione diei Annuntiationis ad Chalcopratea imperator a patriarcha prolatum sanguinem Domini accipiebat cum Basilio, fœdus sanciturus. Sym. Logoth. p. 447. Εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραμώμου Παρθένου καὶ Θεοτόκου memorat Anonym. in script. post Theophan. p. 243]*

(32) De organis v. Du Cange h. v. et copiose de illis agentem Muratorium t. II. Ant. Ital. p. 356 seqq. Dubitatur, habuerintne Græci organa suis in ecclesiis et sacris. In hoc quidem codice non memini legere quod affirmet. Nam non ita stringit et liquet locus p. 442, ut rem conficiat. Dicuntur ibi τῆς θείας λειτουργίας τελουμένης, in ecclesia Phari, μετὰ τὴν ἐκφώνησιν τοῦ μυστικοῦ ὀργάνου omnes vestes mutare. Non enim dicitur ibi organum in ecclesia stare, aut audiri. Stabant autem sonabantque talia organa, et usum præstabant illum, quem in urbibus et aulis hodiernis interdum campanæ aut nolæ minores, interdum tubæ præstant, id est moderabantur actionum dictionumve certarum tempora eaque indicabant, in magno triclinio 19 accubitorum, in Magnaura, in Circo et alibi; sæpiusque apud Nostrum dicuntur exerceri, cum aut exclamandum populo Circensi in laudes imperatorum est, aut convivio Augusti assidendum surgendumve de mensa, aut legatis ad dominum accedendum recedendumve. V. ad p. 167. Ita c. c. Theophanes p. 321, καβαλλάριον μετὰ δοχῆς καὶ ὀργάνων memorat, equestre certamen, in quo imperator senatores et factiones excipiebat, seu copiam sui adorandi spectandive illis dabat, et organa sonabant. Necesse est, ut grandia non fuerint illa organa, sed qualia unus homo portaret, aut ad summum duo. Patet e Nostri p. 219. Passim dicitur κρούουσι τὰ ὄργανα, vel etiam παίουσι, *pulsantur*, vel *feriuntur*, alias αὐλοῦσι. Quo si quis in eam opinionem veniat, per organa pulsata tympana et æneolyra intelligi, per inflata vero illa, quæ nos stricte solemus organa pneumatica appellare, nescio a vero ille, et quantum abeat. Potest tamen utraque dictio de organis flatilibus accipi, qualia sunt quæ nostras ecclesias personant. Nam canones lignei, qui fistulas aperiunt depressi, et rursus claudunt sibi permissi, et digitis feriuntur et pedibus tunduntur atque calcantur. Et fuisse illa organa Nostro sæpius dicta similia nostratibus ecclesiasticis patet e Niceta Choniata, qui I. III Alexii Comneni c. 2. p. 271 ed. Venet. positos in metis circi φύσας τῶν πολυαύλων ὀργάνων *folles organorum multis fistulis instructorum* memorat, et e Nostri dictione p. 211, οἱ φυσῶντες τὰ ὄργανα Σκλάβοι intelligas. Sclavi ligitur adhibebantur, ut mancipia, calcandis follibus, qui fistulas organicas animarent, quemadmodum apud nos eidem negotio fæx plebis adhibetur. Et organa proprie sunt Græcis instrumenta musica flatilia, ut patet e Carm. 136. Jensianorum vs, 4, ubi de cicada dicitur αὐτούργῳ μέλει ἡδὺς κατωργάνιζε τῆς ἐρημίας, *suavi carmine esse absque aliena ope effecto personabat velut organum infrequentes hominum campos*. Ubi loci nisi ὄργανον sit aut *fistula*, id est syrinx, aut tibia, dicendum C eril, organa jam Augusti Cæsaris ætate in usu fuisse, cui æquales fuere Apollonides te Philippus Thessalonicensis, quorum uni alterique carmen hoc diversi tribunt. Vult quoque Salmasius ad script. Hist. Aug. t. I. p. 179, vocabulum *organa* in illo veteris epigrammatis dicto de pyrrhicha:

Lusus habet pugnam, sed habent certamina pacem,
Nam remcare jubent organa blanda pares.

fistulas notare. Nihil tamen ego quidem video, quod prohibeat quominus organa ibi loci idem sint, quod nobis hodie, nisi forte poetæ prohibeat ætas, de qua mihi non constat. [Organa Græci inter sua præcipua decora numerabant. Vide Nigel. p. 76, et ibi Murator. Loco metarum ingentes interdum folles pneumaticorum organorum ponebantur. Wagnereck ad acta SS. martyrum Anargyrorum p. 15. Organi aurei fit mentio apud Constantin. de vita Basilii Macedonis c. 23, et Georg. Monach. p. 533.]

D

(33) Credo esse vestimenta non auro aliove ornatu splendida, sed communia, qualia diebus paganis, id est profestis, et in processionibus paganis, id est non solemnibus, geruntur. Habemus paulo post παγανὰς χλαμύδας, et p. 109, παγανὸν διβητήσιον, et passim processiones paganas, quæ opponuntur τοῖς φολεμνίοις ἤτοι φωταψίαις. Fiebant enim diebus profestis, quando ut ait Silentiarius, θεόστεπτος ἑορτή, qua imperator coronam gerere debebat, non esset, absque indictione, absque cereis, in vestibus communibus, et imperator in illis neque coronam gerebat, neque acclamatio-

τῶνι τῆς Δάφνης, καὶ ἐξερχομένων ἐν τῷ ὀκταγώνῳ κουβουκλείῳ, καὶ βαλόντων τὰς παγανὰς χλαμύδας, ἐξέρχονται διὰ τοῦ αὐγουστίωνος. Ἔνδον γὰρ τῆς μεγάλης πύλης τοῦ αὐτοῦ αὐγουστίωνος ἵσταται κουβικουλάριος, ἐπώμιον φόρτωμα τὸ κεντινάριον φέρων (34) καὶ περιπατῶν ὄπισθεν πλησίον τῶν δεσποτῶν. Καὶ δὴ τῆς συνήθους τάξεως τελουμένης ἐν ταῖς δοχαῖς κατὰ τὴν συνήθειαν τῆς προελεύσεως τοῦ Εὐαγγελισμοῦ, λαμβίζουσι καὶ οἱ τῶν μερῶν νοτάριοι καὶ οἱ μαΐστορες ἐν τοῖς οἰκείοις αὐτῶν, καθὼς προείρηται ἐν τῷ Εὐαγγελισμῷ τόποις, καὶ δὴ διὰ A perque augustale egrediuntur. Intra magnam portam ejus cubicularius, centenarium humeris portans, adest, et a tergo proxime ad dominos accedit. Solemnibus autem receptionibus plane ut in festo Annuntiationis peractis, notarii factionum et magistri locis suis, ut supra diximus, iambos recitant, et dominis per sanctum puteum **21** et bema ut diximus, intrantibus, ac sacro instrato secundum Ecclesiæ ritum mutato, præpositus a cubiculario centenarium sumit, et imperatori tradit, qui id in atrio maris sanctæ mensæ reponit. Postea domini,

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

nes a factionibus accipiebat, neque aurum in ara ecclesiæ, ad quam procederet, deponebat, verbo processionem faciebat, ut ita dicam, *incognito*. Appellationis origo videtur hæc esse. *Paganus* proprie erat nondum nomine insignitus, nondum baptizatus, nondum in cœtum fidelium Christianorum B solemnibus ritibus receptus. Inde nondum matura et perfecta, sed affecta tantummodo *pagana* dicebant. Ita *pagani patricii* sunt p. 423, οἱ χωρὶς ὀφφικίων, ut ipse auctor per ἐπεξήγησιν declarat, *meri patricii* et *titulares*, quibus ad splendorem patriciatus nondum accesserant officia. Alibi *pagana Dominica*, cui ad honorem et celebritatem deest processio publica, non *officiata*, seu in qua officium, obsequium non peragebatur. V. Du Cange v. *Officiari* et *Inofficiari*. Anonymus apud Du Cange v. *Paganus*, ait, *paganum eum esse, qui sine aliquo jure est alienum a jure et sacris constitutionibus*. Est ergo dominica pagana ea, in quam sacræ constitutiones Typici seu Ritualis non cadunt. Infans paganus, qui nondum nomine donatus, nondum legibus Christianis adstrictus est. Omnia ista sunt non a *pago*, sed a *vago*. Vagum omne nulli regulæ, ritui, nomini, adstrictum, sed sibi permissum, βαγανόν, *paganum*, est. C

(34) Sitne hic loci centenarius unus, unica massa constans, an saccus tot nummis plenus, quot requiruntur ad conficiendum centenarium, imaginariam æris summam, non liquet. Cusos fuisse nummos centenario pondere æquivalentes, liquet e Nostri p. 272. Dicitur enim ibi imperator in castra pergens ad sufficiendum necessariis sumptibus secum sumere centenaria et milliaresia, id est ingentes massas et minutam pecuniam, hanc ad minutas expensas, illas commodioris transvectionis gratia. Cum legerem aliquando in Itinerario Keisleri t. I. p. 367, Florentiæ in Vestiario magni ducis asservari grandem auream massam a Joanne VII Palæologo Imp. Græco, qui concilio Florentino interfuit, cusam, et illuc allatam, medaglionum quotquot exstent maximum, cœpi conjicere, forte id centenarium esse. Constitit mihi tamen ex eo, quod addit ille auctor, pondere nummum illum 117 ludovicos D aureos, pravam eam fuisse conjecturam. Centenarius enim tenebat centum litras auri. Litra tenebat 72 numismata. Numisma æquivalere creditur plus minus ducato aureo Hollandico aut sequino Veneto. Si ergo 72 centies multiplices, habebis 7200 ducatos aureos, seu valorem centenarii unius, præter propter. Solebant ævo medio principes viri, si quo proficiscerentur, auri et argenti massas ingentes secum ducere, quo promptius imponi jumentis et lutius transvehi possent. Quales massas *rotas* appellabant, Arabes quasi *lapides morales*, id est massas lapidibus molaribus similes. Ita narrat Abulfeda ad an. æræ Saracenicæ 360 (A. C. 971.) de Almoezzo sedes e Libya in Ægyptum transferente, et recens conditam suis auspicis Alcahiram occupante, *Exibat* [nempe Africa seu Almahdia] *cum familia thesaurisque suis, quos tantos et tam luculentos ferunt fuisse, ut cusum omne aurum curaret in moles lapidum molarium similes conflari et camelis imponi*. Idem de rege quodam Arabiæ felicis hæc narrat ad an. 593. [Chr. 1197.] *Acervos apum incredibiles coegit, ut aurum colliquatum ad instar lapidum molarium in cellis deponeret*. Habebant quoque rotas argenti. Vincent. Bellovac. XXXI, 143. de soldano Sebastiæ loquens : *Argentearia de Lebena valere dicitur tres rotas argenti depurati, quæ valent tria millia soldanos, solutis operariis*. Ipse manibus meis gessi, et admodum gravem sensi talem centenarium argenteum in gazophyacio Ducali Gothano, Aureng Zebo, Indorum celebri superiore sæculo regi, grandi Mogolo vulgo dicto, oblatum, teste inscriptione Persica. Quem nummum cl. Kehrius, quondam in hac Academia LL. OO. lector, deinceps in aula Petropolitana interpres, peculiari libello illustravit, quo inter alia de more hodiernorum in Oriente principum, nummos ad rotarum instar vægrandes et ponderosos cudendi disserit. Neque tam novum illud est institutum, Heliogabalus enim centenarias invenisse formas seu massas auri dicitur Lampridio in vita Severi, pag. 967. quas tamen non centum auri libras, sed centum solidos aureos tantum tenuisse ex illus, verbis colligitur. Qualis forma cum nummo Florentino superius memorato satis bene convenit. Procul dubio tales massæ rotundæ, rotæ, fuerunt centenarii quoque Nostro commemorati, grandes, ut bajulus vix par esset uni ferendo. Quapropter ἐπωμάδιον φόρτωμα dicitur nostro in loco. Potest tamen etiam saccus vel pera fuisse. Sane per peras et bursas adhuc solvunt et numerant Turcæ, et medio ævo Latini per coria cervina, et Arabes per badras seu coria caprilla solvebant et numerabant ; et in historiis Arabum legitur Almamon, quo imperante res Chalifatus Bagdadici summum fortunæ illustris fastigium, sed parum diu, obtinuerunt, per badras argentum donasse, tanta profusione, ut opes illius imperii æquasse, quin superasse, Romani quondam stupendas opes intelligas. Tenebat autem badra quævis decies millenos nummos argentos, *dirhem* Arabibus dictos, id est drachmas, seu milliaresia Græcis novis. Sed rationes has nummarias subtilius ingenium et in his rebus exercitatius me melius exponet. Morem festo Paschatis aurum ecclesiæ offerendi et in ara deponendi primus instituit Constantinus M. Vid. Vales. ad Euseb. de Vita Constantini l. IV c. 22. Quoties endytam seu instratum altaris in Sancta Sophia mutarent, quod magno quoque Sabbato, id est eo, quod proxime diem festum Paschatis antecedit, fiebat, deponebat imperator infra aram in scabello ibi posito centenarium auri, ut hic dicitur aut, quod idem est, ut verbis utar Codini Offic. p. 107, n. 8, centum auri libras, per vestiarium offerebat inter clericos dividendas. Ipse Noster quoque infra p. 107, centum litras offerri præcipit, ut dubium jam non sit, auri centenarium idem esse atque centum auri libras, non autem centum auri numismata, vel solidos.

secundum morem qui festo Annuntiationis beatæ Virginis obtinet, incensant, et transeuntes per sinistram bematis partem, locum, ubi sacra vasa custodiuntur, intrant, quibus incensatis, ipsi in aureis sellis suis, patriarcha in thromo ibi collocato, consident.

τίθησι τοῦτο ἐν τῷ πεζουλίῳ τοῦ θαλασσιδίου (36) τος τοῦ δεσπότου κατὰ τὸν προειρημένον τύπον τοῦ τοῦ αὐτοῦ βήματος, καὶ εἰσέρχονται ἐν τῷ σκευοφυλαν(ῳ (37), κἀκεῖσε θυμιῶντος τοῦ δεσπότου τὰ ἱερὰ σκεύη, καθέζονται ἐν τοῖς χρυσοῖς τούτων σελλίοις (38), ὁ δὲ πατριάρχης ἐπὶ τοῦ ἐκεῖσε ἱσταμένου θρόνου.

XXVIII. Tunc nardum et cinnamomum dominis patriarcha offert, postea chartularius sacrorum vasorum eos adorat, et benedictione a patriarcha accepta, egrediens nardum senatoribus distribuit. Quo facto, domini cum patriarcha egrediuntur, et per sinistram bematis partem Sanctique Nicolai ædem transeuntes, ad magnam portam in sacrum puteum ducentem exeunt. Intra hanc enim patriarcha stat, et hostias seu oblatas dominis tradit, qui, osculo dato, ipsi valedicunt, perque sanctum puteum transeunt. Exteriori vero sacri putei porta pedem efferentibus tribunus Venetorum cum factione alba cruce dominos signante præsto est, dum factiones interea et cantores quæ festo illi conveniunt, acclamant. Non enim intra factionum acclamationes domini, ut mos est, subsistunt, sed

τοῦ ἁγίου φρέατος τῶν δεσποτῶν [67] διερχομένων, καθὼς προείρηται, καὶ ἐπὶ τοῦ βήματος εἰσερχομένων, καθὼς εἴπομεν, καὶ τῆς ἐνδυτῆς κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν ὑπαλλαττομένης (35), λαμβάνει ὁ πρωτοσπαθάριος ἐκ χειρὸς τοῦ κουβικουλαρίου τὸ κεντηνάριον, καὶ ἐπιδίδωσι τῷ βασιλεῖ, καὶ ὁ βασιλεὺς ἀποτῆς αὐτῆς ἁγίας τραπέζης. Καὶ εἶθ' οὕτως θυμιῶντος τοῦ εὐαγγελισμοῦ, διέρχονται διὰ τοῦ ἀριστεροῦ μέρους

ΚΗ'. Καὶ δὴ τοῦ πατριάρχου ἐπιδιδόντος τοῖς δεσπόταις τό τε νάρδον καὶ τὰ τριψίδια (39), καὶ μετὰ ταῦτα προσκυνεῖ ὁ τοῦ σκευοφυλακίου χαρτουλάριος, καὶ λαμβάνει εὐχὴν παρὰ τοῦ πατριάρχου, καὶ ἐξερχόμενος ποιεῖ τὴν διανομὴν τοῦ νάρδου εἰς τοὺς τῆς συγκλήτου, καὶ μετὰ τὸ τελειωθῆναι τὴν τοιαύτην διανομὴν, ἐξέρχονται οἱ δεσπόται μετὰ τοῦ πατριάρχου, καὶ διὰ τοῦ ἀριστεροῦ μέρους τοῦ βήματος καὶ τοῦ ἁγίου Νικολάου διερχόμενοι, ἐξέρχονται πρὸς τὴν μεγάλην πύλην τὴν ἐξάγουσαν εἰς τὸ ἅγιον φρέαρ. Ἔνδοθεν γὰρ ταύτης τῆς πύλης ἱσταμένου τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν δεσποτῶν, ἐπιδίδωσιν ὁ πατριάρχης τὰς εὐλογίας, ἤτοι τὰς προσφορὰς, τοῖς δεσπόταις, κἀκεῖσε δὲ τοῦτον ἀσπαζόμενοι οἱ δεσπόται ἀποχαιρετίζουσι, καὶ διὰ τοῦ ἁγίου φρέατος διέρχονται. Ἐξιόντων δὲ τῶν δεσποτῶν τὴν ἔξω πύλην

VARIÆ LECTIONES.

[67] τῶν δὲ δεσπ. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(35) Solebant imperatores quovis magno Sabbato endytam in æde Sanctæ Sophiæ mutare, et die proxime anteriore, seu Veneris, *caro* per eminentiam dicto, id faciebant in æde Blachernensi. Vid. ad p. 107 et 442. Insignis est locus Theophanis pag. 379 : Τῇ ἁγίᾳ Παρασκευῇ ἐκέλευσεν αὐτοὺς ὀμόσαι... καὶ τῇ ἐπαύριον, ἥτις ἦν τὸ ἅγιον Σάββατον... προῆλθεν ὁ βασιλεὺς (Leo Chazarus)... εἰς τὴν Μεγάλην Ἐκκλησίαν καὶ ὑπαλλάξας τὴν ἐνδυτὴν, ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς βασιλεῦσι, ἐπανῆλθεν ἐν τῷ ἄμβωνι σὺν τῷ υἱῷ, et adacto populo in fidem sacramentumque sibi et filio dicendum... τῇ ἐπαύριον, ἥτις ἦν ἡ μεγάλη Κυριακὴ τοῦ Πάσχα, summo mane in Circo, ministrante patriarcha, ἔστεψε τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ οὕτω προῆλθον ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ οἱ δύο βασιλεῖς...

(36) Πεζούλιον puto esse *scabellum*, quod coram mari aræ positum erat, ut in eo vasa aræ reponerentur, si quæ evacuanda aut eluenda erant. Θαλασσίδιον aut θάλασσα, seu *mare*, erat lapis cavus, in quem reliquiæ vini aut aquæ benedictæ, quibus amplius opus non erat, effundebantur. Vid. Du Cange Gloss. Gr. h. v.

(37) *Custodiario*, vel thesauro ecclesiæ, æde, in qua ecclesiæ vasa et cimelia asservabantur. Τὰ ἱερὰ σκεύη in missæ celebratione usitata recenset Goar. ad Codin, p. 134, n. 45. Τὰ ἱερὰ σκεύη, quæ in processionibus circumferri solebant, erant inter alia τὸ ἅγιον μανδήλιον, sudarium Christi Edessenum, ejus ad Abgarum epistola, et τὰ ἅγια σπάργανα, (Cedren. in Michaele Paphlagone,) omophorium Mariæ, et zona ejus. Multo plures reliquias sacras CPli, ut ferebatur, asservatas recenset epistola Alexii imp. ad Robertum Frisonem, Hollandiæ et Flandriæ comitem, apud Du Cange ad Alexiad. p. 334 et 336, quarum neque Constantinus noster, neque alii meminere. Sacra hæc vasa, quo pertinent, quoque candelabra, cruces, calices, alius ornatus aureus et argenteus, vestes sericæ, etc., sæpe ostentationi imperatorum inserviebant, qui ea aut monstrabant peregrinis legatis (v. Leon. Grammat. p. 485), aut e templis petebant, et palatia sua iis instruebant, ut passim in hoc codice factum legitur, aut et Circum iis ornabant, quod de Alexandro, Leonis fratre, scriptores post Theophanem referunt p. 234. Habemus l. 2. c. 49, indicem sacrariorum, quæ in variis ecclesiis palatinis asservabantur.

(38) Non tota aurea subsellia erant, sed lignea foliis aureis obducta. Et id in universum de aureis per hunc codicem dictis vasis intelligendum est, auro tantum incrustata fuisse.

(39) Mos erat, ut sabbato magno scenophylax in scenophylacio Magnæ ecclesiæ coram imperatore et patriarcha *nardos*, id est pyxides nardo plenas, distribueret, illo puta unguento odorato, nondum consecrato, quod post consecrationem a sacerdote factam τὸ μῦρον appellatur et ungendis crucibus, aris aliisque sacris vasis servit. Vid. pag. 107 et 442. Solebant enim eo tempore homines elegantiores pyxides nardi secum gerere, ut nos hodie pyxides pulvere sternutatorio gerimus onustas. Aldhelmus de laudibus virginitatis : *Omne patrimonium et ornamentorum gloriam tam discriminalia capitum et periscelides crurum, quam olfactoriola nardi et crepundia collo e gemmiferis lunulis pendentia ad stipem mancis et matricullariis prodiga liberalitate contulerunt.* Alias leguntur imperatores ante festos dies et processiones solemniores τριψίδια, frusta, schidia cinnamomi, item ὀσφράδια seu fasciculos florum distribuisse, de quibus dixi suo loco.

τοῦ ἁγίου φρέατος, ἵστανται κἀκεῖσε ὁ δήμαρχος τῶν Βενέτων μετὰ καὶ τοῦ δήμου τοῦ λευκοῦ κατασφραγίζοντες· διερχομένων τῶν δεσποτῶν [καθὼς προείρηται, ἀκτολογοῦσι [68] τὰ μέρη (40)] καὶ ἀκτολογοῦντες τὰ τῇ ἑορτῇ προσήκοντα. Οὐ γὰρ ἵστανται οἱ δεσπόται, κατὰ τὸ εἰωθὸς, ἐν τῷ ἀκτολογεῖν τὰ μέρη, ἀλλὰ διερχομένων τῶν δεσποτῶν, καθὼς προείρηται, ἀκτολογοῦσι τὰ μέρη. Ὁ δὲ τῶν Πρασίνων δήμαρχος ἵσταται μετὰ τοῦ δήμου τοῦ ῥουσίου εἰς τὴν σιδηρᾶν πύλην, καὶ τῶν δεσποτῶν διερχομένων, καὶ αὐτοὶ ἀκτολογοῦσι τὰ τῇ ἑορτῇ προσήκοντα. Καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε διέρχονται οἱ δεσπόται διὰ τε τῆς χαλκῆς καὶ τῶν σχολῶν καὶ τῶν ἐκσκουβίτων, καὶ εἰσέρχονται διὰ τοῦ Κυρίου (41) ἐν τῷ ἱερῷ παλατίῳ.

A dum procedunt, ipsæ acclamant. Prasinorum vero tribunus cum factione russa in ferrea porta stat, et, dominis transeuntibus, quæ festo congrua sunt acclamat. Inde domini per chalcen et scholas et excubitus transeuntes, sacrum palatium cum Deo intrant.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ἄκτα τῆς ἑορτῆς τῶν Χριστουγέννων.

Α'. Ἐξιόντων τῶν δεσποτῶν ἀπὸ τοῦ παλατίου εἰς τὴν προέλευσιν καὶ τῆς εἰωθυίας πάσης τάξεως ἐπακολουθούσης, γίνεται πρώτη δοχὴ εἰς τὸ τριβουνάλιον, ἤγουν εἰς τοὺς λύχνους, καὶ δέχεται κἀκεῖσε ὁ δημοκράτης τῶν Βενέτων, ἤγουν ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν, μετὰ καὶ τοῦ περατικοῦ δήμου τῶν Βενέτων, καὶ μήπω τῶν δεσποτῶν φθασάντων ἐκεῖσε, λέγουσιν οἱ κράκται τὴν φωνὴν ἦχ γ' (42)· « Ἀστὴρ τὸν ἥλιον προμηνύει ἐν Βηθλεὲμ Χριστὸν ἀνατείλαντα ἐκ παρθένου. » Δοχὴ α' [69]. Καὶ δὴ τῶν δεσποτῶν ἐρχομένων καὶ ἱσταμένων εἰς τὸν εἰωθότα τόπον τῆς αὐτῶν στάσεως [70], ἤγουν εἰς τὴν καμάραν, λέγουσιν οἱ κράκται· « Πολλὰ, πολλὰ, πολλά· » ὁ λαός· Πολλὰ ἔτη εἰς πολλά. » Καὶ πάλιν οἱ κράκται. « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι ἡ ἔνθεος βασιλεία (43). « Φθογγεῖ [71] (44) καὶ ὁ λαὸς ἐκ τρίτου· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι. « Οἱ κράκται· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι, οἱ θεράποντες τοῦ Κυρίου. » Φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ τρίτου· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι. » Οἱ κράκται· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα αὐτοκράτορες Ῥωμαίων· » φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ τρίτου· Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι. « Οἱ κράκται· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα Αὐγοῦσται τῶν Ῥωμαίων· » Φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ τρίτου· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι. » Οἱ κράκται· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι σὺν ταῖς αὐγούσταις καὶ τοῖς πορφυρογεννήτοις· » φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἅπαξ· « Πολυχρόνιον ποιήσει ὁ Θεὸς τὴν ἁγίαν βασιλείαν σας (45) εἰς πολλὰ ἔτη. »

CAPUT II.

Acclamationes in festo Nativitatis Domini.

I. Dominis e palatio ad processionem egressis omnique consueto ministerio sequente, fit prima in tribunali seu in lychnis receptio, statque ibi Venetæ tribunus seu domesticus scholarum cum transitoria factione Veneta, et nondum dominis ibi comparentibus, cantores voce toni III dicunt: « Stella annuntiat solem Christum, Bethlehemi e virgine ortum. » At venientibus dominis et in solitæ stationis loco seu in camera constitutis, cantores dicunt: « Multos, multos, multos! » Populus: « Multos annos in multos! » Iterum cantores: « Longa vobis tempora divina majestas! » Clamat et populus ter: « Longa vobis tempora! » Cantores: « Longa vobis tempora, servi Domini! » Clamat populus ter: « Longa vobis tempora! » Cantores: « Longa vobis tempora, N. N. imperatores Romanorum! » Clamat populus ter: « Longa vobis tempora! » Cantores: « Longa vobis tempora, N. N. Augustæ Romanorum! » Clamat populus ter: « Longa vobis tempora! » Cantores: « Longa vobis tempora cum conjugibus et porphyrogennetis. » Clamat et populus semel: « Diuturnam Deus sanctam majestatem tuam in multos annos faciat! »

VARIÆ LECTIONES

[68] Verba καθὼς — μέρη R. ejicienda putat. [69] δοχὴ ά om. ed. [70] καταστάσεως ed. [71] φθογγεῖ R., φθογγῇ cod., φθογγὴ ed. et sic ubique.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(40) Inclusa delenda sunt. In ipsis quidem conspiciuntur membranis, fateor, sed librarius primæ syllabæ κα duo puncta, et ultimæ syllabæ ρη item duo puncta superscripserat, indicaturus, ea omnia, quæ istis quatuor punctis intercepta essent, perperam scripta et delenda esse. Nolebat nempe litura codicis elegantiam corrumpere. Recurrunt ea statim post suo loco.

(41) Potest reddi aut *per*, aut potius *præter Ecclesiam Domini*, de qua paulo ante diximus.

(42) De tonis musicis Græcorum conf. Du Cange Gloss. Gr. v. ἦχος. [Theophilus musica quædam fecit quarti toni et ex ode octava. Contin. p. 66. De τόνῳ πλαγίῳ, qui idem est ac βαρύς, v. Leo Allatius de libris Ecclesiasticis Græcorum pag. 66. ed. Paris. *Respue de octavo, impleat de quarto*, vid. *tono*. Moleon. pag, 359.]

(43) Quia Græci imperatores pro talibus haberi volebant, qui Dei et Christi suffragio et judicio adepti essent regnum, et ἐν Θεῷ in nomine, voluntate, auctoritate et loco Dei regnarent, inde se θεοπροβλήτους, θεοστέπτους et alia talia nominabant, et regnum suum τὴν ἔνθεον βασιλείαν, *divino munere tributum*.

(44) Ubi locorum in membranis integre expressum erat hoc vocabulum, habebat ultima littera η super se semicircellum, id est circumflexum. Nam circumflexus in illis membranis ubique semicircellum prænum referebat, id est talem, cujus ambo cornua deorsum prospicerent. Venit igitur in hoc quoque verbo usu, quod singulis pene paginis observatur contigisse, η pro ει fuisse exaratum, et φθογγεῖ legi debere, id est *sonat*. Φθογγεῖν rarius veteres pro φθέγγεσθαι usurpant, probum tamen est. Habemus hoc capite, habebimusque in sequentibus formulas responsionum in laudibus, seu phonas et antiphonas, a cantoribus et populo vicissim cantando recitatas, quarum exemplum in Ecclesia Latina qui videre cupiat, inveniet lepidum apud Du Cange Gloss. Latin. v. *Festum asinorum*, ubi *vocatores* appellantur, qui hic κράκται sunt.

(45) Σὰς aut σᾶς, est novæ Græciæ, pro *vester*, aut *vestrum*, ὑμῶν. Vid. Codin. *Offic.* p. 125, n. 40.

II. Secunda receptio ante portas Sanctorum Apostolorum seu in scholis : stat ibi tribunus Prasinorum seu excubitor cum factione Prasina, et nondum eo progressis dominis, cantores voce toni III dicunt: « Qui sine matre in cœlo est, sine patre in terra nascitur. » Aliud : « Sator et amicus hominum homo nasci amat. » Dominis autem venientibus et in solita statione sua seu camera subsistentibus, cantores dicunt : « Multos, multos, multos ? » Populus : « Multos annos in multos ! » Cantores : « Longa vobis tempora, a Trinitate electi ! » Clamat et populus ter : « Sancte. » Cantores : « Longa vobis tempora N. N. imperator Romanorum ! » Clamat et populus ter : « Sancte. » Cantores : [2] « Longa vobis tempora, famuli Domini ! » Clamat et populus ter : « Sancte. » Cantores : Longa vobis tempora, N. N. Augustæ Romanorum ! » Clamat et populus ter : « Sancte. » Cantores : « Longa vobis tempora, Domini, cum augustabus et porphyrogennetis !» Clamat et populus :« Diuturnam Deus sanctam, etc. »

A

B

Ἰστέον, ὅτι τῇ Κυριακῇ τοῦ Ἀντίπασχα (75), ὅτε ἀκουμβίσωσιν οἱ δεσπόται ἐπὶ τῆς τραπέζης, ἡ αὐτὴ τάξις καὶ ἀκολουθία γίνεται τῆς δευτέρας τῆς διακαινησίμου, δηλονότι καὶ αἱ ἀκτολογίαι τῶν δύο μερῶν, καὶ πάντα, καθὼς προείρηται· πλὴν οἱ μὲν Βένετοι λέγουσιν ἀπελατικὸν ἦχ. πλαγ. δ'· « Ἀνακαινίζου ἡ κτίσις, Χριστὸς ἀνέστη, ἑόρταζε τῷ Κυρίῳ τὰς ἑορτάς σου. Ἐσφραγισμένου γὰρ τοῦ τάφου, ὁ τῆς ζωῆς ἥλιος ἀνατείλας, καὶ ὀφθεὶς ἀποστόλοις τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δι' αὐτοῦ ἐγκαινίζει, καὶ εἰρήνην χαρίζεται πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, καὶ τὸ βασιλεῦον κράτος ἀστέρος ἀνατολὴ τοῦ ἀδύτου νεουργεῖ καὶ [8] (76) μεγαλύνει, ὡς λαμπρὸς ἥλιος, προερχόμενος σήμερον εἰς δόξαν, C εἰς καύχημα, εἰς ἀνέγερσιν Ῥωμαίων· » Οἱ δὲ Πράσινοι τόνδε· « Ἀποβαλόντες σύμβολα λυπηρᾶς κατηφείας οἱ ἀπόστολοι, χαίροντες προῆλθον εἰς Γαλιλαίαν καὶ εἶδον ὃν ἐπόθουν ἐκ νεκρῶν ἐγηγερμένον. Ἀπόῤῥητον ἐδέξαντο παρ' αὐτοῦ μυσταγωγίαν, καὶ ὡς ἀκτῖνες διαδραμόντες τὸν κόσμον φαιδρόμορφον ἐκήρυξαν τῆς ἀναστάσεως τὴν ἡμέραν. Αὐτῶν ἡ προστασία τῇ θεϊκῇ παντευχίᾳ (77) ὑμᾶς διαφυλάξει, δεσπόται, εἰς εὐτυχίαν Ῥωμαίων. » Ἰστέον, ὅτι ὑποστρεφόντων τῶν δεσποτῶν δεῖλης ἀπὸ τοὺς Ἁγίους Ἀποστόλους [9] εἰς τὸ παλάτιον ταύτῃ τῇ ἑορτῇ, ἡ αὐτὴ τάξις καὶ ἀκολουθία γίνεται τῆς δευτέρας τῆς διακαινησίμου, δηλονότι καὶ αἱ δοχαὶ ἐν τοῖς προει-

B 32 CAPUT VI.

Acta feriæ secundæ Dominicæ post Pascha.

Sciendum est, Dominica secunda post Pascha, quando mensæ domini assident, eumdem ritum idemque officium ac secunda feria renovationis observari. Scilicet et duarum factionum acclamationes et omnia quæ supra declarata fuerunt : nisi quod Veneti apelaticum toni obliqui IV dicant : « Renova te, creatura, Christus resurrexit : celebra Domino festa tua. E sepulcro enim, sigillo munito, vitæ Sol exortus est, et apostolis, clausis januis, apparuit. Spiritus sanctus per ipsum renovat et pacem orbi universo largitur, majestatem imperatorum sideris nunquam occidentis ortus renovat et magnificat, procedens hodie ut splendidus sol ad honorem, gloriam et salutem Romanorum. » Prasini vero dicunt : « Signa tristis mœstitiæ apostoli deposuerunt, in Galilæam cum gaudio processere, et quem desideraverant resuscitatum e mortuis viderunt. Doctrina ineffabili ab eo imbuti, orbem sicut radii penetrantes. splendidam resurrectionis diem nuntiarunt : quorum patrocinium per gratiam divinam vos, domini, ad Romanorum felicitatem custodiat ! » Sciendum est, dominis ab æde Sanctorum. Apostolorum ad palatium hoc festo revertentibus, eumdem ritum et ordinem ac in secundo renovationis observari : scilicet et excipiuntur in dictis locis, ac acclamationes supra commemoratæ recitantur :

VARIÆ LECTIONES.

[7] ἔτη deest in cod. [8] καὶ om. cod. [9] τῶν ἁγίων Ἀπαστόλων conj. Leich.

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

(74) Simile illud Francorum, ni fallor, de Josselino Corteniacense, *mors pallida Saracenorum*.

(75) Est Dominica proxima a festo Paschatis, alias *in albis*, vel *quasimodo* dicta.

(76) M. deest copula, quo aliquanto vehementior fit oratio. At ἐγκαινίζει trahendum sequentibus commune τὴν οἰκουμένην. *Spiritus sanctus per eum initiat totum mundum*, in rebus novis et insuetis, in vita nova constituit. D

(77) Videtur vocabulum a πᾶν *omne*, et τεύχειν *facere*, compositum esse, atque *omnipotentiam Dei significare*.

præterquam quod Veneti tono obliquo IV canunt: « Tristis mœstitiæ signa apostoli deposuerunt, etc. » Item tono I; » Is, qui æternum Patri, » etc. Ηράσινοι ἦχ πλαγ. δ΄· Ἀποβαλόντες τὰ σύμβολα « Ὁ ἀχρόνως τῷ Πατρὶ » καὶ τὰ ἑξῆς.

ρημένοις τόποις καὶ αἱ ἀκτολογίαι, καθὼς προείρηται. Πλὴν λέγουσιν οἱ Βένετοι ἀπελατικὸν ἦχ. πλαγ. δ΄· « Ἀνακαινίζου ἡ κτίσις » καὶ τὰ ἑξῆς. Οἱ δὲ λυπρᾶς κατηφείας » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἄλλο ἦχ. α ξ.

CAPUT VII.

In feria IV *septimanæ* IV *post Pascha.*

Sciendum, in hac mediæ Pentecostes processione, procedentibus iterumque revertentibus dominis, similes receptiones et acclamationes ut in secunda feria renovationis institui: nisi quod Veneti apelaticum toni I dicant: « Magne et venerande Spiritus, qui in cœlo cum Patre **22** ut Dominus omnium celebratus, in templo cum Hebræis conversans, flumina sapientiæ scaturire docet, et Altissimi Sapientia admirandum in modum exclamat: Accedite, sitientes, et Spiritus, qui potus perennis est, haustu irrigamini. Populi bibentes exsultant, et potentiam vestram, domini, ad gloriam, honorem et incrementum Romanorum venerantur. Prasini vero voce toni I: « Mediator creaturæ suique Patris divinum Verbum, in medio templo hoc festo libere loquitur: qui e latere purissimo in totum orbem flumina immortalitatis effusurus es, nunc sitientibus, e labiis, doctrinæ flumina profondis; at imperitum vulgus miratur quidem, sed agnoscere recusat, tua sapientia omnia esse confecta tuaque gubernatione contineri. Tu igitur, Deus, qui manu tua dominos coronasti, ad lætitiam Romanorum eos custodi. » Sciendum est, hoc mediæ Pentecostes festo, dominis mensæ accumbentibus, eumdem ritum et morem ac in secunda renovationis feria observari.

ΚΕΦΑΛ. Ζ΄.

Τῇ ἑορτῇ τῆς Μεσοπεντηκοστῆς (78).

Χρὴ εἰδέναι, ὅτι καὶ τῇ προελεύσει ταύτῃ τῆς Μεσοπεντηκοστῆς, καὶ ἀπιόντων τῶν δεσποτῶν καὶ πάλιν ὑποστρεφόντων, καὶ αἱ δοχαὶ καὶ αἱ ἀκτολογίαι ὅμοιαι γίνονται τῆς δευτέρας τῆς διακαινησίμου. Πλὴν οἱ μὲν [10.17] Βένετοι λέγουσιν ἀπὸ φωνῆς ἀπελατικὸν ἦχ. α΄· « Πνεῦμα μέγα καὶ σεβάσμιον, ὁ ἄνω δοξαζόμενος σὺν τῷ Πατρὶ ὡς πάντων Κύριος, ἐν ἱερῷ συνόμιλος ὢν Ἑβραίοις διδάσκει Σοφίας βρύειν νάματα (79), ὑπερφυῶς ἡ Σοφία τοῦ Ὑψίστου ἀναφωνῶν· Οἱ διψῶντες προσέρχεσθε, καὶ δροσίζεσθε [18] τοῦ Πνεύματος τὴν πόσιν, ἐκεῖνο τὸ ἀείζωον πόμα. Τὰ πλήθη ἀγάλλονται πίνοντα, καὶ γεραίρουσι τὸ κράτος ὑμῶν, δεσπόται, εἰς δόξαν, εἰς καύχημα, εἰς ἀνύψωσιν Ῥωμαίων. » Οἱ δὲ Πράσινοι λέγουσι τόνδε [19] ἦχ. α΄ « Ὁ μεσίτης ὢν πλάσματος, καὶ Πατρὸς τοῦ ἰδίου, θεῖε Λόγε, τοῦ ναοῦ ἑορτῆς ἐν μέσῳ παῤῥησιάζει (80)· ὁ μέλλων ἐκ τῆς πλευρᾶς τῆς ἀχράντου ῥεῖθρα προχέειν ἀφθαρσίας [20] ὅλῳ τῷ κόσμῳ, νῦν διψῶντας ποτίζεις ἐκ χειλέων διδασκαλίας νάματα, καὶ ὁ ἀσύνετος δῆμος θαυμάζει μὲν, οὐ βούλεται [21] δὲ γνῶναι, ὅτι σῇ ἐξείργασται σοφίᾳ πάντα καὶ συνέχεται σῇ κυβερνήσει. Σὺ οὖν δοξάσας τῷ στέφει, Θεὲ, δεσπότας παλάμῃ σου, φύλαττε εἰς ἀνέγερσιν Ῥωμαίων. » Χρὴ εἰδέναι, ὅτι ταύτῃ τῇ ἑορτῇ τῆς Μεσοπεντηκοστῆς, ἐπὶ τῆς τραπέζης τῶν δεσποτῶν καθεζομένων, ἡ αὐτὴ τάξις καὶ ἀκολουθία γίνεται, καθὼς καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῆς διακαινησίμου.

CAPUT VIII.

In festo Ascensionis.

I. Sciendum est, festo Ascensionis, dum mensæ domini accumbunt, eosdem ritus ac secundo renovationis die, scilicet tum acclamationes duarum factionum, tum alia omnia, quæ supra commemoravimus, observari; nisi quod Veneti tono obliquo I, dicant: « Ut perenne flumen te, fontem sacrum, solam sanctissimam Dei Matrem, Christiani invenimus. Veneramur te tanquam Deiparam, et obte-

ΚΕΦΑΛ. Η΄.

Τῇ ἑορτῇ τῆς Ἀναληψίμου.

Α΄. Ἰστέον, ὅτι τῇ ἑορτῇ τῆς Ἀναληψίμου, ὅτε ἀκουμβίτωσιν οἱ δεσπόται ἐπὶ τῆς τραπέζης, ἡ αὐτὴ τάξις καὶ ἀκολουθία γίνεται τῆς δευτέρας τῆς διακαινησίμου, δηλονότι καὶ αἱ ἀκτολογίαι τῶν δύο μερῶν καὶ πάντα, καθὼς προείρηται. Πλὴν οἱ μὲν Βένετοι λέγουσι τὴν φωνὴν ἦχ. πλαγ. α΄· « Ὡς ἀείζωον ῥεῖθρον, πηγὴν ἁγίαν Χριστιανοὶ εὑρηκότες μόνην σὲ, τὴν πανάγιον τοῦ Θεοῦ Μητέρα, δυσωποῦ-

VARIÆ LECTIONES.

[10.17] μὲν om. ed. [18] δροσίζεσθε. Τοῦ πνευμ. τ. πόσ. ἐκ. τ. ἀ. πόμα τὰ πλήθη conj· R. [19] τον superscripto Δ pro τόνδε cod., unde R, τὸ δρομικὸν conj. [20] ἀφθοσίας R., ἀφθασίας cod., ἀθανασίας conj. Leicb., ἀφθανασίας ed. [21] Verba οὐ βούλεται πάντα om. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(78) Dies vigesima quinta a Pascha, vel feria quarta septimanæ quartæ post Pascha. [Προέλευσις μεσοπεντηκοστῆς memoratur Georg. Monacho p. 556, Leo in ea vulneratus ipsam abrogavit. Ad S. Mocii instituebatur p. 464. Chrysostomi oratio in Μεσοπεντηκοστὴν habetur apud Lambeccium cod. 40, n. 20.]* Ut Μεσοπεντηκοστῆς dicitur dimidiate pro μέση τοῦ Πάσχατος καὶ τῆς Πεντηκοστῆς, ita quoque ἡ μέση τοῦ Πάσχατος dicitur pro eodem integro, aut quod totum tempus inter Pascha et Pentecosten intercedens Pascha diceretur; et ipsa Pentecoste. *Pascha rosata.* Vid. Du Cange h. v.

(79) Veteres βλύειν frequentabant; novi autem sæpe et permutant. Vid. Themist. pag. 260 ed. Harduin. et Procop. Anecd. p. 85.

(80) Est aut pro παῤῥησιάδῃ more librarii η et ει promiscue habentis, aut atticismus est, quem tamen in hoc quidem libro vix quæsiverim, vix admittam.

μεν ὡς Θεοτόκον, καὶ ἐξαιτοῦμεν στόματι ἀσιγήτῳ · πτέρυξι τῆς σῆς πρεσβείας ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα περιφύλαττε μέχρι τέλους. « Ὁ ἀπελατικὸς ἦχ. δ'· « Σὲ, τὴν παστάδα τοῦ Χριστοῦ, δι' ἧς ἔλαμψε Χριστὸς κατὰ σάρκα τοῖς βροτοῖς, αἰνοῦμεν λαοὶ ἐπαξίως · Θεοτόκε, τοὺς δεσπότας ὡς φωστῆρας περίσωζε εἰς ἀνέγερσιν τοῦ κόσμου, καὶ Βενέτων ἀεὶ σε κεκτημένων κραταίωμα βοηθείας. » Οἱ δὲ Πράσινοι λέγουσι τὴν φωνὴν πλαγ. δ'· « Ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς Ῥωμαίων, Παρθένε, Μήτηρ Θεοῦ τοῦ Λόγου, συστρατήγησον μόνη τοῖς δεσπόταις ἐν τῇ πορφύρᾳ, τοῖς λαβοῦσιν ἐκ σοῦ τὸ στέφος, ὅτι αὐτοί σε κέκτηνται κατὰ πάντα θυρεὸν ἀπροσμάχητον ἐν τῇ πορφύρᾳ. » Ἄλλο ἦχ. δ'. « Καταφυγῆς ἐλπίδα καὶ σωτηρίας καὶ ἀντιλήψεως κλέος σὲ τὴν πάναγνον [22] Χριστιανοὶ κεκτημένοι, ἐξαιτοῦμεν ὡς σκέπην, πρεσβευτικαῖς περίεπε πτέρυξι · σὲ γὰρ κέκτηνται ἰσχὺν κατ' ἐχθρῶν τροπαιοφόρον. »

A stamur ore nunquam silente : alis tuæ intercessionis N. N. perpetuo tuere. » Apelaticus toni quarti : « Te, thalamum Christi, per quam secundum carnem Christus hominibus apparuit, merito populi laudamus. Deipara, dominos, ut lumina ad salutem orbis, et Venetorum tibi semper addictorum robur et præsidium, conserva. » Prasini dicunt tono obliquo IV : « Fons vitæ Romanorum, Virgo, Mater Dei Verbi, sola cum dominis in purpura milita, quod ipsi te in omnibus, tanquam invictum clypeum in purpura receperunt. » Alius tono IV : « 34 Christiani, qui te sanctissimam, refugii spem et auxilii salutisque gloriam nacti sumus tanquam præsidium, oramus, tutelaribus alis eos circumambias ! Tua enim virtute, ab hostibus victoriam reportant. »

B

Β'. Ἰστέον, ὅτι ταύτῃ τῇ ἑορτῇ γίνονται αἱ δοχαὶ οὕτως· δοχὴ α' ἔξωθεν τῆς καμάρας τοῦ ἐμβόλου, ἐν ᾧ καὶ ὁ κίων ἵσταται. Δέχεται ἐκεῖσε ὁ δημοκράτης τῶν Βενέτων, ἤγουν ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν, μετὰ τοῦ πρατικοῦ δήμου τῶν Βενέτων. Δοχὴ β' εἰς τὸ ἀγωγὸν, ἐν ᾧ τὸ ὕδωρ ἐκρεῖ. Δέχεται ἐκεῖσε ὁ δημοκράτης τῶν Πρασίνων, ἤγουν ὁ ἐκσκούβιτος. Δοχὴ γ' εἰς τὸν ἅγιον Μώκιον. Δέχεται ἐκεῖσε ὁ δήμαρχος τῶν Βενέτων μετὰ τοῦ δήμου τοῦ λευκοῦ. Δοχὴ δ' ἐν τῷ Ἐξακιονίῳ. Δέχεται ἐκεῖσε ὁ δήμαρχος τῶν Πρασίνων μετὰ τοῦ δήμου τοῦ ῥουσίου. Δοχὴ ε' εἰς τὸν Ξηρόλοφον ἀντικρὺ τοῦ εὐκτηρίου τοῦ ἁγίου Καλλινίκου. Δέχεται κἀκεῖσε ὁ δήμαρχος τῶν Βενέτων μετὰ καὶ τοῦ δήμου τοῦ λευκοῦ. Δοχὴ ς' εἰς τὸν Βοῦν. Δέχεται ἐκεῖσε ὁ δημοκράτης τῶν Πρασίνων, ἤγουν ὁ δομέστικος τῶν ἐκσκουβίτων. Δοχὴ ζ' εἰς τὰ [23] Ἀμαστριανοῦ (81). Δέχεται ἐκεῖσε ὁ δημοκράτης τῶν Βενέτων, ἤγουν ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν. Δοχὴ η' εἰς τὸ Φιλαδέλφιον. Ὑποστρεφόμενος ὁ δήμαρχος τῶν Βενέτων μετὰ τοῦ δήμου τοῦ λευκοῦ, ποιεῖ ἐκεῖσε δοχήν. Δοχὴ θ' εἰς τὸν Ταῦρον. Δέχεται ἐκεῖσε ὁ δήμαρχος τῶν Πρασίνων μετὰ τοῦ δήμου τοῦ ῥουσίου. Δοχὴ ι' ἐν τῷ φουρνικῷ τῶν ἀρτοπωλῶν [23*]. Ὑποστρεφόμενος ὁ δήμαρχος τῶν Πρασίνων μετὰ τοῦ δήμου τοῦ ῥουσίου, ποιεῖ ἐκεῖσε δοχήν. Δοχὴ ια' ἐν τῷ φόρῳ. Ὑποστρεφόμενος ὁ δήμαρχος τῶν Πρασίνων μετὰ τοῦ δήμου τοῦ ῥουσίου ποιεῖ ἐκεῖσε δοχήν. Δοχὴ ιβ' ἐν τῷ πραιτωρίῳ. Δέχεται ἐκεῖσε ὁ δήμαρχος τῶν Βενέτων μετὰ τοῦ δήμου τοῦ λευκοῦ. Δοχὴ ιγ' ἐν τῷ φουρνικῷ τοῦ Μιλίου. Ὑποστρεφόμενος ὁ δήμαρχος τῶν Βενέτων μετὰ τοῦ δήμου τοῦ λευκοῦ, ποιεῖ ἐκεῖσε δοχήν. Καὶ πάλιν μετὰ μικρὸν τῆς τοιαύτης δοχῆς δέχεται ὁ δημοκράτης τῶν Πρασίνων, ἤγουν ὁ ἐκσκούβιτος, μετὰ τοῦ πρατικοῦ δήμου τῶν Πρασίνων. Καὶ πάλιν μετὰ μικρὸν ὑποστρεφόμενος ὁ δήμαρχος τῶν Πρασίνων μετὰ του δήμου τοῦ ῥουσίου, ποιοῦσιν ἐκεῖσε δοχὴν ἀντικρὺ τοῦ Ἀχιλλέως πρὸς τὴν πύλην τῆς Μελίτης, καὶ πάλιν μετὰ μικρὸν τῆς τοιαύτης

C

D

II. Sciendum est, hoc festo principes ita excipi solere. Prima receptio fit extra cameram in porticu, ubi et columna stat. Hic princeps Venetorum seu domesticus scholarum cum Venetis adest. Receptio secunda ad aquæductum, per quem aqua effluit : stat ibi princeps Prasinorum seu excubitor. Tertia in S. Mocii, ubi Venetorum tribunus cum populo albo adest. Quarta in Exacionio, ubi tribunus Prasinorum cum factione russa. Quinta in Xerolopho e regione sacelli S. Callinici : stat ibi tribunus Prasinorum cum populo albo. Sexta in foro Bovis : ibi princeps Prasinorum seu domesticus excubitorum. Septima in foro Amastriano : stat ibi Venetorum princeps seu domesticus scholarum. Octava in Philadelphio : revertens Venetorum tribunus cum populo albo ibi principes excipit. Nona in Tauro : ubi tribunus Prasinorum cum populo russo adest. Decima in fornice pistorum : revertens tribunus Prasinorum, cum populo russo principes excipit. Undecima in foro : revertens Prasinorum tribunus, cum populo russo præsto est. Duodecima in prætorio : stat ibi tribunus Venetorum cum populo albo. Decima tertia in fornice Milii : revertens tribunus Venetorum cum populo albo principes excipit. Non procul inde princeps Prasinorum, seu excubitor, cum transitoria factione Prasina, nec magno spatio interjecto revertens Prasinorum tribunus cum populo russo, ante Achilleas thermas ad portam Meletes adest. Venetorum autem princeps seu domesticus scholarum cum transitorio Venetorum populo in cancellis chalces eos excipit.

Καὶ πάλιν μετὰ μικρὸν ὑποστρεφόμενος ὁ δήμαρχος τῶν Πρασίνων μετὰ του δήμου τοῦ ῥουσίου, ποιοῦσιν ἐκεῖσε δοχὴν ἀντικρὺ τοῦ Ἀχιλλέως πρὸς τὴν πύλην τῆς Μελίτης, καὶ πάλιν μετὰ μικρὸν τῆς τοιαύτης

VARIÆ LECTIONES.

[22] πανάγεον ut supra conj. Leich. [23] εἰς τὰ R., εἰς cod. supersor. τ, εἰς τὸν ed. [23*] ἀρτοπωλίων cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(81) Quando cœnobium indicare volunt Græci ab hoc vel illo structum aut denominatum, adhibent neutrum plurale τά, ut τὰ Ἀμαστριανοῦ, τὰ Ταύρου, τὰ Ὀλυβρίου, etc. Vid. pag. 102.

δοχῆς δέχεται ὁ δημοκράτης τῶν Βενέτων, ἤγουν ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν, μετὰ τοῦ περατικοῦ δήμου τῶν Βενέτων εἰς τὸ κάγκελλον τῆς χαλκῆς.

III. Sciendum est, acclamationes factionum eas- A dem ac secunda renovationis die esse. Hymni Venetorum, quos cursorie dicunt : « Salve, potentissime imperator, » etc. Apelatici : « Patrocinium immaculatum **35** et virgineam tutelam, a Deo coronati evergetæ, accepistis, ejusque purissimis muneribus superbientes, inimicis gentibus apparetis. Ipsa enim belli tempore vertices vestros obumbrat, et monstrat vos victoriarum coronis onustos ad felicitatem et gloriam Romanorum. Alius toni tertii : « Mons Oliveti laudetur ; in eo enim chorus apostolorum celebratur, qui gloriam Altissimi, ad cœlum in carne elatum Deum æternasque portas apertas et Dominum excipientes viderunt. Angelorum vero exercitus Patrem quoque cantu celebrant, ad Filium dicentem : Sede ad dex- B tram meam, usque dum creaturæ omnes genua tibi inclinent. » Alius tono obliquo tertio : « Christus apostolis astitit, ipsisque pacem nuntians apparuit, et verbis prophetarum expositis, omnes ad unum in montem Olivetum duxit, manusque ad cœlum attollens eisque benedicens, in cœlum assumptus est, annuntiata ipsis sancti Spiritus præsentia ipsisque gaudio impletis. Propterea et Deus noster, benefici imperatores, vobis in omnibus benedicet, vestramque majestatem gaudio implebit. « Prasinorum cantiones, quas tono quarto dicunt : « Refugii spem et salutis » etc. Alia tono tertio : « Apostoli Christum cœlo receptum simul adorantes, Hierosolyma cum gaudio petiere, quod Christum Jesum Dei Filium, de quo Moses et cæteri prophetæ scripserant, invenerunt, gloriamque C ejus cum cruce ad dextram Patris sedentis viderunt. Ille vos, benefici imperatores, infelicitatem Romanorum servabit. » Alia tono gravi : « Peregrinum miraculum ! ut enim pluvia super vellus, sic verbum Patris : et nunc videte qui carnem por-

Γ'. Χρὴ εἰδέναι, ὅτι αἱ ἀκτολογίαι τῶν δοχῶν γίνονται καθὼς καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῆς διακαινησίμου. Αἱ φωναὶ τῶν Βενέτων, ἃς λέγουσι δρομικῶς (82) · « Χαίροις, κραταιότατε αὐτόκρατορ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Οἱ ἀπελατικοί · « Προστασίαν ἀκαθαιρετον καὶ σκέπην τὴν ἀνύμφευτον λαβόντες, θεόστεπτοι εὐεργέται, καὶ ταῖς αὐτῆς ἐγκαυχόμενοι (83) παναχράντοις πρεσβείαις, ἀκαταμάχητοι ὄντες ἔθνεσιν ὑπεναντίοις. Αὐτὴ γὰρ ἐπισκιάζει ἐν ἡμέρᾳ πολέμου ταῖς κορυφαῖς ὑμῶν, καὶ ταῖς νίκαις ὑμᾶς [24] δεικνύει στεφανίτας εἰς εὐτυχίαν καὶ δόξαν τῶν Ῥωμαίων. » Ἄλλο ἦχ. γ' · « Εὐλόγηται [25] τὸ ὄρος Ἐλαιῶν· ἐν αὐτῷ γὰρ εὐλόγηται ἡ χορεία τῶν ἀποστόλων, καὶ εἶδον δόξαν Ὑψίστου, ἐκεῖθεν πρὸς οὐρανὸν σαρκὶ ἀναφερόμενον Θεὸν καὶ πύλας αἰωνίους ἀνοιγομένας καὶ τὸν Δεσπότην προσδεχομένας. Στρατιαὶ δὲ τῶν ἀγγέλων ὑμνολογοῦσι καὶ τὸν Πατέρα πρὸς τὸν Υἱὸν εἰπόντα · Κάθου ἐν δεξιῶν μου, ἕως ἂν σοι κλίνῃ πᾶν ποιημάτων γόνυ. » Ἄλλο ἦχ. πλαγ. δ' · « Ἐπέστη Χριστὸς τοῖς ἀποστόλοις καὶ ὤφθη αὐτοῖς εἰρήνην λέγων, καὶ τὰς ῥήσεις τῶν προφητῶν αὐτοῖς ἑρμηνεύων, πρὸς τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν πάντας ἐξήγαγεν [26] ἄρδην, καὶ τὰς χεῖρας εἰς ὕψος ἄρας, εὐλογήσας αὐτοὺς [27], εἰς οὐρανοὺς ἀνελήφθη, ἐπαγγειλάμενος αὐτοῖς καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρουσίαν, χαρᾶς αὐτοὺς ἐμπλήσας. Διὸ αὐτὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, εὐεργέται, εὐλογήσει ὑμᾶς ἐν πᾶσι, καὶ χαρᾶς ἐμπλήσει τὴν ὑμῶν βασιλειαν. » Αἱ φωναὶ τῶν Πρασίνων, ἃς λέγουσιν ἦχ. δ', « Καταφυγῆς ἐλπίδα καὶ σωτηρίας, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἄλκο ἦχ. γ' · « Προσκυνήσαντες πάντες [28] οἱ ἀπόστολοι ὁμοῦ Χριστὸν εἰς οὐρανοὺς ἀναληφθέντα, κατ- ἔλαβον (84) τὴν Ἱερουσαλὴμ μετὰ χαρᾶς, ὅτι εὗρον [29] (85) Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ὃν ἔγραψε Μωσῆς καὶ οἱ λοιποὶ τῶν προφητῶν, καὶ ἐθεάσαντο τὴν δόξαν αὐτοῦ μετὰ σταυροῦ ἐκ δεξιῶν καθημένου τοῦ Πατρός · αὐτὸς ὑμᾶς φυλάξει, εὐεργέται, εἰς εὐτυχίαν Ῥωμαίων. » Ἄλλο ἦχ. βαρ. [30].

VARIÆ LECTIONES.

[24] ὁμῶν ed. [25] εὐλόγηται R. ex script. cod. εὐλόγειται, εὐλογεῖται ed. [26] ἐξάγαγεν ed. [27] αὐτοῖς ed. [28] πάντες om. ed. [29] εὕρησαν ed. [30] ἦχ. βαρ. cod., unde R. efficit ἦχος βαρὺς sive ἦχου βαρέος, ed. ἦχ. γ'. Βαρβάρων.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(82) Ultima syllaba erat per compendium ξ scripta, ut dubium esse possit. δρομικόν, an δρομικά legi debeat. *Carmina* vel *moduli*, qui voce præcipiti et multum accelerata canerentur, tanquam si curreret, ut sunt hymni e multis dactylis constantes.

(83) Ita quoque M. solemni more o et ω permutandi.

(84) Verbi καταλαμβάνειν apud Græcos novus usus est frequentissimus pro ἔρχεσθαι, ἀφικέσθαι, *pervenire aliquo*. Proprie est *occupare* locum aliquem. Frequenter in nostro codice sic occurrit : neque monerem, nisi viderem, ex eo, quod ad usum hunc non attenderent, viros doctos in æstum datos fuisse in interpretando loco Diogenis Laertii p. 275. 1. ed. Meib., ubi reddi debet *donec venerit e Macedonia*. Ergo jam Aristotelis ætate καταλαμβάνειν hoc sensu in usu erat.

(85) Sic formant novi Græci pro εὗρον. Exstat D εὕρεσαν apud Nicetam Choniaten, Isaacii Angeli l. II. c. 5. pag. 214, ed. Venet. : ὡς δ' οὐδένα εὕρεσαν ἀντίμαχον οἱ πολέμιοι. Idque sic posuit more suo. Amat enim hanc formam. Ita p. 54. habet προῆλθοσαν pro προῆλθον, et p. 81, Ἀπῆλθοσαν. Neque novum hoc schema est sed vetustissimum, Posidippo Siculo, poetæ epigrammatario, usurpatum, qui Meleagro antiquior fuit, cujus in Anthologia ed. Wechel. p. 614 (Steph. p. 473.) hæc leguntur :

τὴν δὲ θαλάσσης
Ψαύουσαν, πρηεῖς εἶχοσαν αἰγιαλοί.

ubi Obsopœus hæc annotat : », Notabis hoc loco εἶχοσαν poni pro εἶχον, more Chalcidensium, qui tertiis personis pluralibus inter. onunt σα. Sic legimus psalmo XCVIII : Ὁ Θεὸς, ἦλθοσαν ἔθνη εἰς τὴν κληρονομίαν σου, ubi quoque ἦλθοσαν ponitur pro ἦλθον. »

« Ξένον θαῦμα ! ὡς γὰρ ὑετὸς ἐπὶ πόκον (86), λόγος τοῦ Πατρὸς· καὶ νῦν ὁρᾶτε, εἰς οὐρανοὺς ἀνιὼν σαρκοφόρος, ὅτι ἐπλήρωσε τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς, συγκαλέσας τὰ ἔθνη πάντα τῇ ἀληθείᾳ λατρεύειν, ὅθεν καὶ πληρώσας τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκονομίαν (87), ἐκ δεξιῶν ἐκάθισε τῆς δυνάμεως Κυρίου. Αὐτὸς ὑμᾶς φυλάξει, εὐεργέται, εἰς εὐτυχίαν' Ῥωμαίων. »

ΚΕΦΑΛ· Θ'.

Τῇ ἑορτῇ τῆς Πεντηκοστῆς,

Α'. Τῶν Βενέτων φωνὴ ἦχ· πλαγ, δ'. « Ἡ τοῦ θείου Πνεύματος παρουσία [31] τοῖς ἐν γῇ ἐπέλαμψε θεογνωσίᾳ [32] (88). » Ἄλλο, ἦχος ὁ αὐτὸς. « Ὁ Παράκλητος σήμερον οὐρανόθεν, ὡς ἐν πυρίναις γλώσσαις (89) ἐπιφοιτήσας τοῖς ἀποστόλοις, ἐδίδαξεν κηρύττειν τὴν ὁμοούσιον πίστιν τῆς Τριάδος (90), τὰ ἔθνη ἐφώτισεν, τὴν πλάνην κατέφλεξε, τοὺς εὐεργέτας ταῖς νίκαις ὡραΐζει, καὶ τῷ βραχίονι αὐτῶν Βαρβάρους καθυποτάσσει· ἀγαλλιάσθω πᾶσα ἡ οἰκουμένη, ὅτι νίκη βασιλεύει καὶ χαρὰ ἐν τοῖς Ῥωμαίοις. » Δοχὴ β', τῶν Πρασίνων. φωνὴ ἦχ. δ'· » Τῇ τετραπλῇ τριάδι ἀποστόλων ἡ τῆς Τριάδος ὤφθη πυρτοφαία [33]. » Ἄλλο, ἀπελατικὸς (91) πλαγ· δ'· « Ὁ ἐν πυρίναις γλώσσαις Χριστὸς τὰ ἔθνη εἰς ἐπίγνωσιν ἀγαγὼν ἀληθείας, αὐτὸς ὑμᾶς (92), θεόστεπτοι εὐσεβεῖς εὐεργέται, ἐν τῇ τοῦ Πνεύματος ἐπιφοιτήσει ἡγιασμένον στέφανον ἐπέθηκεν οὐρανόθεν ταῖς τιμίαις κορυφαῖς ὑμῶν· διὸ καὶ τὸν δυσωποῦμεν [34] ἐκ καρδίας ἀπαύστως. Κύριε, ὁ αἰωνίως βασιλεύων, τούτους ἡμῖν χάρισον (93) εἰς χαρὰν καὶ ἀνέγερσιν τῶν Ῥωμαίων. » Δοχὴ γ', τῶν Βενέτων, φωνὴ ἦχ. δ'· « Πυρὸς ἐν εἴδει τὸ Πνεῦμα τοῖς ἀποστόλοις ἐπίστη σήμερον οὐρανόθεν » Ἄλλο, ἦχος ὁ αὐτὸς· « Ὁ γλωττομόρφοις Θεὸς πυρσοφαΐαις τὰς τῶν ἐθνῶν ἐκμειώσας ἀθείας, δι' ὑμῶν, ἀνδρειότατοι δεσπόται, ἐκπολεμῆσαι ἐπαγγέλλεται καὶ ἐκμειῶσαι τὰς τῶν ἐθνῶν ἀθείας, καὶ ὁμογλώττους ἐν πίστει τοὺς ἀλλογώσσους ἑλκύσει ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, ἡ χαρὰ καὶ ἀνέγερσις τῶν Ῥωμαίων. »

Β'· Δοχὴ τετάρτη, τῶν Βενέτων, φωνὴ πλαγ. δ'. « Ἡ τοῦ θείου Πνεύματος παρουσία, » καὶ τὰ ἑξῆς·

CAPUT IX.

In festo Pentecostes

I. Venetorum hymnus tono obliquo quarto : « Spiritus divini præsentia iis, qui in terra degunt, cum divina cognitione apparuit. » [86] Alius ejusdem toni : « Ipse Paracletus hodie cœlo delapsus, tanquam in igneis linguis apostolis apparens, consubstantialem Trinitatis fidem prædicare docuit, gentes illustravit, errorem igne delevit, benefactores opportunis victoriis beat eorumque brachio Barbaros subjicit. Universus orbis gaudeat, quod victoria et gaudium apud Romanos imperat. » Receptio II, Prasinorum, cantio toni IV : « Quadruplici apostolorum trinitati flamma Trinitatis apparuit. » Hymnus apelaticus toni IV : « Christus in linguis igneis gentes ad cognitionem veritatis perduxit. Ipse, a Deo coronati imperatores, Spiritus sancti præsentia sacratam coronam venerandis verticibus vestris imposuit : propterea eum ex animo indesinenter et venerabundi intuemur : Domine, æternum imperans, hos nobis in gaudium et salutem Romanorum serva. » Receptio III, Venetorum vox toni IV : « Ignis specie in apostolos Spiritus sanctus hodie e cœlo descendit. » Alia eodem tono : « Deus, qui flammis linguas mutantibus gentium impietatem delevit, vobis, Domini fortissimi, vincere et extinguere gentium impietatem edixit : qui diversis nunc linguis utuntur, hos una lingua in fide loquentes trahet N. N. gaudium et salus Romanorum. »

II. Receptio quarta, Venetorum, tono obliquo IV : « Divini Spiritus præsentia » etc. Alia vox tono IV.

VARIÆ LECTIONES.

[31] παρουσία. Τοῖς ἐν ed. [32] θεογνωσία ed. [33] πυρσοφαΐα R., πυρσοφαία ed. [34] δυσωποῦντες cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(86) Videtur aliquid post hanc vocem deesse : sed si tollatur punctum post πατρὸς, possit hic locus utcumque integer videri, quamvis obscurus sit ampullosus hic stylus theologico-poeticus. Et tunc ὁρᾶτε erit idem atque ὁρᾶται *conspicitur*. Solet enim hic librarius αι et ε permutare. Alluditur ad historiam Gideonis.

(87) Dictio theologis usurpata, *ordinem salutis* designans, de qua v. Vales. ad Euseb. *H. Eccl.* p. 1, 1.

(88) Θεογνωσίᾳ idem est atque μετὰ θεογνωσίας.

(89) [Vid. Majus *im Hessischen Hebopfer* Part. XXV. p. 460.]

(90) Id est prædicare Trinitatem consubstantialem, et eam ut credant auditoribus persuadere.

(91) Malim ἀπελατικόν. In membranis compendio ξ exarata erat ultima syllaba. Idem tenendum ad D. 6.

(92) Scabra et hiulca oratio, ut videatur aliquid deesse. Ita tamen membranæ, nec plura, habent.

(93) Ita M. Sic solent novi et plebeii Græci, pro χάρισαι. Multa talia in ipsorum scriptis occurrunt, active prolata, quæ veteres non nisi deponentialiter seu in medio, usurpabant, et vice versa. Ut χαίρομαι est apud Nostrum pro χαίρω. Vid. ad p. 172. et p. 179. Ita Nicetas Chon. p. 150. ed. Venet. βιάζειν pro βιάζεσθαι posuit ; et pag. 228 : ἐφήπω pro ἐφέπομαι. Ἔρχω pro ἔρχομαι habet Nicolaus Lucanus apud Du Cange V. Σεύειν, id est σίβειν *sese movere*, unde σοβεῖν deinceps factum. Verba ejus sunt :

Κήρυγησαν νὰ πολεμήσουν καὶ νὰ σεύουν εἰς τὰ [τείχη.

Quæ bene Græce sic efferas :

Καὶ ἤρχοντο ἵνα πολεμήσωσιν, καὶ ἵνα σοβῶσιν [εἰς τὰ τείχη.

Suprema Trinitas, N. N. a Deo coronati, corona vestra perpetuo delectatur. Hoc enim die Pater tabulas Mosi tradit, filius Spiritum sanctum apostolis donat, ipse Spiritus in linguis igneis apparet. Triplicato autem festo vestro, domini, celebratur hodie, quæ vos coronavit, consubstantialis Trinitas. » Receptio quinta, Prasinorum, hymnus ton. III : « Portus divinæ doctrinæ, sancti Spiritus gratia » Apelaticus hymnus : « A sancto Spiritu vos, domini Romanorum, coronati estis, et in ipso populum vestrum, in omni veritate divinam majestatem adorare docetis. » Receptio sexta, Venetorum, hymnus tono IV : « Specie ignis Spiritus, etc. Alius, obliquo IV : » Deus Spiritus hodie apostolis 37 in linguis figuram ignis habentibus apparuit, et vos, a Deo coronati imperatores, purpura coronaque ornavit, ac divino consilio Romanis pro dignitate imperare potestatem dedit. Gloria Deo, qui vos in salutem Romanorum coronavit. » In receptione sexta ita acclamatur : cantores dicunt : « Multos, multos, multos ! » Populus : « In multos annos, in multos ! » Cantores : « Creator omnium et Dominus. » Clamat et populus ter : « Longa vobis tempora ! » Cantores : « Paracletum sanctum que Spiritum. » Clamat et populus ter : « Longa vobis tempora ! » Cantores : « Qui in linguis apostolorum demisit. » Clamat et populus ter : « Longa vobis tempora ! » Cantores : « Annos vestros, Augustarum et porphyrogenitorum, augeat ! » Clamat et populus ter : « Longævam Deus sacram majestatem vestram esse jubeat ! » Trilexia in eumdem festum diem, obl. IV : « Suscipe servos, Domine, pietatem tuam cantu celebraturos ; Deus, qui sua manu vestrum verticem honore coronavit.

A Ἄλλο ἦχ. δ'· « Ἡ ὑπεράρχιος (94) Τριὰς, ὁ θεῖνα καὶ ὁ θεῖνα θεόστεπτοι, ἀδιαιρέτως ἐν τῷ στέφει ὑμῶν δείκνυται εὐδοκοῦσα· ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ ἡμέρᾳ Πατὴρ τὰς πλέκας Μωσῇ παρέχει, Υἱὸς τὸ Πνεῦμα τοῖς μαθηταῖς δωρεῖται, αὐτὸ τὸ Πνεῦμα πυρίναις γλώσσαις τυπούμενον φανεροῦται· τριπλασιαζομένης δὲ τῆς ἑορτῆς ὑμῶν, θεολογεῖται (95) σήμερον ἡ ὁμοούσιος Τριὰς ἡ στέφουσα ὑμᾶς. » Δοχὴ ε', τῶν Πρασίνων, φωνὴ ἦχ. γ'· « Λιμὴν τῶν θείων διδαγμάτων, ἡ τοῦ παναγίου Πνεύματος χάρις. » Ἀπελατικός· « Τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἐστέφθητε, οἱ δεσπόται τῶν Ῥωμαίων, καὶ ἐν αὐτῷ ὁδηγεῖτε τὸν λαὸν ὑμῶν ἐν πάσῃ προσκυνεῖν ἀληθείᾳ τὸ τρισυπέρθεον κράτος. » Δοχὴ ς', τῶν Βενέτων, φωνὴ ἦχ· δ'. « Πυρὸς ἐν εἴδει τὸ Πνεῦμα » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἄλλο πλαγ. δ'·

B « Θεὸς τὸ Πνεῦμα, σήμερον ἐγνωρίσθη τοῖς ἀποστόλοις ἐν γλώσσαις πυριμόρφοις, καὶ ὑμᾶς, θεόστεπτοι εὐεργέται, τῇ ἀλουργίδι καὶ τῷ στέφει δοξάσας, ἐδικαίωσεν βουλήσει θεοκρίτῳ βασιλεύειν ἐπαξίως Ῥωμαίων. Δόξα Θεῷ τῷ στέψαντι ὑμᾶς εἰς ἀνέγερσιν Ῥωμαίων. » Ἀκτολογία τῆς ἕκτης δοχῆς. Λέγουσιν οἱ κράκται· « Πολλὰ, πολλὰ πολλά. » Ὁ λαός· « Εἰς πολλὰ ἔτη, εἰς πολλά. » Οἱ κράκται· « Ὁ τῶν πάντων Ποιητὴς καὶ Δεσπότης. » Φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ τρίτου· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι. » Οἱ κράκται. « Ὁ τὸ παράκλητον καὶ ἅγιον Πνεῦμα. » Φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ γ'· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι. » Οἱ κράκται. « Καταπέμψας ἐν γλώσσαις τῶν ἀποστόλων. » Φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ τρίτου· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι. » Οἱ κράκται· « Τοὺς χρόνους ὑμῶν πληθυνεῖ σὺν ταῖς αὐγούσταις καὶ τοῖς πορφυρογεννήτοις. » Φθογγεῖ

C καὶ ὁ λαὸς ἐκ γ'· « Πολυχρόνιον ποιήσει ὁ Θεὸς τὴν ἁγίαν βασιλείαν σας. » Τριλέξια (96) εἰς τὴν αὐτὴν ἑορτὴν, πλαγ. δ'. « Δέξαι δούλους, Δέσποτα, τοῦ ὑμνεῖν τὸ εὐσεβές σου· ὁ Θεὸς ὁ στέψας αὐτοχείρως τὴν κορυφὴν ὑμῶν ἀξιώσει (97),

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(94) Vox rarior, a nova Græcia conficta, videtur id significare, *quod super omne initium positum est*, quod initio caret. ut supra bis habuimus συνάναρχος, *coæternus*. Nam ἄναρχος novo significatu ibi notat *æternum*.

(95) Ad verbum *dicitur Trinitas Deus consubstantialis*, id est, celebratur Trinitas sermonibus, qui asseverant, tres personas Trinitatis æque divinas atque consubstantiales esse. Θεολογεῖν est *de Deo sermones facere*. Theophan. p. 59, 77, 350, et Combefis. ad illius p. 59, Theologis in specie sermo et disputatio de divina Christi natura est θεολογία. Vid. Vales. ad Euseb. p. 5. Sic κυνολογεῖν *de Sirio sermones facere* apud Athenæum I. p. 23, ubi vid. Casaubon.

(96) Non reperio, qui vocem hanc exposuerit. Videtur carmen notare, quod aut ter iterabatur, aut potius a tribus cantoribus simul recitabatur, ut τετράλεκτα, quæ a quatuor cantoribus recitabantur. Vid. p. 165.

(97) Post hanc vocem deesse aliquid, manifestum est. Nam debebat saltem ὑμᾶς εἰς χρόνους ἑκατὸν τὴν ὑμῶν διέπειν πολιτείαν, ut p. 30, sed multo plura deesse deprehendet, qui sequentia cum antecedentibus attente conferat Nam non respondent inscriptioni, sed aliud tractant. Promittit inscriptio, et instituit initium noni capitis, enarrationem Actorum festi Pentecostes. Pro maxima vero parte ritus processionis paschalis exponit hoc caput, quod deinceps luculenter evincam. Incipit hæc argumenti discrepantia a §. 3, et voce ἔνθεν ; cui præcessisse etiam aliqua, manifestum ex eo est, quod oratio hiat. Saltem verbum ἐπαίρουσιν aut σύρουσιν vel simile desideratur. Sed multo plura desunt de processione procerum seu conventu in aulam ad imperatorem in Chrysotriclinum. Clara tandem res est ex eo, quod pagina aversa vel posterior

D folii. 41 in voce ἀξιώσει desinebat, et pagina adversa folii 42 voce ἔνθεν incipiebat. Debebat ergo folium unum, aut potius multo plura, forte integer quaternio, seu decem folia, periisse. Patet ex numero capitum, qui ab hoc capite inde discrepat a nostra editione. Nam quod huic editioni caput decimum est, id est in codice capitis XIX pars secunda, quod hic est XI caput, id est codici vicesimum, hic XII in Codice XXI, et sic semper porro decurrit hic ordo per totum librum primum, sic ut codex semper nostram editionem novenario superet. Ex. c. caput nobis 31 est codici 40 ; nobis 92, est codici 101. Mallem ab hoc numerandi ordine discessum non fuisse. Sed quum non tantum decessor meus, sed et Majus ita instituerit numerare capita, ut in hac editione conspicitur, debui eos in illa reliqua libri primi parte, quæ sub oculis meis excusa fuit, sequi. Quid autem desideretur, seu qualia tractaverint argumenta illa capita,

I'. Ἔνθεν κἀκεῖθεν τὰ βῆλα οἱ σιλεντιάριοι, καὶ εἰσάγει ὁ πραιπόσιτος βῆλον α', μαγίστρους· καὶ ὁ μὲν πραιπόσιτος ἀνέρχεται καὶ ἵσταται ἐν τῇ τάξει αὐτοῦ. Οἱ δὲ μάγιστροι καὶ οἱ μέλλοντες καθεξῆς εἰσέρχεσθαι, ἐν ἑκάστῳ βήλῳ [85] εἰσερχόμενοι οὐ πίπτουσι, καὶ ἀπελθόντες ἵστανται ἀπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου ἔνθεν κἀκεῖθεν, κατὰ τὰς αὐτῶν τάξεις καὶ στάσεις. Εἶθ' οὕτως λαβὼν πάλιν νεῦμα ὁ πραιπόσιτος ἐξέρχεται μετὰ τῶν δύο ὁστιαρίων καὶ εἰσάγει βῆλον δεύτερον, πατρικίους τοὺς καὶ ἀνθυπάτους. Βῆλον γ'· πατρικίους καὶ στρατηγοῦς. Βῆλον τέταρτον· τὸν ὕπαρχον τῶν πραιτωρίων, τὸν κουαίστωρα, ἀνθυπάτους τῶν θεμάτων καὶ ἐπάρχους (98). Βῆλον ε'· τὸν λογοθέτην τοῦ στρατιωτικοῦ (99), τὸν δομέστικον τῶν ἱκανάτων (1), τὸν δο-

A III. His dictis, silentiarii hinc et illinc cortinas reducunt, et præpositus velum primum, magistros, adducit. Præpositus venit, et in ordine suo subsistit, magistri et qui post ipsos intrare debent, in singulis velis intrantes, non procidunt in genua, et cum abiere, stant hic et illic post cubiculi præfectos secundum ordines et stationes suas. Deinde iterum, signo dato, præpositus cum duobus ostiariis exit, et velum secundum, patricios et proconsules, adducit. Eodem modo velum tertium, patricios et strategos; velum quartum præfectum prætorio, quæstorem, thematum præfectos et præpositos; velum quintum, logothetam castrensem, domesticum icanatorum, domesticum numerorum, domesticum optimatum, domesticum murorum,

VARIÆ LECTIONES

[85] βήλῳ. Εἰσερχ· ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

quæ perierunt, haud difficile est assequi, si ordo, quem auctor instituit, consideretur. Cœpit primo capite generalem ideam processionum sacrarum in exemplo processionis ad S. Sophiam in festo Nativitatis Christi dare. Deinde voluit simul ante omnia referre Acta vel laudes imperatoribus occasione talium processionum dici solitas. Itaque post recensita Acta festi Nativitatis Christi, Epiphaniæ, Paschatis, Antipaschatis, Mesopentecostes, Ascensionis, venit tandem hoc nono capite ad Acta Pentecostes, eaque per primos duo paragraphos ejusdem recenset. Cum itaque quæ post verbum ἀξιώσει, seu finem secundi paragraphi sequuntur, ad hoc caput non pertineant, et supersint aliquot dies festi in æstatem et autumnum incidentes, quorum Acta ut etiam describerentur par erat, et instituto libri congruum, et a lectoribus quoque exspectabatur; verisimile mihi ex eo fit, capita, quæ olim fuerunt, et e nostro codice exciderunt, Acta illorum festorum recitasse. Deinde resumpsit auctor tractationem de ipsis processionibus, et singulorum festorum processiones seorsim exsecutus fuit. Igitur ea quidem, quæ a voce ἔνθεν incipiunt, exponunt ritus processionis Paschalis, qualis nempe ipso die festo Paschatis primo, qui proprie Pascha dicitur, peracta fuit. Liquet hoc ex loco p. 40, ubi dicitur, proceres, dum imperatori pacis osculum in templo S. Sophiæ ante communionem dant, humi non procidere propter festum Resurrectionis, προσκυνοῦσι τὸν βασιλέα μὴ πίπτοντες διὰ τὴν ἀνάστασιν. Quæ verba absurda essent, si locus ille de festo non Paschatis, sed aut Pentecostes aut alio quovis ageret. Pag. 42, δι' ὅλης τῆς διακαινησίμου ait *per totam septimanam, renovationis*, aut *paschalem*. P. 43. Εἰ τύχῃ ἡ ἑορτὴ τοῦ Εὐαγγελισμοῦ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα, *si dies Annuntiationis B. V. in ipsum illum diem Paschatis incidat*. In fine capitis p. 43, hæc lego: Τελεῖ ἅπαντα ἀκολούθως τὰ τοῦ Πάσχα, ὡς ἀνωτέρω προείρηται, *peragit omnes cæremonias festi Paschatis ordine prius exposito*. Agunt ergo præcedentia absque controversia de festo Paschatis, non Pentecostes.

B *sibi, olim reges fuisse: nunc binos imponi, e quibus legatus in sanguinem, procurator in bona sævire.*

(99) *Rationalem militarem, logothetam castrensem*. Subintelligitur λόγου aut λογείου, aut πρυτανείου aut ταμείου, aut θησαυροῦ. Vid. Du Cange v. ναστρήσιον, *castrense peculium*. *Præpositus tabularum rationis castrensis* appellatur in Inscript. apud Reines. p. 559. Στρατιωτὸς (si bene habet ea lectio) appellabatur ille rationalis in Ægypto. V. Du Cange v. Στρατιωτός et Goar. ad Codin. p. 31· n. 47, ubi quatuor statuit Logothetas, 1) magnum, qui rationalibus et ærariis omnibus præesset, 2) Genicum, *vel publicorum redituum*, 3) τοῦ οἰκειακοῦ vel τοῦ εἰδικοῦ, *privati peculii imperialis*, 4) τοῦ στρατιωτικοῦ, *militaris ærarii*. Erant adhuc alii Logothetæ, ut Dromi, seu *cursus publici*, de quo antea dixi. Logotheta prætorii, de quo vid. supra p. 8. et script. post Theophan. p. 294. Logotheta τῶν ἀγελῶν, seu *gregum*, in appendice libri nostri primi sæpe memoratur, de quo suo loco dicam. Rationalis fisci militaris etiam ὁ τοῦ στρατωτικοῦ simpliciter appellatur, pro ὁ ἐπὶ τοῦ στρατιωτικοῦ, vid. p. 114; et ὁ στρατιωτικός; vid. p. 276. *[Ὁ τὰς στρατιωτικὰς δέλτους ἐπειλημμένος est apud Contin. Constant. p. 76.]* Justinianus eum instituit, si vera perhibet Procopius Anecdot. p. 104. Sed jam sub Anastasio Dicoro commemorat Josua Stylites apud Asseman. t. I, Bibl. Or. p. 275. Appionem ærarii castrensis in urbe Amida præfectum, et p. 279 Calliopium in urbe Edessa. Vid. ibi notata, unde Procopius ipse sibi contradicere deprehenditur.

C

(1) Jam supra dixi, domesticum novis Græcis notare præfectum, præpositum. De domestico Hicanatorum autem velim conferri Du Cangium Gloss. Lat. verb. *Domesticus*. Hicanati sunt genus aliquod lectæ militiæ, ita dictæ, quod homines essent ἱκανοί, corpore animisque vigentes et rebus gerendis pares. Du Cange Gloss. v. ἱκανός observat, hanc vocem notare *strenuum*, et Latinos quoque pro eo *idoneum* dixisse. Ἱκανός pro *alacri, prompto, agili, vigili*, habet Aristides t. II, p. 148; opponitur enim ibi τῷ ἀργῷ. Euseb. Hist. Eccl. III, 23, νεανίσκον ἱκανον τῷ σώματι καὶ τὴν ὄψιν ἀστεῖον appellat, ubi reddit Valesius *statura corporis egregium*, et apud Polybium in Excerptis Peirescianis p. 125, fine, hominem κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἱκανόν, *specie honesta*. Unde constat, hanc vocem in lingua vulgari Græca, qua Polybius scripsit, eo sensu jam vetustis temporibus usu venisse. Nicetas p. 136: Φυῆς σώματος ἥ ὥρας ἱκανωτάτης μεταλαχεῖν, *in ætate agere, quæ rebus gerendis maxime par est*. Cinnamus p.

D

sacellarium, sacello et rebus privatis præfectos, tribunos factionum, curatorem magnum, vicarium scholarum, consulares, spatharios, senatores, consules; velum sextum, comites scholarum; septimum, imperatorios candidatos; octavum, domestici scholarum, protospatharios, spatharocandidatos; nonum, silentiarios, strategos autonomos, cubicularios, vestitores, hypatos, patricios, anthypatos, patricios, magistros, curopalatas, quæstores, proconsules, comites orientis, comites excubitorum, stratores, comites stabuli, domesticos excubitorum, drungarios vigilum, comites candidatorum, decanos, cubicularios, ostiarios, primicerios notariorum, domesticos scholarum, protospatharios, spatharocandidatos, silentiarios, chartularios, ostiarios, agentes in rebus, magistrianos, primicerios et secundicerios notariorum, cancellarios, numerarios, commentarienses, adrogatores, mandatores, stratores, exceptores, equites, curiosos, tabellarios, censuales, bastagarios, polonarios, circitores, irenarchas, vicarios, archontes, decanos.

(1) Ἱκανούς, ait, *viros robustos*. Ἱκανῶν τῶν περὶ αὐτὸν ὁπλισάμενος, εἴπερ, ὡς κατὰ παντὸς αὐτῷ ξυναπίσωσι, πίστεις ἔδοσαν φθάσαντες. Unde intelligitur, non solum imperatorem Hicanos secum habuisse, sed etiam procerum quosque; et deinde illorum officium fuisse, herum adversus quoscumque demum protegere, etiam si ipse imperator esset, qui hero male vellet. Conf. Zosim. IV, p. 229. Theophan. p. 83, 89, 321, 391, 392, e quibus locis patet, proprie ἱκανὸς dici de viro militari, ut λόγιος de politico, et sæpe ῥωμαλέος καὶ ἱκανὸς jungi. Est igitur ἱκανός recentioribus idem, quod veteribus ὁ τέλειος, perfectæ staturæ et ætatis et roboris vir, ὃς ἵκανεν vel ὁ ἀφικόμενος εἰς τὸ τῆς ἡβης τέλος. Aliam etymologiam respexit Anastasius Bibloth., qui Concil. VIII, act. 1, *Icanatorum* interpretatur *parentum*. Forte quia præsto aderant ad jussum heri, *parentes*, obsecundantes. Fueruntne οἱ ἱκανοὶ sagittarii? Videor mihi id colligere posse ex Alexiade p. 115: Ἱκανοὺς εἶχε στρατιώτας τῆς τοξείας εἰδήμονας. E scriptoribus post Theophan. p. 244, patet, Hicanos et Hicanatos non tantum in urbe augusta, sed etiam in provinciis præsidia egisse. Leo in Tacticis p. 33, sic eos describit: Ἱκανώτατοι, ἤγουν ὅσοι καὶ πιστοὶ καὶ εὐγνώμονες φαίνονται τῇ Ῥωμαϊκῇ πολιτείᾳ ἡμῶν, μαρτυροῦνται δὲ καὶ ἀνδρειότατοι. Hic locus et alter ille Theophanis p. 392. Ῥωμαλέος τε καὶ ἱκανώτατος me inducit, ut credam, vocem ἱκατάτος esse contractam ex ἱκανώτατος. Amant Græci novi superlativum pro positivo adhibere.

(2) Optimates erant ea tempestate milites viliores, et contumelia pæne erat, optimatum esse. Idem atque *garciones* apud Latinos eorum temporum. Vid. Du Cange h. v., quod vocabulum est Germanicum, repetendum a *warten*, observare, servire. Conjunguntur *garciones et summularii* seu agasones in charta vetere apud Du Cange v. *Garcifer*. Inde Francium *garde*. Erat eorum cæteris militibus in castris agentibus servire, mulos et equos pastum agere, onerare, exercitus in itinere custodire, infima quæque officia obire, ut ex appendice primi libri nostri codicis patet. Non repetam, quæ Du Cange de horum origine in utroque Glossario habet, item Casaubonus t. II, Script. Histor. Aug. p. 770. Conf. Constantin. de Thematibus p. 10. Id unum tantummodo noto de ipsorum nomine, sic dictos fuisse illos Gothos, quoniam de magno numero captivorum gentis suæ optati, id est delecti, et pro optimis habiti, militiæ ascripti et fundis militaribus in Bythynia, quæ deinceps de ipsis thema optimatum appellata est, donati fuerint.

(3) Nominantur hic, ut distincti homines, *sacellasius* et *sacellio præfectus*, et *Idicus*, seu *rei privatæ præfectus*. Qua vero in re distincti fuerint, non liquido mihi constat. Erant enim omnes sacello, vel potius sacculo, id est ærario, præfecti. Thesaurus enim *saccus* appellabatur. Si reputo, magnam fuisse auctoritatem sacellarii, ut etiam Logothetam Genicum, seu rationalem ærarii publici, Quæstorem, Idicum, alios sub se habuerit, imo et officia et scrinia omnia, ut ex nostri codicis p. 416 patet; miror, qui fiat, ut hic loci post domesticum optimatum, domesticum mœnium vel castrorum, viles dignitates, nominetur. In Occidente quoque sacellarii magna pollebant auctoritate, judicabant causas gravissimas, mittebantur a Strategis ad urbes in rebus momenti maximi componendis (vid. Sigon. de regn. Ital. pag. 5, 44. p. 24, 34, p. 9, init. Murat. t. II. Rer. Ital. p. 99), rogas, seu stipendia, militibus erogabant, adeoque non tantum cum privato peculio principis, sed et cum fisco publico ipsis erat res. Sane in ordine Romano p. 572. inter officiales curiæ Romanæ præcipuus post *arcarium*, tertium ordine, *qui præest tributis* (respondet ille Genico) recensetur quarto loco *Sacellarius, qui stipendia erogat militibus*, item alio loco — *osculantur pedes pontificis et accipiunt a Sacellario unum byzantinum*: vid. Du Cange utroque glossario. De Sacellario patriarchæ, dignitate ecclesiastica, idem disserit, et Goarus ad Codin. p. 10. Memoratur hic in codice nostro p. 101 fine, ubi dicitur imperatori cruces argenteas festo palmarum distribuendas afferre. Sed id ipsum Sacellio, qui Sacellario inferior erat, p. 68, tribuitur, In eo pene consentiunt scriptores, Sacellio tantum cum privata re imperatoris negotium fuisse. Vid. quæ ad p. 266, de Sacellio dicam. Idicus, seu *specialis*, ὁ εἰδικός vel ἰδικός, item ὁ τοῦ ἰδικοῦ, et ὁ τοῦ οἰκειακοῦ, nempe θησαυροῦ, λογοθέτης, erat rei privatæ, sacro peculio præfectus, de quo v. Guther. de Off. D. A. Hunc describit Agathias p. 69: Ταμίας τῶν βασιλέως χρημάτων, οὐ μὴν τῶν ἐκ τῆς δασμοφορίας ἐρανιζομένων (ἄλλῳ γὰρ τῳ ἐπετέτραπτο ταῦτα), ἀλλὰ τῶν, ὅσα ἐκ τῶν βασιλείων θησαυρῶν etc. Conf. Du Gang. Gloss. Gr. v. Ἰδικόν.

(4) Magnus curator videtur fuisse, qui curatoribus omnibus moribus, curatoriarum inspectoribus, præerat. Sunt autem curatoriæ prædia, agri, domus, urbanæ suburbanæque, interdum quoque integri tractus terræ, quorum reditus ad imperatorem solum, seu ad privatam rem, pertinebant. Curatores olim iidem atque Logothetæ aut rationales erant (vid. t. I, Hist. Aug. p. 997) et in specie curatores dicebantur ædibus præfecti, in quibus pecuniæ asservabantur, vid. Du Cange utroque glossario et ad Alexiad. p. 339. Goar. ad Codin. p. 31. n. 49. De curatoribus urbium et provinciarum v. Vales. ad Amm. Marcell. p. 41, qui, p. 323, originem curatorum rei privatæ habet. Goar. ad Cedren. p. 479. Κουρατωρία interpretatur *principis privatum peculium dominum*. Et inde patet, quid sit provinciam in curatoriam redigere. Scilicet provincia, quæ armis subigeretur et pristinis adjiceretur, cedebat non reipublicæ, sed imperatori, et reditus ejus non ad ærarium publicum, sed ad rem privatam pertinebant, ita tamen, ut præsidia iis imposita de suo deberet imperator alere. Itaque provincia Melitene, quam Romanus Lecapenus in curatoriam dicitur redegisse, (vid. Dissert. cl. Leichii de Constantino Porphyr. p. XVIII. § 5, ubi egregie Annæ locum adversus Du Cangii tentamen defendit), ad imperatorum deinceps peculium pertinuit. Oppositæ igitur erant curatoriæ thematibus, aut, ut Latini medii ævi dicebant, ducatibus. Ekehardus junior de casibus S. Galli: *Nondum adhuc illo tempore Suevia in ducatum erat redacta, sed fisco regio peculiariter parebat, sicut hodie et Francia. Procurabant ambas Cameræ* [id est τοῦ ἰδικοῦ], *quos sic vocabant nuntii*. Eum morem imperatores Ottomanici, ut multa alia, ex institutis aulæ Byzantinæ retinuerunt

(5) Videtur vicarius, locum tenens, domestici scholarum fuisse. Vid. Du Cange v. *Lociservator*.

τους, σπαθαρίους [36], συγκλητικοὺς (6) καὶ ὑπάτους. Βῆλον ζ'· κόμητᾶς τῶν σχολῶν. Βῆλον ζ'· βασιλικοὺς κανδιδάτους. Βῆλον η'· δομεστίκους τῶν σχολῶν. Βῆλον θ'· τοὺς ἀπὸ ἐπάρχων (7). Εἰ τύχωσι [37] δὲ καὶ πρέσβεις μεγάλου ἔθνους, εἰσέρχονται ἀπὸ κελεύσεως, καὶ προσκυνήσαντες τὸν βασιλέα καὶ ἀσπασάμενοι, ἐξέρχονται, μηδὲν ἕτερον πράττοντες.

Δ'. Καὶ εἶθ' οὕτως λαβὼν νεῦμα ὁ πραιπόσιτος παρὰ τοῦ βασιλέως, λέγει μεγάλως τὸ, « Κελεύσατε. » Ἅπαντες δὲ ἀνταποκρίνονται· « Εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους ὁ Θεὸς ἀγάγοι τὴν βασιλείαν ὑμῶν. » Καὶ ἐξέρχονται ὅθεν εἰσῆλθον, βασταζομένου τοῦ βήλου, τοῦ ὄντος κάτω ἐν τοῖς κίοσιν, ὑπὸ τῶν προειρημένων δύο σιλεντιαρίων. Καὶ πάντων ἐξελθόντων, ἀνίσταται ὁ βασιλεὺς, καὶ ἀπέρχεται ὄπισθεν τῶν τθ, ἀκουβίτων πρὸς τὸ ὑπαλλάξαι τὸν λῶρον διὰ τῶν βεστητόρων, καὶ ἡνίκα ὑπαλλάξει, ἐξέρχονται οἱ βεστήτορες, καὶ μένει ὁ βασιλεὺς μετὰ τοῦ κουβουκλείου μόνου, καὶ στέφεται ὑπὸ τοῦ πραιποσίτου, καὶ ἐξέρχεται, κρατῶν ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ χειρὶ ἀνεξικακίαν, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ σκηπίωνα ἐπικείμενον τῷ ὤμῳ αὐτοῦ (8), καὶ διέρχεται μέσον διὰ τοῦ μεγάλου

A sticos scholarum; nomum, exprefectos, adducit. Si vero etiam magnæ cujusdam gentis legati in urbe adsint, ex mandato intrant, et imperatore salutato osculoque dato, nihil præterea agentes discedunt.

38 IV. Deinde signo ab imperatore accepto, alta voce præpositus dicit: « Jubete »; omnes vero respondent: « In longa feliciaque tempora Deus majestatem vestram perducat! » Post qua ingressi erant exeunt, velo, quod infra in columnis est, a dictis duobus silentiariis portato. Omnibus egressis, surgit imperator, et ad XIX accubitus abit, ut lorum per vestitores mutet, quo facto, vestitoribus discedentibus, cum cubiculo solo manet, et a præposito coronatus, procedit, dextra manu acaciam, B sinistra scipionem humero impositum gestans, perque medium magnum triclinium et duas columnas, ubi suspensum velum est, transit. Imperatore autem e velo egresso, ad sinistrum drungarius vigilum barbatique protospatharii stant, et ipse a

VARIÆ LECTIONES

[36] δυσυπάτους σπαθ. sine distinctione cod. [37] ἂν τύχ. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

runt. Nam recens expugnatæ urbes et provinciæ omnes, veterique orbi Mosiemici imperii adjectæ propriæ sunt imperatoris et ad *Chasné*, non ad *Beitelmal*, seu fiscum publicum pertinent. Aliter igitur instituebantur tunc temporis bello subactæ provinciæ, quam olim sæculo quinto e. c., quo illæ non ad solum imperatorem, sed ad ipsum et totam rem Romanam, τὴν ἀρχὴν τῶν Ῥωμαίων vel C τὸ δημόσιον pertinebant, et fundi a vetustis possessoribus soluto eorum pretio redimi debebant, tanquam si prius non habuissent. Vid. Procopius Hœschel. 142 et 143. Invenio apud Symeon. Mag. p. 427, κουρατωρίαν εἰς τὸ κατοικεῖν ἐκεῖσε γυναῖκας τὰς μὴ εὐδίας σωφρονεῖν. Ergone ædes castigandis improbis destinatæ sunt etiam κουρατωρίαι appellatæ? Videtur omnino, et sane improbi atque mentis haud compotes curatoribus opus habent. At quid, si *curator magnus* esset generalis receptor æris, quod e portoriis, pedagiis, pontaticis, plateaticis casaticis, etc. redibat. *General-Axis-Einnehmer*? Curata enim vectigal dicebatur medio ævo, et curatoria *die Steuer-und Accise-Einnahme*, vid. Du Cange Gloss. Lat. h. v. et Murator. A. I. t. II. p. 28.

(6) M. hic nullam distinctionem agnoscunt. Non dixerim, quam bene maleve. Putem tamen, membranis potius obtemperandum et ex illis discendum esse, in aula CPtana fuisse Dishypatos Spatharios duplicis generis, unos Basilicos seu imperiales, alteros Syncleticos, seu Senatorios, quos in comitatu, dispositione stipendiisque suis haberent Senatores, ad curanda tuendaque diversa secreta, seu tribunalia. E p. 415 certe patet, senatorios et imperiales diversos fuisse. Aut possent dici hi Dishypati Spatharii syncletici tales fuisse, qui quamvis spatharii essent, tamen nihilominus ad τὴν σύγκλητον pertinerent. Nam sensu strictiore ἡ σύγκλητος sunt tantum officiales civilibus rebus expediundis lecti, quos Latini *togatos* vocant; ut patet e Nostri p. 142, ubi patricius syncleticus patricio alicui τῷ ἀὺ σπαθίου, sagato, militari, contradistinguitur. Hypati et Dishypati ea ætate de infimis erant magistratibus. [Ducibus Venetis ornamenta et titulum Hypati dabant Græci imperatores; unde etiam vestitus. Giann. t. II. p. 367.] * Simile huic videri posset, quod Sigebertus Gemblac. refert, *Clodoveum ab Anastasio imperatore codicillos de consulatu et coronam auream cum gemmis et tunicam blatteam accepisse, et ex eo die consulem et Augustum fuisse dictum*. Sed ad hos Hypatos ea non pertinent. Multum defecerant Nostri ætate consules ab antiquo splendore. Conf. quæ dixi in Actis eruditor. anni 1751, in recensione Eduardi Corsini Notarum Græcarum, ubi *Hypati et Spatharii* mentio fit in bulla plumbea. Vid. du Cange Gloss. Latin. v. *Dissipatus* et *Hypatus*. In universum hæc de dignitatibus aulæ Byzantinæ et provincialibus eo tempore magistratibus doctrina perobscura est.

(7) *Exprefecti*. Non hic de illis cogitandum, qui præfectura urbis augustæ functi aliquando essent, sed fuerunt hi exprefecti, qui olim eparchi provinciales fuerant, quales paulo ante cum ἀνθυπάτοις τῶν θεμάτων memorati fuerunt. Unaquæque enim eparchia videtur suum eparchum habuisse. Id clare confirmatur p. 410, ubi στρατηλάται ἐπὶ θεμάτων, *stratelatæ in provinctis constituti* οἱ ἀπὸ ἐπάρχων pro iisdem accipiuntur.

(8) Scipiones eburneos et mappas fuisse veterum Consulum Romanorum gestamen, e diptychis et D aliunde constat. Non servabant eumdem ordinem in gerendo, neque semper scipiones dextra, mappasve sinistra tenebant, sed et illos et has modo dextra, modo sinistra, ut liberet, conspiciuntur gestasse. Conf. Vales. ad Ammian. Marcell. p. 29; Du Cange dissert. de nummis medii ævi, § 11 et 21; Leich. de diptychis c. 2, et Negelin. de diptycho Norimbergensi p. 22. Nolo enim a viris doctis tradita repetere. Sed pro mappa, quam Circensem placet viris doctis appellare, quia ea missa consules equorum carceribus emittendorum signum dabant, conspiciuntur quoque consules interdum in diptychis volumen convolutum gerere. Utrumque retinuerunt quodammodo Græci et sacris Christianis accommodarunt, et nugis præterea suis contaminarunt, ut solent res omnes, quas atrectant, antiquas, vetustorum morum insciti. Tria itaque in hac disputatione mihi exponenda sumo, primum, ut commenta Græcorum de acacia vel anexicacia

cubiculi præfectis stipatus, per magni cubiculi porticum, ubi apparatus XIX accubituum instrui-

A τρικλίνου καὶ τῶν δύο κιόνων, ἔνθα τὸ βῆλον κρέμαται. Ἐξερχομένου δὲ τοῦ βασιλέως ἀπὸ τοῦ βήλου,

COMMMENTARIUS. JOAN. JAC. REISKII.

perstringam; secundum ut utriusque vocabuli, eamdem rem significantis, originem et rationem demonstrem: tertio, ut evincam morem manu gestandi tam mappas, oraria, sudaria, tergendis naribus et ori, quam rotulos, pipas, volumina membranacea temporibus antiquissimis Romanorum in usu fuisse.

Perhibet Codinus Offic. VI, 27, acaciam esse sacculum e panno purpureo confectum, serico subtili mantili involutum, intus refertum terra (ἐντὸς ἔχει χῶμα), ut significet et nomine et terra intus contenta, imperatorem debere humilem et terrenæ suæ originis memorem esse. Consentit Symeo Thessalonic., quorum amborum locos habet Du Cange v. Ἀκακία et diss. antea laudata. Procul. dubio hinc natum est, quod Petrus Damianus B Epist. I, 17, narrat, sed solus, Græcis in more fuisse positum, ut aliquis imperatori recens coronato *una manu vasculum plenum mortuorum ossibus et pulveribus offerat* [paulo post *cineres* dicet], *in alia vero stuppam lini subtiliter pexam ac pilis pensilibus molliter demolitam* [ῥάμμα εἰς ὕψος ἐπηρμένην, ὑποκαπνωμένην,] *cui protinus ignis admbetur, et repente in ictu oculi flamma subito vorante consumitur, ut in altero considerare debeat, quod est, in altero videre valeat, quid habet. In cineribus siquidem se cinerem recognoscit, in stuppa vero colligit, in die judicii quam subito mundus ardebit*, etc. De stuppa combusta silent Græci scriptores. In Romana tamen curia mos erat coram coronato pontifice floccos stuppæ comburendi, clamante præcone: *Sic transit gloria mundi.* De vasculo autem illo ossibus et cineribus pleno quod narrat, videtur male auditum et male relatum esse ex acacia, quam fuisse revera sacculum sericum terra plenum, ab C imperatoribus non postremis tantum Codini æqualibus, sed Constantini Porphyrogenneti jam ætate, patet e Nostri p. 443, ubi dicitur: Imperatores ἐν ταῖς δεξιαῖς χερσὶν αὐτῶν τὸ νικητικὸν τοῦ σταυροῦ τρόπαιον κατέχουσι (successit nempe crux, Christianorum idolum, in vicem scipionum eburneorum veterum consulum), ἐν δὲ ταῖς εὐωνύμοις τὴν ἐξανάστασιν τῆς χοϊκῆς ἡμῶν οὐσίας, *in sinistra vero tenent resurrectionem*, id est symbolum resurrectionis, *terrenæ nostræ partis.* Clarum est, nihil aliud quam acaciam designari.

Sed quare *Acucias* et *Anexicacias* appellarunt hos sacculos? Dicam. Veteres harum nugarum nihil norant, sed chartas, hoc est membranas, τόμους, segmenta membranæ convoluta, rotulos, pipas gestabant. Hoc in universum omnibus in publicum procedentibus, viris feminisque commune erat, ut qui aut quæ manipulum, mappam, sudarium alterutra manu non deferret, ferret membranæ segmentum, sive convolutum, sive ex una tantum extremitate manu retentum, cætera præpendere promissum, sive dimidia ex parte præpendens, ambabus autem extremitatibus comprehensum, ut commentarios rerum in publico aut gestarum a se aut gerendarum. Imperatores autem, nisi mappam gererent, acaciam seu membranæ segmentum, libellum supplicem, gerebant, quem sibi in publicum procedentibus plebeii obtulissent. Quod igitur tales libellos supplices ἀκάκως, *clementer* absque ulla asperitate et morositate, et ἀνεξικάκως, cum tranquilla molestiarum a subditis suis sibi creatarum in legendo et audiendo tolerantia susciperent, aut sane deberent suscipere, prædicabat aut saltem admoneant utrumque nomen ἀκακία et ἀνεξικακία. Ἀκακία enim novis Græcis est *clementia*: vid. Nicetas Choniat. p. 24. Initio quidem nudi rotuli membranacei tradebantur a supplicibus imperatori, deinceps autem ordinatum fuit, ut quidquid ejus generis imperatori traderetur, non nisi sindone serica subtili, μετὰ μανδύλου, involutum traderetur. Manavit ille mos libellos supplices, item litteras quascunque sericis capsulis includendi et has capsulas demum obsignandi a Græcis ad Saracenos et Turcas, ut pluribus ad Abulfedam dicam, et vel e solo Busbekio constat p. 76, ubi ait, se litteras Solimani ad Ferdinandum imperatorem *panno aureo tectas et obsignatas accepisse.* Latinis medii ævi idem in usu erat, ut e Du Cangio v. *Armigeri* constat, ubi imaginem Caroli Calvi a Baluzio p. 1278 Capitul. Franc. editam illustrat, in qua tres monachi sacrum codicem Carolo porrigunt pretioso panno involutum. *Mos quippe is apud monachos observabatur*, verba sunt Du Cangii, *ut codices, quos ad legendum accipiebant, manutergio involverent, ut est in epistola Theodomari ad Carolum M., quæ manutergia camisias librorum vocant statuta antiqua Cartusiensium.* Videntes itaque monachi Græci suos imperatores ex veteri instituto cum tali libello supplici procedentes in admonitionem, se ideo procedere, ut querelas et supplicationes civium accipiant, monachi, inquam, aut ignorantes hujus vetusti moris rationem, aut dissimulantes et ubique mysticam suam theologiam vel analogiam potius ingerere studentes, persuaserunt imperatoribus, ut pro fasciculo libellum supplicem referente bursulam pulvere aut terra plenam sibi fieri et in manus dari curarent, tanquam alias conditionis suæ non memores futuri, aut tali bursula arrepta protinus omnem fastum exuturi. Alii Græci, dubitantes quidnam sibi vellet illa cum rotulis membranaceis processio et pictura, conjiciebant eos rotulos esse volumina Evangeliorum. Sane Rhamnusius, forte auctore Vilharduino, ubique pro acacia codicem Evangeliorum imperatoribus CPtanis in manus tribuit, ut p. 140. Non admodum improbabile aut incongruum hoc ipsis est, et in aliis personis admiserim: acaciarum tamen imperialium originem eam esse, quam dixi, constat ex eo quoque superstite veteris moris documento, quod regibus Angliæ adhuc hodie preces et requisitiones Parliamenti non in litteris more nostro complicitis, sed in tomis chartæ pergamenæ convolutis exhibeantur, (*pipas* appellant,) quarum dorso inscribit rex, aut ejus, jussu inscribitur, si quidem petitis annuit: *Soit fait comme il est désiré*, si autem negat: *Le roi avisera.* In reliquorum autem præter imperatores imaginibus negare nolim volumina membranacea manibus delata codices evangelicos repræsentare. Auctor Vitæ Basilii Macedonis (n. 58 ed. Allat.) narrat, Basilium in æde quadam sacra a se condita liberos suos curasse pingi cum voluminibus in D manu, quæ divina præcepta continerent. Ὧν οἱ μὲν ἄῤῥενες, ait, τόμους ἐπιφερόμενοι δείκνυνται τὰς θείας ἐντολὰς, αἷς στοιχεῖν ἐπαιδεύοντο, περιέχοντας· τὸ δὲ θῆλυ γένος καὶ αὐτὸ βίβλους κατέχον ὁρᾶται νόμων θείων ἐχούσας περιοχήν. Ipse Basilius in nummo apud Du Cangium Famil. Byz. p. 138, primo sinistra globum vel pomum imperii cum cruce, dextra conspicitur non tomum seu rotulum, sed codicem quadratum, reliquatum, Evangeliorum gestare. Paulus Silentiarius parte II, v. 361, de quadam imagine Christi in S. Sophia:

Ἔοικε δὲ δάκτυλα τείνειν
δεξιτερῆς. ἅτε μῦθον ἀειζώοντα πιφαύσκων,
λαιῇ βίβλον ἔχων ζαθέων ἐπίστορα μύθων

Joannes Moschus Limon. c. 87: Ἐκράτει δὲ καὶ μεγαλεῖον ἔχον ἀργυροῦν σταυρόν. Unde patet, talia volumina habuisse interdum pro umbonibus cruces sibi affixas. Est autem μεγαλεῖον, *volumen*, non

ἵσταται ἐξ ἀριστερᾶς ὁ δρουγγάριος τῆς βίγλας καὶ πρωτοσπαθάριοι βαρβάτοι (9), καὶ δηριγευόμενος ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου, διέρχεται διὰ τοῦ πόρτηκος τοῦ μεγάλου τρικλίνου, ἔνθα ἡ ἔκθεσις (10) τῶν ιθ' ἀκουβίτων τίθεται, καὶ ἀπελθὼν ἵσταται ἐν μέσῳ τῶν δύο κιόνων. Καὶ δέχονται αὐτὸν ἐκεῖσε εἰς τὸν ὀνόποδα πατρίκιοί τε καὶ στρατηγοὶ, καὶ προσκυνήσαντες τὸν βασιλέα μὴ πεσόντες κάτω νεύει ὁ πραιπόσιτος τῷ τῆς καταστάσεως, κἀκεῖνος λέγει· « Κελεύσατε· » αὐτοὶ δὲ τὸ, « Εἰς πολλοὺς χρόνους καὶ ἀγαθούς. » Ἐν δὲ ταύτῃ τῇ δοχῇ ἵστανται σπαθαροκανδιδάτοι καὶ οἱ σπαθάριοι ἔνθεν

A tur, transit, et in medio duarum columnarum stat. In onopodio patricii et strategi imperatorem suscipiunt, eoque adorato, non prono tamen in terram corpore, præpositus cerimoniario signum dat, qui dicit: « Jubete; » hi vero: « In multa et felicia tempora. » In hac imperatoris solemni receptione hic et illic spatharocandidati et spatharii stant, qui per scalas consistorii, illi quidem per sinistram, hi per dextram portam, descendunt. Patricii et strategi per mediam portam veniunt, et rursus qui ad dextram astant per gradus sinistræ portæ descendunt. Imperator a cubiculariis

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

Græcæ, sed Hebraicæ aut Arabicæ originis מגלה *megillah* vox apud Judæos nofissima, unde ad Christianos transiit.

Qua vero tandem manu tenebant et gerebant imperatores acaciam? Modo dextra, modo sinistra. Nullus enim certus in ea re modus servabatur, sed usus erat arbitrio. Apud Nostrum p. 16 dicitur imperator dextra manu acaciam, sinistra crucem ferre, et p. 38 gerit imp. anexcicaciam dextra, scipionem humero sinistro incubentem. Contra vero p. 443 loco paulo ante citato inverso modo dextra crucem, sinistra acaciam gerit. Sic quoque Constantinus M. in Menologio Basiliano t. II, p. 112, pingitur sinistra manu tomum convolutum gerens. Leo M. autem primus, si recte observavi, in nummis eorum, qui acaciam aut tale quid gerunt, in nummo quarto apud Du Cangium Famil. Byz. p. 77, tam ab antica quam a postica volumen dextra, crucem sinistra gerit. Pari modo Phocas in nummo apud Du Cangium p. 109, Leo Isaurus p. 123, Isaacius Angelus p. 201. Consul in diptycho regio apud Du Cangium diss. de nummis tab. I scipionem eburneum, præcursorem crucis. dextra, mappam, cujus succedanum acacia fuit, sinistra tenet. Et sic quoque dextra crucem, sinistra volumen tenet Constantinus Ducas in nummo apud Du Cangium Fam. p. 159, Manuel Comnenus p. 168, Isaacius Angelus p. 201. Theodorus Lascaris p. 218, Michael Palæologus p. 233, Manuel Palæologus p. 242.

Sed ne nimis diu minutiis inhæreamus, demonstrandum nunc superest, veteres quoque Romanos in publicum procedentes alterutra manu aliquid, aut manipulum, aut volumen membranaceum deferre consuevisse. Nil profecto frequentius conspicitur in vetustis marmoribus, quam sinistra manu manipulum tenentes, qui mappæ interdum similis est, interdum clare membranam convolutam exhibet. Aspice mihi philosophum apud Montfaucon. t. III Antiqu. Explicat., t. I, fig. 2, item tabulas V, VI. Lucian. II, 467, 92. In arcu Constantini M. et Theodosii uterque imperator tenet rotulum. Sculptor illius laminæ æneæ quæ portam basilicæ S. Pauli extra Urbem in via Ostiensi tegit, quam Ciampinus t. I Monum. Veter. exhibet, opus sæculi XI, ex imitatione veteris moris, an sui quoque adhuc rotulum talem sancto, non memini cui, in manus dederit, non patet. Imago diptychi Bosiani apud Montfaucon. l. l. tab. XXVI, conspiciendum præbet in tablio pallii, quod regina gerit regem, Franciæ, ut puto, gerentem in dextra manipulum vel mappam, in sinistra scipionem eburneum, qui ad formam crucis accedit, et in summo fasciculum florum cum superimposito pomo præfert. Ciampinus in modo laudatis monumentis tot exhibet imagines cum chartis membranaceis aut in rotulum convolutis, aut ad instar mappæ corrugatis, aut explicitis dependentibus, aut denique ambabus tantum extremis oris complicitis et manu compressis, reliquo toto sinu dependente, ut pæne pigeat illas tabulas indicare; vid. tomi I, tab. B 15, 27, 32, 36, 76; t. II, tab. 43, 47, 50, 52, 53, 54. Conf. Murat Inscript. p. 1461. Commune olim utrique sexui gestamen erat talis rotulus, successu temporis autem partim manserunt viris rotuli, per aliquantum temporis, partim in chirothecarum, partim denique in baculorum imperatoriorum (*Commando-Stæbe*) gestationem abierunt. Feminæ autem pro rotulis sumpserunt in manus ventilabra, ῥιπίδια, quod nequo antiquis temporibus extra usum erat. Certe S. Pudentiana apud Ciampinum t. II, tab. 49, tenet aliquid in manu, quod flabello simile est. Manipulum an chirothecam appellem id, quod Longobardi quidam in tabula Modoetianæ coronationis regis Longobardi apud Horatium Blancum ad Paulum Diaconum gerunt, ambigo. Pro rotulis gerebant imperatores CPtani extremi, ruente illo imperio, νάρθηκας ferulas. Codin. XVII, 34. Hunc nati baculi summorum militarium ducum, qui a commendando seu imperato *Commandostäbe* appellantur. C

(9) *Barbati*, il est *non castrati*. Nam et eunuchorum bene multi erant protospatharii.

(10) Quid significet hic loci ἔκθεσι, non bene novi. Probabiliter tamen reddidit cl. Leichius *apparatus*. Videtur nempe apparatus ferculorum, supellectilis aureæ et argenteæ, vinorum, etc., quæ convivis apponi debebant, publico aspectui expositus designari. Occurrit hæc vox significatu subobscuriore, sed simili, apud Scriptor. post Theophan. p. 107, antep. ἔργα σῆς βασιλικῆς ἐκθέσεως, ubi vertitur *regiæ magnificentiæ supellex*. forte *supellex ostentationis* aspectui exponi solita. Illa certe notione vocabulum hoc veteribus frequentabatur, et sæpissime Athenæus ἔκθεσιν appelleat eam mensulam παρατραπέζιον, *credentiam* posteroribus dictam, in qua calyces, disci, lances, et reliqua triclinaris supellex conspectui exponebatur convivarum. Apte ille p. 142: Ποτηρίων πολλῶν ἐκθέσεις et βρωμάτων παντοδαπῶν παραθέσεις jungit. Idem p. 197, κλίνην *mensam*, nominat πρὸς τὴν τῶν κυλίκων καὶ ποτηρίων τῶν τε λοιπῶν τῶν πρὸς τὴν χρῆσιν ἀνηκόντων κατασκευασμάτων ἔκθεσιν, et p. 212, *domum* κεκοσμημένη στρωμναῖς τε καὶ γραφαῖς καὶ ἀνδριᾶσι καὶ ἀργυρωμάτων ἐκθέσει, *ornatum stragula veste, et picturis et signis et argentea supellectile ostensionali spectatum exposita*. Hinc intelliges, quam eleganter Græci ἐκτίθεσθαι dicant pro declarare animi sui sensa, et Latini pariter *exponere*, velut supellectilem pompaticam in clara luce et conspectu ponere. Idem Athenæus p. 211, *dictionem alicujus*, ait εἰ καὶ μακροτέρα ἐστὶν ἐκθήσομαι, *etiamsi longior sit, tamen*, velut signum, *in medio exponam*, contemplatum et judicatum, Vid. ad p. 420, dicenda. De alia significatione vocis ἔκθεσις, qua significat *tabulas census publice propositas*, et quæ ex eodem fonte manavit, dicam ad Taxidium.

stipatus, per pulpitum descendit, et sub camelaucio in lapide rubro stat, eumque patricii et strategi cum senatu ibi excipiunt. Postquam imperatorem, haud proni tamen in terram, adorarunt, præpositus a mandato signum silentiario dat, qui dicit; « Jubete ».

κἀκεῖσε, καὶ οἱ μὲν σπαθαροκανδιδᾶτοι καὶ οἱ σπαθάριοι κατέρχονται τὰ γραδήλια τοῦ κονσιστωρίου, οἱ μὲν ἐκ δεξιῶν, οἱ δὲ ἐξ εὐωνύμων τῶν πυλῶν. Οἱ δὲ πατρίκιοι καὶ οἱ στρατηγοὶ διέρχονται τὴν μέσην πύλην καὶ εὐθέως οἱ μὲν ἀπὸ δεξιᾶς πατρίκιοι καὶ στρατηγοὶ κατέρχονται τὰ γραδήλια (11) τῆς ἀριστερᾶς πύλης· Ὁ δὲ βασιλεὺς δηριγευόμενος ὑπὸ τοῦ κουβουκλείου, κατέρχεται τὸ πούλπιτον, καὶ [38] ἵσταται ὑπὸ τὸ καμελαύκιον ἐν τῷ πορφυρῷ λίθῳ, καὶ δέχονται αὐτὸν ἐκεῖσε πατρίκιοι καὶ στρατηγοὶ μετὰ τῆς συγκλήτου (12). Καὶ προσκυνησάντων τὸν βασιλέα μὴ πεσόντων [39] κάτω, νεύει ὁ πραιπόσιτος ἀπὸ κελεύσεως τῷ σιλεντιαρίῳ, κἀκεῖνος λέγει· « Κελεύσατε. »

V. Inde ad his omnibus stipatus imperator, per excubias scholasque transiens, perque magnam portam, medium Milii et Augustale progressus, portam horologii magni templi ingreditur. Notandum vero est, ritus omnes eo modo, quem supra in universali processione natalis Domini **39** exposuimus, in hac processione imperatoris observari. Ingressum per dictam horologii portam factio Veneta excipit; tribunus autem ejus libellum non tradit; sed tantum acclamat, nec quicquam præterea facit. Deinde imperator velum pone narthecis portam in metatorio suspensum ingreditur, et postquam præposi-

Ε'. Καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε δηριγευόμενος ὁ βασιλεὺς ὑπ' αὐτῶν πάντων, διέρχεται διὰ τῶν ἐκσκουβίτων καὶ τῶν σχολῶν, καὶ ἐξέρχεται τὴν μεγάλην πύλην, καὶ διερχόμενος διὰ μέσου τοῦ μιλίου καὶ τοῦ αὐγουστέως, εἰσέρχεται ἐν τῇ πύλῃ τοῦ ὡρολογίου τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας. Ἱστέον δὲ, ὅτι ἐν τῇ διόδῳ τοῦ βασιλέως τελοῦνται ἅπαντα τὰ αἴσια (13) ἀκολούθως, ὃν τρόπον ἀνωτέρω ἐν τῇ καθόλου προελεύσει (14) τῆς Χριστου γεννήσεως ἐξεθέμεθα. Καὶ εἰσελθόντος τοῦ βασιλέως ἐν τῇ προειρημένῃ πύλῃ τοῦ ὡρολογίου, δέχονται αὐτὸν οἱ τοῦ μέρους τῶν Βενέτων ἐκεῖσε, οὐκ ἐπιδίδωσι δὲ ἐκεῖσε ὁ δήμαρχος λιβελλάριον, εἰ

VARIÆ LECTIONES

[38] ἵστανται cod. [39] πεσόντων R· ex compendio cod. πεσον superscripto τ, πεσόντες ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(11) **Exciderunt post hæc verba quædam procul omni dubio, quamvis codex manuscriptus plura, quam editus, non habeat. Exciderunt autem hæc** τῆς δεξιᾶς πύλης οἱ δὲ ἐξ εὐωνύμων κατέρχονται τὰ γραδήλια. Facile potuit librarius unam lineam prætervidere, eadem voce bis recurrente, ut sæpe factum est. Conf. p. 44, ubi locus integer exstat.

(12) **Mireris hic loci et p. 152, et alibi Patricios et Strategos a Senatu distingui, cum tamen illi hujus quoque pars fuerint. Sed solet vox *senatus* modo ampliore, modo strictiore significatu adhiberi. Quando ampliore, omnes dignitates, summas, imas, civiles, militares amplectitur; strictiore autem opponitur Senatus militaribus officiis illustribus, et significat senatores procurationi rerum civilium deditos, et in tribunalia varia distributos, qui non simul essent, neque patricii, ut luculenter locus Nostri p. 144, demonstrat, neque basilici, seu privatæ imperatoris familiæ ascripti, ut e p. 413, init. liquet; verbo qui alias οἱ σακρετικοί, seu tribunales, curiales dicuntur (v. p. 430), quod alii alia tribunalia, vel curias, judicia, procurationes nacti sint, in quibus se exerceant, et reipublicæ fiant utiles, hi rationes publicas, alii privatas, alii militares, alii politiam, alii rem navalem, et sic porro. P. 410. distinguuntur οἱ συγκλητικοὶ a τοῖς προελευσιμαίοις, id est rebus administrandis adhibiti a pompaticis, quorum tantum erat quotidie in curiam procedere et numerum comitatus augere, quales erant patricii meri, seu titulares. Alias generali sensu Patricii quoque sunt syncletici, seu senatorii, ut patet e Nostri p. 142, ubi patricii syncletici contradistinguuntur τοῖς ἀπὸ σπαθίου seu spathariis, et in universum militaribus. Erant enim patricii quidam mere titulares, et ad neutram classem pertinentes, neque ad τὴν σύγκλητον stricte sic dictam, neque ad Strategos, aut spatharios, similesve gradus militares. Et hi erant patricii ἄπρακτοι, absque actione vel functione, mere titulares. Alii patricii erant syncletici, seu togati, muneribus togæ fungentes, artibus pacis regendis deputati; alii denique erant patricii militares. E multis Nostri locis** hoc intelligitur. Ita quoque Malalas patricium syncleticum appellat Arintheum t. II, p. 26: Ἀφορίσας συγκλητικὸν αὐτοῦ, τὸν πατρίκιον Ἀρίνθεον, δέδωκεν αὐτῷ τὸ πᾶν. Interdum usurpatur vox syncleticorum sensu strictissimo, et exclusis non solum Patriciis et Strategis, sed etiam ipsis Hypaticis, seu viris a gradu Hypatorum inde inferioribus, significat solos tales, quales e. c. sunt Logothetæ, Chartularii, Notarii, præfecti Urbis, Canicleus et alii similes qui non sint simul Patricii. Vid. p. 169. [Honorius Constantinum facit συγκλητικόν quod redditur *Senatorem*. Theoph. p. 66.] Guther. p. 135, vertit vocem συγκλητικοί, *sacri palatii proceres*, et reprehendit Basilicorum interpretem, qui *Senatores* dederat. Insurrimus itaque eamdem, in notam, qui sæpius idem fecimus. Sed forte immerito vapulamus, et nil nocet ita vertere, dummodo teneatur, Senatum idem nobis esse atque comitatum, neque nos eamdem ideam vocabulo senatus tribuere, quam habebat sub republica Romana adhuc libera aut primis tribus Cæsarum sæculis Maluit Anastasius vocem ipsam Græcam retinere, quamvis librarii eam obscuraverint, *inclytos* pro *synclitis* scribentes in Agathone: *Post hæc Patricii, Ypati, omnes synclitii introierunt*, et in Constantino: *Cum patriciis et omnibus synclitis*. Quæ Allesserra p. 73, affert vulgatæ tuendæ lectioni, non sufficiunt.

(13) ***Omnes ritus læti simul et solemnes, omnia læta, splendida et solemnia.*** Græci novi vocem αἴσιος eo significatu adhibent, ut αἴσιοι ἡμέραι apud Theophan. p. 209. pro *dies solemnes*. Conf. Nostri p. 165, 184., ubi ποιεῖν τὸ αἴσιον est *votum illud dicere*: αἴσιος γενέσθω αὐτῇ ἡ ἡμέρα, *felix et fausta sit hæc dies*, pro quo σωλέννια quoque dixerunt. Vid. Du Cange h. v.

(14) **Illa itaque de processione in festo natali Christi fuit tanquam generale aliquod schema vel simulacrum processionum omnium, quas deinceps per singulos festos dies majores minoresque persequitur, in quarum enarratione multa præsupponit, ut ex illa generali jam nota et inde repetenda.**

μὴ μόνον (15) ἀκτολογεῖ, μὴ πράττων [40] ἕτερόν τι. Καὶ εἶθ' οὕτως εἰσέρχεται ὁ βασιλεὺς ἔνδον τοῦ βήλου τοῦ κρεμαμένου ὄπισθεν τῆς πύλης τοῦ νάρθηκος ἐν τῷ μητατωρίῳ, καὶ λαβὼν ὁ πραιπόσιτος τὸ στέμμα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, εἰσέρχονται ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ ἅπαντᾷ αὐτὸν ὁ πατριάρχης, ὁ δὲ βασιλεὺς ἀσπάζεται τό τε Εὐαγγέλιον καὶ τὸν σταυρόν. Καὶ εἶθ' οὕτως προσκυνήσαντες ἀλλήλους ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ ἀσπασάμενοι ἀπέρχονται μέχρι τῶν βασιλικῶν πυλῶν. Καὶ ὁ μὲν πατριάρχης ἄρχεται τελεῖν τὴν εὐχὴν τῆς εἰσόδου τῆς θείας λειτουργίας, Ὁ δὲ βασιλεὺς παρὰ τοῦ πραιποσίτου λαβὼν κηρία, εὔχεται. Καὶ ἀποδόντων ἀμφοτέρως τὰς εὐχὰς αὐτῶν τῷ Κυρίῳ, ἐπιδίδωσιν ὁ βασιλεὺς τοὺς κηροὺς τῷ πραιποσίτῳ, καὶ αὐτὸς τῷ τῆς κατασπάσεως. Ὁ δὲ βασιλεὺς προσκυνεῖ τὸν τίμιον σταυρὸν καὶ τὸ ἅχραντον Εὐαγγέλιον καὶ διέρχεται μετὰ τοῦ πατριάρχου μέσον τοῦ ναοῦ, καὶ διὰ τῆς πλαγίας τοῦ ἀμβωνος (16) εἰσέργονται ἐν τῇ σωλέᾳ, καὶ πλησιάσαντες ταῖς ἁγίαις θύραις, ὁ μὲν πατριάρχης εἰσέρχεται εἰς τὸ θυσιαστήριον, ὁ δὲ βασιλεὺς ἅψας κηροὺς καὶ εὐξάμενος ἐπιδίδωσι τοὺς κηροὺς τῷ πραιποσίτῳ, καὶ εἰσέρχεται εἰς τὸ θυσιαστήριον (17)· μέλλοντος δὲ εἰσιέναι [41]. ἵστανται μητροπολῖται κατέγοντες τὰ ἅγια μικρὸν, φιλεῖ ὁ βασιλεὺς τοὺς ἐπ' αὐταῖς πεπαρμένους σταυροὺς, καὶ εἰσέρχεται εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ εὐξάμενος ἔμπροσθεν τῆς ἁγίας τραπέζης ἐφαπλοῖ ἐν αὐτῇ εἰλητὰ (18) δύο, καὶ ἐπιτίθησι τὰ προσενεχθέντα, δίσκους δύο καὶ ποτήρια δύο (19), εἶτα ἀσπάζεται τὰ ἅγια σπάργανα, καὶ εἶθ' οὕτως λαβὼν ἀποκόμβιον παρὰ τοῦ πραιποσίτου, τίθησι καὶ αὐτὸ ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ.

A tus a capite ejus coronam dempsit, narthecem intrant ipsique patriarcha occurrit, imperator vero Evangelium crucemque osculatur. Postquam imperator et patriarcha se invicem venerati osculatique sunt, ad portas imperatorias abeunt, ubi patriarcha preces introitus divini officii agit, imperator vero cereos, quos a patriarcha accepit, tenens, precatur. Quo facto, cereos præposito, hic cerimoniario tradit, imperator autem venerandam crucem sacrumque Evangelium adorat, mediumque templum cum patriarcha transit, perque obliquitatem ambonis soleam intrat. Sacris januis appropinquantes, patriarcha sacrarium ingreditur, imperator cum cereis accensis precatus, eos præposito tradit, et ipse sacrarium intrat. Dum vero B ingressurus est, metropolitani sacras januas occupant easque versus imperatorem paululum inclinant; is cruces eis affixas osculatur; mox sacrarium intrat, et ad sanctum altare precatus, duo corporalia ei insternit, allatosque discos duos totidemque calices imponit, sacras fascias osculatur sumptumque a præposito apocombium sacræ tabulæ imponit.

VARIÆ LECTIONES.

[40] πράττοντες cod. [41] ἐξιέναι ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(15) *Sed tantum.* Est novæ Græciæ usitatum. Vid. C Theophan. p. 135, 153. Dicunt quoque εἰ μὴ pro *sed*. Theophan. p. 348. Habet ipse jam Aristophanes Avibus v. 1690, ubi leg. εἰ μὴ βαβάζει γ' aut εἰ μὴ βαβακίζει γ'. *sed tantum nugatur et inarticula loquitur ut hirundines.* Palladas in Anthologia l. VII, p. 466: Εἰ μὴ τὰς πόρνας παραπέμπεται, *verum* (vel *atqui*) *meretrices præterit.* Imitati fuerunt Latini novi, *nisi tantum* pro *sed tantum* dicentes Joannes diaconus in Chronico Neapolitano apud Murator, t. I, Scr. Rer. Ital. p. 294: *Hic constituit, ut sacrificium altaris non in serico, nec in panno tincto, nisi tantum in linteo terra procreato celebraretur.* Etiam *nisi* solum pro *sed* usurpabant. Vid. Du Cange v. *Nisi*, et *nisi quod etiam* pro *sed etiam* habet Capitolinus in Vita M. Antonini philosophi, p. 359.

(16) *Præter latus ambonis præterit.* Ita stabat ambo in medio Nao, ut de quatuor lateribus suis unum, e quo ascendebatur per gradus, respiceret D bema alterum, e quo descendebatur item per gradus, portam regiam, et narthecem, tertium et quartum, ambo cæca seu clausa, septentrionem et austrum respicerent. Præter unum ergo tale latus dextrum sinistrumve præteribat imperator e Nao ad soleam tendens, quæ media inter bema et ambonem erat. Vox πλαγία pro *latus* novæ Græciæ frequens est. Vid. Du Cange Gloss. Gr. v. πλαγί, ubi reddit *latus* πλευρά. Et sic quoque accepit Nostri cl. interpres p. 46, 61.

(17) *Sacrificatorium, Bema*, locus, in quo Deo victima incruenta offertur vel sacrificatur. Anastasius p. 177, *altarium* vertit. Θύειν pro communionem celebrare, et pro offerre Deo, usurpant Græci novi. Inde θύτης est hieromonachus, cui licet missam facere. Vid. Fabric. Bibl. Gr. t. VI, p. 479, nota. Θύειν τὰ ἐξιτήρια, *communicare, antequam ex urbe in bellum eatur*, quod facere solebant imperatores, est apud Cedren. p. 671. Idem p. 675: Θύειν τὰ ἐπινίκια habet *Deo de præda partem offerre et consecrare.* [De sacrificio, quo vocabulo Missam veteres significabant, vid. Goldast. ad Eginhard. p. 203.]

(18) *Corporalia*, seu mappæ, sudaria, manuciola, lintea; et quidem in specie illæ mappæ sic dicuntur, quibus panis benedictus et vinum benedictum immediate imponitur, et quibus discus atque calix sacer *involvuntur*. Unde ratio appellationis intelligitur. Habertus Pontif. p. 103, sic describit: *Est velum quoddam quadratum lineum, quod convolvitur et evolvitur. Explicatur quidem post lectum Evangelium, complicatur post synaxim. Super illud sacrum mysterium conficitur ad corporalis nostri instar — et quoad formam et quoad materiam. Præterea Græci suo* εἰλητῷ *seu corporali inserunt reliquias sanctorum; nec non in quibusdam ecclesiis nomen episcopi inscribitur.*

(19) Duo nempe disci, seu lances profundiores, quibus imponebantur benedictus panis, et duo calices, continentes vinum consecrationi destinatum, semper inter celebrationem officii stabant in altari, v. pag. 78. Et solemne donum annuum ab imperatoribus S. Sophiæ faciendum erant δισκοποτήρια καὶ ἐνδυταί, *dissi cum calicibus et vestrata*; Vid. Script post Theophan. p. 266, et Cedren., p. 790. Justinianus cupam ingentem offerens conspicitur in opere musivo ecclesiæ Ravennatis S. Vitalis, in ære apud Alemann. ad Procop. Anecdot. et Du Cangium in Famil. Byzant., de qua imagine conf. Murat. Scr. Rer. Ital. t. II, p. 97. Conf. quæ dicam

VI. Imperator et patriarcha flexo genu se invicem salutant, et egressus e sacrario imperator, ad metatorium abit, ubi cereos accendit precatusque lorum mutat, et finito divino officio, dum Sacra processura sunt, tunicam induit, et a consueto ministerio stipatus, eo, ubi cereus seu lampas, quam portaturus est, stat, procedit, perque medios patricios ab utroque latere adstantes transit. Postquam vero cereum a præposito accepit, Sacra comitaturus procedit, soleam intrat et prope sacras januas constitutus, 40 cereum præposito reddit, qui ipsum supra soleam prope sacras januas in dextro latere imponit, imperator autem ad cereum, usque dum Sacra processerunt, subsistit. Quo facto ipse et patriarcha se invicem flexo genu venerantur, mox imperator cum solemni comitatu extra sacrarium ad metatorium abit. Sacra autem communione appropinquante, id cerimoniarius præposito imperatori indicat, qui a dictis ministris, scilicet a præfectis cubiculi, patriciis, strategis et senatoribus stipatus, egreditur, et in dextra parte sacrarii, cancellis in antimensio lateris obliqui accumbit sacramque agapen patriarchæ, metropolitis, episcopis, præfectis ecclesiæ cæterisque pro more distribuit. Deinde postquam ipse et patriarcha se invicem flexo genu salutarunt, imperator ad locum, ubi agapen in omnibus processionibus distribuere solet, abit. Tunc in uno velo magistri, patricii, strategi, cum domesticis, iisque, qui supremis officiis admoti sunt, demarchi et cerimoniarius, intrant. Omnes autem ad osculandum imperatorem ingressi, non in terram procumbunt ob resurrectionis memoriam, sed singuli abeuntes imperatori osculum pacis dant. Posthac omnes in locis suis adstant, imperator et patriarcha mutua sibi oscula

A ς'. Καὶ προσκυνήσαντες ἀλλήλους δ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, ἐξέρχεται ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἀπέρχεται εἰς τό μητατώριον, καὶ ἅπτων ἐκεῖσε κηροὺς καὶ εὐξάμενος, ὑπαλλάσσει (20) τὸν λῶρον καῖ τῆς θείας λειτουργίας τελεσθείσης (21) ἡνίκα μέλλουσι διέρχεσθαι (22) τὰ Ἅγια, περιβάλλεται ὁ βασιλεὺς χλανίδα, καὶ δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν ἐξ ἔθους, ἀπέρχεται ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ ἵσταταί τὸ κηρίον, ἤγουν ἡ λαμπὰς (23), ἥνπερ μέλλει βαστάσαι, καὶ στάντων πάντων τῶν πατρικίων ἔνθεν κἀκεῖσε, διέρχεται ὁ βασιλεὺς μέσον αὐτῶν. Ὁ δὲ πραιπόσιτος λαβὼν τὸ κηριον, ἐπιδίδωσιν αὐτὸ τῷ βασιλεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς διέρχεται ὀψικεὺων (24) τὰ Ἅγια, καὶ εἰσελθὼν ἔνδοντῆς σωλέας, καὶ πλησίον τῶν ἁγίων θυρῶν γενόμενος, ἐπιδίδωσι τὸ κηρίον τῷ πραιποσίτῳ, κἀκεῖνος ἐπιτίθησιν αὐτὸ ἐπάνω τῆς σωλέας πλη- B σίον τῶν ἁγίων θύρῶν, ἐν τῷ δεξιῷ μέρει, ὁ δὲ βασιλεὺς ἵσταται πλησίον τοῦ αὐτοῦ κηρίου, τῶς ἂν διέλθωσι τὰ Ἅγια. Καὶ ἡνίκα διέλθωσι τὰ Ἅγια, προσκυνοῦσιν ἀμφότεροι ἀλλήλους ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ ἀπέρχεται ὁ βασιλεὺς δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν κατὰ συνήθειαν διὰ τῶν ἔξω τοῦ θυσιαστηρίου ἐν τῷ μητατωρίῳ. Καὶ τοῦ καιροῦ τῆς θείας ἀγάπης ἐγγίσαντος, δηλοῖ ὁ τῆς καταστάσεως τῷ πραιποσίτῳ, κἀκεῖνος τῷ βασιλεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς ἐξέρχεται, καὶ δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν προειρημένων τουτέστι τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου, πατρικίων τε καὶ στρατηγῶν, μετὰ καὶ τῆς συγκλήτου ἀπέρχεται, καὶ ἵσταται ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τοῦ θυσιαστηρίου ἐπακουμβίζων (25) τῷ καγκέλλῳ ἐν τῷ ἀντιμισίῳ C τῆς πλαγίας, καὶ ἐκεῖσε δίδωσιν ὁ βασιλεὺς ἀγάπην τῷ τε πατριάρχῃ μητροπολίταις τε καὶ ἐπισκόποις. ἄρχουσί τε τῆς ἐκκλησίας, καὶ πᾶσι τοῖς ἐξ ἔθους, καὶ εἶθ' οὕτως προσκυνήσαντες ἀλλήλους δ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, κατέρχεται δ βασιλεὺς καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[49] ὁ βασιλεὺς ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

add. II, c. 31. Talibus diseis plerumque imagines Christi cum suis discipulis Pascha celebrantis insculptæ erant. Joannes Damascenus in Synodica ad Theophilum imper.: Ἴδὲ τὰ ἱερὰ αὐτοῦ ἀναθήματα, τὰς ἱερὰς ἐνδυτὰς, τὰ ἱερὰ σκεύη. Ψηλάφησον καὶ ἰδὲ τὸν μέγιστον αὐτοῦ δίσκον, εἰς ὅνπερ ἐγκαυστικοῖς καλλιεργήμασι ὁ μαστικὸς τοῦ Χριστοῦ δεῖπνος μετὰ τῶν δώδεκα ἀποστόλων ἐγκεκόλαπτο.

(20) Frequens verbum hoc Nostro est pro ἀπαλλάσσει, *deponit exuit*. Utroque utitur.

(21) Debet vocabulum liturgiæ hi loci strictius accipi pro illis omnibus, quæ confectionem sacramenti et introitum majorem antecedunt. Alias λειτουργία in specie de confectione sacramenti usurpatur, quod si velis etiam hic obtinere, accipiendum erit τελεσθείσης pro *adhuc conficienda*, nondum confecta : quod dubito num procedat.

(22) E tribuna nempe per navim transire et pone ambonem redire illinc, unde venerant.

(23) Ergo idem est *cereus* et *lampas*, saltem apud Græcos novos. Conf. pag 79, et Du Cange Gloss. Græc. v. Κηρός, ubi e Moschopuli Lexico Philostrati citat hæc : Κηρὸς ὁ κεχωρισμένος τοῦ μέλιτος. Λαμπὰς, ἡ ἐκ τούτου κατεσκευασμένη πρὸς τὸ φαίνειν. Goar. ad Codin. 104, nullum aliud discrimen inter λαμπάδα et κηρόν agnoscit, quam inter communem et inter majorem arteque exquisitiore compD tum cereum, quorum hic imperatori, illæ turbæ aulicorum distribuantur. At Latini aliter. Treb. Pollio Aug. I. II, pag. 203, *cereos et lampades in processionibus* ut diversa memorat. Et sic quoque Acta S. Silvestri apud Du Cange l. c. μετὰ κηρῶν καὶ λαμπάδων τῇδε κἀκεῖσε ἀναπτομένων. Attamen Antipater Thessalonicensis, qui Tiberio Cæsare floruit, λαμπάς et κηρίον et λύχνος pro eodem habet Anthelog. H. Steph. pag. 426. sic dicens : Λαμπάδα κηροχίτωνα, κρόνου τυφήρεα λύχνον. Et Codino ipsi λαμπὰς modo est lampas cum oleo et ellychnio, modo cereus. Vid. de Offic. pag. 96, collat. p. 85. Et versa vice Juvenalis *candelam* pro lampade dixit, in illo Satyr. VI, *digito candelam temperat*, προβύει τὸ ἐλλύχνιον.

(24) *Obsequens*, quod videretur præcedentia sacra pone sequentem notare. Et sane verbum *obsequi* proprie id notat. Vid. Vales. ad Amm. Marcell. p. 96, sed hic loci significat *pone sequentia sacra ipse præambulans*. Sic usurpant novi Græci verbum ὀψικεύειν, *obsequiare*, et ὀψίκιον, *obsequium*, σημαίνει τῇ Ἑλλήνων φωνῇ τοὺς προπορευομένους ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως ἐπὶ εὐταζίᾳ καὶ τιμῇ, ut ait Constantin. de Themat. pag. 9. Vid. Du Cange Gloss. Græc. h. v. et Lat. v. *obsequiare*.

(25) *Brachiis nixus*, vel *incumbens, super cancellis, qui sunt apud antimensium laterale*. Credo itaque

ἵσταται, ἔνθα εἴθισται αὐτὸν διδόναι τὴν ἀγάπην καθ' ἑκάστην προέλευσιν. Καὶ εἰσέρχονται ἐν ἑνὶ βήλῳ μάγιστροί τε καὶ πατρίκιοι καὶ στρατηγοί, μετὰ καὶ δομεστίκων, καὶ οἱ τὰ πρῶτα ὀφφίκια κατέχοντες δήμαρχοί τε καὶ ὁ τῆς καταστάσεως, ἅπαντες δὲ οἱ προειρημένοι εἰσερχόμενοι πρὸς τὸ ἀσπάσασθαι τὸν βασιλέα προσκυνοῦσι, μὴ πίπτοντες διὰ τὴν ἀνάστασιν (26), ἀλλ' ἀπερχόμενος ἕκαστος κατὰ τάξιν, δίδωσι τὴν ἀγάπην τῷ βασιλεῖ. Καὶ εἰθ' οὕτως ἅπαντες ἵστανται ἐν ταῖς τάξεσιν αὐτῶν, καὶ προσκυνοῦσιν ἀμφότεροι ἀλλήλους ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ ἀπέρχεται ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ μητατωρίῳ. Καὶ τῆς θείας κοινωνίας ἐγγιζούσης, εἰσέρχεται ὁ τῆς καταστάσεως καὶ δηλοῖ τῷ πραιποσίτῳ, κἀκεῖνος τῷ βασιλεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς ἐξέρχεται καὶ δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν προειρημένων πάντων, ἀπέρχεται καὶ ἵσταται ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου ἐν τῷ βασιλικῷ ἀντιμισίῳ, καὶ εὐξάμενος ἐκεῖσε ἀνέρχεται, καὶ κοινωνεῖ ἐκ τῶν τοῦ πατριάρχου χειρῶν ὃν τρόπον ἐν τῇ προλαβούσῃ ἑορτῇ τῆς Χριστοῦ Γεννήσεως εἴρηται, καὶ μετὰ τὸ κοινωνῆσαι τὸν βασιλεά προσκυνοῦσιν ἀμφότεροι ἀλλήλους ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ ἀπέρχεται ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ μητατωρίῳ, καὶ ἐξελθὼν ἐν τῷ τρικλίνῳ, κραματίζει μετὰ φίλων, ὧν ἂν κελεύει.

A dant; mox ille in metatorium abit. Appropinquante sacra communione, ceremoniarius præposito id nuntiaturus intrat, is imperatorem monet, qui a prædictis stipatus abit, et ante sacrarium in antimensio imperatorio subsistit precatusque adscendit, et e patriarchæ manu sacram communionem, ut supra in festo Nativitatis Christi commemoravimus, accipit. Qua ipsi impertita, patriarcham, patriarcha imperatorem flexo genu veneratur, et imperator ad metatorium abit, et in triclinio cum amicis, quos vocari jussit, convivium celebrat.

Ζ'. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι, ἡνίκα [44] ἄρξηται ἡ θεία λειτουργία, εὐθέως ἀνέρχονται οἱ τοῦ κουβουκλείου ἐν τοῖς κατηχουμενίοις (27), καὶ ἐξέρχεται ἡ Αὐγοῦ-

B VII. Sciendum est, in introitu divini officii, cubicularios ad catechumena abire, Augustam vero e metatorio, quod in catechumenis est, 41 egressam

VARIÆ LECTIONES.

[43] κατέχοντες Leich. idemque cod., κατέχοντα ed. [44] ὅθ' ἡνίκα ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

antemensium, vel arulam suos quoque cancellos habuisse, coram quibus communicaturus, et retro quos sacerdos communionem daturus staret. Conf. hujus pag. C, penult., ubi βασιλικὸν ἀντιμίσιον ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου memorat, et p. 47, e quibus locis patet, imperatores ex illa ara communionem accipere consuevisse. Ibidem (p. 47), memoratur aliud ἀντιμίσιον βασιλικὸν ἐν τοῖς κατηχουμενίοις. Est autem ἀντιμίσιον arula portatilis, consecrata, item tapes consecratus; qui, quoniam aræ consecratæ non ubique circumvehi possunt, mensæ vulgari instratus Græcis sacerdotibus pro ara est. Vid. Gretser. ad Codin. p. 169, Goar. ad Theophan. p. 379, Du Cange Gloss. Gr. h. v. Heinec. III, 130. Tale antemensium *eredentia* Latinis medii ævi appellabatur. Cæremoniale Patricii tit. II, § 1: *Paretur etiam ante altare credentia pro consecratore et credentia pro pontifice electo cum rebus opportunis ad ordinationem*. Græci προθέσεις appellabant. Tenendum tamen, τὰς προθέσεις intra tribunam stetisse, et serviisse sacris vasis ibi reponendis. Antimensium autem, de quo hic sermo est, stabat extra tribunæ cancellos. Dixi paulo ante, mihi videri hanc arulam stetisse apud cancellos tribunæ. Rectius tamen forte fuerit dicere eam inferius stetisse, quia paulo post C penult. dicitur imperator, postquam stetisset coram regio antimensio, ἀνέρχεσθαι, ascendere per gradus tribunæ, ut ibi communionem a patriarcha accipiat. Ἀντιμίσιον vel Ἀντιμίνσιον origine tenus est *antemensa*, vel mensa coram alia posita, ut ἀντικωνσιστώριον, consistorium, quod primum occurrit, antequam in verum et magnum consistorium veniatur, *atrium consistorii*: ut *anticamera*, camara vel triclinium coram alio nobiliore positum, atrium camaræ ut ἀντικάνθαρος, *Anticantharus*, *atrium Canthari*, quod nomen erat balnei Alexandrini. Apud Theop. p. 130, et apud Nostrum pag. 97, ἀντίφορος, *anteforum*, forum minus majori prætentum. Ἀντίπανον quod panno præponitur, vel præsuitur. Vid. Salmas. ad Ser. Il. A. t. II, p. 575. Jam veteribus Græcis ἀντί, et Latinis quoque *anti* et *ante* inde natum notavit *præ* in compositionibus: ut ἀντίπαις *præpuer*, nondum puer, sed mox futurus. Κάρυον λεπτῆς ἀντίδωρον λεπίδος (si proba est ea lectio), *nux, quæ est ante deglutionem tenuis pelliculæ*, Anthologiæ pag. 430, id est ea, quæ illuc pervenit maturitatis, ut incipiat pati se deglubi. Ἀντικνήμιον, *quod præ supra est*, ἀντιπρόσωπον navis, quasi dicas *antefacios*, est prora sic dicta apud C Artemidorum p. 140, respectu faciei posterioris, vel posticæ, puppis nempe. Apud Suidam auctori alicui recentiori ἀντιπαρατούρα est *anteparatura*, *præparatio*. Pari modo Latini dicebant *anticiput* pro sincipite. Vid. Du Cange h. v. et *antiani*, *les anciens*, pro anteriores ætate, et *antigena*, pro ante nato, unde patet Græcis illos liberorum, qui natu majores essent, Ἀντιγόνους et Ἀντιγόνας fuisse dictos; *antilogium*, pro præfatione, *antiparies* pro antemurali, *antipedes* pro præeuntibus *antipodium* pro fulcro anteriori, *antisper* et *antisecus* pro ante, ἔμπροσθεν. Notum quoque vocabulum *antistes*.

(26) Non licebat imperatorem diebus festis majoribus et dominicis in genubus aut humi jacentem adorare. Vid. ad p. 240.

(27) Catechumenia erant porticus superiores tria ecclesiæ latera ambientes, boreale occidentale et australe, ita ut sub parte occidentali narthex, sub parte boreali et australi autem porticus virorum essent; ipsa catechumenia erant statio mulierum, D illarum nempe, quæ in τῷ γυναικίτῃ non sederent. Sunt igitur illud, quod nos, a Latina voce *porticus* in deterius formata alia, *Boorkirchen* appellamus, quasi dicas *ecclesiæ porticus*; converso tamen usu Catechumenia penes nos viri occupant, penes veteres tenebant feminæ; fundum ecclesiæ seu navim implebant olim viri, hodie obsident feminæ. Ascendebatur e narthece per cochleam in Catechumenia, et habebat imperator ibi metatorium in quo metabatur, id est agebat, hærebat, dum sacra fierent, et ipsi ad introitum in tribunam, ad evangelium audiendum, ad obsequendum sacris in introitu majore, ad Agapen dandam, et ad communionem accipiendam non esset procedendum, sed vacare liceret aut hymnorum cantationi, aux homiliæ auscultationi. Adjunctum erat illi metatorio triclinium, in quo epulabatur, quoties placeret in templo manere, neque domum ad pran-

sellæ insidere, cubiculariis omnibus ab utroque latere, eunuchis vero protospathariis a tergo Augustæ adstantibus. Signo ab Augusta dato, præpositus cum duobus ostiariis virgas gestantibus exit, et velum primum, patricias zostas : secundum, magistrissas : tertium, patricias et proconsulares : quartum, patricias et strategorum feminas : quintum, præfectorum et quæstorum : sextum, præfectorum thematum ac proconsulum uxores, drungariam vigilæ, protospatharias, spatharocandidatas, spatharias, turmarcharum uxores, consulares et stratorissas, adducit. Velum septimum, in quo comitissæ scholarum, candidatæ, scribonissæ, domesticæ ordinum, vestitorissæ, silentiariæ, comitissæ numerorum et excubitorum, sequitur. Hæ omnes postquam ab Augusta osculum pacis acceperunt, ea signum præposito dat, qui dicit : « Jubete. » Ipsæ : « In longa ac felicia tempora Deus, » etc., mox abeunt. Dein Augusta surgit, et metatorium cum suis cubiculariis ingreditur, cæteri vero cubiculi ministri ad imperatorem accedunt.

A στα ἐκ τοῦ μητατωρίου [45] τοῦ ὄντος [46] (28) ἐν τοῖς κατηχουμενίοις, καὶ καθέζεται ἐπὶ σελλίου, καὶ ἵστανται οἱ τοῦ κουβουκλείου ἅπαντες ἔνθεν κἀκεῖσε, οἱ δὲ εὐνοῦχοι πρωτοσπαθάριοι ἵστανται ὄπισθεν τῆς Αὐγούστης, καὶ λαβὼν νεῦμα ὁ πραιπόσιτος παρὰ τῆς Αὐγούστης, ἐξέρχεται μετὰ δύο ὁστιαρίων βασταζόντων βεργία, καὶ εἰσάγει βῆλον α', πατρικίας ζωστάς (29) · βῆλον β', μαγιστρίσας · βῆλον γ', πατρικίας καὶ ἀνθυπάτους (30) · βῆλον δ', πατρικίας καὶ στρατηγίσας · βῆλον ε', ἐπαρχίσας (31) καὶ κουαιστωρίσας · βῆλον ς', ἐπαρχίσας θεματικὰς ἀνθυπατίσσας, τὴν δρουγγαρίαν τῆς βίγλης, πριωτοσπαθαρίας, [47], σπαθαροκανδιδατίσας, τουρμαρχίσας τοποτηρητίσας, σπαθαρίας ὑπατίσας, καὶ στρατωρίσας βῆλον ζ', κομητίσας τῶν σχολῶν, κανδιδατίσας, σκριβωνίσας (32), δομεστικίσας τῶν ταγμάτων, βεστιτωρίσας, σιλεντιαρίσας, κομητίσας τοῦ ἀριθμοῦ, κομητίσας τῶν ἱκανάτων. Καὶ μετὰ τὸ δοῦναι πάσαις τὴν ἀγάπην τὴν Αὐγοῦσταν νεύει τῷ πραιποσίτῳ, κἀκεῖνος λέγει· « Κελεύσατε. » Αὕτη δὲ τὸ, « Εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους, » καὶ ἐξέρχονται. Ἀναστᾶσα δὲ ἡ Αὐγοῦστα, εἰσέρχεται ἐν τῷ μητατωρίῳ μετὰ τῶν οἰκειακῶν αὐτῆς κουβικουλαρίων οἱ δὲ λοιποὶ τοῦ κουβουκλείου κατεργονται εἰς τὸν βασιλέα.

B

VIII. Qui postquam e convivio discessit, loro a vestitoribus induitur, et præpositum patriarcham advocare jubet, qui postquam advenit, se invicem salutant, et per triclinium, in quo convivium actum fuerat, ad sacrum puteum egrediuntur, in cujus

Η'. Καὶ ἀναστὰς ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τοῦ κράματος, περιβάλλεται τὸν λῶρον διὰ τῶν βεστιτόρων, καὶ κελεύσας τῷ πραιποσίτῳ, προσκαλεῖται [48] τὸν πατριάρχην, καὶ τοῦ πατριάρχου ἐλθόντος, προσκυνοῦσιν ἀμφότεροι ἀλλήλους ὅ τε βασιλεὺς [49] καὶ ὁ πατριάρ-

VARIÆ LECTIONES.

[45] ἐκ τοῦ μητατωρίου R., ἐν τῷ μητατωρίῳ sod. et. ed. [46] τῷ ὄντι conj. Leich. [47] ἀσπαθαρίας ed, [48] προσκαλεῖ ed. [49] ὁ δὲ βασ. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

dium reverti, et cæto, ubi dormire poterat, si qua in ecclesia pernoctare vellet. Multa de his Catechumeniis Du Cange ad Paulum Silentiar. et CPli Chr. I. III, item Gloss. Græc. et alii. De appellationis ratione verbo adhuc dicendum superest. Si certum esset, olim in veteri Ecclesia Catechumenos ibi stetisse, posset videri nomen loco mansisse, quamvis Catechumeni deinceps desinerent. Putem igitur Catechumenia dicta fuisse a feminis, quæ forte fuerint τὰ κατηχούμενα (subint. πρόσωπα) appellatæ, subjecta, quæ tantummodo audiunt institutionem fidei Christianæ et sacrorum, quæ fiunt, sonum eorum autem, quæ aguntur, nil vident, quandoquidem porticus earum clathris oppositis septæ essent, ipsisque sub pœna anathematis tempore processionis sacrorum deorsum per transennam despicere interdictum esset. Erunt igitur Catechumenia loca, in quibus agunt personæ, solo sono sacræ doctrinæ, precum reliquorumque sacrorum feriendæ.

(28) Conf. p. 41. *Egreditur Augusta e metatorio, quod est in Catechumeniis*, nempe foras, in ipsa Catechumenia.

(29) Cum imperatrix non haberet nisi unam patriciam zostam, mirabis quare hic plures memorentur. Forte ideo id factum, quod duæ tum essent Augustæ, socrus et nurus, quarum unaquæque suam zostam haberet. Erat patricia Zosta feminei comitatus Augustæ princeps, eique proxima comes et amica, sic forte dicta, non quod cineret et comeret Augustam, sed quod cingulum seu baltheum, honoris indicium, adipisceretur in sua promotione atque generet. Sane quæ alias plerumque dicitur ἡ ζωστὴ p. 152, est ἡ ζωσθεῖσα. Anastasia

C patricia eademque titulo Zostes dignata. Vita Basilii Junioris d. 26, Martii p. 673 : Ἀλλ' ἡ μὲν Θεοδώρα διαδήμασι βασιλείας πάλαι δὴ κατεστέφετο, καὶ ἡ αὐτῆς μήτηρ Θεοκτίστη ζωστή τε καὶ πατρικίᾳ τετίμητο, Cont. Consl. p. 56, ubi versio Latina perperam reddit.] Combefisiana versio sic habet : *Mater quoque Theoctista Zostæ, quam vocant (id est cingulo donatæ) ac patriciæ dignitatem consecuta erat.* Qua in versione quid reprehendendum sit, equidem non video.

(30) Ita quoque M, neque culpo ; moneo tantum, ne quis aliud in M. fuisse suspicetur. Ὕπατος communis generis est. Solet tamen alias *Hypatissa* formari.

(31) Uxores hic intelliguntur præfectorum urbi et præfectorum prætorio. Quæ autem proximo deinceps loco nominantur Eparchissæ, sunt uxores præfectorum provincialium, seu legatorum in provinciis juri dicundo et cogendis tributis.

D (32) *Uxores scribonum.* Erant autem scribones genus aliquod τῶν δορυφόρων καὶ σωματοφυλάκων, custodum corporis, de quibus vid. Du Cange utroque Glossario, Goar. ad Theophan. p. 231, Guther. p. 505 et 517. Videntur Scribones et Candidati et Mandatores imperatorem in Circum euntem stipasse. Vid. Codicis nostri p. 52. Scribones et Mandatores gestabant virgas, et in processionibus equestribus ibant pedites, p. 59. Mittebantur sæpe in provincias ad exsequenda et perferenda mandata imperialia : quo factum, ut interdum in municipiis magistratus supremos agerent. Lupus Protospatha anno 1058 : *Tromby patricius fecit occidere scribonem in civitate Goltroni.*

χης, καὶ διέρχονται διὰ τοῦ τρικλίνου, ἐν ᾧ ἐκραμάτισε. καὶ μελλόντων ἐξέρχεσθαι ἐν τῷ ἁγίῳ φρέατι, ἵσταται ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ πύλῃ μετὰ τοῦ πατριάρχου, ὁ δὲ πραιπόσιτος καὶ ὁ ἀργυρος ἵστανται ἔξω τῆς αὐτῆς θύρας, καὶ δὴ διὰ χειρὸς τοῦ ἀργύρου λαμβάνει ὁ πραιπόσιτος τὰ χρυσᾶ βαλαντίδια, καὶ ἐπιδίδωσι τῷ βασιλεῖ, καὶ ὁ βασιλεὺς δίδωσι τοῖς μέλλουσι ταῦτα λαμβάνειν, κράζοντος δηλονότι τοῦ ἀργύρου· « Τῷ ὁ [50] δεῖνα δεσπόται ἁγαθοί. » Εἰσὶν δὲ οἱ λαμβάνοντες ταύτην τὴν εὐεργεσίαν ὅ τε ἀρχιδιάκονος καὶ οἱ ἀστιάριοι καὶ οἱ ψάλται καὶ οἱ προσμονάριοι, καὶ εἶθ' οὕτως εἰσέρχονται ἔνδον τῆς κορτίνας τῆς κρεμαμένης ἐν τῷ ἁγίῳ φρέατι. Ὁ δὲ πραιπόσιτος λαβὼν τὸ στέμμα, ἐπιδίδωσι τῷ πατριάρχῃ, καὶ στέφει ὁ πατριάρχης τὸν βασιλέα, καὶ ἐπιδίδοντος τοῦ πατριάρχου τῷ μεγάλῳ (33) βασιλεῖ εὐλογίας, ὁμοίως καὶ τῷ μικρῷ, λαβὼν ὁ βασιλεὺς παρὰ τοῦ πραιποσίτου ἀποκόμβιον, ἀντιδιδοῖ τῷ πατριάρχῃ, ὁ δὲ πατριάρχης τῷ βασιλεῖ ἀλειπτὰ, ὁμοίως καὶ ὁ ἕτερος βασιλεὺς τὸ αὐτὸ ποιεῖ.

A porta imperator et patriarcha, extra portam præpositus et argentarius, stant. Tunc præpositus crumenas auro plenas ex argentarii manu sumit, et imperatori, hic iis, quibus numera distribui solent, tradit, clamante interea argentario: « N. domini boni. » Hoc autem munus archidiaconus, ostiarii, psaltæ et custodes ecclesiæ accipiunt. Postea cortinam in sacro puteo suspensam intrant, ubi præpositus coronam sumit, eamque patriarchæ tradit, hic imperatori imponit, et panem benedictum magno æque ac minori imperatori tradit. Imperator pro iis apocombium a præposito allatum patriarchæ, hic imperatori unguenta offert, quod etiam alter imperator facit.

Θ'. Προσκυνήσαντες δὲ ἀμφότεροι ἀλλήλους καὶ ἐσπασάμενοι οἵ τε βασιλεῖς καὶ ὁ πατριάρχης, ἐξέρχεται ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε, καὶ διέρχεται διὰ τῆς μέσης (34), καὶ εἰσέρχεται τὴν μεγάλην πύλην τὴν χαλκῆν (35), ἀπὸ δὲ τῶν ἐκεῖσε διά τε τῶν σχολῶν καὶ τῶν ἐκσκουβίτων, ἐκτελούντων τῶν περατικῶν μερῶν ἀκολούθως καὶ τῶν πολιτικῶν ἅπαντα τὰ [51] κατὰ συνήθειαν. Καταλαβούσης δὲ τῆς συγκλήτου ἐν τῷ κονσιστωρίῳ, μένει ἐκεῖσε ὑπερευχομένη τὸν βασιλέα· κατελθὼν δὲ τὰ γραδήλια ὁ βασιλεὺς, μένει ἐκεῖ, καὶ ὁ τῆς καταστάσεως μετὰ σιλεντιαρίων καὶ βεστητόρων, ὑπερευχόμενοι τὸν βασιλέα τὸ, « Εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους. » Ὁ δὲ βασιλεὺς δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου καὶ τῶν πατρικίων, διέρχεται μέχρι τοῦ στενοῦ (36),

B **42** IX. Postquam vero imperatores et patriarcha si invicem adorarunt osculatique sunt, imperator abit, perque medium templum digressus, magnam æneam portam intrat, inde per scholas et excubias dum factiones transitoriæ ac politici omnia pro more et consuetudine sua peragunt, procedit. Senatus autem in consistorio congregatus, imperatorem faustis acclamationibus excipiendum exspectat. Qui ut per scalas descendit, ibi subsistit, cerimoniarius autem cum silentiariis et vestitoribus ipsi acclamat: « In multa bonaque tempora » etc. Inde a præfectis cubiculi patriciisque stipatus, ad stenum usque abit, ubi patricii faustis precationibus eum excepturi adsunt. Dum vero triclinium augustale intrat, januas cubicularii occupant: imperator autem præposito

VARIÆ LECTIONES.

[50] τῷ ὁ R., τὸ ὁ ed. [51] τὰ om ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(33) *Magno*, id est *seniori domino*, et *parvo*, id est *juniori*. Illum simpliciter *dominum*, hunc *domicellum*, *damoisel* appellabant Latini medii ævi. Vid. Du Cange v. *domicellus*. Græci quoque veteres μέγας et μικρός pro *sene* et *juvene* ponebant, v. cl. Abresch ad Æschyl. p. 287, Diog. Laert. p. 305, ed. Wetsten., ubi male nomen proprium ex eo fecerunt, it. p. 49, ubi de Pittaco recentiore sermo est.

(34) *Per Mesen*, seu *mediam*. Erat id nomen longæ latæ plateæ, quæ ab aurea porta ad palatium usque pertinebat, et mediam urbem secabat. Unde factum, ut sæpe quoque mediam urbem notet, et vertatur *per mediam urbem*. Vid. Cangii CPL. Christ. p. 70. Meminit hujus plateæ et hic noster Codex, et alii Byzantini, ut Theophanes, Cedrenus, Leo Grammaticus, Continuator Theophanis, perfrequenter. Vid. Theoph. p. 88, 200, 308, 372. Leo Gramm. 462, 470, 496, 510, Cedren. p. 757; Cont. Theoph. p. 55. Patet ex his locis, interdum ἡ μέση simpliciter, interdum addito πλατεῖα aut λεωφόρος efferri. Est illa longa et lata via, cujus meminit Della Valle I. 1 Itinerarii. Potest tamen etiam verti *per intermediam viam*, qualiscunque ecclesiam et palatium interesdit: ἡ μέση, nempe ὁδός, idem est atque τὸ μέσον, vel τὸ ἐν μέσῳ. Procop. de ædific. Justin.: Περόνη χρυσῆ τῇ χλαμύδι ἐπέκειτο, λίθον ἐπὶ μέσης περιφράττουσά τινα ἔντιμον, *in medio sui*. Leo Grammat. p. 450: Ἡ μέση τῆς ὁδοῦ, *media via*. Cedren. p. 318: Κατὰ μέσην, *media in via* Idem p. 348 et 351: Ἐν τῇ μέσῃ τῆς πόλεως. Ita infra apud Nostrum p. 86: Διὰ μέσης τοῦ ναοῦ, *per medium templum*, p. 87: Ἐν τῇ μέσῃ τοῦ φόρου, *in medio foro*, et paulo post ἐν τῇ μέσῃ τῶν ἀξιωματικῶν, p. 124: Εἰς τὴν μέσην τῶν ὑπάτων, p. 142: Εἰς τὴν μέσην τοῦ τρικλίνου.

(35) Est enim parva quoque porta Chalces, v. p. 75. Chalce vero erat porta palatii, vel ædificium cum amplo aditu ad palatium, et vastis valvis, quæ æneis laminis obtectæ erant. Unde nomen. Alii a tegulis æneis repetunt. Χαλκηλάτους πύλας appellat Genesius p. 3. Laminæ illæ æneæ deauratæ videntur a Justiniano ablatæ et ad statuam suam efficiendam adhibitæ fuisse. Vid. Cedren. p. 374, et Goar. ad eumd. p. 526, ubi de duplici Chalce; una palatii, et altera ecclesiæ fori, agit, et præ cæteris Du Cange CPL. Christ. p. 113 seqq. fuse narrat. [Porta, quæ Chalce dicitur, Scr. post Theophan. p. 397. Chalces maxime conspicua ædes. Constant. vit. Basil. c. 25: Κωνσταντῖνος εὐφημούμενοι — εἰσῆλθε διὰ τῆς σιδηρᾶς πόρτης τῆς χαλκῆς. Script. post Theophan. p. 239. Τὸ πορφυροῦν ὀμφάλιον τῆς χαλκῆς, ibid. p. 266.] Vid. ad p. 50.

(36) *Per angiportum*. Dubito, situne hic loci nomen appellativum, an proprium. Ducebat hic angiportus, ut ex hoc loco apparet, et palatio in Augustæonem, qui a palatio ad S. Sophiam usque pertingebat. Alias notum est, sed aliud, Stenum, cervix ponti Euxini, littus, in quo sita est Constantinopolis, et ei opposita ora Asiatica.

signum dat, ac latine dicit : « Fit : » unus autem cubiculariorum respondet : « Bene ; » cæteri autem cubicularii imperatorem eo modo, qui litteram « II » exprimit, circumstantes, Latine dicunt : « Vivas multos annos felicissime. » Imperatori octangulum triclinium ingresso coronam præpositus demit, vestitores lorum exuunt, et egrediuntur. Ille aureo sagio indutus, a cubiculo, protospathariis ceterisque famulis stipatus, per augustale et apsidem a Deo custoditum palatium petit.

καὶ μένουσιν οἱ πατρίκιοι, καὶ αὐτοὶ ὑπερευχόμενοι τὸν βασιλέα. Εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ τρικλίνῳ τοῦ αὐγουστέως, παραυτίκα ἀσφαλίζουσι τὰς θύρας κουβικουλάριοι. ὁ δὲ βασιλεὺς νεύει τῷ πραιποσίτῳ καὶ λέγει Ῥωμαϊστί · « Βιτ (37) · » καὶ ἀποκριθεὶς εἷς τῶν κουβικουλαρίων λέγει · « Καλῶς. » Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες τοῦ κουβουκλείου, στάντες [52] δίκην τοῦ Π στοιχείου, λέγουσιν καὶ αὐτοὶ Ῥωμαϊστί · « Ἠλθεσὴ μούλτος ἄννος, φιλικήσιμε. » Εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ ὀκταγώνῳ, λαβόντος τοῦ πραιποσίτου τὸ στέμμα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ βασιλέως, εἰσέρχονται οἱ βεστήτορες καὶ ἀπαλλάσσουσι τὸν λῶρον, καὶ ἐξέρχονται. Ὁ δὲ βασιλεὺς περιβαλλόμενος σαγίον χρυσοῦν, ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε, δηριγευόμενος ὑπό τε τοῦ κουβουκλείου πρωτοσπαθαρίων τε καὶ λοιπῶν οἰκειακῶν, διέρχεται διὰ τοῦ αὐγουστέως καὶ τῆς ἀψίδος καὶ εἰσέρχεται ἐν τῷ θεοφυλάκτῳ παλατίῳ.

X. Hora autem instante, mensæ quæ excisa est assidet, cubicularii intrant, et ab utroque cœnaculi latere, ut mos est, adstant : intrant quoque amici imperatoris, et patricii quidem tunicas suas gestant, quas, cum cibi afferuntur, rursus induunt. Sciendum est, præfectos cubiculo tota septimana renovationis in eadem mensa, scilicet aurea, duplicem concessum facere. Porro si legati magnarum gentium adsint eosque advocari imperator jusserit,

Ι'. Καταλαβούσης δὲ τῆς ὥρας, καθέζεται ἐπὶ τῆς τραπέζης, ἡ δὲ τράπεζά ἐστιν ἀποκοπτὴ (38), καὶ εἰθ' οὕτως εἰσέρχονται οἱ τοῦ κουβουκλείου, καὶ παρίστανται καθὼς καὶ ἡ τάξις ἔχει ἔνθεν κἀκεῖσε τοῦ κλητωρίου (39) · εἰσέρχονται δὲ καὶ οἱ φίλοι ἐν τῷ κλητωρίῳ, φοροῦντες οἱ μὲν πατρίκιοι τὰ χλανίδια αὐτῶν, καὶ πάλιν (40), ἡνίκα εἰσέλθῃ τὸ δούλκιον [53], περιβάλλονται αὐτά. Ἰστέον δὲ, ὅτι οἱ ἄρχοντες τοῦ κουβουκλείου δι' ὅλης τῆς διακαινησίμου ἐν τῇ αὐτῇ τραπέζῃ, ἤγουν

VARIÆ LECTIONES.

[52] Pro σταντες cod. πάντες. [53] δουλκὴν cod.

JOAN. JAC. REISII COMMENTARIUS.

(37) Sic erat superius p. 13. Hic autem et p. 80. dabant membranæ Διθ tanquam compendium esset, ut exarari solet Δαδ pro Δαβίδ. Estne ergo compendium scripturæ pro *dicite?* Vix credibile hoc est, Græcos librarios vocem Latinam sibi ignotam compendio exarasse.

(38) *Abscissa mensa* ad verbum, id est separata ab aliis, seorsim posita. Hæc quia major erat quam cæteræ, atque sublimior, ideo solet quoque ἀποκοπτὴ *major* reddi, quamvis in se non significet, vid. p. 57 et 171. Erat mensa in triclinio XIX accubitorum, ex transverso e regione ostii in summo posita, ad cujus utrumque latus cæteræ 18, ex unoquoque latere novenæ protendebantur, ut patet e Cletorologio. Sed hæc, de qua hic loci sermo est, aurea separata mensa stabat in Chrysotriclino. Spon. Itiner. t. II, p. 15, quoque narrat, abbatem in monasteriis Græcis ad mensam a reliquis sequestratam, hoc est remotam, epulari. *Il y a trois tables*, ait La Croix in Ritibus Ecclesiæ Græcæ c. 15, quo cæremonias exponit, quibus festum Paschatis ab Hospodaro Moldaviæ peragitur, *une petite sur une estrade sous un dais pour le prince, lequel mange seul et deux fort longues à droite et à gauche de celle-là, l'une pour le métropolite et le clergé, et l'autre pour les officiers de la noblesse et les nobles.* Hæc est illa *summa tabula*, quam Spartianus in vita Adriani c. 17. appellat, loco adhuc corrupto in editionibus, t. I, Scr. Hist. A. p. 161, qui mihi sic legendus esse videtur : *Ad deprehendendas obsoniatorum fraudes, cum plurimis* [subintellige *vicibus*, id est plurimum, plerumque], *summa tabula pasceret* [id est cibum caperet], *ferculu de aliis mensis etiam ultimis quibusque jussit apponi.* Utitur alias quoque Spartianus vocabulo *plurimis* adverbialiter pro *ut plurimum*, ut eadem vita cap. 20, *libros statim lectos, et ignotos quidem, plurimis memoriter reddidit.* Ipse jam Tacitus Annal. III, 75, exemplum præivit : *Quia robore exercitus impar, furandi melior, plurimis* (ita leg. est) *per globos incursaret eluderetque et insidias simul tentaret.* Reges Parthorum quoque talibus mensis assidebant, ut ex Athenæo intelligitur, cujus hæc sunt verba, p. 153 : Παρὰ Πάρθοις ὁ βασιλεὺς ἐν τοῖς δείπνοις τήν τε κλίνην, ἐφ' ἧς μόνος κατέκειτο, μετεωροτέραν τῶν ἄλλων καὶ κεχωρισμένην εἶχε, καὶ τὴν τράπεζαν μόνῳ, καθάπερ ἥρωϊ. πλήρη βαρβαρικῶν θοινημάτων παρακειμένην. Etiam veteres Græcos et Thracicos reges atque tyrannos in mensa separata epulari consuevisse, constat ex ejusdem Athenæi loco p. 252, ubi ait, parasitum aliquem regi suo, Thraci cuidam, etiamsi absenti, quotidie posuisse separatam mensam. Παρετίθει, privatæ nempe suæ mensæ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ὁπότε μέλλοι δειπνεῖν, τράπεζαν χωρὶς, ὀνομάζων τῷ δαίμονι τοῦ βασιλέως, ἐμπλήσας σίτου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων.

(39) Vocabulum hoc variæ significationis est, et interdum notat convivium, interdum aulam, ut hic loci, triclinium, salam, ubi convivium celebratur, per metonymiam. Est a καλεῖν, κλῆσις, *vocando, invitando.* Plura de Cletoriis imperatorum CPL anorum dicendi occasio erit, quando ad finem libri pervenerimus. Interea liceat hoc tantum observare, aut mutata fuisse instituta aulæ Byzantinæ post editum nostrum hoc Cæremoniale, aut errare Codinum, quando p. 94, ait : Imperatorem quinquies per annum epulari publice, festo Nativitatis Christi, Luminum, Palmarum, Paschæ et Pentecostes. Contrarium apparet e Cletorologio nostro.

(40) Nihilo quidem plus habent hic loci membranæ, quam editio. Liquet tamen aliquid decesse. Ec. ἃ πρὸ τοῦ καθεσθῆναι, aut κατακλιθῆναι, ἀποτίθενται, *quas deponunt antequam considerant ad mensam.* Patebit ex Cletorologio. Pro δουλκίον est in membranis more solito δουλκήν. Est autem *dulcium* missus, quo dulcia inferebant sub convivii finem, ut placentas, opera mellita pistoria, tragemata, sed a bellariis, seu fructibus horæis diversa. Patet e Lampridio in Heliogabalo t. I, p. 863, qui *dulciarios pomariis* opponit. Conf. ibid. Salmasius, p. 873, et II, p. 603, et Du Cange Gloss. lat. h. et *Dulcicium.* Cedren. p. 539, sic describit : Εὐωχίας παρακμαζούσης, καὶ τῶν τραγημάτων, πλακούντων δὴ αὖ καὶ πεμμάτων, παρατιθεμένων. Conf. Script. post Theoph. p. 145, ubi sitne δουλκίου rescribendum pro δουλικίου, an retinenda posterior scriptio, et

τῇ χρυσῇ (41), τελοῦσι διπλοῦν παραστάσιμον. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι εἰ μὲν τύχωσι πρέσβεις μεγάλων ἐθνῶν, καὶ κελεύσει ὁ βασιλεὺς τούτους καλέσαι, ἵσταται ἡ χρυσῆ μικρὰ τράπεζα ἄνω ἔνθα τὸ πενταπύργιον (42) ἵσταται, καὶ καθέζεται ἐκεῖ ὁ βασιλεὺς, οἱ δὲ πρέσβεις καθέζονται ἐν τῇ μεγάλῃ χρυσῇ τραπέζῃ. Ἀριστερᾷ δὲ τοῦ πενταπυργίου ἵσταται σκάμνον (43), ἔχον βάθρα, καὶ ἀνέρχεται δι' αὐτοῦ ὁ τῆς τραπέζης (44), καὶ ἵσταται ἄνω καθυπουργῶν τῷ βασιλεῖ, οἱ δὲ ἐγγιστιάριοι [54] (45) ἵστανται πάντες κάτω, ἵστανται δὲ ὁμοίως καὶ ἐξ ἀριστερῶν τοῦ αὐτοῦ πενταπυργίου, ἔχοντος καὶ αὐτοῦ βάθρα, καὶ ἀνέρχεται δι' αὐτοῦ ὁ ἐπιγκέρνης [55] (46). Ἴσνέον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ἵστανται ἐν τῇ καμάρᾳ τοῦ χρυσοτρικλίνου τῇ ἐξαγούσῃ πρὸς τὸν τριπέτωνα παρατράπεζα (47) δύο, εἰ δὲ κελεύει ὁ βασιλεὺς γενέσθαι κατὰ προσθήκην ἕτερα δύο παρατράπεζα, ἵσταται τὸ ἓν [56] ἐν τῇ ἀριστερᾷ καμάρᾳ, τὸ δὲ ἕτερον ἐν τῇ δεξιᾷ. Γνω-

A aurea mensa parva eo loco, ubi pentapyrgium est, stat, eique imperatur, legati vero majori mensæ aureæ assident. 43 In sinistro autem pentapyrgii latere scamnum gradibus instructum apponitur, per quod mensæ præfectus imperatori ministraturus ascendit, infra autem engistiarii omnes ad lævam pentapyrgii stant, quod etiam gradus habet, per quos pincerna ascendit. Præterea observandum est, in camera aurei triclinii ad tripetonem ducente duas tabulas apponi, quod si vero et alias duas parari imperator jusserit, una in sinistra, altera in dextra camera instruitur. Si porro festum annuntiationis in diem Paschatis inciderit, ita celebratur. Venit imperator cum processione ex palatio suo a Deo custodito a Sancta Deipara Phari, perque porticus quadraginta sanctorum apsidemque progressus, templum Sanctæ Deiparæ in Daphne, inde Sancti Stephani petit, ritibusque solemnibus servatis, inde

B

VARIÆ LECTIONES.

[54] ἐγγιστάριοι ed. [55] ἐπιγκέρτης ed., πιγκέρνης conj. Leich. [56] τὸ μὲν ἕν conj. R.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

interpretanda *cœna* cum Combefisio, aut *servitium*, mensale nempe, id est apparatus epularis, cum Du Cangio in Gloss. Gr. mihi quidem non satis liquet. Malim tamen prius. Superiori Cedreni loco respondet illo Contin. Theophan. p. 100: Ὡς οὖν τὰ τῆς εὐωχίας παρήκμασεν, καὶ εἰς βρῶσιν τὰ τραγήματα μετὰ τῶν πλακούντων παρέρειτο, etc. Cum igitur dulcium ultimus esset in epulis missus, induebant illo illato convivæ suas chlamydas, quas sub initium convivii deposuerant, ut abitui se accingentes. Placentas et poma in conviviis veterum postrema fuisse (uti etiam adhuc hodie sunt in nostris) constat satis ex Alciphrone, Luciano, Petronio. *Dulcium* appellabant latini medii *species*. Ceremoniale Daventriæ: *Regi servietur de speciebus cum dragerio cooperto*. Dragerium est ferculum vel arca dragearum, τραγημάτων, pastillorum, morsulorum saccharatorum. Acta Visitationis Simonis archiep. Bituric. p. 235: *Biberunt cum domino, et de drageria comederunt*. Ordo Romanus Amalii c. 69: *Omnibus lotis dantur species et vinum*. Non tam odoramenta, incensa, aquas rosatas intelligi per *species*, quam morsulos, fructus saccharo conditos, confectiones, sic vulgo dictas, apparet ex Ceremon. Augustini patricii III, 13: *Epulis abunde subministratis fit secunda lotio manuum. — Ponuntur deinde vinum et confectiones, sive species, ut habent antiqui codices, et demum finito convivio dicit, Lector: Tu autem, Domine, miserere nobis*. Ubi vid. Joseph. Catalanus in notis p. 159, et Du Cange verb. *Species*.

C

D

(41) *Aurea mensa* est eadem cum τῇ ἀποκοπτῇ, *separata*, sic dicta, non quod tota aurea, sed quod aurea lamina obducta esset. Potest quoque ex eo sic dicta esse, quod aureis tantum vasis in ea ministraretur, non argenteis, ut testatur Luitprand. *Histor.* VI, 3. Mallem tamen prius; et pari modo auream unam atque tres argenteas mensas habuisse puto Carolum M. de quibus narrat Eginhardus in ejus vita Διπλοῦν παραστάσιμον τελεῖν significat mea quidem sententia *in duplici serie astare*. Solebant alias in quotidianis epulis proceres cubiculi mensæ imperiali simplici tantum serie astare; in solemnibus vero per dies festos conviviis astabant serie gemina. Et sic accepit quoque cl. interpres p. 94, Conf. p. 100.

(42) Armarium cum quinque turriculis, in quo stabant pendebantve jocalia pretiosissima, ut coronæ aureæ gemmatæ, monilia margaritarum, annuli aurei, torques, disci, crateres aurei, et alia talia, quæ luxum et opulentiam demonstrant et oculum feriunt: quemadmodum nos in talibus scrinlis porcellanas aliaque rara et pretiosa, exponimus. Verbum hoc pluribus expono ad pag. 335.

(43) Patet ex hoc loco, mensam auream, cui imperator assidebat, aut accumbebat, apocoptam, seu separatam dictam, sublimiorem cæteris fuisse.

(44) Alias quoque ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης. * [*Dapifer* et *senescalcus* regis. Du Fresne ad Zonar. p. 85. *Eccardus regiæ mensæ præfectus* occurrit apud Eginhardum anno 778.] *

(45) Sic M. et sic quoque pag. 48, 162 et 168, editum fuit. Sunt autem οἱ ἐγγιστιάριοι enginarum, id est machinarum, motores et moderatores, per quas ponderosæ lances in auream imperialem mensam sublevabantur, cum virorum humeris attolli nequirent. Egregiam lucem affert huic loco Luitprandus *Hist.* VI, 3, cujus hæc sunt verba: *Post cibum aureis vasis tribus sunt poma* [τὸ δουλκίν] *delata, quæ ob immensum pondus non hominum manibus, sed purpura tectis vehiculis sunt allata. Apponuntur autem hoc modo. In mensa per foramina laquearis tres sunt funes pellibus deauratis lecti, cum annulis aureis, qui ansis, quæ in scutulis prominent, positi, adjuvantibus inferius quatuor aut eo amplius hominibus per vertibile, quod supra laquearium est, ergalium, in mensam subvehuntur, eodemque modo deponuntur*. Vid. Du Cange Gloss. lat. v. *Ingenium*, machina bellica, *Ingeniosi, ingeniarii*. Vocabulum est originis bene Græcæ. Quod recentiores maluerunt ἄγγος et ἀγγεῖον efferre, appellabant veteres ἔγγος, unde ἐγγοθήκη. Vid. Athen. p. 153, et 209, unde Latini suum *incitheca* habuerunt. de quo v. Casaubon ad Athen. p. 368. Erat horum ingeniariorum, vestes a proceribus ante epulas exutas accipere et servare, atque sub exitum epularum suas cuique reddere. Vid. pag. 162.

(46) M. ἐπιγκέρνης (*edebatur* ἐπιγκέρτης), quod pro istorum temporum more bene habet. *Pincerna* inde decurtatum est. Prima et recta scriptio est ἐπικέρνης, ab ἐπικιρνᾶν. Conf. Goar. ad Codin. p. 24. Du Cange Gloss. Gr. v. πιγκέρνης,

(47) Ita membranæ. Veteres maluissent dicere παρατραπέζια, ut etiam p. 57, habetur. *Credentiæ* Latinis medii ævi audiebant.

sacerdotes in processione ad palatium revertuntur, imperator vero cubiculum augustale ingressus, tempus exspecta. quo veniente, cerimonias in Paschatis festo quasque supra exposuimus observandas peragit.

στέον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι εἰ μὲν τύχῃ ἡ ἑορτὴ τοῦ Εὐαγγελισμοῦ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα, τελεῖται οὕτως, Ἐξέρχεται μετὰ λιτῆς ἐκ τοῦ θεοφυλάκτου αὐτοῦ παλατίου, ἀπὸ τῆς παναγίας Θεοτόκου τοῦ Φάρου (48), καὶ διέρχεται διὰ τῶν διαβατικῶν τῶν ἁγίων μ' (49) καὶ τῆς ἀψίδος (50), καὶ ἀπέρχεται ἐν τῷ ναῷ τῆς Παναγίας Θεοτόκου ἐν τῇ Δάφνῃ, ἀπὸ δὲ τῶν ἐκεῖσε ἀπέρχεται εἰς τὸν ναὸν τοῦ Ἁγίου Στεφάνου, καὶ τελέσαντος τὰ συνήθη [57], οἱ μὲν ἱερεῖς ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε λιτανεύοντες, ὑποστρέφουσιν ἐν τῷ παλατίῳ, ὁ δὲ βασιλεὺς εἰσέρχεται ἐν τῷ ἐκεῖσε ὄντι κοιτῶνι τοῦ αὐγουστέως, ἐκδεχόμενος τὸν καιρὸν, καταλαβόντος δὲ τοῦ καιροῦ, τελεῖ ἅπαντα ἀκολούθως τὰ τοῦ πάσχα, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται.

CAPUT X.

Observanda die secunda septimanæ renovationis.

I. Præfecti omnes, albis tunicis induti, celeriter in apsidem procedunt, patricii tunicas aureis clavis, cæteri vestes pro suo ordine ac dignitate, præpositi cubiculo et primicerii ostiariorum tunicas aureis clavis, spatharocubicularii spathas suas gestant. Aperto palatio, cubicularii omnes per quadraginta sanctorum ædem intrant imperatorem excepturi; patricii vero et strategi cum domesticis in hemicyclio triconchii, ut ipsi mos est, astant. Stipatus autem a cubiculariis imperator, sago aureo ornatus per cancellos triconchii egreditur, eumque patricii, strategi et domestici ibi excipiunt. Post a proto-

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Οσα δεῖ παραφυλάττειν ἐν τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς διακαινησίμου.

Α'. Προέρχονται τάχιον (51) ἅπαντες οἱ ἄρχοντες ἀπὸ λευκῶν χλανιδίων ἐν τῇ ἀψίδι, ἀλλάσσουσι δὲ οἱ μὲν πατρίκιοι χλανίδια χρυσόταβλα, οἱ δὲ λοιποὶ ἕκαστος κατὰ τὴν αὐτοῦ τάξιν τε καὶ ἀξίαν, τοῦ δὲ κουβουκλείου οἱ μὲν πραιπόσιτοι καὶ ὁστιαροπριμικήριοι περιβέβληνται χλανίδια χρυσόταβλα, οἱ δὲ σπαθαροκουβικουλάριοι τὰ σπαθία αὐτῶν. Ἀνοίξαντος δὲ τοῦ παλατίου (52), οἱ μὲν τοῦ κουβουκλείου ἅπαντες εἰσέρχονται διὰ τῶν διαβατικῶν [58] τῶν ἁγίων μ', ἐκδεχόμενοι ἐκεῖσε τὸν βασιλέα, οἱ δὲ πατρίκιοι καὶ στρατηγοὶ ἅμα τῶν δομεστίκων ἵστανται ἐν τῷ ἡμικυκλίῳ τοῦ τρικόγχου, ὡς ἐτέθισται αὐτοῖς·

VARIÆ LECTIONES.

[57] Στεφάνου, τελέσας τ. συνήθη. Οἱ μὲν ed. [58] τῶν διαβατικῶν om. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(48) Haud procul a Chrysotriclino intra Palatium erat templum Deiparæ Phari, et poterat e cœtone Chrysotriclini per macronem, seu longam porticum, in hoc templum perveniri. Vid. pag. 68, 69. Pharus autem, unde templo nomen est, ibi erat pro navigantibus, noctu ardere solitus. Vid. Contin. Theophan. p. 13 init. Non confundenda hæc ædes cum æde Deiparæ τοῦ φόρου, quæ in foro, Constantini M. scilicet, erat. Erant autem in palatio duo potissimum templa celebria. ἡ Θεοτόκος τοῦ φάρου et ἡ Νέα Ἐκκλησία, præter alia oratoria, εὐκτήρια, quæ unumquodque minus palatium, ut XIX, Accubita, Lausiacum, Chrysotriclinum, habebant sibi peculiaria. Deserviebant hæc *clerici palatini*, *capellani* dicti Latinis, a *capella*, sic εὐκτήρια appellabant regibus privata. Apud Sigonium de regno Italiæ p. 71. (32.) de Luitprando, rege Longobardico, lego, illum *in suo palatio oratorium S. Salvatoris condidisse, et, quod nulli alii reges habuerant, sacerdotes et clericos instituisse, qui ei quotidie divina officia celebrarent.* Verum de regibus Longobardicis illud tantummodo intelligendum. Nam Eusebius I. IV, de vita Constantini testatur, hunc jam imperatorem basilicas aliquot intra palatii sui, septa condidisse, quibus procul dubio etiam clericos deservientes addidit. "[Κληρικὸς τῶν ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλείων τεταγμένων εἷς appellatur Joannes Cameniata, qui scripsit de Thessalonicæ excidio p. 362. Clerici palatini benedictionem nuptialem dabant. Scr. post Theoph. p. 222. Constantinus Rhodius Clericus palatinus ad pacem cum Bulgaris ineundam mittitur ibid. p. 255; κλήρου τῶν βασιλικῶν αὐλῶν ἀρχηγός, ib. pag. 20. Conf. pag. 24, ubi egregius locus de clero Palatino.]"

(49) "[Templum quadraginta martyrum schola nobilis Byzantii, Contin. Theoph. p. 117.]" De illis quadraginta martyribus Sebastiæ sub Licinio passis, vid. Menolog. Basil. m. Martio die 9. t. III, p. 10.

(50) De apside conf. Du Cange Gloss. lat. et Constant. Christ. "[Pisidas *De opificio mundi* pag. 6. et prioris Morelli. Apsis est, ubi stabat episcopus. Alteserra ad Anastas. p. 184.]" Durandus p. 6. *Exedra est Absida sive volta* [voute] *modicum a templo vel palatio* [nempe distans]. Ugutio: *Absida est Græcum et interpretatur lucida, id est latus adificii vel trebuna.* Figuram ejus videre est in omnibus pene nostris Ecclesiis, structura nempe illa est, sub qua altare stat, et quam totus sic dictus chorus implet; et si quis veterem desideret, inspiciat p. 82. t. I, Menologii Basil.

(51) *Cito, mature, de bonne heure*, ut olim θᾶττον pro ταχέως, comparativus pro positivo. Ita quoque usurpat Cedren. p. 761, script. post Theoph. p. 291. Pariter Latini. Anonymus Patavinus apud Murator. t. II, Ant. Ital. pag. 316: *Nobiliores mulieres si choream aliquam faciebant, non fuisset ausus aliquis popularis, eam* [domum] *intrare, quia juvenes filii nobilium super ipsorum maxillas quam citius* [pro quam citissime, quantocyus, confestim, absque mora,] *alapas apponebant.* Odo de Diogilo: *Reverentiæ, quas regibus exhibent caput et corpus submissius inclinantes.* Luitprandus quoque histor. p. 426, *brevius* pro *breviter* dixit. Et sic multi alii eo tempore tam Græci quam Latini. Potest quoque τάχιον pro τάχιστα positum esse. Sic Lambertus Ardensis pag. 173: *Dominum Arnoldum juvenem* [in excommunicatione mortuum] *imblocatum extra parietes capellæ suæ, eo, quod ibi non esset atrium adhuc benedictum, neque cimeterium, quam proprius* [id est quam proxime] *ad parietes potuerunt, collocaverunt.*

(52) Nempe ἑαυτὸ, *quando se aperit palatium.* aut pro ἀνοιχθέντος, *aperto palatio.* Ita Scylitzes p. 855, ὑπανοίγοντος τοῦ ἄρος. Et noster infra p. 355, κρούει, pro *pulsatur* adhibuit: item παίουσι τὰ ὀργανα pro παίονται p. 328.

Ὁ δὲ βασιλεὺς δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν τοῦ κουβουκλείου, φορῶν σαγίον χρυσοῦν, ἐξέρχεται διὰ τῆς γανωτῆς πύλης (53) τοῦ τρικόγχου, καὶ δέχονται αὐτὸν ἐκεῖσε πατρικιοί [59] τε καὶ στρατηγοὶ ἅμα δομεστίκοις, καὶ δηριγευόμενος ἀπό τε τῶν τοῦ κουβουκλείου πρωτοσπαθαρίων [60] βαρβάτων, μαγλαβιτῶν, καὶ λοιπῶν οἰκειακῶν, διέρχεται διὰ τῆς Δάφνης, ἅπτων ὡς ἐξ ἔθους ἐν τοῖς εὐκτηρίοις κηρία, καὶ εἰσέρχεται ἐν τῷ κοιτῶνι τοῦ αὐγουστέως, ἐκδεχόμενος τὸν καιρόν. Καταλαβόντος δὲ τοῦ καιροῦ, περιβάλλεται χλανίδα διὰ τῶν βεστητόρων λευκὴν χρυσοφεγγῆ (54), καὶ δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου, διέρχεται διὰ τοῦ αὐγουστέως, ἵστανται δὲ ἔξω τῆς πύλης, ἔνθα τὸ βῆλον κρέμαται, πρωτοσπαθάριοι βαρβάτοι, ἠλλαγμένοι, βαστάζοντες σπαθοβάκλια (55). Καὶ διελθὼν ὁ βασιλεὺς διὰ τοῦ στενοῦ τῆς γρυσῆς χειρὸς, ἀνέρχεται ἐν τῇ χαλκῇ πύλῃ τοῦ ὀνόποδος, καὶ δέχονται αὐτὸν πατρίκιοι καὶ στρατηγοί· προσκυνησάντων δὲ τῷ βασιλεῖ, νεύει ὁ πραιπόσιτος τῷ τῆς καταστάσεως ἀπὸ κελεύσεως, καὶ

A spathariis barbatis cubiculi, manclavitis cæterisque domesticis stipatus, per Daphnem transit, accensis pro more in oratoriis cereis, inque cubiculo augustali tempus statutum exspectat. Quo veniente, tunica alba auro splendente a vestitoribus induitur, atque cubiculo præfectis stipatus, per augustale transit, stantibus extra portam, ubi cortina suspensa est, protospatharii barbatis, qui mutatorias suosque spathobaculos gestant. Digressus imperator, 44 per stenum aureæ manus, ad æneam portam onopodii procedit, ubi patricii et strategi eum excipiunt, quibus imperatorem adorantibus, præpositus cerimoniario a mandato signum dat, isque dicit : « Jubete : » at illi : « In multa bonaque tempora » etc. Spatharocandidati vero et spatharii cum B dextralibus suis ab utroque latere astant.

VARIÆ LECTIONES.

[59] πατρίκιοι καὶ ed. [60] πρωτοσπαθ. Sic h. l. et v. 17 scribendum ut supra p. 67, pro eo, quod ed. exhibet ἀσπαθ., monente Reiskio ad p. 24, 23.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(53) *Per cancellos* reddidit cl. Interpres, et sic quoque p. 150, γανωτοὶ πυλῶνες, *cancellata vestibula*. Si recte, longe aliud notabat olim hæc vox, nempe *politum* ; et ex eo significatu reddi posset *per portum politam*, id est lamina aurea vel marmorea polita, vel vitreata incrustatam, *geglasirt*. *Glissina* dicebant medio ævo, a *glissire*, quod notat λειοῦν, item *vitreata*. 1 Ita accipio verba Hist. episcop. Antissid. c. 52. *Parietes chori ecclesiæ vitreavit*, id est crusta polita obducere, velut ficuli C ollas solent. In Tactico militari deinceps habemus γανωτά de vasis æneis, id est *instannata*. Eustathius ad Homer. Iliad. T : Τὸ γανοῦσθαι λαβοῦσα ἐξ Ὁμήρου καὶ ἡ χυδαία γλῶσσα ἐπιλέγει αὐτὸ χαλκώμασιν, ἃ κασσιτερὸς ἀλείφων χρώζει πρὸς ἀργυρωμάτων ὑπόκρισιν. Γεγανωμένον γὰρ διὰ τὴν αἰτίαν λέγεται.

(4) *Auro splendentem*. Ita cl. interpres. Potest id notare, potest quoque aurea φεγγία seu lunulas intextas habentem. Vid. ad p. 340.

(55) Posset ambigi, fuerintne spathobaclia duæ diversæ et separatæ res, spathæ dextra et baculi sinistra manu gestari soliti; an unum compositum corpus, conti longi lignei cum infixis spathis, seu longis et latis mucronibus, venabulis, rhomphæis, ut appellare malis ; quales contos *Hellebardas* vocare solemus. Solent Græci cum veteres tum novi sic componere duo vocabula et commiscere, ut et duo separata, et duo juncta corpora significent, ut D infra p. 48, habemus σελλοχάλινον, *sellam equinam et frenum equi* ; p. 205 Χαρτοχαλαμάριον, *chartam cum thecu calamorum ;* p. 335, τοξοφάρετρα, *pharetra cum sagittis et arcu*, ubi velim *cum arcu* in Latinis addi. V. quæ ad. p. 6 : de χερνιοξέστῳ seu *pelvi manibus lavandis cum gutturnio* dixi. Sic Brodæus ad Antholog. VI. 25. pag. 444, in carmine Leonidæ exponit θυρεάσπιδες *parmæ et scuta*. Potest tamen illud vocabulum ejusmodi scuta significare, quæ in medio perfecte rotunda fuerint, ad formam τῶν ἀσπίδων, in summo autem et imo ὀκφυσιν, excessum habuerint geminum, unde de forma quodammodo et appellatione τῶν θυρεῶν participaverint. p. 180. ed. H. Steph. ejusdem Anthologiæ est ἀρτολάγυνος *lagenu*, seu lacuna, id est patera cava, *vino plena cum intrito pane*. Apud Du Cange Gloss. Lat. est *Bactreperatæ homines baculis et peris instructi* ; Item *pharocantharus*, hoc est pharus, seu corona pensilis multis cereis gerendis, cum cantharis, hoc est discis, pro excipiendis guttis cereorum demanantibus. Apud eumdem Gloss. Gr. : Ἀνδρόγυνον est *par hominum utriusque sexus*, et τυλοπροσκεφάλαιον, *stragulæ cum cervicali*. Possent immanes acervi similium exemplorum e Græcis omnis ætatis comportari, si id ageremus. Sed voluimus tantummodo demonstrare, modum hunc compositionis utramque ferre superius positam interpretandi rationem. Patet tamen e Nostri p. 49 : Σπαθοβάκλια fuisse contos in summo vertice præferratos, ubi postquam seorsim memorasset spathas, addit καὶ τὰ σπαθοβάκλια αὐτῶν ἐπικείμενα τοῖς ὤμοις αὐτῶν. Videtur hoc armorum pompaticorum genus monachus Sangallensis lib. 1, de rebus gestis Caroli Magni cap. 36, ita describere : *Antiquorum Francorum paratura* [ornatus, σχῆμα] *erat contus, de arbore malo nodis paribus admirabilis, rigidus et terribilis cuspide manuali* [hoc est securi, alias dextrario dicto] *ex auro vel argento cum cælaturis insignibus præfixo, portabatur in dextra*. Unde patet, illo jam ævo morem obtinuisse, laminas gladiorum auro et argento, inscriptionibusque et figuris foliorum, animalium, aut insignium gentilitiorum ornandi. *Contos* hoc genus appellat Paulus Warnefrid. reg. Longob. V. 10. : *Unus de exercitu regis, qui regium contum ferre solebat, unum Græculum eodem conto utrisque manibus fortiter percutiens, de sella, super quam equitabat, sustulit, eumque super caput suum levavit*. Habebant medio ævo spathobaclia quoque ab una tantum parte acuta. Quarum præclaram imaginem vidi in codice quodam manuscripto membranaceo bibliothecæ Senatoriæ Lipsiensis, picturis elegantissimis illustrato continente gallicam interpretationem Valerii Maximi, factam sub Carolo V, rege Galliarum, exaratam an. 1420. Talia spathobaclia videntur mihi fuisse illæ hastæ, quas Flandrenses, qui iis præcipue utebantur, *Gotendæ*, id est *bonus dies*, *bon jour*, appellabant, ferme ut nos hodie nervum taurinum, quo castigandi scelerati excipiuntur in ædibus correctoriis, *den Willkommen* appellamus. Illas Godendacas describit poeta Francicus apud Du Cange h. v.

λέγει· « Κελεύσατε· » αὐτοὶ δὲ ὑπερεύχονται, « Εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους. » Οἱ δὲ σπαθαροκαν διδάτοι καὶ σπαθάριοι ἵστανται ἔνθεν κἀκεῖθεν βαστάζοντες τὰ διστράλια (56) αὐτῶν.

II. Imperatore ab his stipato, spatharocandidati et spatharii per scalam consistorii descendunt, et illi quidem per dextram, hi per sinistram, patricii per mediam portam, exeunt, ita ut ad dextram stantes, per scalas dextræ portæ, ad sinistram per gradus sinistræ portæ descendant. Imperator autem cum cubiculo ad pulpitum descendit, subque camelaucio in lapide porphyretico stat, eumque rursus in consistorio patricii et strategi cum senatu excipiunt, dumque adorant, præpositus silentia-

Β'. Καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε δηριγευομένου τοῦ βασιλέως, οἱ μὲν σπαθαροκανδιδάτοι καὶ σπαθάριοι κατέρχονται τὰ γραδήλια τοῦ κονσιστωρίου, οἱ μὲν τὴν δεξιὰν πύλην, οἱ δὲ τὴν ἀριστερὰν, οἱ δὲ πατρίκιοι ἐξέρχονται τὴν μέσην πύλην, καὶ οἱ μὲν ἐκ δεξιῶν κατέρχονται τὰ γραδήλια τῆς δεξιᾶς πύλης, καὶ οἱ ἐξ ἀριστερῶν κατέρχονται τὰ γραδήλια τῆς ἀριστερᾶς πύλης. Ὁ δὲ βασιλεὺς μετὰ τοῦ κουβουκλείου κατέρχεται τὸ πούλπιτον, καὶ ἵσταται ὑπὸ τὸ καμελαύκιον (57) ἐν τῷ πορφυρῷ λίθῳ, καὶ δέχονται αὐτὸν

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(56) *Dextralia.* Ita vocabant ævi medii homines secures, alias μονοπελέκεις vel ἑτεροπελέκεις dictas, quas principum protectores dextris gestabant. V. Du Cange Gloss. Gr. v. Διστρία, et Latin. v, *Dextralis*, et infra ad p. 333 pluribus.

(57) Sæpe fit in hoc codice mentio *triclinii*, in *quo stat camelaucium*. Puto fuisse triclinium, in cujus medio aut steterit columna cum superimposita umbella vel uranisco, aut pependerit polycandelum, a similitudine cum camelaucio sic dictum, quod camelaucium, hoc est infulam, almucciam (*un bonnet*) referret, sive ut exempla nostrum aliquibus forte captu propiora futura allegem, campanam aut conum vel panem saccharinum, suffixis in eo vel dependentibus ex eo per ambitum lucernis illustrantibus triclinium. Erant varii generis camelaucia. Unum prorsus apsidatum seu camaratum, ut cassis. Talia gestare solent apud nos aut de corio viles homines, vulgo *Blechmützen* appellamus, nomine a *Blechmützen*, nummis bracteatis, repetito, quoniam velut caucia, scyphis, cymbia, conchæ insident capiti, exacte congruentia ipsius peripheriæ et in conum aut vacuum spatium non assurgunt. Appellamus quoque *Fuhrmannsmützen*, almuccias carrariorum, quia carrarii vectores talis formæ bonnetis lineis cum villis λινομαλλωτοῖς uti solent. Hujus generis camelaucia gestant illi duo proceres, eunuchus protovestiarius et canicleus, qui in imagine Ceremoniali nostro præfixa Imperatori a dextra stant ; item protectores in imagine Justiniani Ravennate apud Du Cangium Famil. Byzantin. p. 97. extremi a dextra imperatoris ; item illi Galli in monumento sub Tiberio Aug. condito, quod apud Murator. p. MLXVII æri incisum conspicitur. Josephus hoc genus videtur πῖλον ἄκωνον appellare, quod Rufinus vertit *pileum in modum calamauci sive cassidis*. Locum debeo Du Cangio v. *Camelaucium*, ubi egregia hac de re habet. Alterum camelaucii genus erat ἐσφενδονισμένον, e fundo, (fundum appello extremum marginem, qui frontem tegit,) e fundo igitur orbiculari latiore in apicem conicum desinens ; cui apici aut recto in altum stanti, ad modum pilei nautici aut Arabici, et ex parte quoque mitræ episcopalis, (quam *Phrygiam* appellabant, quod pileo Phrygio similis esset, vid. ad p. 332. A. 5.,) aut in latus reclinato, aut nihil, aut σειρά, libella, nutans aliquid et laxe pendens additum est, *eine Troddel* vel *Pommel*, *Quaste* dicimus (*une Houppe* Franci, *dondola* Itali dicunt). Hujus generis camelaucia gerunt proceres duo reliqui in illa imagine nostra ad imperatoris sinistram stantes, et tres Magi dona Christo recens nato offerentes in nummo Joannis Tzimiscæ apud Du Cangium Famil. Byzant. p. 152, versus primo, et gerebat princeps Antiochiæ Gerardus in torneamento cum Manuele Comneno apud Antiochiam instituto, teste Niceta p.57. : Ἔχων ἐπὶ κεφαλῆς πῖλον κατὰ τιάραν ἐπικλινῆ. Tale camelaucium erat id, de quo nostro in loco agitur, cujus occasione de camelaucis dicere cœpi. Quia enim coronæ luminosæ, τὰ πολυκάνδηλα, ecclesiarum et triclinio-rum camaris suspendi solita, in imo ampliores, et quo altius ascenderent, eo minores circulos habebant, pariterque camelaucium secundi generis ad modum coni sacchari coibat in apicem : factum ex eo fuit, ut tale polycandelum per metaphoram camelauciam diceretur. Erat quoque tertium genus camelauciorum, ad instar modioli, angustius in imo, qua frontem premebat, latius in summo et planum, quale gestat imperator Nicephorus Botoniates dicta in imagine. Hæc et similia solebant plerumque στέμματα apellare. Pertinent, ad hoc tertium genus tulbani Turcici, de quorum, ut etiam Arabicorum, forma et differentia ad Abulfedam dico.

Videamus nunc, unde nomen *camelaucium* veniat. De *calamauco* vel *calamaucio*, quomodo multi Latinorum scriptorum efferunt, nunc non dicam, cujus originem fateor me ignorare, si nolumus cum viris doctis id pro corrupta pronuntiatione camelaucii habere. Mitto alias aliorum derivationes contendoque, esse idem atque *camella* ejusque productum, terminatione *acium* et *aucium* apposita. Est autem *camella* diminutivum a *camara*, *camera*. Pro *cameram camella* dictum fuit, ut pro *capera capella*. Est ergo *cămella* idem atque *parva camara*, omne apsidatum, hemisphæricum. Hinc fiscella hemisphærica, vas potorium aut haustorium ligneum, κύπελλον, *cupella*, qualibus in urbibus Batavicis lac vendunt, item froccus, caputium, pannus, quo monachi capita tegunt, omnia ista Latinis *camella*, id est parva camara, parva apsis, dicebantur : vid. Cedren. p. 169. C. 1., cujus quamvis obscuris et perplexis verbis, ut, a Græculo Latina attrectanti exspectari par est, id tamen intelligitur, Latinos sporiam ad circuli dimidiati modum plexam *camellam* appellasse. Neque in eo fallitur, quod camelaucium inde derivat. *Camellam* pro haustra vel scypho dixit Petronius c. 137, ubi vid. interpp. Pro frocco vel caputio, cucullo habet Theodulfus l. VI, c. 18. de vestibus episcoporum, eleganti non minus quam vera sententia :

Fluxas [id est ampla, sinuosa] *camilla caput,*
mentem tegit atra voluntas,
Aspera lana artus, vestis ovina lupum.

Non repugnabo tamen, si quis *camella* pro *capella* dictum existimet, idque a *capillo* repetat : *m* et *p* permutari novum non est. Italia quoque adhuc hos die *capello* pro *capillo* dicunt. Olim quoque *capellas* idem atque *camelaucia* appellabant. Ordinarius ecclesiæ Rothomagensis apud Du Cangium v. *Peregrinus* : *habeant capellos super capita*, et in alia charta apud eumdem v. *Purpumium* numeratur inter arma *capellus ferreus*, hoc est *galea*. Essent igitur *camelaucia* idem atque *capellacia* vel *capillatia*, tegumenta capillorum. Chronicon Vosiense (apud Du Cangium v. *Beneta*) : *mitras gestabant*

πάλιν ἐν τῷ κονσιστωρίῳ (58) πατρίκιοι καὶ στρατηγοὶ ἅμα τῇ συγκλήτῳ, καὶ προσκυνήσαντες, νεύοντος τοῦ πραιποσίτου τῷ σιλεντιαρίῳ ἀπὸ κελεύσεως, λέγει· « Κελεύσατε· » Αὐτοὶ δὲ τό· « Εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους. » Ἀπὸ δὲ τῶν ἐκεῖσε δηριγευόμενος ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν προειρημένων, λέγοντος τοῦ τῆς καταστάσεως κατὰ βάθρον· « Καπτάτε [61] (59),

A rio a mandato signum dat, qui dicit : « Jubete ; » ipsi vero : « In longa bonaque tempora. » Inde a supra dictis stipatus imperator, dicente cerimoniario, dum per gradus descendit : « Captate, domini, » per excubias scholasque et chalcem transit, et ad sanctum puteum abit, factiones autem in solemnibus stationibus signantes, nec quidquam præterea

VARIÆ LECTIONES.

[61] καπλάτε cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

juvenes utriusque sexus, quas vocabant bonetas post capellas de lino vel coffias. Clare patet hic loci, capellas esse tegumenta capitis, quæ immediate capillos tangunt et hos inter atque bonetos intercedunt, qualibus hodie apud nos quidem solæ feminæ adhuc utuntur, (*Hauben* appellant,) olim autem etiam viri, cum apud nos, tum etiam apud Græcos, medio ævo nempe utebantur. Græcorum clerici et nostratium pauci quidam adhuc hodie dupla gerunt camelaucia, unum interius augustius, alterum exterius amplius, splendidus. Prius *subcamelaucium*, id est *subcamelaucium*, appellabant, item *suppileos*, posterius *camilaucium* simpliciter ; v. Du Cange v. Σακαμιλαύχιον p. 501. et *Ependecen.* Terminatio autem *aucium* pro *acium*, *camilaucium* pro *capillaceum*, nemini debet mira accidere. Sæpe interponunt Latini u abundans, ut pro πλατὺς, *platus*, dicunt *plautus*, (vid. Salmas. ad Tertull. p. 175.,) *baccalaureus* pro *baccalarius*, de qua voce alibi in his notis dico.

De aliis camelauciorum nominibus, ut e. c. *theristro*, quo Luitprandius ea sæpe appellat. Græci, si bene memini, nunquam, item de eorum origine (sunt admodum antiqua, videntur tamen a Scythis ad Macedones primos sub nomine causiæ, dein ad reliquos quoque Græcos pervenisse,) non constitui hic disserere ; * [de camelaucio imperatorum, quod pontifices imitati sunt, vide. Du Fresne ad Joinvill. p. 291. Alteserr. ad Anastas. p. 89. ;] * neque de camelauciorum diversitate diversi ordinis indicio, ut sunt diversi tulbani apud Turcas, ut cuique vitæ generi sui, quos etiam diversos apud Græcos fuisse constat e Niceta p. 143 d. 9. Procedo potius ad polycandela, quæ ex eo, quod similia vittis capitis, camelaucis dictis, essent, eorum nomine venerunt. Non melius apparebit amborum similitudo, pharorum circularium inquam seu coronarum multis lucernis et cereis illuminatarum cum vittis conicis convenientia, quam si tab. 26 et 27 Moniment. veterum Campini inspicias, ubi coronæ hæ e camaris ecclesiarum dependentes cum catenis ad instar trianguli æquicrurii in summo convergentibus exacte referunt conum sacchari aut bonetum cuspidatum vel pileum nauticum. Superest adhuc moris antiqui talia camelaucia illuminantia in ecclesiis suspendendi documentum in basilica Aquisgranensi a Carolo Magno condita, corona (sic enim pharos illos pensiles lychniferos appellabant, unde nos retento nomine *Kronenleuchter* dicimus,) non aurea, neque a Carolo Magno gestata, ut vulgus autumat, sed ferrea, accensis cereis et lucernis ecclesiam illuminare facta. *Erat in eadem basilica*, sic scribit de illa corona Eginhartus in Vita Caroli Magni, *in margine* [id est cantho seu imo lato circulo ferreo] *coronæ, quæ inter superiores arcus interiorem ædis partem ambiebat synoptice* [id est ἐν εὐσυνόπτῳ, grandibus, claris, perspicius litteris, quæ in oculos incurrerent et a quovis commode legi possent,] *scriptum continens, quis esset auctor ejusdem templi.* Ectypum ære expressum hujus coronæ per intervalla turrium et ecclesiarum imaginibus distinctæ vidi aliquando in descriptione Antiquitatum urbis Aquisgranensis, auctore nescio quo ; nomen enim memoria excidit. Latini medii ævi pharos hos orbiculares pensiles a figura *arcus* et *coronas*, et *pharos* ab officio, Græci a multitudine luminarium, quæ gerebant, πολυκάνδηλα appellabant. *[Πολυκάνδηλον reddit Combefis. in Contin. Theoph. p. 131. *circulus multiplici face in orbem sustentanda factus*]* V. du Gange v. *Arcus* et *Corona* et *Pharus*, et Angel. de Nuce ad Chronic. Cassinens. 1, 26, p. 300, cujus hæc sunt verba : *Coronæ erant ampli quidam circuli pendentes per catenulas e laquearibus in ecclesiis, ad quas coronas appendebantur lychni ad illuminandas tenebras in nocturnis vigiliis et ad ornatum. Earum nunc usus exolevit præterquam Mediolani, cujus ecclesia priscorum rituum retinentissima perseverat. Eæ coronæ ferebant cruces, de quibus hic et l.* III, *c.* 73 : *coronam argenteam deauratam et lapidibus pretiosis ornatam, ferens* [pro *ferentem*] *cruces sex.* H. T. Eleganter hos pharos describit Chronicon Cassinense III. 33., sed multo magis adhuc Paulus Silentiarius. Verba illius hæc sunt : *Fecit et pharum seu coronam maximam de argento librarum circiter centum, habens* [sic scribebant et loquebantur illo ævo pro *habentem*] *in circuitu cubitos viginti, cum duodecim turribus extrinsecus prominentibus, sex et triginta ex ea lampadibus dependentibus, eumque extra chorum* [id est *soleam*] *ante crucem majorem satis firma ferrea catena, septem deauratis malis distincta, suspendit.* Pauli autem locus Ecphras. v. 457 (p. 520), ubi polycandelorum arcus in imo amplissimos, quo altius autem ascenditur, eo minores atque minores cum fagorum aut pinuum coma in conum eunte comparat, quod redit pariterque aptum est, atque, quod posterioribus ævis magis placuit, comparatio cum camelaucio apicato, hic est :

Κεῖνα γὰρ ἢ κιόνοισιν ὁριτρεφέεσσιν ὅμοια
Δένδρεά τις καλέσειεν ἢ ἀβροκόμοις κυπαρισ-
[σοις
Εἰσὶ μὲν ὀξυκάρηνα, περιτροχάουσι δὲ κύκλοι
Εὐρύτεροι κατὰ βαιὸν, ἕως ἐπὶ λοίσθιον ἔλθῃς
Ἄντυγος, ἣ περὶ πρεμνὸν ἑλίσσεται, ἔνθεν ἐκεί-
[ναις
Ἄνθος ἀπεβλάστησε πυρίσπορον.

(58) *In Consistorio*, nos diceremus *in corpore*. Vox hic loci non, ut alias, locum, sed totum collegium senatorum in uno loco consistentium notat.

(59) M. καπλάτε, non tantum hic, sed etiam deinceps constanter ; quod, cum sæpius recurrere ab editore animadverteretur, exhibitum fuit in posterioribus abjecta emendatione, quæ prima fronte probabilis videatur, et sensui profecto quadrat optime. Dicitur nempe Cerimoniarius imperatori per gradus descendenti dextram suam, non nudam, quod non liceat absque majestatis violatione, sed tunica obvolutam porrigere, ut eam apprehenderet dominus, eumque sic per scalam manu deduceret dicendo κατὰ βάθρον, singulis in gradibus : *Captate Domini*, id est, firmiter apprehendite manum meam, teneteque, ne cadatis, aut uno gradu aberretis. V. p. 88. Tædiosum sane officium, si ad singulos gra-

agentes eum excipiunt, notarii vero et magistri iambos præscriptos iis in locis ubi mos est recitant. Imperator cum cereis accensis precatus, eos præposito tradit, patriarcha vero egressus, ipsi in sancto puteo occurrit, et postquam se mutuo adorarunt osculatique sunt, in ecclesiam ingrediuntur, ubi ad sanctas januas progressi, patriarcha sacrarium petit. Imperator ad sanctas januas, cereos manu tenens, precatur, precatus eos præposito reddit, et sacrarium ingressus precatusque, sacram mensam adorat, perque soleam digreditur unde dum exire vult, cereum processionalem a præposito accipit, psaltæ interea in ambone canunt : « Christus resurrexit. »

A δόμηνι, » διέρχεται διὰ τῶν ἐκσκουβίτων καὶ τῶν σχολῶν καὶ τῆς χαλκῆς, καὶ ἀπέρχεται ἐν τῷ ἁγίῳ φρέατι, τὰ δὲ μέρη δέχονται τὸν βασιλέα εἰς τὰς συνήθεις στάσεις σφραγίζοντες, μηδὲν ἕτερον ποιοῦντες, λέγουσιν δὲ οἱ νοτάριοι καὶ οἱ μαΐστορες τοὺς κατὰ τύπον ἰάμβους, ἐν οἷς τόποις εἴθισται αὐτοῖς, Ἄψας δὲ κηροὺς ὁ βασιλεὺς καὶ εὐξάμενος, ἐπιδίδωσιν αὐτοὺς τῷ πραιποσίτῳ, ὁ δὲ πατριάρχης ἐξελθὼν ἀπαντᾷ τὸν βασιλέα ἐν τῷ ἁγίῳ φρέατι, προσκυνήσαντες δὲ καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, εἰσέρχονται εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἀπελθόντων δὲ αὐτῶν ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, ὁ μὲν πατριάρχης εἰσέρχεται ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, ὁ δὲ βασιλεὺς ἔμπροσθεν ἐστὼς τῶν ἁγίων θυρῶν εὔχεται κρατῶν κηροὺς, καὶ εὐξάμενος ἐπιδίδωσιν αὐτοὺς τῷ πραιποσίτῳ, καὶ εἰσέρχεται εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ εὐξάμενος προσκυνεῖ τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ διέρχεται διὰ τῆς σωλέας· μέλλων δὲ ἐξέρχεσθαι τὴν σωλέαν, λαμβάνει παρὰ τοῦ πραιποσίτου κηριολιτανίκην, καὶ εὐθέως ἄρχονται οἱ ψάλται ἐν τῷ ἄμβωνι τό· « Χριστὸς ἀνέστη. »

III. 45 Imperator ab omnibus pro more stipatus, per medium templum, portas regias, narthecem et baptisterium transit, per scalas athyris descendit, perque milium mediamque forum petit, et usque ad columnam, ubi templum S. Constantini

B Γ'. Καὶ δηριγευόμενος ὁ βασιλεὺς ὑπὸ πάντων τῶν κατὰ συνήθειαν, διέρχεται μέσον τοῦ ναοῦ, καὶ διέρχεται διὰ τῶν βασιλικῶν πυλῶν, καὶ διελθὼν τὸν νάρθηκα καὶ τὸν λουτῆρα, κατέρχεται τὰ γραδήλια τοῦ ἀθύρος (60), καὶ διέρχεται διὰ τοῦ μιλίου καὶ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

dus iteratum fuit, quod hic perhibetur. Sed erant ea sæcula ridicule affectata et φορτικά, quod e Caroli Magni exemplo intelligas, quem perhibet Anastasius, *omnes gradus sigillatim samctissimæ B. Petri ecclesiæ deosculatum fuisse, et ita pervenisse ad pontificem, qui in atrio super gradus apud fores ecclesiæ stabat.* Nihil igitur habet *Captate*, quod offendat, solum si sensum spectes. Putem tamen καπλάτε rectum esse. Certum est, a Græco verbo κάπω, *arripio*, unde *capio* et *capto* manarunt, vocem *capulus* venire, quæ mere Græca est. A κώπη enim, *ansa*, omni quod capi manibus et teneri potest, κωπύλλιον formari potuit. A *capulus* factum fuit verbum *capulare*, et contracte *captare*, ut Græce quoque dici potuit κωπύλλειν. Sane *caplum* dixerunt pro fune, a capiendo : unde Belgis reliquum factum vocabulum *Cabel*, pro fune nautico. Isidorus : *Caplum funis a capiendo dictum;* ut σκαπλίον Græci dicebant pro σκαπουλίον a *scapula*, et ταβλίον pro ταβουλίαν, a *tabula*. Ergo quoque καπλάτε dicere potuerunt pro καπουλάτε et hoc pro κωπύλλετε. Dicebant quoque Latini medio ævo *capulare* pro *stringere*. seu apprehendere, vel mulcere. *Si puis mulieri mamillam capulaverit, idem manum, bruchium, cubitum*, est in legibus Salicis. V. Du Cange v. *stringere*. Ab illo officio, quod olim militum prætorianorum erat, dicti ipsi fuerunt δεξιόλαβοι, quod dextras eorum apprehenderent, iisque se fulcirent ambulantes imperatores. Unde patet, Latinum interpretem in Actis apostolorum c. XXIII, 23, recte reddidisse vocem δεξιολάβους per *lancearios*. Nam protectores principum erant scutati, et lanceati, quamvis spondere non ausim, jam illa Lucæ ætate ad milites prætorianos pertinuisse officium, dextram ambulantibus imperatoribus pro fulcro præbendi, aut tam insolentes et affectatos jam tum fuisse imperatores, ut alerent homines peculiares, quorum manibus velut pueruli ducerentur. Quod nolim tamen ita accipi, ac si antiquitati Actorum apostolorum controversiam facere vellem. Quod autem paulo ante dicebam, Cerimoniarii non nudam, sed velatam manum ab imperatore apprehensam fuisse, debetur invidæ ambitioni principum illorum, qui majestatem suam violari credebant, si aut nudam alterius manum ipsi apprehenderent, aut sinerent, ab alio suam nudam apprehendi. Inde est, quod apud Wilhelmum Tyrium XIX, 18. legimus, Chalifam Ægypti cum Almerico rege Hierosolymæ per legatos ejus pactum ineuntem, cum urgeretur, fidem suam porrecta manu, more principum Europæorum, dare, neque posset effugere, quin faceret, quamvis multum obluctantem, quia Orientalibus hoc pro læsione et humiliatione majestatis habebatur, tandem eo concessisse, ut manum velatam porrigeret. *Tandem vero* (verba Wilhelmi) *post multam deliberationem et Soldani diligentem instantiam manum porrigit invitus nimium, sed velatam. Cui Hugo de Cæsarea. multum admirantibus et stupentibus Ægyptiis, quod tam libere coram summo principe loqueretur, dixit, in fide, per quam se solent, principes obligare, omnia debere esse nuda; propterea aut nudam manum dabis, aut fictum aliquid et minus puritatis habens ex parte tua cogemur opinari. Tum demum invitus plurimum et quasi majestati detrahens, quod multum ægre tulerunt Ægyptii, dextram suam in manum domini Hugonis nudam præbuit.*

(60) Nominativus hujus genitivi non potuit alius quam idem fuisse. Sed interdum quoque ἀθύρας in nominativo et ἀθύρα in genitivo reperitur. Compositum an simplex sit hoc vocabulum, non plane perspectum est. Et deinceps, si pro composito accipiatur, non liquet, illud α significetne πρῶτον, an μόνον. Constat enim α illud modo *primum*, modo *unum* in compositis notare. Vid. quæ Du Cange sub πρωτοσπαθάριος habet, et v. πρωτόθυρον, ubi præter rem Meursium reprehendit, item quæ nos ad p. 59, dicimus. Apud Nostrum quoque habemus p. 194 πρωτόθυρον. Ego tamen malim per μονόθυρον interpretari, propterea quoniam alia quoque monothyra Nostro commemorantur, id est portæ solitariæ, non valvæ, aut quæ fratres non haberent, ut p. 54 est monothyrum Idici ; alias monothyrum Circi, seu porta solitaria, per quam imperator in Circum intrat, μονόπορτον (non μονόπατον, ut male editur,) τοῦ καθίσματος Theophani p. 157 ult., et Chron. Alexand. pag. 784. Alias quoque α in compositis *unum* valet, ut *amita* μονόμιτα, *unilicia*, apud Hugon. Falcand. in Hist. Sicul., ἄμαλον pro μονόμαλον, v. ad p. 267. ἄβολας pro μονόβολος, μονοβαφής, *semel colore tinctus*, unde *abolla*. Infra p. 395. marg.

τὴν μέσην, καὶ ἀνέρχεται εἰς τὸν φόρον, καὶ μέχρι τοῦ κίονος ἐλθὼν, ἔνθα καθίδρυται ὁ ναὸς τοῦ Ἁγίου Κωνσταντίνου, ἀνέρχεται ὁ βασιλεὺς τὰ ἔμπροσθεν γραδήλια τοῦ ναοῦ, καὶ ἵσταται ἐκεῖσε, ἐπακουμβίζων τῷ καγκέλλῳ ἐν τῷ δεξιῷ μέρει, καὶ ἡνίκα μέλλει ἀνέρχεσθαι τὰ αὐτὰ γραδήλια ὁ βασιλεὺς, δίδωσι τὸ κηρίον αὐτοῦ τῷ πραιποσίτῳ. Οἱ δὲ πατρίκιοι καὶ πάντες οἱ ἄρχοντες ἵστανται κάτω, ἕκαστος αὐτῶν κατὰ τὴν αὐτῶν τάξιν τε καὶ στάσιν, ὡς προείρηται, καὶ καταλαβόντος τοῦ πατριάρχου μετὰ τῆς λιτῆς, διέρχεται μέσων αὐτῶν, καὶ μέλλοντος τοῦ σταυροῦ ἀνέρχεσθαι τὰ γραδήλια, ἔνθα ὁ βασιλεὺς ἵσταται, ἅπτει κηροὺς ὁ βασιλεὺς, καὶ προσκυνεῖ τὸν τίμιον σταυρὸν, καὶ προσκυνήσας ἐπιδίδωσι τοὺς κηροὺς τῷ πραιποσίτῳ, κἀκεῖνος τῷ τῆς καταστάσεως, καὶ πήγνυσιν αὐτοὺς [62] ὁ τῆς καταστάσεως ἐν τοῖς τῆς λιτῆς μανουαλίοις (61)· ὁ δὲ σταυρὸς ἀνέρχεται καὶ ἵσταται ἐν τῇ βάσει ὄπισθεν τοῦ βασιλέως ἔμπροσθεν τῆς πύλης τοῦ ναοῦ. Ὁ δὲ πατριάρχης ἀνέρχεται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μετὰ τῶν κατὰ συνήθειαν ἀνερχομένων μετ' αὐτοῦ καθ' ἑκάστην (62)· καὶ ὁ κλῆρος ἵσταται κάτω μετὰ τοῦ κοινοῦ λαοῦ ἐξ ἀριστερᾶς τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς ἐκτενοῦς τελουμένης, λαμβάνει ὁ βασιλεὺς πυρὰ τοῦ πραιποσίτου κηρία. καὶ προσεύχεται, καὶ πάλιν δίδωσιν αὐτὰ τῷ πραιποσίτῳ, ὁ δὲ πραιπόσιτος τῷ τῆς καταστάσεως, αὐτὸς δὲ πήγνυσιν αὐτὰ ἐν τοῖς τῆς λιτῆς μανουαλίοις. Καὶ παραυτίκα ὁ τῆς καταστάσεως διευθετεῖ τούς τε πατρικίους καὶ λοιποὺς ἄρχοντας, τοὺς μέλλοντας δηριγεύειν τὸν βασιλέα, καὶ προσκυνήσαντες ἀλλήλους [63] δ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, ἄρχονται ψάλλειν τὸ τροπάριον οἱ ψάλται· « Χριστὸς ἀνέστη. »

A est, abit, per scalas templi ascendit, ibique subsistit, cancellis dextri lateris accumbens, quod priusquam facit, cereum suum præposito tradit. Patricii vero et præfecti omnes in inferiori loco, singuli pro suo ordine et dignitate ut supra monuimus, stant, per quos medios patriarcha cum processione adveniens transit, dumque crux per scalas, ubi imperator stat, ascensura est, ipse cereos accendit, et venerandam crucem adorat, quo facto cereos præposito, præpositus cerimoniario tradit, qui eos in manualibus processionis figit: crux vero affertur, et pone. Imperatorem in basi ante portam templi constituitur. Tunc patriarcha ecclesiam cum iis, qui pro more singulis festis cum ipso procedunt, petit: clerus autem cum populo communi ac sinistram imperatoris stat, finitaque extensa, imperator a præposito cereos sumit, precatur eosque præposito, præpositus cerimoniario reddit, qui ipsos in manualibus processionis refigit. Tunc cerimoniarius patricios cæterosque proceres imperatorem stipaturos ordinat. Imperator vero et patriarcha postquam se invicem salutarunt, psaltæ troparium: « Christus resurrexit, » incipiunt.

Δ'. Κἀκεῖθεν δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν προειρημένων, διέρχεται τὴν μέσην λιτανεύων, τὸ δὲ τροπάριον ἐν τῇ τῆς λιτῆς περιόδῳ ἄρχεται ὁ τῆς καταστάσεως, καὶ ἀνθ' ὧν τὴν μέσην (63) διέρχεται. Διά

IV. Inde a prædictis stipatus per mediam procedit, troparium vero in processione cerimoniarius incipit, et propterea per mediam transit. Per tabernas vero pistorum forumque tauri digressus, sanc-

VARIÆ LECTIONES.

[62] αὐτοὺς Leich. αὐτὰ cod. [63] προσκ. τοὺς ἀλλήλους ed.

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

est βούλλα ἀσολδία, *bulla aurea solidi unius*. Hesych.: C Ἄδρυα (id est μονόδρυα) πλοῖα μονόξυλα, Κύπριοι. Potest tamen *Athyras* etiam a fluvio Thraciæ Athyra dictum fuisse triclinium, seu ædificium, ut aliud fuit. *Danubius* dictum. Simile quid de Hadriano narrat Spartianus in ejus vita p. 215.: *Tiburtinam villam mire exædificavit, ita ut in ea et provinciarum et locorum celeberrima nomina inscriberet, velut Lyceum, Academiam, Prytaneum, Canopum, Pœcilen, Tempe, vocaret.* Julius Capitolinus in Pertinace p. 561. pariter memorat locum in Palatio, cui nomen *Sicilia* fuerat, ubi Casaubonus e Suetonio notat, habuisse Augustum locum *Syracusas* dictum.

(61) *Manulia* appellant Græci discos paterasve cavas, scapis cereorum supposita, ad excipiendas guttas et fungos eorum, κρητῆρας dictas Paulo Silentiario in Ecphrasi p. 520. v 463.: Ἀντὶ δὲ ῥίζης ἀργυρέους κρητῆρας ἴδοις ὑπένερθε παγέντας δένδρεσι πυρσοκόμοισι. Latini medii ævi *canistra* ἀπὸ τοῦ κανοῦ vel κανισκίου et *cantharos* appellabant. V. Du D Cange his in vocibus, et Alteserr. ad Anastas. p. 21. Canales autem vel tubulos, in quibus hærebant et recti sustinebantur cerei, appellabant *hasta* et *cerostata*, seu stationes cereorum, in quibus cerei stare jubentur, unde junguntur *cantharu cerostata*, seu disci, e quibus eminent acetabula capiendis et sustinendis cereis. Potuerunt quoque manualia fuisse scapi illi lignei, vel pulpita, super quibus candelabra cum cereis poni solent, *des guéridons*, quemadmodum manuale est pulpitum, quod Evangeliorum aliorumve sacrorum librorum impositos codices sustinet, e quibus in Ecclesia recitandum est. Glossæ: *Manuale*, Ἀναλόγιον, seu pulpitum, e quo ἀναλέγεται, subleguntur verba, et continua serie recitantur. Et eo sensu accepisse Agnellum hanc vocem existimo in illo p. 68. Pontific. Revennat. ed. Murator.: *Galla Placidia Augusta super quatuor rotas rubeas marmoreas, quæ sunt ante nominatas regias, jubebat ponere cereostates cum manudlia, ad mensuram* [sui corporis nempe] *et jactabat noctu se in medio pavimento Deo fundere preces, et tandiu pernoctabat in lacrymis orans, quandiu ipsa lumina perdurabant.* Du Gange Gl. Gr. vocem hanc interpretatur per *candelabrum manuale*, seu quod manu geritur. Quem secutus fuit Montfauconius in veteri diplomate Græco, quod p. 405. Palæographiæ Græcæ edidit, interpretando; ubi μαγνουάλια scribitur; nullo discrimine. Solent novi Græci litteras, quas non oportebat, geminare, et geminandas semel tantum ponere, geminumque γγ perinde atque νν usurpant. In eodem, quo dixi, diplomate est ἐγδήν, quod, quia Montfauconius in Latinis præteriit, liceat mihi in transitu interpretari. Significat igitur *mortarium*, et est vetus Græcum ἐγδύη. Ibidem sunt γαργαριστάρια, pocula seu vitra, e quibus hauritur aqua mane ori eluendo.

(62) Subint. προέλευσιν. Integra dictio legitur p. 46.

(63) Hic et deinceps non est *Media*, nomen plateæ, sed idem atque τὸ ἐν μέσῳ, quod inter exitum et finem processionis aliosve duo quoscumque terminos interjacet viæ.

sellæ insidere, cubiculariis omnibus ab utroque latere, eunuchis vero protospathariis a tergo Augustæ adstantibus. Signo ab Augusta dato, præpositus cum duobus ostiariis virgas gestantibus exit, et velum primum, patricias zostas : secundum, magistrissas : tertium, patricias et proconsulares : quartum, patricias et strategorum feminas : quintum, præfectorum et quæstorum : sextum, præfectorum thematum ac proconsulum uxores, drungariam vigilæ, protospatharias, spatharocandidatas, spatharias, turmarcharum uxores, consulares et stratorissas, adducit. Velum septimum, in quo comitissæ scholarum, candidatæ, scribonissæ, domesticæ ordinum, vestitorissæ, silentiariæ, comitissæ numerorum et excubitorum, sequitur. Hæ omnes postquam ab Augusta osculum pacis acceperunt, ea signum præposito dat, qui dicit : « Jubete. » Ipsæ : « In longa ac felicia tempora Deus, » etc., mox abeunt. Dein Augusta surgit, et metatorium cum suis cubiculariis ingreditur, cæteri vero cubiculi ministri ad imperatorem accedunt.

A στα ἐκ τοῦ μητατωρίου [45] τοῦ ὄντος [46] (28) ἐν τοῖς κατηχουμενίοις, καὶ καθέζεται ἐπὶ σελλίου, καὶ ἵστανται οἱ τοῦ κουβουκλείου ἅπαντες ἔνθεν κἀκεῖσε, οἱ δὲ εὐνοῦχοι πρωτοσπαθάριοι ἵστανται ὄπισθεν τῆς Αὐγούστης, καὶ λαβὼν νεῦμα ὁ πραιπόσιτος παρὰ τῆς Αὐγούστης, ἐξέρχεται μετὰ δύο ὀστιαρίων βασταζόντων βεργία, καὶ εἰσάγει βῆλον α', πατρικίας ζωστάς (29)· βῆλον β', μαγιστρίσας· βῆλον γ', πατρικίας καὶ ἀνθυπάτους (30)· βῆλον δ', πατρικίας καὶ στρατηγίσας· βῆλον ε', ἐπαρχίσας (31) καὶ κουαιστωρίσας· βῆλον ς', ἐπαρχίσας θεματικὰς ἀνθυπατίσσας, τὴν δρουγγαρίαν τῆς βίγλης, πριωτοσπαθαρίας, [47], σπαθαροκανδιδατίσας, τουρμαρχίσας τοποτηρητίσας, σπαθαρίας ὑπατίσας, καὶ στρατωρίσας βῆλον ζ', κομητίσας τῶν σχολῶν, κανδιδατίσας, σκριβωνίσας (32), δομεστικίσας τῶν ταγμάτων, βεστιτωρίσας, σιλεντιαρίσας, κομητίσας τοῦ ἀριθμοῦ, κομητίσας τῶν ἱκανάτων. Καὶ μετὰ τὸ δοῦναι πάσαις τὴν ἀγάπην τὴν Αὐγοῦσταν νεύει τῷ πραιποσίτῳ, κἀκεῖνος λέγει· « Κελεύσατε. » Αὗται δὲ τὸ, « Εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους, » καὶ ἐξέρχονται.

B

Ἀναστᾶσα δὲ ἡ Αὐγοῦστα, εἰσέρχεται ἐν τῷ μητατωρίῳ μετὰ τῶν οἰκειακῶν αὐτῆς κουβικουλαρίων οἱ δὲ λοιποὶ τοῦ κουβουκλείου κατεργονται εἰς τὸν βασιλέα.

VIII. Qui postquam e convivio discessit, loro a vestitoribus induitur, et præpositum patriarcham advocare jubet, qui postquam advenit, se invicem salutant, et per triclinium, in quo convivium actum fuerat, ad sacrum puteum egrediuntur, in cujus

Η'. Καὶ ἀναστὰς ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τοῦ κράματος, περιβάλλεται τὸν λῶρον διὰ τῶν βεστιτόρων, καὶ κελεύσας τῷ πραιποσίτῳ, προσκαλεῖται [48] τὸν πατριάρχην, καὶ τοῦ πατριάρχου ἐλθόντος, προσκυνοῦσιν ἀμφότεροι ἀλλήλους ὅ τε βασιλεὺς [49] καὶ ὁ πατριάρ-

VARIÆ LECTIONES.

[45] ἐκ τοῦ μητατωρίου R., ἐν τῷ μητατωρίῳ eod. et. ed. [46] τῷ ὄντι conj. Leich. [47] ἀσπαθαρίας ed, [48] προσκαλεῖ ed. [49] ὁ δὲ βασ. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

dium reverti, et cæto, ubi dormire poterat, si qua in ecclesia pernoctare vellet. Multa de his Catechumeniis Du Cange ad Paulum Silentiar. et CPli Chr. I. III, item Gloss. Græc. et alii. De appellationis ratione verbo adhuc dicendum superest. Si certum esset, olim in veteri Ecclesia Catechumenos ibi stetisse, posset videri nomen loco mansisse, quamvis Catechumeni deinceps desinerent. Putem igitur Catechumenia dicta fuisse a feminis, quæ forte fuerint τὰ κατηχούμενα (subint. πρόσωπα) appellatæ, subjecta, quæ tantummodo audiunt institutionem fidei Christianæ et sacrorum, quæ fiunt, sonum eorum autem, quæ aguntur, nil vident, quandoquidem porticus earum clathris oppositis septæ essent, ipsisque sub pœna anathematis tempore processionis sacrorum deorsum per transennam despicere interdictum esset. Erunt igitur Catechumenia loca, in quibus agunt personæ, solo sono sacræ doctrinæ, precum reliquorumque sacrorum teriendæ.

C

(28) Conf. p. 41. *Egreditur Augusta e metatorio, quod est in Catechumeniis*, nempe foras, in ipsa Catechumenia.

(29) Cum imperatrix non haberet nisi unam patriciam zostam, miseris quare hic plures memorentur. Forte ideo id factum, quod duæ tum essent Augustæ, socrus et nurus, quarum unaquæque suam zostam haberet. Erat patricia Zosta feminei comitatus Augustæ princeps, eique proxima comes et amica, sic forte dicta, non quod cineret et comeret Augustam, sed quod cingulum seu baltheum, honoris indicium, adipisceretur in sua promotione atque generet. Sane quæ alias plerumque dicitur ἡ ζωστή p. 152, est ἡ ζωσθεῖσα. Anastasia

patricia eademque titulo Zostes dignata. Vita Basilii Junioris d. 26, Martii p. 673 : Ἀλλ' ἡ μὲν Θεοδώρα διαδήμασι βασιλείας πάλαι δὴ κατεστέφετο, καὶ ἡ αὐτῆς μήτηρ Θεοκτίστη ζωστή τε καὶ πατρικίᾳ τετίμητο, Cont. Const. p. 56, ubi versio Latina perperam reddit.]" Combefisiana versio sic habet : *Mater quoque Theoctista Zostæ, quam vocant (id est cingulo donatæ) ac patriciæ dignitatem consecuta erat.* Qua in versione quid reprehendendum sit, equidem non video.

(30) Ita quoque M, neque culpo ; moneo tantum, ne quis aliud in M. fuisse suspicetur. Ὕπατος communis generis est. Solet tamen alias *Hypatissa* formari.

(31) Uxores hic intelliguntur præfectorum urbi et præfectorum prætorio. Quæ autem proximo deinceps loco nominantur Eparchissæ, sunt uxores præfectorum provincialium, seu legatorum in provinciis juri dicundo et cogendis tributis.

D

(32) *Uxores scribonum.* Erant autem scribones genus aliquod τῶν δορυφόρων καὶ σωματοφυλάκων, custodum corporis, de quibus vid. Du Cange utroque Glossario, Goar. ad Theophan. p. 231, Guther. p. 505 et 517. Videntur Scribones et Candidati et Mandatores imperatorem in Circum euntem stipasse. Vid. Codicis nostri p. 52. Scribones et Mandatores gestabant virgas, et in processionibus equestribus ibant pedites, p. 59. Mittebantur sæpe in provincias ad exsequenda et perferenda mandata imperialia : quo factum, ut interdum in municipiis magistratus supremos agerent. Lupus Protospatha anno 1058 : *Tromby patricius fecit occidere scribonem in civitate Gottroni.*

χης, καὶ διέρχονται διὰ τοῦ τρικλίνου, ἐν ᾧ ἐκραμάτισε. καὶ μελλόντων ἐξέρχεσθαι ἐν τῷ ἁγίῳ φρέατι, ἵσταται ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ πύλῃ μετὰ τοῦ πατριάρχου, ὁ δὲ πραιπόσιτος καὶ ὁ ἀργυρος ἵστανται ἔξω τῆς αὐτῆς θύρας, καὶ δὴ διὰ χειρὸς τοῦ ἀργύρου λαμβάνει ὁ πραιπόσιτος τὰ χρυσᾶ βαλαντίδια, καὶ ἐπιδίδωσι τῷ βασιλεῖ, καὶ ὁ βασιλεὺς δίδωσι τοῖς μέλλουσι ταῦτα λαμβάνειν, κράζοντος δηλονότι τοῦ ἀργύρου· « Τῷ ὁ [50] δεῖνα δεσπόται ἀγαθοί. » Εἰσὶν δὲ οἱ λαμβάνοντες ταύτην τὴν εὐεργεσίαν ὅ τε ἀρχιδιάκονος καὶ οἱ ἀστιάριοι καὶ οἱ ψάλται καὶ οἱ προσμονάριοι, καὶ εἶθ' οὕτως εἰσέρχονται ἔνδον τῆς κορτίνας τῆς κρεμαμένης ἐν τῷ ἁγίῳ φρέατι. Ὁ δὲ πραιπόσιτος λαβὼν τὸ στέμμα, ἐπιδίδωσι τῷ πατριάρχῃ, καὶ στέφει ὁ πατριάρχης τὸν βασιλέα, καὶ ἐπιδίδοντος τοῦ πατριάρχου τῷ μεγάλῳ (33) βασιλεῖ εὐλογίας, ὁμοίως καὶ τῷ μικρῷ, λαβὼν ὁ βασιλεὺς παρὰ τοῦ πραιποσίτου ἀποκόμβιον, ἀντιδιδοῖ τῷ πατριάρχῃ, ὁ δὲ πατριάρχης τῷ βασιλεῖ ἀλειπτὰ, ὁμοίως καὶ ὁ ἕτερος βασιλεὺς τὸ αὐτὸ ποιεῖ.

A porta imperator et patriarcha, extra portam præpositus et argentarius, stant. Tunc præpositus crumenas auro plenas ex argentarii manu sumit, et imperatori, hic iis, quibus numera distribui solent, tradit, clamante interea argentario: « N. domini boni. » Hoc autem munus archidiaconus, ostiarii, psaltæ et custodes ecclesiæ accipiunt. Postea cortinam in sacro puteo suspensam intrant, ubi præpositus coronam sumit, eamque patriarchæ tradit, hic imperatori imponit, et panem benedictum magno æque ac minori imperatori tradit. Imperator pro iis apocombium a præposito allatum patriarchæ, hic imperatori unguenta offert, quod etiam alter imperator facit.

Θ'. Προσκυνήσαντες δὲ ἀμφότεροι ἀλλήλους καὶ ἐσπασάμενοι οἵ τε βασιλεῖς καὶ ὁ πατριάρχης, ἐξέρχεται ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε, καὶ διέρχεται διὰ τῆς μέσης (34), καὶ εἰσέρχεται τὴν μεγάλην πύλην τὴν χαλκῆν (35), ἀπὸ δὲ τῶν ἐκεῖσε διά τε τῶν σχολῶν καὶ τῶν ἐκσκουβίτων, ἐκτελούντων τῶν περατικῶν μερῶν ἀκολούθως καὶ τῶν πολιτικῶν ἅπαντα τὰ [51] κατὰ συνήθειαν. Καταλαβούσης δὲ τῆς συγκλήτου ἐν τῷ κονσιστωρίῳ, μένει ἐκεῖσε ὑπερευχομένη τὸν βασιλέα· κατελθὼν δὲ τὰ γραδήλια ὁ βασιλεὺς, μένει ἐκεῖ, καὶ ὁ τῆς καταστάσεως μετὰ σιλεντιαρίων καὶ βεστητόρων, ὑπερευχόμενοι τὸν βασιλέα τὸ, « Εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους. » Ὁ δὲ βασιλεὺς δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου καὶ τῶν πατρικίων, διέρχεται μέχρι ταῦ στονοῦ (36),

B **42** IX. Postquam vero imperatores et patriarcha si invicem adorarunt osculatique sunt, imperator abit, perque medium templum digressus, magnam æneam portam intrat, inde per scholas et excubias dum factiones transitoriæ ac politici omnia pro more et consuetudine sua peragunt, procedit. Senatus autem in consistorio congregatus, imperatorem faustis acclamationibus excipiendum exspectat. Qui ut per scalas descendit, ibi subsistit, cerimoniarius autem cum silentiariis et vestitoribus ipsi acclamat: « In multa bonaque tempora » etc. Inde a præfectis cubiculi patriciisque stipatus, ad stenum usque abit, ubi patricii faustis precationibus eum excepturi adsunt. Dum vero triclinium augustale intrat, januas cubicularii occupant: imperator autem præposito

VARIÆ LECTIONES.

[50] τῷ ὁ R., τὸ ὁ ed. [51] τὰ om ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(33) *Magno*, id est *seniori domino*, et *parvo*, id est *juniori*. Illum simpliciter *dominum*, hunc *domicellum*, *damoisel* appellabant Latini medii ævi. Vid. Du Cange v. *domicellus*. Græci quoque veteres μέγας et μικρός pro *sene* et *juvene* ponebant, v. cl. Abresch ad Æschyl. p. 287, Diog. Laert. p. 305, ed. Wetsten., ubi male nomen proprium ex eo fecerunt, it. p. 49, ubi de Pittaco recentiore sermo est.

(34) *Per Mesen*, seu *mediam*. Erat id nomen longæ latæ plateæ, quæ ab aurea porta ad palatium usque pertinebat, et mediam urbem secabat. Unde factum, ut sæpe quoque mediam urbem notet, et vertatur *per mediam urbem*. Vid. Cangii CPL. Christ. p. 70. Meminit hujus plateæ et hic noster Codex, et alii Byzantini, ut Theophanes, Cedrenus, Leo Grammaticus, Continuator Theophanis, perfrequenter. Vid. Theoph. p. 88, 200, 308, 372. Leo Gramm. 462, 470, 496, 510, Cedren. p. 757; Cont. Theoph. p. 55. Patet ex his locis, interdum ἡ μέση simpliciter, interdum addito πλατεῖα aut λεωφόρος efferri. Est illa longa et lata via, cujus meminit Della Valle I. 1 Itinerarii. Potest tamen etiam verti *per intermediam viam*, qualiscunque ecclesiam et palatium intercedit: ἡ μέση, nempe ὁδός, idem est atque τὸ μέσον, vel τὸ ἐν μέσῳ. Procop. de ædific. Justin.: Περόνη χρυσῆ τῇ χλαμύδι ἐπέκειτο, λίθον ἐπὶ μέσης περιφέττουσά τινα ἔντιμον, *in medio sui*. Leo Grammat. p. 450: Ἡ μέση τῆς ὁδοῦ, *media via*. Cedren. p. 318: Κατὰ μέσην, *media in via* Idem p. 348 et 351: Ἐν τῇ μέσῃ τῆς πόλεως. Ita infra apud Nostrum p. 86: Διὰ μέσης τοῦ ναοῦ, *per medium templum*, p. 87: Ἐν τῇ μέσῃ τοῦ φόρου, *in medio foro*, et paulo post ἐν τῇ μέσῃ τῶν ἀξιωματικῶν, p. 124: Εἰς τὴν μέσην τῶν ὑπάτων, p. 142: Εἰς τὴν μέσην τοῦ τρικλίνου.

(35) Est enim parva quoque porta Chalces, v. p. 75. Chalce vero erat porta palatii, vel ædificium cum amplo aditu ad palatium, et vastis valvis, quæ æneis laminis obtectæ erant. Unde nomen. Alii a tegulis æneis repetunt. Χαλκηλάτους πύλας appellat Genesius p. 3. Laminæ illæ æneæ deauratæ videntur a Justiniano ablatæ et ad statuam suam efficiendam adhibitæ fuisse. Vid. Cedren. p. 374, et Goar. ad eumd. p. 526, ubi de duplici Chalce; una palatii, et altera ecclesia fori, agit, et præ cæteris Du Cange CPL. Christ. p. 113 seqq. fuse narrat. [Porta, quæ Chalce dicitur, Scr. post Theophan. p. 397. Chalces maxime conspicua ædes. Constant. vit. Basil. c. 25: Κωνσταντῖνος εὐφημούμενοι — εἰσῆλθε διὰ τῆς σιδηρᾶς πόρτης τῆς χαλκῆς. Script. post Theophan. p. 239. Τὸ πορφυροῦν ὁμφάλιον τῆς χαλκῆς, ibid. p. 266.] Vid. ad p. 50.

(36) *Per angiportum*. Dubito, situne hic loci nomen appellativum, an proprium. Ducebat hic angiportus, ut ex hoc loco apparet, et palatio in Augustæonem, qui a palatio ad S. Sophiam usque pertingebat. Alias notum est, sed aliud, Stenum, cervix ponti Euxini, littus, in quo sita est Constantinopolis, et ei opposita ora Asiatica.

signum dat, ac latine dicit : « Fit : » unus autem cubiculariorum respondet : « Bene ; » cæteri autem cubicularii imperatorem eo modo, qui litteram « II » exprimit, circumstantes, Latine dicunt : « Vivas multos annos felicissime. » Imperatori octangulum triclinium ingresso coronam præpositus demit, vestitores lorum exuunt, et egrediuntur. Ille aureo sagio indutus, a cubiculo, protospathariis ceterisque famulis stipatus, per augustale et apsidem a Deo custoditum palatium petit.

καὶ μένουσιν οἱ πατρίκιοι, καὶ αὐτοὶ ὑπερευχόμενοι τὸν βασιλέα. Εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ τρικλίνῳ τοῦ αὐγουστέως, παραυτίκα ἀσφαλίζουσι τὰς θύρας κουβικουλάριοι, ὁ δὲ βασιλεὺς νεύει τῷ πραιποσίτῳ καὶ λέγει Ῥωμαϊστί · « Βιτ (37) · » καὶ ἀποκριθεὶς εἷς τῶν κουβικουλαρίων λέγει · « Καλῶς. » Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες τοῦ κουβουκλείου, στάντες [52] δίκην τοῦ Π στοιχείου, λέγουσιν καὶ αὐτοὶ Ῥωμαϊστί · « Ἠλθεσὴ μούλτος ἄννος, φιλικήσιμε. » Εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ ὀκταγώνῳ, λαβόντος τοῦ πραιποσίτου τὸ στέμμα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ βασιλέως, εἰσέρχονται οἱ βεστήτορες καὶ ἀπαλλάσσουσι τὸν λῶρον, καὶ ἐξέρχόνται. Ὁ δὲ βασιλεὺς περιβαλλόμενος σαγίον χρυσοῦν, ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε, δηριγευόμενος ὑπό τε τοῦ κουβουκλείου πρωτοσπαθαρίων τε καὶ λοιπῶν οἰκειακῶν, διέρχεται διὰ τοῦ αὐγουστέως καὶ τῆς ἀψίδος· καὶ εἰσέρχεται ἐν τῷ θεοφυλάκτῳ παλατίῳ.

X. Hora autem instante, mensæ quæ excisa est assidet, cubicularii intrant, et ab utroque cœnaculi latere, ut mos est, adstant : intrant quoque amici imperatoris, et patricii quidem tunicas suas gestant, quas, cum cibi afferuntur, rursus induunt. Sciendum est, præfectos cubiculo tota septimana renovationis in eadem mensa, scilicet aurea, duplicem concessum facere. Porro si legati magnarum gentium adsint eosque advocari imperator jusserit,

Ι'. Καταλαβούσης δὲ τῆς ὥρας, καθέζεται ἐπὶ τῆς τραπέζης, ἡ δὲ τράπεζά ἐστιν ἀποκοπτὴ (38), καὶ εἶθ' οὕτως εἰσέρχονται οἱ τοῦ κουβουκλείου, καὶ παρίστανται καθὼς καὶ ἡ τάξις ἔχει ἔνθεν κἀκεῖσε τοῦ κλητωρίου (39)· εἰσέρχονται δὲ καὶ οἱ φίλοι ἐν τῷ κλητωρίῳ, φοροῦντες οἱ μὲν πατρίκιοι τὰ χλανίδια αὐτῶν, καὶ πάλιν (40), ἡνίκα εἰσέλθῃ τὸ δούλκιον [53], περιβάλλονται αὐτά. Ἰστέον δὲ, ὅτι οἱ ἄρχοντες τοῦ κουβουκλείου δι' ὅλης τῆς διακαινησίμου ἐν τῇ αὐτῇ τραπέζῃ, ἤγουν

VARIÆ LECTIONES.

[52] Pro σταντες cod. πάντες. [53] δουλκὴν cod.

JOAN. JAC. REISII COMMENTARIUS.

(37) Sic erat superius p. 13. Hic autem et p. 80. dabant membranæ Διθ tanquam compendium esset, ut exarari solet Δαδ pro Δαβίδ. Estne ergo compendium scripturæ pro *dicite?* Vix credibile hoc est, Græcos librarios vocem Latinam sibi ignotam compendio exarasse.

(38) *Abscissa mensa* ad verbum, id est separata ab aliis, seorsim posita. Hæc quia major erat quam cæteræ, atque sublimior, ideo solet quoque ἀποκοπτὴ *major* reddi, quamvis in se non significet, vid. p. 57 et 171. Erat mensa in triclinio XIX accubitorum, ex transverso e regione ostii in summo posita, ad cujus utrumque latus cæteræ 18, ex unoquoque latere novenæ protendebantur, ut patet e Cletorologio. Sed hæc, de qua hic loci sermo est, aurea separata mensa stabat in Chrysotriclino. Spon. Itiner. t. II, p. 15, quoque narrat, abbatem in monasteriis Græcis ad mensam a reliquis sequestratam, hoc est remotam, epulari. *Il y a trois tables*, ait La Croix in Ritibus Ecclesiæ Græcæ c. 15, quo cæremonias exponit, quibus festum Paschatis ab Hospodaro Moldaviæ peragitur, *une petite sur une estrade sous un dais pour le prince, lequel mange seul et deux fort longues à droite et à gauche de celle-là, l'une pour le métropolite et le clergé, et l'autre pour les officiers de la noblesse et les nobles.* Hæc est illa *summa tabula*, quam Spartianus in vita Adriani c. 17. appellat, loco adhuc corrupto in editionibus, t. I, Scr. Hist. A. p. 161, qui mihi sic legendus esse videtur: *Ad deprehendendas obsoniatorum fraudes, cum plurimis* [subintellige *vicibus*, id est plurimum, plerumque], *summa tabula pasceret* [id est cibum caperet], *fercula de aliis mensis etiam ultimis quibusque jussit apponi.* Utitur alias quoque Spartianus vocabulo *plurimis* adverbialiter pro *ut plurimum*, ut eadem vita cap. 20, *libros statim lectos, et ignotos quidem, plurimis memoriter reddidit.* Ipse jam Tacitus Annal. III, 75, exemplum præivit : *Quia robore exercitus impar, furandi melior, plurimis* (ita leg. est) *per globos incursaret eluderetque et insidias simul tentaret.* Reges Parthorum quoque talibus mensis assidebant, ut ex Athenæo intelligitur, cujus hæc sunt verba, p. 153 : Παρὰ Πάρθοις ὁ βασιλεὺς ἐν τοῖς δείπνοις τήν τε κλίνην, ἐφ' ἧς μόνος κατέκειτο, μετεωροτέραν τῶν ἄλλων καὶ κεχωρισμένην εἶχε, καὶ τὴν τράπεζαν μόνῳ, καθάπερ ἥρωϊ. πλήρη βαρβαρικῶν θοινημάτων παρακειμένην. Etiam veteres Græcos et Thracicos reges atque tyrannos in mensa separata epulari consuevisse, constat ex ejusdem Athenæi loco p. 252, ubi ait, parasitum aliquem regi suo, Thraci cuidam, etiamsi absenti, quotidie posuisse separatam mensam. Παρετίθει, privatæ nempe suæ mensæ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ὁπότε μέλλοι δειπνεῖν, τράπεζαν χωρὶς, ὀνομάζων τῷ δαίμονι τοῦ βασιλέως, ἐμπλήσας σίτου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων.

(39) Vocabulum hoc variæ significationis est, et interdum notat convivium, interdum autem, ut hic loci, triclinium, salam, ubi convivium celebratur, per metonymiam. Est a καλεῖν, κλῆσις, *vocando, invitando.* Plura de Cletoriis imperatorum CPL anorum dicendi occasio erit, quando ad finem libri pervenerimus. Interea liceat hoc tantum observare, aut mutata fuisse instituta aulæ Byzantinæ post editum nostrum hoc Cæremoniale, aut errare Codinum, quando p. 94, ait : Imperatorem quinquies per annum epulari publice, festo Nativitatis Christi, Luminum, Palmarum, Paschæ et Pentecostes. Contrarium apparet e Cletorologio nostro.

(40) Nihilo quidem plus habent hic loci membranæ, quam editio. Liquet tamen aliquid deesse. Ec. ἀ πρὸ τοῦ καθεσθῆναι, aut κατακλιθῆναι, ἀποτίθενται, *quas deponunt antequam considerant ad mensam.* Patebit ex Cletorologio. Pro δουλκίον est in membranis more solito δουλκήν. Est autem *dulcium* missus, quo dulcia inferebant sub convivii finem, ut placentas, opera mellita pistoria, tragemata, sed a bellariis, seu fructibus horæis diversa. Patet e Lampridio in Heliogabalo t. I, p. 863, qui *dulciarios pomariis* opponit. Conf. ibid. Salmasius, p. 873, et II, p. 603, et Du Cange Gloss. lat. h. et *Dulcicium.* Cedren. p. 539, sic describit : Εὐωχίας παρακαζούσης, καὶ τῶν τραγημάτων, πλακούντων δη ατὴ καὶ πεμμάτων, παρατιθεμένων. Conf. Script. post Theoph. p. 145, ubi sitne δουλκίου rescribendum pro δουλικίου, an retinenda posterior scriptio, et

τῇ χρυσῇ (41), τελοῦσι διπλοῦν παραστάσιμον. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι εἰ μὲν τύχωσι πρέσβεις μεγάλων ἐθνῶν, καὶ κελεύσει ὁ βασιλεὺς τούτους καλέσαι, ἵσταται ἡ χρυσῆ μικρὰ τράπεζα ἄνω ἔνθα τὸ πενταπύργιον (42) ἵσταται, καὶ καθέζεται ἐκεῖ ὁ βασιλεὺς, οἱ δὲ πρέσβεις καθέζονται ἐν τῇ μεγάλῃ χρυσῇ τραπέζῃ. Ἀριστερᾷ δὲ τοῦ πενταπυργίου ἵσταται σκάμνον (43), ἔχον βάθρα, καὶ ἀνέρχεται δι' αὐτοῦ ὁ τῆς τραπέζης (44), καὶ ἵσταται ἄνω καθυπουργῶν τῷ βασιλεῖ, οἱ δὲ ἐγγιστιάριοι [54] (45) ἵστανται πάντες κάτω, ἵστανται δὲ ὁμοίως καὶ ἐξ ἀριστερῶν τοῦ αὐτοῦ πενταπυργίου, ἔχοντος καὶ αὐτοῦ βάθρα, καὶ ἀνέρχεται δι' αὐτοῦ ὁ ἐπιγκέρνης [55] (46). Ἰσνέον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ἵστανται ἐν τῇ καμάρᾳ τοῦ χρυσοτρικλίνου τῇ ἐξαγούσῃ πρὸς τὸν τριπέτωνα παρατράπεζα (47) δύο, εἰ δὲ κελεύει ὁ βασιλεὺς γενέσθαι κατὰ προσθήκην ἕτερα δύο παρατράπεζα, ἵσταται τὸ ἓν [56] ἐν τῇ ἀριστερᾷ καμάρᾳ, τὸ δὲ ἕτερον ἐν τῇ δεξιᾷ. Γνω-

A aurea mensa parva eo loco, ubi pentapyrgium est, stat, cique imperatur, legati vero majori mensæ aureæ assident. **43** In sinistro autem pentapyrgii latere scamnum gradibus instructum apponitur, per quod mensæ præfectus imperatori ministraturus ascendit, infra autem engistiarii omnes ad lævam pentapyrgii stant, quod etiam gradus habet, per quos pincerna ascendit. Præterea observandum est, in camera aurei triclinii ad tripetonem ducente duas tabulas apponi, quod si vero et alias duas parari imperator jusserit, una in sinistra, altera in dextra camera instruitur. Si porro festum annuntiationis in diem Paschatis inciderit, ita celebratur. Venit imperator cum processione ex palatio suo a Deo custodito a Sancta Deipara Phari, perque porticus quadraginta sanctorum apsidemque progressus, templum Sanctæ Deiparæ in Daphne, inde Sancti Stephani petit, ritibusque solemnibus servatis, inde

B

VARIÆ LECTIONES.

[54] ἐγγιστάριοι ed. [55] ἐπιγκέρτης ed., πιγκέρνης conj. Leich. [56] τὸ μὲν ἕν conj. R.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

interpretanda *cœna* cum Combefisio, aut *servitium*, mensale nempe, id est apparatus epularis, cum Du Cangio in Gloss. Gr. mihi quidem non satis liquet. Malim tamen prius. Superiori Cedreni loco respondet illo Contin. Theophan. p. 100: Ὡς οὖν τὰ τῆς εὐωχίας παρῆκμασεν, καὶ εἰς βρῶσιν τὰ τραγήματα μετὰ τῶν πλακούντων παρέρειτο, etc. Cum igitur dulcium ultimus esset in epulis missus, induebant illo illato convivæ suas chlamydas, quas sub initium convivii deposuerant, ut abitui se accingentes. Placentas et poma in conviviis veterum postremæ fuisse (uti etiam adhuc hodie sunt in nostris) constat satis ex Alciphrone, Luciano, Petronio. *Dulcium* appellabant latini medii *species*. Ceremoniale Daventriæ: *Regi servietur de speciebus cum dragerio cooperto*. Dragerium est ferculum vel arca dragearum, τραγημάτων, pastillorum, morsulorum saccharatorum. Acta Visitationis Simonis archiep. Bituric. p. 235: *Biberunt cum domino, et de drageria comederunt*. Ordo Romanus Amalii c. 69: *Omnibus lotis dantur species et vinum*. Non tam odoramenta, incensa, aquas rosatas intelligi per *species*, quam morsulos, fructus saccharo conditos, confectiones, sic vulgo dictas, apparet ex Ceremon. Augustini patricii III, 13: *Epulis abunde subministratis fit secunda lotio manuum. — Ponuntur deinde vinum et confectiones, sive species, ut habent antiqui codices, et demum finito convivio dicit, Lector: Tu autem, Domine, miserere nobis.* Ubi vid. Joseph. Catalanus in notis p. 159, et Du Cange verb. *Species*.

C

D

(41) *Aurea mensa* est eadem cum τῇ ἀποκοπτῇ, *separata*, sic dicta, non quod tota aurea, sed quod aurea lamina obducta esset. Potest quoque ex eo sic dicta esse, quod aureis tantum vasis in ea ministraretur, non argenteis, ut testatur Luitprand. *Histor.* VI, 3. Mallem tamen prius; et pari modo auream unam atque tres argenteas mensas habuisse puto Carolum M. de quibus narrat Eginhardus in ejus vita Διπλοῦν παραστάσιμον τελεῖν significat mea quidem sententia *in duplici serie astare*. Solebant alias in quotidianis epulis proceres cubiculi mensæ imperiali simplici tantum serie astare; in solemnibus vero per dies festos conviviis astabant serie gemina. Et sic accepit quoque cl. interpres p. 94, Conf. p. 100.

(42) Armarium cum quinque turriculis, in quo stabant pendebantve jocalia pretiosissima, ut coronæ aureæ gemmatæ, monilia margaritarum, annuli aurei, torques, disci, crateres aurei, et alia talia, quæ luxum et opulentiam demonstrant et oculum feriunt: quemadmodum nos in talibus scriniis porcellanas aliaque rara et pretiosa, exponimus. Verbum hoc pluribus expono ad pag. 335.

(43) Patet ex hoc loco, mensam auream, cui imperator assidebat, aut accumbebat, apocoptam, seu separatam dictam, sublimiorem cæteris fuisse.

(44) Alias quoque ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης. * [*Dapifer* et *senescalcus* regis. Du Fresne ad Zonar. p. 85. *Eccardus regiæ mensæ præfectus* occurrit apud Eginhardum anno 778.] *

(45) Sic M. et sic quoque pag. 48, 162 et 168, editum fuit. Sunt autem οἱ ἐγγιστιάριοι enginarum, id est machinarum, motores et moderatores, per quas ponderosæ lances in auream imperialem mensam sublevabantur, cum virorum humeris attolli nequirent. Egregiam lucem affert huic loco Luitprandus *Hist.* VI, 3, cujus hæc sunt verba: *Post cibum aureis vasis tribus sunt poma* [τὸ δουλκίν] *delata, quæ ob immensum pondus non hominum manibus, sed purpura tectis vehiculis sunt allata. Apponuntur autem hoc modo. In mensa per foramina laquearis tres sunt funes pellibus deauratis tecti, cum annulis aureis, qui ansis, quæ in scutulis prominent, positi, adjuvantibus inferius quatuor aut eo amplius hominibus per vertibile, quod supra laquearium est, ergalium, in mensam subvehuntur, eodemque modo deponuntur.* Vid. Du Cange Gloss. lat. v. *Ingenium*, machina bellica, *Ingeniosi, ingeniarii*. Vocabulum est originis bene Græcæ. Quod recentiores maluerunt ἄγγος et ἀγγεῖον efferre, appellabant veteres ἔγγος, unde ἐγγοθήκη. Vid. Athen. p. 153, et 209, unde Latini suum *incitheca* habuerunt. de quo v. Casaubon ad Athen. p. 368. Erat horum ingeniariorum, vestes a proceribus ante epulas exutas accipere et servare, atque sub exitum epularum suas cuique reddere. Vid. pag. 162.

(46) M. ἐπιγκέρνης (*edebatur* ἐπιγκέρτης), quod pro istorum temporum more bene habet. *Pincerna* inde decurtatum est. Prima et recta scriptio est ἐπικέρνης, ab ἐπικιρνᾶν. Conf. Goar. ad Codin. p. 24. Du Cange Gloss. Gr. v. πιγκέρνης,

(47) Ita membranæ. Veteres maluissent dicere παρατραπέζια, ut etiam p. 57, habetur. *Credentiæ* Latinis medii ævi audiebant.

sacerdotes in processione ad palatium revertuntur, imperator vero cubiculum augustale ingressus, tempus exspecta. quo veniente, cerimonias in Paschatis festo quasque supra exposuimus observandas peragit.

στέον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι εἰ μὲν τύχῃ ἡ ἑορτὴ τοῦ Εὐαγγελισμοῦ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα, τελεῖται οὕτως, Ἐξέρχεται μετὰ λιτῆς ἐκ τοῦ θεοφυλάκτου αὐτοῦ παλατίου, ἀπὸ τῆς παναγίας Θεοτόκου τοῦ Φάρου (48), καὶ διέρχεται διὰ τῶν διαβατικῶν τῶν ἁγίων μ' (49) καὶ τῆς ἀψίδος (50), καὶ ἀπέρχεται ἐν τῷ ναῷ τῆς Παναγίας Θεοτόκου ἐν τῇ Δάφνῃ, ἀπὸ δὲ τῶν ἐκεῖσε ἀπέρχεται εἰς τὸν ναὸν τοῦ Ἁγίου Στεφάνου, καὶ τελέσαντος τὰ συνήθη [57], οἱ μὲν ἱερεῖς ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε λιτανεύοντες, ὑποστρέφουσιν ἐν τῷ παλατίῳ, ὁ δὲ βασιλεὺς εἰσέρχεται ἐν τῷ ἐκεῖσε ὄντι κοιτῶνι τοῦ αὐγουστέως, ἐκδεχόμενος τὸν καιρὸν, καταλαβόντος δὲ τοῦ καιροῦ, τελεῖ ἅπαντα ἀκολούθως τὰ τοῦ πάσχα, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται.

CAPUT X.

Observanda die secunda septimanæ renovationis.

I. Præfecti omnes, albis tunicis induti, celeriter in apsidem procedunt, patricii tunicas aureis clavis, cæteri vestes pro suo ordine ac dignitate, præpositi cubiculo et primicerii ostiariorum tunicas aureis clavis, spatharocubicularii spathas suas gestant. Aperto palatio, cubicularii omnes per quadraginta sanctorum ædem intrant imperatorem excepturi; patricii vero et strategi cum domesticis in hemicyclio triconchii, ut ipsi mos est, astant. Stipatus autem a cubiculariis imperator, sago aureo ornatus per cancellos triconchii egreditur, eumque patricii, strategi et domestici ibi excipiunt. Post a proto-

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Οσα δεῖ παραφυλάττειν ἐν τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς διακαινησίμου.

Α'. Προέρχονται τάχιον (51) ἅπαντες οἱ ἄρχοντες ἀπὸ λευκῶν χλανιδίων ἐν τῇ ἀψίδι, ἀλλάσσουσι δὲ οἱ μὲν πατρίκιοι χλανίδια χρυσόταβλα, οἱ δὲ λοιποὶ ἕκαστος κατὰ τὴν αὐτοῦ τάξιν τε καὶ ἀξίαν, τοῦ δὲ κουβουκλείου οἱ μὲν πραιπόσιτοι καὶ ὁστιαροπριμικήριοι περιβέβληνται χλανίδια χρυσόταβλα, οἱ δὲ σπαθαροκουβικουλάριοι τὰ σπαθία αὐτῶν. Ἀνοίξαντος δὲ τοῦ παλατίου (52), οἱ μὲν τοῦ κουβουκλείου ἅπαντες εἰσέρχονται διὰ τῶν διαβατικῶν [58] τῶν ἁγίων μ', ἐκδεχόμενοι ἐκεῖσε τὸν βασιλέα, οἱ δὲ πατρίκιοι καὶ στρατηγοὶ ἅμα τῶν δομεστίκων ἵστανται ἐν τῷ ἡμικυκλίῳ τοῦ τρικόγχου, ὡς ἔθισται αὐτοῖς·

VARIÆ LECTIONES.

[57] Στεφάνου, τελέσας τ. συνήθη. Οἱ μὲν ed. [58] τῶν διαβατικῶν om. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(48) Haud procul a Chrysotriclino intra Palatium erat templum Deiparæ Phari, et poterat e cœtone Chrysotriclini per macronem, seu longam porticum, in hoc templum perveniri. Vid. pag. 68, 69. Pharus autem, unde templo nomen est, ibi erat pro navigantibus, noctu ardere solitus. Vid. Contin. Theophan. p. 13 init. Non confundenda hæc ædes cum æde Deiparæ τοῦ φόρου, quæ in foro, Constantini M. scilicet, erat. Erant autem in palatio duo potissimum templa celebria. ἡ Θεοτόκος τοῦ φάρου et ἡ Νέα Ἐκκλησία, præter alia oratoria, εὐκτήρια, quæ unumquodque minus palatium, ut XIX, Accubita, Lausiacum, Chrysotriclinum, habebant sibi peculiaria. Deserviebant hæc *clerici palatini*, *capellani* dicti Latinis, a *capella*, sic εὐκτήρια appellabant regibus privata. Apud Sigonium de regno Italiæ p. 71. (32.) de Luitprando, rege Longobardico, lego, illum *in suo palatio oratorium S. Salvatoris condidisse, et, quod nulli alii reges habuerant, sacerdotes et clericos instituisse, qui ei quotidie divina officia celebrarent.* Verum de regibus Longobardicis illud tantummodo intelligendum. Nam Eusebius I. IV, de vita Constantini testatur, hunc jam imperatorem basilicas aliquot intra palatii sui, septa condidisse, quibus procul dubio etiam clericos deservientes addidit. *[Κληρικὸς τῶν ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλείων τεταγμένων εἷς appellatur Joannes Cameniata, qui scripsit de Thessalonicæ excidio p. 362. Clerici palatini benedictionem nuptialem dabant. Scr. post Theoph. p. 222. Constantinus Rhodius Clericus palatinus ad pacem cum Bulgaris ineundam mittitur ibid. p. 255; κλήρου τῶν βασιλικῶν αὐλῶν ἀρχηγός, ib. pag. 20. Conf. pag. 24, ubi egregius locus de clero Palatino.]*

(49) *[Templum quadraginta martyrum schola nobilis Byzantii, Contin. Theoph. p. 117.]* De illis quadraginta martyribus Sebastiæ sub Licinio passis, vid. Menolog. Basil. m. Martio die 9. t. III, p. 10.

(50) De apside conf. Du Cange Gloss. lat. et Constant. Christ. *[Pisidas *De opificio mundi* pag. 6. et prioris Morelli. Apsis est, ubi stabat episcopus. Alteserra ad Anastas. p. 184.]* Durandus p. 6. *Exedra est Absida sive volta* [voute] *modicum a templo vel palatio* [nempe distans]. Ugutio: *Absida est Græcum et interpretatur lucida, id est latus adificii vel trebuna.* Figuram ejus videre est in omnibus pene nostris Ecclesiis, structura nempe illa est, sub qua altare stat, et quam totus sic dictus chorus implet; et si quis veterem desideret, inspiciat p. 82. t. I, Menologii Basil.

(51) *Cito, mature, de bonne heure*, ut olim θᾶττον pro ταχέως, comparativus pro positivo. Ita quoque usurpat Cedren. p. 761, script. post Theoph. p. 291. Pariter Latini. Anonymus Patavinus apud Murator. t. II, Ant. Ital. pag. 316: *Nobiliores mulieres si choream aliquam faciebant, non fuisset ausus aliquis popularis, eam* [domum] *intrare, quia juvenes filii nobilium super ipsorum maxillas quam citius* [pro quam citissime, quantocyus, confestim, absque mora,] *alapas apponebant.* Odo de Diogilo: *Reverentiæ, quas regibus exhibent caput et corpus submissius inclinantes.* Luitprandus quoque histor. p. 426, *brevius* pro *breviter* dixit. Et sic multi alii eo tempore tam Græci quam Latini. Potest quoque τάχιον pro τάχιστα positum esse. Sic Lambertus Ardensis pag. 173: *Dominum Arnoldum juvenem* [in excommunicatione mortuum] *imblocatum extra parietes capellæ suæ, eo, quod ibi non esset atrium adhuc benedictum, neque cimeterium, quam proprius* [id est quam proxime] *ad parietes potuerunt, collocaverunt.*

(52) Nempe ἑαυτὸ, *quando se aperit palatium.* aut pro ἀνοιχθέντος, *aperto palatio.* Ita Scylitzes p. 855, ὑπανοίγοντος τοῦ ἔαρος. Et noster infra p. 355, κρούει, pro *pulsatur* adhibuit: item παίουσι τὰ ὀργανα pro παίονται p. 328.

Ὁ δὲ βασιλεὺς δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν τοῦ κουβουκλείου, φορῶν σαγίον χρυσοῦν, ἐξέρχεται διὰ τῆς γανωτῆς πύλης (53) τοῦ τρικόγχου, καὶ δέχονται αὐτὸν ἐκεῖσε πατρικιοί [59] τε καὶ στρατηγοὶ ἅμα δομεστίκοις, καὶ δηριγευόμενος ἀπό τε τῶν τοῦ κουβουκλείου πρωτοσπαθαρίων [60] βαρβάτων, μαγλαβιτῶν, καὶ λοιπῶν οἰκειακῶν, διέρχεται διὰ τῆς Δάφνης, ἅπτων ὡς ἐξ ἔθους ἐν τοῖς εὐκτηρίοις κηρία, καὶ εἰσέρχεται ἐν τῷ κοιτῶνι τοῦ αὐγουστέως, ἐκδεχόμενος τὸν καιρόν. Καταλαβόντος δὲ τοῦ καιροῦ, περιβάλλεται χλανίδα διὰ τῶν βεστητόρων λευκὴν χρυσοφεγγῆ (54), καὶ δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου, διέρχεται διὰ τοῦ αὐγουστέως, ἵστανται δὲ ἔξω τῆς πύλης, ἔνθα τὸ βῆλον κρέμαται, πρωτοσπαθάριοι βαρβάτοι, ἠλλαγμένοι, βαστάζοντες σπαθοβάκλια (55). Καὶ διελθὼν ὁ βασιλεὺς διὰ τοῦ στενοῦ τῆς γρυσῆς χειρὸς, ἀνέρχεται ἐν τῇ χαλκῇ πύλῃ τοῦ ὀνόποδος, καὶ δέχονται αὐτὸν πατρίκιοι καὶ στρατηγοί· προσκυνησάντων δὲ τῷ βασιλεῖ, νεύει ὁ πραιπόσιτος τῷ τῆς καταστάσεως ἀπὸ κελεύσεως, καὶ

A spathariis barbatis cubiculi, manclavitis cæterisque domesticis stipatus, per Daphnem transit, accensis pro more in oratoriis cereis, inque cubiculo augustali tempus statutum exspectat. Quo veniente, tunica alba auro splendente a vestitoribus induitur, atque cubiculo præfectis stipatus, per augustale transit, stantibus extra portam, ubi cortina suspensa est, protospathariis barbatis, qui mutatorias suosque spathobaculos gestant. Digressus imperator, 44 per stenum aureæ manus, ad æneam portam onopodii procedit, ubi patricii et strategi eum excipiunt, quibus imperatorem adorantibus, præpositus cerimoniario a mandato signum dat, isque dicit : « Jubete : » at illi : « In multa bonaque tempora » etc. Spatharocandidati vero et spatharii cum B dextralibus suis ab utroque latere astant.

VARIÆ LECTIONES.

[59] πατρίκιοι καὶ ed. [60] πρωτοσπαθ. Sic h. l. et v. 17 scribendum ut supra p. 67, pro eo, quod ed. exhibet ἀσπαθ., monente Reiskio ad p. 24, 23.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(53) *Per cancellos* reddidit cl. Interpres, et sic quoque p. 150, γανωτοὶ πυλῶνες, *cancellata vestibula*. Si recte, longe aliud notabat olim hæc vox, nempe *politum* ; et ex eo significatu reddi posset *per portum politam*, id est lamina aurea vel marmorea polita, vel vitreata incrustatam, *geglasirt*. *Glissina* dicebant medio ævo, a *glissire*, quod notat λειοῦν, item *vitreata*. 1 Ita accipio verba Hist. episcop. Antissid. c. 52. *Parietes chori ecclesiæ vitreavit*, id est crusta polita obducere, velut ficuli C ollas solent. In Tactico militari deinceps habemus γανωτά de vasis æneis, id est *instannata*. Eustathius ad Homer. Iliad. T : Τὸ γανοῦσθαι λαβοῦσα ἐξ Ὁμήρου καὶ ἡ χυδαία γλῶσσα ἐπιλέγει αὐτὸ χαλκώμασιν, ἃ κασσιτερὸς ἀλείφων χρώζει πρὸς ἀργυρωμάτων ὑπόκρισιν. Γεγανωμένον γὰρ διὰ τὴν αἰτίαν λέγεται.

(4) *Auro splendentem*. Ita cl. interpres. Potest id notare, potest quoque aurea φεγγία seu lunulas intextas habentem. Vid. ad p. 340.

(53) Posset ambigi, fuerintne spathobaclia duæ diversæ et separatæ res, spathæ dextra et baculi sinistra manu gestari soliti; an unum compositum corpus, conti longi lignei cum inflxis spathis, seu longis et latis mucronibus, venabulis, rhomphæis, ut appellare malis ; quales contos *Hellebardas* vocare solemus. Solent Græci cum veteres tum novi sic componere duo vocabula et commiscere, ut et D duo separata, et duo juncta corpora significent, ut infra p. 48, habemus σελλοχάλινον, *sellam equinam et frenum equi* ; p. 205 Χαρτοκαλαμάριον, *chartam cum thecu calamorum* ; p. 335, τοξοφάρετρα, *pharetra cum sagittis et arcu*, ubi velim *cum arcu* in Latinis addi. V. quæ ad. p. 6 : de χερνιοοξέστῳ seu *pelvi manibus lavandis cum gutturnio* dixi. Sic Brodæus ad Antholog. VI. 25. pag. 444, in carmine Leonidæ exponit θυρεάσπιδες *parmæ et scuta*. Potest tamen illud vocabulum ejusmodi scuta significare, quæ in medio perfecte rotunda fuerint, ad formam τῶν ἀσπίδων, in summo autem et imo ἐκφυσιν, excessum habuerint geminum, unde de forma quodammodo et appellatione τῶν θυρεῶν participaverint. p. 180. ed. H. Steph. ejusdem Anthologiæ est ἀρτολάγυνος *lagenu*, seu lacuna, id est patera cava, *vino plena cum intrito pane*. Apud Du Cange Gloss. Lat. est *Bactroperatæ homines baculis et peris instructi* ; Item *pharocantharus*, hoc est pharus, seu corona pensilis multis cereis gerendis, cum cantharis, hoc est discis, pro excipiendis guttis cereorum demanantibus. Apud eumdem Gloss. Gr. : Ἀνδρόγυνον est *par hominum utriusque sexus*, et τυλοπροσκεφάλαιον, *stragulæ cum cervicali*. Possent immanes acervi similium exemplorum e Græcis omnis ætatis comportari, si id ageremus. Sed voluimus tantummodo demonstrare, modum hunc compositionis utramque ferre superius positam interpretandi rationem. Patet tamen e Nostri p. 49 : Σπαθοβάκλια fuisse contos in summo vertice præferratos, ubi postquam seorsim memorasset spathas, addit καὶ τὰ σπαθοβάκλια αὐτῶν ἐπικείμενα τοῖς ὤμοις αὐτῶν. Videtur hoc armorum pompaticorum genus monachus Sangallensis lib. 1, de rebus gestis Caroli Magni cap. 36, ita describere : *Antiquorum Francorum paratura* [ornatus, σχῆμα] *erat contus, de arbore malo nodis paribus admirabilis, rigidus et terribilis cuspide manuali* [hoc est securi, alias dextrario dicto] *ex auro vel argento cum cælaturis insignibus præfixo, portabatur in dextra*. Unde patet, illo jam ævo morem obtinuisse, laminas gladiorum auro et argento, inscriptionibusque et figuris foliorum, animalium, aut insignium gentilitiorum ornandi. *Contos* hoc genus appellat Paulus Warnefrid. reg. Longob. V. 10. : *Unus de exercitu regis, qui regium contum ferre solebat, unum Græculum eodem conto utrisque manibus fortiter perculiens, de sella, super quam equitabat, sustulit, eumque super caput suum levavit*. Habebant medio ævo spathobaclia quoque ab una tantum parte acuta. Quarum præclaram imaginem vidi in codice quodam manuscripto membranaceo bibliothecæ Senatoriæ Lipsiensis, picturis elegantissimis illustrato continente gallicam interpretationem Valerii Maximi, factam sub Carolo V, rege Galliarum, exaratam an. 1420. Talia spathobaclia videntur mihi fuisse illæ hastæ, quas Flandrenses, qui iis præcipue utebantur, *Gotendæ*, id est *bonus dies*, *bon jour*, appellabant, ferme ut nos hodie nervum taurinum, quo castigandi scelerati excipiuntur in ædibus correctoriis, *den Willkommen* appellamus. Illas Godendacas describit poeta Francicus apud Du Cange h. v.

λέγει· « Κελεύσατε· » αὐτοὶ δὲ ὑπερεύχονται, « Εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους. » Οἱ δὲ σπαθαροκαν διδάτοι καὶ σπαθάριοι ἵστανται ἔνθεν κἀκεῖθεν βαστάζοντες τὰ διστράλια (56) αὐτῶν.

II. Imperatore ab his stipato, spatharocandidati et spatharii per scalam consistorii descendunt, et illi quidem per dextram, hi per sinistram, patricii per mediam portam, exeunt, ita ut ad dextram stantes, per scalas dextræ portæ, ad sinistram per gradus sinistræ portæ descendant. Imperator autem cum cubiculo ad pulpitum descendit, subque camelaucio in lapide porphyretico stat, eumque rursus in consistorio patricii et strategi cum senatu excipiunt, dumque adorant, præpositus silentia-

A

Β'. Καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε δηριγευομένου τοῦ βασιλέως, οἱ μὲν σπαθαροκανδιδάτοι καὶ σπαθάριοι κατέρχονται τὰ γραδήλια τοῦ κονσιστωρίου, οἱ μὲν τὴν δεξιὰν πύλην, οἱ δὲ τὴν ἀριστερὰν, οἱ δὲ πατρίκιοι ἐξέρχονται τὴν μέσην πύλην, καὶ οἱ μὲν ἐκ δεξιῶν κατέρχονται τὰ γραδήλια τῆς δεξιᾶς πύλης, καὶ οἱ ἐξ ἀριστερῶν κατέρχονται τὰ γραδήλια τῆς ἀριστερᾶς πύλης. Ὁ δὲ βασιλεὺς μετὰ τοῦ κουβουκλείου κατέρχεται τὸ πούλπιτον, καὶ ἵσταται ὑπὸ τὸ καμελαύκιον (57) ἐν τῷ πορφυρῷ λίθῳ, καὶ δέχονται αὐτὸν

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(56) *Dextralia.* Ita vocabant ævi medii homines secures, alias μονοπελέκεις vel ἑτεροπελέκεις dictas, quas principum protectores dextris gestabant. V. Du Cange Gloss. Gr. v. Διστρία, et Latin. v, *Dextralis*, et infra ad p. 333 pluribus.

(57) Sæpe fit in hoc codice mentio *triclinii, in quo stat camelaucium.* Puto fuisse triclinium, in cujus medio aut steterit columna cum superimposita umbella vel uranisco, aut pependerit polycandelum, a similitudine cum camelaucio sic dictum, quod camelaucium, hoc est infulam, almucciam (*un bonnet*) referret, sive ut exempla nostrum aliquibus forte captu propiora futura allegem, campanam aut conum vel panem saccharinum, suffixis in eo vel dependentibus ex eo per ambitum lucernis illustrantibus triclinium. Erant varii generis camelaucia. Unum prorsus apsidatum seu camaratum, ut cassis. Talia gestare solent apud nos aut de corio viles homines, vulgo *Blechmützen* appellamus, nomine a *Blechmützen*, nummis bracteatis, repetito, quoniam velut caucia, scyphia, cymbia, conchæ insident capiti, exacte congruentia ipsius peripheriæ et in conum aut vacuum spatium non assurgunt. Appellamus quoque *Fuhrmannsmützen*, almuccias carrariorum, quia carrarii vectores talis formæ bonnetis lineis cum villis λινομαλλωτοῖς uti solent. Hujus generis camelaucia gestant illi duo proceres, eunuchus protovestiarius et canicleus, qui in imagine Ceremoniali nostro præfixa Imperatori a dextra stant ; item protectores in imagine Justiniani Ravennate apud Du Cangium Famil. Byzantin. p. 97. extremi a dextra imperatoris ; item illi Galli in monumento sub Tiberio Aug. condito, quod apud Murator. p. MLXVII æri incisum conspicitur. Josephus hoc genus videtur πῖλον ἄκωνον appellare, quod Rufinus vertit *pileum in modum calamauci sive cassidis.* Locum debeo Du Cangio v. *Camelaucium*, ubi egregia hac de re habet. Alterum camelaucii genus erat ἐσφενδονισμένον, e fundo, (fundum appello extremum marginem, qui frontem tegit,) e fundo igitur orbiculari latiore in apicem conicum desinens ; cui apici aut recto in altum stanti, ad modum pilei nautici aut Arabici, et ex parte quoque mitræ episcopalis, (quam *Phrygiam* appellabant, quod pileo Phrygio similis esset, vid. ad p. 332. A. 5.,) aut in latus reclinato, aut nihil, aut σειρά, libella, nutans aliquid et laxe pendens additum est, *eine Troddel* vel *Pommel, Quaste* dicimus (*une Houppe* Franci, *dondola* Itali dicunt). Hujus generis camelaucia gerunt proceres duo reliqui in illa imagine nostra ad imperatoris sinistram stantes, et tres Magi dona Christo recens nato offerentes in nummo Joannis Tzimiscæ apud Du Cangium Famil. Byzant. p. 152, versus primo, et gerebat princeps Antiochiæ Gerardus in torneamento cum Manuele Comneno apud Antiochiam instituto, teste Niceta p.57. : Ἔχων ἐπὶ κεφαλῆς πῖλον κατὰ τιάραν ἐπικλινῆ. Tale camelaucium erat id, de quo nostro in loco agitur, cujus occasione de camelaucis dicere cœpi. Quia enim coronæ luminosæ, τὰ πολυκάνδηλα, ecclesiarum et tricliniorum camaris suspendi solita, in imo ampliores, et quo altius ascenderent, eo minores circulos habebant, pariterque camelaucium secundi generis ad modum coni sacchari coibat in apicem : factum ex eo fuit, ut tale polycandelum per metaphoram camelauciam diceretur. Erat quoque tertium genus camelauciorum, ad instar modioli, angustius in imo, qua frontem premebat, latius in summo et planum, quale gestat imperator Nicephorus Botoniates dicta in imagine. Hæc et similia solebant plerumque στέμματα apellare. Pertinent, ad hoc tertium genus tulbani Turcici, de quorum, ut etiam Arabicorum, forma et differentia ad Abulfedam dico.

B

Videamus nunc, unde nomen *camelaucium* veniat. De *calamauco* vel *calamaucio*, quomodo multi Latinorum scriptorum efferunt, nunc non dicam, cujus originem fateor me ignorare, si nolumus cum viris doctis id pro corrupta pronuntiatione camelaucii habere. Mitto alias aliorum derivationes contendoque, esse idem atque *camella* ejusque productum, terminatione *acium* et *aucium* appositа. Est autem *camella* diminutivum a *camara, camera.* Pro *cameram camella* dictum fuit, ut pro *capera capella.* Est ergo *cămella* idem atque *parva camara*, omne apsidatum, hemisphæricum. Hinc fiscella hemisphærica, vas potorium aut haustorium ligneum, κύπελλον, *cupella*, qualibus in urbibus Batavicis lac vendunt, item froccus, caputium, pannus, quo monachi capita tegunt, omnia ista Latinis *camella*, id est parva camara, parva apsis, dicebantur : vid. Cedren. p. 169. C. 1., cujus quamvis obscuris et perplexis verbis, ut, a Græculo Latina attrectanti exspectari par est, id tamen intelligitur, Latinos sporiam ad circuli dimidiati modum plexam *camellam* appellasse. Neque in eo fallitur, quod camelaucium inde derivat. *Camellam* pro haustra vel scypho dixit Petronius c. 137, ubi vid. interpp. Pro frocco vel caputio, cucullo habet Theodulfus l. VI, c. 18. de vestibus episcoporum, eleganti non minus quam vera sententia :

C

D

Fluxas [id est ampla, sinuosa] *camilla caput,*
mentem tegit atra voluntas,
Aspera lana artus, vestis ovina lupum.

Non repugnabo tamen, si quis *camella* pro *capella* dictum existimet, idque a *capillo* repetat : *m* et *p* permutari novum non est. Italia quoque adhuc hos die *capello* pro *capillo* dicunt. Olim quoque *capellas* idem atque *camelaucia* appellabant. Ordinarius ecclesiæ Rothomagensis apud Du Cangium v. *Peregrinus* : *habeant capellos super capita*, et in alia charta apud eumdem v. *Purpumium* numeratur inter arma *capellus ferreus*, hoc est *galea.* Essent igitur *camelaucia* idem atque *capellacia* vel *capillatia*, tegumenta capillorum. Chronicon Vosiense (apud Du Cangium v. *Boneta*) : *mitras gestabant*

πάλιν ἐν τῷ κονσιστωρίῳ (58) πατρίκιοι καὶ στρατηγοὶ ἅμα τῇ συγκλήτῳ, καὶ προσκυνήσαντες, νεύοντος τοῦ πραιποσίτου τῷ σιλεντιαρίῳ ἀπὸ κελεύσεως, λέγει· « Κελεύσατε· » Αὐτοὶ δὲ τό· « Εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους. » Ἀπὸ δὲ τῶν ἐκεῖσε δηριγευόμενος ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν προειρημένων, λέγοντος τοῦ τῆς καταστάσεως κατὰ βάθρον· « Καπτάτε [61] (59),

A rio a mandato signum dat, qui dicit: « Jubete; » ipsi vero: « In longa bonaque tempora. » Inde a supra dictis stipatus imperator, dicente cerimoniario, dum per gradus descendit: « Captate, domini, » per excubias scholasque et chalcem transit, et ad sanctum puteum abit, factiones autem in solemnibus stationibus signantes, nec quidquam præterea

VARIÆ LECTIONES.

[61] καπλάτε cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

juvenes utriusque sexus, quas vocabant bonetas post capellas de lino vel coffias. Clare patet hic loci, capellas esse tegumenta capitis, quæ immediate capillos tangunt et hos inter atque bonetos intercedunt, qualibus hodie apud nos quidem solæ feminæ adhuc utuntur, (*Hauben* appellant,) olim autem etiam viri, cum apud nos, tum etiam apud Græcos, B medio ævo nempe utebantur. Græcorum clerici et nostratium pauci quidam adhuc hodie dupla gerunt camelaucia, unum interius augustius, alterum exterius amplius, splendidus. Prius *subcamelaucium*, id est *subcamelaucium*, appellabant, item *suppileos*, posterius *camilaucium* simpliciter; v. Du Cange v. Σαχαμιλαύχιον p. 501. et *Ependecen.* Terminatio autem *aucium* pro *acium*, *camilaucium* pro *capillaceum*, neinini debet mira accidere. Sæpe interponunt Latini u abundans, ut pro πλατὺς, *platus*, dicunt *plautus*, (vid. Salmas. ad Tertull. p. 175.,) *baccalaureus* pro *baccalarius*, de qua voce alibi in his notis dico.

De aliis camelauciorum nominibus, ut e. c. *theristro*, quo Luitprandius ea sæpe appellat. Græci, si bene memini, nunquam, item de eorum origine (sunt admodum antiqua, videntur tamen a Scythis ad Macedones primos sub nomine causiæ, dein ad reliquos quoque Græcos pervenisse,) non constitui C hic disserere; * [de camelaucio imperatorum, quod pontifices imitati sunt, vide. Du Fresne ad Joinvill. p. 291. Alteserr. ad Anastas. p. 89.;] * neque de camelauciorum diversitate diversi ordinis indicio, ut sunt diversi tulbani apud Turcas, ut cuique vitæ generi sui, quos etiam diversos apud Græcos fuisse constat e Niceta p. 143 d. 9. Procedo potius ad polycandela, quæ ex eo, quod similia vittis capitis, camelaucis dictis, essent, eorum nomine venerunt. Non melius apparebit amborum similitudo, pharorum circularium inquam seu coronarum multis lucernis et cereis illuminatarum cum vittis conicis convenientia, quam si tab. 26 et 27 Moniment. veterum Campini inspicias, ubi coronæ hæ e camaris ecclesiarum dependentes cum catenis ad instar trianguli æquicrurii in summo convergentibus exacte referunt conum sacchari aut bonetum cuspidatum vel pileum nauticum. Superest adhuc moris antiqui talia D camelaucia illuminantia in ecclesiis suspendendi documentum in basilica Aquisgranensi a Carolo Magno condita, corona (sic enim pharos illos pensiles lychniferos appellabant, unde nos retento nomine *Kronenleuchter* dicimus,) non aurea, neque a Carolo Magno gestata, ut vulgus autumat, sed ferrea, accensis cereis et lucernis ecclesiam illuminare facta. *Erat in eadem basilica*, sic scribit de illa corona Eginhartus in Vita Caroli Magni, *in margine* [id est cantho seu imo lato circulo ferreo] *coronæ, quæ inter superiores arcus interiorem ædis partem ambiebat synoptice* [id est ἐν εὐσυνόπτῳ, grandibus, claris, perspicuis litteris, quæ in oculos incurrerent et a quovis commode legi possent,] *scriptum continens, quis esset auctor ejusdem templi.* Ectypum ære expressum hujus coronæ per intervalla turrium et ecclesiarum imaginibus distinctæ vidi aliquando in descriptione Antiquitatum urbis Aquisgranensis, auctore nescio quo; nomen enim memoria excidit. Latini medii ævi pharos hos orbiculares pensiles a figura *arcus* et *coronas*, et *pharos* ab officio, Græci a multitudine luminarium, quæ gerebant, πολυκάνδηλα appellabant. * [Πολυκάνδηλον reddit Combefis. in Contin. Theoph. p. 131. *circulus multiplici face in orbem sustentanda factus*]* V. du Gange v. *Arcus* et *Corona* et *Pharus*, et Angel. de Nuce ad Chronic. Cassinens. I, 26, p. 300, cujus hæc sunt verba: *Coronæ erant ampli quidam circuli pendentes per catenulas e laquearibus in ecclesiis, ad quas coronas appendebantur lychni ad illuminandas tenebras in nocturnis vigiliis et ad ornatum. Earum nunc usus exolevit præterquam Mediolani, cujus ecclesia priscorum rituum retinentissima perseverat. Eæ coronæ ferebant cruces, de quibus hic et l.* III, *c.* 73: *coronam argenteam deauratam et lapidibus pretiosis ornatam, ferens* [pro *ferentem*] *cruces sex.* H. T. Eleganter hos pharos describit Chronicon Cassinense III. 33., sed multo magis adhuc Paulus Silentiarius. Verba illius hæc sunt: *Fecit et pharum seu coronam maximam de argento librarum circiter centum, habens* [sic scribebant et loquebantur illo ævo pro *habentem*] *in circuitu cubitos viginti, cum duodecim turribus extrinsecus prominentibus, sex et triginta ex ea lampadibus dependentibus, eumque extra chorum* [id est *soleam*] *ante crucem majorem satis firma ferrea catena, septem deauratis malis distincta, suspendit.* Pauli autem locus Ecphras. v. 457 (p. 520), ubi polycandelorum arcus in imo amplissimos, quo altius autem ascenditur, eo minores atque minores cum fagorum aut pinuum coma in conum eunte comparat, quod redit pariterque aptum est, atque, quod posterioribus ævis magis placuit, comparatio cum camelaucio apicato, hic est:

Κεῖνα γὰρ ἢ κιόνοισιν ὀριτρεφέεσσιν ὅμοια
Δένδρεά τις καλέσειεν ἢ ἀδροκόμοις κυπαρισ-
[σοις
Εἰσὶ μὲν ὀξυκάρηνα, περιτροχάουσι δὲ κύκλοι
Εὐρύτεροι κατὰ βαιὸν, ἕως ἐπὶ λοίσθιον ἔλθῃς
Ἄντυγος, ἣ περὶ πρεμνὸν ἑλίσσεται, ἔνθεν ἐκεί-
[ναις
Ἄνθος ἀπεβλάστησε πυρίσπορον.

(58) *In Consistorio*, nos diceremus *in corpore*. Vox hic loci non, ut alias, locum, sed totum collegium senatorum in uno loco consistentium notat.

(59) M. καπλάτε, non tantum hic, sed etiam deinceps constanter; quod, cum sæpius recurrere ab editore animadverteretur, exhibitum fuit in posterioribus abjecta emendatione, quæ prima fronte probabilis videatur, et sensui profecto quadrat optime. Dicitur nempe Cerimoniarius imperatori per gradus descendenti dextram suam, non nudam, quod non liceat absque majestatis violatione, sed tunica obvolutam porrigere, ut eam apprehenderet dominus, eumque sic per scalam manu deduceret dicendo κατὰ βάθρον, singulis in gradibus: *Captate Domini*, id est, firmiter apprehendite manum meam, teneteque, ne cadatis, aut uno gradu aberretis. V. p. 88. Tædiosum sane officium, si ad singulos gra-

agentes eum excipiunt, notarii vero et magistri iambos præscriptos iis in locis ubi mos est recitant. Imperator cum cereis accensis precatus, eos præposito tradit, patriarcha vero egressus, ipsi in sancto puteo occurrit, et postquam se mutuo adorarunt osculatique sunt, in ecclesiam ingrediuntur, ubi ad sanctas januas progressi, patriarcha sacrarium petit. Imperator ad sanctas januas, cereos manu tenens, procatur, precatus eos præposito reddit, et sacrarium ingressus precatusque, sacram mensam adorat, perque soleam digreditur unde dum exire vult, cereum processionalem a præposito accipit, psaltæ interea in ambone canunt : « Christus resurrexit. »

A δόμηνι, » διέρχεται διὰ τῶν ἐκσκουβίτων καὶ τῶν σχολῶν καὶ τῆς χαλκῆς, καὶ ἀπέρχεται ἐν τῷ ἁγίῳ φρέατι, τὰ δὲ μέρη δέχονται τὸν βασιλέα εἰς τὰς συνήθεις στάσεις σφραγίζοντες, μηδὲν ἕτερον ποιοῦντες, λέγουσιν δὲ οἱ νοτάριοι καὶ οἱ μαίστορες τοὺς κατὰ τύπον ἰάμβους, ἐν οἷς τόποις εἴθισται αὐτοῖς, Ἆψας δὲ κηροὺς ὁ βασιλεὺς καὶ εὐξάμενος, ἐπιδίδωσιν αὐτοὺς τῷ πραιποσίτῳ, ὁ δὲ πατριάρχης ἐξελθὼν ἀπαντᾷ τὸν βασιλέα ἐν τῷ ἁγίῳ φρέατι, προσκυνήσαντες δὲ καὶ ἀσπασάμενοι ἀλλήλους ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, εἰσέρχονται εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἀπελθόντων δὲ αὐτῶν ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, ὁ μὲν πατριάρχης εἰσέρχεται ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, ὁ δὲ βασιλεὺς ἔμπροσθεν ἑστὼς τῶν ἁγίων θυρῶν εὔχεται κρατῶν κηροὺς, καὶ εὐξάμενος ἐπιδίδωσιν αὐτοὺς τῷ πραιποσίτῳ, καὶ εἰσέρχεται εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ εὐξάμενος προσκυνεῖ τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ διέρχεται διὰ τῆς σωλέας· μέλλων δὲ ἐξέρχεσθαι τὴν σωλέαν, λαμβάνει παρὰ τοῦ πραιποσίτου κηριολιτανίκην, καὶ εὐθέως ἄρχονται οἱ ψάλται ἐν τῷ ἄμβωνι τό· « Χριστὸς ἀνέστη. »

III. 45 Imperator ab omnibus pro more stipatus, per medium templum, portas regias, narthecem et baptisterium transit, per scalas athyris descendit, perque milium mediamque forum petit, et usque ad columnam, ubi templum S. Constantini

B Γ'. Καὶ δηριγευόμενος ὁ βασιλεὺς ὑπὸ πάντων τῶν κατὰ συνήθειαν, διέρχεται μέσον τοῦ ναοῦ, καὶ διέρχεται διὰ τῶν βασιλικῶν πυλῶν, καὶ διελθὼν τὸν νάρθηκα καὶ τὸν λουτῆρα, κατέρχεται τὰ γραδήλια τοῦ ἀθύρος (60), καὶ διέρχεται διὰ τοῦ μιλίου καὶ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

dus iteratum fuit, quod hic perhibetur. Sed erant ea sæcula ridicule affectata et φορτικά, quod e Caroli Magni exemplo intelligas, quem perhibet Anastasius, *omnes gradus sigillatim samctissimæ B. Petri ecclesiæ deosculatum fuisse, et ita pervenisse ad pontificem, qui in atrio super gradus apud fores ecclesiæ stabat.* Nihil igitur habet *Captate*, quod offendat, solum si sensum spectes. Putem tamen καπλάτε rectum esse. Certum est, a Græco verbo κάπω, *arripio*, unde *capio* et *capto* manarunt, vocem *capulus* venire, quæ mere Græca est. A κώπη enim, *ansa*, omni quod capi manibus et teneri potest, κωπύλλιον formari potuit. A *capulus* factum fuit verbum *capulare*, et contracte *captare*, ut Græce quoque dici potuit κωπύλλειν. Sane *caplum* dixerunt pro fune, a capiendo : unde Belgis reliquum factum vocabulum *Cabel*, pro fune nautico. Isidorus : *Caplum funis a capiendo dictum;* ut σκαπλίον Græci dicebant pro σκαπουλίον a *scapula*, et ταβλίον pro ταβουλίαν, a *tabula*. Ergo quoque καπλάτε dicere potuerunt pro καπουλάτε et hoc pro κωπύλλετε. Dicebant quoque Latini medio ævo *capulare* pro *stringere*. seu apprehendere, vel mulcere. *Si puis mulieri mamillam capulaverit, idem manum, brachium, cubitum*, est in legibus Salicis. V. Du Cange v. *stringere*. Ab illo officio, quod olim militum prætorianorum erat, dicti ipsi fuerunt δεξιόλαβοι, quod dextras eorum apprehenderent, iisque se fulcirent ambulantes imperatores. Unde patet, Latinum interpretem in Actis apostolorum c. XXIII, 23, recte reddidisse vocem δεξιολάβους per *lancearios*. Nam protectores principum erant scutati, et lanceati, quamvis spondere non ausim, jam illa Lucæ ætate ad milites prætorianos pertinuisse officium, dextram ambulantibus imperatoribus pro fulcro præbendi, aut tam insolentes et affectatos jam tum fuisse imperatores, ut alerent homines peculiares, quorum manibus velut pueruli ducerentur. Quod nolim tamen ita accipi, ac si antiquitati Actorum apostolorum controversiam facere vellem. Quod autem paulo ante dicebam, Cerimoniarii non nudam, sed velatam manum ab imperatore apprehensam fuisse, debetur invidæ ambitioni principum illorum, qui majestatem suam violari credebant, si aut nudam alterius manum ipsi apprehenderent, aut sinerent, ab alio suam nudam apprehendi. Inde est, quod apud Wilhelmum Tyrium XIX, 18. legimus, Chalifam Ægypti cum Almerico rege Hierosolymæ per legatos ejus pactum ineuntem, cum urgeretur, fidem suam porrecta manu, more principum Europæorum, dare, neque posset effugere, quin faceret, quamvis multum obluctantem, quia Orientalibus hoc pro læsione et humiliatione majestatis habebatur, tandem eo concessisse, ut manum velatam porrigeret. *Tandem vero* (verba Wilhelmi) *post multam deliberationem et Soldani diligentem instantiam manum porrigit invitus nimium, sed velatam. Cui Hugo de Cæsarea. multum admirantibus et stupentibus Ægyptiis, quod tam libere coram summo principe loqueretur, dixit, in fide, per quam se solent, principes obligare, omnia debere esse nuda; propterea aut nudam manum dabis, aut fictum aliquid et minus puritatis habens ex parte tua cogemur opinari. Tum demum invitus plurimum et quasi majestati detrahens, quod multum ægre tulerunt Ægyptii, dextram suam in manum domini Hugonis nudam præbuit.*

(60) Nominativus hujus genitivi non potuit alius quam idem fuisse. Sed interdum quoque ἀθύρας in nominativo et ἀθύρα in genitivo reperitur. Compositum an simplex sit hoc vocabulum, non plane perspectum est. Et deinceps, si pro composito accipiatur, non liquet, illud α significetne πρῶτον, an μόνον. Constat enim α illud modo *primum*, modo *unum* in compositis notare. Vid. quæ Du Cange sub πρωτοσπαθάριος habet, et v. πρωτόθυρον, ubi præter rem Meursium reprehendit, item quæ nos ad p. 59, dicimus. Apud Nostrum quoque habemus p. 194 πρωτέθυρον. Ego tamen malim per μονόθυρον interpretari, propterea quoniam alia quoque monothyra Nostro commemorantur, id est portæ solitariæ, non valvæ, aut quæ fratres non haberent, ut p. 54 est monothyrum Idici ; alias monothyrum Circi, seu porta solitaria, per quam imperator in Circum intrat, μονόπορτον (non μονόπατον, ut male editur,) τοῦ καθίσματος Theophani p. 157 ult., et Chron. Alexand. pag. 784. Alias quoque α in compositis *unum* valet, ut *amita* μονόμιτα, *unilicia*, apud Hugon. Falcand. in Hist. Sicul., ἅμαλον pro μονόμαλον, v. ad p. 267. ἄβολας pro μονόβολος, μονοβαφής, *semel colore tinctus*, unde *abolla*. Infra p. 395. marg.

τὴν μέσην, καὶ ἀνέρχεται εἰς τὸν φόρον, καὶ μέχρι A
τοῦ κίονος ἀπελθών, ἔνθα καθίδρυται ὁ ναὸς τοῦ
Ἁγίου Κωνσταντίνου, ἀνέρχεται ὁ βασιλεὺς τὰ ἔμ-
προσθεν γραδήλια τοῦ ναοῦ, καὶ ἵσταται ἐκεῖσε,
ἐπακουμβίζων τῷ καγκέλλῳ ἐν τῷ δεξιῷ μέρει, καὶ
ἡνίκα μέλλει ἀνέρχεσθαι τὰ αὐτὰ γραδήλια ὁ βασι-
λεὺς, δίδωσι τὸ κηρίον αὐτοῦ τῷ πραιποσίτῳ. Οἱ δὲ
πατρίκιοι καὶ πάντες οἱ ἄρχοντες ἵσταται κάτω,
ἕκαστος αὐτῶν κατὰ τὴν αὐτῶν τάξιν τε καὶ στάσιν,
ὡς προείρηται, καὶ καταλαβόντος τοῦ πατριάρχου
μετὰ τῆς λιτῆς, διέρχεται μέσων αὐτῶν, καὶ μέλλον-
τος τοῦ σταυροῦ ἀνέρχεσθαι τὰ γραδήλια, ἔνθα ὁ βα-
σιλεὺς ἵσταται, ἅπτει κηροὺς ὁ βασιλεὺς, καὶ προσκυ-
νεῖ τὸν τίμιον σταυρὸν, καὶ προσκυνήσας ἐπιδίδωσι
τοὺς κηροὺς τῷ πραιποσίτῳ, κἀκεῖνος τῷ τῆς κατα-
στάσεως, καὶ πήγνυσιν αὐτοὺς [62] ὁ τῆς καταστάσεως B
ἐν τοῖς τῆς λιτῆς μανουαλίοις (61)· ὁ δὲ σταυρὸς
ἀνέρχεται καὶ ἵσταται ἐν τῇ βάσει ὄπισθεν τοῦ βα-
σιλέως ἔμπροσθεν τῆς πύλης τοῦ ναοῦ. Ὁ δὲ πα-
τριάρχης ἀνέρχεται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μετὰ τῶν κατὰ
συνήθειαν ἀνερχομένων μετ' αὐτοῦ καθ' ἑκάστην (62)·
καὶ ὁ κλῆρος ἵσταται κάτω μετὰ τοῦ κοινοῦ λαοῦ ἐξ
ἀριστερᾶς τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς ἐκτενοῦς τελουμέ-
νης, λαμβάνει ὁ βασιλεὺς πυρὰ τοῦ πραιποσίτου κηρία.

est, abit, per scalas templi ascendit, ibique subsistit, cancellis dextri lateris accumbens, quod priusquam facit, cereum suum præposito tradit. Patricii vero et præfecti omnes in inferiori loco, singuli pro suo ordine et dignitate ut supra monuimus, stant, per quos medios patriarcha cum processione adveniens transit, dumque crux per scalas, ubi imperator stat, ascensura est, ipse cereos accendit, et venerandam crucem adorat, quo facto cereos præposito, præpositus cerimoniario tradit, qui eos in manualibus processionis figit: crux vero affertur,et pone. Imperatorem in basi ante portam templi constituitur. Tunc patriarcha ecclesiam cum iis, qui pro more singulis festis cum ipso procedunt, petit: clerus autem cum populo communi ac sinistram imperatoris stat, finitaque extensa, imperator a præposito cereos sumit, precatur eosque præposito, præpositus cerimoniario reddit, qui ipsos in manualibus processionis refigit. Tunc cerimoniarius patricios cæterosque proceres imperatorem stipaturos ordinat. Imperator vero et patriarcha postquam se invicem salutarunt, psaltæ troparium : « Christus resurrexit, » incipiunt.

καὶ προσεύχεται, καὶ πάλιν δίδωσιν αὐτὰ τῷ πραιποσίτῳ, ὁ δὲ πραιπόσιτος τῷ τῆς καταστάσεως, αὐτὸς δὲ πήγνυσιν αὐτὰ ἐν τοῖς τῆς λιτῆς μανουαλίοις. Καὶ παραυτίκα ὁ τῆς καταστάσεως διευθετεῖ τούς τε πατρικίους καὶ λοιποὺς ἄρχοντας, τοὺς μέλλοντας δηριγεύειν τὸν βασιλέα, καὶ προσκυνήσαντες ἀλλήλους [63] ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, ἄρχονται ψάλλειν τὸ τροπάριον οἱ ψάλται· « Χριστὸς ἀνέστη. »

Δ'. Κἀκεῖθεν δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν προειρημέ-
νων, διέρχεται τὴν μέσην λιτανεύων, τὸ δὲ τροπά-
ριον ἐν τῇ τῆς λιτῆς περιόδῳ ἄρχεται ὁ τῆς κατα-
στάσεως, καὶ ἀνθ' ὧν τὴν μέσην (63) διέρχεται. Διά

IV. Inde a prædictis stipatus per mediam procedit, troparium vero in processione cerimoniarius incipit, et propterea per mediam transit. Per tabernas vero pistorum forumque tauri digressus, sanc-

VARIÆ LECTIONES.

[62] αὐτοὺς Leich. αὐτὰ cod. [63] προσκ. τοὺς ἀλλήλους ed.

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

est βούλλα ἀσολδία, *bulla aurea solidi unius*. Hesych.: C
Ἄδρυα (id est μονόδρυα) πλοῖα μονόξυλα, Κύ-
πριοι. Potest tamen *Athyras* etiam a fluvio Thraciæ Athyra dictum fuisse triclinium, seu ædificium, ut aliud fuit. *Danubius* dictum. Simile quid de Hadriano narrat Spartianus in ejus vita p. 215. : *Tiburtinam villam mire exædificavit, ita ut in ea et provinciarum et locorum celeberrima nomina inscriberet, velut Lyceum, Academiam, Prytaneum, Canopum, Pœcilen, Tempe, vocaret.* Julius Capitolinus in Pertinace p. 561. pariter memorat locum in Palatio, cui nomen *Sicilia* fuerat, ubi Casaubonus e Suetonio notat, habuisse Augustum locum *Syracusas* dictum.

(61) *Manulia* appellant Græci discos paterasve cavas, scapis cereorum suppositas, ad excipiendas guttas et fungos eorum, κρητῆρας dictas Paulo Silentiario in Ecphrasi p. 520. v 463. : Ἀντὶ δὲ ῥίζης ἀργυρέους κρητῆρας ἴδοις ὑπένερθε παγέντας δένδρεσι πυρσοκόμοισι. Latini medii ævi *canistra* ἀπὸ τοῦ κανοῦ vel κανισκίου et *cantharos* appellabant. V. Du D
Cange his in vocibus, et Alteserr. ad Anastas. p. 21. Canales autem vel tubulos, in quibus hærebant et recti sustinebantur cerei, appellabant *hasta* et *cerostata*, seu stationes cereorum, in quibus cerei stare jubentur, unde junguntur *canthara cerostata*, seu disci, e quibus eminent acetabula capiendis et sustinendis cereis. Potuerunt quoque manualia fuisse scapi illi lignei, vel pulpita, super quibus candelabra cum cereis poni solent, *des guéridons*, quemadmodum manuale est pulpitum, quod Evangeliorum aliorumve sacrorum librorum impositos codices sustinet, e quibus in Ecclesia recitandum est. Glossæ: *Manuale*, Ἀναλόγιον, seu pulpitum, e quo ἀναλέγεται, subleguntur verba, et continua serie recitantur. Et eo sensu accepisse Agnellum hanc vocem existimo in illo p. 68. Pontific. Revennat. ed. Murator. : *Galla Placidia Augusta super quatuor rotas rubeas marmoreas, quæ sunt ante nominatas regias, jubebat ponere cereostates cum manudia, ad mensuram* [sui corporis nempe] *et jactabat noctu se in medio pavimento Deo fundere preces, et tandiu pernoctabat in lacrymis orans, quandiu ipsa lumina perdurabant.* Du Gange Gl. Gr. vocem hanc interpretatur per *candelabrum manuale*, seu quod manu geritur. Quem secutus fuit Montfauconius in veteri diplomate Græco, quod p. 405. Palæographiæ Græcæ edidit, interpretando ; ubi μαγνουάλια scribitur ; nullo discrimine. Solent novi Græci litteras, quas non oportebat, geminare, et geminandas semel tantum ponere, geminumque γγ perinde atque νν usurpant. In eodem, quo dixi, diplomate est ἐγδήν, quod, quia Montfauconius in Latinis præteriit. liceat mihi in transitu interpretari. Significat igitur *mortarium*, et est vetus Græcum ἐγδύη. Ibidem sunt χαργαριστάρια, pocula seu vitra, e quibus hauritur aqua mane ori eluendo.

(62) Subint. προέλευσιν. Integra dictio legitur p. 46.

(63) Hic et deinceps non est *Media*, nomen plateæ, sed idem atque τὸ ἐν μέσῳ, quod inter exitum et finem processionis aliosve duo quoscumque terminos interjacet viæ.

tæ Deiparæ diaconissæ ædem petit imperator, ubi A cereum processionalem reddit, et ad Philadelphium usque progressus, a dextra deflectens per Olybrii et Constantianas thermas usque ad sancti Polyeucti vadit, ubi etiam cereum mutat, alioque a præposito accepto, per mediam ad SS. Apostolos abit, et narthecem ingressus, in sella assidens, patriarcham exspectat. Qui postquam cum processione advenit, clerici communes 46 et politici per dextram portam, imperatoriis proximam, orphani per mediam, templum ingrediuntur: sic etiam metropolitæ et episcopi per portas imperatorias ingressi, imperatorem, non prono tamen in terram corpore, adorant. Appropinquante patriarcha, imperator surgit, postque mutuam adorationem et salutationem, ad portas imperatorias abeunt, ubi patriarcha preces introitus divini officii B instituere incipit. Imperator autem cum accensis cereis precatus, eos præposito, hic cerimoniario tradit, et precatione finita, imperator sacrosanctum Evangelium ac venerandam crucem adorat, perque medium templum et ambonis latus digressus, soleam, patriarcha sacrarium, intrat. Imperatos autem ab sacras januas, ut ipsi solemne est, precatus, moxque in sacrarium ingressus, sacram mensam veneratur, et acceptum a præposito apocombium in ea reponit.

τε τῶν ἀρτοπωλίων [64] καὶ τοῦ ταύρου, καταλαβὼν τὸν ναὸν τῆς παναγίας Θεοτόκου τῶν διακονίσσης, ἐπιδίδωσιν ὁ βασιλεὺς τὸ λιτανίκιον, καὶ μέχρι τοῦ φιλαδελφίου δίελθὼν, ἐκκλίνει τὸ δεξιὸν μέρος (64), καὶ διέρχεται διά τε τῶν Ὀλυβρίου καὶ τῶν Κωνσταντιανῶν μέχρι τοῦ ἁγίου Ηολυεύκτου, ὑπαλλάξας δὲ κἀκεῖσε κηρίον, καὶ λαβὼν ἕτερον κηρίον παρὰ τοῦ πραιποσίτου, διέρχεται τὴν μέσην μέχρι τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸν νάρθηκα, καθέζεται ἐπὶ σελλίου προσμένων τὸν πατριάρχην. Καὶ τοῦ πατριάρχου καταλαβόντος μετὰ τῆς λιτῆς, οἱ μὲν κοινοὶ (65) κληρικοὶ καὶ οἱ πολιτικοὶ εἰσέρχονται εἰς τὸν ναὸν διὰ τῆς πλησίον οὔσης τῶν βασιλικῶν πυλῶν δεξιᾶς πύλης, τὰ δὲ ὀρφανὰ (66) εἰσέρχονται διὰ τῆς μέσης πύλης· ὡσαύτως καὶ οἱ μητροπολῖται καὶ ἐπίσκοποι εἰσερχόμενοι διὰ τῶν βασιλικῶν πυλῶν, προσκυνοῦσι τῷ βασιλεῖ, μὴ πίπτοντες κάτω. Ηλησιάζοντος δὲ τοῦ πατριάρχου, ἀνίστανται ὁ βασιλεὺς καὶ προσκυνήσαντες ἀμφότεροι ἀλλήλους καὶ ἀσπασάμενοι, ἀπέρχονται μέχρι τῶν βασιλικῶν πυλῶν, καὶ ὁ μὲν πατριάρχης ἄρχεται τελεῖν τὴν εὐχὴν τῆς εἰσόδου τῆς θείας λειτουργίας. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἅψας κηροὺς [65] καὶ εὐξάμενος ἐπιδίδωσιν αὐτοὺς τῷ πραιποσίτῳ, καὶ αὐτὸς τῷ τῆς καταστάσεως, καὶ τοῦ πατριάρχου τελέσαντος τὴν εὐχὴν, προσκυνεῖ ὁ βασιλεὺς τὸ ἄχραντον Εὐαγγέλιον καὶ τὸν τίμιον σταυρὸν, καὶ διέρχεται μέσον τοῦ ναοῦ διὰ τῆς πλαγίας τοῦ ἄμβωνος, ἔρχεται εἰς τὴν σωλέαν, καὶ ὁ μὲν πατριάρχης εἰσέρχεται εἰς τὸ θυσιαστήριον. Ὁ δὲ βασιλεὺς εὐξάμενος, ὡς εἴθισται αὐτῷ, ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, εἰσέρχεται εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ προσκυνήσας τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ λαβὼν παρὰ τοῦ [66] πραιποσίτου ἀποκόμβιον, τίθησιν αὐτὸ ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ.

V. Imperator deinde preces in monumento Patris C nostri Chrysostomi et theologi sancti Gregorii fundit, cereisque accensis uterque, imperator et patriarcha, per sinistrum sacrarii latus egrediuntur, sanctique Constantini sepulcrum petunt, ubi pariter cum cereis accensis precati discedunt ad sanctissimorum patriarcharum, Nicephori et Methodii, sepulcra abituri : ubi imperator postquam cum cereis ardentibus precatus est, monumenta imperatorum intrat, et ibi quoque cereis accensis, abeunt. Inde uterque, imperator et patriarcha, per sinistrum latus templi seu gynæceum sacrario obversum transeunt, et postquam se mutua adoratione salutarunt, patriarcha ad divinum officium celebrandum redit ; imperator autem per

Ε'. Εὐξάμενος δὲ εἰς τὸν τάφον τοῦ τε πατρὸς ἡμῶν Χρυσοστόμου (67) καὶ τοῦ θεολόγου τοῦ ἁγίου Γρηγορίου, καὶ ἅψαντες κηροὺς, ἐξέρχονται ἀμφότεροι ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης διὰ τῆς ἀριστερᾶς πλαγίας τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἀπέρχονται ἐν τῇ σορῷ τοῦ Ἁγίου Κωνσταντίνου, κἀκεῖσε εὐξάμενοι, καὶ ἅψαντες κηροὺς, ἐξέρχονται, καὶ ἀπέρχονται ἐν τοῖς τάφοις τῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν Νικηφόρου καὶ Μεθοδίου· ἅψας δὲ κἀκεῖσε κηροὺς ὁ βασιλεὺς καὶ εὐξάμενος, εἰσέρχεται ἐν τοῖς τάφοις τῶν βασιλέων. καὶ ἅψας κἀκεῖσε κηροὺς, ἐξέρχονται. Καὶ διέρχονται ἀμφότεροι ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης διὰ τοῦ ἀριστεροῦ μέρους τοῦ ναοῦ, ἤγουν τοῦ γυναικίτου, ἄντικρυ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ προσκυνήσαντες ἀμφότεροι ἀλλήλους ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, ὑπο-

VARIÆ LECTIONES.

[64] καὶ ἀνθῶν τ. μέσ. διέρχεται διά τε τῶν ἀρτοπωλίων cod., ἀρτοπολίων ed. [65] κηροὺς, εὐξ. ed. [66] παρ' αὐτοῦ πρ. ed.

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUM.

(64) Subintellige πρός, vel ὡς, quod idem est, D *vertit se ad dextram plagam*. Vid. ad. p. 116.

(65) Clerici communes videntur mihi ideo sic appellari, quod tam imperatori, quam urbi servirent, et neque palatini, βασιλικοί, neque urbani, πολιτικοί, sed amborum usibus destinati essent. Possunt tamen quoque *sequiores clerici*, seu vilioris ordinis esse. Ita p. 97, τὸ κοινὸν τοῦ κλήρου videtur *turba miscellanea, fæx cleri* esse.

(66) Subintell. παιδία.

(67) De Chrysostomi et Constantini M. sepulcris in æde S. S. Apostolorum v. Du Cange CPli Christ. L. III. p. 108. sq. Cum illud templum olim esset patriarchalis ecclesia, humabantur in eo patriarchæ, quales fuerunt Gregorius Nazianzenus et Chrysostomus ; item Nicephorus et Methodius, quorum ille ab 806 usque ad 815, ; hic autem ab 842 usque ad 846 thronum tenuit. Erant ibidem quoque magna ex parte imperatores CPtani sepulti, quorum urnæ Libro II, Cap. 43 nostri codicis recensentur.

στρέφει (68) πρὸς τὸ ἐκτελέσαι τὴν, θείαν λειτουργίαν, ὁ δὲ βασιλεὺς διέρχετσι διὰ τοῦ γυναικίτου καὶ ἐξέρχεται εἰς τὸν νάρθηκα, καὶ ἐκκλίνας πρὸς τὸ ἐξ ἀριστερᾶς μέρος τοῦ λουτῆρος, οἱ μὲν πατρίκιοι ἵστανται ἔξωθεν τῆς πύλης τοῦ κοχλιοῦ [67], ὑπερευκόμενοι τὸν βασιλέα. Ὁ δὲ βασιλεὺς δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου, σπαθαροκανδιδάτων καὶ ἐπὶ τῶν οἰκειακῶν (69) καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ μαγλαβίου καὶ λοιπῶν, ἀνέρχεται διὰ τοῦ αὐτοῦ ἀριστεροῦ κοχλιοῦ (70) ἐν τοῖς σεπτοῖς κατηχουμενείοις, τὰ δὲ βῆλα [68] τὰ κρεμαμένα ἐν τοῖς κατηχουμενείοις σιλεντιάριοι ποιοῦσι (71), καὶ ἀπελθὼν ἵσταται ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι, ἔνθα εἴθισται αὐτῷ καθ' ἑκάστην προέλευσιν ἵστασθαι, καὶ τελεῖ τὴν θείαν λειτουργίαν, οἱ δὲ πατρικιοι καὶ οἱ στρατηγοὶ ἔρχονται ὄπισθεν τοῦ βασιλέως διὰ τοῦ αὐτοῦ κοχλιοῦ, καὶ ἵστανται ἀπέναντι τοῦ θυσιαστρίου, ἔνθα καὶ τὸ βασιλικὸν ἀντιμίσιον πρόκειται, ἐν ᾧ καὶ κοινωνεῖ ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς τοιαύταις προελεύσεσιν.

A gynæceum narthecem intrat, dumque ad sinistrum baptisterii latus declinat, patricii extra portam cochleæ fausta imperatori apprecantes adstant. Qui a præfectis cubiculi spatharocandidatis et domesticis, tum manuclavatis cæterisque stipatus, per eamdem sinistram cochleam, ad septa catechumena abit, dum interim silentiarii in catechumenis vela suspendunt, et postquam eo venit, in dextris partibus, ubi in singulis processionibus stare solet, subsistit, sacramque liturgiam celebrat, patricii vero et strategi post imperatorem per eamdem cochleam veniunt, et e regione sacrarii, ubi etiam antimensium imperatorium, in quo in ejusmodi processionibus imperator communicare solet, repositum est, subsistunt.

ζ. Καταλαβόντος δὲ τοῦ καιροῦ τῆς θείας κοινωνίας, ἀπέρχονται σιλεντιάριοι δύο ἀπὸ κελεύσεως, καὶ προσκαλοῦνται τὸν πατριάρχην, καὶ ὁ πατριάρχης, παρακρατούμενος ὑπ' αὐτῶν, ἀνέρχεται, καὶ ἀπαντῶσιν αὐτὸν ἐν τῷ τοῦ κοχλιοῦ πληρώματι (72), ἡνίκα μέλλει εἰσέρχεσθαι ἐν τοῖς σεπτοῖς κατηχουμενείοις, οἱ τοῦ κουβουκλείου ἄρχοντες. Καὶ εἰσελθὼν ἐν τοῖς κατηχουμενείοις ὁ πατριάρχης, προτίθησιν [69] τα δῶρα ἐν τῷ βασιλικῷ ἀντιμισίῳ, ὁ δὲ πραιπόσιτος ἀπελθὼν μετὰ τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου, προσκαλεῖται τὸν βασιλέα, καὶ ὑπ' αὐτῶν δηριγευόμενος ὁ βασιλεὺς, ἀπέρχεται, καὶ κοινωνεῖ ἐκ τῶν τοῦ πατριάρχου χειρῶν, εἶτα εἰσέρχεται ἔνδον τοῦ δεξιοῦ βήλου, καὶ καθέζεται ἐκεῖσε ἐπὶ σελλίου, μέχρις ἂν κοινωνήσωσιν ἐκ τῶν τοῦ πατριάρχοῦ χειρῶν πατρίκιοί τε καὶ στρατηγοὶ μετὰ τῶν λοιπῶν τῶν ἐξ ἔθους. Εἶθ' οὕτως ἐξέρχεται ὁ βασιλεὺς, καὶ προσκυνήσαντες ἀμφότεροι ἀλλήλους ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, ὁ μὲν βασιλεὺς ἀπέρχεται ἐν ᾧ τόπῳ ἐκτελεῖ τὴν θείαν λειτουργίαν, ὡς προέφημεν, ὁ δὲ πατριάρχης κατέρχεται πληρῶσαι τὴν θείαν λειτουργίαν, καὶ διασώζουσιν αὐτὸν οἱ τοῦ κουβουκλείου ἄρχοντες μέχρι τοῦ τόπου, ἐν ᾧ καὶ ἀπήντησαν αὐ-

VI. Tempore autem sacræ communionis instante, duo silentiarii a mandato abeunt, et patriarcham advocant, qui, ab ipsis stipatus, adscendit, eique præfecti cubiculi in plenitudine cochleæ, dum septa catechumenorum ingredi vult, obviam procedunt. Quo cum patriarcha pervenit, imperatorio antimensio sacra dona imponit : præpositus vero cum præfectis cubiculi abit, et imperatorem vocat, qui ab ipsis stipatus venit, et ex patriarchæ manibus communicat, postea dextrum velum ingressus, ibi in sella assidet, usque dum patricii et strategi cum cæteris, quibus mos est, sacram communionem e patriarchæ manibus accepere. Ita mox imperator regreditur, et postquam ipse et patriarcha se mutuo salutarunt, ad eum locum, ubi divinam liturgiam, uti diximus, celebrat, abit, patriarcha autem ad complendum sacrum officium descendit, comitantibus ipsum cubiculi præfectis, ad eum locum usque, ubi, cum ascenderat, obviam ipsi processerant, inde duo silentiarii eum ad templum comitantur. Peracto divino officio, imperator per loca, quæ ante catechumena sunt, et per interiora ad palatium a Deo servatum, quod scilicet ibi

VARIÆ LECTIONES.

[67] κοχλίου ed. [68] βῆλα τὰ χρεμμάμενα cod., βῆλα κατακρεμαμένα ed., [69] προτίθησιν R. προστίθησιν cod. et ed.

JOAN. JAC. RESKII COMMENTARIUS.

(68) Requirat forte aliquis ante hoc verbum, ὁ μὲν ; sed solet Noster id omittere. Similis locus est p. 98, ubi ante ἐπιδίδωσι τῷ βασιλεῖ quoque deest ὁ μέν. Sunt alibi quoque apud Nostrum alii tales multi loci.

(69) Ita quoque clare dant. M.; credo tamen legendum esse καὶ εἴ τι τῶν οἰκ., *et quidquid ibi adest domesticorum*. Εἴ τι pro ὅ τι utrique Græciæ, novæ et veteri, usitatum est.

(70) Sic M. Ubique constanter (edebatur κοχλίου) a nominativo κοχλιᾶς, contracto ex κοχλιάριος, *cochlearis*, subintellige ἀνάβαθμος. De illa forma in ᾶς contracta ex άριος alibi dico.

(71) Dicunt novi Græci ποιεῖν τὰ βῆλα pro *curare*, attollere et demittere, adducere et reducere. Recurrit dictio pag. 178 Similiter ἐποίησα ἐπὶ πέντε ἡμέρας τὰ φῶτα τοῦ ναοῦ, *curavi luminaria ecclesiæ*, est apud Cyrillum Scythopolitan. in vita mscta S. Sabæ. Locum habet du Cange v. φῶτα. Conf. Athen. p. 170 disputans, idem esse τραπεζοποιὸς atque τραπεζοκόμος, *curator mensæ*.

(72) *In fine scalæ cochlearis*. Sed quomodo putatur ille finis? Estne ultimus gradus descendenti, an summus ascendenti? Certe utrobique finitur scala, tam in summo, quam in imo. Sed res tanti non est, ut anxie de ea quæratur. Infra. p. 60 et 65, non potest hæc dictio aliter, quam de gradu accipi, qui descendenti ultimus est, aut imus. Attamen p. 90 videtur potius summus esse. Non adeo recens aut vilis est vocabuli πλήρωμα usus pro *finis*, ut veteres et elegantes quoque auctores eo abstinerent. Philostrat. p. 604. sect. 3. lin. 5, ed. Olear. Ἐς τὸ πλήρωμα τῆς ἀκροάσεως habes, *sub finem prælectionis*, aut *disputationis*, et πληροῦν εἰς ομφαλον, *complere*, hoc est finire, tandem abire et desinere, *in umbilicum* dixit Aristides t. I. p. 99. 7. ed. Anglig.; v. Du Cange v. *Complere*.

situm est, abit cubiculumque suum ingreditur. Tunc duo silentiarii a mandato abeunt et patriarcham arcessunt; quem, dum appropinquat, cubiculo præfecti excipiunt, et postquam advenit, paulisper assidet, dum adventum ejus imperatori præpositus nuntiat. Tunc quidem imperator, patriarcham advocare præpositum jubet, dumque ambo, imperator scilicet et patriarcha, una in triclinio, ubi mensa stat, adsunt, hic sacerdotes vocat, qui stichum faciunt, patriarcha autem, postquam mensæ benedixit, omophorium suum deponit, quod postquam sacerdotes sumpserunt, exeunt, imperator autem cum patriarcha mensæ accumbit: cubicularii ab utroque mensæ latere, ut diximus, astant. 48 Postquam imperator et patriarcha semel omnino biberunt, præpositus a mandato signum dat, omnesque ministri intrant, e

A τὸν, ἐν τῷ ἀνέρχεσθαι αὐτὸν, κἀκεῖθεν διασώζουσιν αὐτὸν σιλεντιάριοι δύο μέχρι τοῦ ναοῦ. Καὶ τῆς θείας λειτουργίας τελεσθείσης, διέρχεται ὁ βασιλεὺς διὰ τῶν ἔμπροσθεν [10] (73) κατηχουμενείων, καὶ διὰ τῶν ἔνδον ἀπέρχεται ἐν τῷ θευφυλάκτῳ παλατίῳ, ἤγουν τῷ ὄντι ἐκεῖσε, καὶ εἰσέρχεται ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ. Καὶ κατέρχονται δύο σιλεντιάριοι ἀπὸ κελεύσεως καὶ προσκαλοῦνται τὸν πατριάρχην, καὶ τούτου ἀνελθόντος καὶ πλησιάσαντος, δέχονται αὐτὸν ἄρχοντες τοῦ κουβουκλείου, καὶ ἐλθὼν καθέζεται μικρὸν, καὶ εἰσελθὼν ὁ πραιπόσιτος δηλοῖ τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ βασιλεὺς κελεύει τῷ πραιποσίτῳ προσκαλέσασθαι τὸν πατριάρχην, καὶ ἑνωθέντες ἀμφότεροι ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης ἐν τῷ τρικλίνῳ, ἐν τῷ ἵσταται ἡ τράπεζα, προσκαλεῖται τοὺς ἱερεῖς, καὶ ποιοῦσι τὸν στίχον (74), καὶ εὐλογήσας τὴν τράπεζαν ὁ πατριάρχης (75), ὑπαλλάσσει τὸ ὠμοφόριον (76) αὐτοῦ, καὶ λαβόντες

B

C

VARIÆ LECTIONES.

[10] τῶν καὶ ἔμπρ. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(73) Τὰ ἔμπρόσθεν Catechumenia videntur ea esse, quæ super narthece erant, et ex opposito ad tribunam prospectabant.

(74) Recitant *versum*, preces ante prandium dicendas. Vid. ad p. 433. Ὁ στίχος est excerptum aliquod e Psalmis aut sacra Scriptura, invocatio Dei, cujus partem forte veteribus faciebat, ut nostratibus facit, Psalmus 147.: *Gratias agite Domino, quia Dominus benignus est, et misericordia ejus manet in æternum.* Benedicebat signo crucis addito Patriarcha, id est dicebat: Εὐλογία τοῦ Κυρίου ἐφ' ὑμᾶς καὶ ἐπὶ ταύτην τὴν τράπεζαν, clerici ejus faciebant, id est, recitabant versum, uno unam periodum recitante, altero alteram, suscipientibus invicem et continuantibus ambobus phonas quasi et antiphonas. Est alias quoque ὁ στίχος invocatio sancti aut sanctæ alicujus, ut in pontific. Haberti. p. 279.: Μετὰ τὸ, εὐλογία Κυρίου ἐφ' ὑμᾶς, λέγει τὸν στίχον τοῦτον ἀντὶ ἀπολύσεως· Διὰ πρεσβειῶν, etc.

(75) De benedictione mensæ seu ciborum v. Du Cange Gl. Lat. v. *Benedictio*, et Joseph. Catalanus ad Aug. patricii Ceremoniale Eccles. Rom. p. 155. ad illa: *Postquam omnes laverint, pontifex benedicit mensam.* Synodus Nannetensis canon. 54: *Presbyteri quando ad convivium conveniunt, prior eorum aliquis versum ante mensam incipiat, cibum autem potumque per vices benedicant; tum secundum ordinem consideant post refectionem hymnum domini exemplo dicant.*

(76) Erat omophorium gestamen patriarcharum et episcoporum, pallio, quod hodie Romani pontifices episcopis mittunt, simile; signumque dignitatis: ut τὸ ὠμοφόριον ἐπιδιδόναι esset idem atque patriarcham vel saltim episcopum declarare atque investire, et περιαιρεῖν, adimere omophorium, idem atque removere cathedra episcopali. Nicephor. patr. CPtan. brev. pag. 95; Pyrrhus patriarcha τὸ περικείμενον αὐτῷ ὠμοφριον περιελὼν τῇ ἱερᾷ ἀποτίθεται τραπέζῃ, φήσας· τῆς ἱεροσύνης μὴ ἀφιστάμενος ἀποτάσσομαι λαῷ ἀπειθεῖ. Latini hoc *orarium* appellabant; et *orarium alicui tollere* pro episcopatu depellere. Anastasius in Silverio: *Joannes subdiaconus tulit pallium de collo ejus.* Recte ait *de collo ejus.* Nam, ut ex imaginibus perspicuum est, ambibat collum ab antica et postica paulum descendens super pectus, ex humeris in angulum acutum convergens, et sic quoque a tergo. Quidam tali formæ nihil addebant, ut videre est in imaginibus S. Nicolai, Chrysostomi et Basilii apud Du Cange tab. IX, ante dissert. de nummis Byzantinis, alii addebant tænias deorsum ad pedes ferme dependentes, natas e tabliis seu latis clavis laicorum ut videre est p. 166. Menol. Basil. t, I, Insignis, sed luce donandus, est ejusdem Anastasii locus in Stephano IV: *Iterum præfatus Constantinus ad medium allatus, lectisque sacratissimis canonibus ita depositus est. Accedens enim Maurianus subdiaconus orarium de collo ejus abstulit; et ante pedes projecit, et compages ejus abscidit.* At quænam erant orarii compages? Erant illæ cruces, quæ in citatis Du Caugii, Menologii Basiliani, Muratorii t. II, Scr. Rer. Ital. p. 73, tab. 2, aliisque orariorum vel omophoriorum imaginibus conspiciuntur. Scilicet omophorium proprie est et erat olim initio pallium solidum, ἀμφίβαλος, totum hominem amiciens et involvens, nullibi patens, nisi qua caput et collum exseritur. Gestamen hoc proprie episcoporum erat extimum. Et propterea maphorium quoque, quod truncata et alterata nostri vocabuli est pronuntiatio, pallium significat, quale diximus. Quia vero talis vestis brachiorum usum liberum adimit, certe valde restringit, necesse interim erat, ut libera illa haberent, regerebant, vel replicabant hoc pallium super humeros, ibique fibulis aut acubus, aut loris vel tæniis panni constringebant, ne super humeros decideret, et sacris operantes turbaret. Fieri ergo aliter non poterat, quin super pectus et dorsum deorsum dependeret vestis, in humeris congesta et coangustata reliqua mole. Habitus talis cum gravis et incommodus esset, abiit deinceps in desuetudinem, remanente umbra et simulacro ejus, orario puta. Et quia sæculum illud stauromania laborabat, cui nihil placeret, quod non aut ad instar crucis conformatum, aut cruce saltim signatum esset, effingebant in crucis instar illa quoque retinacula, quæ ambobus in humeris congestam pallii molem continuerant et represserant, Græcis ἀναβολίας et ἀναλάβους dicta, Latinis *rebrachiatoria*, Nam ἀνέβαλλον, *rejiciebant* in cervicem, et ἀνέλαβον, sursum *assumebant* attollebantque illam utrinque pallii partem, quæ absque ipsis erat delapsura, et eam *retro brachia* regerebant. Cassianus de monachis Ægypti; *Gestant resticulas* [male alii *vesticulas*. Recte igitur resticulas, id est brandeas, tænias.] *duplices laneo plexas subtegmine, quas Græci* ἀναλάβους *vocant, nos vero succinctoria, seu redimicula, vel proprie rebrachiatoria possumus appellare, quæ descendentia per summa cervicis et a lateribus colli divisa utrarumque alarum sinus* [id est illa pallii, quæ humeros te-

αὐτὸ οἱ ἱερεῖς ἐξέρχονται, καὶ εἶθ' οὕτως καθέζονται ἀμφότεροι ἐν τῇ τραπέζῃ ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης· οἱ δὲ τοῦ [71] κουβουκλείου παρισταντοι ἐν τῇ τραπέζῃ ἔνθεν κἀκεῖσε, ὡς εἴρηται. Καὶ πιόντων προσάπαξ (77) τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ πατριάρχου, νεύει ὁ πραιπόσιτος [72] ἀπὸ κελεύσεως, καὶ εἰσέρχονται οἱ τῆς ὑπουργίας, ὁ δὲ τῆς τραπέζης εἰσελθὼν ἵσταται ἐν τῇ κάτω πύλῃ ἔμπροσθεν τοῦ βήλου, καὶ νεύει αὐτὸν πραιπόσιτος ἀπὸ κελεύσεως, καὶ νύσσει

A quibus mensæ præfectus ingressus, ad inferiorem portam ante velum stat, idque, signo a præposito dato, manu pulsat, engistiarii vero attollunt, quo facto amici ingrediuntur, omnisque mensæ ordo peragitur. Hi fausta imperatori precati surgunt, et abeunt, imperator cum patriarcha et astante cubiculo solus manet, et postquam adhuc semel potum sumpsere, surgunt; arcessiti autem sacerdotes a mandato intrant, et postquam omophorium pa-

VARIÆ LECTIONES

[71] τοῦ om. ed. [72] νεύει πραιπ. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

gunt, volumina] *ambiunt, atque hinc inde* [dextro sinistroque humero] *succingunt, ut constringentia latitudinem vestimenti ad corpus contrahant, atque conjungant, et ita inconstrictis brachiis impigri ad omne opus expeditique reddantur.* Sozomenus III, 14, Hist. Eccles. apte ad hunc locum: Ζώνη δὲ καὶ ἀναβολεὺς, ἡ μὲν τὴν ὀσφὺν περισφίγγουσα, ὁ δὲ τοὺς ὤμους καὶ τοὺς βραχιόνας ἀνέχων, ἑτοίμους εἶναι ποιεῖ εἰς διακονίαν Θεοῦ καὶ ἐργασίαν. Vid. du Cange v. Ἀνάλαβος, et *Rebrachiatorium*. Hæc igitur vincula *compages* appellat Anastasius; quibus similia quoad usum erant in togis Romanorum illa, quæ Tertullianus in Pallio suo *forcipes custodes* appellat. Custodiebant enim togarum umbones, quibus subjacebant, ne diffluerent. Vid. Salmas. ad Tertull. p. 348. His igitur palliorum retinaculis rescissis necesse erat, ut pallium, hactenus circa humeros rugosum et confertum, solutis jam vinculis relaberetur in pristinam amplitudinem, qualis exercitium functionis episcopalis impediret, formamque amitteret, episcopali pallio debitam, qua nempe ante pectus et medio in dorso dependet acutis alis, in humeris autem regestum est. Verum, ut dixi, procedente tempore desiit mos talia pallia cum istiusmodi compagibus aut forcipibus ad crucis instar factis gestandi, et remansit umbra eorum, pallium hodie sic dictum, quale quidem Chrysostomi et æqualium Patrum imagines præferunt, nolim tamen propterea credas, illos quoque hæc recentiora, et gestatu expeditiora omophoria gestasse. Vetusta illi solida, ponderosa pallia gerebant. Verum pictores illis sæculorum suorum habitum tribuebant. Medio ævo cum fastus et importunitas immanem in modum crevissent, non imaginem solummodo veteris pallii, sed simul cum ea ipsum quoque pallium gerebant, ut ex imagine Græci pontificis, quam Du Cange ante dissert. de nummis Bysant. IX, dedit, patet. Sticharium est vel mandyas, vel χιτών (perinde enim est,), dalmatica talaris, quam ille sacerdos gestare conspicitur. Quod super ea geminis longis angustis loris vel tæniis parallelis dependet, est *orarium*, diversum ab eo, quod Anastasius in locis superius allatis memorat. Hoc inter et superincumbentem solitariam tæniam, ἐπιτραχήλιον dictam, intercedit omophorium in humeros regestum, alias saccus, item phelonium dictum. Huic tandem superincumbit τὸ ἐπιτραχήλιον, umbra veteris omophorii vel pallii. Diversum esse *orarium* et *superhumerale*, patet e Codino de Offic. eccles. c. 9: Ὅταν ὁ πατριάρχης σφραγίζει τοὺς τοιούτους ἑξωκατακοίλους, ποιεῖ αὐτοὺς φορεῖν φελώνην ὡς καὶ πρότερον, καθ' ὃ ἱερεῖς ἐφόρουν, οὐ μὴν καὶ ἐπιτραχήλιον, ἀλλ' ὡράριον. Orarium sub sacco geminis tæniis, superhumerale super sacco unica, illud longius, hoc brevius, dependebat. Quando itaque in nostro codice Patriarcha dicitur ad sacram mensam assessurus omophorium tollere, intelligi hoc debet de ipso ejus sacco vel phelonio, una cum incumbente ipsi superhumerali, quod illi sic adhærebat, ut uno dempto, alterum quoque simul tolleretur. Quando vero patriarcha et episcopi dicuntur instante Evangelii lectione in ejus honorem ἐκβάλλειν, aut (si bene habet lectio apud Habertum in Pontific. p. 72) συμβάλλειν omophoria, quod idem est atque laicorum ἀποσκιπασμός, detractio pileorum et infularum; tunc intelligi debet de solo superhumerali. Et facile intelligere est, quare dictum fuerit, si fuit, συμβάλλειν τὸ ὠμοφόριον. Retro enim rejiciebant omophorii dependentem ante pectus laciniam superam, quæ a tergo dependebat. Rationem, quare deposuerint episcopi pallium ad lectionem Evangelii, reddit Isidorus pro mystica, qualis est, sic satis scitam, si quid scitum esse potest, quod mysticum est, certe risui movendo non malam. Epist. 146, l. 1: Τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὠμοφόριον ἐξ ἐρέας ὄν, ἀλλ' οὐ λίνου, τὴν τοῦ προβάτου δορὰν σημαίνει, ὅπερ πλανηθὲν ζητήσας ὁ Κύριος ἐπὶ τῶν οἰκείων ὤμων ἀνέλαβεν. Ὁ γὰρ ἐπίσκοπος εἰς τύπον ὢν τοῦ Χριστοῦ τὸ ἔργον ἐκείνου πληροῖ, καὶ δείκνυσι διὰ τοῦ σχήματος, ὅτι μιμητής ἐστι τοῦ ἀγαθοῦ καὶ μεγάλου ποιμένος καὶ πρόσχες ἀκριβῶς. Ἡνίκα γὰρ αὐτὸς ὁ ἀληθινὸς ποιμὴν παραγίνεται διὰ τῆς τῶν Εὐαγγελίων τῶν προσκυνητῶν ἀναπτύξεως, ὑπανίσταται, καὶ ἀποτίθεται τὸ σλῆμα τῆς μιμήσεως ὁ ἐπίσκοπος, αὐτὸν παρεῖναι δηλῶν τὸν Κύριον τὸν τῆς ποιμαντικῆς ἡγεμόνα καὶ Θεόν. Ut porro chlamydem, extimum honoris vestimentum laicorum procerum, deponere debebant ad sacram mensam accubituri magnates politici et militares, ita quoque patriarcha et episcopi suum insigne, omophorium, debebant tunc temporis deponere, quandoquidem ipse quoque imperator absque chlamyde assideret. Quo de ritu vestes extimas in aditu ad sacras epulas exuendi, et in reditu repetendi, dico infra ad Clerotologium. Unum hoc addo, Latinos hoc pallium *epidelen*, ab ἐπιδέω, et *epiditen* ab ἐπιδύω appellasse, pro quo Græci dicebant ἐπενδύτην. Vid. Du Cange v. *Epidecen*, pro quo leg. *Epideten*. [Constant. vit. Basil. c. 19: Γροῦλλον τὸ τοῦ πατριάρχου ἐπιφημίσας ὄνομα καὶ ἀρχιερατικῇ χρυσοστίκτῳ καὶ ὑπερλάμπρῳ κοσμήσας στολῇ καὶ ὠμοφόριον περιθεὶς, etc.].

(77) M. πρὸς ἅπαξ hic et deinceps, quod non annotassem, nisi scirem, criticos talia quoque venari. Vid. Dukeri præfat. ad Thucydid. Notat autem πρὸς ἅπαξ *unusquisque semel*. De illo usu præpositionis πρὸς infra ad pag. 281 ago. Ter solebat bibi inter epulandum, initio ante gustationem, in mediis epulis, et in fine. Quod videtur a veteri more sultim tria pocula in honorem deorum evacuandi traductum fuisse. Ordo Romanorum: *Descendunt primates Ecclesiæ ad aecubita, invitante notario vicedomini, et bibunt ter, de Græco* [nempe vino, seu Malvasia vel Cyprio] *primo, de Pactisi* [id est Naupactensi], *de Procopia* [hoc est apud Tataros Precopenses nato, vel Mæotico,] *tertio. Postquam biberint omnes presbyteri per acolythi et singulos titulos, redeunt ad faciendas vesperas.*

triarcha induit, stichum faciunt, deinde pane benedicto imperatori a patriarcha dato, discedunt.

A τὸ βῆλον μετὰ τῆς χειρὸς, καὶ αἴρουσι αὐτὸ ὕπερθεν ἐγγιστιάριοι, καὶ εἰσέρχονται οἱ φίλοι (78), καὶ τελεῖται ἅπασα ἡ τῆς τραπέζης ἀκολουθία. Καὶ ἀνίστανται ὑπερευξάμενοι τὸν βασιλέα, καὶ ἐξέρχονται, καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς μένει μετὰ μόνου τοῦ πατριάρχου, καὶ τοῦ κουβουκλείου παρισταμένου, καὶ πιόντες προσάπαξ ἀνίστανται, καὶ προσκληθέντες οἱ ἱερεῖς ἀπὸ κελεύσεως εἰσέρχονται, καὶ περιβαλλόμενος ὁ πατριάρχης τὸ ὠμοφόριον αὐτοῦ, ποιοῦσι τὸν στίχον, καὶ ἐπιδοὺς ὁ πατριάρχης τῷ βασιλεῖ εὐλογίας, ἐξέρχονται οἱ ἱερεῖς.

VII. Postquam imperator et patriarcha se mutua adoratione venerati osculatique sunt, abit hic a cubiculariis ad catechumena usque stipatus; imperator autem ibi paulisper subsistit, et hora instante, colobium triblatteum, aureis tæniis ornatum lapidibusque et unionibus distinctum, quod et botrys vocatur, induit, gladioque aureo et pa-

Ζ'. Καὶ εἶθ' οὕτως προσκυνήσαντες ἀλλήλους, καὶ ἀσπασάμενοι ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, ἀπέρχεται μὲν ὁ πατριάρχης καὶ διασώζουσιν αὐτὸν οἱ τοῦ κουβουκλείου μέχρι τῶν κατηχουμένων, ὁ δὲ βασιλεὺς ἀναπαύεται μικρὸν ἐκεῖσε, καὶ καταλαβούσης τῆς ὥρας περιβάλλεται ὁ βατιλεὺς κολόβιον (79) τριB βλάτιον (80) χρυσοσωληνοκέντητον (81), διὰ λίθων

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(78) Sic sæpe occurrit in hoc codice. Interdum quoque pro legatis exteris idem hanc vocem adhibet. Imperatores autem consuevisse clericos ad sacram mensam adhibere, multis locis hujus Ceremonialis apparet, et e Leone Grammat. p. 481. *[Theophan. p. 17.]*.

(79) De colobio v. Du Cange utroque Glossario, Vales. ad Amm. Marcell. v, 51. Petav. ad Themist. p. 377, et 446, ubi Servii locum citat, e quo apparet, colobia fuisse talia palliola cervicem amicientia pectus et scapulas et humeros ad cubitos usque tegentia, qualia gestant Lipsienses rectores Magnifici et Decani facultatum, e vetere instituto, cujus vestigia reperio in Fortescue Encomio legum Angliæ c. 51, citato a DC, ubi nominat *colobium cum duobus labellutis*, [id est libellis, seu oscillis, nostrates *Quasten* et *Troddeln* appellant.] *qualiter uti solent doctores legum in universitatibus quibusdam*. Sed valde variant auctores in descriptione colobii. Quidam ipsi manicas perbreves C tribuunt, alii nullas. Neque certum est de ejus forma et longitudine, fueritne pertusum in regione humerorum, an solidum. Ugutio, *colobium*, ait, *pallium virginale, ad talos descendens absque manicis*. Si solidum fuit in regione humerorum, et pertinuit ad talos, idem ergo erit atque maphorium, vel omophorium, vel clocca, vel saccus. Idem enim omnia ista sunt. Si vero solidum quidem fuit in regione humerorum, at tantummodo ad cubitum pertinuit, erit idem atque epomis. Si pertusum fuit et pertinuit ad media fere femora, erit idem atque armclausia, vel sclavina. Sed videtur fuisse chlanis vel χιτὼν talaris, stricte corpori adhærens, absque manicis, vel medium humerum procedentibus, cum foraminibus tamen, per quæ humeri exsererentur. Si judices secundum Nicetam in Thesaur. orthodoxæ fidei c. 39. et auctorem de initis hæresium c. 15., idem erit *colobium* atque *dalmatica*. Atqui dalmatica erat longa vestis talaris. Rursus vero si judices se- D cundum Symeonem Logothetam p. 402, collato Genesio p. 3, e quo locus Symeonis mutilus integrandus est, erit colobium idem atque ἀετός, genus aliquod chlamydis levissimum et vento permissum, Genesii verba sunt: Ἐκδιδύσκεται τὴν ἐσθῆτα, ἣν ἐπεβέβλητο ἐν δυσὶ ῥοδοειδέσι χροιαῖς ἀετίζουσαν, ἣν κολόβιον τῇ ἐγχωρίῳ ῥήσει προσονομάζουσι, καὶ ταύτην ἀνειμένην ζωστῆρος κατὰ τὸ ἔκπαλαι τηρηθὲν ἔθος τοῖς στρατηλάταις. Cassianum si audias, colobium a reliquis tunicis nihil differebat, nisi in eo, quod, cum manicæ tunicarum, quo proprius ad manus accederent, eo strictiores haberent manicas, ipsa colobia manicas habebant per omnia æque amplas, non tamen multo breviores manicis tunicarum, sed fere ad carpos manuum pertingentes. Verba ejus sunt de habitu monachorum c. 5: *Colobiis quoque lineis induti, quæ vix ad cubitorum ima pertingunt nudas de reliquo manus circumferunt. Ima cubitorum* procul dubio sunt commissuræ cubiti cum manu, seu regio carpi. Id quoque significare velle videtur locus Dorothei: κολόβιον μὴ ἔχει χειρίδα, τῶν ἄλλων πάντων ἐχόντων. Est enim χειρὶς proprie illa manicæ pars, quæ carpum arcte stringit et ambit. Sed, ut dixi, colobium variis temporibus longe diversarum vestium fuit appellatio. Quod ita contigit. Colobium veterum monachorum et sacerdotum erat revera id, quod nomen vult, nempe vestis manicis aut prorsus nullis, aut valde brevibus, et breve quoque ipsum. Deinde cum indecens putaretur inter sacra peragenda nudos humeros sacerdotum conspici, mutatum quidem fuit colobium in dalmaticam, nomen tamen ipsi mansit. Patet ex Honorio Augustodunensi l. I, c. 211. de vestibus pontificis: *Colobium erat cucullata vestis sine manicis, sicut adhuc videmus in monachorum cucullis, sive nautarum tunicis. Quod colobium a S. Silvestro in dalmaticam est versum, et additis manicis infra sacrificium portari instituta, quæ ideo ad Missam a pontifice portatur*. Cum his verbis viderint alii quomodo concilient Anselmum Decretalem, qui perhibet, *a Silvestro et presbyteris ejus cæpisse colobiorum usum, post hos autem colobia in dalmaticas fuisse conversa*. Mutandi ratio erat, quia, ut scribit auctor vitæ Silvestri PP., τὸ τῶν βραχιόνων γυμνὸν ἐψέγετο, et inde factum, ut dalmaticæ maniclia potius quam colobia appellarentur. Δαλματικὰ μανίκλεια. μᾶλλον συνέβη ὀνομασθῆναι ἤπερ κολόβια. Sane evanuit nomen colobiorum in vestitu sacerdotum sensim, et dalmatica cœpit in ejus locum succedere.

(80) *Panni triblatti sunt triplici tinctura blattæ infecti*, ait Murat. Ant. Ital. t. II. p. 409., ubi de blatteis vestibus late disputat, in eo tamen, si quid video, falsus, quod blattam et vermiculum tinctorium, unde coccus tingitur, eadem facit. Blatta veteribus dicebatur illa ipsa purpura, murex, conchylium, unde purpuræ color. Tertia tinctura habebatur pro optima, vividissimi luminis. Memorantur tamen, sed raro, plures. Apud Longobardico-Latinum illum chymicum octavi sæculi, quem Muratorius eodem volumine p. 367 edidit, *tinctiones quatuor pellis aletinæ* seu purpuræ habentur, et in charta vetere apud Du Cange v. *Baldekinus*, *tetrablattum*, ita enim puto leg. esse pro *catablatto*. Factum deinceps e frequenti usu talium vestium diblattearum et triblattearum, ut creditum fuerit, blattam idem esse atque colorem quemcunque, et blattæ fuerint appellati panni illi quoque, qui blattæ seu purpura tincti non essent. Petr. Damian. Et IV, 7. *pallium*, ait, *quod triblathon appellatur trium quippe colorum est*. Rectius tamen ubi videtur *color* pro immersione in cortinam tinctoriam accipi.

(81) Ambigo, quale vestimenti genus hoc sit; fuerintne vestes, quæ assutos haberent et dependentes aureos tubulos, an quarum pannus in multas rugas parallele decurrentes, et passim filis aureis trajectas, ne rugæ vel plicæ diffluerent, compositus

καὶ μαργάρων ἡμφιεσμένον, ὅ καὶ βότρυς (82) καλεῖται, καὶ σπαθίον ὁμοίως χρυσοῦν διὰ λίθων καὶ μαργάρων ἡμφιεσμένον, καὶ εἶθ' οὕτως ἐπιτίθησιν ὁ πραιπόσιτος τὴν τόγα (83), ἤγουν τὴν τιάραν, ἐπὶ τῆς τοῦ βασιλεως τιμίας κεφαλῆς. Καὶ ἐξέρχεται ὁ βασιλεὺς δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου, φορούντων αὐτῶν σαγία ἀληθινὰ (84), καὶ διέρχεται διὰ τῶν κατηχουμενείων τοῦ νάρθηκος, τὰ

A riter gemmis ac margaritis ornato se accingit: tunc patriarcha togam seu tiaram venerando imperatoris capiti imponit. Is postea a cubiculo præfectis saga purpurea gestantibus stipatus per catechumena narthecis transit, cubiculariis vela, quæ ibi sunt, portantibus, perque sinistram cochleam, per quam venerat, redit, eumque magistri, et patricii extra cochleam eamdem in baptisterio, ubi

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

esset. Tales vestes *rugatas* Latine appellabant, et *crosnas* atque *crusinas*, quarum vocum rationem etymologicam deinceps dabo. Habet utraque sententia quo se commendet. Aureos tubulos, sive jam illi solido auro, sive filato et circa cylindros ligneas circumvoluto facti fuerint, e fimbriis vestium dependentes gestasse veteris, patet ex illo Anthologiæ p. 425. Αἵρων οἱ χρυσέοι κάλαμοι, et clarissime e loco Pauli Silentiarii Ecphras.

B

Πᾶσα διαστράπτει χρυσείη στολίς. Ἐν γὰρ ἐκείνῃ
Τρητὸς λεπταλέος περὶ νήματα χρυσὸς ἑλιχθεὶς
Σχήμασιν ἢ σωλῆνος ὁμοίτος ἤ τινος αὐλοῦ
Δέσμιος ἱμείρόεντος ἐρείδεται ὑψόθι πέπλου
Ὀξυτόροις ῥαφίδεσσι δεθεὶς καὶ νήμασι Σηρῶν.

siis lino candidiore factis, viri nostri extra vestes in regione pectoris propendere sinunt, appellamus. Croseam sic describit Auctor Ceremon. Romani l. I, Sect. I: *Genus chlamydis longæ ad terram usque a parte anteriori aperta o summo ad imum rugosa.* Neque tantum in vestibus affectabant plicas, ut videre est in rusticis a districtu, quem incolunt, Altenburgensibus dictis, veteris vestitus tenacissimis: sed etiam in collaribus, qualia, grandibus rotis similia, conspiciuntur frequentissima in picturis et imaginibus ære expressis sæculi XVI, et supersunt eorum adhuc in urbibus quibusdam Germaniæ monumenta, quarum sacerdotes tales croseas vel tubulatas collares rotas gerunt ex veteri ritu. De quarum antiquitatibus vir Historiæ ecclesiasticæ callentissimus *Urb. Gotfr. Siber.* nuper Norster, peculiarem libellum edidit. Inde quoque factum, ut omne collare, etiam si planum et simplex, nostro sermone *Grause*, hoc est *crispum* dicatur.

Habes hic cylindros forte ligneas, aut potius pergamenas perquam graciles, primum filis sericis, dein aureis circumvolutas, et filis sericis ad vestis oram ita assutas, ut libere, dependentes oscillarent. Alteri tamen quoque conjecturæ haud pauca, favent. Non tantum mos hodiernus feminarum Græcarum vestes στολιδωτὰς, rugatas, multis plicis, artificiose in seriem compositis divites gestandi (teste Sponio t. I, p. 41, Itin.,) sed etiam imagines veteres, et in his illa Farnesiana, egregio commentario nuper ab eruditissimo Corsinio illustrata. C Herculem exhibens non τὸν ἀναπαυόμενον, *requiescentem*, sed τὸν ἀναπλόμενον ἐξ ᾅδου, *ex inferis revertentem*; in qua tabula sacrificantium duarum feminarum vestes miro modo plicatæ conspiciuntur. Fraudem tamen in ea quidem tabula Farnesiana commissam cavere nolim, quam quæ prodere videantur, non desunt. V. Salmas. ad Tertull. p. 334, ubi ait rugas illas vestium in strias deductas et ordinatas fuisse σωλῆνας, *tubulos*, a Græcis dictos, ipsasque tales vestes σωληνωτὰς et στολιδωτὰς, item *tubulatas* et *striglatas*. Vid. infra p. 334, ubi ἀετοὺς πολυγύρους nominat Noster, quos a rugatis his vestibus diversos fuisse non puto. Talia perizomata [nos *Schürtzen*. Francit *devanteaux, devantiers*, appellant] mulieres ævo medio gestasse intelligitur e Vincentio Bellovacensi Spec. hist. l. XXX, c. 85: *Aliæ mulieres boqueranno stricto sub cingulo multis plicis sumptuosis operato et consuto vestiuntur* Vid. Du Cange v. *Buquerannus*, quæ significat ἐσθῆτα ἀπὸ ζωδίων. Originem alibi damus. A *faltis* (id est D sermone Germanico plicis vel rugis) appellabant olim has vestes *faltas* et *faltones*. Kilianus: *Falte*, [sic leg. non *falie*] *palla cyclas, vestie muliebris totum corpus ambiens*; qualem me admodum pueruluum in oppido patrio ab anu gestatam olim vidisse adhuc memini; unde necesse est, ut patrum avorumque nostrorum memoria talis vestis in usu esset. Apellabant illam cycladem mei cives *eine Schaube*; forte a *schieben, zusammenschieben*, συνωθεῖν, constipare, quia plicæ in talibus vestibus confertæ, constipatæ sunt. Alias reperimus vocabula ejusdem originis et significationis *crusina, crusna, crosna crocea* et *crosea*. Omnia a *craus*, quod nobis *crispum* notat; unde quoque *Gecros* cum mesenterium et appensa ipsi intestina ob multiplices eorum gyros, tum illa finissimæ telæ cameracensis assumenta crispa, quæ una cum ipsorum fulcris, indu-

(82) Sive a multitudine margaritarum conflatarum in globos dicta fuit hæc vestis *uva*, sive, si priorem nostram τῶν χρυσῶν σωλήνων interpretationem assumas, a multitudine tubulorum aureorum ex ejus ora dependentium.

(83) De *tuga* vel *tufa* infra dicam ad pag. 291.

(84) *Veri luminis, purpurea*. Vid. Du Cange Gloss. Gr. h. v. et Lat. v. *Alithinus*. Latini enim hac quoque voce, et voce *verus* pro purpureo vel rubro utuntur. Item Salmas. ad Hist. Aug. t. II, pag. 411, ubi mihi quidem male tentare, videtur locum codicis Theodosiani Leg. XI, de scenicis: *His quoque vestibus noverint abstinendum, quas Græco nomine a Latino crustas vocant, in quibus alio admistus colori puri rubor muricis inardescit.* Hæc est vulgata lectio. Putat pro *a Latino* reponendum esse *Latini*. Mallem equidem *Aletinocrustas*, vel *alethinocrustas*, id est tales, in quibus trama veri luminis vel purpurea pectine textorio densata est. Conf. Du Cange v. *Crusta*. Non recte vertit hanc vocem Goar· apud Theophan. p. 263, ἐκ τῶν ἀληθινῶν τζαγγίων, *ex veris et propriis suis calceis* reddens. Volebat *purpureis*. Vid. Vales. ad Ammian. Marcell. pag. 326, ubi quem citat Constantini Porphyrogenneti locum, is est in libro de administr. imper. p. 57, ubi vid. Bandur. p. 35. Vox quæ ibidem occurrit χαρέρια videtur Arabica *harir* esse quæ *sericum. opera serica* notat. Non tam recens, est, quam videatur, hic vocis ἀληθινὸς usus. Jam apud Xenophontem in Œconomico (pag. 56, edit. cl. Bacchii) πορφυρὰ ἀληθινὴ, *purpura vera*, opponitur τῇ ἐξιτήλῳ, *pallidæ*, cujus verum lumen exstinctum est. Apparet hinc, ἀληθινὸν et *verum* proprie splendidum, splendore ardens et oculos feriens notare, adeoque non tantum de rubro dici, quamvis plerumque de illo dicatur, sed etiam de aliis coloribus. Sane apud Anastasium occurrunt *albaveræ gemmæ*, id est margaritæ veri luminis candidi, quorum candor ardet et oculos præstringit. Vid. Du Cange Gl. Lat. v. *Albaveræ* "[Conf. Schurzfleisch ad Eusebii Chronicon p. 93.]" Apud Nostrum infra habemus p. 370, ἀληθινάεργα χροακὰ, vestes *veri luminis* aut *veri juris, coloreas.*

et mane advenientem imperatorem exspectaverant, A faustis precationibus excipiunt. Is in porta, ubi id in singulis processionibus facere solet, equum, ephippio aureo gemmisque ac margaritis distincto instratum, in cauda vero et quatuor pedibus tæniis ornatam, conscendit, quod statim et cubiculo præfecti, magistri, patricii, senatores omnes, faciunt, quorum equi cataphractas, ipsi saga sua purpurea, gestant. Similiter et spatharocandidati cum spathariis, 49 equis ut diximus instructis vehuntur, gladiis cincti, scutaria et dextralia gestantes: spatharocandidati vero torques portant, utrique vero a latere patriciorum hinc et illinc transeunt. Spatharocubicularii in camisiis, spathas ferentes, manibus dextralia gestant atque ipsi in equis propre præfectos cubiculi hinc et illuc vehuntur. Cerimoniarius purpureo sago ante imperatorem pedibus una cum silentiariis, qui et ipsi saga purpurea aureasque virgas gemmatas gestant, abit: protostrator et comes stabuli ab utroque imperatoris latere, stratores cira ipsum, utrique pedibus, prodeunt. Candidati, scribæ et mandatores imperatorii in mutatoriis suis, cursores porro et decani ante imperatorem, pedibus secundum ordinem suum procedunt. Sequuntur stratores cum scutariis, ramos palmarum manibus gerentes, et ipsi imperatorem præcedentes, a tergo vero protospatharii eunuchi equis vecti, speciis purpureis clavisque aureis accincti spathasque suas et spathobaculos humeris impositos portantes: eorum porro equi cataphractis instructi sunt. Hos proxime sequitur logotheta dromi sago purpureo indutus, C in equo ornato, protospatharii barbati speciis accincti, spathobaculos humeris portantes, et ipsi in equis ornatis: post cubicularii in equis, drun-

δὲ βῆλα τὰ ὄντα ἐκεῖσε κουβικουλάριοι βαστάζουσι, καὶ διέρχεται διὰ τοῦ ἀριστεροῦ κοχλιοῦ, δι' οὗ καὶ ἀνῆλθεν, καὶ δέχονται αὐτον οἵ τε μάγιστροι καὶ πατρίκιοι ἔξωθεν τοῦ αὐτοῦ κοχλιοῦ εἰς τὸν λουτῆρα, ἔνθα καὶ τὸ πρωῒ ἀνερχομένου τοῦ βασιλέως ἔμειναν, ὑπερευχόμενοι τὸν βασιλέα. Καὶ ἐξελθὼν ὁ βασιλεὺς, ἱππεύει ἐν τῇ πύλῃ (85), ἐν ᾗ εἴθισται αὐτῷ καθ' ἑκάστην προέλευσιν τοῦτο ποιεῖν, ὁ δὲ ἵππος ἔστρωται σελλοχάλινον χρυσοῦν διάλιθον, ἠμφιεσμένον ἀπὸ μαργάρων, ἐν δὲ τῇ οὐρᾷ τοῦ αὐτοῦ ἵππου καὶ τοῖς τέσσαρσι ποσὶν ἀποκρέμανται πέτασοι πράνδιοι (86), ἱππεύουσι δὲ εὐθὺς ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε οἵ τε ἄρχοντες τοῦ κουβουκλείου μάγιστροι, πατρίκιοι καὶ πᾶσα ἡ σύγκλητος ἐφ' ἵππων ἐστολισμένων ὑπὸ καταφράκτων [73] (87), ἅπαντες δὲ αὐτῶν ἀπὸ σαγίων ἀληθινῶν. Ἱππεύουσι δὲ ὡσαύτως καὶ οἱ σπαθαροκανδιδάτοι B ἅμα τοῖς σπαθαρίοις, ἱππεύουσι δὲ ἐφ' ἵππων ἐστολισμένων ὡς προείρηται, περιβεβλημένοι σπαθία κρατοῦντες σκουτάριά τε καὶ διστράλια, ἀλλ' οἱ μὲν [74] σπαθαροκανδιδάτοι φοροῦσι καὶ μανιάκια (88), διέρχονται δὲ ἀμφότεροι αὐτῶν ἐν τοῖς πλαγίοις τῶν πατρικίων ἔνθεν κἀκεῖσε. Οἱ δὲ σπαθαροκουβικουλάριοι ἀπὸ καμισίου φοροῦντες τὰ σπαθία, κατέχουσιν ἐν ταῖς χερσὶ διστράλια καὶ διέρχονται καὶ αὐτοὶ ἔφιπποι πλησίον τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου ἔνθεν κἀκεῖσε. Ὁ δὲ τῆς καταστάσεως ἀπὸ σαγίου ἀληθινοῦ διέρχεται ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως πεζὸς μετὰ καὶ σιλεντιαρίων πεζῶν, ὁμοίως καὶ αὐτοὶ ἀπὸ σαγίων ἀληθινῶν, βαστάζοντες καὶ βεργία χρυσᾶ διάλιθα, ὁ δὲ πρωτοστράτωρ καὶ ὁ κόμης τοῦ στάβλου ἔνθεν κἀκεῖσε τοῦ βασιλέως, οἱ δὲ στράτορες πέριξ, ἀμφότεροι (89) δὲ αὐτῶν πεζοί. Κανδιδάτοι δὲ καὶ σκρίβονες καὶ μανδάτορες βασιλικοὶ δηριγεύουσιν ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως ἠλλαγμένοι πεζοὶ κατὰ τὴν αὐτῶν τάξιν, οἱ δὲ κούρσορες καὶ δεκανοὶ (90) δηρι-

VARIÆ LECTIONES.

[73] ὑποκαταφράκτων cod. [74] ἄλλοι μὲν ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(85) Mos erat, ut imperator in processione equestri portam extimam alicujus ecclesiæ, per quam in ejus Horologium intraretur, equo non transiret, sed ante eam descenderet. Vid. p. 309.

(86) *Prandia brandia, brandeæ* sunt fasciæ, vittæ. tæniæ. Vid. Du Cange Gl. Gr. h. v. et Lat. v. *Brandeum* et Goar. ad Theophan. pag. 196. [S. *Gregorius pontifex petentibus reliquias martyrum pyxidibus brandeum concludebat.* Canis. t. VI, p. 420.]* Proderit ad intelligendum hunc locum citatum Cangii Gloss. Latin inspicere. Πέτασοι autem hic appellantur οἱ πράνδιοι, tanquam adjectivo, quia latæ, expansæ erant illæ vittæ, vel tæniæ, ἀναπεπταμέναι. Apprime congruit vox mediæ latinitatis *flascilo*, quod aliud nihil est quam πέτασος, *tænia lata*. Monachus Sangallensis de Carolo Magno l. II, c. 41 : *Ita ut nobilioribus quibuscunque aut baltheos, aut flascilones pretiosaque vestimenta a latissimo imperio* [id est amplissimo et maximo: nam ut adhuc hodie Belgæ *breed* pro magno, sic Latini medio ævo *latum* pro magno dicebant. Designat imperium CPtanum.] *perlata distribui juberet.* Sive Latinæ sit originis vox *flascilo* et a *flagellum* repetenda, sive Germanicæ, et a *flad, platt, planus*, (unde *fluden*, πλακοὺς, *flatschen*, πλὰξ, *planites*, spatium late pansum,) semper notat prandia petasa, seu tænias latas, late explicitas, qualia olim in corrigiis calceorum, infra genua, et in collo gestare solebant, *breite Schleifen*. Tales petasos seu latas tænias equi cruribus alligatas videre est in nummo Balduini Flandri, imp. CPtani, apud du Cange ad Alexiad. p. 206, ubi vir doctissimus pro τουβίοις accipit.

(87) M. ὑποκαταφράκτων una voce. Ὑπὸ in hac compositione notat idem atque ἀπὸ vel μετὰ, ut in ὑπόβλαττον, quod est e blatta vel serico factum, vel sericum secum habet, ὑποφιάλιν, ὑποκαμπάγιν, quod cum phialis, cum campagis est; ita quoque ἵππος ὑποκατάφρακτος est, qui cum καταφράξει, totum corpus tegente armatura, est. Idem significat, quod pag. 49 legitur ἵπποι ἐστολισμένοι ἀπὸ καταφράκτων, id est, μετὰ καταφράξεων seu ὅπλων καταφραττόντων. Præfero nihilominus tamen emendationem Leichianam propter præcedens ἐστολισμένων, quod proprie est *stragula tectis*, operitorio, quale solet equorum dorsis insterni.

(88) Vid. ad p. 238. Vocabulum satis antiquum Græciæ vulgaris *torquem* significans. Habet enim Polybius p. 163 et 165 ed. Gron.

(89) *Omnes illi simul sumpti.* De hoc significatu vocabuli ἀμφότεροι dico ad pag. 266.

(90) *Liciores.* Vid. Du Cange utroque Glossario. Valdesius ad Amm. Marcell. p. 264, 497. De munere Decanorum ecclesiæ disserit Murator. t. II, Scr. der. Ital. p. 100.

γεύουσιν ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως πεζοὶ κατὰ τάξιν. Δηριγεύουσι δὲ [75] καὶ (91) στράτορες πεζοὶ μετὰ σκουταρίων, κατέχοντες ἐν ταῖς χερσὶ κλάδους δαφνων, καὶ οὗτοι μὲν δηριγεύουσιν ἔμπροσθεν, ὄπισθεν δὲ διέρχονται ἔφιπποι πρωτοσπαθάριοι [76] εὐνοῦχοι, περιβεβλημένοι σπίκια (92) ἀληθινὰ χρυσόκλαδα καὶ σπαθία, κατέχουσι δὲ καὶ τὰ σπαθοδάκλια αὐτῶν, ἐπικείμενα τοῖς αὐτῶν ὠμοις· οἱ δὲ ἵπποι αὐτῶν τῶν πρωτοσπαθαρίων εὐνούχων ὁ λογοθέτης τοῦ ἐστολισμένου, ἀπὸ δὲ αὐτῶν (93) πρωτοσπαθάριοι ἐπικείμενα τοῖς ὠμοις αὐτῶν, ὁμοίως καὶ οἱ δρουγγάριος τῆς βίγλης καὶ τοποτηριτῶν τῶν ταγμάτων καὶ τῶν πεζευόντων, κομήτων, διέρχονται ἀπὸ διαστήματος, κρατοῦντες (94) τὰ ὄπισθεν προέλευσιν κατὰ τὴν αὐτῶν τοῦ ἀριθμοῦ, κρατῶν τὰ πλήθη τάξιν, ὄπισθεν δὲ αὐτοῦ ὁ τοποτηρητὴς τῶν λαῶν πρὸς τὸ μὴ συγχυθῆναι αὐτοὺς ἐν τῇ προελεύσει.

A garius vigiliæ et manclavitæ cum cæteris domesticis, qui non pedibus ire solent, legatis turmarum et comitibus, ex intervallo processum eorum, qui imperatorem sequuntur, secundum ordinem suum conducentes: pone ipsum vero vicarius numeri multitudinem populi ne processioni immisceatur continens, sequitur.

Η'. Δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν προειρημένων πάντων ὁ βασιλεὺς, διέρχεται μέχρι τῶν μαρμαρίνων λεόντων, καὶ δέχεται αὐτὸν ὁ δημοκράτης τῶν Βενέτων, ἦγουν ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν, μετα καὶ τοῦ περατικοῦ δήμου τῶν Βενέτων, αὐτὸς δὲ ὁ δημοκράτης κρατούμενος ὑπὸ τοῦ τῆς καταστάσεως ἀπέρχεται, καὶ προσκυνήσας τοὺς πόδας τοῦ βασιλέως ἀσπάζεται αὐτούς, ὁ δὲ βασιλεὺς δεξαμενος αὐτὸν ἐπιδίδωσιν αὐτὸν τῷ κόμητι τοῦ στάβλου, ὁ δὲ δημοκράτης στὰς πάλιν ἐν τῇ αὐτῇ στάσει, τοῦ μέρους ἀκτολογοῦντος, κατασφραγίζει τὸν βασιλέα. Τελέσαντος δὲ

B VIII. Imperator ab his omnibus stipatus, ad marmoreos leones venit, ubi ipsum princeps Venetorum seu domesticus scholarum cum transitoria Venetorum factione excipit, et a cerimoniario adductus abit, humique prostratus, pedes imperatoris osculatur, quem is suscipiens comiti stabuli tradit: is vero iterum in sua statione constitutus, imperatorem, dum factio acclamat, signat. Postquam factiones ea quæ mos est peregere, imperator discedit, quem factiones præcedunt, dromica dicentes, 50 et si imperator jusserit, etiam apela-

VARIÆ LECTIONES.

[75] δὲ om. ed. [76] ἀσπαθάριοι et h. l. et mox.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(91-92) Specia, nomen vestitus haud infrequens hoc in codice, fuerunt mea sententia nihil aliud. quam quod nobis *Spitzen* sunt, Gallis *de points, de dentelles*, Belgis *Canten*, subtilis e candidis filis tenuissimi lini textura cum minutissimis ocellis, tessulis, rhombis, speculis, innumeris figuris intextis. Neque improbabile est, a Græco σπίκια, *specia*, manasse nostrum *Spitzen*, quamvis etiam a voce Germanica *Spitze*, acies, mucro, repeti possit, quia opus hoc punctatum, dentatum prominentibus cuspidibus velut hispidum est; unde Francicæ appellationes desumptæ sunt. Latini medii ævi texturam hanc *tasselos* appellabant, unde Anglis remansit *tassel*, idem significans, a taxillis intextis, vid. Du Cange v. *Tasselus*, et nostrum *Tatzen*, quamvis diversæ nonnihil significationis. Hinc emendandus est Anastasius in Benedicto II: *in ecclesia B. Valentini fecit coopertorium super altare cum clavis et fascellis.* Sic vulgo editur, sed leg. cum tascellis id est *taxillis*; item in Leone III, *super altare majus fecit tetraveta holoserica alythina cum astillis et rosis chrysoclavis.* Leg. *cum tascillis* vel *tassillis*, quod perinde est. Liceat hac occasione Isidorum quoque corrigere, in cujus Glossis hæc leguntur: *vasculum, discus, fasculum* Dubito pro ultima voce *flasculum*, φλασκίον, (de qua voce supra dixi,) *lagenam vitream vini*, an *bassinum*, λεκάνην, patinam, an denique *tastulum*, quod idem est, reponam. *Dast* et *Tast patinam, discum, scutellam, missorium* significat. Sed ut redeam, unde deflexi, σπίκια est vox Latina a *speciendo*, videndo, *spectum* et *speculum* idem est. Quæ ergo texturæ specula, id est figuras orbiculares aut ovales, aut quadratas, aut rhomboideas referrent, (specula enim veterum omnes has figuras habuisse reperiuntur,) ea propter similitudinem specula appellantur, sive illæ figuræ pertusæ

C essent eoque perspicuæ, ut sunt in speciis nostris. sive intextæ aut insutæ essent panno eoque opacæ. Hinc est, quod specia quoque possint esse vestes ἀστραγαλωτοι, *tassilatæ* vel *tesselatæ*, quales *taliatas* appellabant et *stragulatas*, quæ vox ipsissima Græca ἀστραγαλωτὸς est, et *laculatas*. Wilhelmus episcop. Colon. A. 1306. (apud Du Cangium v. *Fractillatus*): *monemus universos et singulos clericos, ne de cætero vestes partitas, virgatas, taliatas, scaccatas deferunt*, id est ne in posterum gerant vestes, quarum una dimidia pars hujus coloris, altera alterius esset, neque vestes ῥαβδωτοὺς, striatas, neque talis vel areis quadratis, neque schaccis seu tessulis rhomboideis distinctas. *Laculatas* vestes appellant Isidorus XIX, 22, et Papias illas, *quæ lacus quadratos* [id est *areas* habent *cum pictura* [id est coloribus distinctivis] *intextos aut acu additos*: vid. Salmas. ad Ser. Hist. Aug. t. II, p. 556 et 694. Præfero tamen priorem conjecturam, neque dubito ipsis quoque veteribus Romanis specia nostra non ignota fuisse. Specula veterum aut quadrata, aut rhomboidea, sed plerumque rotunda erant, ut ex illo Tertulliani loco de Resurrectione carnis c. 12. apparet: *retornantur* [id est rursus tornantur, rursus rotunda fiunt,] *specula lunæ, quæ menstruus numerus* [nempe dictum] *attriverat*; ubi vulgo male *redornantur* legitur.

(93) *Post eos autem*, se. διέρχονται, *veniunt procedunt*. Ita p. 36: Ἀπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ κυοουκλείου, *post præfectos cubiculo*, p. 103: ἀπὸ τῆς λιτῆς, *a processione*, nempe *finita*, post processionem 191, σάσσειν ἀπὸ βαΐου *post acceptam palmam saltare*. Et eo sensu ἀπὸ jam adfuit in superioribus, et frequens ex vetustis.

(94) *Finientes, claudentes*, et velut firmo repagulo *coercentes* processionem eorum, qui extremo in agmine eunt.

tica, ipsumque ad S. Christophori conducunt. Sciendum est, principes duarum factionum transitoriarum et tribunos politicæ, singulos pro suis factionibus, in prima tantum receptione, non autem in cæteris, libellum tradere; hoc enim tantum semel fieri solet. Politici Venetæ factionis imperatorem in S. Christophori excipiunt, ubi tribunus imperatori libellum dat: actisque finitis, imperator abit, quem factio conducens, dromica, si jusserit, et apelatica recitat. Hoc singulæ factiones imperatorem comitantes, in ejus receptione observant. Populus transitoriæ factionis Prasinæ imperatorem ad S. Olybrii excipit, princeps ejus libellum tradit ipsumque ad philadelphium, ubi transitoria Venetorum factio adest, conducit. Hæc eum in philadelphio excipit et usque ad Prasinos politicæ in modium ducit, a quibus in modio excipitur, ubi tribunus imperatori libellum tradit, et omnibus ut supra dictum est peractis, ad taurum, ubi politica Venetorum factio, eum perducit. Hæc imperatorem in tauro excipit et ad tabernas pistorum, ubi politica factio Prasinorum adest, deducit, quæ eum in foro transitoriæ factionis Prasinæ, in substructione milii politicæ factionis Prasinæ excipit. In zeuxippo cum transitoria Venetorum factio, deinde in chalce, excipit. Mox omnes pedibus incedunt, solus imperator equo vehitur, et inde ab omnibus stipatus ut dictum est, per cortinas usque ad interiorem magnam portam excubitorum, ubi scribarum promotio instituitur, transit, equo descendit perque excubias ante tres consistorii portas dispositas abit senatores fausta imperatori precantes subsistunt: is vero mediam portam ad templum Domini ducentem ingreditur, ubi patricii et strategi, qui et ipsi fausta imperatori apprecantur, adsunt. Quo æneam portam templi Domini ingresso, cubicularii januas statim claudunt et imperatori acclamant, qui postquam præpositus togam seu tiaram a capite ejus dempsit, intrat, **51** ad sanctas januas subsistit et precatur. Quo facto per porticum templi Dei hemicyclum triconchii perque porticum quadraginta sanctorum aureum triclinium intrat, ubi cubicularii omnes stantes. *In multa bonaque tempora*, imperatori acclamant, mox egrediuntur.

τὰ ἐξ ἔθους τοῦ μέρους, ἀποκινεῖ μὲν ὁ βασιλεὺς, αὐτοὶ δὲ οἱ τοῦ μέρους προπορεύονται ἔμπροσθε [77] (95) τοῦ βασιλέως, λέγοντες δρομικὰ, εἰ δὲ κελεύει ὁ βασιλεὺς καὶ ἀπελατικὰ, ἀποσώζοντες τὸν βασιλέα μέχρι τοῦ ἁγίου Χριστοφόρου. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι οἱ δημοκράται τῶν δύο μερῶν τῶν περατικῶν καὶ οἱ δήμαρχοι τῆς πολιτικῆς, ἕκαστος αὐτῶν κατὰ τὸ μέρος αὐτῶν, ἐν τῇ α' δοχῇ ἐπιδιδόασι λιβελλάριον, ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς δοχαῖς λιβελλάρια οὐκ ἐπιδιδόασι. πρὸς ἅπαξ γὰρ τοῦτο καὶ μόνον. Ἡ δὲ πολιτικὴ τοῦ μέρους τῶν Βενέτων μετὰ καὶ τοῦ δημάρχου δέχονται τὸν βασιλέα ἐν τῷ ἁγίῳ Χριστοφόρῳ, καὶ ἐπιδίδωσιν ὁ δήμαρχος τῷ βασιλεῖ λιβελλάριον, τελέσαντες δὲ τὰ ἄκτα, ἀποκινεῖ ὁ βασιλεὺς, τὸ δὲ μέρος διασώζει τὸν βασιλέα, λέγοντες ἔμπροσθεν δρομικὰ, εἰ κελεύει, καὶ ἀπελατικά· τοῦτο δὲ τελεῖ ἓν ἕκαστον μέρος ἐν τῇ αὐτοῦ δοχῇ [78]. Διασώζοντες τὸν βασιλέα, δέχονται ἐκεῖσε τῶν περατικῶν μερῶν Πρασίνων ὁ λαὸς τὸν βασιλέα ἐν τοῖς τοῦ Ὀλυβρίου, καὶ ἐπιδίδωσιν ὁ δημοκράτης τῷ βασιλεῖ λιβελλάριον, καὶ διασώζουσι τὸν βασιλέα μέχρι τοῦ φιλαδελφίου τῶν περατικῶν μερῶν τῶν Βενέτων. Καὶ δέχεται ὁ περατικὸς δῆμος τῶν Βενέτων τὸν βασιλέα ἐν τῷ Φιλαδελφίῳ, διασώζουσι δὲ ἕως τῶν Πρασίνων τῆς πολιτικῆς τοῦ μολίου, καὶ δέχονται τὸν βασιλέα ἐν τῷ μοδίῳ, καὶ ἐπιδίδωσιν ὁ δήμαρχος λιβελλάριον τῷ βασιλεῖ, καὶ τελέσαντες ἅπαντα, ὡς προείρηται, διασώζουσι τὸν βασιλέα μέχρι τοῦ ταύρου τῆς πολιτικῆς τοῦ μέρους τῶν Βενέτων. Καὶ δέχονται τὸν βασιλέα ἐν τῷ ταύρῳ καὶ διασώζουσιν ἕως τῶν ἀρτοπολίων τῆς πολιτικῆς τοῦ μέρους τῶν Πρασίνων, καὶ δέχονται τὸν βασιλέα ἐν τῷ φόρῳ τῶν περατικῶν Πρασίνων, ἐν τῷ πλακωτῷ [79] (97) τοῦ μιλίου τῆς πολιτικῆς μέρους τῶν Πρασίνων, δέξωνται τὸν βασιλέα ἐν τῷ ζευξίππῳ τῶν περατικῶν μερῶν Βενέτων, δέχονται τὸν βασιλέα ἐν τῇ χαλκῇ. Καὶ εὐθέως πεζεύουσιν (98) ἅπαντες, καὶ μένει ἔφιππος μονος ὁ βασιλεύς· κἀκεῖθεν δηριγευόμενος ὑπὸ πάντων, ὡς προείρηται, διέρχεται διὰ τῶν κορτίνων μέχρι τῆς ἔνδον μεγάλης πύλης τῶν ἐκσκουβίτων, ἐν ᾗ γίνεται ἡ τῶν σκριβόνων προβολὴ, καὶ πεζεύει ἐκεῖσε καὶ διέρχεται διὰ τῶν ἐκσκουβίτων ἔμπροσθεν τῶν τριῶν πυλῶν τοῦ κονσιστωρίου, μένουσι δὲ ἐκεῖ οἱ τῆς συγκλήτου ὑπερευχόμενοι τὸν βασιλέα, καὶ εἰσέρχεται ὁ βασιλεὺς τὴν μέσην πύλην τὴν εἰσάγουσαν [80] πρὸς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Κυρίου, μένουσι δὲ ἐκεῖσε οἱ πατρίκιοι καὶ οἱ στρατηγοὶ ὑπερευχόμενοι καὶ αὐτοὶ τὸν βασιλέα. Καὶ εἰσελθόντος τοῦ βασιλέως εἰς τὴν χαλκῆν πύλην τοῦ Κυρίου, κλείουσιν εὐθέως τὰς θύρας οἱ

VARIÆ LECTIONES.

[77] ἔμπρωσθεν ed. [78] δοχῇ, διασ. τ. βασιλέα. Δέχονται ed. [79] πλάκῳ τῷ ed. [80] πύλην εἰσάγουσαν ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(95) Sic M. quæ sæpe exhibet tales formas absque v. Vocum ἀπελατικὰ et δρομικὰ fines per compendium litteræ ξ simile scriptas exhibebant cædem, ut dubium sit, singularis, an pluralis præferri debeat.

(96) Construenda sic sunt verba paulo implicatiora, μέχρι τῶν περατικῶν μερῶν τῶν Βενέτων τῶν τοῦ Φιλαδελφίου, *usque ad Peraticas* [seu ripenses] *catervas Venetorum, quæ stant in Philadelphio.* Idem quoque tenendum de dictione μέχρι τοῦ Ταύρου, etc., quæ mox occurrit.

(97) Πλακωτὸν videtur *solum* esse *magnis tabulis saxeis* aut *marmoreis* (*Quadersteinen*) *stratum.* Πλάκες enim sunt tabulæ latæ et vastæ saxeæ. Ita p. 63, μαρμαρωτὸν, *locus, solum marmorum stratum.*

(98) Ante Chalcen ergo descenderant ex equis, qui imperatorem procedentem in equestri pompa

τοῦ κουβουκλείου κτὶ ὑπερεύχονται τὸν βασιλέα, καὶ λαβόντος τοῦ πραιποσίτου τὴν τύγα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ βασιλέως, εἰσέρχεται ὁ βασιλεὺς καὶ Ἵσταται ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ ἄψας κηροὺς, εὔχεται ἐκεῖσε, καὶ εὐξάμενος διέρχεται διὰ τῶν διαβατικῶν τοῦ Κυρίου καὶ εἰσέρχεται ἐν τῷ ἡμικυκλίῳ τοῦ τρικόγχου, καὶ διελθὼν κιὰ τῶν διαβατικῶν τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα, εἰσέρχεται ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ, καὶ στάντες οἱ τοῦ κουβουκλείου πάντες ἐν τῷ αὐτῷ [81] τρικλίνῳ ὑπερεύχονται τὸν βασιλέα· « Εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους. » καὶ ἐξέρχονται.

Θ'. Ἰστέον δὲ, ὅτι εἰ μὲν τύχῃ τῇ αὐτῇ προελεύσει, ἤγουν τῇ δευτέρᾳ τῆς διακαινησίμου, ἡ ἑορτὴ τοῦ Εὐαγγελισμοῦ τελεῖται οὕτως· Ἐξέρχεται ὁ βασιλεὺς ἠλλαγμένος τὴν τοῦ Εὐαγγελισμοῦ στολὴν, καὶ ἀνέρχεται ἐν τῷ φόρῳ, τῇ τάξει καὶ προελεύσει τῆς τοῦ Εὐαγγελισμοῦ ἑορτῆς, καὶ ἀνελθὼν ἐν τῷ φόρῳ καὶ τελέσας ἅπαντα κατὰ συνήθειαν, ἃ εἴωθεν ἐν τῇ τοῦ Εὐαγγελισμοῦ ἑορτῇ τελεῖν, διέρχεται τὴν μέσην λιτανεύων, ἀρξαμένου τοῦ τῆς καταστάσεως τὸ τῆς ἑορτῆς τροπάριον· « Σήμερον τῆς σωτηρίας ἡμῶν τὸ κεφάλαιον, » καὶ ἀπέρχεται μέχρι τῆς Παναγίας Θεοτόκου τῶν διακονίσσης. Καταλαβὼν δὲ ἐκεῖσε, εἰσέρχεται ἐν τῷ ναῷ καὶ τελεῖ τὸ προκείμενον (99), τὸν Ἀπόστολον (1) καὶ τὸ ἄχραντον Εὐαγγέλιον, καὶ μετὰ τὴν ἐκτενῆ ἀπαλλάσσει ὁ βασιλεὺς τὴν στολὴν, ἣν φορεῖ τοῦ Εὐαγγελισμοῦ, καὶ περιβάλλεται τὴν τῆς αὐτῆς ἡμέρας στολὴν, ἤγουν δευτέρας τῆς διακαινησίμου, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται. Καὶ ἄρξαμένων ἐν τῷ ἄμβωνι τῶν ψαλτῶν, « Χριστὸς ἀνέστη, » ἐξέρχεται ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε, καὶ ἀπέρχεται λιτανεύων, ἄρχομένου τοῦ τῆς καταστάσεως τὸ τροπάριον ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ ἐκτελοῦνται τὰ τῆς προελεύσεως δευτέρας τῆς διακαινησίμου ὡς ἀνωτέρω εἴρηται. Ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι ἐπὶ Λέοντος τοῦ τῆς θείας λήξεως (2) ἐγένετο ἡ

IX. Sciendum est, hanc processionem, scilicet secundæ diei septimanæ renovationis, si festum Annuntiationis incidit, hoc ritu celebrari. Imperator, veste quam festo Annuntiationis gestare solet indutus, ad forum in ordine et processione festi Annuntiationis procedit, quo facto, peractisque pro more omnibus quæ eo die peragi solent, per mediam solemni ritu procedit, cerimoniario troparium festi: « Hodie principium salutis nostræ, » inchoante. Deinde ad Sanctam Deiparam diaconissæ abit, ubi templum ingreditur. Quo postquam accessit, templum intrat, repositum ibi apostolicum librum et sanctum Evangelium recitat et post extensam, veste Annuntiationis, quam gestat, exuta, habitum diei ejus seu secundæ septimanæ renovationis, sumit, ut supra dictum est. Psaltis in ambone hymnum « Christus resurrexit, » exorsis, egreditur et cum solemni pompa abit, cerimoniario troparium in Sanctorum Apostolorum æde inchoante: cæteri ritus processionis secundæ renovationis, ut supra exposuimus, observantur. Sciendum est, sub Leone gloriosæ memoriæ hunc ordinem institutum esse. Imperator cum scaramangio auro intexto equo ad Sanctos Apostolos vehitur, et revertens, colobio, quod botrys dicitur, induitur, capiti alba corona

VARIÆ LECTIONES.

[81] καὶ πάντες οἱ τοῦ κουβουκλείου ἐν τῷ αὐτῷ ed.

JOAN. JAC. REISKII. COMMENTARIUS.

illuc deduxerant; solus imperator intro in equo procedebat. Paulo post autem ipse descendit, et eo ipso loco, quo descendit, in palatium rediens, eodem ascendit in equuum exiens; neque licet ipsi equum ante chrysotriclinum conscendere, sed pedes ipse sequitur usque ad scholas et templum Salvatoris equum coram præductum. Vid. Creden. p. 761, et infra nostri codicis pag. 59, et supra p. 20. Vales. ad Ammian. Marcell. p. 329. "[Nemo eques poterat aulam CPtanam intrare præter imperatorem. Du Cange ad Villehard. p. 304.]" Nicetas Choniatesp. 35, describens ingressum Manuelis Comneni novi imperatoris in urbem et palatium, ἐν τῷ παριέναι, ait, μεθ' ἵππου Ἔραθος ἐριαύχενος νὰ ἀνάκτορα, καὶ μέλλειν εἰσιέναι διὰ τῆς πύλης, μεθ' ἣν ἡ ἐκ τῆς ἕδρας [e sella, equestri nempe,] ἀπόβασις ἐφεῖται μόνοις τοῖς αὐτοκράτορσιν, etc. Cinnamus. l. IV, p. 107, de Balduino IV, Hierosolymitano rege, ad Manuelem Comnenum in campis Antiochiæ invisente narrat, eum aut exhibitis honoribus inflatum, aut innata arrogantia in equo intrasse in aulam regiam, et ibi loci descendisse, ubi descendere imperator ipse consueverit, quod ægerrime tulisse Manuelem, ideoque multos honores ipsi antea destinatos omisisse et suppressisse. Ὁ δὲ τούτοις ἐπαρθεὶς, εἴτε καὶ ξύμφυτόν τινα τρέφων ἀλαζονείαν, ἐπειδήπερ εἰς τὴν βασίλειον εἰσῆλθεν αὐλὴν ὑπό τε τῶν βασιλείων ῥαβδούχων καὶ Ῥωμαίων τῶν ἐπὶ δόξης παραπεμπόμενος, ἐνταῦθα τοῦ ἵππου ἀπέβη, ἔνθα καὶ βασιλεὺς αὐτὸ ποιεῖν εἴθιστο. Ἐφ' οἷς ἀγερωχίαν αὐτοῦ καταγνοὺς ὁ βασιλεὺς πολλὰ τῶν ἔτι μᾶλλον εἰς τιμὴν ὁρώντων ἐνέλιπεν αὐτῷ.

(99) *Propositum*, seu particulam e Psalmis Davidis illi diei festo congruam et imputatam. Canunt nempe Græci singulis diebus versus e Psalmis excerptos alios atque alios, qui Evangeliis et epistolis cujuscunque die congruunt. Et ea pensa e Psalmis τὸ προκείμενον τῆς ἡμέρας, *propositum*, *argumentum*, *materiam diei* appellant. Vid. infra pag. 355. Du Cange Gloss. Gr. h. v. et Goari Euchologium. Et quidem primo loco *Propositum*, tum Apostolum, seu epistolicum textum, ex epistolis apostolorum, tandem Evangelium legebant. Dicebatur autem τὸ προκείμενον sic, quia πρόκειται τοῦ Ἀποστόλου, ante lectionem Apostoli vel epistolæ legitur; et sic est dictio elliptica: nam integra est τὸ προκείμενον τοῦ Ἀποστόλου. Pontificale Haberti p. 71 initio: Exclamat ὁ διάκονος· Σοφία, Verbum Dei, sapientia æterna, vobis annuntiabitur. Ὁ ἀναγνώστης. Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. Ὁ διάκονος Πρόσχωμεν· καὶ λέγει ὁ ἀναγνώστης τὸ προκείμενον τοῦ Ἀποστόλου. Ὁ διάκονος· Σοφία. Ὁ ἀναγνώστης [scil λέγει] τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ Ἀποστόλου. Ὁ διάκονος· Πρόσχωμεν. Ὁ ἀναγνώστης ἀναγινώσει τὸν Ἀπόστολον.

(1) Apostolus est liber ecclesiasticus Græcorum continens lectiones e Pauli epistolis excerptas. V. Du Cange h. v. in Gloss. Græc.

(2) Recurret in sequentibus sæpius dictio de imperatoribus ὁ τῆς θείας λήξεως. Expedienda igitur ejus origo et significatio. Alemannus ad Procopium p. 13, *pie mortuus* vertit. Gretser. in Co-

imposita, et ita revertitur, id quod ad hunc diem observari solet.

τάξις αὕτη· Ἱππεύει ὁ βασιλεὺς ἀπὸ σκαραμαγγίου χρυσοῦφάντου ἑστεμμένος, καὶ οὕτως ἀπέρχεται εἰς τοὺς Ἁγίους Ἀποστόλους, καὶ πάλιν ὑποστρέφων ἔφιππος περιβάλλεται κολώβιον [82] τὸν λεγόμενον βότρυν· καὶ στέφεται τὸ ἄσπρον στέμμα καὶ οὕτως ὑποστρέφει, καὶ τελεῖται οὕτως ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας.

CAPUT XI.

Observanda die tertio septimanæ renovationis in Sancti Sergii.

I. Proceres omnes tunicis candidis, unusquisque suo ordine vesteque, procedunt, et intrat pompa Justiniani triclinium. **52** Circa horam tertiam metastasimum seu processio instituitur, ubi imperator dibetesio albo et tzitzacio indutus, præfectis cubi-

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ γ' διακαινησίμου εἰς τὸν Ἅγιον Σέργιον.

Α'. Προέρχονται ἅπαντες οἱ ἄρχοντες ἠλλαγμένοι ἀπὸ λευκῶν χλανιδίων, ἕκαστος κατὰ τὴν αὐτοῦ τάξιν καὶ τὴν αὐτοῦ στολήν, καὶ εἰσέρχεται ἡ προέλευσις ἐν τῷ Ἰουστινιανοῦ τρικλίνῳ. Περὶ δὲ ὥραν τρίτην γίνεται ἀπὸ κελεύσεως μεταστάσιμον (3), καὶ περι-

VARIÆ LECTIONES.

[82] κολωβίῳ τῷ λεγομένῳ βότρυς ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

dino p. 183, et Combefis. in Script. post Theophan. p. 48, reddunt *piæ* aut *beatæ memoriæ*. Sic satis bene ad sensum, sed vim vocis non exprimunt. Derivarunt illi forte a λήγω, *desino*, sed est a λαγχάνω. Probarem tamen, si constaret, solos defunctos ea appellatione donari, viventes non item. De quo in neutram partem equidem decernere adhuc valeo, cum explorare neglexerim. Si solis vita functis competeret, significaret eos, qui ad Dei peculium pertinent, qui omni se cum rebus humanis consortio exuerunt. Sane τῆς ἄνω λήξεως ἀξιωθῆναι, dixit Cedrenus p. 519, pro *cœlitum sorte* vel *conditione beari*; πρὸς τὴν ἐκεῖθεν λῆξιν μεθίστασθαι dixit Cinnamus p. 15 fine (ita ferente sæculo pro ἐκεῖ) pro *illuc ire*, ad Deum nempe, rebus humanis excedere. Imitati hac in re Christiani gentiles fuerint, qui pro *mori* dicebant πρὸς τὴν καλλίω καὶ θεοφιλεστέραν λῆξιν μεταστῆναι, vid. Aristid. t. I, p. 70, ubi λῆξις aut *sors* vel *conditio* est, aut διατριβή, χώρα ἐν ᾗ διατρίβεται, *locus in quo agitur*; ut λῆξις τῶν ὀμμάτων, *sedes oculorum orbita*. Euseb. Hist. Eccl. IX, 10: Προπηδῶσιν αὐτῷ ὄμματα καὶ τῆς ἰδίας λήξεως ἀποπεσόντα πηρὸν αὐτὸν ἀφίησιν. Nicetas p. 34: Τοῦ ῥηγὸς εἰς τὴν ἐῴαν λῆξιν διαβάντος, et p. 199: Ἤδη ἡ ἑῴα καὶ ἑσπέριος ὑπὸ Ῥωμαίους τεκοῦσα λῆξις αὐτῷ προσεχώρησε. Pariter si quis σοφίας λῆξις appelletur, ut factum fuit Theodoro Metochitæ (v. Du Cange v. Σκιάδιν), dubium est, sitne ille, qui sapientiæ in peculium cessit, aut ἐνδιαίτημα. sapientiæ diversorium, habitaculum. Quod si vero exemplis evincatur, quod evinci posse vix dubitem, civis quoque imperatoribus tributum hunc titulum fuisse, arcessenda erit ejus ratio ex illo more divina omnia appellandi, quæ ad imperatores pertinerent. Erit itaque ille, cujus conditio divina est, cujus mandata, scripta, instituta, res omnes divina dicuntur. Confirmat hanc interpretationem dictio ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως *piæ sortis* vel *conditionis*, qua utitur Eustathus apud Alemann. in notis ad Procopium p. 87, vir in cujus titulis etiam pii titulus esset; item ὁ τῆς ἀοιδήμου, vir in cujus titulis etiam ille τοῦ ἀοιδήμου esset, apud Nicetam Choniat. p. 28.

(3) Fit *metastasimum*, vel *metastasis*. Solet nempe Græci terminationem in ιμον pro terminatione ισις adhibere, ut διακαινήσιμον, pro διακαίνισις, ἀναλήψιμον pro ἀνάληψις, δέξιμον, σάξιμον, pro δέξις vel δοχή, σάξις, et sic quoque μεταστάσιμον pro μετάστασις, *secessus fit; secessus a jussione*, id est jubetur voce silentiarii aut ceremoniarii, ut proceres in consistorio congregati illinc abeant, demigrent. Recte ergo cl. Reimarus apud Xiphilinum μετέστη vertit *emigravit*, abiit in exilium, p. 1087. Inde processiones quoque imperatorum ex urbe in suburbana prædia μεταστάσιμα et μεταστάσεις, *secessus*. Citat Goar. ad Theoph. p. 192, locum ex antiquo Chronico aliquo CPtano, in quo hæc leguntur; εἰς τὰ πρόκενσα αὐτοῦ, ἤ ὡς μεταστασίματα. *Processus* ibi loci secessus in ægrum notant. Et eo quoque sensu occurrit apud Script. post Theophan. pag. 266, et in loco Luitprandi de legatione, quem Cangius ad Zonar. p. 105, et Leichius in adversariis citarunt. *His tribus hebdomadibus habuit Nicephorus* μετάστασιν, *seu stationem extra CPlin ad* πηγάς, *seu fontes*. Non recte vertit *stationem*. Est enim transmigratio ex priore statione in aliam novam. Combefis. in Script. post Theophan. pag. 295, plane transiit verba εἰς μεταστάσιμον in sua versione. Narrat ibi, Romanum juniorem sæpe uno die post spectaculum circense et epulas cum proceribus celebratas agitasse pilam equestrem horis pomeridianis, et collusoribus sæpe victis, καὶ πολλάκις νικήσας τούτους, εἰς Ὀνωράτας μετέβη secessionem in rusticanum palatium, prædiumve, de Honorata cognominatum, fecisse, deinde cœsis ibi per venationem apris in urbem sera vespera rediisse. Ita μεθιστάναι τινὰ τῆς ἀρχῆς est *aliquem a magistratu removere*, translocare. Hic autem loci est emigratio receptus procerum e conspectu domini. Ita quoque in novella Manuelis Alexii apud Labbeum, p. 134: Μετάστασις est *excessus hac vita*, quod alii κοίμησιν dicunt; διὰ τὴν ὑπέρδοξον τῆς ἁγίας Θεοτόκου μετάστασιν; uti e contrario πάράστασις, τὸ παρεστάναι, *astare*, est coram eo stare, in consistorio astare sedenti, de qua voce vid. ad initium capitis 67. Ex eodem fonte fluxit, quod ædes Conversarum, seu mulierum, quæ a pristina flagitiosa et propudiosa vita ad meliorem frugem redierunt, et monadicam vitam amplexæ fuerunt, μετάστάσιμα appellarunt, *seccessus*, loca in quibus agunt οἱ μεταστάντες, qui deseruerunt mundum, *die der Welt abgestorben sind*. Vid. Script. post Theophan. p. 266. Appositum est ad rem nostram, quod apud Demosthenem et rhetores Atticos occurrit μεθιστάναι, quod facere dicuntur judices, cum litigantes e tribunali secedere jubent, quo possint ipsi per otium et libertatem dispicere, quæ sententia ferenda sit. De usu vocis μετάστασις de republica, quo notat prolapsum a meliori statu ad deteriorem, egit Vales. ad Harpocrat. v. Στασιώτης. Non possum facere, quin hac occasione elegantem Athenæi locum, aut potius scholæ Pythagoricæ sententiam perpulchram, illustrem, atque a perversa interpretandi ratione, qua in eo usi fuerunt viri docti, asseram. Statuebat ea schola, animas corpori a diis illigatas fuisse, idque propterea δέμας quasi vinculum aut carcerem dici, quo qui sponte sua præmature excedant, aut erumpant potius, eos multo pejora deinceps mala et tormenta subire; Διὸ πάντας εὐλαβουμένους τὴν τῶν κυρίων ἀνάστασιν, φοβεῖσθαι τοῦ ζῆν ἐκόντες ἐκβῆναι, *quapropter omnes observare et manere tempus illud, quod opportunum visum fuerit* τοῖς

βαλλόμενος ὁ βασιλεὺς διβητίσιον λευκὸν καὶ τζιτζάκιον, δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου, διέρχεται διὰ τοῦ χρυσοτρικλίνου καὶ τοῦ τριπέτωνος καὶ ἵσταται ἐν τῇ ἐξαγούσῃ πύλῃ τοῦ τριπέτωνος πρὸς τὸν λαυσιακόν, οἱ δὲ πατρίκιοι καὶ στρατηγοὶ ἵστανται εἰς τὴν αὐτὴν πύλην μέχρι τῆς ἐξαγούσης πύλης εἰς τὸν Ἰουστινιανὸν ἔνθεν κἀκεῖσε. Προσκυνησάντων δὲ πάντων τῷ βασιλεῖ, νεύει ὁ πραιπόσιτος ἀπὸ κελεύσεως τῷ τῆς καταστάσεως καὶ λέγει· « Κελεύσατε· » αὐνοὶ δὲ ὑπερεύχονται τῷ βασιλεῖ· « Εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους. » Καὶ δηριγευόμενος ὑπὸ πάντων αὐτῶν, ἐξερχεται τῷ τρικλίνῳ [83] (4) τοῦ Ἰουστινιανοῦ καὶ ἵσταται [84] ἐν τῷ πρώτῳ ὀμφαλίῳ τοῦ αὐτοῦ τρικλίνου. Ἐνωθέντες δὲ οἱ πατρίκιοι καὶ στρατηγοὶ ἐκεῖσε καὶ ἡ λοιπὴ σύγκλητος καὶ πεσόντες, νεύοντος τοῦ πραιποσίτου ἀπὸ κελεύσεως σιλεντιαρίῳ τῷ ἑστῶτι ἐν μέσῳ τῆς δοχῆς, κἀκεῖνος λέγει [85]· « Κελεύσατε· » αὐτοὶ δὲ ὑπερεύχονται τῷ βασιλεῖ· « Εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους. » Οἱ δὲ σπαθαροκανδιδάτοι καὶ οἱ σπαθάριοι ἵστανται ὄπισθεν τῶν πατρικίων, καὶ ἄρχοντες τοῦ κουβουκλείου ἔνθεν κἀκεῖθεν ὡς εἴθισται αὐτοῖς ἐν ἑκάστῃ προελεύσει τοῦτο τελεῖν. Δηριγευόμενος δὲ ὑπ' αὐτῶν ὁ βασιλεὺς, διέρχεται ἐπὶ τὰ σκῦλα (5), ἐν δὲ τῷ ἱπποδρομίῳ ἵστανται κανδιδάτοι, σκρίβωνες καὶ βασιλικοὶ μανδάτορες (6) ὡς μέλλοντες δηριγεύειν

A coli eum comitantibus, per aureum triclinium ac tripetonem transit inque porta ejus ad lausiacum ducente subsistit, patricii vero strategi ab utroque latere portæ ad eam usque, quæ ad Justiniani triclinium ducit, adsunt. Qui postquam omnes imperatorem adorarunt, præpositus a mandato cerimoniario signum dat et dicit : « Jubete ; » at illi : « In longa et felicia tempora, » etc., acclamant. Ab his omnibus stipatus, e triclinio Justiniani egreditur et in primo ejus umbilico consistit. Patricii autem et strategi ibi congregati cum reliquo senatu adstantes, eum adorant, præposito a mandato signum silentiaro dante, eoque dicente : « Jubete ; » ipsi vero imperatori acclamant : « In multa bonaque tempora. » Spatharocandidati et spatharii a tergo patriciis, cubiculo præfecti ab utroque latere ut ipsis in singulis processionibus solenne est adstant. Ab his stipatus imperator ad scyla transit : in circo vero candidati, scribæ et imperatorii mandatores imperatorem in circum procedentem comitaturi adsunt, Qui ut circum intravit, ab his omnibus et ante dictis stipatus, per eum transit, dum multitudo interea fausta ei apprecatura in circum convenit. His comitantibus, per antiquum secretum ad Sancti Sergii abit. Dum catechumena ingressurus est, patricii et strategi foris subsistunt, hegumenus

B

C

D

VARIÆ LECTIONES.

[83] ἐν τῷ τρικλ. ed. [84] ἵστανται ed. et mox τρικλίνου ἐνωθέντες. [85] ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι, πραιποσίτου μὴ ὄντος, νεύει τῷ σιλεντιαρίῳ ὁ πριμικήριος τοῦ κουβουκλείου.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

κυρίοις τοῦ ἀναστῆσαι, *illis penes quos auctoritas sit emigrationem ex hac vita imperandi, et sibi a voluntario fine cavere.* Idem igitur hic loci est ἀνάστασις atque μετάστασις, *jussio e loco, in quo quis sit, surgendi et alio migrandi*, quod fit in τοῖς ἀνα. στάτοις, illis, quibus dicitur: *veteres migrate coloni-*

(4) Membranis deest ἐν. Et sic quoque paulo post, ἐξέλθῃ τῷ ἱπποδρόμῳ, *procedit in circum.* Sæpe notat Græcis et Latinis dativus motum ad locum; ποῖ est antiquus dativus πο cum adscripto iota. Veteres enim ο pro ω scribebant. Πῷ, nempe τόπῳ, ποῖ, *quorsum?* Exempla plura in sola Anthologia Stephani occurrunt, ut p. 31 :

Ἰχθύσι καὶ ποταμῷ Κλειτώνυμον ἐχθρὸς ὅμιλος. Ὦσεν...

protrusit in fluvium et ad pisces ; Item p. 45, Πυθοῖ καὶ Ἰσθμῷ ἐκώμασα, *hilarem excursum feci vd Pythia et Isthmia.* Item p. 70 :

Ἡ δ' ἐδάφει κλινθεῖσα κατέκτανε παῖδα πεσοῦσα.

Sic legendus ille locus, id est εἰς ἔδαφος, *illa vero versus solum inclinata, necavit suo casu puerum.* Arrian. Epictet. Diss. sæpius utitur formula ποιεῖ μοι, facit πρὸς ἐμέ, hoc curæ et cordi mihi est. Nicephorus Patr. CPl. Breviar. p. 92 : Ἀνέρχεται ἅμα Πύῤῥῳ ἄμβωνί pro εἰς τὸν ἄμβωνα. Photius Bibl. p. 103 : Στασιασάντων αὐτῷ τῶν δυσμικῶν Γαλατῶν, διαπρεσβευσαμένων τε αὐτῶν καὶ Ὁδοάκρου πρὸς Ζήνωνα, Ὁδοάκρῳ [id est πρὸς τὸν Ὁδ.] μᾶλλον ὁ Ζήνων ἀπέκλινεν. Anna Commena Alex. p. 77 : Κυνηγεσίοις ἐπίνευον, *ad venationes inclinabant.* V. Casaubon. ad Athen. p. 112, ubi explicat ὥρασιν ἰκέσθαι pro εἰς ὥρας, *ad alteram æstatem vivendo pervenire.* Infra apud Nostrum, p. 352 : Ἀνεῖσι ταῖς προῤῥηθεῖσι βάθραις, ubi et ἄνεισι ταῖς βάθραις notandum pro εἰς τὰς βάθρας et τοῖς προῤῥηθεῖσι βάθραις pro προῤῥηθείσαις. Non insolens

(5) Palatium, aut turris, inter triclinium Justiniani et Circum, de quo vid. Du Cange CPl. Christ. p. 178, lib. II ; Luitprandus, p. 479, *Scylia*(f. *Scylla*) appellat. Eine præfectus fuit ὁ Σκυλλομάγος (interdum enim gemino λ scriptum reperitur), de quo Goar. ad Codin. p. 76 ? Forte fuit *conditorium spoliorum* hostibus ademptorum, unde illi nomen. Du Cange putat Carcerem fuisse. P. 162 Nostri dicuntur in eo vestes asservatæ fuisse procerum cum imperatore convivantium, donec exsurgendi tempus esset. Indene igitur loco nomen, quod τὰ σκῦλα, id est exutæ vestes, ibi asservarentur ; an proprius a vero abest conjectura, locum sic fuisse dictum ab ænea imagine Scillæ ibi erecta, quod ex ultimo epigrammate, p. 185, Anthologiæ Gr. ed. H. Stephani colligo ?

(6) Mandatores in exercitu sunt οἱ τὰ μανδάτα πρὸς τῶν ἀρχόντων ὀξέως ἐπὶ τοὺς στρατιώτας διακομίζοντες, ut est in Glossis. Regii autem mandatores ἡμεροδρόμοι, οἱ ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσι ταχύτατα διακονούμενοι. Theophani appellantur ἐντολικάριοι (quæ vox idem atque Latina notat) apud Du Cange ad Cinnam. p. 475, ubi de illis disputat. In Circo præcipue erant mandatores vox imperatoris ad populum, ut quæstor in Senatu, ut eleganter ait Alemann, ad Procop. Anecd. p. 90. Addebantur legatis exteris, ut eos usque ad imperii fines deducerent. Ita narrat Luitprandus, sibi duos mandatores per Ionium mare comites additos fuisse, qui Naupacto se Hydruntem usque deduxerint, Legat. p. 488 init. ; vid. Du Cange Gloss. et Petav. ad Themist. p. 506. Dicti sic fuerunt a *mandando*, id est citando, evocando, vid. Du Gange v. *Mandare*.

vero seu monasterio præfectus thus et unguenta ferens et ante imperatorem incensans, excipit. Qui catechumena ingressus, cereis ante sacrarium super imperatoriis portis accensis, precatur : precatus autem in oratorio Sanctissimæ Deiparæ in catechumenis, cereos accendit et ibi quoque precatur, postea egressus, in eminentiori parte sacrarii, ubi in singulis processionibus stare divinumque officium celebrare solet, subsistit, et ibi quoque cereos accendit.

A τὸν βασιλέα, ἡνίκα ἐξέλθῃ τῷ Ἱπποδρόμῳ. Καὶ ἐξελθὼν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ, δηριγευόμενος ὑπὸ αὐτῶν πάντων καὶ τῶν προειρημένων, διέρχεται διὰ τοῦ Ἱπποδρόμου, τὰ δὲ πλήθη τῶν ὄχλων ἵστανται ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ ὑπερευχόμενοι τὸν βασιλέα. Καὶ διελθὼν ὁ βασιλεὺς δηριγευόμενος ὑπὸ πάντων, διὰ τῶν παλαιῶν ἀσηκρητειῶν ἀπέρχεται ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἁγίου Σεργίου. Μέλλοντος δὲ τοῦ βασιλέως εἰσέρχεσθαι ἐν τοῖς κατηχουμενίοις, μένουσιν ἔξω τῆς πύλης πντρίκιοι καὶ στρατηγοί, ὁ δὲ ἡγούμενος τοῦ αὐτοῦ ναοῦ δέχεται ἐκεῖσε τὸν βασιλέα ἀπὸ τῆς πύλης, βαστάζων θυμιατὸν καὶ θυμιῶν (7) ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως. Ὁ δὲ βασιλεὺς, εἰσελθὼν ἐν τοῖς κατηχουμενίοις, ἅπτει κηροὺς ἀπέναντι τοῦ θυσιαστηρίου ὕπερθεν τῶν βασιλικῶν πυλῶν καὶ εὔχεται ἐκεῖσε · εὐξάμενος δὲ ἐν τῷ ὄντι τῶν (8) κατηχουμενίων εὐκτηρίῳ τῆς Ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἅψας δὲ κἀκεῖσε κηροὺς καὶ εὐξάμενος ἐξέρχεται, καὶ ἵσταται ἐν τῷ παρακυμπτικῷ (9) τοῦ θυσιαστηρίου, ἐν ᾧ εἴθισται αὐτῷ καθ' ἑκάστην προέλευσιν ἵστασθαι καὶ ἐκτελεῖν [86] τὴν θείαν λειτουργίαν, ἅπτει δὲ κἀκεῖσε κηρούς.

53 II. Tempore autem sacræ communionis sacerdos cum reliquis clericis accedit, divinum munus afferens, quo allato, imperator communionem in oratorio accipit, et egressus metatorium intrat. Postquam vero omnibus cubiculariis sacra communio impertita est, sacerdotes abeunt, venerandum donum in antimensio, quod ante sacrarium supra imperatorias januas est, reponunt, et arcessiti a ceremoniario patricii, strategi et senatus, communicant, sacerdotes ad peragendam divinam liturgiam abeunt. Quo facto, imperator per catechumena digreditur, et postquam se ad triclinium contulit, cum amicis, quos vocari jusserit, venerandæ mensæ suæ assidet. Ut a convivio surrexit, tzitzacium induit, et a cubiculo præfectis, manclavitis ac reliquis ministris stipatus, per catechumena transit, hegumeno ante imperatorem ad portam usque catechumenorum incensante. Egressum inde imperatorem patricii et strategi in ea porta, in qua in introitu imperatoris remanserant, excipiunt : qui a prædictis eodem ordine stipatus ; per antiquum secretum et circum discedit, patriciis interim ad scyla subsistentibus faustaque ei apprecantibus. Inde cum cubiculo præfectis, cerimoniario et silentiariis transit triclinium Justiniani. Cerimoniarius autem cum silentiariis manet in porta lausiaci, et fausta apprecantes comitantur ; postea a præfectis cubiculi stipatus, per tripetonem aureum triclinium ingreditur et, exuto tzitzacio, venerandæ et aureæ mensæ suæ cum amicis, quos eo die invitari jussit, assidet. Et hoc observandum est, patriarcham eo

Β'. Τῷ δὲ καιρῷ τῆς θείας κοινωνίας ἀνέρχεται ὁ ἱερεὺς μετὰ καὶ λοιπῶν ἱερέων, προσφέρων τὸ τίμιον δῶρον, καὶ εἰσελθόντος τοῦ ἱερέως μετὰ τοῦ τιμίου δώρου, κοινωνεῖ ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ εὐκτηρίῳ, καὶ ἐξελθὼν εἰσέρχεται ἐν τῷ μητατωρίῳ. Κοινωνήσαντες δὲ καὶ οἱ τοῦ κουβουκλείου ἅπαντες, ἀπέρχονται οἱ ἱερεῖς καὶ προτιθέασι τὸ τίμιον δῶρον ἐν τῷ ἀντιμισίῳ τῷ ὄντι ἀπέναντι τοῦ θυσιαστηρίου ὑπερθεν τῶν βασιλικῶν πυλῶν, καὶ προσκληθέντες οἱ πατρίκιοι, στρατηγοί τε καὶ ἡ σύγκλητὸς παρὰ τοῦ τῆς καταστάσεως κοινωνοῦσι, καὶ εἶθ' οὕτως κατέρχονται οἱ ἱερεῖς πρὸς τὸ ἐκτελέσαι τὴν θείαν λειτουργίαν. Καὶ τῆς θείας λειτουργίας τελεσθείσης, διέρχεται ὁ βασιλεὺς διὰ τῶν κατηχουμενίων, καὶ κατελθὼν ἐν τῷ τρικλίνῳ, καθέζεται ἐπὶ τῆς αὐτοῦ τιμίας τραπέζης μετὰ καὶ φίλων, ὧν ἂν κελευῃ καλέσαι. Κραματίσας δὲ καὶ ἀναστὰς, περιβάλλεται τὸ τζιτζάκιον, καὶ δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου, μαγλαβιτῶν τε καὶ λοιπῶν οἰκειακῶν, διέρχεται διὰ τῶν κατηχουμενίων. Ὁ δὲ ἡγούμενος θυμιᾷ ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως μέχρι τῆς ἐξαγούσης [87] πύλης τῶν κατηχουμενίων [88]. Ἐξελθόντος δὲ τοῦ βασιλέως τὴν αὐτὴν πύλην, δέχονται αὐτὸν πατρίκιοι καὶ στρατηγοὶ ἐν τῇ αὐτῇ πύλῃ, ἐν ᾗ καὶ ἔμειναν ἐν τῇ εἰσόεῳ τοῦ βασιλέως, καὶ δηριγευόμενος ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν προειρημένων κατὰ τὴν αὐτὴν τάξιν, διέρχεται διὰ τῶν παλαιῶν ἀσηκρητειῶν καὶ τοῦ Ἱπποδρόμου, οἱ δὲ πατρίκιοι μένουσιν εἰς τὰ σκῦλα, ὑπερευχόμενοι τὸν βασιλέα. Καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε δηριγευόμενος ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου καὶ τοῦ τῆς καταστάκεως, μετὰ

VARIÆ LECTIONES.

[86] καὶ τελεῖν ed. [87] ἀγοὺσης ed. [88] κατηχουμένων cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(7) Latini *condire ecclesiam* pro θυμιᾷν dicebant, ut est in Ord. Roman. p. 217 et deinceps frequenter.

(8) Ita M. ; si integer locus, subintell. ἐντός.

IV. Tempore sacræ communionis præpositus a mandato silentiarios mittit, qui patriarcham advocant ; is per eamdem cochleam ascendit, perque catechumenia digressus, ad locum consuetum, ubi antimensium repositum est, procedit, ubi e patriarchæ manibus imperator communicat ; mox patriarcha abit, et utrique in antimensio ante portam, ubi hoc die imperator convivium agit, subsistunt, et pro more præfecti cubiculi communicant, quo facto, patriarcha ad divinam liturgiam perficiendam se convertit. Imperator autem per triclinium, in quo cœnatur, egreditur, et suum cubiculum petit. Divina liturgia finita, silentiarios præpositus a mandato mittit, qui patriarcham arcessant. Is a silentiariis ductus, per dictam cochleam ascendit et catechumena intrat, ubi postquam paululum exspectavit, præpositus, imperatori id nuntiaturus, ingreditur, signoque ab imperatore dato, cum cubiculi præfectis egreditur, ut patriarcham advocent, qui ad imperatorem in eo triclinio, ubi etiam convivium paratum est, accedit, ubi sticho dicto, patriarcha paululum discedit suumque omophorium seu humerale, æque ac imperator sagum suum, deponit. Tunc ambo mensæ accumbunt, et postquam semel biberunt, amici intrant, et sic quoque factio utraque in baptisterium descendit, et, imperatore convivium celebrante, ipsi consuetas acclamationes ordiuntur, cibisque allatis, imperator apocombia

VARIÆ LECTIONES.

[30] ἐν τῇ ὁδῷ ed. [31] ἵσταται cod. [32] Verba : ὁ πατριάρχης — καὶ εἰσέρχεται absunt ab ed., add. R., in not.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(47) Ita M. et potest explicari. Ἐν ᾧ notat *ubi* temporis vel loci. Nihilominus tamen credo τοῦ τρικλίνου excidisse.

mittit, quibus acceptis, fausta ei apprecantur et surgunt ; imperator et patriarcha soli remanent, Qui, postquam iterum potum sumpsere, surgunt, et imperator sagum suum, patriarcha omophorium induit, stichoque dicto, se invicem adorant [83] et imperator ad suum cubiculum, patriarcha quocunque placet, discedunt.

ροι ἐν τῷ κλητωρίῳ, καὶ πιόντων πρὸς ἅπαξ, εισέρχονται οἱ φίλοι, καὶ εἶθ' αὕτως εἰσέρχονται καὶ οἱ τῶν ἀμφοτέρων μερῶν δημόται κάτω ἐν τῷ λουτῆρι, καὶ ἀριστῶντος τοῦ βασιλέως, αὐτοὶ ἐκτελοῦσι τὰς συνήθεις ἀκτολογίας, καὶ ἡνίκα εἰσέλθῃ τὸ δούλκιον, ἀποστέλλει ὁ βασιλεὺς ἀποκόμβια, καὶ λαβόντες αὐτὰ, ὑπερεύχονται καὶ ἀνίστανται, καὶ μένει ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης. Καὶ πιόντων πρὸς ἅπαξ, ἀνίστανται, καὶ περιβάλλεται ὁ βασιλεὺς τὸ σαγίον αὐτοῦ, ὁ δὲ πατριάρχης τὸ ὠμοφόριον αὐτοῦ, εἶτα λέγουσι τὸν στίχον καὶ προσκυνοῦσιν ἀλλήλους, καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἀπέρχεται ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ, ὁ δὲ πατριάρχης, ὅπου βούλεται.

CAPUT XIX.

Observanda in vigilia Sancti Eliæ ejusque festo.

I. Vesperi circa horam septimam senatus in scaramangiis ad hippodromum procedit, et postquam papas palatium aperuit, senatus per scycla, Justinianeum, et lausiacum in aureum triclinium convenit, unde ad templum Sanctæ Deiparæ in pharo procedit. Papas ad orientales portas et porphyrium marmor cum diætariis, basilica gestantibus, adstat, et senatu eo digresso, unicuique basilicum distribuit. Senatu templum Sacrosanctæ Deiparæ ingresso.

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ παραμονῇ τοῦ Ἁγίου Ἡλιοῦ (48), καὶ τῇ αὐτῇ ἑορτῇ [83].

Α'. Δείλης περὶ ὥραν ἑβδόμην προέρχεται ἡ σύγκλητος ἀπὸ σκαραμαγγίων εἰς τὸν ἱππόδρομον, καὶ ἀνοίγοντος τοῦ παπία, εἰσέρχεται ἡ σύγκλητος διὰ τῶν σκύλων καὶ τοῦ Ἰουστινιανοῦ καὶ τοῦ λαυσιακοῦ εἰς τὸν χρυσοτρίκλινον, κἀκεῖθεν διέρχεται, καί εἰσέρχεται εἰς τὸν ναὸν τῆς Ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ Φάρου. Ὁ δὲ παπίας ἵσταται εἰς τὰς ἀνατολικὰς (49), εἰς τὸ πορφυροῦν μάρμαρον, μετὰ διαιταρίων βαστα-ζόντων τὰ βασιλικὰ (50), καὶ τῆς συγκλήτου διερχο-

VARIÆ LECTIONES.

[83] ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι αὕτη [αὐτὴ ed.] ἡ ἑορτὴ ἐκαινουργήθη ἐπὶ Βασιλείου τοῦ φιλοχρίστου.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(48) Notum est ex historia Byzantina, Basilium Macedonem, Constantini nostri avum, maximo cultu veneratum fuisse prophetam Eliam, cui putabat omnem suam se fortunam debere. [De προελεύσει τοῦ ἁγίου Ἠλίου memorat Symeō Logotheta p. 466. Eum Basilius cultu prosequebatur.] Causam istius cultus exponit Vita Basilii Maced. p. 139. Ibidem p. 203, dicitur Basilius Eliæ peculiare sacellum in palatio condidisse præter id, quod ipsi cum Domino, Deipara, Michaele et Nicolao in Nova ecclesia commune erat, ubi ejus μηλωτή seu rhenō in ipsius oratorio sub altari deposita ferebatur. Vid. Nostri pag. 70. Erat quoque κατὰ τὸ Πετρίον ædicula Eliæ e Basilio reparata, ut perhibet Cedren. p. 588. Sed quæ hic describitur processio S. Eliæ erat ad Deiparam Phari, ut ex pag. seq. 69 appareret. *Leves Græci*, ait Luitprandus, *XIII. Cal. Augusti raptum Eliæ in cœlos ludis scenicis celebrant*, Legat. p. 483. In scholio ad h. l. pertinente leg. c M. αὕτη.

(49) Nihilo plus M., subintell. igitur πύλας, ut p. 73.

(50) Quid fuerint basilicia, vestis, an panni genus, nondum satis liquet, et unde sic dicta, num a fabrica imperiali, in qua texerentur, an ab armis seu insignibus imperialibus, an denique ab imagine vel protome imperatoris intexta. Puto equidem posterius potius, quamvis prius in Latina interpretatione dederim. Nam si basilicia fuerunt vestes, quæ intexta regni Græci haberent insignia, profecto nihil ab aetis differebant. Insigne enim Græci imperii erat aquila. Fui aliquando in opinione, vestis hoc genus ideo *basilicium* et Latinis *imperiale* fuisse dictum, quod dignum esset imperatoribus et ab iis soleret gestari. Sic κηροὶ βασιλικοί, cerei, quales ab imperatoribus gestari solerent, apud Anonymum de festo restitutarum imaginum p. 738 : Ἀνὰ κηρὸν βασιλικὸν εἰς ἕκαστος αὐτῶν βαστάζων. Pari modo Balsamo βασιλικὸν λῶρον dixit eo loco, quo ait, Papam Romanum e Constantini M. concessione juribus imperatorum omnibus uti, ἄνευ μόνου τοῦ στέμματος· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐν ταῖς ὁπηδήποτε γινομέναις προελεύσεσιν αὐτοῦ καὶ ἐν ταῖς θείαις ιεροτελεστίαις διὰ βασιλικοῦ λώρου τὴν κεφαλὴν καλύπτεται. Latini quoque in hunc modum egregia quæque *regia* appellabant. Gregor. Turon. IV. 26 : *adspicit* [lanarium artificem] *lascias* [*Laschen*, *Borden*, *Tressen*] *regias componentem* Anastasius Hormisda : *chlamydem* [hoc est telam panni] *imperialem, id est stolam, et substratorium* [ita recte emendat Du Cange h. v.] *posuit super confessionem* [hoc est altare] *B. Petri.* Addit huic interpretationi pondus dictio *scaramannia Imperatorum* ; vid. Du Cange v. *Imperiale* et *Scaramanga*. Ipse Du Cange putat ab intextis regulis, avibus sic et βασιλίσκοις dictis pannum nomen invenisse ; vid. voc. *Basilicus*, ubi locum hunc Guilielmi Bibliothecarii nostro apprime congruum citat. Nam ut in Nostro hoc ei ἀετοί et τὰ βασιλικά vel βασιλίσκια (nam perinde est) conjunguntur, sic et ille *aquilata* et *de basilisci* conjungit. Locus hic est : *Fecit in ecclesia Domini Salvatoris vela serica de Blattin Byzantea quatuor in circuitu altaris majoris* ; *duo ex his aquilata et duo de basilisci, ornata in circuitu de olovero.* Ego vero sic dictos putem potius pannos, qui aut in regia fabrica essent facti, aut qui regiam protomam toti telæ intextam et circulis inclusam monstrarent ; quemadmodum *aquilæ* sic dictæ aquilas. Priori opinioni favet dictio nostri codicis p. 180. C. 1 et 5, et alibi obvia, ubi *basilica* τοῖς ἀπὸ τοῦ φόρου, *in foro emptis*, opponi videntur. Posteriorem tamen sententiam nihi ominus veriorem esse mihi propterea persuadeo, quod non sola sic proprie dicta basilicia, sed etiam aeti et reliqua omnia pannorum genera in officina regia texerentur. Neque insolens erat ea ætate regias protomas in vestibus gestare. Non repetam, quæ supra de tabliis στηθαρίῳ βασιλικῷ signatis protuli, quæ huc non facere possint ideo videri, quod vestes illæ, de quibus Theophanes et Chronicon Alexand. loquuntur, ταβλίῳ βασιλικῷ illuminatæ solummodo in tabula et non alibi unicam regiam protomam ostenderent ; basilicia vero nostra sententia per totum pannum sparsas numero multas minutas protomas circellis albi coloris circumscriptas haberent. Aptior itaque probando illi, quem dixi, mori vestes regum imaginibus aut saltem protomis perspersas gestandi erit locus Monastici Anglicani t. III, p. 314, ubi memorantur

μένης ἑκαῖσε, δίδωσιν ὁ παπίας ἑνὶ ἑκάστῳ ἀνὰ βασι- A
λικοῦ (51). Καὶ δὴ τῆς συγκλήτου εἰσερχομένης ἐν
τῷ ναῷ τῆς Ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἀπάρχεται ἡ ἀκο-
λουθία τοῦ λυχνικοῦ (52), καὶ ταύτης τελουμένης,
περὶ τὴν ἀπόλυσιν (53) λέγεται ἀπολυτίκιον πρὸς τὸ,
« Συνταφέντες σοι, » ὅπερ ἐποίησε Λέων (54) ὁ σο-

officinm lychnici incipit, quo finito, circa ipsam missam oratio : « Una tecum sepulti, » etc., quam Leo, optimus et sapientissimus imperator, composuit, recitatur. Qua a cubiculo et imperatorio clero alternatim cantata et finita singulis magistris, præpositis· proconsulibus, patriciis et officialibus ab im-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

sandalia cum caligis, de rubeo sameto diasperato bresudato [brodé]*cum imaginibus regum simplicibus*, id est filo eodem, quo reliquus pannus, non item aureo argenteove factis. Vid. Du Cange v. *Circumrotatus* ubi e Chronic. Episcoporum Antissiod. hunc locum citat: *secundum pallium imaginibus regum circumrotatis* [id est circulo inclusis] *regali modo equitantium* [id est in equis cum pompa procedentium] *pollet*. Pingebant autem Latini quidem reges suos cum coronis radiatis in capite et sceptro in manu, Græci autem cum infulis et cruce atque acacia. Obstant tamen huic interpretationi, ne quid dissimulem, loci quidam, quos Du Cange v. *Imperiale* citavit. Nam *imperialis* et *basilicus* pannus idem est. E. c. Visitatio Thesaurariæ Londinensis memorat *tunicam de imperiali cum arboribus rubeis et leonibus*. Si ergo basilicum arbores et leones tenuit, non sane tenuit vultus regum, ideoque vacillare videtur hæc etymologia, quæ ab eorum imaginibus intextis petitur; vid. quæ paulo post de appellatione ῥηγικός dicam. Qualisqualis autem etymologia denique fuerit, apponam exempla quædam, in quibus imperialis panni fit mentio, Du Cangio in Gloss. Lat. v. *Imperiale* præterita, e quibus constabit, pannum hunc pretiosum et ævo medio celebrem fuisse. Chronicon Reichersbergense (apud Du Cange v. *Examitum*); *fratri saladini Sabidino* [Arabum *Saiffidino*, quem Arabici auctores amant al Malec al Adelum citare], *misit sex Samilas et duas vestes imperiales*. Radulphus de Diceto (apud Du Cange v. *Pannus*): *peregre profectus* [nempe in Palæstinam *sicut altaria multarum per Angliam ecclesiarum habuerat in memoriam, sic et rediens habuit in veneratione pannos, quos civitas CPlis vocat imperiales, passim locorum distribuens religiosis*. In vetusta charta apud Murator. Ant. Ital. t. II, p. 894, legi *drapes de batilicio*; quod, ni alius codex *de bambucio* præferret, non dubitarem in *de basilicio* reformare. Appellabant Græci pannum hunc non *basilicum* tantummodo, sed alio quoque, idem tamen significante nomine ῥηγικόν, *regicum*, id est *regium*: v. Du Cange v. Ῥηγικός, ubi inter alia ait, in codice msto quodam bibliothecæ regiæ Parisinæ exstare descriptionem aulæi regici, in quo pictum fuerit ver. *Describitur*, ait. *in msto reg.* 791 *Manuelis Palæologi* εἶαρος εἰκὼν ἐν ὑφαντῷ παραπετάσματι ῥηγικῳ, *quæ etiam edita est a Leunclavio* p. 442; *cum hoc titulo Latino*: *Imago veris in aulæo textili operis phrygii, etc.* Si ergo ver pictum fuit in aulæo regio, non potuit ab intextis regum vultibus basilicum aut regium fuisse appellatum. Forte igitur tutissimum fuerit, hujus nominis rationem ex eo petere, quod hi panni in fabrica imperiali texerentur. Habuisse imperatores Byzantinos fabricas pannorum sericorum et pretiosorum sibi proprias, multa suadent. Procopius certe Hist. Arcanæ p. 124, c. fin. Justinianum ait sericæ et purpureæ vestis monopolium ad se traxisse et fabricas tales instituisse, quod mercatores ad incitas et ad vertendum solum adegerit; neque dubito posteriores imperatores id institutum retinuisse et cum pannis in fabrica sua paratis mercaturam exercuisse. Pari modo habebant principes Muhammedani, ut Sulthani Ægypti, fabricas suas pannorum. Abulfeda sæpe narrat, sibi, quando Misram venerit, dono datos a Sulthano fuisse pannos de Sulthanica apud Alexandriam fabrica. Ita e. c. ad ann. 728 (Chr. 1327) scribit : *Me filiumque chlamydibus principalibus donabat ultra solitum morem pulchris et loris aureis gemmatis et pannis præstantissimis de illo genere, quod pro ipsius et reliquis celsissimis corporibus in Alexandrina fabrica elaboratur*. Pannis, qui in tali fabrica pararentur, fuerintne Byzantii quoque intexta principum, qui identidem ibidem regnarent, nomina, non dixerim et vix putem, cum ejus rei vestigium nullibi reperiam. Orientales quidem principes nomina titulosque suos pannis, qui in fabricis suis texerentur, vexillis intexi curabant, ut ex illo Abulfedæ loco constat ad Ann. 724 [Chr. 1323], ubi legatos Abu Saidi Bahadur Chani ad Sulthanum Ægypti missos attulisse inter alia scribit undecim camelos sagmarios, splendide comptos et oneratos cistis, quæ tenerent pannos de factura illarum regionum, Parthiæ puta et Chaldææ, septingentas telas, quibus intexti fuerint tituli Sulthani. Regale igitur erat, nomen principis pannis, tapetibus, vexillis intexi, et si quis præfectus provinciæ *de fabricis cadere faceret nomen* principis, cujus vasallus esset (loquar Arabum more), hoc est, vetaret illud pannis porro intexi, rebellionis et ab officio defectionis erat denuntiatio. Ita narrat Abulfeda ad an. 269 [Chr. 882] Tholunum, celebre in historia Ægyptiaca nomen, *vetuisse pro salute ad Mowaffaki preces in templo publicas* [τὴν συναπτήν] *fieri et abrogasse nomen ejus ex fabrica pannaria*. B C

(51) Fuerintne hæ vestes proceribus commodo tantum datæ, reddendæ post panegyrin finitam, quod interdum fiebat : an doni loco datæ, perpetuo servandæ, non liquet. Crediderim tamen potius posterius. De more Byzantinorum impp. suis proceribus in diebus festis novas robas largiendi v. Luitprand. Hist. VI. 5, de eodem more a regibus Franciæ olim festo Nativitatis Christi observato v. DC. ad Joinvill. p. 160, et Gl. L. v. *Mutatoria*, ubi e Matthæo Paris. h. l. citat : *Appropinquante Dominicæ Nativitatis festivitate, qua mutatoria recentia (vulgo novas robas appellamus) magnates suis domesticis distribuere consueverunt*; item v. *Robæ*. Jam in aula Macedonica erat χλαμύδας διανέμειν δωρεὰ βασιλικωτάτη, ut ait Plutarch. Vitar. p. 1073, penult. Etiam in aula veterum regum Persarum distribui quotannis vestes proceribus consuevisse patet ex Herodoto III, 84.

(52) *Lychnicum*, *lucernarium*, lucernariæ preces, prima pars officii vespertini, cum accenduntur lucernæ, recitari solitæ. V. Du Cange Gloss. Gr. h. v. D

(53) *Circa finem*, vel *missam*, Ἀπόλυσις est finis cujusque sacri officii, interdum ipsa oratio in fine officii a sacerdote recitata, quo facto plebs dimittitur. Ἀπολυτίκιον (sive, ut hic loci in codice erat, ἀπολυτίκην), nempe στιχηρόν oratio, quæ in ἀπολύσει, seu fine officii cujusvis ecclesiastici, ante tamen formulam τῆς ἀπολύσεως a sacerdote dicitur. Ita Du Cange Gloss. Gr. h. v. Convenit nostro : *Der Herr segne dich und behüte dich*.

(54) Passim in hoc codice ut p. 438, Leonis hymni celebrantur, et recensetur Leo inter celebres Ecclesiæ Græcæ hymnographos, in quibus ære cælatis imago ejus conspicitur p. XX, dissert. Nicolai Rayaei ad acoluthiam officii Græci, t. II. m. Junii Act. S. S. ex Triodio Venetiis excuso. Elogium hic Leonis nomini additum, ὁ σοφώτατος καὶ ἀγαθὸς

peratore crux parva argentea distribuitur : patriarcha vero admonetur, ut die sequente veniat, sacram liturgiam celebraturus. Mane igitur senatus omnis albas tunicas, domini purpurea dibetesia induunt, et circa horam secundam domini præpositos intrare jubent : quo facto, surgunt et ad cameram Sancti Theodori, ut tunicas suas induant, discedunt. Egressuri autem, magnus imperator in throno, minores utrinque in sellis aureis considunt ; cubiculum eo ritu, qui in Palmarum festo servari solet, ingreditur suoque ordine, id est ad dextram et sinistram, adstat, sacellarii, hospitalarii et seniorum curatores imperatori cruces auro ornatas offerunt. Et sic ordine omnia ministeria magistrorum, proconsulum, patriciorum, officialium aliorumque, quos imperator jusserit, adducuntur ; singulis imperator crucem distribuit.

A φώτατος καὶ ἀγαθὸς βασιλεύς. Ἀντιφώνως δὲ τούτου ψαλλομένου ὑπό τε τοῦ κουβουκλείου καὶ τοῦ βασιλικοῦ κλήρου, μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τῆς τοιαύτης ψαλμῳδίας ἐπιδίδοται τοῖς τε μαγίστροις, πραιποσίτοις, ἀνθυπάτοις, πατρικίοις τε καὶ ὀφφικιαλίοις παρὰ τοῦ βασιλέως ἀνὰ ἑνὸς ἀργυροῦ μικροῦ σταυροῦ· μηνύεται δὲ ὁ πατριάρχης, ἵνα ἐλθὼν ἐπὶ τὴν αὔριον ἐπιτελέσῃ τὴν θείαν λειτουργίαν (55). Τῇ δὲ ἑωθεν ἀλλάσσει πᾶσα ἡ σύγκλητος ἀπὸ λευκῶν χλανιδίων· οἱ δὲ δεσπόται ἀλλάσσουσι τὸ πορφυρᾶ διβητήσια, καὶ περὶ ὥραν δευτέραν κελεύουσιν οἱ δεσπόται εἰσελθεῖν τοὺς πραιποσίτους, καὶ εἰσελθόντων, ἀνίστανται οἱ δεσπόται καὶ εἰσέρχονται ἐν τῇ καμάρᾳ τοῦ Ἁγίου Θεοδώρου, κἀκεῖσε περιβάλλονται τὰς ἑαυτῶν χλανίδας. Καὶ ἐξερχόμενοι κάθέζονται, ὁ μὲν μέγας B βασιλεὺς ἐπὶ τοῦ θρόνου, οἱ δὲ μικροὶ ἔνθεν κἀκεῖθεν ἐν χρυσοῖς σελλίοις, τοῦ δὲ κουβουκλείου εἰσελθόντος κατὰ τὸν τύπον τῆς βαϊοφόρου, καὶ εἰς τὴν οἰκείαν τάξιν στάντος, ἦγουν δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ, ὅ τε τοῦ σακελλίου καὶ οἱ ξενοδόχοι καὶ γηροκόμιοι [34] (56), προσάγοντες τῷ βασιλεῖ τοὺς κατὰ τύπον χρυσοστοιβάστους (57) σταυρους. Καὶ εἶθ' οὕτως εἰσάγεται στοιχηδὸν πᾶσα ἡ τάξις τῶν τε μαγίστρων [35], ἀνθυπάτων, πατρικίων καὶ ὀφφικιαλίων καὶ ἄλλων, ὧν ἄν κελεύσωσιν οἱ δεσπόται, καὶ ἐπιδίδωσιν ὁ βασιλεὺς ἑνὶ ἑκάστῳ τούτων ἀνὰ ἑνὸς σταυροῦ.

69 II. Tunc receptio fit, et omnes narthecem Magnæ Novæ Ecclesiæ intrant, domini autem surgunt, patriarcham exspectantes, dum interim præpositi cum paucis cubiculariis, papa et hetæriarcha abeunt, eumque una cum metropolitis et reliquo ejus ministerio adducunt. Patriarcha per triconchii porticum ingressus, in camera aurei triclinii, quæ pantheo proxima est, considet, dum præpositi intrantes adventum ejus dominis nuntiant, qui ipsum adduci jubent. Præpositi egressi eum adducunt ; at domini, postquam eum osculati sunt, cum eo solo per oblongam cubiculi porticum ad templum Sacrosanctæ Deiparæ Phari abeunt, atque ibi ad

Β'. Καὶ γίνεται μεταστάσιμον, καὶ κατέρχονται πάντες ἐν τῷ νάρθηκι τῆς Μεγάλης Νέας Ἐκκλησίας, οἱ δὲ δεσπόται ἀνιστάμενοι ἐκδέχονται τὸν πατριάρχην. Οἱ οὖν πραιπόσιτοι μετὰ ὀλίγων τοῦ κουβουκλείου ἅμα τοῦ παπίου καὶ τοῦ ἑταιρειάρχου ἀπέρχονται καὶ εἰσάγουσι τὸν πατριάρχην μετὰ καὶ τῶν μητροπολιτῶν καὶ τῆς λοιπῆς αὐτοῦ τάξεως. Καὶ τοῦ πατριάρχου εἰσερχομένου διὰ τῶν διαβατικῶν τοῦ τρικόγχου, ἔρχεται καὶ κάθηται ἐν τῇ καμάρᾳ τοῦ C χρυσοτρικλίνου τῇ οὔσῃ πρὸς τὸ πάνθεον [36], οἱ δὲ πραιπόσιτοι εἰσερχόμενοι ἀναγγέλλουσι τοῖς δεσπόταις τὴν τοῦ πατριάρχου ἄφιξιν, καὶ κελεύουσιν οἱ δεσπόται εἰσαχθῆναι τὸν πατριάρχην. Οἱ δὲ πραιπό-

VARIÆ LECTIONES.

[34] γηροκόμοι R. ex compendio cod., γηροκόμητες ed. [35] τῶν δὲ μαγ. ed. [36] ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι, τοῦ πατριάρχου μέλλοντος εἰσελθεῖν εἰς παλάτιον, ὁ ῥεφερενδάριος δηλοῖ τῷ παπίᾳ, κἀκεῖνος ὑπομιμνήσκει τῷ βασιλεῖ, καὶ εἶθ' οὕτως κελεύει ὁ βασιλεὺς εἰσελθεῖν τοὺς πραιποσίτους, καὶ ἀπελθόντας εἰσαγαγεῖν τὸν πατριάρχην.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

βασιλεὺς monstrat, mea quidam sententia, capitis hujus auctorem sub Leone regnante vixisse et hæc litteris consignasse.

(55) Non enim quotidie celebrabatur sanctum officium, sed tantum diebus festis insignioribus et diebus Dominicis. Ideoque debebat singulis vicibus patriarchæ indicari, et imperari, ut officium faceret, si extraordinem flagitaretur. Constantinus Monomachus quotidianam tandem Missam instituit. Cedren. p. 790, fine : Τὸ γενόμενον ἔργον εἰς τὴν Μεγάλην τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ἐγκωμίων οὐκ ἀπολείπεται. Ἕως ἐκείνου [ante Const. Monom.] γὰρ ἐν μόναις ταῖς ἐπισήμοις ἑορταῖς ἐν ταύτῃ [apud S. Sophiam], ἔτι δὲ καὶ τοῖς Σάββασι καὶ ταῖς Κυριακαῖς ἡμέραις ἡ ἀναίμακτος τῷ Θεῷ ἐπετελεῖτο ἱερουργία. Ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς οὐδαμῶς ἡμέραις τοῦτο ἐγίνετο διὰ προσόδου ἐνδείαν, ἣν οὗτος δαψιλῶς ἀφορίσας καὶ ἀποχρώντως, καθ' ἑκάστην τελεῖσθαι τὴν ἱερὰν παρεσκεύασε λειτουργίαν. Ὃ καὶ κρατεῖ γινόμενον μέχρις ἡμῶν.

(56) In codice est γηροκοκο. Solet quidem compendium κοκο alias κόμητες notare : hic tamen significat γηροκόμοι. Natum hoc compendium more librarii, terminationes pluralium iteratis litteris singularibus, aut etiam syllabis a singularium terminationibus compendio exaratis distinguendi. De gerontocomis, ptochocomis, vel ptochotrophis, xenotrophis, œconomis disserendi locus hic non est. Pertinebat ea cura olim ad diaconos. Quapropter tales ædes, in quibus debiles, vetuli, pauperes, exsules refugium et alimenta inveniebant, *diaconiæ* appellabantur. Consulendi de his antiquitatum ecclesiasticarum scriptores, et Habertus pontif. Græc. p. 200, Du Cange v. *Diaconia*, *Crontochium Xenodochium*, *Ptochium* etc.

(57) *Auro clausas*, *auro incrustatas*, *obauratas*. Στοιβάζειν novis Græcis est massam, laminam, planum unum super alterum struere. Ita est p. 196, στοιβάζει ἵππους *componit*, *compingit*, *confercit*, *densat equos* ; p. 200, στοιβάζειν ἐν τῷ καμπτῷ λάχανα καὶ ὑπὲρ αὐτῶν πλακοῦντας, *spissant*, *arcte conferta ponunt olera*, *exstruunt* ; p. 201, στοιβαὶ λαχάνων, *strues olerum*. Hinc σταυροὶ χρυσοστοίβαστοι, *cruces*, *in quibus aurum spissatum fuit*, in quibus strata quædam auri exaggerata fuerunt. Vide ad p. 200.

σιτοι ἐξερχόμενοι εἰσάγουσιν αὐτὸν, καὶ δὴ τοῦτον οἱ δεσπόται κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐσπαζόμενοι, εἰσέρχονται μετ' αὐτοῦ μυστικῶς διὰ τοῦ μάκρωνος τοῦ κοιτῶνος εἰς τὸν ναὸν τῆς Ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ Φάρου, κἀκεῖθεν ἀπέρχονται ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ Ἁγίου Ἰλιοῦ, καὶ οἱ μὲν δεσπόται ἵστανται ἐν τῷ νάρθηκι, ὁ δὲ πατριάρχης εἰσέρχεται εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ τῆς εἰωθυίας εὐχῆς τελουμένης, ἀπάρχονται οἱ ψάλται τὸ τροπάριον. Ὁ δὲ πατριάρχης ἐξερχόμενος ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου, βαστάζων τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, ἔρχεται εἰς τὰς βασιλικὰς πύλας τοῦ αὐτοῦ εὐκτηρίου, ὅηλονότι καὶ τοῦ ὑποδιακόνου βαστάζοντος τὸν λιτανικὸν σταυρόν. Οἱ δὲ δεσπόται λαμβάνουσι παρὰ τοῦ πραιποσίτου κηροὺς, καὶ διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσι τῷ Θεῷ καὶ ἀσπάζονται τὸ Εὐαγγέλιον καὶ τὸν σταυρὸν, θυμιώμενοι ὑπὸ τοῦ διακόνου.

A Sancti Eliæ oratorium discedunt, ubi ipsi quidem in narthece subsistunt, patriarcha vero sacrarium intrat, ubi solemnibus precibus peractis, psaltæ troparium ordiuntur. Patriarcha e sacrario egressus, sanctum Evangelium portans, ad imperatorias ejusdem oratorii januas procedit, subdiacono crucem processionalem gestante. Interea domini cereos a præposito accipiunt, ternaque cum cereis adoratione facta, ad Deum precantur et Evangelium, a diacono incensati, osculantur.

Γ'. Καὶ παρακρατούμενος ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ πατριάρχου, ἐξέρχεται ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, καὶ διερχομένου αὐτοῦ μέσον τοῦ ναοῦ τοῦ φάρου, καὶ ἐξιόντος τὴν πύλην τὴν ἐξάγουσαν [37] ἐπὶ τὸν ἡλιακὸν [38] (58), λαμβάνουσιν οἱ δεσπόται παρὰ τῶν πραιποσίτων κηρία λιτανίκια καὶ διέρχονται· λιτανεύοντες διὰ μέσου τοῦ ἡλιακοῦ καὶ τοῦ στενωποῦ τοῦ μονοθύρου, κατέρχονται τὸ καταβάσιὸν (59) τοῦ βουκολέοντος, καὶ ἐκνεύοντες δεξιᾷ, κατέρχονται πρὸς τὸν νάρθηκα τῆς Νέας (60) Μεγάλης Ἐκκλησίας (ἐκεῖσε γὰρ ἵστανται

B III. Deinde sustentatus a patriarcha imperator ex ecclesia redit, perque medium templum phari digressus, per portam ad solarium ducentem exit, ubi domini a præpositis cereos processionales accipiunt, et per medium solarium angustamque januam procedentes, per descensum bucoleontis descendunt, et ad dextram inclinantes, ad nartheeem Novæ Magnæ Ecclesiæ discedunt, ubi senatores omnes adstant, et consueti ritus ecclesiastici introitus celebrantur. Dominis autem cum patriar-

VARIÆ LECTIONES.

[37] πόλην ἐξάγουσαν ed. [38] τὸ ἡλιάκὸν ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(58) Est ὁ ἡλιακός, aut τὸ ἡλιακόν, hic quidem loci, area, deambulacrum subdivale, apricum, unde ipsi nomen, a radiis nempe solis, quibus patebat. Ita exponit Constantin. Vita Basilii p. 207, αἰθέριον καὶ ἡλιοβολούμενον μαρμαρόστρωτον περίπατον appellans. Et eo quoque sensu adhibetur in locis Eustathii et Leonis sapientis apud Du Cange in Gloss. Gr. h. v., item in illo Anastasii in Gregorio IV, vox *solarii* debet accipi : *Domum satis dignam undique porticibus* [deambulacris tectis] *ac solariis* [deambulacris in solo plano, apricis] *circumdatam*. In reliquis autem duobus apud illum locis Michaelis Attaliotæ, et Theodori Hermopolitæ, in quibus ἡλιακόν per ἐξώστην vel ἐξωστάριον redditur, habet hæc vox aliam significationem. Scilicet notat ὁ ἐξώστης, vel potius ἡ ἐξωστή, *projectum, mœnianum*, extra ædes ipsas aliquantum prominens ædificium, e quo prospici possit ; ut sunt nostrates *Erker*, vel *Balcons*. Et in hoc sensu *solaria* quoque interdum dicebant Latini, ut in illo Hieronymi, *habuerunt in tectis domata, quæ Romæ vel solaria vel mœniana vocant*. Vid. Du Cange Gloss. Gr. v. ἐξώστης, et Caroli Majelli dissert. de Stylitis apud Assemannum juniorem in Actis martyrum Syriacis t. II, p. 247, item Alteserr. ad Anastas. p. 122. Tandem ἡλιακά quoque erant deambulacra super tectis ipsis aprica, qualia nostrates *Altane* appellant. *Epicaustoria* appellabant Latini medii, quia super hypocaustis erant, vel quia in aprico erant. Gloss. ms. apud Du Cange h. v. : *Epicaustorium eminentior locus in ædificio ad speculandum, vel solarium puellare. Solarium puellare* id appellatur, quoniam gynæconitis et apud veteres Græcos et apud Latinos medii ævi in summis ædium partibus erat, quemadmodum adhuc hodie apud Moros seu in Barbaria Africana mulieres in summis ædibus habitant, quod ex itinerariis constat. Propterea dicit Athenæus p. 57, ex eo, quod Helena natat fuerit ἐν τῷ ὠῷ, *in superiore ædium parte*, natam fuisse fabulam de ejus ortu *ex ovo*. Conf. Euripidis Phœnissarum initium. Et hæc in summis, et illa mœniana in mediis ædibus muniebantur cancellis æneis. Anastasius in Adriano : *Ubi et deambulatorium, scilicet solarium suum, cum cancellis æneis nimis pulcherrime construi fecit.* De tali solario, Altano, capiendus est Nostri locus p. 284, ubi ὁ ἡλιακός vel est præfectus vel totum ministerium et præsidium in Heliaco, vel alteno Phari excubare jussum et depositum. * [Τὸ ἡλιακόν *solare horologium* vertit Combefis. in Contin. Theophan. p. 125, perperam.]*

(59) *Per scalam, per gradus*. Eo sensu occurrit apud Sozomen. Hist. Eccl. IX, 2. Locum habet Du Cange Gloss. Gr. h. v, Cæteris autem locis, quos ibi citat, significat ea vox locum ipsum, at et in quem per scalam descenditur (*confessiones* appellare solebant), qualibus in cavernis latitare olim solebant Christiani persecutionibus afflicti. Vid. quoque Corsini dissert. 2. Appendic. ad Notas Græcorum, ubi inscriptio p. 27, hoc videtur posse modo restitui : QUORASY NOMINAE MASIME MARTYRE DOMI IIIV $\overset{P}{\chi}$ CASTULU ISCALA CATABATICY SECUNDI, id est, *Corasii* (puellæ) *nomine Maximæ Martyræ* (id est Martyrissæ) *domini Jesu Christi Castulu* (id est apud) *Castulum*, nomen loci, ubi deposita est Castulu græca terminatione Καστούλου pro *Castuli*,) *in scala Catabaticii* (confessionis) *secundi*. Appellabantur autem confessiones, non quod ibi peccata confiterentur, sed quod reliquiæ confessorum ibi sitæ essent. De Bucoleonte vid. Du Cange CPI. Christ. l. II, pag. 119, et ad Alexiad. pag. 265. *[De Satyri monasterio et Bucoleonte v. Script. post Theophan. pag. 13, 14.]

(60) *Neæ*, aut *Novæ ecclesiæ*, in palatio a Basilio conditæ. Luitprand. Hist. I. c. 2, fine : *Fabricavit* (Basilius) *prelioso et mirabili opere juxta palatium, orientem versus, ecclesiam, quam* Νέαν, *hoc est Novam, vocant, in honorem summi cœlestis militiæ principis archangeli Michaelis, qui Græce* ἀρχιστράτηγος *appellatur*. Vid. Constant. Vit. Basil. Maced. p. 196, et 200. Debet haud procul mari fuisse, ut patet ex p. 71 nostri codicis et ex eo quod hanc inter ec-

cha sacrarium oratii Sancti Eliæ, quod in eadem Nova Ecclesia est, pro more ingressis, patriarcha primus intrat; 70 domini vero extra sacras januas constituti, cereos a præposito accipiunt terque genu flexo ad Deum precantur. Mox oratorium ingressi ante omnia sacras januas, postea sanctum altaris instratum et repositam ibi sancti prophetæ vestem osculantur, et apocombio, sacræ mensæ imposito per bemata transeunt, et cereis in singulis bematibus accensis, instrata pro more osculantur. Per gynæceum ipsum transeuntes, cereos ad effigiem Basilii, imperatoris Christum amantis, accendunt, et vale patriarchæ dicto, ad locum elevatiorem, ubi orantes consistunt, abeunt, inde ad narthecem, qui prope mare seu çavum recessum sacræ mensæ est, ubi sellæ positæ velumque suspensum, discedunt, vestes suas mutant, et sancti Evangelii lectionem exspectantes, adstant, acceptisque a præpositis cereis, sanctum Evangelium audiunt. Finita extensa, considunt, et mensæ præfectus cum tricliniariis ad convivium ducit, quod ipse magnus imperator ordinat. Sic postea domini secreto per eumdem narthecem et mysticum ascensum, qui ibi est, perque superius solarium ejusdem narthecis ad palatium discedunt. Sciendum est, imperatores hoc festo in mutatoriis mensæ assidere.

A ἅπαντες οἱ τῆς συγκλήτου), καὶ γίνεται ἡ εἰωθυῖα ἐκκλθσιαστικὴ ἀκολουθία τῆς εἰσόδου. Τῶν δὲ δεσποτῶν κατὰ τὸ εἰωθὸς εἰσιόντων μετὰ τοῦ πατρεάρχου εἰς τὸ θυσιαστήριον (61) τοῦ εὐκτηρίου τοῦ Ἁγίου Ἠλιοῦ τῆς αὐτῆς Νέας Ἐκκλησίας, ὁ μὲν πατριάρχης προεισέρχεται, οἱ δὲ δεσπόται, ἱστάμενοι ἔξωθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, λαμβάνουσι κηροὺς ἀπὸ τῶν πραιποσίτων, καὶ διὰ τῆς τρισσῆς προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσι τῷ Θεῷ. Εἶτα εἰσερχόμενοι ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, ἐν πρώτοις μὲν ἀσπάζονται τὰ ἅγια θύρια, εἶτα τὴν τῆς ἁγίας τραπέζης ἐνδυτὴν καὶ τὴν ἐκεῖσε ἀποκειμένην τοῦ ἁγίου προφήτου μηλωτὴν, καὶ τιθέντες ἀποκόμβιον ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης, διέρχονται διὰ τῶν βημάτων (62), ἅπτοντες κηροὺς καθ' ἓν ἕκαστον βῆμα, ἀσπαζόμενοι κατὰ τὸ εἰωθὸς τὰς ἐνδυτάς. Καὶ διερχόμενοι διὰ τοῦ αὐτοῦ γυναικίτου, B ἅπτουσι κηροὺς εἰς τὴν εἰκόνα Βασιλείου (63) τοῦ φιλοχρίστου Δεσπότου, καὶ εὐθέως ἀποχαιρετίζοντες τὸν πατριάρχην, εἰσέρχονται ἐν τῷ ἐκεῖσε προσευχαδίῳ (64), κἀκεῖθεν ἐκβαίνοντες εἰς τὸν πρός τὴν θάλασσαν (65) νάρθηκα, ἐν ᾧ καὶ τὰ σελλία ἵστανται καὶ τὸ βῆλον κρέμαται, ἀπαλλάσσουσι τὰς ἑαυτῶν χλανίδας, καὶ ἵστανται ἐκδεχόμενοι τὴν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν, εἶθ' οὕτως λαμβάνοντες κηροὺς παρὰ τῶν πραιποσίτων, ἀκούουσι τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου. Μετὰ δὲ τὴν ἀπόλυσιν τῆς ἐκτενοῦς καθέζονται, καὶ εἰσάγει ὁ τῆς τραπέζης μετὰ καὶ τῶν ἀρτοκλινῶν τὸ κλητώριον, καὶ στοιχεῖ αὐτὸ ὁ μέγας βασιλεὺς, καὶ εἶθ' οὕτως οἱ δεσπόται διέρχονται μυστικῶς διὰ τοῦ αὐτοῦ νάρθηκος καὶ τοῦ ἐκεῖσε μυστικοῦ ἀναβασίου, καὶ διὰ τοῦ ἀνωτάτου ἡλιακοῦ τοῦ αὐτοῦ νάρθηκος εἰσέρχονται οἱ δεσπόται εἰς τὸ παλάτιον. Ἰστέον, ὅτι ταύτῃ τῇ ἑορτῇ μετὰ τῶν ἀλλαξίμων καθέζονται οἱ δεσπόται ἐπὶ τραπέζης.

CAPUT XX.

Mensis Maii primo encænia Novæ ecclesiæ : et de ritibus in festo encæniorum Novæ Magnæ Ecclesiæ observandis.

I. Pridie unius diei domini præpositis indicant, senatum omnem mutatis vestibus sequenti die processurum esse : quæ postquam illuxit, circa horam secundam matutinam præpositos intrare jubent, quo facto, cum paucis cubiculariis una cum papa et hetæriarcha abeunt, et patriarcham cum metropolitis et reliquo ejus officio adducunt. Qui per

C

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Μηνὶ Μαΐῳ α' τὰ ἐγκαίνια τῆς Νέας, ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ τῶν ἐγκαινίων τῆς Νέας [39] (66) Μεγάλης Ἐκκλησίας [40].

Α'. Πρὸ μιᾶς ἡμέρας κελεύουσιν οἱ δεσπόται τοῖς πραιποσίτοις, προελθεῖν ἐπὶ τῇ αὔριον μετὰ ἀλλαξίμων πᾶσαν τὴν σύγκητον, καὶ τῇ ἑωθεν περὶ ὥραν δευτέραν κελεύουσιν οἱ δεσπόται εἰσελθεῖν τοὺς πραιποσίτους, καὶ δὴ τούτων εἰσελθόντων μετὰ καὶ ὀλίγων τοῦ κουβουκλείου, ἀπέρχονται ἅμα τοῦ παπία καὶ τοῦ ἑταιρειάρχου, καὶ εἰσάγουσι τὸν πατριάρχην

VARIÆ LECTIONES.

[39] Νέας om. ed. [40] ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι καὶ αὕτη ἡ ἑορτὴ ἐκαινουργήθη ἐπὶ Βασιλείου δεσπότου.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

clesiam et Deiparan Phari Bucoleo, portus, medius recensetur. Photii orationem in Novam ecclesiam a Basilio suo tempore structam edidit Lambecius ad Codin. p. 187, unde repetiit Bandurus imp. Orient. I. VI, p. 117, seqq.

(61) Ex hoc loco patet unumquodque orarium qualium in nna eademque ecclesia plura erant, partes ecclesiæ omnes habuisse, ut narthecem, naum, Sacrificatorium.

(62) Cum dicata esset hæc ecclesia pluribus nominibus, Christo Salvatori, Deiparæ, Archistratego, S. Nicolao, S. Eliæ, debebant totidem oratoria in ea, et in unoquoque singula bemata seu sacrificatoria fuisse.

(63) Ut conditoris ecclesiæ. Solebant enim in ecclesiis imagines conditorum collocare. Vid. Bacchin. ad Agnell. Pontific. Ravenn. p. 68.

D (64) Videtur προσευχάδιον cellula fuisse, ligneis clathris munita, quales ad singulas sanctorum imagines singulæ erant, similes confessoriis, aut confessionibus, ubi sacerdotes confessiones audiunt, in nostrarium et Romanensium ecclesiis. Vid. Du Cange Gloss. h. v. Quædam tamen eorum, quæ ibi citat, loca videntur docere, προσευχάδιον esse scabella humilia sub sanctorum imaginibus posita, ad quæ infirmiores genua flectebant precantes. Talia sunt scabella nostratibus aris apposita, ad quæ genua flectunt, qui communionem accipiunt.

(65) Qualis hic θάλασσα significetur, aut quis horum verborum sensus sit, fateor me nescire.

(66) Νέας addunt M. Recte. Non enim de Magna Ecclesia sic dicta, seu S. Sophia, in hoc capite sermo est, sed de Nova. Vid. p. 71.

μετὰ καὶ τῶν μητροπολιτῶν καὶ τῆς λοιπῆς αὐτοῦ τάξεως [41]. Καὶ τοῦ πατριάρχου εἰσερχομένου διὰ τῶν διαβατικῶν τοῦ τρικόγχου, ἔρχεται καὶ κάθηται ἐν τῇ καμάρᾳ [42] (67) τοῦ Ἁγίου Θεοδώρου, κἀκεῖσε περιβάλλονται τὰς ἑαυτῶν χλανίδας, καὶ ἐξερχόμενοι ἔξωθεν τοῦ βήλου τῆς αὐτῆς καμάρας ἵστανται. Οἱ δὲ πραιπόσιτοι ἐξερχόμενοι εἰσάγουσι τὸν πατριάρχην οἱ δὲ δεσπόται τοῦτον κατὰ τὸ εἰωθὸς ἀσπαζόμενοι, καθέζονται μετ' αὐτοῦ ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ μικρόν τι, καὶ εὐθέως γίνεται μεταστάσιμον, καὶ οἱ μὲν μάγιστροι καὶ ἀνθύπατοι καὶ πατρίκιοι καὶ λοιποὶ συγκλητικοὶ κατέρχονται ἐν τῷ νάρθηκι τῆς Νέας Μεγάλης Ἐκκλησίας, οἱ δὲ τοῦ κουβουκλείου ἅπαντες διέρχονται διὰ τοῦ ὡρολογίου καὶ [43] τοῦ χρυσοτρικλίνου καὶ τῆς καμάρας τοῦ πανθέου καὶ τοῦ φύλακος, καὶ ἐκβαίνοντες τὸ μννόθυρον, ἀπίασιν ἐν τῷ ναῷ τῆς Ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ φάρου, καὶ οἱ μὲν δεσπόται ἀνίστάμενοι εἰσέρχονται μετὰ τοῦ πατριάρχου μυστικῶς διὰ τοῦ μάκρωνος τοῦ κοιτῶνος εἰς τὸν ναὸν τῆς Ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ φάρου, καὶ οἱ δεσπόται ἵστανται ἐν τῷ νάρθηκι, ὁ δὲ πατριάρχης εἰσέρχεται εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ τῆς εἰωθυίας εὐχῆς τελουμένης, ἀπάρχονται οἱ ψάλται τὸ τροπάριον· ὁ δὲ πατριάρχης ἐξερχόμενος ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου. βαστάζων τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, ἔρχεται εἰς τὰς βασιλικὰς πύλας, δηλονότι τοῦ ὑποδιακόνου βαστάζοντος τὸν λιτανικὸν σταυρὸν, οἱ δὲ δεσπόται λαμβάνουσι παρὰ τῶν πραιποσίτων κηροὺς, καὶ διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσι τῷ Θεῷ, καὶ ἀσπάζονται τό τε Εὐαγγέλιον καὶ τὸν σταυρὸν, θυμιώμενοι ὑπὸ τοῦ διακόνου.

porticus triconchii ingressus, in camera Sancti Theodori sedet, 71 tunicas suas comites ejus ibi induunt, et extra velum ejus cameræ progressi, subsistunt. Præpositi autem egressi, patriarcham adducunt, quem domini pro more osculati, cum eo paululum in aureo triclinio considunt, et statim receptio instituitur, et magistri quidem, proconsules, patricii et cæteri senatores in narthecem Novæ Magnæ Ecclesiæ descendunt; cubicularii vero omnes per horologium aureumque triclinium, cameram panthei et custodiam transeunt, eque monothyro egressi, ad templum Sanctæ Deiparæ phari abeunt. Domini surgentes sine pompa una cum patriarcha per longam porticum cubiculi ad templum Sanctissimæ Deiparæ phari abeunt, et ipsi quidem in narthece subsistunt, patriarcha vero in oratorium intrat, solemnique precatione peracta, psaltæ troparium incipiunt. Deinde patriarcha ex oratorio egressus, sanctum Evangelium gestans, portas imperatorias ingreditur, subdiacono crucem processionalem ferente, domini autem, cereis a patriarcha acceptis, ter cum ipsis Deum adorant, et Evangelium crucemque, a subdiacono incensati, osculantur.

Β'. Καὶ παρακρατούμενος ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ πατριάρχου ἐξέρχεται ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐξιόντων τὴν πύλην τὴν ἐξάγουσαν εἰς τὸν ἡλιακὸν [44], λαμβάνουσιν οἱ δεσπόται παρὰ τῶν πραιποσίτων κηρία λιτανίκια [45], καὶ διέρχονται λιτανεύοντες διὰ μέσου τοῦ ἡλιακοῦ καὶ τοῦ στενωποῦ τοῦ μονοθύρου, καὶ κατέρχονται τὸ καταβάσιον τοῦ βουκολέοντος, καὶ ἐκνεύοντες δεξιᾷ, κατέρχονται πρὸς τὸν νάρθηκα τῆς Νέας Ἐκκλησίας (ἐκεῖσε γὰρ ἵστανται οἱ τῆς συγκλήτου), καὶ γίνεται ἡ ἀκολουθία τῆς εἰσόδου τῶν ἐγκαινίων. Σῶν δὲ δεσποτῶν κατὰ τὸ εἰωθὸς εἰσιόντων μετὰ τοῦ πατριάρχου εἰς τὸ θυσιαστήριον, ὁ μὲν πατριάρχης προεισέρχεται, οἱ δὲ δεσπόται, ἱστάμενοι ἔξωθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, λαμβάνουσι τοὺς κηροὺς παρὰ τῶν πραιποσίτων καὶ διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσι τῷ Θεῷ· εἶτα εἰσερχόμενοι ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, ἐν πρώτοις μὲν ἀσπάζονται τὰ ἅγια θύρια, εἶτα τὴν τῆς ἁγίας τραπέζης ἐνδυτὴν, καὶ τιθέντες ἀπὸκόμβιον ἐπὶ τῆς ἁγίας τραπέζης, διέρχονται διὰ τῶν βημάτων, ἅπτοντες κηροὺς καθ' ἕνα ἕκαστον (67) βῆμα, ἀσπάζόμενοι κατὰ τὸ εἰωθὸς τὰς ἐνδυτὰς, καὶ διερχόμενοι διὰ τοῦ γυναικίτου, ἅπτουσι κηροὺς εἰς τὴν εἰκόνα

II. Imperator a patriarcha sustentatus, e templo egreditur, et postquam per portam ad solarium ducentem exierunt, domini cereos processionales a præpositis accipiunt, et in processione per medium solarium angustiasque monothyri abeunt: postea per descensum bucoleontis progressi et ad dextram se inclinantes, ad narthecem Novæ ecclesiæ se conferunt, ubi senatores adsunt, et officium introitus encæniorum celebratur. Dominis autem cum patriarcha sacrarium pro more ingressis, patriarcha præcedit, domini autem extra sacras januas constituti, cereos a præpositis accipiunt, terque genu flexo Deum adorant, mox sacrarium ingressi, primo quidem sacras januas, deinde sacrum altaris instratum osculantur, et apocombio inibi reposito, per bemata, cereis in unoquoque bemate accensis, discedunt, sacra instrata pro more osculantur, perque gynæceum digressi, cereos ad effigiem Basilii, imperatoris Christum amantis, 72 accendunt, statimque vale patriarchæ dicto, locum excelsum, ubi orantes stare solent, petunt, inde ad narthecem prope mare altaris ascendunt, ubi et sellæ stant et velum suspensum est, suasque tuni-

VARIÆ LECTIONES.

[41] ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι ὁ ῥεφερενδάριος δηλοῖ τῷ παπίᾳ τὴν τοῦ πατριάρχου ἄφιξιν. [42] καμάρᾳ. Plura hic excidisse putat R., quæ p. 122 leguntur, inde a vers. 8, τοῦ χρυσοτρικλίνου usque ad v. 12, ἐν τῇ καμάρᾳ. [43] καὶ ante τοῦ χρυσοτρικλίνου delendum esse putat, R. [44] τὸ ἡλ. ed. [45] λιτανικὰ ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(67) Ita solent novi Græci solœce pro καθ' ἕν ἕκαστον. Pariter p. 176 legimus τὸ δὰ ἅρμα, ἤγουν τὸ σκουτάριον βαστάζουσιν σπαρθάριοι δύο καθ' ἕνα (pro καθ' ἕν) ἕκαστος, *Spatharii duo gerunt arma: seu scutum, unusquisque unum.*

cas mutant, et sacri Evangelii lectionem exspectantes, adstant, quam, cereos a præpositis traditos manu tenentes, auscultant. Finita extensa, considerent, præfectus mensæ cum tricliniariis convivium parat, quod ipse magnus imperator ordinat. Sic domini per eumdem narthecem et secretam scalam perque solarium superius soli digressi, palatium intrant. Sciendum est, secundum hujus diei ritum et Sancti Michaelis festum octavo mensis Novembris instuiti solere. ubi observandum, hoc archangeli festum in oratorio templi, Sancti scilicet Michaelis, die dicto celebrari.

A Βασιλείου τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου, καὶ εὐθέως ἀποχαιρετίζοντες τὸν πατριάρχην, εἰσέρχονται ἐν τῷ ἐκεῖσε προσευχαδίῳ, κἀκεῖθεν ἐκβαίνοντες εἰς τὸν πρὸς τὴν θάλασσαν νάρθηκα, ἐν ᾧ καὶ τὰ σελλία ἵστανται καὶ τὸ βῆλον κρέμαται, καὶ ἀπαλλάσσουσι τὰς ἑαυτῶν χλανίδας, καὶ ἵστανται ἐκδεχόμενοι τὴν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν· εἶθ' οὕτως λαμβάνοντες κηροὺς παρὰ τῶν πραιποσίτων, ἀκούουσι τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου. Μετὰ δὲ τὴν ἀπόλυσιν τῆς ἐκτενοῦς εὐχῆς καθέζονται, καὶ εἰσάγει ὁ τῆς τραπέζης μετὰ καὶ τῶν ἀρτοκλινῶν τὸ κλητώριον, καὶ στοιχεῖ αὐτὸ ὁ μέγας βασιλεύς. Καὶ εἶθ' οὕτως οἱ δεσπόται διέρχονται μυστικῶς διὰ τοῦ αὐτοῦ νάρθηκος καὶ τοῦ μυστικοῦ ἀναβασίου, καὶ διὰ τοῦ ἀνωτάτου ἡλιακοῦ τοῦ αὐτοῦ νάρθηκος εἰσέρχονται εἰς τὸ παλάτιον. Χρὴ εἰδέναι, ὅτι κατὰ τὴν τάξιν ταύτης τῆς ἑορτῆς καὶ τὸν τύπον ἐπιτελεῖται καὶ ἡ ἑορτὴ τοῦ ἀρχιστρατήγου μηνὶ Νοεμβρίῳ η' (68) Εἰδέναι δὲ δεῖ, ὅτι ταύτῃ τῇ ἑορτῇ τοῦ ἀρχιστρατήγου ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ναοῦ, ἤγουν τοῦ ἀρχιστρατήγου, ἐπιτελεῖται ἡ τοιαύτη ἑορτή.

CAPUT XXI.

Obervanda in festo et processione Sancti Demetrii.

I. Pridie unius diei domini præpositis indicant, die sequente cum allaximis senatum universum prodire, mane autem circa horam secundam præpositos ingredi jubent, quo facto, cum paucis cubiculariis, papa et hetæriarcha abeunt, et patriarcham cum metropolitis et reliquo ejus officio adducunt. Qui per porticum triconchi ingressus, in camera aurei triclinii, quæ proxima pantheo est, considet. Præpositi autem ingressi imperatoribus ejus adventum nuntiant, qui surgunt, et cameram Sancti Theodori ingressi, tunicas suas induunt, et extra velum ejus cameræ egressi, adstant. Interea præpositi patriarcham adducunt, quem domini pro more osculantur et paululum in aureo triclinio cum eo consident, rebusque omnibus bene ordinatis, præpositi intrant, dominis id nuntiaturi, qui confestim cum patriarcha surgunt, et ritu ipsis solemni egressi, per tripetonem, lausiacum, Justinianeum, scycla et exteriores Marciani porticus transeuntes, oratorium Sancti Petri, quod ibi situm est, petunt.

B

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τοῦ Ἁγίου Δημητρίου (69).

Α'. Πρὸ μιᾶς ἡμέρας κελεύουσιν οἱ δεσπόται τοῖς πραιποσίτοις τοῦ προελθεῖν ἐπὶ τὴν (70) αὔριον μετὰ ἀλλαξίμων τὴν σύγκλητον πᾶσαν, καὶ τῇ ἕωθεν περὶ ὥρα δευτέραν κελεύουσιν οἱ δεσπόται εἰσελθεῖν τοὺς πραιποσίτους, καὶ δὴ τούτων εἰσελθόντων, μετὰ ὀλίγων τοῦ κουβουκλείου ἀπέρχονται, ἅμα τοῦ παπία καὶ τοῦ ἑταιρειάρχου, καὶ εἰσάγουσι τὸν πατριάρχην μετὰ καὶ τῶν μητροπολιτῶν καὶ τῆς λοιπῆς [46] αὐτοῦ τάξεως. Καὶ τοῦ πατριάρχου εἰσερχομένου, διὰ τῶν διαβατικῶν τοῦ τρικόγχου εἰσέρχεται, καὶ κάθηται ἐν τῇ καμάρᾳ τοῦ χρυσοτρικλίνου τῇ οὔσῃ πρὸς τὸ πάνθεον. Οἱ δὲ πραιπόσιτοι εἰσερχόμενοι ἀναγγέλλουσι τοῖς δεσπόταις τὴν τοῦ πατριάρχου ἄφιξιν, καὶ εὐθέως ἀνίστανται οἱ δεσπόται καὶ εἰσέρχονται ἐν τῇ καμάρᾳ τοῦ Ἁγίου Θεοδώρου, κἀκεῖσε περιβάλλονται τὰς ἑαυτῶν χλανίδας, καὶ ἐξερχόμενοι ἔξωθεν τοῦ βήλου τῆς αὐτῆς καμάρας ἵστανται. Οἱ δὲ πραιπόσιτοι ἐξερχόμενοι εἰσάγουσι τὸν πατριάρχην· οἱ δὲ δεσπόται τοῦτον κατὰ τὸ εἰωθὸς ἀσπαζόμενοι, καθέζονται μετ' αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ χρυσοτρικλίνου μικρόν τι, καὶ ὅτε πάντα καλῶς εὐτρεπισθῶσιν, εἰσέρχονται οἱ πραιπόσιτοι δηλοῦντες τοῖς δεσπόταις, καὶ εὐθέως ἀνίστανται οἱ δεσπόται μετὰ τοῦ πατριάρχου, καὶ ἐξερχόμενοι κατὰ τὸν εἰωθότα τούτοις τύπον, διέρχονται διὰ τοῦ τριπέτωνος καὶ τοῦ λαυσιακοῦ καὶ τοῦ Ἰουστινιανοῦ καὶ τῶν σκύλων καὶ τῶν ἔξω διαβατικῶν τοῦ Μαρκιανοῦ, καὶ ἀπέρχονται ἐν τῷ ἐκεῖσε εὐκτηρίῳ τοῦ Ἁγίου Ἀποστόλου Πέτρου.

C

73 II. Sciendum est, dominis cum patriarcha ex aureo triclinio procedentibus, ante portas ejus argenteas eunuchos protospatharios et logothetam cursus publici cum protoscriniario et primo nota-

D Β'. Ἰστέον, ὅτι, τῶν δεσποτῶν ἐξερχομένων ἀπὸ τοῦ χρυσοτρικλίνου μετὰ καὶ τοῦ πατριάρχου, ἵστανται ἀντικρὺ τῶν ἀργυρῶν πυλῶν τοῦ χρυσοτρικλίνου οἱ εὐνοῦχοι πρωτοσπαθάριοι, ὅ τε λογοθέτης [47] τοῦ

VARIÆ LECTIONES.

[46] λοιποῖς ed. [47] ὁ λογοθ. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(68) Atqui rubrica marginalis in M. dat hanc notam, μηνὶ Νοεμορίῳ α' τοῦ Ἀρχιστρατήγου. Sed rectius quod in textu est.

(69) S. Demetrius apud Græcos magno in honore est, et inter martyres militares, seu militum patronos et bellorum præsides et in pugnis adjutores reputatur. V. Cedren. pag. 748. C. Idem quoque p. 744, ait ægros sanari cupidos ad ejus sepulcrum apud Thessalonicam confluxisse. Vid. Heinec. III, 227, et Goar. ad Codin. p. 68, n. 29. E Nostri p. 100 patet, haud procul fano Deiparæ Phari fuisse, et Du Cange ad Alex. p. 259. in extremo angulo Propontidis, e regione Scutari, collocat.

(70) F. ἐπὶ τῇ, ut supra, sed alterum quoque non malum.

δρομου μετὰ καὶ τοῦ πρωτοασηκρήτης καὶ τοῦ πρωτονοταρίου [48], ἐπὶ δὲ τὸ μέρος τοῦ ὡρολογίου οἱ τοῦ χρυσοτρικλίνου. Ἰστέον, ὅτι ἐξιόντων τῶν δεσποτῶν τὰς χαλκᾶς πύλας πρὸς τὸν λαυσιακὸν [49], δέχονται οἱ τοῦ μαγλαβίου [50] καὶ οἱ τοῦ κουβουκλείου ἅπαντες, κἀκεῖθεν δηριγεύουσι τοὺς δεσπότας. Ἰστέον, ὅτι ἔνδον τῶν σκύλων, ἤγουν εἰς τὴν ἄκραν τοῦ Ἰουστινιανοῦ, ἵστανται οἵ τε μάγιστροι καὶ ἀνθύπατοι καὶ οἱ ὀφφικιάλιοι, καὶ τῶν δεσποτῶν διερχομένων, πίπτουσιν ἐπ' ἐδάφους, τούτους προσκυνοῦντες. Οἱ δὲ δεσπόται, καθὼς προείρηται, διέρχονται μέχρι τοῦ Ἁγίου Ἀποστόλου Πέτρου, ὁ δὲ πατριάρχης εἰσέρχεται εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ τῆς εἰωθυίας εὐχῆς τελουμένης, ἀπάρχονται οἱ ψάλται τὸ τροπάριον. Ὁ δὲ πατριάρχης ἐξερχόμενος ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου, βαστάζων τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, ἔρχεται εἰς τὰς βασιλικὰς πύλας τοῦ αὐτοῦ εὐκτηρίου, δηλονότι καὶ τοῦ ὑποδιάκονος [51] (71) βαστάζοντος τὸν λιτανικὸν σταυρόν. Οἱ δὲ δεσπόται λαμβάνουσι παρὰ τῶν πραιποσίτων κηροὺς καὶ διὰ τῆς τρισσῆς, προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσι τῷ Θεῷ, καὶ ἀσπάζονται τό τε Εὐαγγέλιον καὶ τὸν σταυρὸν, θυμιώμενοι ὑπὸ τοῦ διάκονος, καὶ παρακρατούμενος ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ πατριάρχου, ἐξέρχεται ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. Ἰστέον, ὅτι, ἀπὸ μὲν τοῦ Ἁγίου Πέτρου ἐξερχομένης τῆς λιτῆς, λέγουσιν οἱ ψάλται τὸ τροπάριον τοῦ μάρτυρος πρὸς τὸ, « Λαθὼν ἐτέχθης, » ὅπερ ἐποίησε Λέων ὁ σοφώτατος καὶ ἀγαθὸς βασιλεὺς, εἰσερχομένης δὲ τῆς λιτῆς εἰς τὸ χρυσοτρίκλινον, ἀπάρχονται τὸ τροπάριον τῶν ἐγκαινίων, ἤγουν τὸ, « Δόξα σοι, Χριστὲ ὁ Θεὸς, ἀποστόλων καύχημα. » Καὶ διερχόμενος, ὅθεν κἀκεῖσε ἀπῆει, διέρχεται διὰ μέσου τοῦ χρυσοτρικλίνου, καὶ ἐξέρχεται μετὰ τῆς λιτῆς τὰς ἀνατολικὰς πύλας, καὶ οἱ μὲν μάγιστροι καὶ ἀνθύπατοι καὶ πατρίκιοι καὶ ὀφφικιάλιοι ἵστανται ἀντικρὺ τοῦ ναοῦ τοῦ Ἁγίου Δημητρίου, ἤγουν τοῦ ἀριστεροῦ μέρους, οἱ δὲ τοῦ κουβουκλείου κατὰ ἀνατολικὰς τοῦ ἡλιακοῦ, οἱ δὲ δεσπόται μετὰ τοῦ πατριάρχου ἐν τῷ προπυλαίῳ τῆς

riorum, ministros autem triclinii aurei prope horologium adstare. Porro dominos, ex æneis portis ad lausiacum egressos, manclavitæ et cubicularii omnes excipiunt et comitantur. Intra scyla seu in extrema Justinianei triclinii parte magistri, proconsules et officiales adsunt, et transeuntes dominos, procidentes in terram, adorant. Illi autem, ut supra observatum est, ad Sancti Apostoli Petri abeunt, ubi patriarcha sacrarium ingreditur, et post preces solemnes peractas psaltæ troparium incipiunt. Patriarcha deinde ex sacrario, sanctum Evangelium manu tenens, ad portas imperatorias ejusdem oratorii procedit, subdiacono crucem processionalem præferente. Domini cereos a præpositis accipiunt, terque genu flexo, ad Deum precantur, tunc Evangelium et crucem osculantur, et diacono incensante, imperator, patriarchæ innixus, e templo egreditur. Observandum quoque est, pompa a Sancti Petri procedente, cantores troparium martyris, quod Leo, sapientissimus et optimus imperator, composuit, usque ad verba : « Latens natus es ; » ingrediente autem processione triclinium aureum, troparium encæniorum scilicet : « Gratia tibi, Christe Deus, apostolorum gloria, recitare. » Imperator inde, quo abierat, digressus, per medium chrysotriclium pergit et ex orientalibus portis cum processione egreditur, dum interea magistri, proconsules, patricii et officiales e regione templi Sancti Demetrii seu ad sinistram partem, cubicularii vero ad orientales solarii, domini cum patriarcha in atrio templi stant, ac solemnibus encæniorum ritibus peractis, introitus fit. Patriarcha sacrarium intrat, domini per mediam ecclesiam transeuntes, egrediuntur, et in tetrasero, quod ibi est, lectionem Evangelii audituri, adstant. Postea per argenteas macronis seu porticus oblongæ januas progressi, tunicas suas induunt, areumque triclinium ingressi, pro more considerent, 74 et brevi post

VARIÆ LECTIONES.

[48] ἀνοταρίου ed· cf. R. ad p. 24, 23 et 99, 2. [49] τὸ λαυσ. ed. [50] οἱ μαγλ. ed. [51] ὑποδιανόνου et 20, διακόνου ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(71) Nomocanon Cotelerian. n. 115 : Ἐὰν διακων δεσμεύει τὸν ἱερέα, μὴ εἰσακούσεται. Sic paulo post 13, in M. est διάκο, quod διάκονος esse, non διακόνου, ex accentu intelligitur. Nil frequentius hac forma *diacones diaconibus*, in libris ecclesiasticis Græcorum Latinorumque medii ævi. Vid. Du Cange v. *Apaltor* (leg. *Appactor*, conductor pro certa mercede), ubi legitur : *prohibemus clericis et præcipue presbyteris et diaconibus, ne officia vel commercia sæcularia exerceant maxime inhonesta.* Tales formæ perfrequentes in illorum sæculorum monumentis, ut pag. 234, habemus ὅπερες pro *operæ*, κλάδους συνομόθρονας p. 223 (ubi vide notata), pro συνομοθρόνους. P. 235, πούερας pro *pueros*, tanquam a πούερες. Apud Scriptores post Theophan. pag. 226, est ἅποικες pro ἄποικοι. Infra p. 172, φιάλεσι pro φιάλαις tanquam a φίαλες pro φιάλαι. *Domines* (pro *domini*) *et feminæ* est in charta apud Du Cange v. *Acofrare*. Κρισίν, *judicibus*, a nominativo κρῖτες, pro κριταῖς a nom. κριταί, legitur in Anthologia pag. 65 (n. 319, 3), Πέρσες pro Πέρσαι apud Malal. t. II, p. 19. *Buriches* et *mannes* pro *burichi* et *manni* apud Hieronymum, v. Du Cange v. *Burichus, pateres* pro *pateræ*, idem Du Cange v. *Cantharus* e Gestis Innocentii III, *choleres* pro *choleræ*, id est κρασεις, humores, temperamenta. *Daces* pro *Dacæ*, unde *Dacesiani*. Vid. Salmas. ad Scr. Hist. Aug. t. II, p. 398, Vicissim μυριάδαι pro μυριάδες Theophanes habet pag. 339, ἀποσπάδαι Anna Alexiad. p. 450, *lampadæ* pro *lampades* apud Pollionem, ut e vett. libris notavit Salmasius, Ἁρματοῦραι pro *armatores*, qui cum armis saltant. Παιᾶνοι pro παιᾶνες, *laudes et jubili*, Pachymeres lib. II, *Sandalibus* pro *sandaliis* est apud Du Cange h. v. : *More episcopi in sandalibus missam celebret.* Mitto alia innumera hujus generis quæ coacervari possent. Vid. quæ ad p. 224 dico.

missa datur. Convivio autem hoc die patriarcham metropolitas et quoscunque volunt senatores adhibent.

A ἐκκλησίας, καὶ τῆς εἰωθυίας ἀκολουθίας τελεσθείσης, ἤγουν τῶν ἐγκαινίων, γίνεται ἡ εἴσοδος. Καὶ ὁ μὲν πατριάρχης εἰσέρχεται εἰς τὸ θυσιαστήριον, οἱ δὲ δεσπόται, διερχόμενοι μέσον τῆς ἐκκλησίας, ἐξέρχονται καὶ ἵστανται ἐν τῷ ἐκεῖσε τετρασέρῳ (72), ἐκδεχόμενοι τὴν τοῦ Εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν, ἐξερχόμενοι τὰς ἀργυρᾶς τοῦ μάκρωνος πύλας, ἀπαλλάσσουσι τὰς τούτων χλαμύδας, καὶ εἰσερχόμενοι καθέζονται ἐπὶ τοῦ χρυσοτρικλίνου, καθὼς εἴθισται αὐτοῖς, καὶ μετὰ μικρὸν δίδονται μίνσαι. Τῇ αὐτῇ δὲ ἡμέρᾳ συνεστιῶνται τῷ πατριάρχῃ καὶ τοῖς μητροπολίταις καὶ τῇ συγκλήτῳ, οἷς ἂν κελεύσωσιν.

CAPUT XXII.

Observanda in festo et processione Exaltationis venerandæ crucis.

I. Cubicularii, patricii et domestici cæterique proceres omnes in scaramangiis ad spatharicium hora nona seu decima noctis abeunt, cujus porta, dum imperator processurus est, aperitur, et præfecti cubiculo, sua saga gestantes, intrant, imperatorem adoraturi, qui, ipsis comitantibus, progreditur. Tunc patricii cum domesticis extra spatharicii portam eum excipiunt, ministri, adoratione facta, ipsum præcedunt, et sic a cubicularis et ministris suis stipatus, per magnauram et superiores ejus porticus transit, perque scalam ligneam ad Magnæ Ecclesiæ catechumena descendit, ubi, cereis accensis et precatus, in dextro latere assidet. Deinde cubiculo præfecti et cæteri cubicularii tantum camisia sua, patricii tunicas processionales mutant, patriarcha a præposito, mandato ab imperatore dato, arcessitur, et postquam paululum cum imperatore consedit, ad parvum secretum, ubi venerandum lignum repositum est, imperatorem excepturus, discedit. Postquam autem concio populi: «Gloria in excelsis Deo,» incepit, imperator a cubiculo stipatus, ad veneraudorum lignorum ad-

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τῆς Ὑψώσεως τῶν τιμίων ξύλων (73).

Α'. Προέρχονται οἱ τοῦ κουβουκλείου, πατρίκιοί τε καὶ δομέστικοι καὶ οἱ λοιποὶ ἅπαντες ἄρχοντες ἀπὸ σκαραμαγγίων ἐν τῷ σπαθαρικίῳ ὥραν ἐννάτην ἢ B καὶ δεκάτην νυκτός (74)· καὶ μέλλοντος τοῦ βασιλέως ἐξέρχεσθαι, ἀνοίγεται ἡ πύλη τοῦ σπαθαρικίου, καὶ τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου εἰσελθόντων καὶ τὰ σαγία αὐτῶν φορούντων, προσκυνοῦσι τὸν βασιλέα· ὁ δὲ βασιλεὺς, δηριγευόμενος ὑπ' αὐτῶν, ἐξέρχεται. Οἱ δὲ πατρίκιοι ἅμα τῶν δομεστίκων ἐκδέχονται τὸν βασιλέα ἔξω τῆς πύλης τοῦ σπαθαρικίου, ὡσαύτως καὶ οἱ βασιλικοὶ προσκυνήσαντες διέρχονται ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως· ὁ δὲ βασιλεὺς δηριγευόμενος ὑπό τε τοῦ κουβουκλείου καὶ τῶν βασιλικῶν, διέρχεται διά τῆς μανναύρας (75) καὶ τῶν ἀνωτέρων αὐτῆς διαβατικῶν, καὶ διὰ τῆς ξυλίνης σκάλας ἀνελθών, εἰσέρχεται ἐν τοῖς κατηχουμενίοις τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας, εἶθ' οὕτως ἅψας κηροὺς καὶ εὐξάμενος, πρακύπτει ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσιν. Ἔπειτα ἀλλάσσουσιν οἱ τοῦ κουβουκλείου ἄρχοντες, οἱ δὲ κουβικουλάριοι τὰ καμίσια αὐτῶν καὶ μόνον, οἱ δὲ πατρίκιο C χλανίτια λιτὰ, εἶτα κελεύει ὁ βασιλεὺς τῷ πραιποσίτῳ, καὶ προσκαλεῖται ὁ πατριάρχης· καὶ ὀλίγον μετὰ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(72) Videtur idem eum τετραθύρῳ vel τετραπόρτῳ fuisse.

(73) De origine festi Exaltationis crucis vide Sigon. de Regn. Ital. p. 36, (39) qui ad annum 629 refert. Ipse tamen ritus cruces in ecclesiis et plateis manibus elevandi et in pulpito aut altari depangendi, populis spectandas et adorandas multo antiquior (*a*), et ut pleraque rituum Christianorum aut a Judæis aut a gentilibus promanarunt, sic aut ab Ithyphallis, quos Athenienses circumgestasse in suis sacris, ex Aristophane et aliis notum est, aut ab agyrtis illis Cybeles repetendus est, qui palma in triviis collocata ex ea deæ suæ imaginem dependentem superstitiosis monstrabant, miracula ejus D credulis jactabant, et stiptem ab ipsis corradebant. Id est, quod Arrianus φοίνικα ἱστάνειν, Aristides φοίνικα περικομίζειν appellat. Et hi sunt illi dendrophori inscriptionum, de quibus multum disputatum fuit, et de quibus v. Salmas, ad Script. II. Aug. t. I, p. 729. Ut olim ævo medio reges in urbem venientes oblatis thuribulis et crucibus et hymnis cantatis excipiebant, ita narrante Athenæo p. 253, Demetrium Poliorcetam Athenas venientem Ioves Athenienses ἐδέχοντο οὐ μόνον θυμιῶντες καὶ στεφανοῦντες καὶ σπονδοῦντες, ἀλλὰ καὶ προσῴδια καὶ χοροὶ καὶ ἰθύφαλλοι μετ' ὀργήσεως καὶ ᾠδῆς ἀπήντων αὐτῷ. Nequeunt omnino idololatriæ radices ex hominis animo evelli; mutatis tantum objectis ludit semper eadem. Sed hoc non est hujus loci. Incidit hoc festum Exaltationis crucis in 14 Septembr., unde Melitensibus hic mensis *mensis crucis* appellatur, teste Agio de Soldanis in grammatica linguæ Punicæ seu Melitensis p. 110, Conf. Goar. ad Codin. p. 111.

(74) Id est hora quarta aut quinta matutina, secundum nostrum computum. Vid. Cedren. pag. 495; Theophanes p. 402, memorat horam noctis quartam ante mediam noctem. Sunt et aliæ apud eum notæ, e quibus intelligitur, Græcos ab initio noctis horas usque ad 12, et diei pariter ab ejus initio computasse.

(75) Erat *Magnaura*, vel magna aula, palatium spatiosum et splendidum, quod præcipue admittendis ibi legatis exteris et celebrandis nuptiis destinatum erat. In eo quoque recitabat imperator suas orationes in Silentiis. *[In Magnaura magnos duces excipere solebat imperator. Vid. Constantini vit. Basil. Maced. c. 53. Leo in Magnaura et XIX, Accubitis nuptias celebrat. Georg. Monach. p. 574. Legati Saracenorum a Leone in Magnaura excipiuntur. Script. post Theophan. pag. 231. Basilius tam in Magnaura, quam in Circo pro tribunali sedet. Glycas pag. 295. De magnaura optime Du Fresne ad Zonar. pag. 54.]* et CPli Christ. II, p. 117 seqq. De etymologia certum est. Græci enim sæpe λ et ρ permutant, ut recte observavit Luitprandus Hist. VI, 2. Ita quod alibi ἀνεμοδούλιον audit, offendo apud Codin. Lambec. p. 91, ἀνεμοδούριον dictum. In hoc ipso codice p. 380, habemus ἀρεύριον pro ἀλεύριον, *farina*, φραγέλιον pro *flagellum*, p. 410, κενοφλώριον est apud Cedren, pro καινοφρούριον, *novum castrum*. Alibi Τίρμισσος et Τέλμισσος promiscue, et κόρφας pro

(a) Cave. Lutheranum.

τοῦ βασιλέως καθεσθεὶς ἐξέρχεται, καὶ ἄπεισιν ἐν τῷ μικρῷ σεκρέτῳ, ἔνθα πρόκεινται τὰ τίμια ξύλα, ἐκδεχόμενος τὸν βασιλέα. Ἀρχομένης δὲ τῆς ἐκκλησίας τὸ, « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, » ἀπέρχεται ὁ βασιλεὺς, δηριγευόμενος ὑπὸ τοῦ κουβουκλείου εἰς προσκύνησιν τῶν τιμίων ξύλων, καὶ προσκυνήσας τὰ τίμια ξύλα, ἐξέρχεται ἐν τῷ μεγάλῳ σεκρέτῳ, καὶ ἐπιδίδωσιν αὐτῷ ὁ πατριάρχης κηρίον λιτανίκιον [52] (76) ἄνευ φιαλίου. Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ σεκρέτῳ δέχονται τὸν βασιλέα οἱ πατρίκιοι ἅμα τῇ συγκλήτῳ, βαστάζοντες κηρία ἄνευ φιαλίων, οὐ πίπτουσι δὲ· εἶτα ὁ βασιλεὺς μετὰ τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου καὶ πατρικίων καὶ πάσης τῆς συγκλήτου, ὀψικούων τὰ τίμια ξύλα, κατέρχεται διὰ τοῦ μεγάλου κοχλιοῦ, καὶ ἐκκλίνας τὸ εὐώνυμον μέρος, διέρχεται διὰ τοῦ διδασκαλείου, ἔνθα ἐπιγέγραπται τὰ πασχάλια (77), καὶ τὰ βάθρα

A orationem abit, qua peracta, patriarcha cereum processionalem sine phiala ipsi tradit. In eodem secreto patricii cum senatu, cereos sine phialis gestantes, imperatorem, non prona tamen in terra facie, excipiunt. Is deinde cum præfectis cubiculi, patriciis et universo senatu veneranda ligna sequens, per magnam cochleam descendit, et ad sinistram inclinans, per didascalium, ubi cycli paschales scribuntur, digreditur, et postquam per scalam descendit, magnam narthecis portam ingreditur, cum vero ad imperatorias portas pervenit, subsistit, cereum, 75 quem tenuerat, præposito reddens, aliosque ab eo accipit, et precatus eos præposito, hic cerimoniario rursus tradit. Deinde B iterum processionalem suum a præposito sumit, et sacro Evangelio adorato, cum patriarcha per

VARIÆ LECTIONES.

[52] λιτανίκην cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

κόλπος, *sinus*. Apud Annam Comnenam p. 76, πληστήρ est (si recte habet et typothetis imputari non debet) pro πρηστὴρ; *algalia* pro *algaria*, ἐργαλεῖα est apud Matth. Silvaticum. Vid. Du Cange Gloss. Lat. h. v. *Almarium* pro *armarium*, βάλκα Nicetæ pro βάρκα, βούρκαν, (quod etiam Arabes assumpserunt, *al Borcan*, unde tandem in Franciam manavit *Oracan*), crater montis ardentis, pro *Vulcano*, nisi forte a *vorago* sit repetendum. (Vid. Du Cange Gloss. Lat. v. *Burca*.) *Calbasius* pro *carbasius*, v. ibid. h. v., *cervinaria* pro *cella vinaria*, *archimia* pro *alchimia* (quod est ab Arabico articulo *al*., ὁ, ἡ, τό et χυμεία χυμεύειν), *clamasterii* pro κρεμαστῆρες, *durus* pro *dulus*, servus, *duraria*. C ancilla, *palergium* pro *parergium*, παλμουλάριος apud M. Antonin. Phil. I. 1, pro *parmularius*, ubi vid. not. Gatakeri alia exempla hujus permutationis afferentis, *floccus* pro *froccus*, quæ est vox originis Arabicæ, *faruca*, unde notum illud, *perruque*, venit. A *frocco* videtur Germanicum *Rock* natum. Scribebamus enim olim *Wrock*. Sed a longo jam tempore assuevimus illud *w* et *v* initiale omittere, quod Sueci et Angli retinuerunt. *Malina* pro *marina*, accessus maris, nisi malis ab Arabico *plenitudo* derivare, ut oppositum ejus *Ledo*, decrementum, recessus maris, procul dubio est ab Arabico *'lhetto* decrementum, imminutio, humiliatio, Ἀρτῆρες Artemidorus l. 57 p. 48, antep. pro ἀλτῆρες. Idem p. 56, 28, στεργίδες pro στελγίδες. Utroque enim modo scribitur Ξύστρα ibi sunt non *strigiles*, sed *Bürsten*, defrictoria e setis porcinis ad fricandam cutim et detergendas e vestibus sordes. Agnellus pontifical. p. 108, t. II, Murator. *Vascula mirifice anagripha* D *operatione* pro *anaglypha*. Supra vidimus βρύειν pro βλύειν, *scaturire*. Mos ρ et λ permutandi antiquus est. Probant quæ Artemidorus p. 12, *de camelo* somniat. De horto Magnauræ vid. Constant. vit. Basil. p. 208. In Magnaura condebat Bardas, Michaelis Ebriosi avunculus, academiam sub directione Leonis philosophi. Contin. Theophan. p. 117 et 119. Contiguam palatio magno, seu Constantiniano, fuisse Magnauram e multis patet locis hujus codicis, et inter alios ex hoc, ubi Magnaura inter palatium et S. Sophiam media ponitur.

(76) Ita nempe est in codice pro λιτανίκιον. *Cereus* autem *processionalis absque phiala* est, cui deest phiala, seu lamina lata cum parvo stylo vel scapo, quo rectus tenetur cercus, et in quam laminam defluunt, quæ a cereo deliquescunt et ejus sordes. Contrarii sunt τὰ ὀποφιάλα κηρία, p. 93, cerei cum suppositis patellis pro excipiendis cereorum lacrymis et sordibus. Ratio appellationis a phiala, quæ est lacus fonti salienti excipiendo suppositus, repetenda. Ut enim hic aquam a siphone projectam recipit, ita phiala seu patella orbicularis cereo supposita ceræ lacrymas defluentes excipit. De tali phiala cereum sustinente accipio verba Anastasii in Sylvestro papa, apud Du Cange Gloss. Lat. v. *Phiala*: *In medio fontis columna porphyretica, quæ portat phialam auream, ubi candela est aureo purissimo*, etc. Habebant autem Græci pro variis usibus varios cereos, ut processionales, et alios τῆς προσευχῆς. Vid. p. 75, nostri codicis et hujus paginæ sub finem, ubi imperator cereum processionalem præposito reddere, et ab eo vicissim cereum accipere dicitur, quicum preces faciat, et rursus resumere processionalem et cum eo sanctum Evangelium adorare.

(77) Didascaleum fuisse ante narthecem, patet ex hoc loco. Puto itaque locum fuisse, ubi catechumeni doctrina christiana imbuti fuerunt, quod ante vel in narthece fiebat. Διδάσκειν interdum notat *catechisare*, interdum *sermones sacros ad populum facere*, ut constat e Glossario Gr. Du Cangii h. voce. Videtur ibi tabula cum cyclo paschali exposita fuisse. Et forte de hac tabula accipienda sunt perobscura illa Luitprandi verba Legat. p. 480 : *Armiger hujus* (nempe Nicephori) *sagitta calamo immissa aeram in ecclesia ponit, quæ prosequitur, quo nimirum tempore imperare cœperit*. Alias quoque διδάσκειν est *sacras orationes recitare*, διδάσκαλος *sacer orator*. Adeoque posset διδασκαλεῖον locus esse, ubi stat ambo, e quo sacer orator populum docet, et διδασκαλίας, doctrinas suas, seu sacras orationes recitat. Conf. Theophan. p. 75. Sed hic loci nequit esse, quia ambo in medio Nao stabat. De didascalo Evangeliorum et epistolarum vid. Du Cange ad Cinnam, p. 460· "[In cereo Paschali annotari olim solebant anni a Christi incarnatione. Mabillon. Comm. in Ord. Rom. p. 191, v. Moleon. Voyage Liturgique.]" V. Du Cange Gloss. Lat. v. *Cereus paschalis*, ubi ait: « Cereo paschali affigi solet *titulus* seu *tabella*, quam paschalem vocant, in qua *præcentor inscribit, quotus annus sit Dominicæ incarnationis, quota indictio, concurrens, et epactæ, item circulus lunæ, terminus Paschæ, littera Dominicalis, dies Dominicus Paschæ, luna ipsius diei, et aureus numerus, Pontificante N. Papa, et quot anni sunt ejus Pontificatus, regnante illustrissimo rege Francorum, et quot anni sunt regni ejus et a Nativitate ejusdem.* » Habet ibidem e veteribus chartis titulum cerei paschalis capellæ regis Parisinæ scriptum anno Domini MCCCXXVII. Titulus hic in Ecclesia Latina una cum cereo paschali stabat ante Lectorium. Secus in Ecclesia Græca.

medium templum abit dextramque ambonis partem per soleam ingreditur, patriciis interim in solea stantibus suosque cereos gestantibus.

A κατελθών, εἰσέρχεται διὰ τῆς μεγάλης πύλης τοῦ νάρθηκος, καὶ τὰς βασιλικὰς πύλας καταλαβών, ἵσταται, ἐπιδοὺς τῷ πραιποσίτῳ κηρίον, ὅπερ κατέχει, καὶ ἕτερα παρ' αὐτοῦ λαβὼν καὶ εὐξάμενος, ἐπιδίδωσιν αὐτὰ τῷ πραιποσίτῳ, ὁ δὲ πραιπόσιπος τῷ τῆς καταστάσιως. Ἔπειτα λαμβάνει τὸ λιτανίκιον αὐτοῦ πάλιν παρὰ τοῦ πραιποσίτου, καὶ προσκυνήσας τὸ ἄχραντον Εὐαγγέλιον, διέρχεται μετὰ τοῦ πατριάρχου μέσον τοῦ ναοῦ, καὶ ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τοῦ ἄμβώνος εἰσέρχεται διὰ τῆς σωλέας, τῶν πατρικίων ἑστώτων εἰς τὴν σωλέαν, καὶ βασταζόντων τὰ αὐτῶν κηρία.

II. Imperator autem ad sacras januas constitutus, cereum suum præposito tradit aliosque ab eo sumit, et post preces ipsi reddit : sacrarium ingressus, veneranda ligna adorat, deinde per soleam reversus, gradum tertium aut quartum quoque ambonis ascendit, et ibi, cereum tenens, subsistit : cubiculo præfecti in solea coram imperatore, eunuchi protospatharii in sinistro ambonis latere in scamno, manclavitæ pone eos in sinistra parte ambonis subsistunt, quoniam nemo coram imperatore prodire potest. Patriarcha cum venerandis lignis ambonem ingresso, imperator cereum suum processionalem præposito tradit, et aliis supplicationis acceptis, cum ipsis subsistit, donec exaltatio crucis in quatuor ambonis lateribus facta est. Postea cereis præposito redditis ambo, imperator et patriarcha, per soleam digressi, sacrarium intrant, venerandis lignis ibi expositis, et postquam precatus imperator est lignumque venerandum adoravit, per sacrarii obliquitatem egreditur, eumque patriarcha usque ad sacrum fontem ducit. Ubi postquam se invicem osculati sunt, imperator cum processione per parvam portam chalces, ubi factio Prasina, imperatorem usque dum transiit signans, nec quidquam præterea faciens, adest, ingreditur. Ingressum in chalcen Venetorum factio in dextro triclinii latere excipit, eodemque, quo Prasini modo signat. Per scholas deinde et excubias digressus, per consistorium abit, ubi senatus adstat, imperatori : « In multa bonaque tempora, » acclamans : per onopoden transeuntem cerimoniarius cum silentiariis, fausta precaturis, excipit, quod idem patricii in steno faciunt. Postremo per augusteum palatium ingreditur, ubi omnes proceres mutatorias deponunt, et in scaramangiis manent. 76 Processio autem nulla eo die ad palatium instituitur.

B Β'. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν ἑστὼς, ἐπισίδωσι τῷ πραιποσίτῳ τὸ ἴδιον κηρίον, καὶ ἕτερα παρ' αὐτοῦ λαβὼν καὶ εὐξάμενος, ἐπιδίδωσιν αὐτὰ αὐτῷ, καὶ εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσελθὼν, καὶ τὰ τίμια ξύλα προσκυνήσας, ἐξερχεται, εἶθ' οὕτως ὑπόστρεψας διὰ τῆς σωλέας, ἀνέρχεται τρίτον βάθρον τοῦ ἄμβωνος ἢ καὶ τέταρτον, καὶ ἵσταται ἐκεῖσε, κρατῶν τὸ κηρίον· οἱ δὲ τοῦ κουβουκλείου ἄρχοντες ἵστανται ἐν τῇ σωλέᾳ ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, οἱ δὲ εὐνοῦχοι πρωτοσπαθάριοι ἐξ εὐωνύμου τοῦ ἄμβωνος εἰς τὸ σκάμνον, οἱ δὲ τοῦ μαγλαβίου ὀπισω τῶν εὐνούχων πρωτοσπαθαρίων, ἴσον τοῦ ἀριστέρου μέρους τοῦ ἄμβωνος, διὰ τὸ μὴ διοδεύειν τινὰ ἐνώπιον τοῦ βασιλέως. Τοῦ δὲ πατριάρχου ἀνελθόντος μετὰ τῶν τιμίων ξύλων εἰς τὸν ἄμβωνα, ἐπιδίδωσιν ὁ βασιλεὺς τὸ λιτανίκιον αὐτοῦ κηρίον τῷ πραιποσίτῳ, καὶ λαβὼν ἕτερα τῆς προσευχῆς, ἵσταται μετ' αὐτῶν, ἕως ἂν ὑψώσῃ ἐν τοῖς τέσσαρσι μέρεσι τοῦ ἄμβωνος. Εἶτα ἐπιδοὺς ὁ βασιλεὺς τοὺς κηροὺς τῷ πραιποσίτῳ, κατέρχονται ἀμφότεροι διὰ τῆς σωλέας, ὅ τε βασιλεὺς C καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ εἰσέρχονται εἰς τὸ θυσιαστήριον, προτιθεμήνων τῶν τιμίων ξύλων, καὶ τοῦ βασιλέως εὐξαμένου καὶ προσκυνήσαντος τὰ τίμια ξύλα, ἐξέρχεται διὰ τοῦ πλαγίου τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ διασώζει αὐτὸν ὁ πατριάρχης μέχρι τοῦ ἁγίου φρέατος. Κἀκεῖσε ἀλλήλους ἀσπασάμενοι, ὁ μὲν βασιλεὺς μετὰ τῆς προελεύσεως εἰσέρχεται διὰ τῆς μικρᾶς πύλης τῆς χαλκῆς, ἐν ᾗ ἵσταται μέρος τῶν Πρασίνων καὶ κατασφραγίζει τὸν βασιλέα, ἕως ἂν διέλθῃ, καὶ οὐδὲν ἕτερον ποιεῖ. Τοῦ δὲ [53] βασιλέως εἰσελθόντος εἰς τὴν χαλκῆν, δέχεται αὐτὸν μέρος τῶν Βενέτων ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τοῦ τρικλίνου (78), καὶ κατασφραγίζει τὸν βασιλέα, ὃν τρόπον καὶ οἱ Πράσινοι· τὰς δὲ ὀχολὰς καὶ τὰ ἐκσκούβιτα διελθὼν, ἀπέρχεται διὰ τοῦ κονσιστωρίου, καὶ μένει ἡ σύγκλητος ἐκεῖσε, ὑπερD ευχομένη τὸν βασιλέα· « Εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους, » διελθόντα δὲ τὸν ὀνόποδα, δέχεται αὐτὸν ὁ τῆς καταστάσεως μετὰ τῶν σιλεντιαρίων, καὶ αὐτοὶ ὑπερευχόμενοι τὸν βασιλέα, οἱ δὲ πατρίκιοι εἰς τὸ στενὸν καὶ αὐτοὶ ὁμοίως ποιοῦσι. Καὶ διελθὼν διὰ τοῦ αὐγουστέως εἰσέρχεται εἰς τὸ παλάτιον, καὶ εὐθέως ἀπαλλάσσουσιν οἱ ἄρχοντες πάντες [54], καὶ μένουσιν ἀπὸ σκαραμαγγίων. Χρὴ δὲ [55] εἰδέναι, ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ προέλευσις οὐκ εἰσέρχεται.

CAPUT XXIII.

Observanda in festo die et processione sacræ Christi, Dei nostri, Nativitatis secundum carnem.

I. Procedunt omnes in mutatoriis ad hemicyclum apsidis, patricii, cubicularii et supremis muneri-

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν κατὰ σάρκα Γεννήσεως.

Α'. Προέρχονται ἅπαντες ἠλλαγμένοι ἐν τῷ ἡμικυκλίῳ τῆς ἀψίδος, φοροῦντες οἱ πατρίκιοι καὶ οἱ

VARIÆ LECTIONES.

[43] δὲ om. ed. [54] πάντες om. ed. [55] δὲ om. cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(78) Hunc locum sanum esse non spondeo.

τοῦ κουβουκλείου καὶ οἱ τὰ πρῶτα ὀφφίκια κατέχοντες χλανίδια, οἱ μὲν τύρεα (79) καὶ μηλινοκάθρυπτα, ὁμοίως καὶ οἱ τοῦ κουβουκλείου τύρεα, οἱ δὲ ταῶνας (80) κογχευτούς, ἕτεροι δὲ μαρζαύλια· καθυπουργοῦσι δὲ οἱ αὐτοὶ μετὰ τῶν αὐτῶν χλανιδίων μέχρι τῆς πρὸ μιᾶς ἡμερῶν παραμονῆς τῶν φώτων. Τοῦ δὲ παλατίου ἀνοίξαντος, οἵ τε πατρίκιοι καὶ στρατηγοὶ καὶ οἱ τοῦ κουβουκλείου εἰσέρχονται εἰς τὸ ἡμικύκλιον τῆς ἀψίδος, ὡσαύτως λαὶ οἱ ἐξ ἔθους εἰσερχόμενοι. καὶ πάντων ἐν τῷ παλατίῳ εἰσελθόντων, οἱ μέν πατρίκιοι ἅμα τῶν στρατηγῶν τε καὶ δομεστίκων δέχονται τὸν βασιλέα ἐν τῷ ἡμικυκλίῳ τῆς ἀψίδος, ἤγουν τοῦ ὁρικόγχου· οἱ δὲ τοῦ κουβουκλείου ἅπαντες εἰσερχόμενοι διὰ τῶν διαβατικῶν τῶν Ἁγίων μ'. Κἀκεῖθεν δηριγευόμενος ὑπ' αὐτῶν ὁ βασιλεὺς διέρχεται διὰ τῆς δάφνης εἰς τὴν Ἁγίαν Τριάδα, κἀκεῖσε κηροὺς ἅψας, ἐξέρχεται διὰ τῆς πλαγίας τοῦ βήματος καὶ εἰσέρχεται, ἔνθα τὰ λείψανα τῶν ἁγίων ἀπόκεινται, ἅπτων ἐκεῖσε κηροὺς, ὡσαύτως ἅπτει κηροὺς καὶ εἰς τὸν βαπτιστῆρα ἔξω

bus præfecti, tunicas, Tyrias illi quidem et laneas, cubicularii Tyrias, hi pavonibus conchisque pictas, alii marzaulia gestantes: ministrant vero suis in tunicis ad eum diem, qui vigiliam festi luminum præcedit. Palatio aperto, patricii, strategi et cubicularii, cum cæteris qui ingredi solent, hemicyclum apsidis ingrediuntur, quo facto, patricii cum strategis et domesticis imperatorem in hemicyclo apsidis seu triconcho excipiunt. Cubicularii omnes per porticus Quadraginta Sanctorum intrant, unde ab iis stipatus imperator per daphnem ad S. Trinitatis abit, ubi cum cereis ardentibus per obliquitatem bematis exit, et locum ubi sanctorum reliquiæ repositæ sunt petit, et ibi, æque ac in exteriori parte baptisterii, in crucibus cereos accendit. Digressus deinde per augusteum ad S. Stephani abit, ubi cum cereis accensis precatus, cubiculum suum, tempus exspectaturus, intrat. Magister cerimoniarum venit, et horam imminere præposito, is imperatori indicat, qui e suo cubiculo egreditur,

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(79) Videntur vestes sericæ purpureæ fuisse; quales apud Tyrum et Berytum fabreliebant, ἱμάτια ἐκ μετάξης ἐν Βηρυτῷ καὶ Τύρῳ, πόλεσι ταῖς ἐπὶ Φοινίκης, ἐργάζεσθαι ἐκ παλαιοῦ εἰωθόσι, ut ait Procop. Anecdot. p. 111, vid. Du Cange Gl. Lat. v. *Tyrium*, ubi exponit *purpura Tyria, aut pannus purpureus*. Ut autem Græci sericas vestes a Tyro tyreas, ita vicissim nostrates a vicina illi urbe Sidone, quam medio ævo *Saidam, Sagedam, Sagittam* dicebant, *seidam, setam* dixerunt: vid. Du Cange v. *Seta*. Veteres quoque *Sidonias chlamydes* pro purpureis sericis usurpabant. Virgil.:

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo

Hinc corrigo locum Trebellii Pollionis in Zenobia t. II Scr. Hist. Aug. p. 328: *post Odenatum maritum imperiali sagulo perfusa per humeros, habitu* [id est veste] *Sidonis ornata*; nisi quis malit *perfusa per humeros, Arabiæ donis* [id est unionibus, qui in littore Arabico ab Arabibus capiuntur] *ornata*, Quid autem fuerint μηλινοκάθρυπτα, non novi. Id quidem video, inesse voci τὸ μηλινόν, *colorem luteum*, vel *flavum*, qualis est pomorum. Vid. Salmas, ad Scr. II Aug. t. II, p. 563, et Du Cange Gloss. Lat. v. *Melinas*. Intelligo quoque ex ejusdem Gl. Gr. v. καθρεύτης et καθρέπτης, novos Græcos pro κάτοπτρα efferre κάθρυπτα. Quid autem deinceps tota hæc compositio significet, non assequor. Forte fuerunt vestes flavæ, citrini aut pomacei coloris, um intextis rotundis, quadratis, rhomboideis, aliusve figuræ tessulis, quæ κάθρυπτα, *specula*, a figura dicta fuerint. Vide supra not. 92. col. 000.

(80) *Pavones*, id est vestes cum intextis pavonum imaginibus. * [In usu tum erant vestes animalibus intextæ. Alteserr. ad Anastas. p. 143, ubi Anastasius memorat *velum Alexandrinum habens phasianos duodecim*. Magni ducis vestem leonibus signatam, capitis ornamentum, cingulum, vid apud Nicephor, Gregor. Vestis χρυσοῖς πέρδιξι πεποικιλμένη est apud Contin. Constant. p. 128.]* De vestibus cum intextis animalium figuris vid. Vales. ad Ammian. Marcell. p. 26, et Salmas. ad Histor. Aug. t. II, p. 300, ubi ζωδιωτάς scribit appellatas fuisse vestes tam animalium, quam aliarum rerum imaginibus insignes, item *sigillatas*, sigillis nempe, hoc est imaginibus, decoratas. Anastasius passim memorat vestes *de stauraci*, id est quibus intextæ cruces. Ita p. 127 ait: *Fecit vestem de stauraci cum cruce et gammadiis simul et paratrapelis suis*, id est curavit fieri endytam, eamque aræ donavit, cui intexta erat mediæ magna crux, et per totum pannum cruces parvæ, *gammadia de quadruplo* dictæ. Nam unam crucem quatuor V ad rectos angulos oppositæ efficiunt, quemadmodum in nummis Francicis quatuor L initiales nominis Ludovici $\frac{\text{JL}}{\text{JL}}$. Passim occurrunt in imaginibus S. Chrysostomi, Gregorii Nazianz. et aliorum tales *vestes de stauraci cum gammadiis de quadruplo*. Vid. e. c. fig. IX, dissertationi Cangianæ de nummis Byzant. præmissarum. Idem Anastasius de Paschali I: *fecit vestem de staurace habentem pavones et obtulit vestem chrysoclavam ex auro gemmisque confectam habentem historiam virginum cum facibus accensis mirifice comptam*. In Leone IV, memorat *velum acupictile habens effigiem hominis sedentis super pavonem unum*. Chronicon Casinense passim recenset pallia cum elephantis, signis duodecim mensium, aquilis, leonibus, et alibi occurrunt intextæ imagines unicornuum, caballorum, avium, gryphorum, anatum, arborum, etc. Verba sunt Angeli de Nuce ad Chr. Cas. p. 328. Verum suntne *pavones* potius vestes de pennis pavonum consutæ, aut de pennis aliarum quoque avium sic factæ, ut pavonum caudam imitentur? Non putem, quamvis non nesciam, eo tempore tales vestes fuisse gestatas, de quibus agit Murator. Ant. Ital. t. II, diss. XXV, quæ agit de textrina medii ævi, ubi multa quoque de more figuras vestibus intexendi. Quibus addi quoque potest locus insignis monachi Sangallensis, ubi proceres Italiæ ad Carolum M. apud Forum Julii agentem convenisse, et, quia feriatus dies esset, ἠλλαγμένους processisse ait hoc modo: *Cæteri, utpote feriatis diebus, et qui modo de Papia venissent, ad quam nuper Venetici de transmarinis partibus omnes orientalium divitias advectassent, Phœnicum pellibus avium* [videtur tergora plumata phœnicopteris seu papagiis aut etiam corvis indicis detracta significare] *et pavonum collis cum tergo et clunis* [id est *clunibus*] *mox florescere* [hoc est ardere, variosque vibrare colores] *incipientibus, Tyria purpura, vel diacedrina litra* [hoc est lutra, vel pelle lutrina, quæ induta esset panno serico dicitrino seu galbineo], *alii de lodicibus* [videtur byssum candidam velle], *quidam de gliribus* [hoc est muribus Ponticis vel hermelinis] *circumamicti procedebant*. Pavonum pennis olim confectum fuisse diadema pontificis Romani ait Guibertus apud Murator. t. III Script. Rer. Italic. p. 648:

tunica sua a vestitoribus indutus, iisque egressis, a præposito coronatur, perque augusteum ad stenum abit, protospathariis barbatis extra portam in latere sinistro intra velum stantibus, ubi imperator cum præfectis cubiculo constitutus, præposito, præpositus ostiario signum in velo inferiori dat, tunc patricii stenum cum strategis intrant, et imperatorem adorant : præpositus, accepto ab eo signo, dicit : « Jubete. »

A εἰς τοὺς σταυρούς. Διοδεύων δὲ διὰ τοῦ αὐγουστέως, εἰσέρχεται εἰς τόν Ἅγιον[56] Στέφανον, ἅψας δὲ κἀκεῖσε κηροὺς καὶ εὐξάμενος, ἐξέρχεται, καὶ εἰσέρχεται ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ, ἐκδεχόμενος τὸν καιρόν. Τοῦ δὲ τῆς καταστάσεως εἰσελθόντος καὶ ἐνέγκαντος ἀπόκρισιν (81) τῷ πραιποσίτῳ, ὅτι ἤγγικεν ἡ ὥρα, εἰσέρχεται ὁ πραιπόσιτος, καὶ λέγει τῷ βασιλεῖ, καὶ ἐξέρχεται ἀπὸ κοιτῶνος αὐτοῦ, καὶ τὴν χλανίδα αὐτοῦ περιβαλλόμενος διὰ τῶν βεστητόριων, καὶ ἐξελθόντων αὐτῶν, στέφεται ὑπὸ τοῦ πραιποσίτου καὶ ἐξέρχεται διὰ τοῦ αὐγουστέως εἰς τὸ στενὸν, ἑστώτων πρωτοσπαθαρίων βαρβάτων ἔξω τῆς πύλης ἐξ εὐωνύμων εἰς τὸ βῆλον, καὶ τοῦ βασιλέως ἐκεῖσε μετὰ τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου στάντος, νεύει τῷ πραιποσίτῳ, ὁ δὲ πραιπόσιτος δίδωσι νεῦμα τῷ ὀστιαρίῳ εἰς τὸ βῆλον κάτω, καὶ εἰσέρχονται οἱ πατρίκιοι εἰς τὸ στενὸν μετὰ τῶν στρατηγῶν, καὶ προσκυνοῦσι τὸν βασιλέα, καὶ λαβὼν νεῦμα ὁ πραιπόσιτος παρὰ τοῦ βασιλέως, λέγει· » Κελεύσατε. »

II. Sic imperator a cubiculo, patriciis et strategis stipatur, vestitores crucem præferentes, coram patriciis et senatu in tota processione transeunt. 77 Imperatorem per pulpiti portam seu ad onopodium progressum et ibi stantem, rursus patricii cæterique prono in terram vultu adorant. adest quoque cerimoniarius, cui præpositus, accepto ab imperatore signo, annuit, dicens : Jubete, » et omnes ad consistorium abeunt, et imperatorem, sub camelaucio in porphyretico lapide constitutum, una cum senatu universo adorant, silentiario quoque ante portam stante. Deinde rursus imperator præposito, præpositus silentiario signum dat qui dicit : « Jubete. » Imperatoria vero arma gestantes spatharii post barbatos protospatharios sic in unaquaque processione prodeunt, perque excubias omnes procedunt. Ante tres consistorii portas clerus Domini cum cruce et suffimentis stat ; imperator, ut in solemnibus pompis ipsi mos est, cruce adorata, a senatu et ministris secundum ordinem ac receptum morem utrinque stipatus, ante magnam crucem transit. Dum vero ad magnam excubitorum portam digressurus est, si quis scribo provomendus est, eum, imperatore in medio portæ constituto, domesticus excubitorum et cerimoniarum magister, scribonem comitantes, adducunt. Cui imperator acceptam a præposito virgam tradit, is eam tenens abit, et in ordine suo stat. Deinde imperator e magno pulpito descendens, scholas

B Β'. Εἶθ' οὕτως διηριγεύεται ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τε τοῦ κουβουκλείου, πατρικίων τε καὶ στρατηγῶν, ὡσαύτως καὶ οἱ βεστήτορες, βαστάζοντες τὸν σταυρὸν, διέρχονται ἐνώπιον τῶν πατρικίων καὶ τῆς συγκλήτου δι' ὅλης τῆς προελεύσεως· τοῦ δὲ βασιλέως ἐξελθόντος τὴν τοῦ πουλπίτου πύλην, ἤγουν εἰς τὸν ὀνόποδα, καὶ στάντος αὐτοῦ ἐκεῖσε, αὖθις πεσόντες οἱ πατρίκιοι καὶ οἱ λοιποὶ, ἱσταμένου τοῦ τῆς καταστάσεως ἔμπροσθεν, λαβὼν νεῦμα ὁ πραιπόσιτος παρὰ τοῦ βασιλέως, νεύει τῷ τῆς καταστάσεως, καὶ λέγει· « Κελεύσατε, » καὶ κατέρχονται πάντες εἰς τὸ κόνσιστώριον, καὶ στάντος τοῦ βασιλέως ὑποκάτω τοῦ καμελαυκίου εἰς τὸν πορφυροῦν λίθον, προσκυνοῦσι πάντες οἱ προειρημένοι μετὰ πάσης τῆς συγκλήτου, ἑστῶτος καὶ σιλεντιαρίου ἔμπροσθεν τῆς πύλης· εἶτα C νεύει ὁ βασιλεὺς τῷ πραιποσίτῳ, ὁ δὲ πραιπόσιτος τῷ σιλεντιαρίῳ, κἀκεῖνος λέγει· « Κελεύσατε. » Τὸ δὲ βασιλικὸν ἅρμα βαστάζοντες σπαθάριοι βασιλικοὶ διοδεύουσιν ὄπισθεν τῶν βαρβάτων πρωτοσπαθαρίων ἐν ἑκάστῃ προελεύσει οὕτως, καὶ διέρχονται ἅπαντες διὰ τῶν ἐκσκουβίτων. Ἔμπροσθεν δὲ τῶν τριῶν πυλῶν τοῦ κονσιστωρίου ἀντικρὺ ἵσταται ὁ κλῆρος τοῦ Κυρίου, βαστάσων σταυρὸν καὶ θυμιατὸν, καὶ προσκυνήσας τὸν σταυρὸν ὁ βασιλεὺς, ὡς εἴθισται αὐτῷ κατὰ προέλευσιν ποιεῖν, διέρχεται διὰ τῶν ἐκσκουβίτων, ὑψικενούμενος ὑπὸ τε τῆς συγκλήτου καὶ τῶν σκευῶν κατὰ τάξιν ἔμπροσθεν τοῦ μεγάλου σταυροῦ ἔνθεν κἀκεῖσε. Τοῦ δὲ βασιλέως μέλλοντος τὴν μεγάλην πύλην τῶν ἐκσκουβίτων διελθεῖν, εἰ μὲν εἰσι

VARIÆ LECTIONES.

[56] εἰς τὸ ἅγιον ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

Tunc senior levita manu diadema vetustum
Imperii signum, pavonis cortice candens,
Pannorum intexto gemmis radiantibus auro
Vallatum in gyrum, cui summo in vertice carbo
Evomit et subtus gemmarum maxima flammas.

In statutis Massiliensibus memoratur (apud Du Cange v. *Gardacorsium*) *gardacorsium muliebre de panno vario cabrionato cum penna et caputium vel almussia cum pennis, et guarnachia cum penna.* Ubi *cabrionatus pannus* est *paratus, ornatus* [hodie *chamarré* dicunt] ab Arabico vocabulo *ornare, comere.* Quid autem porro hic loci sint ταῶνες κογχευτοὶ non liquet. Forte intexti erant talibus vestibus aliqui sinus, cavitates, conchæ speciem imitantes, qui velut umbracula desuper tegerent D pavones. Quid μαρζαύλια sint, prorsus non exputo.

(81) Recte versum *indicat* ; ἀπόκρισις enim non tantum *responsum ad quæsitum*, notat novis Græcis. sed etiam *significationem, notificationem* quamcunque, etiamsi cum imperio fiat. Hinc infra p. 118 est ἀπόκρισιν δέχεσθαι, *mandatum expectare*, et p. 122, δίδοται ἀπόκρισις ἀλλαξίμων. *datur mandatum de mutatoriis.* Conf. Script. post Theophan. pag. 123, ubi Combefis, non recte *responsum* vertit Gl. L. apud DC. v. *Veredarii* : *Veredarii dicuntur a vehendo, quia festinanter in equis currunt, non descendunt de equo antequam responsa sua liberant.* id est reddiderint commissiones sibi imperatas, delegatas.

σκρίβωνες μέλλοντες προβληθῆναι [57] τῇ τάξει ταύτῃ, στάντος τοῦ βασιλέως μέσον τῆς πύλης, εἰσάγει ὁ δομέστικος τῶν ἐκσκουβίτων καὶ ὁ τῆς καταστάσεως, κρατοῦντες τὸν σκρίβωνα. Καὶ λαβὼν ὁ βασιλεὺς παρὰ τοῦ πραιποσίτου τὸ βεργίον (82), ἐπιδίδωσι τῷ σκρίβωνι· εἶτα λαβὼν τὸ βεργίον, ἀπέρχεται καὶ ἵσταται ἐν τῇ τάξει αὐτοῦ. Καὶ κατελθὼν τὸ μέγα πούλπιτον ὁ βασιλεὺς καὶ εἰς τὰς σχολὰς εἰσελθὼν ἔνδον τῆς πύλης εἰς τὸ στρογγύλον, ἔνθα ὁ σταυρὸς ἵσταται καὶ οἱ τοῦ λογοθεσίου, ἅπτει κἀκεῖσε κηρούς, καὶ στὰς ἐν τῇ καμάρᾳ τοῦ στρογγύλου, εἰ μέν εἰσι κόμητες οἱ μέλλοντες προβληθῆναι, προβάλλονται οὕτως.

A ingreditur, in porta et strongylo, ubi crux et logothetæ stant; ibi quoque cereos accendit, stansque in strongyli camera, si qui comites adsunt, qui promoveri volunt, eis his cerimoniis novam dignitatem impertire solet.

Γ'. Κρατοῦσιν δ' τε δομέστικος τῶν σχολῶν καὶ ὁ τῆς καταστάσεως τὸν μέλλοντα προβληθῆναι κόμητα, καὶ ἄγουσιν αὐτὸν πρὸς τὸν βασιλέα· ὁ δὲ βασιλεὺς λαβὼν παρὰ τοῦ πραιποσίτου ὡρατίωνα (83), ἐπιδίδωσιν αὐτῷ, ἀπέρχεται καὶ ἵσταται ἐν τῇ τάξει αὐτοῦ· ὁμοίως δὲ ἐάν εἰσι καὶ δομέστικοι ἢ καὶ προτήκτωρες μέλλοντες προβληθῆναι, κρατούμενοι ὑπό τε τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν καὶ τοῦ τῆς καταστάσεως, ἄγονται πρὸς τὸν βασιλέα, ὁ δὲ βασιλεὺς λάβων παρὰ τοῦ κανικλείου τὰ [58] χαρτία, οἷα τῶν ὑπάτων, ἐπιδίδωσι τοῖς προβαλλομένοις, καὶ ἀπελθόντες ἵστανται ἐν τῇ τάξει αὐτῶν [59]. Ὁ δὲ βασιλεὺς διέρχεται διὰ τῶν σχολῶν, καὶ ἐν τῇ πέμπτῃ σχολῇ ἐλθών, ἅπτει ἐκεῖσε εἰς τὸν σταυρὸν κηρούς, καὶ στάντος αὐτοῦ ἐν τῇ τῆς πέμπτης σχολῆς πύλῃ, δέχεται αὐτὸν ὁ περατικὸς δῆμος [60] τῶν σχολῶν καὶ ἐπιδίδωσι τῷ βασιλεῖ ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν λιβελλάριον, ὁ δὲ βασιλεὺς δίδωσι τῷ πραιποσίτῳ, ὁ δὲ πραιπόσιτος κουβικουλαρίῳ, καὶ τοῦ δομεστίκου καὶ τοῦ τῆς καταστάσεως στάντων ἐν τῷ τόπῳ αὐτῶν, εὐφημοῦντος καὶ τοῦ δήμου τὸν βασιλέα, ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν κατασῤῥαγίζει μετὰ τῆς χροακῆς (84) αὐτοῦ ἧς φορεῖ χλανίδος· Καὶ τοῦ δήμου ἐκτελέσαντος τὰς ἐξ ἔθους εὐφημίας, διέρχεται διὰ τῶν σχολῶν καὶ ἐξέρχεται τὴν μεγάλην πύλην τῆς χαλκῆς, εἶτα διοδεύων διὰ τῆς μέσης, εἰσέρχεται διὰ τοῦ αὐγουστίωνος. Αἱ δὲ λοιπαὶ δοχαὶ τοῦ περατικοῦ δήμου τῶν Πρασίνων καὶ δήμου τῶν Βενέτων καὶ αὐτοὶ εὐφημοῦσι, καὶ ἐπιδιδόντες τὰ λιβελλάρια, ποιοῦντες καὶ σταυρία, ὁ δημοκράτης τῶν Πρασίνων καὶ οἱ δύο δήμαρχοι τῶν μερῶν ἐκτελοῦσιν ἅπαντα ἀκολούθως, ὃν τρόπον καὶ ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν ἐξετέλεσεν.

III. Domesticus scholarum et cerimoniarius comitem promovendum suscipiunt et ad imperatorem ducunt: qui acceptam a præposito orationem ei tradit, tunc abit et locum suum occupat. Similiter si domestici aut protectores promovendi sunt, a domestico scholarum et cerimoniario stipati, ad imperatorem ducuntur, 78 qui allatas a caniclei præfecto chartas, iis,quas consules accipiunt,similes, candidatis tradit, ipsi abeuntes in suo ordine consistunt. Imperator per scholas digressus, postquam quintam intravit,cereos ibi in cruce accendit, stantemque in porta scholæ quintæ transitoria scholarum factio excipit,earumque domesticus libellum imperatori, is præposito, præpositus cubiculario tradit, et domestico ac cerimoniario in loco suo constitutis, et factione imperatori acclamante, domesticus scholarum tunica sua variegata, quam gerit,crucis signum facit postquam factio solemnes acclamationes peregit,per scholas transit,digressus per scholas,e magna porta chalces procedit,perque mediam transiens, augusteum intrat. At reliquæ partes transitorii Prasinorum ac Venetorum populi et ipsæ acclamant, libellisque traditis,dum signum crucis faciunt,princeps Prasinorum cum factionum tribunis omnia eo ordine,quem domesticus scholarum servavit, peragit.

Δ'. Καὶ εἰσελθόντος τοῦ βασιλέως πρὸ τοῦ νάρθηκος ἔνδον τοῦ βήλου, λαμβάνει ὁ πραιπόσιτος τὸ στέμμα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ βασιλέως, εἰσέρχεται ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ δέχεται αὐτὸν ὁ πατριάρχης, εἶτα προσκυνήσαντες ἀλλήλους καὶ ἀσπασάμενοι, κρατήσαντες ἀλλήλων τὰς χεῖρας, διέρχονται μέχρι τῶν βασιλικῶν πυλῶν, κἀκεῖσε στὰς ὁ βασιλεὺς ἅπτει κηρούς, καὶ τοῦ πατριάρχου ἐκτελέσαντος τὴν εὐχὴν τῆς εἰσόδου τῆς θείας λειτουργίας, ἐπιδίδωσιν ὁ βασιλεὺς τῷ πραιποσίτῳ τοὺς κηρούς, καὶ ὁ πραιπόσιτος τῷ τῆς καταστάσεως. Καὶ ἀσπασάμενος ὁ

IV. Imperatore ante narthecem intra velum ingresso, præpositus coronam a capite imperatoris demit, qui narthecem intrat et a patriarcha excipitur, ubi, postquam se invicem adorarunt osculatique sunt, manibus junctis ad imperatorias portas discedunt, ubi imperator stans, cereos accendit, et precibus introitus divinæ liturgiæ peractis,eos præposito, is cerimoniario tradit. At postquam imperator sanctum Evangelium osculatus est, per medium templum et obliquitatem ambonis soleamque digressus, cereos a præposito sumit, eosque

VARIÆ LECTIONES.

[57] προβληθῆναι, τῇ τάζει ταύτῃ στάντ. ed. [58] τὰ om. ed. [59] ἑαυτῶν ed. [60] Post δῆμος R. excidisse putat τῶν Βενέτων μετὰ καὶ τοῦ δομεστίκου.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

(82) Erat ergo virga scribonis insigne, quo accepto dignitatem obibat. Τὸ στρογγύλον videtur ædificium aliquod rotundum notare. Οἱ τοῦ λογοθεσίου sunt, qui ad ærarium et dispositionem logothetæ pertinent.

(83) Quid hoc sit, fateor me ignorare, et ne conjectura quidem assequi. Est quidem *oratio* interdum idem atque liber precum, breviarium. Vid. Du Cange Gloss. Latin. Sed quid hoc ad comitem?

(84) Vide not. ad pag. 353.

precatus iterum præposito reddit,deinde sacrarium intrat, ibique duo instrata sacro altari imponit, duosque sacros calices totidemque discos et fascias Domini osculatus, acceptum a præposito apocombium in sacra mensa reponit, perque latus bematis metatorium petit,ubi etiam cereos accendit.Finito sancto officio,dum sacra transitura sunt,egreditur, a patriciis cæterisque præfectis stipatus, perque latus templi eo, ubi cereus, quem gestaturus est, stat, abit,79 et cum ad eum locum pervenit,senatores utrinque subsistunt,per quos medios transit. Appropinquanti imperatori lampadem seu cereum suum præpositus tradit, quo accepto,iterum revertitur, a præfectis stipatus, post quos, sacra comitans, procedit, perque soleam digressus et prope sacras januas constitutus, præposito cereum tradit, qui eum supra soleam prope sacras januas reponit; imperator vero, prope eum constitutus, exspectat, dum sacra procedent, seque invicem imperator et patriarcha adorant.

A βασιλεὺς τὸ ἄχραντον Εὐαγγέλιον, εἰσέρχεται μέσον διὰ τοῦ ναοῦ, καὶ διὰ τῆς πλαγίας τοῦ ἄμβωνος καὶ τῆς σωλαίας διελθὼν, ἵσταται ἐνώπιον τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ λαβὼν κηρια ἀπὸ τοῦ πραιποσίτου καὶ εὐξάμενος, ἐπιδίδωσιν αὐτὰ πάλιν τῷ πραιποσίτῳ καὶ εἰσέρχεται ἔνδον εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ὑφαπλοῖ ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ δύο εἰλιτὰ, ἀσπαζόμενος δύο ἱερὰ ποτήρια καὶ δύο ἱεροὺς [61] δίσκους καὶ τὰ σπάργανα τοῦ Κυρίου· εἶτα λαβὼν ἀπὸ τοῦ πραιποσίτου ἀποκόμβιον ὁ βασιλεὺς, τίθησιν αὐτὸ ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ καὶ ἐξέρχεται διὰ τῆς πλαγίας τοῦ βήματος, καὶ εἰσέρχεται εἰς τὸ μητατώριον, ἅπτων κἀκεῖσε κηρούς. Τελουμένης δὲ τῆς θείας λειτουργίας, ἡνίκα μέλλουσι τὰ ἅγια διέρχεσθαι, ἐξέρχεται ὁ βασιλεὺς, δηριγευόμενος ὑπό τε τῶν πατρικίων καὶ λοιπῶν ἀρχόντων, καὶ κατέρχεται διὰ τῆς πλαγίας τοῦ ναοῦ, καὶ ἀπέρχεται, ἔνθα ἵσταται τὸ κηρίον, ὅπερ μέλλει βαστάξαι [62], καὶ πλησιάσαντος τοῦ βασιλέως εἰς τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἵσταται τὸ κηρίον αὐτοῦ, ἵσταται ἡ σύγκλητος ἔνθεν κἀκεῖθεν, καὶ διέρχεται μέσον αὐτῶν. Καὶ πλησιάσαντος τῇ λαμπάδι αὐτοῦ, ἤγουν τῷ κηρίῳ, λαμβάνει αὐτὸ ὁ πραιπόσιτος καὶ ἐπιδίδωσι τῷ βασιλεῖ, καὶ λαβὼν αὐτὸ, αὖθις ὑποστρέφει, ὀψικευόμενος ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, καὶ διέρχεται ὄπισθεν αὐτῶν, ὀψικεύων τὰ ἅγια, καὶ διέρχεται διὰ τῆς σωλαίας, καὶ τῶν ἁγίων θυρῶν πλησίον γενόμενος, ἐπιδίδωσι τὸ κηρίον [63] τῷ πραιποσίτῳ, ὁ δὲ πραιπόσιτος τίθησιν αὐτὸ ἐπάνω τῆς σωλαίας, πλησίον τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ πλησίον αὐτοῦ ἑστὼς ὁ βασιλεὺς, ἐκδέχεται ἐκεῖσε, ἕως ἂν διέλθωσι τὰ ἅγια, καὶ προσκυνοῦσιν ἀμφότεροι ἀλλήλους, ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης.

B

V. Ille rursus ad metatorium abit, et cum solemnia oscula impertienda sunt, rursus abit, et patriarcham, metropolitas, episcopos, præfectos ecclesiæ, et clericos, qui pro more osculum ab imperatore accipiunt, æque ac tria baptisteria, osculatur, et eo loco, ubi agapen proceribus distribuere solet, constitutus, patricii, strategi et domestici primisque officiis admoti, tribuni factionum et cerimoniarius, omnes ordine suo, adorant, eum osculantur suoque in loco et statione ab utroque latere astant, et postquam dicti omnes imperatorem osculati sunt, ipse et patriarcha se invicem adorant et osculantur. Deinde imperator rursus ad metatorium abit, et divina communione appropinquante, cerimoniarius præpositum, præpositus imperatorem admonet, qui a dictis stipatus et prope patriarcham constitutus, ut sacri corporis et sanguinis Domini nostri Jesu Christi particeps fiat, duo ostiarii dominicale evolutum tenent, ipse manibus suis venerandum donum accipiens, osculatur patriarcham, et a pulpito descendens idque ter cruce signans, communicat. Sic ad idem pulpitum ascendit, ostiarii dominicale revolvunt, et sacro vino a patriarcha accepto, abit, et postquam precatus est, se invicem ad-

C

D

Ε'. Ἀπέρχεται πάλιν ὁ βασιλεὺς εἰς τό μητατώριον· ἡνίκα δὲ ἐγγίσει ὁ ἀσπασμὸς, ἐξέρχεται πάλιν, καὶ ἀπελθὼν ἀσπάζεται τὸν πατριάρχην, μητροπολίτας τε καὶ ἐπισκόπους ἄρχοντάς τε τῆς Ἐκκλησίας καὶ κληρικοὺς τοὺς ἐξ ἔθους ἀσπαζομένους τὸν βασιλέα, ὁμοίως καὶ τρία φωτισματα, καὶ στάντος τοῦ βασιλέως ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ εἴθισται αὐτὸν πάντοτε διδόναι τὴν ἀγάπην τοῖς ἄρχουσιν, εἰσέρχονται οἱ πατρίκιοι, στρατηγοί τε καὶ δομέστικοι, καὶ οἱ τὰ πρῶτα ὀφφίκια κατέχοντες, οἱ δήμαρχοι καὶ ὁ τῆς καταστάσεως, ἅπαντες δὲ οὗτοι κατὰ τὰς ἰδίας αὐτῶν τάξεις προσκυνοῦντες, ἀσπάζονται καὶ ἵστανται εἰς τὰς ἰδίας αὐτῶν τάξεις τε καὶ στάσεις ἔνθεν κἀκεῖσε, καὶ μετὰ τὸ ἀσπάσασθαι τὸν βασιλέα πάντας τοὺς προρρηθέντας, προσκυνοῦσιν ἀμφότεροι ἀλλήλους ὅ τε βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης. Πάλιν ἀπέρχεται ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ μητατώριον, καὶ τῆς θείας κοινωνίας καταλαβούσης, ὁ τῆς καταστάσεως δηλοῖ τῷ πραιποσίτῳ, καὶ ὁ πραιπόσιτος τῷ βασιλεῖ, καὶ ἐξέρχεται δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν προειρημένων, καὶ πλησίον τοῦ πατριάρχου γενόμενος πρὸς τὸ κοινωνῆσαι τοῦ ἀχράντου σώματος καὶ αἵματος (85) τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, κρατοῦσι δύο ὀστιάριοι δουμινικάλιον (86) ἡπλωμένον, καὶ δεξάμενος τὸ τίμιον δῶ-

VARIÆ LECTIONES

[61] τὰ δύο ἱερὰ ποτ. καὶ τοὺς δύο conj. R. [62] βαστάσαι ed. [63] τῷ κηρίῳ cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(85) "[De communione sub utraque et quando abrogata fuerit v. pag. 62 Ord. Rom. pontifex et rex Franciæ *prirent ensemble du pain et du vin bénits*. Mezeray, Abrégé, p. 325. Κονταχίου veteris, in quo habentur preces quædam in Ecclesia dici solitæ, descriptio exstat in Montfauconii Biblioth. Mss. inter codices Crasserii Leodicensis. Depictus ibi patriarcha imperatori sacram communionem impertiens. p. 603.]"

(86) Apparet esse sudarium vel mappam, quo sacrum Christi corpus excipere et secum deferre domum solebant communicantes. Quo de ritu v.

ρον ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, ἀσπάζεται τον πατριάρχην, καὶ τὸ πούλπιτου κατελθὼν [64] καὶ σφραγίσας ἐκ τρίτου, κοινωνεῖ τὸ ἅγιον δῶρον. Εἶθ' οὕτως ἀνέρχεται τὸ αὐτὸ πούλπιτον, καὶ ὑφαπλοῦσιν οἱ ὀστιάριοι τὸ δουμνικάλιον ὑποκάτω, καὶ λάβὼν τὸ νᾶμα [65] (87) παρὰ τοῦ πατριάρχου, κατέρχεται, καὶ εὐξάμενος προσκυνοῦσιν ἀμφότεροι ἀλλήλους, εἶτα ὑποστρέψᾳ εἰσέρχεται εἰς τὸ μητατώριον καὶ κραματίζει μετὰ τῶν πατρικίων καὶ λοιπῶν ἀρχόντων, οὓς ἂν κελεύσῃ· Εἶτα περιβάλλεται διὰ τῶν βεστητόρων τὴν χλανίδα αὐτοῦ, καὶ κελεύει τῷ πραιποσίτῳ προσκαλέσασθαι τὸν πατριάρχην, καὶ διέρχεται μετὰ ττῦ βασιλέως ἕως τοῦ Ἁγίου Φρέατος, κἀκεῖσε στάντος τοῦ βασιλέως, κράζει ὁ ἄργυρος τοὺς εἰωθότας λαμβάνειν τὰ χρυσᾶ βαλαντίδια. Ὁ οὖν πραιπόσιτος λαμβάνων ἐκ τοῦ ἀργύρου τὰ βαλαντίδια, ἐπιδίδωσι τῷ βασιλεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς δίδωσιν, οὓς κράζει ὁ ἄργυρος, καὶ εἰσελθὼν ἔνδον τοῦ βήλου μετὰ τῶν τοῦ κουβουκλείου ἀρχόντων, ἐπιδίδωσιν ὁ πραιπόσιτος τὸ στέμμα τῷ πατριάρχῃ, κἀκεῖνος στέφει τὸν βασιλέα, καὶ εἶθ' οὕτως ἐπιδίδωσιν ὁ πατριάρχης εὐλογίας τῷ βασιλεῖ, εἶεα λαβὼν ὁ βασιλεὺς παρὰ τοῦ πραιποσίτου ἀποκόμβιον, ἀντιδίδωσι τῷ πατριάρχῃ, ὁ δὲ πατριάρχης ἀντιδίδωσι τῷ βασιλεῖ ἀλειπτά.

A orant. Deinde reversus, metatorium intrat, etibi cum patriciis et reliquis ministris quos jussit convivium celebrat. Postea tunica sua a vestitoribus indutus, præpositum, ut patriarcham advocet, jubet, isque cum patriarcha ad Sanctum Puteum abit, ubi imperatore constituto, argentarius eos, qui auro plenas crumenas accipere solent, indicat. SO Quas ex argentarii manu acceptas, præpositus imperatori, is quos argentarius recitat, tradit, et cum intra velum cum præfectis cubiculo ingressus est, præpositus coronam patriarchæ tradit, qui eam imperatori imponit, postea ipsi panem benedictum offert, pro quo apocombium, a præposito sumptum, patriarchæ donat, hic ipsi suffimenta dat.

ζ. Καὶ ἀλλήλους ἀσπασάμενοι, ἐξέρχεται ὁ βασιλεὺς καὶ ἵσταται ἔξω τῆς πύλης τοῦ Ἁγίου Φρέατος τῆς ἐξαγούσης εἰς τὸν ἔμβολον, κἀκεῖσε δέχεται αὐτὸν τὸ μέρος τῶν Βενέτων, φοροῦντος τοῦ δημάρχου χλανίδα Βένετον, καὶ ἀκτολογοῦσιν, ὡς εἴθισται αὐτοῖς, εὐφημοῦντες τὸν βασιλέα, ὁμοίως καὶ οἱ τοῦ περατικοῦ δήμου δημοκράται καὶ ὁ δήμαρχος τῶν Πρασίνων τοῦτο ἐκτελοῦσι κατὰ τὴν τάξιν αὐτῶν. Καὶ αὖθις διέρχεται διὰ τε [66] τῶν σχολῶν καὶ τῶν ἐκσκουβίτων, κἀκεῖσε ἵσταται ἡ σύγκλητος ἐν τῷ κονσιστωρίῳ, λέγουσα. « Εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους, » καὶ μένουσιν ἐκεῖσε, εἰς δὲ τὸν ὀνόποδα μένει ὁ τῆς καταστάσεως μετὰ σιλεντιαρίων ὑπερευχόμενοι καὶ αὐτοὶ τὸν βασιλέα. Οἱ δὲ πατρίκιοι καὶ οἱ στρατηγοὶ ἱστανται εἰς τὸ στενὸν, ὁμοίως ὑπερευχόμενοι, ὥσπερ ἡ σύγκλητος, καὶ μένουσιν ἐκεῖσε. Τῶν δὲ τοῦ κουβουκλείου εἰσελθόντων εἰς τὸν αὐγουστέα καὶ στάντων δίκην τοῦ Π στοιχείου, καὶ τοῦ βασιλέως εἰσελθόντος, εὐθέως αἱ μεγάλαι πύλαι τοῦ αὐγουστέως ἀσφαλίζονται, καὶ λαβὼν νεῦμα ὁ πραιπόσιτος, λέγει Ῥωμαϊκῇ διαλέκτῳ· « Βίτ (88)· » ἀποκριθεὶς δὲ τῶν τοῦ κουβουκλείου τίς λέγει· « Καλῶς, » καὶ οἱ τοῦ κουβουκλείου ἀποκριθέντες λέγουσι Ῥωμαϊστί· « Πλθέσῃ μούκτους ἄννους φιλληκήσιμε. » Εἶθ' οὕτως εἰσέρχεται ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ὀκτάγωνον, καὶ λαβόντος τοῦ πραιποσίτου τὸ στέμμα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ βασιλέως, εἰσέρχονται οἱ βεστήτορες καὶ ἀπαλλάσσουσι τὴν χλανίδα αὐτοῦ. Εἶθ' οὕτως ἀκουμβίζει, καὶ ἀναστὰς περιβάλλεται τὸ σαγίον αὐτοῦ, καὶ δηριγευόμενος ὑπὸ τε τοῦ μαγλαβίου καὶ τῶν τοῦ κουβουκλείου, εἰσέρχεται εἰς τὸ παλάτιον· οἱ δὲ τοῦ κουβουκλείου, στάντες ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ, λέγουσι τὸ· « Εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους, » καὶ ἀναχωρεῖ ἕκαστος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.

B VI. Post mutua oscula imperator egressus, extra portam Sacri Putei, quæ ad porticum ducit, subsistit et ibi eum factio Veneta, cujus tribunus chlamydem Venetam gestat, excipit, et pro more acta celebrat et acclamat, quod etiam transitoriæ factionis principes et Prasinorum tribunus secundum ordinem suum faciunt. Imperatore rursus per scholas et excubias digrediente, senatus ibi in consistorio adest, dicens : « In multa bonaque tempora, » et ibi manet, cerimoniarius vero et silentiarii in onopodio subsistunt, et imperatori acclamant : patricii vero et strategi in steno stantes æque ac senatus acclamant et ibi remanent. Cubiculariis vero augusteum ingressis, et ad formam litteræ II stantibus, imperatore veniente, statim magnæ portæ augustei clauduntur, et signo accepto, præpositus lingua Romana dicit : « Fit, » unus autem e cubiculariis : « Bene, » cæteri lingua Romana respondent : « Venias in multos annos felicissime. » Sic postquam imperator octagonum intravit, præpositus coronam e capite ejus demit, et vestitores ingressi tunicam ejus mutant, mox cubiculum suum petit, unde egressus accumbit, et surgens sago suo induitur et, manclavitis et cubiculariis comitantibus, palatium intrat. Cubiculari in aureo triclinio stantes, dicunt : « In multa bonaque tempora, » et omnes domum abeunt.

C

VARIÆ LECTIONES

[64] ἀσπάζεται — κατελθὼν om. ed. [65] τὸ νᾶμα cod., τὸν ἄμα ed. [66] τε om ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

Du Cange et Habert. Hodie in communione nostra ad scabella aræ prætensa bini scholares pueri stare solent, hinc illinc singuli, et prætendere sub mento communicantis tale dominicale, ne hostia, aut gutta vini in terram decidat.

(87) Græci recentes, ut corpus Christi in Eucharistia consecratum τὸ τίμιον δῶρον et τὴν τιμίαν προσφοράν appellant, ita appellant vinum consecratum νᾶμα,, *luticem*. Exempla habet Du Cange Gl. Gr. h. v., ubi vid.

(88) Vid. not. ad. p. 42.

CAPUT XXIV.

Observanda primo mensis Januarii, in S. Basilii.

1. Solemni ac diurna processione ad sacrum palatium instituta, 81 et omnibus in mutatoriis ob festos dies dodecaemeri progresis, hora secunda domini præpositum arcessunt, qui cum præfectis mutatoriarum ingressus, dominos suis tunicis induit, ipsique sine pompa per porticum oblongam cubiculi ad narthecem Sacrosanctæ Deiparæ Phari abeunt. Magistri autem, patricii ac cæteri proceres una cum cubiculo, si tempus serenum est, in solario chrysotriclinii; sin minus, intra chrysotriclinium consistunt. Sic postea domini a templo Sanctissimæ Deiparæ processionem incipiunt et cum pompa ad templum S. Basilii abeunt, ubi, processione finita, usque ad lectionem sancti Evangelii astant, finitaque extensa, rursus sine pompa ad aureum triclinium redeunt. Accidit autem hoc die indictione tertia, finita processione, sicut relatum est, ut post cerimonias sacras peractas metastasimum fieret, et omnes proceres ad Magnauram abirent. Domini autem Christum amantes dibetesiis sagisque auro prætextis induti abiere, inque cubiculo Magnauræ consederunt, omnique receptionis ritu peracto, tunicas suas et quæ ad eas pertinent, coronas sumpsere, et ascendentes recens paratum thronum, in medio triclinio Magnauræ collocatum, ibi consederunt. Interea cerimoniarius extra vela magistros, patricios ac cæteros senatores pro more ordinat, et omnibus rite peractis, admonentur imperatores, qui tunicas et coronas suas sumunt et thronum suum ascendunt, ibique considerent.

A

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ α' Ἰαννουαρίου μηνός, τοῦ ἁγίου Βασιλείου.

(27) Cursor, transcursor, discursor, internuntius ultro citroque means. Forte est *vernaculus*, quem magister regionis sub se habebat velut servum in omnibus et internuntium regionis. Vid. Descript. Urbis apud Du Cange in CPli Christian. p. 64, 65. Latinis sequioribus audiebant *discursores*, *missi discursores*, *missi discurrentes* (nam interdum in provincias mittebantur); vid. Du Cange Gloss. Lat. v. *Discurrere* et *Missi discurrentes*, seu *decurrentes*. Unde patet, eos interdum indicasse et exsecutiones mandatorum dominicorum instituisse, sed tantum C in rebus minoris momenti. Dicebantur quoque *corretarii* et *correarii* a currendo, ad Græcum, ut puto, exemplum; vid. Du Cange Gloss. Lat. h. v. Unde adhuc hodie Galli *courtiers* appellant ministros publicos, quorum est variarum mercium, quæ advehuntur, aut venum in foro exponuntur, qualitatem inspicere, expendere et venditioni invigilare, quales nos variis nominibus appellamus *Marktvogt*, *Visitator*, *Gueterbeschauer*. Habebant quoque Latini *currerios*, apparitores, quorum erat communitati octiatim indicare, si convenire in curiam deberent, aut indictos census solvere, vel similia; vid. Du Cange v. *Currerius* et *Cursor*. Certe adhuc hodie *cursores* Romæ audiunt mandatarii papæ, qui cardinales ad consistoria et alios actus excitant. Forte διατρέχοντες CPtani id idem fecerunt. Cursores quoque dicti præcones tam civitatum publici, ut qui proclamabant res vendendas, quam dominorum et principum, qui cum armis D seu insignibus ipsorum præcurrunt ipsis et viam parant, aut eorum nomine in giustris et alibi publice proclamant. Joannes Chrysostom. Hom. 3 in Jobum: Οὐκ εἶδες καὶ τοὺς παρ' ἡμῖν ἄρχοντας, ὅταν μετὰ τιμῆς τινα καλοῦσιν, πῶς ἀποστέλλουσι τοὺς δρομεῖς, κούρσωρας καλουμένους Ῥωμαϊστί. Vid. quæ alia Du Cange v. Κούρσωρ habet.

(28) Nam, ut symponus erat adjutor præfecti urbis in judiciis et sententiis dicendis, ita logotheta quoque prætorii erat sub ejus dispositione (vid. Script. post Theophan. p. 294) et habebat præcipue curam carceris et delinquentium in custodiam missorum.

ΚΕΦΑΛ. ΝΗ'.

Ἐπὶ προαγωγῇ ἀντιγραφέως.

Κελεύουσιν οἱ δεσπόται τῷ πραιποσίτῳ, καὶ ἐξέρχεται καὶ ζητεῖ σιλεντιάριον, καὶ ἀποστέλλει, ἵνα ἴδῃ, ἐὰν προῆλθεν ὁ κοιαίστωρ, καὶ ἐὰν εὑρεθῇ, λαμβάνει ἀπόκρισιν ὁ πραιπόσιτος, καὶ ἀναγγέλλει τοῖς δεσπόταις, καὶ παραλαμβάνει παρὰ τῶν δεσποτῶν τὸν ὀφείλοντα προβληθῆναι ἀντιγραφέα, καὶ ἐξέρχεται ὀψικευόμενος, καθὼς ἀνωτέρω εἴρηται, καὶ ζητεῖ τὸν κοιαίστωρα ἐν τῷ ἡμικυκλίῳ, καὶ παραδίδωσι τὸν ἀντιγραφέα, κἂν τε εἷς ἐστι, κἂν τε δύο, καὶ ἐπεύχονται τοῖς δεσπόταις, καὶ ἐξέρχονται ἐν τῇ προελεύσει (29). Εἰ δὲ συμβῇ μὴ εὑρεθῆναι τὸν κοιαίστωρα ἐν ταύτῃ τῇ προελεύσει, ζητεῖται παρὰ τοῦ διατρέχοντος, πεμπομένου αὐτοῦ παρὰ τοῦ πραιποσίτου, καὶ εἰ μὲν ἔλθῃ πρὸ τοῦ ἀκουμβίσαι, ἀναγγέλλει ὁ πραιπόσιτος τοῖς δεσπόταις, καὶ λαμβάνει τὸν ὀφείλοντα προβληθῆναι, καὶ ζητεῖ τὸν κοιαίστωρα ἐν τῇ θερμάστρᾳ, καὶ παραδίδωσιν αὐτῷ τὸν ἀντιγραφέα, καὶ ἐπεύχονται τοῖς δεσπόταις καὶ ἀναχωροῦσιν. Εἰ δὲ συμβῇ ἐν ἀσθενείᾳ εἶναι τὸν κοιαίστωρα, καὶ θελήσουσιν οἱ δεσπόται προβαλέσθαι ἀντιγραφέα, γίνεται πᾶσα ἡ ἀκολουθία, καθὼς ἀνωτέρω εἴρηται ἐπὶ συμπόνῳ.

CAPUT LVIII.

In creatione magistri scriniorum.

Ad mandatum dominorum egressus præpositus silentiarium quærit, eumque mittit, ut videat an processerit quæstor, quo reperto, responsum accipit præpositus, id dominis nuntiat, sumitque ab his scriniorum magistrum promovendum, et in obsequio egressus, ut dictum est, quæstorem in hemicyclio quærit, cuiscribam tradit, unus duove sint, et felicia dominis apprecati, in processione egrediuntur. Si vero accidit, ut quæstor in illa processione non reperiatur, per cursorem a præposito missum quæritur, et si adest antequam mensæ accubuerunt domini, hoc præpositus ipsis nuntiat, sumitque promovendum, et quæstori in camino quæsito scriniorum magistrum tradit, faustaque apprecati dominis, discedunt. Sin contingat, ut quæstor ægrotet, ac domini scribam creare velint, id eodem modo, ac supra de assessoris promotione dictum est, peragitur.

ΚΕΦΑΛ. ΝΘ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, σπαθαροκανδιδάτου μέλλοντος γίνεσθαι πρωτοσπαθαρίου.

Κελεύουσιν οἱ δεσπόται τῷ πραιποσίτῳ, καὶ εἰσέρχεται ὁ μέλλων γίνεσθαι πρωτοσπαθάριος ἀπὸ σκαραμαγγίου καὶ σπαθίου, εἰσαγόμενος ὑπὸ ὀστιαρίου, κρατούμενος ὑπὸ πρωτοσπαθαρίου εὐνούχου. Καὶ πίπτων φιλεῖ τοὺς πόδας καὶ τὰ γόνατα τῶν δεσποτῶν, καὶ βάλλουσιν οἱ δεσπόται τὸ μανιάκιον [11] (30) εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἐξέρχεται.

CAPUT LIX.

Observanda, quando spatharocandidatus ad protospatharii dignitatem provehendus est.

Mandato a dominis præposito dato, futurus protospatharius cum scaramangio et gladio intrat, ab ostiario adductus, a protospathario eunucho sustentatus. Procumbens humi, pedes et genua dominorum osculatur, et postquam torquem collo ejus imposuerunt, egreditur.

ΚΕΦΑΛ. Ξ'.

Ἐπιτάφιος (31) βασιλέων.

Ἐξέρχεται τὸ λείψανον (32) διὰ τοῦ καβαλλαρίου, καὶ τίθεται εἰς τὰ ιθ' ἀκούβιτα (33) ἡ χρυσῆ κλίνη [12] ἡ ἐπονομαζομένη λύπης, καὶ πρόκειται ἐκεῖσε τὸ αὐτὸ λείψανον, ἐστεμμένον μετὰ διδητησίου καὶ

CAPUT LX.

Deductio funeris imperatoris.

Corpus exanime per caballarium effertur, repositoque in XIX accubitibus aureo lecto, dicto doloris, ibi collocatur, cum corona, dibeteslis, aurea tunica et campagiis ornatum, et Sanctæ Sophiæ

VARIÆ LECTIONES

[11] μανιάκιν cod. [12] χρυσῆ τρικλίνη ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(29) Si contingat, ut eo die in curiam atque in tribunal suum non processerit, ut facere debebat ex officio.

(30) Erat torques, μανιάκης, μανιάκιον, insigne militum, præsertim honestissimorum, qui uno aliquo inferiore magistratu militari fungerentur. Sergius et Bacchus martyres degradati seu exuti militia (primicerius enim ille, hic secundicerius erat), ἀφῃρέθησαν τῶν ἀξιωμάτων αὐτῶν καὶ τῶν μανιακίων. Menolog. Basil. t. II, p. 99. Vid. ad p. 130. Dicit autem non sine causa εἰς τὸν τράχηλον αὐτόν. Nam et interdum torques capiti, vel vertici, imponebantur. Quod tamen præter imperatorem novum alli factum fuisse non memini.

(31) Nempe κόσμος aut προέλευσις. Cerimonias, quibus funus Pertinacis imperatoris elatum fuit, Dio apud Xiphilin. p. 1224 distincte describit. Juvat hic aliquot ritus funebres in exsequiis imperatorum CPlanorum observatos, Nostro præteritos, commemorare. Discitur itaque a Theophane p. 42, urbem defuncto imperatore ad septem dies claudi consuevisse; a Codino p. 115, collatis p. 101. cap. 11 et p. 143, cap. 21, et Du Cange v. Ἔννατα, luctum super mortuorum illustrium sepulcris novem dies durasse, ex antiquo ritu Græciæ, de quo vid. Brodæus ad Anatholog. p. 238, ed. Wechel., a Nicephoro Gregora p. 181, n. 2, imperatores in luctu albas vestes gestasse, contra vero depositis albis senatores luxisse in coloreis. Conf. Nostri p. 364, et Du Cange Gl. Gr. p. 897, v. μελανειμονεῖν: a Malala p. 146, t. II, in purpura quoque luctum fuisse, et ex ejusdem p. 127 et 146, imperatorem in luctu stemma non gestasse. *[Ritus funebris habetur apud Contin. Theophan. p. 217. Imperatrices aureis et gemmis distinctis sandapilis componere mas erat, et comitante senatu deducere. Script. post Theophan. p. 297.]*

(32) *Suprema* appellant Latini; vid. Vales. ad Amm. Marcell. pag. 286. Du Cange. Gloss. Lat. v. *Lipsana*.

(33) Solebant in triclinio novendecim accubituum imperiales reliquiæ exponi; vid. Scriptor. post Theophan. p. 291, ubi egregie ritus funeris imperialis exsequitur, mereturque cum hoc loco nostro conferri.

gelones et clerus, æque ac senatus omnis, in scaramangiis intrant, canuntque ea quæ canere mos est. Postea præpositus cerimoniarum magistro signum dat, qui dicit : « Egredere, imperator, Rex te regum et Dominus dominantium vocat : » quo ter repetito, statim a ministris imperatoris tollitur corpus, et in chalcen deportatum, ibi reponitur, omniaque more solenni peraguntur. Cum corpus efferri debet, cerimoniario præpositus signum dat, qui ter dicere incipit : « Egredere, imperator, » etquæ sequuntur, atque ita corpus ab imperatoriis protospatharii e chalce exportatum, per mediam transit, cumque ad locum, ubi componi debet, pervenit officium, cantus et cætera quæ instituí solent, ibi peraguntur. Postea cerimoniarius, signo a præposito dato, ter exclamat : « Intra, imperator, vocat te Rex regum et Dominus dominantium ; » deinde sic : « Depone coronam a capite tuo, » et statim hæc a præposito tollitur, et imponitur fascia purpurea simplex ; at alio in monumento reponitur. Sciendum est eumdem morem, eumdem ritum eamdemque consuetudinem etiam in Augustæ funere observari. Debet autem cerimoniarius in funere Augustæ dicere : « Egredere, imperatrix, vocat te Rex regnantium et Dominus dominantium. »

A χρυσῆς χλαμύδος καὶ καμπαγίων, καὶ εἰσέρχονται οἱ τῆς Ἁγίας Σοφίας γήλωνες (34) καὶ ὁ κλῆρος, ὡσαύτως καὶ πᾶσα ἡ σύγκλητος ἀπὸ σκαραμαγγίων, καὶ ψάλλουσι κατὰ ἀκολουθίαν. Εἶθ' οὕτω νεύει ὁ πραιπόσιτος τῷ τῆς καταστάσεως, καὶ λέγει ἐκεῖσε· « Ἔξελθε, βασιλεῦ, καλεῖ σε ὁ [13] Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων · » τοῦτο λέγει τρίτον, καὶ παραυτίκα αἴρεται τὸ λείψανον παρὰ τῶν βασιλικῶν, καὶ πάλιν εἰσφέρουσιν αὐτὸ ἔνδον τῆς χαλκῆς, καὶ τιθέασιν αὐτὸ ἐκεῖσε, καὶ ποιοῦσι τὰ ἐξ ἔθους. Καὶ ὅτε ὀφείλει ἀρθῆναι τὸ λείψανον, νεύει ὁ πραιπόσιτος τῷ τῆς καταστάσεως, καὶ ἄρχεται λέγειν ἐκ τρίτου τὸ, « Ἔξελθε, βασιλεῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ εἶθ' οὕτως ἐξέρχεται τὸ λείψανον ἀπὸ τῆς χαλκῆς, βασταζόμενον ὑπὸ βασιλικῶν πρωτοσπαθαρίων, καὶ διέρχεται διὰ τῆς μέσης, καὶ τὸν τόπον καταλαβόντων [14], ἐν ᾧ μέλλει κηδευθῆναι, γίνεται ἡ ἀκολουθία τῆς ψαλμῳδίας καὶ τὰ συνήθη. Εἶτα νεύει πάλιν ὁ πραιπόσιτος τῷ τῆς καταστάσεως, καὶ ποιεῖται τὴν ἀναφώνησιν οὕτως· « Εἴσελθε, βασιλεῦ, καλεῖ σε ὁ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων καὶ Κύριος τῶν κοριευόντων, » ἐκ τρίτου. Εἶθ' οὕτως· « Ἀπόθου τὸ στέμμα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς σου· » καὶ εὐθέως αἴρεται παρὰ τοῦ πραιποσίτου, καὶ τίθεται σημεντεῖνον [15] (35) μετὰ πορφυρᾶς λιτῆς (36), καὶ τίθεται ἐν τῷ μνημείῳ. Ἰστέον, ὅτι ὁ αὐτὸς τύπος καὶ ἡ αὐτὴ τάξις καὶ ἀκολουθία γίνεται καὶ εἰς τὴν τῆς αὐγούστης κηδείαν. Χρὴ δὲ τὸν τῆς καταστάσεως ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τῆς αὐγούστης λέγειν· « Ἔξελθε, βασίλισσα, καλεῖ σε ὁ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων. »

B

CAPUT LXI.

Observanda post finitas preces et vota in natali die imperatoris.

I. Præfecti omnes postquam vestibus mutatis progressi sunt, processio in Justiniani triclinio subsistit, horaque appropinquante, convivium paratur, mensæ in Justiniani triclinio reposita. Deinde egreditur imperator, dibetesio purpureo amictus, venerandæ mensæ suæ assidet, et ad convivium vocati magistri patricii ac reliqui senatores intrant. Omnes vero mutatoria, ut mos est, veste incedunt, patricii tunicis auro prætextis, strategi sagis suis, protospatharii

C

ΚΕΦΑΛ. ΞΑ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, τῆς αἰτήσεως (37) τελουμένης γενεθλίων ἡμέρᾳ τοῦ βασιλέως.

Α'. Προσέρχονται ἅπαντες οἱ ἄρχοντες ἠλλαγμένοι, καὶ ἵσταται ἡ προέλευσις ἐν τῷ Ἰουστινιανῷ, καὶ τρίτης ὥρας καταλαβούσης, στοιχεῖται τὸ κλητώριον, ἡ δὲ τράπεζα ἵσταται ἐν τῷ Ἰουστινιανῷ τρικλίνῳ. Καὶ ἐξέρχεται ὁ βασιλεὺς περιβεβλημένος διβητήσιον πρφυροῦν, καὶ καθέζεται ἐπὶ τῆς τιμίας αὐτοῦ τραπέζης, καὶ εἰσέρχονται οἱ κληθέντες ἀπό τε μαγίστρων, πατρικίων καὶ λοιπῶν συγκλητικῶν. Ἅπαντες δὲ αὐτῶν εἰσέρχονται ἠλλαγμένοι,

D

VARIÆ LECTIONES.

[13] ὁ om. ed. [14] καταλαβὸν ed. [15] σημεντεῖον ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(34) Probane sit hæc vox et quid significet, alii forte melius, quam ego, dixerint. Incidit tamen aliquando, an non leg. sit γείτονες, *accolæ* vel *incolæ*. Solebant certe, more ex veteri gentilismo retento, multi præter olerum in templis habitare, ad ejus ministerium destinati. Et apud Muhamedanos templa sunt diversoria dervischorum et mendicorum.

(35) Id est *segmentinum*. Subintelligitur *camelaucium*, vel *stemma* factum ex segmentis, id est fasciis longis et latis serici villosi. Unde vox nostra *Sammet* videtur quoque provenisse. De segmentis aliter censet Salmasius t. II. Hist. Aug. p. 570, scilicet esse auro consutas et contextas oras vestium, prætextas, paragaudia, frisium vel phrygionicum opus. Verum non videtur ipsi favere locus noster, in quo memoratur camelaucium segmentinum, cum purpura, pura, id est auro non insignita, absque sutura aurea vel opere phrygio. Potest tamen πόρφυρα non de camelaucio vel infula, sed de chlamyde, si quis velit, accipi. Pag. 171, habemus χρυσοσήμεντα, *aurea segmenta* : quod etiam adversus Salmasium pugnare videtur.

(36) Purpura est, quæ auro argentove aut alio caret ornatu.

(37) Quando rogant proceres et factiones, ut sibi liceat coram imperatore saximodeximum seu tripudium vel pyrrhichum celebrare, eoque modo natales imperii ejus decorare. Formulam rogationis habet caput sequens. Huic vero inscriptio non congruit. Quare cœpi de lacuna suspicari. Sane perfectum nihil est hoc in capite, neque liquet, cui solemnitati faciant ea, quæ præcipit. Confirmat me in hac sententia dictio, ὡς προείρηται, p. 168. Atqui hic loci debuit dictum fuisse, in frusto, quod periit, illud, quod ibi dicitur jam in superioribus commemoratum fuisse, et tamen nusquam apparet. Hæc autem si conjectura displiceat, debet κλήσεως aut ἀριστήσεως aut ἱστιάσεως pro αἰτήσεως reponi. Caput enim exponit, quomodo imp. proceres convivio excipiat.

καθὼς εἴθισται, οἱ μὲν πατρίκιοι τὰ χρυσόταβλα αὐτῶν χλανίδια, οἱ δὲ στρατηγοὶ τὰ σαγία αὐτῶν, οἵ δὲ πρωτοσπαθάριοι καὶ οἱ λοιποὶ ἄρχοντες, ἕκαστος καθέζονται ἐν τῷ κλητωρίῳ ἠλλαγμένοι.

A ac cæteri ministri 162 pro sua quisque dignitate vestes gestant et in convivio et in mutatoriis considunt

Β'. Καὶ πάντων καθεσθέντων τῶν προειρημένων ἀρχόντων ἐν τῷ κλητωρίῳ, δηλοποιεῖ ὁ βασιλεὺς τοῖς πατρικίοις διὰ τοῦ τῆς τραπέζης, ὡς ὑτι « Ἐκβάλλετε τὰ χλανίδια ὑμῶν, » καὶ ἀναστάντες οἱ πατρίκιοι καὶ οἱ στρατηγοὶ ὑπερεύχονται τὸν βασιλέα, καὶ ἀπαλλάσσουσιν οἱ μὲν πατρίκιοι τὰ χλανίδια αὐτῶν, οἱ δὲ στρατηγοὶ τὰ σαγία αὐτῶν, ἀπολαμβάνουσι δὲ τὰς αὐτῶν στολὰς ἐγγιστιάριοι βασιλικοὶ οἱ παριστάμενοι ἐν τῇ κάτω τραπέζῃ, καὶ ἐπιδιδοῦσι αὐτὰ τοῖς ὑπουργοῖς αὐτῶν εἰς τὰ σκύλα. Οἱ δὲ ἄρχοντες τοῦ κουβουκλείου ἠλλαγμένοι ὄντες ἐκτελοῦσι διπλοῦν παραστάσιμον, εἰ τύχῃ ἐν Κυριακῇ (38)· οὐ διὰ τοῦτο ἀλλάσσει πᾶσα ἡ σύγκλητος.

II. Omnibus autem dictis proceribus assidentibus, per mensæ præfectum imperator patriciis edicit, vestes suas deponant, surgentesque patricii et strategi fausta imperatori precantur, mutantque patricii tunicas, strategi saga, quorum vestes imperatoris apparitores, in inferiori mensæ astantes, sumunt, et eorum famulis in scylis stantibus tradunt. At cubiculo præfecti, mutata veste, duplicem faciunt consessum, si Dominica die contingit : non enim eo die susceptio solennis imperatoris fit, et propterea omnis senatus mutat.

ΚΕΦΑΛ. ΞΒ'.

CAPUT LXII.

B

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐν παραμονῇ ἐξίμου (39).

Observanda pridie ejus diei, quo imperator in urbe excipiendus est.

Α'. Εἰσέρχονται τὰ δύο μέρη εἰς τὸ σῖγμα, καὶ αἰτοῦνται, λέγοντες οἱ κράκται · « Πολλὰ, πολλὰ, πολλά · » ὁ λαός · « Πολλὰ ἔτη εἰς πολλά. » Οἱ κράκται · « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι, τὸ πρόβλημα τῆς Τριάδος· « φθογγεῖ [16] καὶ ὁ λαὸς ἐκ γ' · Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι. » Οἱ κράκται · « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι, ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα αὐτοκράτορες Ῥωμαίων · » φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ γ'. « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι. » Οἱ κράκται. « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι, οἱ θεράποντες τοῦ Κυρίου · » φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ τρίτου· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι. » Οἱ κράκται· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι, ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα Αὐγοῦσται τῶν Ῥωμαίων · » φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ γ'· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι. » Οἱ κράκται· « Ὡς δοῦλοι τολμῶμεν παρακαλέσαι · » φθογγει καὶ ὁ λαὸς ἐκ γ' ὁμοίως. Οἱ κράκται · » Μετὰ φόβου δυσωποῦμεν τοὺς δεσπότας· » φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ γ' ὁμοίως. Οἱ κράκται · « Ἀνεξικάκως παρακληθητε, ὦ εὐεργέται [17]· » ὁ λαὸς ὁμοίως ἐκ γ'. Οἱ κράκται· « Εἰς τὴν δέησιν τῶν δούλων ὑμῶν Βενέτων· » ὁ λαὸς ἐκ γ' ὁμοίως. Οἱ κράκται · « Τὴν

C

I. Duæ factiones sigma intrant, et precantur; dicunt cantores : « Multos, multos, multos ; » populus : « Multos annos in multos. » Cantores : « Multa vobis tempora, trinitatis propugnaculum ; » clamat et populus ter : « Multa vobis tempora. » « Cantores : « Multa vobis tempora, N. N. imperatores Romanorum : » clamat et populus ter : « Multa vobis tempora. » Cantores : « Multa vobis tempora, famuli Domini ; « clamat et populus ter : « Multa vobis tempora. » Cantores : « Multa vobis tempora, N. N. Augustæ Romanorum ; » clamat et populus ter : « Multa vobis tempora. » Cantores : « Ut servi precari audemus ; » clamat et populus eadem ter. Cantores : « Cum timore suspicimus dominos ; » clamat et populus similiter. Cantores : « Non injuria invocamini, benefici ; » clamat et populus similiter tribus vicibus. Cantores : « Ad preces servorum vestrorum Venetorum ; » clamat et populus ter. Cantores : « Majestatem tuam festum hunc diem ut nobis celebrare permittat, precamur ; »

VARIÆ LECTIONES.

[16] φθογγὴ ed. ubique præbet, ut supra. [17] ὡς εὐεργ. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(38) Sic M., recte, ex more novæ Græciæ. Vid. not. ad p. 312.

(39) Pridie ejus diei, qui imperatori natalis imperii est, et quo solemniter adorandum se dare factionibus debet. De die natali imperii hoc capite agi, liquet e A, 1 : τὴν αὐτοκρατορίαν σου αἰτούμεθα ἑορτάσαι. Videor mihi hoc in loco vestigium ætatis, ad quam referri cerimoniale nostrum debet, deprehendere, si modo de tempore suo locutus fuit auctor hic loci, neque totum hoc caput cum sequentibus e veteri cerimoniali transcripsit, aut anni tempora persequi voluit. Scilicet exceptionem factionum gratulantium imperatori natalem imperii collocat auctor ante aureum circense, quod in diem lunæ proximum a Dominica in Albis fuisse celebratum constat. Unde concludas, illum imperatorem, ad quem hoc caput pertinet, imperium ante illum diem adiisse. Constantinus, Leonis Sapientis filius, ille nequit esse ; quippe qui a patre ipso esto Pentecostes collega dictus et coronatus fuit. Congruit igitur hoc in Constantinum Juniorem, Romani filium, ut qui una cum fratre Basilio, potuit in patris, XV. Martii defuncti, regnum, adeoque ante Paschatis festum successisse dici, quamvis fratres illi minorennes sub duobus tutoribus, Nicephoro Phoca et Joanne Tzimisce, diu vixerint absque imperio. Sed, ut dixi, debile hoc argumentum est. Non enim constat, auctorem temporum anni seriem in recensione hilariorum factionalium et circensium sequi voluisse ; præsertim cum eum ipse turbet, post aureum circense narrans de exceptione hiberna in area triconchii facta, et inter lachanicum, quod XI Maii, Urbis regiæ, natali, flebat, et ipsi immediate continuum Macellarium seu Lupercal intergerens Votorum ludicrum, quod in mensem Januarium incidit. Deinde potest hoc caput quoque ad imperatorem aliquem respicere, qui ante Constantinum Leonis vixit, et ante festum, vel ipso festo Paschatis coronatus et inauguratus imperio fuit.

D

clamat et populus similiter. Cantores : « Dominos Romanorum serva, Domine ; « clamat et populus ter : « Domine, serva. » Cantores : « Domine, serva dominos cum Augustis conjugibus et porphyrogenitis. »

II. Vesperi duæ factiones, sigma cum faeibus intrantes facularium (ita enim dicitur), celebrant, et saltantes, apelaticum toni gravis cantant : 162 « Salvete, domini Romanorum ; salvete, deliciæ universi orbis salvete ; reges, N.N., quos Trinitas victores et benefactores constituit. Posthac ascendunt in gradus, et dicunt apelaticum toni gravis IV : « Gaudet orbis, te imperatorem dominumque conspiciens, tuaque urbs lætatur. A Deo coronate N., lætatur ordo, principem te ordinis conspiciens, et beata sunt sceptra, te sceptrigerum nacta. Ornes enim solium paternæ majestatis, una cum Augusta pulchri ordinis radios emittens, quare fortunata per te civitas imperii tui diem ut festum agit. » Cantores acclamant : « Domine, serva dominos Romanorum ; » populus ter : « Domine, serva. » Cantores : « Domine, serva a te coronatos ; clamat et populus ter : « Domine, serva. » Cantores : « Domine, serva imperatores cum Augustis conjugibus et porphyrogenitis ! »

Οἱ κράκται· « Κύριε, σῶσον τοὺς δεσπότας σὺν ταῖς Αὐγούσταις καὶ τοῖς πορφυρογεννήτοις. »

CAPUT LXLI.

Observanda mane ejus diei, quo in urbe excipiendus est imperator.

I. Antequam domini in thronum ascenderunt, cantores dicunt : « Oriatur divina majestas ; » clamat et populus ter : « Oriatur, » et cætera acclamationis. Postquam consederunt in solio, primum cruce signant, dicente populo : « Sanctus, sanctus, sanctus. » Porro cantores : « Gloria in excelsis Deo, et in terra pax ; » populus similiter. Cantores : « Inter homines Christianos beneplacitum ; « clamat et populus ter : « Domine, serva. » Cantores : « Domine, serva Romanorum imperium, et omnes qui in eo habitant. » Populus ter : « Domine, serva. » Cantores : « Domine, serva dominos cum Augustis conjugibus et porphyrogenitis. »

αὐτοκρατορίαν (40) σου αἰτούμεθα ἑορτάσαι· » φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ γ' ὁμοίως. Οἱ κράκται· « Κύριε, σῶσον τοὺς δεσπότας τῶν Ῥωμαίων· » φθέγγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ τρίτου· « Κύριε, σῶσον. » Οἱ κράκται· « Κύριε, σῶσον τοὺς δεσπότας σὺν ταῖς Αὐγούσταις καὶ τοῖς πορφυρογεννήτοις. »

Β'. Καὶ δείλης εἰσέρχονται τὰ μέρη τὰ δύο εἰς τὸ σῖγμα μετὰ φατλία, καὶ γίνεται ἡ λεγομένη φακλαρία (41), καὶ λέγουσι τὸν ἀπελατικὸν χορεύοντες, ἦχ. βαρύς· « Χαίρετε, δεσπόται τῶν Ῥωμαίων· χαίρετε, ὁ πόθος τῆς ὅλης οἰκουμένης· χαίρετε, ἄνακτες ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, οὓς ἡ Τριὰς ἀνηγόρευσεν νικητὰς καὶ κόσμου εὐεργέτας. » Καὶ μετὰ ταῦτα ἀνέρχονται εἰς τὰ βάθρα, καὶ λέγουσιν ἀπελατικὸν ἦχ. πλ. δ'· « Χαίρει ὁ κόσμος ὁρῶν σε αὐτοκράτορα δεσπότην, καὶ ἡ πόλις σου τέρπεται, θεόστεπτε ὁ δεῖνα ὡραΐζεται (42) ἡ τάξις σε βλέπουσα ταξιάρχην, καὶ εὐτυχοῦσι τὰ σκῆπτρα σκηπτεῦχόν σε κεκτημένα. Κατακοσμεῖς γὰρ τὸν θρόνον τῆς πατρῴας βασιλείας, σὺν τῇ Αὐγούστῃ προπέμπων μαρμαρυγὰς εὐταξίας. ὅθεν εὐημεροῦσα διὰ σοῦ ἡ πολιτεία, τῆς σῆς αὐτοκρατορίας ἑορτάζει τὴν ἡμέραν. » Καὶ λέγουσιν οἱ κράκται τὰ ἄκτα· « Κύριε, σῶσον τοὺς δεσπότας Ῥωμαίων· » καὶ ὁ λαὸς ἐκ γ'· « Κύριε, σῶσον. » Οἱ κράκται· « Κύριε, σῶσον τοὺς ἐκ σοῦ ἐστεμμένους· » φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ γ'· « Κύριε, σῶσον. »

ΚΕΦΑΛ. ΞΓ'.

Ὅσα δεῖ [18] φυλάττειν τῇ ἐπαύριον εἰς τὸ δέξιμον.

Α'. Πρὸ τοῦ ἀνιέναι τους δεσπότας ἐπι του σενζου (43) λέγουσιν οἱ κράκται· » Ἀνάτειλον ἡ ἔνθεος βασιλεία (44)· » φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ γ'· « Ἀνάτειλον, » καὶ τὰ ἐξῆς τῶν ἄκτων. Καὶ ὅτε ἀνέλθωσιν οἱ δεσπόται ἐπὶ τοῦ σένζου, κατασφραγίζουσι (45) πρῶτον, καὶ λέγει ὁ λαός « Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος. » Οἱ κράκται· « Πολλὰ, πολλὰ, πολλά· » ὁ λαός· « Πολλὰ ἔτη εἰς πολλά. » Καὶ εἰθ' οὕτω λέ-

VARIÆ LECTIONES.

[18] δεῖ deest in cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(40) Rogamus liceat nobis natalem imperii tui, eum, quo imperium adiisti, hilariter peragere. Conf. p. 165, τῆς σῆς αὐτοκρατορίας ἑορτάζει τὴν ἡμέραν, et p. 163, ubi recte interpres. Vid. Casaubon. ad Scr. Hist. Aug. t. I, p. 44, ubi de diversis natalibus agit. De rogationibus factionum vid. ad p. 63 et 170.

(41) *Saltatio, chorea cum facibus.* Ergo jam tum temporis quoque saltationes cum faculis aut cereis in usu erant, ut hodie sunt in aulis principum. De illuminationibus et ignibus artificialibus veterum annotavi quædam ad p. 351, ubi de hilariis triumphalibus egi.

(42) Id est καλλωπίζεται et μεγαλαυχεῖται, hoc velut ornatum quemdam suum ostentat, eo sese parat et fastuatur atque gloriatur, ἡ τάξις, *ordo* (senatorius nempe), quod tu sis ejus ταξιάρχης, ordinarius, princeps ordinis. Ita Zosim. IV, 38, ἐπὶ κατωρθωμένοις πράγμασιν ὡραΐζεσθαι dixit, *ob res bene gestas sese velut* ὡραῖον, *speciosum, ostentare. Sich paerden, sich viel damit wissen*, nos dicimus. Idem IV, c. 42 : ὡραϊζομένου τῷ πλήθει καὶ μεγέθει τῶν δωρεῶν, *cum sibi placeret ob copiam magnitudinemque munerum.* Nicetas, p. 29, Ταῖς ἀρεταῖς προσανεῖχε καὶ ὡραΐζετο, *virtutibus intenta mundum ab iis sibi quærebat.* Ἡ τάξις ordinem honestissimum, id est senatorium, in specie notat, imitatione Latinorum. Occurrit hoc sensu in Cod. Theodos. non semel. Conf. Du Cange v. *Ordo* et Τάξις. Forma Constantini M. in marmore Asiatico inter inscriptiones a Richardo Pocokio editas p. 9, n. 5, quam inde integram repetii in recensione mea illius libri actis eruditorum anni hujus inserta, dicit Augustum *salutem dicere ordini civitatis Orcistanorum.*

(43) De throno Cathismatis seu palatii circensis, e quo ludos spectare solebat imperator, hic sermo est.

(44) *Adveni, o majestas auctoritate divina regnans.*

(45) Imperatores Romani olim cum in circum veniissent, osculo jacto manibus adorabant et salutabant populum ; vid. Dion. Cass. p. 1055, 71, ed. Hamb. Ejus in locum successit mos signo crucis signandi ope rhosthelii, seu chlamydis certo quodam modo compositæ, de quo deinceps sæpius occurret sermo.

γουσι τὰ ἄκτα οἱ κράκται· « Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη· » ὁ λαὸς ἐκ τρίτου ὁμοίως. Οἱ κράκται· « Ἐν ἀνθρώποις Χριστιανῶν εὐδοκία· » φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ γ' ὁμοίως. Οἱ κρέκται· « Ὅτι ἠλέησεν ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. » φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ὁμοίως ἐκ γ'. Οἱ κράκται· « Δόξα Θεῷ τῷ δεσπότῃ πάντων· » φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ γ' ὁμοίως, Οἱ κράκται· « Πολλὰ, πολλὰ, πολλὰ. » Τριλέξιον [19] (46) α, ἦχ· δ' » Ὁ Θεὸς ὁ δεσπόζων ἀοράτων καὶ ὁρωμένων ἀξιώσει ὑμᾶς, δεσπόται, ἑκατὸν ἐν εἰρήνῃ χρόνους βασιλεύειν Ῥωμαίων, καὶ τὴν παροῦσαν, ἡμέραν τῆς αὐτοκρατορίας ἑορτάζειν. »

A mat et populus eadem ter. Cantores : « Quod populi sui Deus misertus est ; » similiter clamat et populus ter. Cantores : « Gloria Deo omnium domino; » populus eadem ter. Cantores : « Multos, multos, multos ; » populus : « multos annos in multos. » Trilexium I. toni IV : « Deus, dominus invisibilium et visibilium, vos centum annos in pace Romanis imperare sinat, præsentemque diem vestri imperii ut festum celebrare !

Β'. Ἄκτον α'. λέγουσιν οἱ κράκται· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι, ἡ ἔνθεος βασιλεία· » φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ γ'· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι, » καὶ τὰ ἑξῆς τῶν ἄκτων. Τριλέξιον β'· « Ἀσύγκριτοι στρατιῶται (47), οἰκουμένης οἱ πρόμαχοι, στεφηφόροι, τὶ ἐκ Θεοῦ ὑψωθέντες [20] ἐπὶ θρόνου τῆς βασιλείας, διεσκορπίσατε ἔθνη ὅπλοις ἐνθέοις τῆς εὐσεβείας· ἀλλ' ὁ Θεὸς ὁ στέψας ὑμᾶς καὶ πάντων κτίστης ἐπὶ πλεῖον πλεονάσει ὑμῶν τὰς ἡμέρας. » Ἄκτον β'· λέγουσιν οἱ κράκται· « Ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα μεγάλων βασιλέων καὶ αὐτοκρατόρων πολλὰ τὰ ἔτη· ὡς τὰ αἴσια ἅπαντα εἰς τὰ πέρατα ἐκφωνεῖσθαι. Εὐφημήσωμεν Βένετοι κατὰ χρέως· εὐσεβεῖς, πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι· νικηταὶ, πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι· ἐκλογὴ τῆς Τριάδος, πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι· » Τριλέξιον γ'· « Ἡαρὰ Θεοῦ φιλανθρώπου ὑμεῖς ἐστέφθητε, Αὐγοῦσται, νοητῷ δὲ ἐλαίῳ ἐπευλογήθητε οὐρανόθεν εἰς χαρμοσύνην τοῦ λαοῦ ὑμῶν, θεοπρόβλητοι Αὐγοῦσται, καὶ εἰς κατάπτωσιν πάντων ἐναντίων. » Ἄκτον γ'. λέγουσιν οἱ κράκται· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι, ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα Αὐγοῦσται τῶν Ῥωμαίων· » φθογγεῖ καὶ ὁ λαὸς ἐκ γ'· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι. » Οἱ κράκται· « Πολλὰ, πολλὰ, πολλά. » ὁ λαός· « Πολλὰ ἔτη εἰς πολλά· » καὶ αὐλεῖ τὸ ὄργανον. Καὶ λέγουσιν. « Ἅγιαχας. Καὶ ὅτε πληρώσῃ, λέγουσιν οἱ κράκται φωνὴν ἦχ. π. δ'· « Τὸ ἰχάδιν ἅγια· » καὶ ὁ λαός. « Ἀνδρίζεται ἡ πόλις ἡ τῶν Ῥωμαίων, δεξαμένη ἐκ τοῦ ἰδίου θρέμματος τὴν σωτηρίαν· καὶ δοξάζεται τὸ σκῆπτρον τῆς ἐξουσίας· ἀπάνάγια [21], ὅτι ἐπεσκέψατο αὐτῷ ἀνατολὴ ἐξ ὕψους διὰ σοῦ, ὁ δεῖνα ἄναξ, τοῦ ἀγαπήσαντος δικαιοσύνην καὶ χρισθέντος ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ πατὰ Κυρίου, ἐβραβεύθη εἰρήνη τῇ πολιτείᾳ τῷ ῥυσαμένῳ [22] (48) ἐξ ἐχθρῶν τοὺς αἰχμαλώτους. »

II. Acclamatio I; dicunt cantores : « Longa vobis tempora majestas divina; » populus ter: Longa vobis tempora, » et cætera acclamationis. Trilexium II: « Incomparabiles milites, defensores ac tutores universi, coronati a Deo, 164 exaltati in throno majestatis, subigite gentes divinis armis pietatis. Sed Deus, qui vos coronavit, creator omnium, dies vestros magis magisque augeat. » Acclamatio II ; dicunt cantores : « N. N. magnis imperatoribus et Augustis multos annos, ut felicia omnia in terminis imperii nuntientur. Acclamemus Veneti ex debito. Longa vobis, o pii, tempora ! victores, longa vobis tempora ! electi a Trinitate, longa vobis tempora ! » Trilexium III : « A Deo, hominum amico, coronatæ estis, Augustæ, et sapientiæ oleo ad lætitiam populi vestri cœlitus perunctæ, a Deo promotæ Augustæ, et in exitium omnium inimicorum. » Acclamatio III ; cantores : « Longa vobis tempora, N. N. Augustæ Romanorum ; » clamat et populus ter : « Longa vobis tempora. » Cantores : « Multos, multos, multos ; » populus : « Multos annos in multos ; » et sonante organo dicunt : « Sancte. » Quo finito, cantores tono obliquo IV : « Sancta ; » et populus : » Confirmatur urbs Romanorum a proprio alumno salutem nacta, et exaltatur sceptrum potentiæ : o sanctissima ! quod ipsam orieus ex alto invisit per te, N. imperator, qui amavisti justitiam et unctus es oleo sancto a Domino ! civitati pax per eum, qui captivos ab inimicis liberavit, donata est. »

Γ'. Ἀπελατικὸν ἀπὸ φωνῆσ ἦχ. π. δ'· « Χαίρει ὁ κόσμος ὁρῶν σε αὐτοκράτορα δεσπότην, καὶ ἡ πόλις σου τέρπεται, θεόστεπτε ὁ δεῖνα· ὡραΐζεται ἡ τάξις σὲ βλέπουσα ταξιάρχην, καὶ εὐτυχοῦσι τὰ σκῆπτρα, σκηπτοδόχον σε κεκτημένα. Κάτακοσμεῖς γὰρ τὸν θρόνον τῆς πασρῴας βασιλείας σὺν τῇ Αὐγούστῃ, προπέμπων μαρμαρυγὰς εὐταξίας, ὅθεν εὐημεροῦσα διὰ σοῦ ἡ πολιτεία τῆς αὐτοκρατορίας ἑορτάζει τὴν ἡμέραν. » Καὶ ἀπὸ τούτου λέγουσιν οἱ κράκται·

III. Apelaticum toni obl. IV : « Gaudet orbis, intuens te imperatorem dominumque ; lætatur urbs tua, a Deo coronate N.; exsultat ordo, te ordinis institutorem videns; felicia sceptra sunt ; te sceptrigerum nacta. Ornas enim thronum paternæ majestatis cum Augusta, emittens splendorem boni ordinis, quare per te exhilarata res publica imperii tui diem celebrat. » Postea cantores dicunt : « Domine, serva dominos Romanorum ; » populus ter :

VARIÆ LECTIONES.

[19] τριλέξιν cod. [20] στεφηφόροι ἐκ Θεοῦ, ὑψ. ed. [21] ἀναναγία cod. pro ἄπαν. [22] διὰ τοῦ ῥυσαμένου ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(46) Seu, ut M., τριλέξιν puto esse sic dictum, quia tota allocutio tribus λέξεσι sat longis constabat, uno quoque λέξει actis interpolata.

(47) Satis humiliter pro imperatore; decentius στρατηγοὺς appellassent. At quis in sæculo rudi et inficeto decus requirat ?

(48) Subint. ἐν, *in salvante*, hoc est *per salvantem*.

« Domine, serva. » Cantores : « Domine, serva a te coronatos ; » populus ter : « Domine, serva. » Cantores : « Domine, serva dominos cum Augustis conjugibus et porphyrogenitis ; » populus ter. Cantores : « Domine, serva. »

IV. Deinde Prasini excipiunt, qui postquam finierunt, cantores duarum factionum simul dicunt : « Hoc imperium, Domine, confirma ; » eadem populus ter. Cantores : « Spiritus sanctissime, Augustas tuere ; » populus similiter. Cantores : « Mater Dei nostri, serva porphyrogenitos ; » **165** populus similiter. Cantores : « Domine, vitam eorum per nostram vitam ; » eadem populus ter. Surgentibus dominis a solio, dicit cantor : « Nana ; » et incipiunt duæ factiones : « Conservet Deus dominos ; » eadem populus ter. Cantores : « Multos, multos, multos ; » populus : « Multos annos in multos ; » silentque duæ factiones, et prospicit per æneos cancellos ante thronum cubiculi præcentor, schedamque tenens, ibi inscripta legit in hunc modum : « Omnipotens et misericors Deus, qui serenitatem vestram coronavit, per intercessionem beatæ Virginis sinat nos simul cum vobis Christi amantibus has dies tranquille et feliciter transigere. »

A « Κύριε, σῶσον τοὺς δεσπότας Ῥωμαίων· » ὁ λαὸς ἐκ γ'· « Κύριε, σῶσον. » Οἱ κράκται· « Κύριε, σῶσον τοὺς ἐκ σοῦ ἐστεμμένους· » ὁ λαὸς ἐκ γ'· « Κύριε, σῶσον. » Οἱ κράκται· « Κύριε, σῶσον τοὺς δεσπότας σὺν ταῖς Αὐγούσταις καὶ νοῖς πορφυρογεννήτοις· » ὁ λαὸς ἐκ γ'· « Κύριε, σῶσον. »

Δ'. Καὶ ἀπὸ τούτων δέχονται οἱ Πράσινοι, καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι τοὺς Πρασίνους λέγουσιν οἱ κράκται τῶν δύο μερῶν ἔσ· « Τοῦτο τὸ βασίλειον, Κύριε, στερέωσον· » ὁ λαὸς ὁμοίως ἐκ γ'. Οἱ κράκται· « Πνεῦμα τὸ πανάγιον, τὰς Αὐγούστας σκέπασον· » ὁ λαὸς ὁμοίως ἐκ γ'. Οἱ κράκται· « Μήτηρ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν [28], φύλαττε τὰ πορφυρογέννητα· » ὁ λαὸς ὁμοίως. Οἱ κράκται· « Κύριε, ζῶὴν αὐτῶν διὰ τὴν ζωὴν ἡμῶν· » ὁ λαὸς ὁμοίως ἐκ γ'· Καὶ ἀνισταμένων τῶν βασιλέων ἀπὸ τοῦ σένζου, λέγει ὁ κράκτης

B φθογγῇ· » Νανά [42] (49). » Καὶ ἄρχονται λέγειν τὰ δύο μέρη· « Ηερισώσει ὁ Θεὸς τοὺς δεσπότας· » ὁ λαὸς ὁμοίως ἐκ τρίτου. Οἱ κράκται· « Πολλὰ, πολλὰ, πολλά· » ὁ λαός· « Ηολλὰ ἔτη εἰς πολλά. » Καὶ σιωπῶσι τὰ δύο μέρη, καὶ προκύπτει διὰ τῶν χαλκῶν καγκέλλων ἔμπροσθεν τοῦ σέντζου (50) ὁ τοῦ κουβουκλείου φωνοβόλος, κατέχων τὸν τόμον [25] (51), καὶ λέγει τὰ ἐκεῖ ἐγγεγραμμένα, ἅπερ εἰσὶ ταῦτα. « Ὁ παντοδύναμος καὶ πολυέλεος ἡμῶν Θεὸς ὁ στέψας τὴν ὑμετέραν γαλήνην διὰ πρεσβειῶν [26] τῆς παναχράντου αὐτοῦ Μητρὸς ἀξιώσει ἡμᾶς ἅμα τοῖς φιλοχρίστοις ὑμῖν, ἐπὶ πολλοὺς χρόνους εἰρηνικῶς τὰς αἰσίας ταύτας ἡμέρας ἐπιτελεῖν (52). »

V. Postea præcentor ille dextram manum extendit, digitis instar radiorum porrectis ac rursus in

Ε'. Καὶ εἶθ' οὕτως ἐκτείνει ὁ αὐτὸς φωνοβόλος τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα (53), τοῖς ἑαυτοῦ δακτύλοις

VARIÆ LECTIONES.

[28] Θεοῦ, ἡμῶν ed. [24] παναγία ed. [25] νόμον ed. [26] διαπρεσβεύων ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(49 Verbum nihil significans, frequentis tamen usus novis Græcis, præsertim in fine vocum : ut σεμένο pro εἰς ἐμὲ, *in me* ; σεσένα pro εἰς σέ, *in te* ; σιλάννα, *tacite, quiete*, σίγα. Forte manavit ab Hebraico נָא נָא, *quæso, quæso*, et cum *ho ianna* venit ad Græcos ; vid. pag. 224 Nostri in Lexico Gothico.

(50) Erat ergo ante cathisma projectum, clathris æneis munitum, in quod progredi et stare et ambulare homo pluresve poterant. Nos hodie talia *Erker* appellamus et *balcons* ; veteres πρόφορα, chalcidica, peribola et patibula (quia paterent ; neque enim ausim hanc lectionem damnare), pergulas, mœniana, de quibus vid. Salmas. ad Scr. Hist. Aug. t. I, p. 677, et deinceps dicenda ad p. 167.

(51) *Schedium membranaceum*, in quo perscriptum erat votum cubiculariorum ad imperatorem ; conf. Du Cange Gloss. Gr. h. v. Venit a τέμνειν, et proprie notat frustum membranæ de tergore animalis resectum.

(52) Post hanc vocem deesse hanc sententiam : Καὶ τελέσαντα αὐτοὺς ἄρχονται τὰς συνήθεις αἰτήσεις αἰτεῖσθαι, καὶ ἑκάστης αἰτήσεως τελεσθείσης, νεύει ὁ πραιπόσιτος τῷ φωνοβόλῳ, καὶ εἶθ' οὕτως etc., patet e p. 168. Licebat nempe populo quocunque in ludo circensi quatuor, quæ vellent, sibi indulgenda rogare, eaque imperatores ipsis gratificabantur. Infra p. 170, τὰς συνήθεις τέσσαρας αἰτήσεις habemus, et p. 365, τῶν μερῶν αἰτησαμένων τὰς δ' αἰτήσεις, ἃς ἐξ ἔθους εἰώθασιν αἰτεῖσθαι, καὶ τοῦ βασιλέως συνταξαμένου τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν τεσσάρων αἰτήσεων γίνεσθαι. Quatuor hæ rogationes plerumque minoris erant momenti, ut, hunc vel illum aurigam fieri, qui populo placeret, aut præfectum urbi aliquem amoveri ; panem, oleum vinumve sibi gratis donari, aut vilioris vendi ; querimoniæ de malis magistratibus, quorum per fraudem annona chara esset ; vid. Juliani Misopogon. p. 368. C. ed. Spanhem. et præcipue Theophan. p. 155, 156, ubi præclarum habetur monumentum talis expostulationis populi cum imperatore. De clamoribus populi, aurigis et pantomimis similibusque vestem et dona flagitantis vid. Vales. ad Ammian. Marcell. p. 414. De paupuli insanis in circo clamoribus in universum scitum habet locum Dio Chrysostomus p. 103.

(53) Illa quam Noster hic luculenter describit, manus composito significabat τὴνσύνθεσιν τοῦ βασιλέως, assensum imperatoris ad ipsorum vota ; vid. p. 168. Solemnis ille per digitos certo modo formatos sermo, et postulandi sic promittendique mos in theatris et circis olim vigebat. Insignis est Xiphilini locus de M. Antonino Philosopho narrantis, cum, a Germanica expeditione redux (μεταξὺ λέγοντος αὐτοῦ τά τε ἄλλα καὶ ὅτι πολλοῖς ετεσιν ἀποδεδημηκὼς ἦν, ἀνεβόησαν· Ὀκτώ· καὶ τοῦτο καὶ ταῖς χερσὶν, ἵνα δὴ καὶ χρυσοῦς τοσούτους εἰς τὸ δεῖπνον λάβωσι, προσενεδείξαντο· διεμειδίασε, καὶ ἔφη καὶ αὐτὸς· Ὀκτώ, καὶ μετὰ ταῦτα ἀνὰ διακοσίας δραχμὰς αὐτοῖς κατένειμεν, ὅσον οὔπω πρότερον εἰλήφεισαν), in concione ad populum multorum annorum commemorasset a patria absentiam, conclamasse turbam : *octo*, eumdemque numerum manibus expressisse, quo simul aureos totidem in cœnam se cupere significabant. Ad hoc risisse Marcum et ipsum quoque *octo* condixisse, et viritim ducentenas drachmas distribuisse. Quem ad locum conferri velim doct. Reimari notas, p. 119, et Artemidor., p. 150, item Spartianum in Didio

ακτινοειδῶς διαστέλλων, καὶ πάλιν βοτρυδὸν ἐπισυστέλλων. Καὶ λέγουσι τὰ δυο μέρη ἔσ. οἱ κράκται. « Νανά [27]· » καὶ ὁ λαός· « Εἰσακούσει ὁ Θεὸς τῆς φωνῆς ἡμῶν. » Οἱ κράκται· « Ηολλὰ, πολλὰ, πολλά· » ὁ λαός· « Ηολλὰ ἔτη εἰς πολλά. » Οἱ κράκται· « Πολλοὶ ὑμῖν χρόνοι, τὸ πρόβημα τῆς Τριάδος· » καὶ ὁ λαός· « Ηολλοὶ ὑμῖν χρόνοι, » καὶ τὰ ἑξῆς τῶν ἄκτων. Εἰδέναι δὲ δεῖ, ὅτι κατὰ τὸν τύπον καὶ τὴν τάξιν τῆς ἐπιτελουμένης ἀκολουθίας τῇ παραμονῇ τοῦ δεξίμου, ὁμοίως καὶ δείλης ἐν τῇ φακλαρίᾳ, καὶ πάλιν ἐπὶ τῇ αὔριον εἰς αὐτὸ τὸ δέξιμον ἐπιτελοῦνται πάντα τὰ δέξιμα, πλὴν οἱ ἀπελατικοὶ καὶ τὰ τριλέξια καὶ τὰ τετράλεκτα ὀφείλωσι λέγεσθαι, περὶ οἵας ὑποθέσεώς ἐστι τὸ δέξιμον [28], ἐν μὲν τῇ αὐτοκρατορίᾳ τὰ τῆς αὐτοκρατορίας, ἐν δὲ τῷ χρυσῷ ἱπποδρομίῳ τὰ τοῦ Ηάσχα, ἐν δὲ τῷ λαχανικῷ τὰ τοῦ γενεθλίου (54), ἐν δὲ τῇ Πεντηκοστῇ

A uvæ formam compositis, et dicunt una duæ factiones : cantores : « Nana ; » populus : « Exaudiet Deus vocem nostram. » Cantores : « Multos, multos, multos ; » populus : « Multos annos in multos. » Cantores : « Multa vobis tempora, Trinitatis propugnaculum ; » populus : « Multa vobis tempora, » et reliqua acclamationis. Sciendum vero est, secundum formam et ordinem peracti in vigilia susceptionis officii, ut et vesperi facularia, ac denuo sequenti die in ipsa susceptione omnia, quæ ad illum ritum spectant, peragi præter quod qua ratione et argumento apelatici, trilexia et tetralexia fiant, dici debeat : scilicet in imperii suscepti memoria, quæ ad eam pertinent eique conveniunt ; in aurea hippodromo, quæ Paschati ; in lachanico, quæ natali; B in Pentecoste, quæ Pentecoste, uno verbo, cujus rei causa susceptio imperatoris instituitur, quæ

VARIÆ LECTIONES.

[27] πανα ed. [28] ἐπὶ τὸ δέξ, ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

Juliano p. 578 : *e senatu in Capitolium pergenti* [Juliano] *populus obstitit, sed ferro et vulneribus et pollicitationibus aureorum, quo ipse Julianus, ut fidem faceret, digitis ostendebat, summotus atque depulsus est.* Vid. Casaub. ad illum locum.

(54) Natali urbis, qui in d. XI Maii incidebat. Dies ille sic nude τὸ γενέθλιον appellabatur ; vid. Theophan. p. 191, 195, Malal. t. II, p. 8. Habemus hic quatuor exceptiones et tres ludos Circenses. Exceptionem gratulantis populi natalem imperii, absque ludo circense ; dein circense aureum in diem lunæ proximum a Dominica in albis dicta incidebat ; C oleraceum seu herbaceum diei urbis natali seu XI Maii congruum, et Pentecostes, alias Macellarium. Alio loco habemus quoque Vota, non equestre, sed pedestre ludicrum, de cujus tempore non liquido constat. Videntur hæc quinque ludicra stata et solemnia imitatio fuisse septem illarum processionum et munerum, quæ consules Romani olim ex more per annum edebant, de quibus v. Guther. p. 446. Facularia enim saltatio non est peculiaris ludus, sed semper præcedebat τὸ δέξιμον seu adorationem et gratulationem populi, vespera una ; hoc ordine, ut post rogatam in vigilia deximi seu pomeridianis horis ejus diei, qui deximum antecederet, veniam altero die imperatorem adorandi publice, proxima vespera saltarent cum faculis, et proximo mane adorarent imperatorem, ipsique læta, quæ identidem contingerent, gratularentur. Cum tractatio de ludis circensibus hinc incipiat, non inutile puto, totum illud caput, quod huc per- D tinens in cl. Leichii Collectaneis notarum ad Constantini nostri Cerimoniale reperi, illinc excerptum hic edere, loco maxime opportuno. Est autem hoc : Imperator victor in circensibus ludis ad S. Mamantis. Georg. Monach. p. 541, ubi multa. In ludo equestri ab Alexandro Basilii filio, candelabra et sacra suppellex ex templis adhibita, p. 564. Ἡ σφενδόνη circi, p. 533. Μιχαὴλ βασιλεὺς ἵππον τῷ ἱππικῷ βουλόμενος ὑπεζεῦξαι P. 529 conferatur. Theophilus imperator urbem petens ac spolia triumpho exhibens, circensibusque exhibitis, ipse primo munere ludens (τὸ πρῶτον βαῖον παίξας), albis invectus equis utque Veneto indutus colore, cum victor exisset, coronatus est, acclamantibus factionibus : *Bene fausteque venisti*, etc., καλῶς ἦλθες ἀσύγκριτε φακτιονάριε. P. 519. Symeon. Logoth. p. 452. Theophilus imp. gradus ac subsellia (ἀναβάθρας) factionum struit ; phialam quoque, in qua Σαξιμοδέξιμον fit. P. 424. Annal. Symeon. Logoth. Elegans inscriptio apud Murator. de factionario circensi. In theatri circo imp. consalutatus Basilius. P. 397. Script. post Theoph. Triumphus Const. M. in circo de Saracenis. P. 283. Imperator cum senatu epulatur in circo. P. 295. Ἡ σφενδόνη ἡ κατὰ τὸν ἱππόδρομον Conf. Const. P. 76. Venetorum demarchus prope domesticum excubitorum stabat, Prasinæ juxta scholarum domesticum, Contin. Const. P. 88 ; in aureo gemmisque distincto sedebat solio, nec prius surgebat, ut libris bellica ipsaque domestica imperatorum continentibus statutum est. Ἡ φυγὴ πρὸς τὸν ἱππόδρομον κατὰ τὰ ἀσηκρήτεια καὶ γὰρ ἐκεῖσε τόδε τὸ τῶν ἀσηκρητῶν ὑπῆρχε καταγώγιον Contin. Const. l. VI. p. 106. De factionibus quatuor locus. P. 123. Proxime orientalem metam in circo (ἀγχιστα τοῦ τῶν τετρώρων ἐφ' οὗ κεμπτῆρος ὃς ἐπεκέκλητο τοῦ Ῥουσίου ἁρματηλάται ἄνδρες ἀνεστήλωντο). Nicetæ Choniatæ fragm. de Latinor. dirept. P. 415. Fabr. V, VI, De thromo imperatorum, ex quo ludos spectabant, Du Cangius ad Bondelm. P. 183. 29. Phalæ in circo dicuntur divisiones inter euripum et metas, quod ibi constructis ad tempus turribus his telis pugna edi solebat. Servius Æn. IX, v. 705. Φάλιν τὸ λευκὸν, ἐξ οὗ καὶ τὰ φαλάρια. Eustath. P. 87, t. I, in Hom. In statuam Justiniani, quæ fuit in Hippodromo, equestrem epigr. V. Band. P. 138, ex manubiis Assyriis. Porphyrii Prasinæ et Venetæ factionis victoris equis mutatis mentio fit ap. Band. P. 166. Prasima factio cantu victorem celebrat. P. 169. Colossum structilem, qui erat in Hippodromo CSP., a Const. Porph. erectus, canit Epigr. P. 18ff. In encæniis urbis statua Fortunæ ad Hippodromum ducebatur. V. Band. P. 257, ubi nonnulla de encæniis urbis. De his factionibus v. p. 501 Bandur. De eorum coloribus p. 664. Δήμους καὶ λαοὺς Thessalonicæ in Circum adductos confodiendos militibus tradit imper. Theodosius, et ceciderunt 25,000. Theophan. P. 62 Justinus uxorem nomine Lupiciam ἔστεψεν Αὔγουσταν ἣν οἱ δῆμοι ἐκάλεσαν Εὐφημίαν εἰς τὸ στέψαι αὐτήν. P. 14. De factione Prasino-Veneta v. p. 194. Imperator ad factiones Circenses ἔπεμψεν μανδάτα misit mandata, ad Venetos his verbis : *Imperator Justinianus penes vos obiit* ; ad Prasinos : *Imp. Justinianus penes vos vivit.* Theoph P. 205. Sergius δήμαρχος (tribunus) Prasinæ factionis, cujus ope Germanus imperium quærit. P. 342. Theoph. Locus notandus p. 246, sub Phoca, cuius in nuptiis laureatæ Prisci et Domentiæ imagines suspensæ sunt, in equestri certa.

ipsi congruunt, apelatici, trilexia, tetralexia debent recitari.

τὰ τῆς Πεντηκοστῆς, καὶ ἁπλῶς περὶ οἵας ὑποθέσεώς ἐστι τὸ δέξιμον, ὀφείλουσι λέγεσθαι οἵ τε ἀπελατικοι καὶ τὰ τριλέξια καὶ τὰ τετράλεκτα (55).

166 CAPUT LXIV.

Observanda, si imperator in aureo hippodromo postridie antipaschæ excipiendus est.

I. Paratum a mandato per præpositum die Dominica vesperi, quando imperator a processione sancti Mocii revertitur, datur, eoque die duæ factiones, unaquæque in propria phiala, facularium suam, quam singulæ agere solent, celebrant. Sequenti vero seu secunda die omnes albis tunicis induti, patricii quidem tunicis auro prætextis, cæteri vero pro sua quisque dignitate procedunt. Cerimoniarius autem venit, præposito, quod tribuni suos libellos attulerint, nuntiaturus, omnesque in Justiniani triclinio adsunt, præpositi etiam tripetonem, ut supra dictum est, cum omnibus cubiculariis ac ostiariis virgas suas portantibus ingrediuntur. Ab his omnibus stipati ex tripetone procedunt, perque lausiacum transeuntes, Justiniani triclinium intrant. In hoc cubicularii omnes, cerimoniarius et silentiarii ab utraque parte secundum suam dignitatem, præpositi in capite medii inter ipsos stant. Ἰουστινιανῷ τρικλίνῳ. Καὶ οἱ μὲν τοῦ κουβουκλείου ἅπαντες καὶ ὁ τῆς καταστάσεως καὶ σιλεντιάριοι ἵστανται ἐν τῷ αὐτῷ τρικλίνῳ ἔνθεν κἀκεῖσε κατὰ τὰς αὐτῶν τάξεις· οἱ δὲ πραιπόσιτοι ἵστανται ἐν τῇ μέσῃ αὐτῶν πρὸς τῇ κεφαλῇ.

ΚΕΦΑΛ. ΞΔ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν εἰς τὸ δέξιμον τοῦ χρυσοῦ ἱπποδρομίου δευτέρᾳ ἡμέρᾳ μετὰ τὸ ἀντίπασχα.

Α'. Δίδοται τὸ πέρατον [29] (56) ἀπὸ κελεύσεως διὰ τοῦ πραιποσίτομ τῇ Κυριακῷ ἑσπέρας, ἡνίκα ὑποστρέψει ὁ βασιλεὺς τῆς τοῦ ἁγίου Μωκίου προελεύσεως (57), καὶ ἐκτελοῦσι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τὰ δύο μέρη, ἕκαστον ἐν τῇ ἰδίᾳ φιάλῃ, τὴν αὐτοῦ φακλαρίαν, ὡς ἐθίσται αὐτοῖς ἐν ἑκάστῃ τοῦτο τελεῖν. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ, ἤγουν τῇ δευτέρᾳ, προέρχονται ἅπαντες ἠλλαγμένοι ἀπὸ λευκῶν χλανιδίων, οἱ μὲν πατρικιοι διὰ χρυσοτάβλων χλανιδίων, οἱ δὲ λοιποὶ, ἕκαστος κατὰ τὴν αὐτοῦ τάξιν· Ὁ δὲ τῆς καταστάσεως ἐλθὼν δηλοῖ τῷ πραιποσίτῳ, ὡς ὅτι οἱ δήμαρχοι ἤνεγκαν τὰ λιβελλάρια αὐτῶν (58)· καὶ ἵστανται ἐν τῷ Ἰουστινιανῷ τρικλίνῳ ἅπαντες αὐτῶν [30], οἱ δὲ πραιπόσιτοι εἰσελθόντες ἐν τῷ τριπέτωνι, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται· μετὰ τῶν [τοῦ] κουβουκλείου ἁπάντων, βασταζόντων τῶν ὀστιαρίων τὰ αὐτῶν βεργία. Καὶ δηριγευόμενος [31] ὑπ' αὐτῶν πάντων ἐξέρχονται ἐκ τοῦ τριπέτωνος καὶ διελθόντες διὰ τοῦ λαυσιακοῦ, εἰσέρχονται ἐν τῷ

II. Tribuni silentiariis appropinquantes, inclinato capite præpositos salutant, postea medium cubiculum transeuntes, libellos ipsis tradunt, qui eos sumunt, paratoque a mandato reddunt, postea inde reversi præpositi, dictis comitantibus, per lausiacum tripetonem intrant: sic et tribuni abeuntes, in sua quisque phiala omnia deximo seu exceptioni imperatoris necessaria parant. Quando factiones ordinatæ, vasa progressa sunt, et verbo omnes, quorum ministerio in deximo opus est, pro-

Β'. Καὶ ἐλθόντες οἱ δήμαρχοι πλησίον τῶν σιλεντιαρίων, προσκυνοῦσι τοῖς πραιποσίτοις, εἶτα διελθόντες μέσον τῶν τοῦ κουβουκλείου, ἐπιδιδοῦσι τὰ λιβελλάρια τοῖς πραιποσίτοις, αὐτοὶ δὲ δεξάμενοι αὐτὰ ἀντιδιδοῦσι ἀπὸ κελεύσεως τὸ πέρατον (59), καὶ εἰθ' οὕτως ὑποστρέψαντες ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε οἱ πραιπόσιτοι, δηριγεύόμενοι ὑπὸ τῶν προειρημένων, εἰσέρχονται διὰ τοῦ λαυσιακοῦ ἐν τῷ τριπέτωνι· ὁμοίως καὶ οἱ δήμαρχοι κατέρχονται, ἕκαστος αὐτῶν ἐν τῇ ἰδίᾳ φιάλῃ, προευτρεπίζοντες τὰ τοῦ δεξίμου· ἡνίκα

VARIÆ LECTIONES.

[29] περάτον B., πέρατον cod. [30] ἅπαντες ⟨αὐτῶν. R. aliquid deesse. aut αἰτοῦντες legend. censet. [31] δηριγευόμενοι conj. Leich.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

mine. Protocursoris ibi mentio. P. 247. De circo et ludis circ. Giorn. dei Letterati, VIII, 160. De obelisco in scenis. XV, 54, ib. Urnæ præmium victorum in ludis. IV, 287. Organa Græci inter sua præcipua decora numerabant. V. Nigellus p. 76, et ibi Murat. Demi in circo conciderunt. Sym. Logoth. p. 491. De circensibus ludis in encæniis urbis et nuptiis imperatorum celebrari solitis v. ad Martyr. 88. Anargyrorum Wagnereccius p. 14 sqq. Eadem spectacula interdum in Blachernis celebrari solebant p. 15. Loco metarum interdum ingentes pneumaticorum organorum folles ponebantur. P. 15. Σφενδόνη, funda in circo. Μανία populi in sponsionibus circensibus. P. 17 Anargyror. De factionibus in solemnibus προελεύσεσι ex negotiatoribus constantibus Luitprandus locum notabilem habet p. 136 Legationis. Equorum nobilium genealogia olim a Romanis litteris tradebatur. Vid. Grævii præf. ad t. XII Thes. (Fa. in Equus.) Hactenus Collectanea Leichiana.

(55) Ut τὰ τριλέξια sunt, mea sententia, longæ rheses ternis pausis actorum interpolatæ, ita tetralecta erunt dictiones quaternis actorum vicibus distinctæ. Quodsi vero illa fuerint dictiones, quas terni cantores simul recitarent, erunt hæ quoque dictiones a quaternis simul recitandæ. Difficile in rebus antiquis et obscuris certum et verum dicere.

(56) *Datur paratum*, id est, imperatur, ut omnes parati sint. Conf. p. 166 et 168.

(57) Nam eo die Dominico ad S. Mocium procedebat imperator, ut patet ex inscriptione cap. 16, p. 58 et 59 init.

(58) Illas nempe schedas, in quibus scripta essent carmina gratulatoria præsenti hilaritati congrua. Conf. not. 60 seq. et p. 173.

(59) M. τὼ περέτω. Forte exaravit librarius hic loci ω pro ο, ut ipsi solemne fuit, ideoque leg. τὸ περάτο; quod idem est atque τὸ περάτον, *reddit ipsis, quod imperatoris jussu acceperat, PARATUM*;

δὲ εὐτρεπισθῶσι τὰ μέρη, ἐξέλθωσι δὲ καὶ τὰ σκεύη, καὶ ἁπλῶς ἅπαντες οἱ καθυπουργοῦντες ἐν τῷ δεξίμῳ, εἰ τύχωσι δὲ καὶ ἀποκρισιάριοι, καὶ ἵστανται [32] κάτω ἐν τῇ φιάλῃ, καὶ τότε εἰσέρχεται ὁ τῆς ἅπαντα ἕτοιμά ἐστιν.

A cesserunt, apocrisiarii autem, si qui adsint, infra stant in phiala, tunc intrat cerimoniarius præposito parata esse omnia nuntiaturus.

Γ', Ὁ δὲ βασιλεὺς εἰσελθὼν ἐν τῇ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου καμάρᾳ καὶ στεφθεὶς, διέρχεται διὰ τοῦ χρυσοτρικλίνου, δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου, ὄπισθεν δὲ τοῦ βασιλέως εὐνοῦχοι πρωτοσπαθάριοι, φοροῦντες τά τε στιχάρια αὐτῶν καὶ σαβάνια, βαστάζοντες καὶ [33] τὰ σπαθοβάκλια αὐτῶν, καὶ ἐξελθόντες ἐν τῷ τρίπέτωνι, ἵστανται ἐν τῇ ὁδῷ τῆς ἐξαγούσης πύλης ἀπὸ τοῦ τριπέτωνος ἐν τῷ λαυσιακῷ, οἱ δὲ πατρίκιοι καὶ στρατηγοὶ ἵστανται ἔνθεν κἀκεῖσε ἐν τῷ λαυσιακῷ μέχρι τῆς εἰσαγούσης πύλης ἐν τῷ Ἰουστινιανῷ. Ἔμπροσθεν δὲ τῆς αὐτῆς πύλης τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἵσταται ὁ τῆς καταστάσεως, καὶ πεσόντων τῶν προειρημένων πατρικίων τε καὶ στρατηγῶν, νεύει ὁ πραιπόσιτος τῷ τῆς καταστάσεως ἀπὸ κελεύσεως, καὶ δηριγευόμενος ὑπὸ τῶν ἀρχόντων τοῦ κουβουκλείου, πατρικίων τε καὶ στρατηγῶν, ἐξέρχεται ἐν τῷ Ἰουστινιανῷ τρικλίνῳ τῆς προελεύσεως [34]. Καὶ στάντων ἁπάντων ἐν τῷ αὐτῷ τρικλίνῳ ἔνθεν κἀκεῖσε τῶν προειρημένων πατρικίων τε καὶ στρατηγῶν μετὰ πάσης τῆς συγκλήτου, ἵσταται ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ πρώτῳ ὁμφαλίῳ. Ἐλθόντες δὲ ἅπαντες οἱ προλελεγμένοι προσκυνοῦσι, καὶ ἀναστάντες, νεύει ὁ πραιπόσιτος τῷ σιλεντιαρίῳ τῷ ἑστῶτι ἐν τῷ κατωτέρῳ μέρει τῆς αὐτῆς δοχῆς ἀμὸ κελεύσεως, κἀκεῖνος λέγει· « Κελεύσατε· » αὐτοὶ δὲ ὑπερεύχονται τὸν βασιλέα, « Εἰς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς χρόνους. »

χοντάκιον· ἡ παρθένος σήμερον ὑπερούσιον τίκτει. Egregie hæc descriptio congruit cum descriptione Nostri Constantini aut potius antiquioris, e quo ille transtulit, auctoris, forte Petri magistri aut alius æqualis illis temporibus. quibus Gothi adhuc in palatina militia merebant. Nam a Justiniani fere temporibus desiit hoc nomen audiri et successerunt B in eorum locum in Hetæria, seu militio palatina e nationibus peregrinis conflata, Barangi seu Franci, Saraceni, Fargani, Chazari et alii. Gothi igitur illi aut Græci, ad Gothicum modum vestiti, veniebant in aulam et ludicro illo hab tu aut potius horribili gratulabantur imperatori diem festum, ab eoque munusculum exigebant. Erant ergo in horrifico apparatu vere Gothici, hoc est monstrosi et absurdi histriones atque agyrtæ. Quid nos hodie ? Eamdem fabulam ludimus. Qui tunc temporis Gothici audiebant, hodie audiunt apud nostrates *die Knecht Ruperte* seu *equites* vel *milites Roberti*. Ut enim illi, seu Gothi seu ad modum Gothicum vestiti, id est pellibus lupinis ursinis, aprinis, cervinis, hirtis et setosis induti, non in aula tantum, sed etiam in urbe circumcursitabant, clamabant, tripudiabant, obvios terrebant armis collisis, tetricoque suo aspectu stipem exigebant, non dantes flagellis cædebant, saltim conviciis lacerabant : ita hodierunum quoque sic dicti milites Roberti omnia eadem faciunt festo Nativitatis Christi C et toto Dodecahemero (*in den zwolf Nachten* seu duodecim illis diebus, qui a festo Nativit. Christi ad festum usque Epiphanias intercedunt. Vidi, puerulus et horrui robustos juvenes pelliceis indutos, cornutos in fronte, vultus fuligine atratos, intra dentes carbones vivos tenentes, quos reciprocato spiritu animabant, et scintillis quaquaversum sparsis ignem quasi vomebant, cum saccis cursitantes, in quos abdere puerulos occursantes minitabantur, appensis cymbalis et insano clamore frementes. Medio ævo idem obtinuisse, patet ex Du Cange Gloss. Lat. v. *Cervula* et *Jollici* (id est *ludi Gothici*) et *Kalendæ et Vetula* ; unde locum unicum e Vita S. Eligii ascribam l. II. c. 15 : *Nullus in Kalendis Januariis nefanda et ridiculosa, vetulas, aut cervulos, aut iotticos faciat.* Mimici illi dæmones medio ævo *fugillatores* appellabantur, a *fugo*, id est *foco*, seu igne. Ugutio : *Fugillus, ferrum, quo extrahitur ignis dé petra* [significat silicem]. *Unde fugillare, ignem de petra fugillo extrahere, et fugillator. Et hinc per figuram*

(90) Græci duodecim illos dies, qui festum Nativitatis Christi et Epiphaniæ intercedunt *Dodecahemeron* appellant, nostrates *duodecim noctes*, vulgari lingua *die 12 Nachte*. Solebat per illos die imperator CPtanus cletoria seu solemnes epulas instituere, quibus proceres suos excipiebat, diebus singulis alios, ut patet distincte e Cletorologio. Hæc sunt illa ἐξ ἔθους κλητώρια τῆς δωδεκαημέρου, quæ Cedrenus ait Justinian. ob eversæ urbis luctum non fecisse. Similes epulas, sed per novem aut decem dies tantummodo continuatas, præbebat imperator festo Paschatis ; vid. p. 141, ubi ἡ ἑξαήμερος τῷ διακαινησίμου appellatur festivitas sex proximis a Paschatis die diebus peracta. Sed hac de re suo loco latius ; v. Du Cange v. δωδεκαήμερον.

festive hilariterque transiguntur, dominis ad cœnam, quæ vindemialis appellari solet, assessuris,

γητικὸν (91) προσαγορεύεται, ἐν ταῖς δυσὶν εἰσόδοις τοῦ μεγάλου τρικλίνου τῶν ιθ' ἀκουβίτων ἵστανται

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

figuram fugillatores dicuntur umbræ dæmonum, qui ignem ferunt. Non alios designat, quam illos nostros milites Robertos. Debent enim ex instituto et volunt diabolos incarnatos repræsentare, et historia Turpini, c. 18, eos *larvas barbatas, cornutas, dæmonibus consimiles* appellat. Putabant nempe Græci Latinique medio ævo, octiduo post nativitatem Christi diabolos per orbem terrarum circumvagari et a Christo, ad destruendum diaboli regnum adveniente, fugatos abitumque paranies, sed invitos et anxios per plateas in atra et ignivoma specie circumcursitare et accurrentes misere mulcare, præsertim, rabie in parvulos ob parvulum Christum concepta, hos arripere et torquere. Unde nata persuasio, infantes circa id temporis non nasci nisi epilepticos aut maniacos et ad male agendum aliosque vexandum factos ; vid. Du Cange v. Καλλικαντζάρος. Anne profecto nostræ duodecim, ut vulgo appellant, noctibus ægre prodeunt extra limen, neque sinunt quidquam supellectilis domesticæ efferri, neque aliis commodant et parvulis illo maxime tempore sedulo cavent: Quorum omnium institutorum exemplae vetustioribus temporibus petita habes apud DuCange II. co. Superstitio itaque religioni imputavit, quod naturæ erat. Horridæ sunt per se longæ atræ noctes hibernæ, per quas aut petulantes juvenes comessatum currere cum faculis tempori et mœrori fallendo solent, aut fures aliique malefici sceleribus perpetrandis opportunum tempus tenebras nacti invigilant. Verum non a Christianis manarunt hi errores. Græcis debentur, quorum superstitiones, idola, mimi et perversa dogmata, quoniam evelli e mentibus hominum non poterant, quos antiqui Ecclesiæ Patres pro suo cœtu et Christianis haberi cupiebant. asservata fuerunt. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . Festum Nativitatis Christi et tempora sic dicti Adventus et Epiphaniæ debentur Græcis gentilibus, quos credidisse sua numina interdum emigrare alio, dein reditum parare, advenire, redire, comparere, nemini latet. Circa hæc ipsa tempora, quibus ecclesia festa Adventus et Epiphaniæ celebrat, Ephesii olim Timothei, primi Ephesini episcopi, tempore καταγώγια, reditus in urbem Dianæ suæ celebrabant modis a ludo Gothico non multum abludentibus. Quod festum cum inhibere et tollere studeret Timotheus, a bacchantibus Ephesiis trucidatus fuit. Martyrium ejus ms. (apud Du Cange v. Καταγώγια) sic rem et ritus festi narrat : Τῆς δὲ Ἐφεσίως λείψανα ἔτι τῆς πρώην εἰδωλολατρίας ἐν τοῖς τὸ τηνικαῦτα ταύτην οἰκοῦσιν ἐχούσης Καταγωγίων οὕτω καλουμένων, ὡς αὐτοὶ τότε ἐκάλουν, ἑορτὴν ἐν ἡμέραις τισὶν ἐπιτελούντων προσχήματα μὲν ἁπρεπῆ ἑαυτοῖς περιτιθέντες, πρὸς δὲ τὸ μὴ γιγνώσκεσθαι προσωπεῖοις κατακαλύπτοντες τὰ ἑαυτῶν πρόσωπα, ῥόπαλά τε ἐπιφερούμενοι καὶ εἰκόνας εἰδώλων, καὶ τινα ᾄσματα ἀποκαλοῦντες, ἐπιόντες τε ἀτάκτως ἀλευθέροις ἀνδράσι καὶ σεμναῖς γυναιξὶν, φόνους οὐ τοὺς τυχόντας ἐργαζόμενοι καὶ πλῆθος αἱμάτων ἐκχέοντες ἐν τοῖς ἐπισήμοις τῆς πόλεως τόποις. Conf. Menolog. Basil. t. II. p. 24 ad diem XXII Januarii, qui martyrio Timothei sacer est. Ut Ephesiis ob reditum Dianæ licebat hilaritati usque ad verbera et cædes aliasque injurias indulgere, sic licebat quoque Christianis ob Christi adventum saturnalia, brumalia, vota, Kalendas, Januarias, ludos Gothicos, festa stultorum, festum hypodiaconorum, barbatorias, Cyclopes agere. Quid enim aliud Cyclopes, quam pellitti Gothi, milites Roberti, incarnati diaboli? Quod hodie nostris puerulis terrendis præstant imaginarii milites Roberti, et sic dicti *Popantze*, seu lemures aut Panes aut spectra uno verbo, id erat olim Cyclops. Ut ad illorum speciem in somnis oblatam expavescunt et deficiunt pueruli nostrates, incubo oppressi, queruntur se territos a milite Roberti fuisse, ita olim caussabantur Cyclopem. Hinc inter insomniorum phantasmata retulit Artemidorus pag. 13, 7, Κύκλωπα ἰδεῖν ἢ τὸ ἄντρον αὐτοῦ, aitque id significare παραλελύσθαι ἢ νοσεῖν. Sane, quem medici incubum appellant, vulgus et infantes *Alp. Popantz* et alia, veteres Cyclopem, resolvit velut et exanimat homines et prosternit momentanea epilepsia. Hinc nati ludi *Cyclopes* et *Cyclopea* dicti, in quibus monstrosi coclites vultus, terriculamenta mera producebantur, de quibus v. Interpp. ad Hist. Aug. t. II. p. 206 et 843, nullaque pene in re differebant Gothici ludi a Cyclopibus, nisi in eo, quod in Gothicis homines prodirent aut Gothi, aut ad Gothicum morem compositi; in Cyclopibus, qui Satyros et rusticos, opiliones, caprimulgos Græcos referrent. Ut in ludis Gothicis licebat convicia in circumstantes, præsertim si qui rogantibus stipem non darent, spargere, sic licebat quoque Satyris et Cyclopibus. Revera origine tenus nihil differebant satyræ a Cyclopibus ; ambo erant ludi rusticani. Ut urbani suas tragœdias et comœdias habebant, dramata suæ utrique fortunæ, nobiliori et humiliori propria : sic habebant rustici quoque sua dramata, nempe, Cyclopes seu Satyros, qui deinceps satyricam poesin pepererunt, seu ludos rusticanos et pastorales in theatris urbicis productos. Satyri non erant revera capripedes, sed integri homines caprillis pellibus induti, quarum crura dependentia fabulam de Satyris hircipedibus dederunt. Possem hic quædam de licentia omnibus pene gentilium festis communi, convicia et dicteria in obvios quosque jactandi, quæ etiam a Gothicis ludis non aberat, afferre. Sane in satyricis ludis regnabat, unde etiam dictum fuit satyris aliquem exagitare, et satyrarum nomen pro mordacibus libellis natum est. Sed abduceret me illa res ab instituto. Id tantum dicam, ex illis Gothicis ludis adhuc hodie morem superesse, quo milites, musici, scholastici cum suis rectoribus Kalendis Januariis ad ædes honoratorium cum tympanis, tubis aliisque instrumentis musicis accedunt, cantant, novum annum gratulantur et stipem rogant Vigebat ille mos τὸν ἀγυρμὸν dico, tempore Tzetzæ, qui Chiliad. XIII, vs. 248, hæc habet :

Ὅσοι κατ' ἀρχὴν μηνὸν τὴν Ἰανουαρίου
Καὶ τῇ Χριστοῦ γεννήσει δὲ καὶ τῇ Φώτων ἡμέρᾳ
Ὁπόσοι περιτρέχουσι τὰς θύρας προσαιτοῦντες.

Pervenit ille mos deinceps a Græcis ad nos et ad Russos quoque, de quorum ἀγυρμῷ locum notabilem ex libro Germanico, qui inscribitur *Verandert Rusland* Latine redditum ascribam. Habetur ibid. p. 59 : *Kalendis ipsis novi anni, qui dies apud Russos inter maxime festos est, — post meridiem incipiebat imperator cum proceribus omnibus id, quod Russi slawen appellabant. Verbum illud slawen notat festum diem celebrare seu Deo gratias agere* [ἀπευχαριστεῖν] *continuatque illud institutum per octo dies hoc modo. Duo Russi præcedunt, gestantes instrumentum ferreum, tympano simile ; pistilla, quibus id pulsant, hebetandi soni causa panno involuta sunt. Hos sequitur Czarus cum toto clero et ingenti comitatu Cæsesorum et Bojarorum. Tota caterva trahis super*

(91) Quare cœna hæc *vindemialis* appelletur, media hieme, mihi quidem latet ; alii conjectent.

λοντες παῖξαι [87] (92) τὸ Γοτθικὸν οὕτως [88]. ἐν τῷ ἀριστερῷ μέρει, ἐν ᾧ καὶ ὁ δρουγγάριος λοῖμου παρίσταται, ἵσταται ὁ τοῦ μέρους τῶν ων μαΐστωρ μετὰ καὶ ὀλίγων δημοτῶν καὶ τῶν υριστῶν μετὰ τῶν πανδούρων (93), καὶ ὄπι- αὐτοῦ οἱ δύο Γότθοι φοροῦντες γούνας [89] ἐξ ρόφου (94) καὶ πρόσωπα (95) διαφόρων εἰδέων, ζοντες ἐν μὲν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ σκουτάρια (96),

A stant in utroque introitu magni triclinii novemdecim accubituum illi, qui, Gothicum ut ludicrum edant, parati adsunt. Stant autem hoc modo. Coram sinistro triclinii ingressu, ubi etiam drungarius ploimi adstat, stat magister Venetorum cum paucis quibusdam suæ factionis plebeiis et panduristis panduras gestantibus: pone illum duo Gothi ferentes gunas, id est rhenones aut pallia pellicea ita, ut

VARIÆ LECTIONES.

ἐξαι cod. et ed, [88] ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι οἱ τὸ Γοτθικὸν παίζοντες, ἀπὸ τῶν δύο μερῶν τῶν δήμων εἰσίν. ΟΛ. Ἰστέον, ὅτι τὰ σκουτάρια ἀπὸ τῶν σχολῶν αἴρουσιν.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

glacie vel nive vehitur et ad præcipuos palatinos t. Quas in ædes venerint, cantant ibi Russice um: Te Deum laudamus, et gratulantur novum an- Quibus factis hospes Czaro, ut summo sacerdoti, singne dat in nummis, satellitiumque ad epulas it. Ut satis factum ventri est, post alteram ple- ue horam abit turba et ad alium procerum di- . Hunc ad modum quotidie quinque vel sex illus- omos adeunt. Ea res, ob Czari præsentiam, cui mbia omnia cedunt, ingens lucrum refert. Inci- huc in memoriam veteris ævi ridiculus alius cum Gothico ludo quodamnodo conveniens, ıo v. Du Cange v. *Bombus*. Citat ibi locum ve- chartæ e Camdeno et Spelmanno, de quodam no, qui terras in comitatu Suffolkiensi tenuit erienciam, *pro qua debuit facere singulis annis natali Domini coram domino rege unum saltum, suffletum et unum bombulum*. Id est debuit intri- vicem coram rege Britanniæ die natali Domini am desultare, σάσσειν, buccas inflare ad exci- lum colaphum et crepitum ventris emittere, ut superiore, quam inferiore strepens ore risum aret. Digna illo ævo et barbaris illis oblectatio.

B

) Inspiciatur imago alvei lusorii cum Græco- ara inscriptione apud Salmas, ad Script. Hist. t. II. p. 751. Inde manavit verbum τροχοπεκτεῖν τροχοπαικτεῖν apud Artemidorum p. 65, 25 et παικτεῖν apud eumdem p. 164. Sic infra apud um p. 252, Ἐξαιῶσαι pro ἐξεῶσαι, p. 411, ις pro πλάκες, p. 434, παιζοδρόμιον pro ρόμιρν et pag. 282, ἐπ' αἰσχάτων pro ἐπ' ων *in fine tandem*, p. 292, ὡραίων pro ών; p. 387, χαιλῶναι legitur. Apud Theoph. 2, et alibi ἀντέρειν pro ἀνταίρειν. Possent si- exempla integris plaustris congeri et sexcen- oca auctorum ex hoc medicinæ fonte restaura- ed hic locus non est, et satis in præfatione quamobrem gnarus et prudens hac in re li- ɔ potius, qui membranas nostras exaravit, ı sæculo nostro morem gesserim.

) Quale sit instrumentum musicum pandura, stro quidem non apparet. At Chronicon Alexan- ım prodit tibiam esse, cujus p. 268, hæc legun- Οἱ οὖν ἑκάστου ἀριθμοῦ πανδοῦροι, *tibicines cujusque cohortis*, ἀπὸ ἑσπέρας [vespera diei edenti] εἰς τοὺς οἴκους ἀπιόντες τῶν καλούντων θελον ἐπ' ἀρίστῳ εἰς τὴν ἐξῆς ἤλουν πρὸς τὸ ει ἐκεῖσε. It. vita msta Simeon. Sali. : Ἔλα- ν ῥιᾷ πανδούριν καὶ ἤρξατο αὐλεῖν εἰς στενο- ν. Hoc ideo monendum duxi, quia veteres ordum panduram appellabant; vid. Salmas. ad Hist. Aug., t. I, p. 874. Panduramne voluit tasius, in cujus Adriano I, p. 107, hæc legun- *Direxit in ejus* [Caroli M.] *occursum universos es, ad fere 30 millia ab hac Romana urbe, in , qui dicitur Nonas, ubi eum cum bandora perunt.* Sed procul dubio scripsit ille *cum e* [id est vexillo imperiali] *re susceperunt.*

i) *Vestes pelliceas*; vid. Lindenbrog. ad Amm. ell. p. 125, et Du Cange Gl. utroque h. v. [*Pauper et gunnata, id est pellicea Saxonia.* Luitpr. p. 154.]* Est p. 485, edit. Murat. Remansit vox in sermone Anglicano, in quo *gown* notat *pallium*, scilicet medio ævo ubique terrarum pene pellitii incedebant et extimæ honestiores vestes, id est pallia, pellita erant, sic ut hirsuta pars interius gereretur. Possent Gothi et gentes septentrionales videri morem hunc invexisse. Sed Romani jam gestabant penulas, id est pallia pellita: quamvis usus eorum tam frequens non esset, atque fuit ævo medio. Unde mirari subit, qui fiat, ut in mentione tot generum vestitus noster codex tamen pelliciorum pene nullam faciat, idque eo magis, cum Græci commercia cum Russis exercerent, a quibus pellicia procul dubio accipiebant. Sed hac de re alibi dico, ubi de Constantino ago. Ad hunc locum adhuc noto, joculatores hos pellitos a Papia, forte ex ævi sui more, aut certe ex scriptore quodam medii ævi, *setigeros* appellari. *Setiger, joculator cilicio* [f. *pellicio*] *vestitus*; nisi *cilicium* pro pelle hirsuta, diphthera poeuerit. Porro sit Noster gestatas illas gunas fuisse ἐξ ἀντιστρόφου *inverse*, ita ut pars hirsuta, quæ communi more solet intus versus cutim gestari et pro maxima parte conspectum fugit, extro vertatur, ut ille, de quo Moschus in Limone c. 126, narrat: Ἐν μιᾷ Κυριακῇ εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν στρίψας τὸ καμάσιον αὐτοῦ καὶ ἔξω φορέσας τὰ τούτου μαλλία. Sed ibi τὰ μαλλία τοῦ καμασίου sunt flocci, villi linei aut lanei. Nam camasium lineum aut laneum erat: de quo genere infra dicam, ubi de λινομαλωτοφορίοις. Omnia quæ perverse, contra quam debet atque solet, fiunt, geruntur, ponuntur, Græci ἐξ ἀντιστρόφου fieri dicunt, et uno vocabulo ἐξανάστροφα, quo utitur Theophanes p. 342 et 372.

C

(95) Id est προσωπεία, *larvas, personas, masqueras*. De quibus, ut dicam post eos, qui libros de iis integros ediderunt, opus esse non puto. Conf. Du Cange v. *Barbator*, cujus opinioni subscribo, nomen barbatorum (id mimorum genus est) a prægrandibus barbatis larvis derivantis. Conf. ejusdem Gloss. Gr. v. Μοσκάρας, quod ait esse *histrionem joculatorem*, γελωτοποιὸν ὑποκριτήν et *larvam* quoque, μορμολυκεῖον. Utrumque recte. *Moscher* in quarta conjugatione et *Mosaccher* in secunda Arabibus est homo *risum ciens*; et *Maschar* est omnis res quæ risum ciet. Hinc patet origo notissimæ vocis *masque* et *masquerade*, quæ omnem mimum, simulamentum, glaucoma, quo homo ductitatur, lusificatur, χωμῳδεῖται, notat. Longe alia vox est *Masca*, quatenus strigam aut sagam notat, et *masca* vel potius *mascara* (hæc enim integra est, illa altera truncata vox), *persona* et *larva*. Illa, *masca*, est Germanica, et adhuc dum dicimus *eine Metze*, pro femina abominabili, scorto. Hæc vero, *Mascara*, est Arabicæ originis. Vid. Du Cange Gl. Lat. v. *Masca*, ubi inter alia e Catholico Armorico hæc profert: *Gueen*: Gall. *faux visage*; Lat. *larva, quod vulgo dicitur Mascara*. Vocabulum *Gueen* est vetus Germanicum *waehn*. Hodie dicimus *Wahn* de omni falsa persuasione.

D

(96) Umbra et reliquiæ hæ sunt veteris moris

pilosum et villosum extroversum esset, et vultus seu masqueras diversarum specierum, et in sinistra quidem manu scuta, in dextra vero virgas. Eadem omnia pene dicenda et intelligenda sunt de magistro et plebeiis quibusdam factionis Prasinæ, qui ad dextrum ingressum stant, adstante drungario vigiliæ. Hos itaque tales imperator, statim atque e sphærodromio seu equestre cum pila ludo excesserit, introduci mandat præfecto mensæ aut dapifero; et hic rursus idem archonti thymelæ seu præfecto scenæ ludorumque theatralium mandat. Hic itaque posterior egressus e magno triclinio jubet illos in

A ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ βεργία. Ὁμοίως καὶ ἐν τῷ δεξιῷ μέρει, ἐν ᾧ καὶ ὁ ὀρουγγάριος τῆς βίγλης παρίσταται, ἵσταται ὁ τοῦ μέρους τῶν Πρασίνων μαΐστωρ μετὰ καὶ ὀλίγων δημοτῶν μετὰ καὶ τῶν πανδουριστῶν μετὰ τῶν πανδούρων, καὶ ὄπισθεν αὐτοῦ οἱ δύο Γότθοι φοροῦντες γούνας ἐξ ἀντιστρόφου καὶ πρόσωπα διαφόρων εἰδέων, βαστάζοντες ἐν μὲν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ σκουτάρια, ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ βεργία. Καὶ δὴ μετὰ τὴν τοῦ σφαιροδρομίου (97) ἔξοδον, τοῦ δεσπότου κελεύοντος τὸν τῆς τραπέζης τούτους εἰσάγεσθαι, εὐθὺς ὁρίζει ὁ τῆς τραπέζης τῷ ἄρχοντι τῆς θυμέλης (98), καὶ αὐτὸς ἐξερχόμενος προτρέπε-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

gladiatores in convivia introducendi, de quo more apud Etruscos, Romanos, Celtas et alios usitato v. Athen. p. 153 et 154, nisi malis reliquias has esse saltationum veteribus inter pocula usitatarum in armis, quarum exempla idem Athenæus p. 155 habet.

(97) Non exercitia pilæ, qualia Romani norant et Græci veteres, sed illud designat, ex oriente a Persis acceptum, quod *Tzucan*, τζυκᾶν appellant, unde locus, in quo exercebatur, τζυκανιστήριον, cujus mentio fit a Nostro p. 322. Scilicet sedens in equo, clava, quam manu tenet, excutit humi jacentem globum ligneum et rapide provolutum aut volantem potius incitato equo persequitur, ulteriusque agit incusso iterum malleo ligneo, idque toties iterat, donec pila metam attigerit. Itineratores pene omnes de hoc nobili equestri exercitio, sed valde quoque periculoso, multa narrant. Integram de eo dissertationem ad Joinvill. dedit Du Cange. Aliqua etiam in Gloss. Gr. et CPli Chr. habet p. 125, lib. II. Sed in eo fugit ipsum ratio, quod credidit Græcos hunc ludum a Latinis accepisse et vocem *chicane*, quatenus B ludum hunc equestrem notat, Gallicæ originis esse. Nam procul dubio et nomen et res e Persia venit: vid. della Valle et Sanson. Videtur mihi ludum hunc designare Paulinus in Eucharistico vers 143 :

Firmatur facile ad juvenilia vita sequenda,
Ut mihi pulcher equus falerisque ornatior esset,
Strator procerus, velox canis et speciosus
Accipiter, Romana et nuper ab urbe petita
Aurula instrueret nostrum sfera concita ludum.

(98) Præfectum ergo ludorum scenicorum et musicæ instrumentalis habebant. Procul dubio idem est atque *domesticus thymelæ*, qui infra p. 417, inter officiales chartularii sacellii postremus nominatur. Quo loco satis mirari non possum, quod præfectus thymelæ fuerit sub dispositione Sacellii; quem alio loco dico mihi videri similem fuisse nostris almosynariis in aulis principum catholicorum. Non enim amabant impp. Græci musicam instru- D mentalem et errore superstitionis monachalis infecti pro re turpi et vetita eam habebant. Verum quidem est, thymelam, id est scenam, in qua musica præcipuas partes agebat, multorum vitiorum matrem fuisse antiquis temporibus, et thymelicos, id est histriones musicam exercentes, a Latinis medio ævo ministellos dictos, hodie virtuosos dicunt et castratos, fuisse genus hominum flagitiosissimum, perdendis multis, oblectandis paucis factum, qui vera animi oblectamenta ignorant. Sed propterea musica ipsa contemni non debebat. Certum tamen est Græcos ab ea velut a re infami abhorruisse, eoque errore cum Russos, tum Muhamedanos infecisse, quorum illi musicam instrumentalem omnem suis templis excludunt; hi vel ipsam quoque vocalem, et eo procedunt odii, ut cum velint profligati pudoris hominem dicere, criminibusque odiosissimis inquinatum, atheum, perditum, eum perhibeant voce fidibusque canere. Hinc factum, ut oppido raro per codicem hunc nostrum memorentur musici instrumentis canentes, thymelici. Vix unquam illis musicam suam exercere licebat, nisi statutis quibusdam diebus solutæ hilaritatis et licentiæ, qualis erat hic ludo Gothico destinatus. Tunc enim servari debebat antiquus ritus in honorem vetustatis, neque poterat vel a religiosissimis principibus abrogari. Producebantur quoque thymelica spectacula in conviviis, quibus legati exteri excipiebantur; vid. p. 342. Priorum quidem imperatorum Romanorum utebantur aliqui musica et thymelicis inter prandendum. Olympiodorus apud Photium. p. 108. ed. Hœsch. de Constantio hæc narrat: Ἦν Κωνστάντιος ἐν μὲν ταῖς προόδοις κατηφὴς καὶ σκυθρωπὸς. . . . . , ἐν δὲ δείπνοις καὶ συμποσίοις τερπνὸς καὶ πολιτικὸς [urbanus, lepidus, comis], ὡςκαὶ ἐρίζειν τοῖς μίμοις πολλάκις παίζουσι πρὸ τῆς τραπέζης. *Mimi*, thymelici, joculatores, musici idem sunt. Gloss. mst. Concilii Laodiceni c. 54 : *Temelici, joculatores.* Verum jam in Alexandrino Severo laudat Lampridius p. 985. cap. XLI, quod C *voluptates scenicas nunquam in convivio habuerit.* Julianus in Misopogone p. 339, ed. Spanh. : Εἴργω τῶν θεάτρων ἐμαυτὸν ὑπ' ἀβελτηρίας, ait, Antiochenos subsannans, οὐδ' εἴσω τῆς αὐλῆς παραδέχομαι τὴν θυμέλην ἔξω τῆς νεομηνίας τοῦ ἔτους ὑπ' ἀναισθησίας. Insignis locus et rei nostræ apprime congruus. *Arceo me a theatris per summam stultitiam, neque in aulam admitto scenam* [id est histriones et panduristas] *nisi anni Kalendis, præ animi mei stupore.* Idem in Ludovico Pio laudant Annales Metenses A. 873 : *Nunquam in risu exaltavit vocem suam, nec quando in summis festivitatibus ad lætitiam populi procedebant thymelici, scurræ et mimi cum coraulis et cilaristis coram eo.* Contra vero Theophanes p. 368, inter alia turpia et nefanda, quibus obruere Constantinum Copronymum et invidiam ejus memoriæ facere studet, hoc quoque ponit, quod citharœdos epulis suis adhibuerit, et inter patriarchæ, ipsi æqualis atque cognominis et prorsus addicti flagitia numerat, quod talibus conviviis interesse et musicos audire sustinuerit. Ubi enim thymelici essent, neque patriarchæ, neque clerico ulli locus erat. Ἔπεισεν αὐτὸν κιθαρῳδῶν ἀνέχεσθαι ἐν τῇ βασιλικῇ τραπέζῃ. Leo Magnus edicto sanxit, ut diebus dominicis musica omnis instrumentalis feriaretur. Chronicon Alexandr. anno ejus decimo hæc habet: Αὐτὸς θειότατος βασιλεὺς τὰς κυριακὰς ἀπράκτους ἐκέλευσε γενέσθαι, ἐκωωνήσας περὶ τούτου θεῖον αὐτοῦ νόμον, ἵνα μὴ αὐλὸς ἢ κιθάρα ἢ ἄλλο τι μουσικὸν λέγῃ ἐν κυριακῇ, ἀλλὰ πάντα ἀργεῖν. Conf. Malal. t. II, p. 78. De versione mea hujus loci Latina verbum adhuc addendum. Reddidi vocem θυμέλης, *scenæ ludorumque theatralium* : quod neminem velim ad poesin dramaticam trahere; quamvis olim ἡ θυμέλη et ἡ σκηνή, item agones θυμελικοί et σκηνικοί diligenter distinguerentur sic, ut thymelica ἀκροάματα essent musica, fidibus, ti-

ται τούτους εἰσελθεῖν. Οἱ δὲ τρέχοντες καὶ τὰ σκουτάρια ὑπὸ τῶν ὑπ' αὐτῶν βαστα-ζομένων βεργίων τύπτοντες καὶ κτύπον ἀποτελοῦντες, λέγουσιν « τοὺλ τούλ (99) ». Καὶ τοῦτο συνεχῶς λέγοντες ἀνέρχονται πλησίον τῆς βασιλικῆς τραπέζης, ὡς ἀπὸ ὀλίγου διαστήματος, κἀκεῖσε μιγνύμενοι ἀμφότεροι ποιῶσι κυκλοφερῆ παράταγήν, οἱ μὲν ἔσω τοῦ κύκλου ἀποκλειόμενοι, οἱ δὲ ἔξωθεν περικυκλοῦντες. Καὶ τοῦτο τρισσῶς ποιοῦντες διαχωρίζονται, καὶ ἵστανται εἰς τοὺς ἰδίους τόπους, οἱ μὲν τῶν Βενέτων εἰς τὰ ἀριστερὰ, οἱ δὲ τῶν Πρασίνων εἰς τὰ δεξιὰ μετὰ καὶ τῶν ἑτέρων δημοτῶν, καὶ λέγουσιν ἄμφω τὰ· γοτθικὰ, ἅτινά εἰσι ταῦτα, δηλονότι καὶ τῶν πανδούρων τὸ οἰκεῖον μέλος ἀποπληρούντων· « γαύζας· βόνας· βηκηδίας· ἅγια· γαυδέντες· ἐλκηβόνιδες· ἐνκέρτυς· ἅγια· βόνα· ὦρα· τούτου· βάντες· βόνα ἀμόρε· ἐπισκύαντες· ἰδεσαλβάτους· νανά· δέους· δέους· σεβακιβά· νανά· δευμονογυγγύβελε· γυβίλους· γυβέλαρες· νανά· γυβίλους· γυβέλαρες· νανὰ· τοῦ γεγδεμα· δὲ τούλβελε· νικάτω τουλδο· νανά· ὁ Ἐζεκίας ἐν τοῖς πολέμοις καθοπλισάμενος Ἀσσυρίοις· ἀνανά· τὴν ἐλπίδα καὶ μόνην ἔχων Θεοῦ τοῦ φιλανθρώπου· νανά· πάντα ὑπέταξεν ἔθνη καὶ ἀθέων τὴν τυραννίδα· ἅγια· ὁ σωτὴρ, ἀγαθοὶ δεσπόται· νανά· πάντα ἐχθρόν σας δουλώσει πρὸ τῶν ποδῶν σας. Ἴβερ· ἰβερίεμ· τοῦ ἰγγερουα· γεργερεθρῷ· νανά· σικαδιασε περέτουρες. » Καὶ εἶθ' οὕτως λέγουσιν οἱ μαΐστωρες μετὰ καὶ τῶν δημοτῶν τὸ ἀλφαβητάριν· « Ἀνανά. Ἀηττήτῳ Θεοῦ παλάμῃ ἐστέφθητε, δεσπόται οὐρανόθεν. Βραβεῖον νίκης ὤφθητε, κοσμοπόθητοι εὐεργέται. Γενναῖοι ὤφθητε τοῖς ἐναντίοις, δωρούμενοι τοῖς Ῥωμαίοις ζωηφόρους εὐεργεσίας. » Καὶ εἶθ' οὕτως πάλιν λέγουσιν οἱ μαΐστωρες· « Ἁγίας τα· ἀνα τε ἀνετανε. Ἐντολαί σας ὑπὲρ τὰ ὅπλα ἰσχύουσι κατ' ἐχθρῶν ἁπάντων. Ζωὴ Ῥωμαίων καὶ πλοῦτος, ἀλλοφύλων κατάπτωσις ὄντως. Ηὑρέθητε τεῖχος τῆς πολιτείας. Θεός σοι ἔδωκεν κλάδους συνομόθρονας (1), εὐερ-

A gredi. Accurrentes ergo propere simulque scuta virgis, quas gestant, pulsantes, magnumque eo strepitum excitantes, clamant identidem: « Tul Tul, » et sic pergunt usque proxime ad sacram mensam; a qua quando parum absunt, concurrentes ibi ambæ hinc et illinc factiones formant aciem seu stationem armatam orbicularem, hi intra circulum inclusi, illi externo circulo istos interiores concludentes. Hoc ordine ut ter circa sacram mensam decucurerunt, secedit factio quæque suum in locum, et consistunt quieti, Veneti quidem ad sinistram, Prasini autem ad dextram, et recitant, qui ex ambabus partibus, Gothos referunt, carmina sic dicta Gothica, **223** panduris interim modulo suo accinentibus. Sunt autem illa Gothica hæc: γαύζας· βόνας [et reliqua quæ Græcis e verbis repeti poterunt]. — « Ezechias, bellum adversus Assyrios gerens, » Anana, « unicam habens in Deo spem hominum amante, » Nana, « subegit gentiles, et rebellionem ignorantium Deum. » Hagia. « Salvator, o boni domini, » Nana, « ponat, ut mancipium, coram pedibus vestris omnem vobis inimicum. » Iber etc. Post hæc a Gothis ambarum partium dicta recitant magistri ambo una cum plebeiis utriusque factionis carmen hoc tot constans versibus, quot sunt alphabeti Græci litteræ, unoquoque versu a ea Græca littera, quæ sibi quoad numeri ordinem respondet, ordiente. Est autem hoc: « Anana. Ab invecta Dei manu coronati estis domini cœlitus Brabeo victoriæ. Monstrastis vos toti orbi terrarum desiderabiles benefactores, generosos et fortes hostibus, donantes Romanis beneficia, quæ vitam secum important. » Post dictum hunc quaternionem versuum repetunt magistri formulam: « Hagias ta. Anate. Anetane; » et tum continuantur versus: « Edicta vestra plus in hostes omnes valent, quam arma, Vita qui estis et divitiæ Romanorum præci-

B

C

D

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

biis, voce, scenica vero fabulæ sermone et gestibus exhibitæ, ut clare patet ex Athenæo p. 350. Verum poesis dramatica eo ævo jamdudum desierat, neque nisi sæculo XVI. demum in usum rediit; et *scenæ*, nomine appellabant medio ævo τὰ θαύματα pegmata, in quibus spectacula ludicra ab histrionibus circumforaneis edi solebant, ut e canone Concilii Aquisgranensis de anno 816, apparet, *quod non oporteat sacerdotes aut clericos quibuscunque spectaculis in scenis aut nuptiis interesse, sed antequam thymelici ingrediantur, exsurgere eos convenit, atque inde discedere*. Hi thymelici sunt, quos medio ævo *joculatores* dicebant, et corrupto Italico ore vocabulo *zigoludri*, unde nostrum *Zigeuner*.

(99) Procul dubio gaudebunt rimatores veteris. Scythicæ aut Gothicæ linguæ ob antiquas voces hic ex oblivione in lucem prodeuntes. Mihi autem in, illis barbarismis otium et ingenium consumere operæ pretium non videtur. Posset una et altera margarita huic sterquilinio inesse, sed sæpe quoque, Constantinus, aut quisquis auctor est hujus Glossarii barbarici, ab imperitis aut malignis deceptus, fuisse. Juvat Cl. Leichii judicium alicubi in ejus adversariis depositum huc ascribere. "[Constantinus Porphyr. ineptas et barbaricas comminiscitur, etymologias, ut *diadora* Romanis est *jam erat*, de admin. imperio p. 92 fin. ed. Bandur.]" In universum quidem injuria Constantino non fit. At in allegata causa tamen eum defendere ausim. *Diadora* recte videtur per ἀπάρτι ἦν *de nunc erat*, reddi. Nam *di adora* Italicum illorum temporum aliud nihil significat. Cæterum placuisse sibi illa tempora nugacia et puerilitatem litterarum rejuvenescere gestientium satis prodentia in talibus lusibus cum peregrinis et ignoratis dialectis, constat cum ex hoc Nostri loco, tum ex illo, quod, in coronatione papæ soleret Evangelium sub Missa non solum Græce, sed etiam Hebraice prælegi ab hominibus, qui Hebraice et Græce æque bene callebant, atque Europæi nos Tatarice aut Japanice callemus. Ridiculum æque acroama monachos illos Hebraice prælegentes audire, atque Gothos et Græculos in hoc nostro capite suum γαύζαι βόνας βικῆ διας etc., recitantes. Concilii Pisani acta de anno 1409 referunt die 7 Julii, quo Alexander papa fuit coronatus, præter alia solemnia etiam illud fuisse, *de epistola et evangelio in Missa Græce, Hebraice et Latine*. Vid. quæ infra de usu sermonis Latini in curia Byzantina, et Græci in curiis et ecclesiis occidentalibus dicam ad p. 431.

(1) Duo hic observanda. Unum, κλάδους poni pro *filiis*: quod si exemplis vellem demonstrare.

phium et ruina alienigenarum. Habet in vobis res publica munitum castrum. Throni tui collegas, o benefactor, dedit tibi Deus, ramos florentes, teneros, a te satos » (id est filios). Post hæc dicta pronuntiant magistri ad Gothos hanc vocem : « Ampaato, » simul ipsis nutu manuque signum dantes; et Gothi orbem agunt, et pulsantes virgis scuta sua dicentesque : « Tul Tul, » includunt ambo magistros ; quo facto rursus separati ad suam quisque stationem redeunt; magistri autem versus suos recitare 224 pergunt. Γ''' Κ''' Λ''' Μ'''. Post hunc quoque quaternionem versuum dictum, fiunt eadem, quæ modo diximus ; et Gothis rursus separatis et restitutis in loca sua, redit orbis versiculorum decantandorum ad magistros. Ν''' Ξ''' Ο''' Π'''. Post hos quatuor dictos versus revolvitur idem actorum ordo: et deinceps dicunt rursus magistri factionum versiculos ab his litteris incipientes : Ρ''' Σ'''. Τ''' Υ'''. Repetitis pro ultima vice iisdem, tandem dicunt magistri hæc : « Foras eduut validam lucem, et id quidem in summa vestra potestate, virtutes vestræ, velut sol. Christus adsit unicuique vestrum, curans atque fovens capita vestra ; Qui ipsius decreto et voluntate dominamini, O domini et arbitri

A γέτα. » Καὶ μετὰ ταῦτα λέγοντες οἱ μαΐστωρες πρὸς τοὺς Γότθους « Ἀμπαατῶ, » διὰ νεύματος τῶν αὐτῶν μαϊστώρων κυκλεύουσιν οἱ Γότθοι, καὶ ταῖς βέργαις τὰ σκουτάρια τύπτοντες καὶ λέγοντες, « Τοὺλ τοὺλ, » περικλείουσιν ἔνδοθεν τοὺς τῶν δύο μερῶν μαΐστωρας, καὶ πάλιν ἀποχωριζόμενοι ἵστανται εἰς τοὺς οἰκείους τόπους, καὶ ἄρχονται πάλιν λέγειν οἱ μαΐστωρες [90]. « Ι'''. Κ'''. Λ'''. Μ''' [90]. » Καὶ πάλιν τελεῖται, καθὼς προείρηται, καὶ χωριζομένων τῶν Γότθων καὶ εἰς τοὺς ἰδίους τόπους ἱσταμένων, λέγουσιν οἱ μαΐστωρες· « Ν'''. Ξ'''. Ο'''. Π'''. » Καὶ πάλιν τελεῖται, καθως προείρηται, καὶ χωριζομένων τῶν Γότθων καὶ εἰς τοὺς ἰδίους τόπους ἱσταμένων, λέγουσιν οἱ μαΐστωρες· « Ρ'''. Σ'''. Τ'''. Υ'''. » Καὶ πάλιν τελεῖται, καθὼς προείρηται, καὶ B χωριζομένων τῶν Γότθων καὶ ἱσταμένων εἰς τοὺς ἰδίους τόπους, λέγουσιν οἱ μαΐστωρες· « Φῶς ἀνέτειλεν (2) ἐν τῷ κράτει ἡλίου δίκην αἱ ἀρεταί σάς. Χριστὸς συνέστω ἑκάστῳ περιέπων τὰς κορυφάς σας, Ψηφίσματι αὐτῶν κυριεύοντες, Ὡς (3) κύριοι καὶ δεσπόται τῶν περάτων τῆς ἐξουσίας. » Καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ ἀλφαβηταρίου λέγουσιν· « Πολυχρόνιον ποιήσει ὁ Θεὸς τὴν ἁγίαν βασιλείαν σας. » Οἱ δὲ Γότθοι τύπτοντες μετὰ τῶν βεργίων τὰ

VARIÆ LECTIONES.

Hic et in seqq. erant versus vacui in cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

arriperem locum communem. Suffecerit tantummodo, ὥστε ἀφοσιώσασθαι, Pindari Olymp. od. 2. vers. 81. Antholog. H. Steph. p. 8. Carm. 39, et Artemi. dori pag 91 citare, ubi hæc verba leguntur : Ὥσπερ τῶν δένδρῶν τέκνα εἰσὶν οἱ βλαστοὶ οὕτω καὶ τῶν ἀνδρῶν τέκνα εἰσιν οἱ βλαστοί. Nihil frequentius, quam ἔρνος, θάλος, κλάδος, βλαστός et similia de corpore adolescente et ab altero progenito dicere. Hinc elegans et certa confirmatur cl. Leichii emendatio in curis secundis ad Inscriptiones Muratorianas p. 58 proposita, ubi πορφυρόθλαστος κλάδος memoratur; cujus dictionis exempla plura et ille ibi habet et Du Cange v. Πορφυρογέννητος, Alterum est formatio συνομόθρονας pro συνομοθρόνους, tanquam si nominativus esset συνομόθρων. Magnam sibi licentiam in formandis contra regulas grammaticas vulgares nominibus arrogarunt non tantum novi, qui hoc in genere nimii et ἄλογοι prosus fuerunt, sed etiam veteres. Possent ingentes acervi exemplorum similium congeri, si opus esset. Verum præstat speciminis causa pauca quædam delibare. Notum ἔγγων pro ἔγγονος ; D v. Du Cange h. v, In dedicatione Herodis statuæ Regillæ vers. 35 occurrit πρωτόθρονες ἕδραι, quasi a πρωτόθρων, ubi v. Salmas., qui ad Aram Dosiadæi pag. 223 edit. Cren. huic ἔψανδρα pro ἔψανδρον imputat, quasi ab ἐψάνηρ. Dioscorides c. 661 κυνόθηρες habet pro κυνοθῆραι, *venatores cum canibus venantes*, quasi a κυνόθηρ. Chrysostomus orat. de circo : Ἱππεὺς αὐτοῦ οὐκ ἀπὸ λευκῆς ἐπὶ σφενδόνα μιλιοδρομῶν, quasi a σφενδὼν pro σφενδόνη. Scholiastes ad Harmenopuli Epitomen in Jure Græco-Romano : Συστατικαί εἰσιν αἱ διδόμεναι τοῖς ὑπὸ ἐπιτίμιον ὡς ἀθώοσιν, pro ἀθώοις, tanquam si ab ἀθώων singulari esset. Procopius, in editione Hoescheliana certe, p. 52 ὑπὸ μήδεσι habet tanquam a nominativo μῆδες pro μῆδας, et p. 55 μῆδαν στρατὸν pro μῆδον, tanquam a μης nominativo. In carminibus a Jensio pro anecdotis editis n. 38, de Amphipoli legitur : Αἰγίδεσιν μέγα νεῖκος, *argumentum contentionis pro Ægidis seu Atheniensibus*. Ad hunc modum Latini *lines* dixerunt pro λῆνοί. C lacus vino servando e torculari expresso, aut et aquæ. Στίχες pro στίχοι dixit Homerus et alii. In codice ms. Reimariano Anthologiæ Græcæ inveni pag. 60 ed. Steph. ἀριστονόας ubi editum ἀριστονόους. Ῥοδοδάκτυλος pro ῥοδοδακτύλου est in Anthologiæ edit. Flor. et Aldina, ubi edit. H. Stephani dat ῥοδοδακτύλου p. 124. Æque νοὸς νοῖ ac νοῦ vel νόου et νόῳ, item πλοῦς πλοὸς, πλοῖ, quam πλόου vel πλοῦ, πλόῳ dici constat. Vid. ad p. 73, ubi de formatione διάκων, διάκονος, διάκονι, et in plurali διάκονες dixi. Du Cange v. *Patron* et *Pandox*.

(2) Schema hoc, quo nomina pluralia non neutra cum verbo singulari componuntur, Pindaricum appellatur, de quo vid, Lesbonax. Nescio huccine referam ἦν pro ἦσαν de quo dico ad Thucydid. IV, 75, p. 254. Negare illud nuper voluit Pauwius ad Pindarum. Sed non moramur hominem fanaticum, in Græcis quidèm litteris. Vid. ad pag. 412 dicenda.

(3) Tam sæpe inveni Græcis in libris ὡς pro ὦ positum, ut in Anthologia, Diogene Laertio, Arriano Epicteteo et aliis, ut credam, ὡς novis Græcis idem atque ὦ valere et, ut multa alia ejus commatis, a librariis vetustati obtrusa esse, quemadmodum sæpe εἶναι quod novis Græcis *est* significat, pro veteri ἐστι substituerunt. Talis καπηλείας καὶ μαγγανείας infinita occurrunt exempla, ut satis cautus et sagax criticus esse non possit furfuribus istis secernendis. Cæterum, quod ad versionem hujus versus meam attinet, quo intelligatur et tueri se queat, tenendum me, cum verterem, sic construxisse verba : κύριοι τῆς ἐξουσίας τῶν περάτων. Mallem tamen nunc verti *domini finium imperii*. Nam ἡ ἐξουσία idem est atque *imperium* ; τὰ πέρατα τῆς ἐξουσίας ergo idem sunt atque *fines orbis Romani*. Patet ex p. 164.

σκουτάρια καὶ λέγοντες συνεχῶς » Τοὺλ τοὺλ, » τρέχοντες ἐξέρχονται, οἱ μὲν τῶν Βενέτων ἀπὸ τοῦ ἀριστεροῦ μέρους, οἱ δὲ τῶν Πρασίνων ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ.

A finium imperii. » Post finitum carmen alphabeticum dicunt magistri polychronium seu : « Multenne faciat Deus sanctum imperium vestrum. » Gothi autem pulsantes virgis sua scuta et ingeminantes identitem : « *Tul tul*, » et currentes exeunt, Veneti quidem a sinistra parte, Prasini autem a dextra.

Λεξικὸν τῶν ἐν τῷ Γοτθικῷ ᾀδομένων.

Γαύξας.	χαίρεσθε.	
βόνας.	καλαί.	
βικηδας.	γειτονεῖαι.	
γαυδέντες.	χαίρεσθε.	
ἑλκηβόνιδες.	προσκαλούμενοι.	
ἔνκιρτυς.	ἀγωνιζόμενοι.	
βόνα ὥρα.	καλὴ ὥρα.	
	νανα.	
γυβίλους.	κραυγὴ καὶ κράτης.	
γυβίλαρες.	κραυγάζοντες.	
γυβίλους.	κράκτης.	
γυβέλαρες.	φωνοβολοῦντες.	
νανα.	Θεὲ Θεὲ ἡ Θεοῦ Θεοῦ.	
τοῦ γεγδεμα.	ἐξ ἀνατολῆς ἡ ἀρχὴθεν.	
δε τουλδελε.	ἀγαθὸς ὁ Θεός.	
νικάτο τούλδο.	νικάτω ὁ Θεός.	
τουτόβαντες.	σαλπίζοντες.	
βόνα αμαρε.	καλὴν ἀγάπην.	
ἅγια ἐπισκύαντες.	ἐπιγνόντες.	
ἰδεσαλβάτους.	σωζόμενοι.	
δέους, δέους.	Θεὸς, Θεός· νανα.	
σεβακίβα.	ἑαυτοὺς εὐσχολοῦντες.	
δεμονογυγγυβελε.	ἀποσυνεκτικῆς κραυκῆς.	
ὁ Θεὸς, ὁ Θεός.	πανευκλεὴς κραυγή.	
νανα.	Θεὸς, Θεός.	
ἔβερ.	νανα. Θεὲ, Θεέ.	
τοῦ ἰγγερ.		
ουα.		
γεργερεθρῶ.		
νανα.		
σικαδικσε.		
περετούρες.		

225 Ἑτέρα ἑρμηνεία τῶν προειρημένων λέξεων.

Γαύζας	ὁ εὐπρεπής.	Ῥωμ.
βίκη	τεχνίτης.	Ἑβραι.
ἅγια.	φύλαττε.	Ῥωμ.

Ἑλ.	Θεὲ.	Ἑβραι.
δέσ.	γνῶθι.	Ἑβραι.
ἅγια.	φύλαττε·	Ῥωμ.
ὥρα.	φῶς.	Ἑβραι.
βάντες.	ἐλθέ.	Ῥωμ.
ἐπισκύ.	ἐάνπερ ἀνέλθ.	Ἑβραι.
ἰδέ.	θεωρουμένην.	Ῥωμ.
νανά.	σῶσον δὴ σῶσον.	Ἑβραι.
σεβά.	κάθισον.	Ἑβραι.
νανά.	σῶσον δὴ σῶσον.	Ἑβραι.
ἀγύν.	εἰς τὸ βάραθρον.	Ἑβραι.
βελέ.	σατανά.	Ἑβραι.
B βήλους.	τοῦ διαβόλου.	Ἑβραι.
αἰλάρες.	τῶν πνευμάτων.	Ῥωμ.
τοῦ.	σύ.	Ῥωμ.
δετούλ.	ἐξάλειψον.	Ἑβραι.
νικάτο.	νικάτω.	Ἑλλην.
νανά.	σῶσον δὴ σῶσον.	Ἑβραι.
βόνας.	καὶ καλός.	Ῥωμ.
δίας.	τὰς ἡμέρας.	Ῥωμ·
γαυζεντες.	τὰ εὐπρεπῆ.	Ῥωμ.
νικονί.	κτίστα μου.	Ἑβραι.
ἐν κερκυς.	καὶ ἀσφαλέως.	Ῥωμ.
βόνα.	τὸ καλόν.	Ῥωμ·
τοῦ τοῦ.	σὺ σύ.	Ῥωμ.
ἀμόρε.	σὲ ἀγαπῶ.	Ῥωμ.
ἄντες.	εἰς τὴν πρώτην.	Ἑβραι.
σαλβατους.	εὐπάθειαν.	Ἑβραι.
δέους, δέους.	Θεὲ, Θεέ.	Ῥωμ.
κιβά.	ὡς παρεγένου.	Ἑβραι,
δαιμόν.	σιώπα.	Ἑβραι.
C γύ.	εἰς τὸ βάραθον.	Ἑβραι.
γύ.	εἰς τὸ βάραθρον.	Ἑβραι.
γύ.	εἰς τὸ βάραθρον.	Ἑβραι.
νανά.	σῶσον δὴ σῶσον.	Ἑβραι.
γέγδεμα.	ὁ μαγαρίτης.	Ῥωμ.
βελέ.	τὸν Σατανᾶν.	Ἑβραι.
τουλδο.	ἡ τροφὴ τῶν στρατευμάτων.	Ῥωμ.

ΚΕΦΑΛ. ΠΔ'.

Ἐκ τῶν τοῦ Μαγίστρου Πέτρου (4). Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ κόμητος ἀδγινσιόνων καὶ κόμητος σχολῆς καὶ κωροπαλάτον.

Ὁ κόμης τῶν ἀδμηνσιόνων ἐπὶ σιλεντίου γίνεται, καὶ καθημένου τοῦ βασιλέως ἐν κονσιστωρίῳ· πολλάκις δὲ καὶ εἰς ἱππικὸν ἀνιὼν, ποιεῖ αὐτὸν ἐν τῷ μεγάλῳ τρικλίνῳ, ἐν ᾧ τόπῳ δέχεται τοὺς ἄρχοντας. Γίνεται δὲ οὕτως· μετὰ τὸ κιτεῦσαι τὸν μάγιστρον καὶ εἰσελθεῖν τὸν μάγιστρον καὶ πάντας τοὺς ἄρχοντας ἐπιτρέπει τῷ κόμητι τῶν ἀδμηνσιόνων τῷ μέλλοντι παύεσθαι ἐνεγκεῖν τὸν πρῶτον δικουρίωνα, λέγων αὐτῷ, ὡς ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀρχόντων, τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἀπελθὼν φέρει αὐτὸν, καὶ ἐπιδίδωσιν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς τὰ κωδικέλλα τοῦ κόμητος τῶν ἀδμηνσιόνων [ἐπιτρέπει (5) ἐνεγκεῖν],

CAPUT LXXXIV.

E commentariis Magistri Petri. Observanda in promotione Comitis admissionum, et Comitis scholæ, et Curopalatæ.

Comes admissionum fit in silentio, sedente imperatore in consistorio. Sæpe quoque creat eum imperator adscendens in circum in magno triclinio, ibi ubi proceres excipit. Creatur autem sic. Postquam citatus nomine magister intraverit, omnesque cum eo proceres, imperat imperator comiti admissionum de provincia sua jamjam decessuro, primum decurionem ut arcessat; simul ipsum nomine appellans, quemadmodum etiam alios proceres novis dignitatibus ornandos nomine appellari mos est. Vetus itaque comes abiens arcessit et coram adducit decurionem, cui imperator codicillos comitis

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

(4) Vid. de hoc Petro Magistro quæ dixi præfat. ad tomum primum p. IV.

(5) Inclusi verba hæc uncis, quia supervacanea videbantur esse et aut perperam huc e sequentibus translata, aut idem significantia atque ἐπιδίδωσι præcedens. Notandus hic processus dignitatum. E decurione fit comes admissionum, ex hoc Illustrius. De his et sequentibus dignitatibus, ut agentium in rebus, augustalis et aliis, repetere nolo, quæ Gutherus, Du Cange et alii habent, qui hoc

admissionum porrigit. Quos nactus novus comes osculatur pedes imperatoris, et consistit coram ipso; dein jussus amotum arcessere, excomitem admissionum puta, adducit eum. Huic imperator tradit codicillos illustrii; **226** quos ille nactus osculatur pedes imperatoris extremos. Tum arripiens eum novus comes admissionum abducit et collocat in loco ipsi congruo post agentes, ante omnes honorarios illustrios seu illustres. Hanc enim prærogativam dat ipsi ordo suus et dignitatum constitutio, ut dictum est. Comites autem scholarum et curopalatas si cresre decrivit imperator in consistorio, fiunt cum ipsis eædem ceremoniæ, quæ in aliis promotionibus obtinent. Ut plurimum tamen creantur (ille mos invaluit) in cubiculo privatim et ante prandium et vesperæ, prout visum fuerit imperatori.

A

B

CAPUT LXXXV.

Ex eodem Petro. Observanda, quando creatur augustalis aut proconsul.

Pridie antequan cerimonia fiat, significatur crastinum silentium per mandatores. Ipso deinde die et actu primum quidem exuitur sua dignitate, qui hactenus fuit, augustalis Alexandriæ; dein creatur novus ritibus consuetis. Ut omnia peracta sunt, quæ decet, tradit imperator novo augustali suos codicillos. Non tamen ideo laudes et gratiarum actiones accipit a proceribus, ut solet post alios creatos magistratus. Novus enim augustalis, si aliam dignitatem non habeat, fit tantum comes consistorianus, et, quando missæ dantur pro isto conventu,

καὶ λαβὼν φιλεῖ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἵσταται ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Αὐτῷ οὖν τῷ δεξαμένῳ τὰ κωδικέλλια τοῦ κόμητος τῶν ἀδμηνσιόνων ἐπιτρέπει ἐνεγκεῖν τὸν παυόμενον, τούτέστιν τὸν ἀπὸ κομήτων ἀδμηνσιόνων, καὶ λαβὼν αὐτὸν ὁ γενόμενος κόμης προσάγει αὐτῷ, καὶ ἐπιδίδωσιν αὐτῇ ὁ βασιλεὺς κωδικέλλιν ἰλλουστρίου, καὶ δεξάμενος αὐτὸς φιλεῖ τοὺς πόδας αὐτοὺ κάτω. Καὶ λαβὼν αὐτὸν ὁ κόμης τῶν ἀδμηνσιόνων ἀπάγει καὶ ἵστησιν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ αὐτοῦ μετὰ τοὺς ἀγέντες [91] πρὸ πάντων τῶν ὀνορарίων ἰλλουστρίων. Τοῦτο γὰρ τὸ προνόμιον δίδωσιν αὐτοῖς, ὡς εἴρηται, ἡ διάταξις. Τοὺς δὲ κόμητας σχολῶν ἢ κουροπαλάτας ἐὰν βουληθῇ ἐν κονσιστωρίῳ προαγαγεῖν, ὡς ἐπὶ τῶν ἄλλων προαγωγῶν καὶ τούτους ποιεῖ. Ὡς ἐπὶ πολὺ δὲ κατέσχεν ἔθος ἰδίᾳ ἐν τῷ κουβουκλείῳ γίνεσθαι αὐτοὺς καὶ πρὸ ἀρίστου καὶ δείλης, ὡς ἂν δόξῃ τῷ βασιλεῖ.

ΚΕΦΑΛ. ΠΕ'

Τοῦ αὐτοῦ Πέτρου, Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, ὅτε γένηται αὐγουστάλιος ἢ ἀνθύπατος.

Τὰ μανδάτα δίδεται (6) τῇ πρὸ μιᾶς σιλεντίου, καὶ τὸν αὐγουστάλιον Ἀλεξανδρείας ἔπαυσεν, Καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι πάντα ἐξ ἔθους δίδωσιν αὐτῷ κωδικέλλια. Οὐκ εὐχαριστεῖται δὲ ὁ βασιλεὺς, ὡς ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀρχόντων. Κόμης γὰρ κονσιστωριανὸς γίνεται, ἐὰν μὴ ἔχει ἄλλο ἀξίωμα, καὶ εἰς τὰς μίνσας μετὰ τῶν κομήτων ἵσταται. Συνεξέρχεται δὲ τοῖς ἐπάρχοις, καὶ οὐ κράζουσιν αὐτῷ τὰ σκρινία. Ἐπὰν δὲ συνεξέλθῃ μέχρι τῆς ῥιγίας [92] (7), φορῶν τὸ ἀτραβατικὸν, οὕτως, ὡς ἔχει, συγκάθηται τῷ ἐπάρχῳ τῶν πραιτορίων εἰς τὸ ὄχημα αὐτοῦ (8), καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[91] ΣΧΟΛ. τοὺς πράττοντας. [92] ΣΧΟΛ. τῆς βασιλικῆς.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

argumentum pertractarunt, præsertim cum eorum pleraque post Heraclii tempora et forte quoque citius desierint, mutata curiæ augustæ forma.

(6) Id ex more novæ Græciæ, quæ, δίδω, δίδεις, δίδει et δίδομαι, δίδῃ, δίδεται format, frequentibus in nostro codice exemplis. In ἔπαυσεν subintelligitur ὁ αὐτοκράτωρ, de quo sermo erat in opere olim integro, in illis, quæ decerptam hanc particulam antecedebant. Augustales, Ægypti præfectos, Alexandriæ residentes, sæculo VII desiisse, Saracenis Ægypto potitis, res nota est.

(7) Regia olim audiebat porta, quæ, isto nomine abolito, deinceps Chalce dicebatur, extrema palatii, in urbem educens.

(8) Invidiosum olim erat vehiculis in urbe uti; vid. Vopisc. in Aureliano pag 423 t. II, H. A. Verum *omnes honorati, seu militarium, seu civilium ordinum intra urbem vehiculis dignitatis suæ, id est carrucis, utantur.* Verba sunt legis ibidem p. 416 a Salmasio citatæ, quem etiam p. 552 inspici velim, ut etiam Vales. ad Amm. Marcell. illud *judiciale carpentum* p. 630. Hinc in pompa et apparatu præfecti recenset Asterius currum et virgam silentiarii vel ostiarii auream, orat. in œconomum iniquitatis: Τις δὲ τῶν ὑπάρχων τῆς ἀξίας ἡ σκευή; τὸ ἀργυροῦν ὄχημα ἡ καλαμὶς ἡ χρυσῆ. Notabile, quod currum argenteum præfecto tribuit, cum alii aureum, id est aureis bracteis inscrutatum, Harduinus ad Themistium p 488, dignitatibus civilibus et militaribus carruchas bijuges argenteas seu argenteis laminis inductas, præfecto prætorio autem auratam tribuit. Quantum ad posterius attinet, habet sibi consentientem Theophanem, in cæteris adversum. Hoc enim auctore non soli præfecti prætorio, sed etiam archontes quique aureis quadrigis carruchis uebantur. Locus hic est p. 207, ubi narrat, quo in apparatu rex Arabum Aretas legatum Justiniani exceperit: Ἵστατο ἐπάνω τεσσάρων ἐλεφάντων [sic loquebantur tunc, volentes significare, illum junctos ad currum quatuor elephantos habuisse, et Latini quoque balbutiem eamdem imitabantur; sic Turpinus cap. 29: *Beatum Rothlandum super duas mulas cureto aureo subvectum;*] ἐχόντων ζυγὸν καὶ τέσσαρας τροχοὺς καὶ ἐπάνω ὡς ὄχημα ὑψηλὸν ἡμφιεσμένον χρυσέοις πετάλοις ὥσπερ ἐστὶ τὰ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν ἐπάρχων ὀχήματα. Procedebat luxus et fastus eo ut auro gemmas et uniones adderent, ut colligitur e loco Fridegodi in S. Wilfrido c. 11:

Gemmata vehitur [episcopus] *archontum more curuli.*

Quantum ad formam harum carrucarum attinet, ex inspectione tabularum æneurum notitiæ utriusque imperii liquet, eas a nostratibus curribus pensilibus et tectis multum diversas fuisse. Nam patebant superne et immobiliter incubabant quatuor suis rotis. Ad eumdem pene modum facti sunt currus, quibus vehuntur magnates Scytharum in imaginibus arcus Theodosiani apud Bandurium, qualibus in Belgio molitores saccos frumenti et farinæ convehunt in molendinas et devehunt rursus, quarum crassæ rotæ canthis ferreis septæ non sunt. Cæte-

ἀπερχεται μέχρι τοῦ πραιτωρίου, καὶ ἐκεῖ κατέρχεται, καὶ συνεισέρχεται εἰς τὸ σέκρετον αὐτοῦ, καὶ συντάττεται αὐτῷ καὶ ἀναχωρεῖ. Τὸ αὐτὸ δὲ σχῆμα γίνεται καὶ ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ, καὶ συγκάθηται ὁ ἀνθύπατος τοῖς ἐπάρχοις.

A aggregatse comitibus consistorianis reliquis ; e patlatio autem excedentibus omnibus, exit ipse cum præfectis, scriniis fausta ipsi sigillatim non acclamantibus. Quando itaque cum præfectis simul excesserit et pervenerit usque ad regiam [portam] in atrabatica veste, quam gerit, talis, qualis est, inscendit una cum præfecto prætoriorum in ejus currum, in quo pergit usque ab prætorium : ibi descendit e curru, et simul ingreditur cum præfecto in ejus secretum, et ibi vale ipsi dicit, ac sic tandem solus domum abit. In Illyrico idem observatur tenor circa proconsulem. Nam Illyrici proconsul assidet præfectis.

ΚΕΦΑΛ. ΠΖ'.

Περὶ διαφορᾶς στρατειῶν (9), καὶ πόθεν αὗται δίδονται, καὶ τί ἁρμόζει ἑκάστῳ σκρινίῳ, ὅσα εὑρεῖν ἠδυνήθημεν.

CAPUT LXXXVI.

De diversis militiis seu officiis, modis ea conferendi, ubi unum quodque conferatur, et quid unicuique scrinio competat. Quantum hoc de argumento reperire potuimus.

Ὁ γινόμενος σιλεντιάριος εἰσάγεται διὰ τοῦ πραιποσίτου πρὸς τὸν δεσπότην, φορῶν ἀτραβατικὸν χλανίδιν, καὶ ἐπιδίδωσιν ὁ ὀστιάριος τῷ δεσπότῃ τὸ χρυσίον βεργήν. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπιδίδωσιν αὐτὸ τῷ [93] γινομένῳ σιλεντιαρίῳ, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ στρατεία αὐτοῦ (10)· λαμβάνει δὲ τὸ καλούμενον [94] νι-

Creandus silentiarius introducitur a præposito ad dominum in tunica atrabatica, et ostiarius tradit Domino virgam auream, quam vicissim Dominus ei, quem creat, silentiario tradit. **227** Et hæc est ejus militia seu investitura in officio suo ; et accipit sic dictum gregiatum, quod Romano seu Latino

VARIÆ LECTIONES.

[93] αὐτῷ cod. [94] ΣΧΟΛ. γρεγιάτον. πυμαντικόν.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

rum erat peculiaris domus, καρρούχειον dicta, in qua stabat præfecti prætorio carrucha, ut e Malalat. II, p. 40 discimus. Hinc liquet, quid sit τῆς μεγάλης δράξασθαι ἀπήνης, *grandem carrucham arripere*, in illo epigrammate, quod libro II, Anthologiæ c. 43· et apud Constant. Porphyrogen de thematibus p. 7. oxstat, a Bandurio miris modis expositum. Significat autem dictio, *quando Cappadoces iterum et tertium apprehendant magnum carpentum*, quando toties præsides provinciarum aut præfecti urbi vel prætorio fiant. Illustra eam locus Actorum S. Julianæ virginis martyr. c. I (apud Du Cange Gl. Lat. v. *Carruca*) : *Hæc audiens dedit munera Eleusius imperatori Maximiano et successit præfecto alii administranti, seditque in carruca præfecturæ agens officium*, id est ipso actu capiens possessionem et exercens jura præfecturæ, ubi *carruca* non est sella *curulis*, quod putabat V. D. Potest quoque de consulatu accipi. Procopius fine, l. I, De bello Persico : ἄνδρα ὕπαρχον δυνατὸν οὕτω γεγενημένον, ἐς πατρικίους δὲ ἀναγραφέντα καὶ ἐς τῶν ὑπάτων ἀναβεβηκότα τὸν δίφρον, οὐ μεῖζον εἶναι οὐδὲν ἔν γε τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ δοκεῖ. In carruca procedenti præfecto præambulabant ejus officium seu satellites in splendido apparatu. S. Fulgentius homil. LX, de S. Laurentio : *Ignea caruca, quam præcedunt officia pretiosa, non chlamydati, non scutati et sericati.*

(9) Est hic loci στρατεία, *militia*, non id quod hac ætate solemne sic appellare, status in armis merentis et patriæ defensioni invigilantis, sed omnis functio, munus quodcunque, seu militare, seu civile, et investitura, seu commissio, impositio ejus in alicujus humeros. Οἱ ἐν στρατείαις ἐξεταζόμενοι sunt officiis fungentes publicis cujuscunque generis, apud Theophan. p. 42. Idem p. 487 habet στρατεύεσθαι ἐν βασιλικαῖς ὑπηρεσίαις, *in regiis servitiis militare*, id est occupari, seu potius merere stipendium. Ex eo nempe, quod *stipendium merere* a rege vel republica necessarium adjunctum et consequens militiæ esset, factum, ut militare et στρατεύεσθαι diceretur pro honorarium in servitiis aut regis aut reipublicæ mereri, quocunque modo id fiat. Cedren. p. 516 habet μετεκίνησε τοῦτον ἧς μετῄει στρατείας, *impediebat eum*, arcebat, amovebat, *a promotione, collatione, muneris, quod ambiebat, obtinenda*, et p. 485 ὁ στρατεύων τῶν ἱπποκόμων, *strator eo tempore et die serviens.* Nicephorus Patriarch. CPtanus Breviar. Hist. p. 223 ed. Petav. : στρατείαις τῶν ἀξιωμάτων φιλοτιμούμενοι, *investituris, collationibus, commissionibus dignitatum donati, macti.* Pariter Latini sequiores dicunt eodem sensu *militare*, esse in officio quocunque publico. Imo eo excesserunt quidam, ut *militare* pro officium suum facere, præstare usum de se exspectatum et debitum quacunque in re, etiam de rebus non animatis dicerent. Sic Tertullianus de Pallio : *Aries est machina, quæ muros frangere militat*, id est quæ frangendo muros officium facit et destinationi suæ satisfacit. Ipse jam Horatius Epist. I, 2 :

venaticus ex quo
Tempore cervinam pellem latravit in aula,
Militat in sylvis catulus.

Hinc *militia* passim auctoribus idem est atque *comitatus*, totum corpus militiarum, id est officiorum et dignitatum aulicarum. Ita Stephanus Garlandus in Chronico Mauriacensi l. II : *Hoc retroactis sæculis fuerat inauditum, ut homo, qui diaconatus fungebatur officio, militiæ simul post regem duceret principatum.* Rectene vero Gutherus p. 538, dicat fuisse discrimen inter τὰς στρατείας et τὰς προβολάς hoc, ut hoc majorum dignitatum fuerit, quæ per sacras epistolas impetrarentur, illud minorum, quæ per probatoriam obtinerentur, examinent alii. Mihi quidem videtur hoc nostrum caput illi favere, in quo interpretando, si patiar id, quod vereor re mihi contingat, vereor autem ne parum satisfecero eruditæ jurisprudentiæ studiosis, meminerint velim a studiis juris omni vita me alienum fuisse, et hæc sacra non nisi coactum ferente sic libri hujus serie et argumento, attingere, non sine metu et tergiversatione.

(10) *Et hæc est militia ejus*, seu traditio virgæ aureæ ex manu imperatoris in suam, est investitura ejus, est symbolum, quo ipso declaratur et constituitur aliquis Silentiarius. Solebant olim dignitates aut διὰ λόγου, simplici verbo et jussu imperatoris, aut per codicillos, aut διὰ βραβείων, traditis honorum signis, conferri. Qua de re infra latius disseretur ad Cletorologium. Hic tantum annotabo haud raro signa illa, quibus quis investiretur et novo muneri præficeretur, propria et accommodata illi muneri fuisse. Silentiariorum et ostiariorum, quos cum Marschallis nostratibus compares, erat in

sermone nibensiatum dicitur, hoc est secundum nos typum seu decretum dominicale, vel assignationem expeditam in scrinio istius laterculi. Extra autem [palatium puta] faciunt stipulationes mutuas inter se emens talem typum et vendens. Si quis autem in locum sufficitur adhuc militantis seu officio fungentis et stipendium merentis, debet typus pragmaticus seu decretum formale magistro insinuari, quo militanti facultas datur, tironem in locum suum vicemque suam præstandi, et ipse porro militandi atque stipendium ferendi. Præsti-

A ρεγιάτον (11), ἤγουν Ῥωμαιστι νηβενσιατὸν, τουτέστιν καθ' ἡμᾶς τύπον γινόμενον ἐν τῷ σκρινίῳ τοῦ βενεφικίου τοῦ λατερκούλου (12). Ἔξωθεν δὲ ποιοῦσιν προσσυμβόλαια πρὸς ἀλλήλους μετὰ τοῦ πιπράσκοντος ὁ ἀγοράζων. Εἰ δὲ εἰς τόπον ἔτι στρατευμένου γίνεται, χρὴ πραγματικὸν τύπον (13) καταπεμφθῆναι τῷ μαγίστρῳ τὸν παρίχοντα τῷ στρατευομένῳ ταύτην τὴν ἄδειαν ὥστε ἐξεῖναι αὐτῷ τίρονα (14) βαλεῖν εἰς τὸν ἴδιον αὐτοῦ τόπον, καὶ ἔτι στρατεύεσθαι. Ὁ δὲ βαλόμενος σοῦπερ νούμερος [95] οὐ λαμβάνει ἐκ τοῦ δημοσίου ἀνώνας, μέχρι οὗ

VARIÆ LECTIONES.

[95] ΣΧΟΛ. ὑπεραρίθμιος.

JOAN. JAC. REISKII. COMMENTARIUS.

functione sui muneris, quando introducerent legatos aliosve aut præcederent processionem, virgam auream, id est aurea bractea inductam, gestare. Traditio ergo talis virgæ, quam deinceps in functione sui muneris gererent, erat optimum et maxime accommodatum signum investituræ. Ita in ecclesiastico ordine hypodiaconus traditione τοῦ χερνιβοξέστου seu malluvii, investiebatur, seu ordinabatur, et diaconus traditione τοῦ ῥιπιδίου, seu flabelli, quoniam illius erat aquam sacerdoti lavanti affundere et pelvim sustinere, hujus muscas flabello a sanctis donis abigere. Pari modo videntur principes orientales investisse. De Alaoddino Chorezimschaho, potentissimo tum et magnificentissimo orientis principe, narrat Abulfeda ad A. F. 628, seu Chr. 1231, quo ista dynastia a Genkischano eversa desiit, ejus aulicorum quemque in vexillis suis notam suo muneri convenientem gestasse. *In vexillis suis eorum quisque gestabat*, ait, *notam e qua dignosceretur. Sic signum Dawadari* [atramentario vel Canicleo Præfecti, cancellarii,] *erat atramentarium. Signum Selictari* [seu ejus qui arma principis gerit, scutiferi, τοῦ ὑπερασπιστοῦ, protectoris] *erat arcus* [ui in aula principis Scythici par erat]. *Teschtedari* [seu pincernæ] *erat Misineh*] videtur lagena argentea esse, aut poculum; non enim mihi constat de significatione vocabuli non Arabici;] *signum Gemdari* [seu stragulis sarcinis bastagis, vestiario præfecti] *erat sacciperium*; *signum Amir-Achuri* [seu præfecti equorum, stratoris, aut comitis stabuli] *erat, solea equina. Signum Giauschorum* [seu apparitorum, mandatorum,] *erat Cobbah seu umbella*, παστάς, *aurea*. Apparet ergo, principes orientales consuevisse traditione vexillorum investire quibus intextæ essent imagines et symbola earum rerum, quæ ad cujusque dignitatis curam præcipue spectarent, quemadmodum imperatores occidentales et Græci traditione ipsarum illarum rerum interdum investirent. Fuit tamen apud hos magna diversitas symbolorum et braheorum, de quibus conferri potest Du Cange v. *Investire*, et nos quoque infra ad pag. 408 nonnulla his addemus.

(11) Facile liquet γρεγιάτον, quod membranæ in margine dabant, esse istius, quod in textu conspicitur, emendationem. Sed scholion additum Græculo dignum est, eumque prodit, a quo profectum fuit, Latinæ linguæ perparum callentem. Putabat homo, quia *grex* ποίμνη est, ideo *gregalum*, vel ut tum temporis pronuntiabant, *gregiatum*, (nostro scribendi more *gretschalum*) esse ποιμαντικόν, *pastorium*. Non incommode quidem *pastorium* appellaretur diploma, quo alicui pastus, id est τροφή, victus, assignatur. Nam id erat *gregatum*, aut *impensatum*, quo alio nomine idem significatur. Verum tamen gregatum hoc non est, sed est mutilatum initio *aggregatum*, charta, qua quis stipendiatorum numero aggregatur. Νηβενσιάτον autem nihil aliud est, quam deformatum a Græculis *impensatum*. Ut pro-

B ferebant ut nos *sch. Impensiatum* sonabat idem atque *impenschatum*. Erat autem impensatum charta vel diploma, codicillus, quo significabatur rationali largitionum, impensas in exhibendum deinceps faciendas esse, illum porro unum fore eorum, qui pensiones seu stipendia e fisco acciperent.

(12) Aut ipsa re, aut saltem tacite in mente et sic dicta grammaticis constructione transponenda sunt verba in hunc modum : Ἐν τῷ σκρινίῳ τοῦ λατερκούλου τοῦ βενεφικίου, *in scrinio laterculi beneficii*. Et sic velim interpretationem meam reformari: *in scrinio istius laterculi*, quod *laterculum beneficii* seu beneficentiæ; τῆς εὐεργεσίας, appellari solet. Erant latercula codices in scrinio memoriæ depositi, qui dignitatum et administrationum tam civilium quam militarium et mandatorum principis et promotionum et consuetudinum notitiam continebant, ut ait Guther. p. 584. Scrinium hoc memoriæ subdivisum in

C alia minora erat, quorum unum scrinium beneficii, in quo jacebat depositum laterculum seu codex, notitia, index nominum eorum, qui beneficio quodam ex liberalitate principis fruebantur. Talia latercula dicebant quoque *libros*, item *commentarios beneficiorum* ; vid. Guther. p. 229. Tertullianus apud eundem p. 627, *matrices beneficiorum* memorat, ubi reponere cum Guthero *beneficiariorum* equidem nolim. *Beneficia* sunt *beneficiarii*, ut τὰ ἀλλάξιμα, *mutatoria*, proceres, quibus jus competit in mutatoriis comparendi coram principe. Vid. tamen quæ Casaub. et Salmasius ad Scr. H. A. t. I. p. 17 et 95 habent. Inquisitionem juridicam in morem militiæ palatinæ vendendi et emendi, rerum harum imperitus, non aggredior, permittoque lubens illis, ad quos pertinet.

(13) Pragmatica, id est actualis forma, pragmatica sanctio est ea, juxta cujus formulam et edictum in rebus gerendis, in administratione

D rerum publicarum potest et debet πράττεσθαι, agi et procedi ; vid. Salmas. ad S. H. A. t. II. p. 85, et Du Cange Gloss. utroque. Latini quoque *factum* appellant, ut Salmasius l. c. docuit ; quod confirmat Theophanes p. 122. ubi πρᾶξις ἔγγραφος, *factum litteris consignatum*, est jussio regia scripta. Pragmatica historia, qualis in exemplum libri Polybii citari solent, item philosophia pragmatica huc non pertinent, longe alterius generis res. Aptius huc refertur Suetonii formalis epistola, τυπική, τύπος, *forma*, continens normam agendorum. Domitiani c. 13 : *Pari arrogantia cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit : Dominus et Deus noster sic fieri jubet.* Simpliciter quoque *typum* et *formam* dicebant. Vid. Du Cange in his vocibus et Alteserr. ad Anastas. p. 63.

(14) Ut στρατεύεσθαι, non tantum de castrensi, sed etiam palatina militia dicitur, ita *tiro* est non ille tantum, qui rudimenta ponit armorum tractan-

φθάσῃ εἰς βαθμόν. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι τῷ μέρει τῆς δεσποίνης (15) ἐκ τοῦ κοινοῦ καταλόγου ἀπονενεμη-

A tus autem supernumerus seu supernumerarius non accipit e publico seu ærario annonas, donec, ille

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

dorum et aliquando successurus est in locum militis stipendiis fruentis, aut prædia militaria possidentis, sed etiam ille, qui alicui munere civili et aulico fungenti adjungitur, ipsi per fata decedenti aliquando in ejus et munus et rogam successurus. Utriusque generis enim tirones stipendia non percipiebant quoad tirones essent. Et ut tiro militaris vice militis, cui substitutus esset, in castra pergere debebat, ipso milite aut nolente, aut non valente expeditioni adesse : sic tiro palatinus munia sui senioris, loco ipsius, obire debebat. Apprime huc facit locus Macarii Homil. 43 : Ὥσπερ πολέμου συγκροτουμένου οὐκ ἀπέρχονται οἱ σοφοὶ καὶ μεγιστᾶνες ἐκεῖ, ἀλλὰ φοβούμενοι τὸν θάνατον ἀπομένουσι, λοιπὸν προβάλλονται [velut scutum ipsis objiciuntur, et projiciuntur adversus hostes] οἱ τίρωνες καὶ οἱ πένητες καὶ οἱ ἰδιῶται. Vid. Du Cange Gloss. Græc. h. v. Quoniam tales militiæ opimæ erant, et aut rogis annuis, aut fundis militaribus dotatæ, et facultatem habebant, qui eas possiderent, aliis vendendi, jure approbationis imperatori reservato, caro solebant illæ militiæ venire, et grandis quoque erat taxa pro confirmatione talis contractus fisco solvenda. Sed hæc a ICtis melius tradita esse non dubito.

B

(15) Ita quoque Latini *pars* dicunt pro *obsequium, comitativa. Res privatæ partis Augustæ* est in Notitia imperii. Cum de parte seu aula et aulica constitutione rerum Augustæ CPtanæ perparum annotatum reperiam, et Augustarum rara mentio fiat apud scriptores Byzantinos, libet, quæ hactenus observavi hujus rei huc in brevem indiculum, nulla habita ordinis ratione, conjicere. Dicitur hic loci Augusta suum referendarium habuisse. Habebant ergo Augustæ peculiarem sibi aulam et eadem officia atque imperator, quæ quidem femininum sexum decerent. Idem de reginis Franciæ observaverat cl. Leichius in adversariis. "[*Les reines de France avaient leurs offices comme les rois.* Fauchet, p. 477.]" Sic habebant primicerium suum. Eustathius in vita S. Eutychii, Patriarchæ CPtani, commemorat πριμικήριον μέρους Αὐγούστης, apud Du Cange v. πριμικήριος. Erat ipsis peculiare vestiarium seu gazophylacium (v. Script. post Theophan. p. 89), et ærarium. Nicephorus Græcoras l. VII Histor. : Ὅθεν χιλιάδας νομισμάτων οὐκ ὀλίγας τοῖς οἰκοδόμοις δεδωκὼς ὁ βασιλεὺς ἐκ τῶν τῆς δεσποίνης χρημάτων. Cudebant monetam et officinam suam monetariam habebant. Sane Theophanes anno 20 Constantini M. ait eum matri Helenæ monetam indulsisse. Putem tamen id de omnibus Augustabus dici non posse ; sed quæ illarum eo jure fruerentur, illas ex peculiari indultu maritorum aut filiorum habuisse. Exercebant mercaturam suis navibus, ut ex historia Theophili constat, quam Cedren. p. 514 narrat. Diebus festis matronas procerum ad se gratulatum procedentes excipiebant epulisque adhibebant, ut ex multis Nostri locis (v. p. 172) et e Pachymeris VIII, 9, constat, cujus hæc sunt verba : ἐπειδὴ γὰρ ἑορτὴ ἦν καὶ ἔδει συνάξεις μὲν τῶν μεγιστάνων πρὸς βασιλέα, προσόδους τε καὶ τῶν ματρωνῶν παρὰ τὴν Αὔγουστον γίνεσθαι. Sed assistebantne in consistorio, quando res imperii tractarentur? Interdum id factum puto, ut quando mariti essent uxorii, aut rei summæ gerendæ non pares, aut imperium Augustabus deberent, aut urbe abessent et administrandum imperium interea Augustabus commisissent. Alexii Comneni matrem, cui filius imperium debebat, sæpe præsedisse in consultationibus, illo præsertim in Epiro adversus Rogerium Normannum bella gerente, discimus ex Alexiade Annæ Comnenæ. Margareta Augusta, Isaacii Angeli uxor, interfuisse conciliis dicitur a Rhamnusio p. 87 et 404 ; de Euphrosyna, Alexii uxore, narrat Nicetas p. 243, sed ut rem novam carpens, eam legatos exteros una cum marito in consistorio præsedentem excepisse : Πρεσβείος μεγίστης ἐθνῶν μελλούσης βασιλεῖ ἐποπτάνεσθαι, θρόνοι συμφυεῖς πολυτελεῖς παρετίθεντο, καὶ συνεδρεύουσα προεκάθητο λαμπρῶς διεσκευασμένη. Manuelis Comneni altera uxor, Bertha, Germani sanguinis heroina, ἡ ἐξ Ἀλαμανῶν αὐτῷ συνοικήσασα (ait Cinnamus p. 57) ἐπὶ μέσης ἐξελάλησε τῆς συγκλήτου βουλῆς μεγάλου καὶ αὐτὴ καὶ πολεμικωτάτου γένους εἶναι εἰποῦσα (ita leg), *coram pleno senatu dicebat, se quidem illustri pariter quoque et bellicosissima gente editam esse, attamen non audivisse.* Conf. Nicet. p. 73. Theodoram Augustam, Justiniani conjugem, in consistorio sedisse perhibet Procopius in Hist. Arcana. Sed Theodoram impotentem et avidam imperii feminam, Justinianum autem uxorium fuisse constat. Sedebant autem, si assiderent, pone cancellos et velatæ, ne conspicerentur a viris barbatis. Quod ex innata orientalium uxoribus verecundia, seu potius ferocia et superbia satis colligitur, et ex illo Malalæ loco colligi posse mihi videtur t. II, p. 54, ubi narrans de nuptiis Theodosii cum Athenaide, Leontii philosophi filia, deinceps Eudocia dicta, ait eam Theodosio a sorore Pulcheria laudatam ita movisse stimulos, ut eam videre optaret, ideoque imperatorem a sorore rogasse, ut per speciem alicujus negotii Athenaidem in suum, sororis nempe, cubiculum adduceret: Ἤτησε τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν ὡς ἐπ' ἄλλῳ τινὶ εἰσαγαγεῖν τὴν Ἀθηναΐδα ἐν τῷ αὐτῆς κουβουκλείῳ ἵνα διὰ τοῦ βήλου θεάσηται αὐτήν, *ita trans velum eam spectaret*, id est ut ipse stans extra cancellos spectaret illius non staturam solummodo, sed nudum quoque vultum. Βῆλον hic loci non velum, sed cancellos ligneos notat. Saltem id colligi posse videtur ex hoc loco imperatorem quando cum maxime necessariis ageret, extra cancellos substitisse, nedum alios. Vid. quæ ad p. 120 dixi. Quando maritos in castra comitarentur, a mulis gestata cobba vel alcova tecta, quæ est καταπέτασμα aut θολωτόν, absidatum aut in pyramidem fastigiatum, velis undecunque dependentibus et lecticam operientibus. Vid. Alexiad. l. XII, p. 353 init. Rubros calceos gestabant, ut mariti. Georgius Acropolita in Chronico c. 52, de Marquesina, Joannis Vatazæ concubina : εἰς τοσοῦτον τῆς ἀγάπης αὐτῆς ἐξεκρέματο ὡς καὶ πέδιλα ὑποδεδέσθαι δοῦναι ταύτῃ κοκκοβαφῆ καὶ ἐφεστρίδας τοιαύτας καὶ χαλινὰ, ἕπεσθαι δὲ αὐτῇ πλείους ἢ τῇ κυρίως δεσποίνῃ. Sceptrum Augustas suum sibi proprium, a sceptro Augusti diversum, gestasse patet e Codini libro de officiis Aulæ Byzant., ut c. XVII, n. 24. Habebant peculiarem sibi clerum et musicam, quam appellant, cappellam. V. Du Cange Gloss. Gr. p. 322. v. Δομέστικος τοῦ δεσποτικοῦ κλήρου. Magistro sacrorum officiorum partis Augusti licuisse absque venia, quando vellet ad imperatricem accedere, saltem sæculo V, patet ex Malala t. II, p. 56, ubi de Paullino sic ait : Ἔχων δὲ πρρρήσιαν πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον, ὡς παράνυμφος, καὶ πρὸς τὴν Αὐγουσταν Εὐδοκίαν εἰσήει συχνῶς ὁ αὐτὸς Παυλῖνος ὡς μάγιστρος. Nisi dicamus Paullinum magistrum non partis Augusti, sed Augustæ fuisse. Nam profecto neque magistro proprio carebat eorum aula. De titulis Augustarum et filiarum, δέσποινα περιφανεστάτη, ἐπιφανεστάτη, aliis, et mutationibus, quas temporum decursus in eos invexit, nolo multa congerere, ne nimius in uno sim. Procedamus ergo.

C

D

decedente cujus vicem gerit, ipse in ejus gradum perveniat atque succedat. Parti, hoc est aulicæ familiæ, Augustæ attributi sunt de toto silentiariorum corpore quatuor silentiarii, quibus proba adest opinio vitæque honeste actæ publicum testimonium. Quem in gradum quos adsciverit Augusta, illi ad eam introducuntur. Tum illa traditam ab ostiario virgam auream sumens porrigit silentiario, quamvis jam habenti eam dignitatem, utpote ab imperatore collatam nacto. Sic considet illi quatuor in Augustæ parte seu comitatu. Referendarius seu anaphoreus, relator, fit a nudis mandatis seu significatione, quæ ipsi perhibetur a præposito. Debet autem talis creandus esse tribunus notariorum. Habet quoque domina unum referendarium, qui eodem modo, atque cæteri, creatur. Exemplo patet. Defuncta enim Diva Theodora, jubebat pius dominus [Justinianus], ut ejus referendarius, ob heræ excessum munere vacans, sibi serviret. De omnibus autem referendariis soli tres accipiunt annonas, nempe duo de parte Augusti, et unus de parte Augustæ; cæteri omnes referendarii, qua tales, carent annonis; quas autem accipiunt, eas accipiunt ut tribuni notarii prætoriani punctarii. Vestitores fiunt tales per petitorium, quod scripsit

A μένοι εἰσὶν δ' σιλεντιάριοι ἐξ ὑπολήψεως χρηστῆς (16) καὶ βίου μεμαρτυρημένοι (17) σεμνοῦ. Καὶ οὓς ἂν ἐπιλέξηται ἡ δέσποινα, εἰσάγονται παρ' αὐτῇ (18). Αὐτὴ δὲ λαμβάνουσα τὸ βεργίον τὸ χρυσοῦν παρὰ τοῦ ὀστιαρίου, ἐπιδίδωσιν τῷ σιλεντιαρίῳ, καίτοι ἔχοντι ἤδη τὴν στρατείαν (19), καὶ προσεδρεύουσιν οἱ δ' οὗτοι εἰς μέρος αὐτῆς Ῥεφερενδάριος [93] δὲ γίνεται ἀπὸ ψιλῶν μανδάτων διδομένων αὐτῷ παρὰ τοῦ πραιποσίτου· δεῖ δὲ αὐτὸν εἶναι τριβοῦνον νοταρίων. Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι καὶ ἡ δέσποινα ἔχει ἕνα ῥεφερενδάριον, καὶ αὐτὸς ὁμοίως τοῖς ἄλλοις γίνεται. Καὶ ὅτε, τελευτησάσης τῆς θείας τὴν λῆξιν (20) Θεοδώρας, ὁ εὐσεβὴς δεσπότης ἐκέλευσεν τὸν ῥεφερενδάριον αὐτῆς αὐτῷ ὑπηρετεῖν διὰ τὸ σχολάζειν αὐτόν, οἷα μὴ οὔσης Αὐγούστης.

B Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι δύο μόνοι τοῦ δεσπότου ἀννωνεύονται καὶ ὁ τῆς Αὐγούστης. Οἱ γὰρ ἄλλοι πάντες δίχα ἀννωναρίων εἰσὶν, ἀλλ' ὡς τριβοῦνοι νοτάριοι πραιτωριανοὶ πουγκτάριοι [97] (21) τὰς ῥόγας λαμβάνουσιν. Βεστήτορες δὲ γίνονται ἀπὸ πετιτωρίου [98], γραφομένου μὲν παρὰ τοῦ χαρτουλαρίου τῆς κατ' αὐτὸν σχολῆς, ὑπογραφομένου παρὰ τοῦ δεσπότου. Δομέστικοι δὲ καὶ προτίκτορες οὕτως. Πάλαι μὲν ἀπὸ προσκυνήσεως μόνης ἦν ἡ στρατεία αὐτῶν (22)· νῦν δὲ προβατωρείαν [99] (23) ποιεῖ ὁ δεσπότης, καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[96] ΣΧΟΛ. ἀναφορεύς. [97] ΣΧΟΛ. πυγματισταί. [98] ΣΧΟΛ. αἰτητικοῦ. [99] ΣΧΟΛ. δοκιμασίαν ἤτοι καλούμενον ἑδίτον.

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

(16) Novis Græcis est ὑπόληψις id quod nobis *reputatio*, existimatio, bona vel mala hominum de aliquo opinio. Basilius Patric. in Naumachicis apud Fabric. Bibl. Gr. Vol. VIII, pag. 138: Οἱ ἄλλοι πάντες ὅσοι μεγάλα κατώρθωσαν τὸν ἄνετον εὐθὺς αἱροῦνται βίον καὶ εὐδιάχυτον, καὶ δευτέροις ἀποχνοῦσιν ἐγχειρεῖν κατορθώμασιν ἵνα μὴ πολλάκις τοῖς ὕστερον ἀτυχήσαντες καὶ τὴν τῶν προτέρων ὑπόληψιν ἀμαυροτέραν παράσχωσι. Sæpe cum χρηστὴ componitur, ut hic, sæpe quoque sic nude ponitur, pro bona opinione, et ut apud Latinos *opinatus* virum bonæ existimationis significat, ita ὑπειλημμένος apud Græcos. Hinc corrigendus Theophanes p. 227, et scrib. ὑπειλημμένος pro ἐπειλημμένος. (Vid. Salmas. ad Script. Hist. Aug. t. II. 265.) Idem auctor p. 233, εὐϋπόληπτος habet. Hinc intelligas illud Lupi Ferrariensis epist. 22, *vestram opinatissimam liberalitatem flagito*, id est celeberrimam et amplissimæ exspectationis liberalitatem, de qua summa quæque sperantur, ὑπολαμβάνεται. Infra apud Nostrum p. 233, habemus εὐϋπολήπτους, homines, de quibus bona omnia sperantur et existimantur. Latini sequiores tales *creditos*, *creditarios* appellabant (*hommes de crédit*); v. Du Cange his in vocibus et in Gr. v. ὑπόληψις.

(17) *Commendati ob vitam honestam.* Μαρτυρεῖν τινι habet Zosimus p. 346, pro *bona et præclara de aliquo prædicare*, et Theophanes p. 48 et 64: μαρτυρεῖν τινα εἰς ἐπισκοπήν, *commendare*, *laudare aliquem ut aptum episcopatui*. *Boni* et *mali testimonii* sunt in vet. chartis apud Du Cange v. *Nocti vagi*, sunt homines *bonæ* aut *malæ famæ*. Μαρτυρεῖν pro *celebrare* est in veteri inscriptione apud Murator. p. MXXVI, 5: γέγονα Ἀλκήστις ἐκείνη ἡ πάλαι φίλανδρος, ἣν καὶ θεοὶ καὶ βροτοὶ ἐμαρτύρησαν σωφροσύνης ἕνεκα.

(18) Id est παρ' αὐτήν, ut etiam Latini sequiores *introducere quem apud alterum* pro *ad alterum*.

C (19) Jam enim investituram ab imperatore acceperat. Patet ex hoc loco et præcedente κοινοῦ et exemplo patriciæ Zostæ, non licuisse Augustæ aliquem aut aliquam in comitatum et militiam suam assumere, quem imperator non approbasset et assensu edictoque suo confirmasset.

(20) *Feminæ divinæ conditionis.*

(21) Scholion marginale reddit πυγματισταί, tanquam si *punctarii* et *pugnarii* et *punctum* atque *pugnus* idem significarent. Qui autem punctarii fuerint, a jurisconsultis petatur.

(22) Non enim licebat cuivis principem adorare. Hinc intelligitur, quare paulo post protector et domesticus pariter *adoratores* appellantur, quia nempe ambo *sacram purpuram adorare pervenerant* ut codex Theodosianus loquitur, id est eo bonæ fortunæ pervenerant ut facultate principis adorandi gauderent. Conf. Guther. p. 443. Vales. ad Amm. Marc. p. 346. "[*Theodosius adorator numeri Theodosiæ*, *Georgius Optius numeri militum*, *Epiphanius agrifex*, *Theodorus Acolythus S. R. Ecclesiæ*. In his subscriptionibus *numerus* pro regione ponitur, atque adeo *adorator* fere idem erit atque tribunus sive comes. Quæ conjectura est Ciambini et Fabretti. Mabillon. Comm. in Ord. Roman. p. 29.]" Potest omnino adorator et tribunus idem esse, quia tribunus ultimus erat eorum, quibus licebat principem adorare. Et forte protectores omnes gradu tribunis æquivalebant. Codex Theodos. t. I comites et tribunos scholarum tales appellat. *qui et divini, epulis adhibentur et adorandi principis facultatem habent.*

(23) Probatoriæ sunt litteræ vel diplomata, quibus ille, qui ad aliquod officium adsciscitur, idoneus et probatus renuntiatur. Vid. Guther p. 521. Nam debebant prius probari seu tentari, num sese approbaturi probantibus essent. V. ad Scr. Hist. Aug. t. I, p. 997. Ita debebat strategus eum, qui scholariatum ambiret, δοκιμάζειν εἰ ἀνδρεῖός ἐστιν,

προσάγει αὐτὸν ὁ δηκουρίων ἀτραβατικὸν φοροῦντα χλανίδιν, ἢ ἐν κονσιστωρίῳ μετὰ τὸ πάντα πραχθῆναι. ἢ ἀνιόντος αὐτοῦ εἰς τὸ ἱππικὸν ἵσταται ἐμπρὸς τοῦ δίλφακος, καὶ λέγει ἐπὶ μὲν τῶν προτικτόρων· « Ἀδοράτορ (24) προτέκτορ [1] · » ἐπὶ δὲ τῶν δομεστίκων· « Ἀδοράτορ προτέκτορ δομεστίκους [2] (25). » Καὶ λαμβάνει τὴν προβατωρίαν παρὰ τοῦ δεσπότου, καὶ φιλεῖ τοὺς πόδας, καὶ ἐξέρχεται. Πάντων δὲ τῶν ἀγοραζόντων τόπους καὶ συμβόλαια ἔξωθεν παρὰ τῶν πιπρασκόντων γίνεται πρὸς τούτοις καὶ σύμβολα (26) γίνεται. Νῦν δὲ καὶ ἐν φερίαις πολλάκις ὁ εὐσεβὴς δεσπότης ἡμῶν ποιεῖ. Οἱ δὲ κανδιδᾶτοι γίνονται οὕτως. Ἀνιόντος τοῦ βασιλέως εἰς τὸ ἱππικὸν, ἢ προϊόντος εἰς οἱονδήποτε πρόκενσον, χρὴ τὸν μάγιστρον προευτρεπίσαι τὸν κόμητα τῆς ἕκτης ἢ ἑβδόμης σχολῆς καὶ τοὺς πριμικηρίους τῶν κανδιδάτων καὶ μανιάκιν. Καὶ αὐτὸν τὸν μέλλοντα γίνεσθαι κανδιδάτον [3], φοροῦντα ῥούσεον πεκτοράριν (27) καὶ λευκὸν χλανίδιν, ἀνιόντος τοῦ βασιλέως εἰς τὸ ἱππικὸν, δεῖ στῆναι ἐμπρὸς τῆς θύρας τῆς μετὰ τὰ πούλπιτά ποτε· νῦν δὲ εἰλημματικῆς γενομένης σκάλης παρὰ τοῦ εὐσεβοῦς ἡμῶν δεσπότου Ἰουστινιανοῦ, τὸν μέλλοντα προάγεσθαι ἔνθα ἵστανται οἱ βάρβαροι καὶ προσκυνοῦσιν. Καὶ ἅμα εἰσέλθῃ ὁ βασιλεὺς, ὁ κόμης τῆς σχολῆς, ἐὰν παρῇ, εἰ δὲ μὴ πάρεστιν, ὁ πριμικήριος, ἐπιδίδωσιν τῷ μαγίστρῳ τὸ μανιάκιν· καὶ ὁ μάγιστρος, ἑστὼς ἐκ τῶν δεξιῶν τοῦ βασιλέως, κρατεῖ ταῖς δύο χερσὶν, καὶ προσσέρει τῷ βασιλεῖ, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπιδίδωσιν αὐτῷ τῷ κανδιδάτῳ, καὶ φιλεῖ τοὺς πόδας αὐτοῦ καὶ ἀνίσταται. Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι ὁ λαμβάνων τὸ μανιάκιν τοῦ κανδιδάτου πάντως καὶ πρωτσεντάλιος (28) γίνεται. Ἐὰν δὲ ἐναρίθμιός ἐστιν

A chartularius illius scholæ, ad quam petens quisque pertinet, et quod imperator subscripsit. Domestici autem et protectores fiunt sic. Olim nempe mos erat, ut per solam adorationem investirentur; nunc autem expedit imperator probatoriam, et decurio producit honorandum in tunica atrabatica, sive in consistorio post negotia omnia expedita; sive etiam imperator in circum ascendens subsistit paulum coram delphace, et inquit ad protectorem quidem: « Adorator protector; » ad domesticum **228** autem: « Adorator protector domesticus. » Quibus cum verbis tradit ipsi probatoriam [seu codicillos eum approbantes velut idoneum muneri], et honoratus osculatur pedes domini atque abit. Fit quoque interdum hoc ævo nostro, ut imperator tales

B in feriis creet [seu talibus diebus, quibus senatus in consistorium non convenit, nihilque rerum gravium peragitur]. Omnium autem foris ementium a vendentibus loca [inter militantes et stipendiarios] et contractus, illis symbola quoque, hoc est dignitatibus suis debita insignia, dantur. Candidati fiunt sic. Ascendente imperatore in circum, aut procedente in qualicunque tandem processione [id est, secedente e palatio in villam qualemcunque regiam], debet magister in paratis habere comitem sextæ scholæ septimæve et primicerios candidatorum, et torquem, et ipsum illum creandum candidatum, indutum russo pectorario et candida tunica. In hoc apparatu stabat olim quidem talis, si imperator in circum ascenderet, coram foribus, quæ aliquando pone pulpita erant. Nunc autem, ex

C quo ibi loci gradus cochleares struxit pius noster

VARIÆ LECTIONES.

[1] ΣΧΟΛ. προσευκτέος ὑπερασπιστής. [2] ΣΧΟΛ. προσκυνητέος ὑπερασπιστῆς οἰκειακός. [3] ΣΧΟΛ. στηθάτον.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

ut ait Leo Grammat. p. 454. Quod scholiastes dat ἔδιτον, est idem atque editum specimen, scilicet probitatis et fortitudinis. Testabantur nempe probatoriæ seu testimonia illa, *editum* a petente fuisse specimen, e quo agnitus fuerit idoneus.

(24) Quod scholion marginale vocem *adorator* per προσευκτέος et προσκυνητέος reddit, id non tam errori calami, qui suspectus omnino haberi possit, tanquam rescribendum sit προσευκτής et προσκυνητής, quam potius alii ex inscitia Latini sermonis orto debetur, quo Græculi credebant vocum Latinarum terminationes in *or* gerundiis in *dus* et *tus* æquivalere. Illo eos errore laborasse ut credam, inducit me vox ῥογάτωρ apud Codinum

D pag. 68, n. 84, quæ notat *rogandum*, roga vel stipendio afficiendum. Multa ejus commatis apud novos Græcos reperias, in quibus ωρ et ος promiscue et pro ης usurpantur, ut ἐξπλωράτος pro *explorator*, aut Græca terminatione ἐξπλωράτης. *Delegator* pro *delegatus* in novell. 130, Justiniani. *Advocator* pro *advocato* est in charta vetere apud Murator. t. II, Antiqu. Ital. p. 791, ubi nominatur *Wido Abbas cum Pagano advocatore* (id est advocato, syndico, defensore,) *suo;* μανδάτος pro μανδάτωρ, *nuntius*, παρασυρτάτος pro παρασύρτης, *qui equos dextrarios manu ducit*, ταλαλάτος (alii tamen ταλαλαῖος scribunt, utrique recte,) σχοινοπλόκος. Celebris jurisconsulti nomen meretur, cui aliquantulum insistam et lucem affundam. Est Arabicæ originis. *Fhallal* enim Arabice notat restionem, qui e fibris et foliis palmarum funes torquet. Vid. Du Cange Gl. Gr. p. 1509. Sic quoque Latini *barbator* pro *barbatus*, larvam barbatam gerens. V. Du Cange Gl. Lat. h. v. Ipsis veteribus Græcis hoc schema non ignotum. Ῥητορόμυκτος est apud Laertium II, § 19, 12. προῥήτορ ομύκτης, rhetorum subsannator, qui rhetoribus blennam emungit. Inveniet talia multa, qui attendere velit, et forte prodam ipse quædam in notis ad Anthologiam Græcam.

(25) *Protector domesticus* est perfrequens in libris et saxis. Memoria itaque deserebat doctissimum Du Cangium, quando litteras PROTDOMESTICUS in illa inscriptione Mediolanensi, quam in notis ad Cinnamum p. 438, exhibet, per PROTODOMESTICUS explicat, cum punctum debuisset post quartam litteram poni, quo protinus constitisset, esse compendium vocis *protector*.

(26) Superfluum hic aliquid, aut alio modo corruptum. Interpretatus fui, ut potui.

(27) *Pectorarium* est aut illud parvum mantellum e cervicibus dependens usque ad juncturas cubitorum, undique in orbem solidum, qualia Rectores Magnifici hujus universitatis et decani gerunt in solennibus processionibus (veterum aliqui *colobium* appellant)* aut est idem atque ταῦλίον, de quo suo loco dixi. Conf. Du Cange v. *Pectorale*.

(28) Id est comitatensis. Nam qui in comitatu principis sunt, eum præsentem comitantur, dicuntur præsentes, præsentales, in præsenti esse. Vid. Guther. p. 339. Vales. ad Amm. Marc. p. 8, et 52. Du Cange v. *Præsens*.

imp. Justinianus, stat candidatus creandus ibi loci, ubi stare et collocari Dominumque adorare solent in triumpho producti barbari. Quam primum ergo imperator [in cathisma] ingrediatur, tradit comes scholæ, si adfuerit, aut, eo absente, primicerius, magistro torquem, et magister eum tenens ambabus manibus offert imperatori, cujus ad dextram adstat: imperator tandem candidato torquem tradit; qui procidit humi, osculatur Augusti pedes et resurgit. Quisquis autem torquem candidati acceperit, is eo ipso quoque fit præsentalis. In censu quadraginta candidatorum si sit, præhabetur scholariis supernumeraris omnibus, et scribitur atque refertur inter eos, qui annonas accipiunt. Pridie biduove ante Calendas Maias, cum in eo est primicerius scholarum, ut absolvat [primiceriatum nempe suum, eoque munere decedat], introducit eos [nempe candidatos omnes] magister ad imperatorem, candidis vestibus indutos, eumque adorant tam defuncti [primiceriatu], quam successuri in primiceriatum; reliqui voce tantum gratum animum atque benevolum testantur. Producitur seu præsentatur Domino, et ab eo promovetur candidatus etiam in armate, loco sicicet, ubi stare solent candidati, et non tantum in hoc [magno, quo hæc scribuntur], palatio, sed etiam in processionibus, et in universum locis omnibus in quibus imperator agit, talibus tamen absque exceptione, in quibus etiam candidati excubare e stare solent. Quem hactenus persecuti sumus modum ritumque variis officiis investiendi, eum flagitat quidem et importat vetus consuetudo. Sæpe tamen etiam in feriis et absque silentio confert pius noster imperator has omnes militias seu functiones intra sedens, in cubiculo nempe et proeul proceribus.

A

B

229 CAPUT LXXXVII.

Observanda, quando renuntiatus in partibus superioribus seu occidentalibus imperator huc mittat legatos suos laureatasque suas imagines, nondum ab imperatore, qui hic, Constantinopoli agit, ad imperialem dignitatem admissas; et quomodo imperator ei dignitatem et auctoritatem imperialem astruat atque confirmet, et ejus legatos absolvat seu remittat.

C

Quando legati [illinc ex Italia vel occidente] veniunt, debet magister ejus rei certior fieri, cognito-

ΚΕΦΑΛ. ΠΖ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, ἐὰν ὁ ἀναγορευθεὶς ἐν τοῖς ἄνω μέρεσιν (32) βασιλεὺς ἀποστείλῃ πρέσβεις καὶ λαυρεατα (33), μηδέπω δεχθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐνταῦθα βασιλέως εἰς τὴν βασιλείαν (34), καὶ πῶς βεβαιοῖ (35) τὴν βασιλείαν αὐτοῦ καὶ τοὺς πρέσβεις ἀπολύει.

Χρὴ, πρεσβευτῶν ἐρχομένων, προμαθεῖν τὸν μάγιστρον καὶ ἑτοιμάσαι τὰ μητάτα αὐτῶν, καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[a] ΣΧΟΛ. αἰσίοις.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(29) Quinam hi quadraginta sint, alii, qui sciant me melius, dixerint.

(30) Situe hic error calami, an novæ Græciæ mos verba in οω desinentia in infinitivo contrahendi

(31) Non recte Scholiastes reddi αἰσίοις. Sunt quidem omnes αἴσιοι dies, id est solemnes, festivi, feriæ seu tales dies, quibus a silentiis seu deliberationibus aulicis et expeditionibus negotiorum consuetis et a jure dicendo scrinia seu collegia palatina et urbana feriarentur: at non vicissim feriæ omnes sunt αἴσιοι. Dixi de hac voce alibi.

(32) Non multum aberam, quin saltem in Latina interpretatione pro *superioribus* substituerem *inferioribus*. Profecto, quod in *partibus superioribus seu occidentalibus* dederim, non eo factum, quod scirem partes occidentales Græcis fuisse superiores dictas, sed quo ἄνω claris litteris scriptum coram viderem, et partes tamen non septentrionales, sed occidentales

(33) De laureatis litteris et imaginibus suis, quas novi in occidente imperatores in orientem mittere debebant, eo auspicia regni sui significaturi et indultum assensumque imperatoris orientalis rogaturi, pene nihil mihi, quod novum dicerem, relinquum fecit inimitabilis diligentia Du Cangii Gloss. Lat. v. *Laureatæ*. Conferri quoque poterunt Valesius ad Ammian. Marcell. p. 166. Goar. ad Codin. p. 57. et ad Theophan. p. 247, Salmasius ad Script. H. Aug. t. II, p. 686. Laureatæ non aliunde, quam a lauro dicuntur, quod lauro redimitæ essent. Laureatos fasces cum litteris victoriam de hostibus partam nuntiantibus Romam mitti ab imperatoribus olim obtinebat. Sed illis temporibus, quibus imperatores duo, unus in Oriente, alter in Occidente, imperium

(34) Theophanes p. 73, init., ubi de Joanne, Romæ tyranno: Ἰωάννης δέ τις ἐκ τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων τὴν ἐν Ῥώμῃ βασιλείαν ἁρπάζει καὶ πρέσβεις πρὸς τὸν Θεοδόσιον ἀποστέλλει, δεχθῆναι εἰς βασιλέα δεόμενος.

(35) "[Quando confirmabat imperator orientis occidentalem, mittebat ipsi στέφανον βασιλικὸν, ut Theophanes, p. 73, de Theodosio Valentinianum confirmante narrat. Imagines principum adorabantur. Anastas. p. 86.]" Longus hic texi posset catalogus impp. occidentalium et regnum Italiæ Gothicorum, qui confirmari se ab orientalibus et velut investiri se curarunt. Verum id hic loci non agimus.

ι καὶ εἰς ἀπάντησιν αὐτῶν, καὶ εἰσαγαγεῖν A que præparare ipsorum metata seu diversoria, ipsis
ν εἰς τὸ ἴδιον μητάτον, προευτρεπίζονται δὲ immittere aliquem, qui appellantibus occurrat et

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

in οἶν, ubi alii οὖν solent, non novi. quidem exemplum talis contractionis aliud occurrit. Sæpissime quoque librarius noster e. c. dedit pro αὐτούς, et alia id genus pec- ει pro ου exarando. Ut facillimum esset, aut necessarium videretur, πληροῦν reponere. i tamen existimavi reddere, quod in membra- cet, bene gnarus veteres Dores et Æoles pro ρε οι extulisse, quorum dialecti reliquias esse sse πληροῖν quis audeat contendere? Pindari- est δίδοι pro δίδου, quidni pariter διδοῖν pro dixerint? Quidni ad hunc quoque modum it librarius p. 231 inscriptione cap. LXXXVIII, tertio βεοαιοῖν dare (id est βεβαιοῦν), præser- um consueverit ν finale omittere, aut signo uod longo circumflexo pene simile est, re- ntare? Sunt aliæ plures in Nostro reliquiæ torum, ut e. c. εἰθῶτα pro εἰωθότα. Atqui Si- ἴθα pro εἴωθα dicebant. Cæterum in πληροῦν, subintelligitur *primiceriatum*. Unde intelli- primicerios non diutius anno militasse, quo eos Kalendis Maiis in altiorem gradum, forte ιriorum aut spatharocandidatorum ascendisse. ὧν ἀπὸ σιλεντιαρίων, *excedere e silentiariis* est on. Alex. Vid. Du Cange v. *Complere*.

ales designari ipsa res loqueretur. Solent alias Græci partes ad in boream sibi sitas τὰ artes autem ad austrum, et in ejus in utramque n vicinia sitas versus occidentem et orientem τὰ κάτω μέρη appellare. Sic Græcia, Pelo- sus, Sicilia, Calabria, et illinc Palæstina By- ns τὰ κατωτικὰ μέρη sunt, quod paulo post olis demonstrabo. Intercesserunt tamen quæ- quæ me consilii ancipitem fecerunt, et id sal- ocuerunt, morem hunc loquendi non fuisse tuum et ipsos Græcos sibi non constare. Pri- occurrebat Procopii locus, qui lectioni ἄνω patrocinari videretur. Est Anecdotæ historiæ 0 edit. Lugdunensis: Οἱ τῶν Ῥωμαίων αὐ- ορες ἐν τοῖς ἄνω χωρίοις γεγενημένοι. Sed post deserebat me hoc præsidium, cum ex inni notis intelligo, χρόνοις leg. esse pro ις. Majus autem superest hoc alterum in fra- id auctoris nescio cujus, quod Bandurius p. 10 im ad Constantini Themata citat: Αἱ ἄνω καὶ τὸ ἐπέκεινα τῶν Ἀλπέων εἰσὶ τὰ πρὸς ὸν, οἷον Γαλατία, Ἱσπανία, Γερμανοί δὲ οἱ οι. Disputari tamen adversus hanc quoque itatem hoc potest, Gallias superiores dici Pleos, sed Italiæ respectu et Galliæ Cisal- cum hæc κάτω, id est ad austrum, illa Trans- versus boream, adeoque sursum versus porrecta sit. Adhuc tamen unum succurrit, lectioni ἄνω favet. Imperator in S. Sophiam ecipue in circum e palatio procedens, id est e itrione versus austrum, non καταβαίνειν, sed ir ἀναβαίνειν dicitur. Ergone mos erat Byzan- in austrum sita τὰ ἄνω et contraria τὰ κάτω lare? Si fuit, in diversa profecto a Geographa- t aliorum suæ gentis scriptorum more et in- abierunt, qui in longitudinem quidem orien- superiorem, occidentem inferiorem statuerunt; dinem autem orbis prosequentes e septen- , tanquam editiore, in austrum, ut humilio- escendunt. Exempla in promptu sunt. Aristid. p. 355, τὸν κάτω πάντα κόπον ἀνοιχθέντα, *om- uferi em regionem apertum*, suo tempore cum significare vult, tractum maris Mediterranei ntalem, circa Hispaniam, ipsumque oceanum nicum libere navigari, Theophani p. 60, Theo- e Roma CPlin tendens dicitur ἀνελθεῖν, p. 78, et vicissim Byzantio in Italiam euntes

κατέρχεσθαι p. 113. Pari modo qui e Bulgaria et septentrione CPlin tendunt, dicuntur eidem κατα- οαίνειν p. 320. In Tactico nostro sæpe legitur ἀπο- ὸάλλειν, armata manu intrare, proprie se abjicere, devolvi in Syriam, utpote CPli versus meridiem orientalem sitam. Contra e Persia Byzantium ve- nientes dicuntur ἀνελθεῖν p. 232. Malalas t. II, p. 58 de Eudocia ad sacra loca in exsilium ex- eunte, εἰς τοὺς ἁγίους τοπους κατῆλθεν, ait, quamvis κατελθεῖν hoc quidem loco accipi possit pro *ire* vel *venire* aliquo cum intentione perpetuo ibi manendi: quæ notio verba κατέρχεσθαι et κατιέναι inest. Apud Theophanem p. 360, jungunturτὰ κατωτικὰ μέρη cum insulis maris Ægæi et cum Hellade. Sunt ergo in- sulæ maris Mediterranei inter Peloponnesum. Ægyptum et Africam usque ad Siciliam sitæ. Idem p. 392, τὰ κατωτικὰ μέρη ἕως Σικελίας habet. Hinc B intelligas illum Alexiadis locum p. 338: Ὁ Καν- τακουζηνὸς τὸν Γενουσίων στόλον περὶ τὰ κατώτερα μέρη διαπλέοντα ἐγγύς που εἶναι μεμαθηκώς. In- terpres verba περὶ τὰ κατώτερα μέρη præteriit. Significant autem tractum Elidis et Spartæ et mare, quod illas alluit, versus Cretam porrectum. Confirmant sequentia, in quibus promontorium Maleæ memorantur. Ex Hellade CPlin profectio est ἄνοδος, et contraria seu hinc illuc, est κάθοδος apud Constantin. in vita Basilii Macedonis p. 196. Ex Alexandria Byzantium navigare est ἀναχο- μίζεσθαι Agathiæ p. 49, e Græcia in Pontum navi- gare ἀναπλεῖν Plutarcho Vitar. I, p. 218, edit. II. Stephani. Conf. Aristidis, t. I, p. 238. Unum adhuc addam e Commentariis Eustathii ad Homer- rum insignem locum: Τὸ ἀνήγαγεν ὕψους ἴστι δηλωτικὸν, καὶ καλῶς εἴρηται, ὡς τοῦ εἰς Τροίαν ἐκ τῶν νοτίων πλόου ἀναγωγῆς τινος ἤτοι ἀναβάσεως καὶ ὡς εἰπεῖν ἀνάπλου ὄντος ὅπερ καὶ ὁ ἐκεῖθεν ἀνάῤῥους Ἑλλήσποντός [retro currens Hellespontus] C δηλοῖ κατάῤῥους ὧν διὸ καὶ κατωτικὰ Ἑλλάδα ὁ κοινὸς λόγος φησὶ, Helladem appellat vulgaris sermo partes inferiores, ὡς κάτω κειμένων τῶν ἐκεῖ πρὸς τὰ καθ' ἡμᾶς. Intelligit Thessaliam, cujus respectu Hellas ad austrum jacet. Inversa nos ratione agi- mus et ad austrum sita superiora, ad boream in- feriora dicimus. Ex. c. Saxonia superior est nostra hæc patria, inferior quæ versus ostia Albis et Vi- surgis ad mare Germanicum prospectat. Et sic jam olim Zosimus τὴν κάτω Γερμανίαν Belgium dixit VI, 2. Sed ibi variant codices, quorum alii ἄνω præferunt, quod, quamvis damnet Sylburgius, ne- scio tamen annon sit præferendum. Pariter Nicetas Choniates p. 215, ed. Venet. Flandriam τὰς κάτω Γαλλίας, *Walloniam inferiorem*, appellat. Maximus quoque Tyrius orat. XIX, τὸν κατελθόντα λοιμὸν pestem dixit, quæ ex Æthiopia descendit in Atti- cum, ut e superiore in inferiorem. Ne quid taddem dissimulem, esset in Dione Cassio, seu Xiphilino, D lectioni ἄνω præsidium, qui p. 1020, ἀνάγειν posuit pro *ex Asia Romam ducere*, nisi de contraria profectione, Roma ad Euphratem, Aristides I, p. 210, ἄνω ἰέναι dixisset. Ex his omnibus efficere non valeo nisi hoc unum, auctores modum in his geographicis eumdem non tenuisse, et ob hanc in- constantiam Nostrum recte videri posse Italiam τὰ ἄνω μέρη dixisse, ut australem.

imperium Romanum, velut collegæ, unum divisis sedibus administrabant, debebat junior, seu qui modo habenas regni suscepisset tractandas, ad se- niorem jamdudum regnantem laureatas suas ima- gines et litteras mittere, simulque veniam regnandi et auctoritatis confirmationem rogare. Quæ si ad- mitterentur a seniore, juberenturque in majorum civitatum

introducat unumquemque in suum sibi destinatum metatum, stragulis cæteraque supellectile necessaria instructum, ei præterea de victu prospicere, et impensas in eos facere. Postquam ergo in metatis suis illi consederint, adeunt altero inde tertiove die magistrum; qui recipiens eos sessionem cuique ex dignitatis, quam quisque tenet, gradu debitam assignat, locutusque cum ipsis ea, quæ præsens rerum ratio flagitat, rursus dimittit. Interea legati rogant eum, velit de suo adventu ejusque causa ad imperatorem referre. Quod ille pollicetur et præstat. Domino itaque volente et jubente, ut coram illi ad se veniant, dantur silentio mandata pridie

A καὶ στρώματα καὶ ἀναλώματα αὐτοῖς. Καὶ καταλύουσιν ἐν τοῖς μητάτοις αὐτῶν, καὶ μετὰ μίαν ἢ δύο ἡμέρας ὁρῶσι τὸν μάγιστρον. Ὁ δὲ δεχόμενος παρασκευάζει ἕκαστον αὐτῶν καθίσαι πρὸς τὰ ἀξιώματα αὐτῶν, καὶ διαλέγεται αὐτοῖς, ὅσα χρὴ, καὶ ἀπολύει αὐτούς. Αἰτοῦσιν δὲ αὐτὸν ἐφ' ᾧ μηνυθῆναι τῷ βασιλεῖ, καὶ ὑπισχνεῖται ὁ μάγιστρος τοῦτο ποιεῖν καὶ μηνύειν αὐτούς. Καὶ ὅτε κελεύσωσιν (36) προελθεῖν, ἀπὸ ὀψὲ δίδοται μανδάτα σιλέντιον (37), καὶ τοὺς πρέσβεις τοὺς ἀπὸ Ἰταλίας δέχεται (38)· καὶ ἐὰν ἔπαρχος ἢ ἔπαρχοι εἶεν οἱ πρέσβεις, ὁ πρώξιμος [5] τῶν ἀδμηνσιόνων ἀπέρχεται πρὸς αὐτοὺς, καὶ μεταστέλλεται [6] (39) αὐτούς. Ἐὰν

VARIÆ LECTIONES.

[5] ΣΧΟΛ. πλησίον. [6] ΣΧΟΛ. ἀπολύει.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

civitatum foris, circis, publicisque aliis locis ad latus suarum metimaginum populo sectatum et adoratum proponi, signum id erat, novum imperatorem in potestatis consortium admitti. Si vero repudiarentur, significatio ea erat, illum, a quo missæ fuerant, non collega, sed pro tyranno agnosci, usurpatione tituli regii et potestatis ipsi interdici et, ni abstineat, bellum indici. Ante Theodosium quidem si in occidente regnaret senior, seu qui citius regnare cœpisset, confirmabat orientalem, qui serius inciperet. Verum ex quo Theodosius decedens majori natu filio Arcadio orientem cum CPli sede imperii præcipua, minori Honorio occidentem cum Roma, a veteri dignitate et prin is partibus ad secundas prolapsa, dedisset, nullum repetitur in historiis exemplum imperatoris orientalis ab occidentali confirmati; contrario autem in occidente quotquot regnarunt, si a paucis tumultuariis et subitaneis usurpatoribus secesseris, cæteri omnes regnandi veniam orientalibus rogarunt. Unde merito colligitur occidentales a nutu et imperio orientalium pependisse. Quod ex eo quoque non immerito efficias, quod legati Romani honorati post honoratos CPtanos quisque sui ordinis viro iret. V. p. 230. Ipsi reges Italiæ Gothici, qui in eversum occidentale imperium successerunt, cum venia et ex auctoritate imperatorum orientalium et velut ipsorum legati seu lociservatores in Italia regnabant, leges ipsorum sibi missas admittebant et promulgabant, ipsorum vultus et nomina nummis incudebant, designatos ex eorum voluntate consules constituebant, scipiones consulum eburneos et codicillos dignitatum aulæ suæ præcipuarum ab illis flagitabant et missos accipiebant et alia agebant, quæ satis demonstrant eos Italiam non sua, non suprema auctoritate tenuisse. Ejectis denique Gothis rediit omne in Italiam jus, violentia et usurpatione Gothica delibatum, ad impp. CPtanos, qui etiam id plena cum auctoritate exercuerunt ad ea usque tempora, quibus dominationem ambientes Romani pontifices excussa, quam legitimis principibus debebant, obedientia aliis coronam, seu jugum potius imposuerunt, quod tot sæculorum decursus, tot violenti nisus animosissimorum Germaniæ regum rumpere vix valuerunt. Sed quo delabor? De laureatis instituera dicere. Illæ igitur si quam in urbem inferrentur, si nihil obstaret, a populis excipiebantur candidatis, cereos gestantibus ardentes, clero psallente præeunte et cum thuribulis; oscula jactabant turimaginibus cereis seu protomis potius, in alto conto prælatis, cum subjectis armis et signis aliis triumphalibus. Gestabant illos contos viri munde vestiti auroque ornati, præcedentibus tubis et militibus. Populi laudes ipsis acclamabant, adorabant et in celeberrimis locis dedicabant. A Constantino ferme usque ad Heraclium tenuit hic mos, cujus exempla

B quædam Du Cange l. c. attulit. Ego hic aliqua tantum e Zosimo repetam illi prætermissa, l. IV, p. 251, de Theodosio Maximum adsciscente sic narrat: Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς ἐδέχετό τε Μάξιμον βασιλέα εἶναι καὶ εἰκόνων αὐτῷ κοινωνεῖν καὶ βασιλέως προσηγορίας ἠξίου — καὶ Κυνηγίῳ τῷ τῆς αὐλῆς ὑπάρχῳ πεμπομένῳ κατὰ τὴν Αἴγυπτον — τὴν Μαξίμου εἰκόνα δεῖξαι τοῖς Ἀλεξανδρεῦσιν ἐπέταξεν, ἀναθεῖναί τε δημοσίᾳ, καὶ ὅτι συμβασιλεύσειν ἔλαχεν αὐτῷ προσφωνῆσαι τῷ δήμῳ. Conf. p. 278, ubi memoratur ad Theodosium παρὰ Εὐγενίου πρεσβεία, πυνθανομένη τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου πότερον τίθεται τῷ βασιλεύειν αὐτὸν ἢ ἀποτίθεται τὴν ἀνάῤῥησιν. "[In basilicam Juliam Caroli M. simulacrum illatum fuit, more majorum, eaque basilica laureatis Cæsarum imaginibus, quæ quondam mittebantur in provincias, destinata fuit. Alemann. Pariet. Lateran. p. 27. Locus Theophanis notandus p. 246, sub Phoca, cujus in nuptiis imagines laureatæ Prisci et Domentiæ suspensæ sunt in equestri certamine.]" Videtur V. D. locum ex memoria citasse. Id unum adhuc noto, rationem Salmasii, ob quam negat λαυρατα a lauro derivari posse, quia nempe λαυρεάτα dici debuisset, si a lauro vox veniret, non λαυράτα, ut interdum scribitur, nullam esse. Nam primum quidem claris litteris exaratum in membranis inveni et reddidi λαυρεάτα. Deinde prætendi posset Græculorum insolitia Latini sermonis et imperitia in reddendis Latinis vocabulis, quæ mirum in modum torquent et deformant. Sed neque pravum est *laurata* et potuit a *lauro* formari, ut alterum a *laurea* fuit. Denique exemplo non caret. Λουδάριοι dicunt e. c. novi Græci a *ludo*, quos Latini *ludiarios*, V. Du Cange Gl. Gr. h. v. Infra habemus βαλαντάδες pro βαλαντιάδες. Et talia multa occurrunt.

(36) Posset subintelligi οἱ δεσπόται. Sed potest quoque, etiamsi κελεύσωσι pluralis sit, ὁ δεσπότης subintelligi. Jam illo tempore in more positum erat, quod hodie vulgatissimum est, de honoratiore, etiamsi uno, in plurali narrare: *velint jubeat* pro *velit jubeat*; ut nos quoque dicimus: *wenn ihro Majestat befehlen*, pro *wenn Seine Majestat befiehlt*. Jam alibi dixi de subsultu momentaneo a singulari ad pluralem et ab hoc rursus ad illum, Græcis et Latinis nullo non tempore usitato.

(37) Est species prosopopœiæ, pro significatur fore silentium hac voce indicta: *Silentium*, nempe *erit*; agetur conventus silentium dictus.

(38) *Exspectat* et *excipit*, nempe *dominus*.

(39) *Arcessit eos*. Miro modo reddit scholiastes ἀπολύει, quod quamvis incongruum videatur, notat enim alias, *absolvit*, *licentiat*, *veniam abeundi dat* aut *abire jubet*, defendi tamen quodammodo potest interpretando per ἐγείρει, *excedere e loco*, *in quo sunt jubet*, vel significat abeundum e metato esse.

δὲ μάγιστρος εἰῇ, ὁ βοηθὸς (40) τοῦ μαγίστρου ἀπ- A ἐρχεται, καὶ φέρει αὐτὸν εἰς τὸ πάλατιν. Ἐὰν δὲ κόμης λαργιτιόνων [7] (41), ἢ ἄλλην ἔχων ἰλλουστρίαν ἀρχὴν [8], ἀδμισσιονάλιος ἀπέρχεται καὶ φέρειν αὐτόν. Οὔτε δὲ σιλεντιάριος ἀπαντᾷ τῷ ἐπάρχῳ τῶν πραιτωρίων ἢ τῷ τῆς πόλεως, οὔτε ἄλλο τί ποτε τῶν εἰωθότων ἐπὶ ταῖς ἐνταῦθα ἀρχαῖς γίνεται, ἀλλ' εἰσέρχονται πάντες οἱ πρεσβευταὶ εἰς τὴν σχολὴν τοῦ μαγίστρου, καὶ ἐκεῖ περιμένουσιν. Καὶ ὅτε καιρὸς, ἀπέρχεται ἀδμισσιονάλιος καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς, καὶ εἰσερχόμενοι προσαγορεύουσιν τοὺς καν- διδάτους κατὰ μίμησιν τῶν ἄλλων ἀρχόντων, καὶ δέχονται ἀπὸ τοῦ πραιποσίτου ἀσπαζόμενοι αὐτὸν ἐν τῇ ἰδίᾳ τάξει, καὶ εἰσέρχονται καὶ ἀλλάσσουσιν τὰ ἀτραβατικά. Ἀρμάτοι δὲ ἐπι τοῦ βασιλέως οὐκ εἰσέρχονται διὰ τὸ μὴ εἶναι βαβάρους τοὺς πρε- B σβευτάς. Καὶ ἐπὰν καθίσῃ ὁ βασιλεὺς μεθὸ δεχθῶσιν οἱ ἄρχοντες, ὁ κόμης τῶν ἀδμισσιόνων λέγει. « Λεβὰ [9] (42), » κιτατίονος μὴ γινομένης ὡς ἐπὶ ἄλλων πρεσβεύων [10], καὶ εἰσέρχονται καὶ φιλοῦσιν τοὺς πόδας τοῦ βασιλέως, καὶ ἵστανται ἐν τῷ μέσῳ, καὶ λέγουσιν τὴν πρεσβείαν, καὶ ἐξέρχονται. Ἔστιν δὲ ὅτε δοκεῖ τῷ βασιλεῖ καὶ παρασκευάζει καὶ λι- βελλησίους παραστῆναι καὶ ἐκλαβεῖν τὴν πρεσβείαν, καὶ διαλαλεῖ (43) ἃ βούλεται. Ἐὰν δὲ βεβαιώσει

vespere, antequam id fiat, altero die legatum legatosve ex Italia exceptum a Domino iri. Qui si præfectus [urbis aut prætorii] fuerit, aut si plures iidemque præfecti fuerint, arcessit, eos proximus admissionum. Si autem, qui legatus fuerit, dignitate tantum magister sit, abit ad eum adjutor magistri CPtani, et deducit eum in palatium. Si vero tandem comes largitionum fuerit legatus, aliave ornatus illustri dignitate, arcessit eum admissionalis. Neque silentiarius occurrit præfecto prætoriorum [tali occidentali] aut præfecto urbis [Romæ], neque aliud quid eorum contingit, quæ circa nostrates proceres eorumque receptiones fieri solent, sed legati, quotquot tandem fuerint, conveniunt in scholam magistri, ubi tempus opportunum præstolantur; quo adveniente, venit admissionalis, et sursum eos in superiora palatii adducit. Ingressi ergo in atrium salutant stantes ibi candidatos, quod et alii nostrates proceres faciunt; et excipiuntur a præposito, quem osculo et manus prensatione unus post alterum in suo quisque dignitatis ordine cohonestant. Introducti induunt atrabatica. Non autem adstant imperatori in ea receptione armati scutis et hastis milites, quemadmodum in aliorum legatorum receptionibus solent; quia hi

VARIÆ LECTIONES

[7] ΣΧΟΛ. δαψιλιῶν. [8] ΣΧΟΛ. λαμπρότητα. [9] ΣΧΟΛ. ἄρον. [10] πρεσβέων aut πρεσβευτῶν legend. videtur R·

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(40) De adjutoribus scriniorum vid. Guther, C p. 391. Adjutor proprie est vicarius magistri scriniorum. Habebat quoque quæstor adjutorem; vid. Fabric. Bibl. Gr. t. XII, p. 377. Ἀρηγὸν quoque appellat Joannes Cantacuz.; v. Goar. ad Codin, p. 74, n. 54. Diversi sunt οἱ βοηθοὶ et ἡ βοήθεια, milites prætoriani, οἱ τὸ ταξείδιον ποιοῦντες in urbibus, paci et securitati publicæ conservandæ, temperandis repentinis tumultibus et coercendis grassatoribus, aliisque adversis casibus invigilantes, unde Arabes quoque milites tales *auxilia*, appellarunt, qua de re ad Abulfedam dicam.

(41) Comes largitionum erat, ὁ τῆς βασιλικῆς μεγαλοδωρίας χορηγὸς, ut Themistius ait pag. 201, *cui thesaurorum omnium mandata custodia et dispensatio largiendi*, ut Mamertini verbis utar. Gaudebat vocabulum *largitiones* illo ævo, cujus fragmentum hoc est, Justinianeo puta, gemina notione. Primum notabat thesauros publicos, fiscum, ærarium commune, quod qui administrarent comites D largitionum (erant enim comitatenses quidam, alii provinciales,) iidem erant cum logothetis seu rationalibus postea sic dictis; quibus omnibus unus præerat logotheta genicus seu rationalis generalis. Vid. Vales. ad Amm. Marc. p. 91. Nomen id fisco propterea datum puto, quia largitiones nummorum inde procedebant, quibus ædificia publica sustentanda aut reperanda, urbesque, terræ motibus eversæ aut ignibus corruptæ restaurandæ essent. Menander Rhetor, cujus locum paulo post dabo, a largitate derivat, quoniam ibi opum large et abunde sit. Deinde largitiones quoque strictiore sensu et proprie erant αἱ φιλοτιμίαι, εὐσέβειαι, ἀντιλήψεις, *solatia, donationes*, quas princeps e re sua privata, e peculio suo sponte, aut ex curiæ cerimoniali, proceribus aliisve, quibus vellet, dabat. Comes ergo largitionum hoc strictiore sensu erat idem cum comite rei privatæ aut idico dicto, cui commissum erat, larga et gratuita dominorum dona illis in manus tradere aut ipsi domino præstare, ut ille suis manibus tradere posset illis, quibus destinasset; vid. idem Valesius ibid. p. 323. Utrumque genus describit Agathias: Ταμίας, οὐ μὴν τῶν ἐκ τῆς δασμοφορίας ἐρανιζομένων, (ἄλλῳ γὰρ ἐπετέτραπτο ταῦτα,) [nempe olim quidem, ut Valesius l. c. animadvertit pag. 278, præfecto prætorii, deinceps autem logothetæ genico,] ἀλλὰ τῶν, ὅσα ἐκ τῶν βασιλείων θησαυρῶν ἐπεπόμφει, ἐφ' ᾧ τοὺ. ἀριστεύσαντας ἐν ταῖς μάχαις τὰ προσήκοντα τιμᾶσθαι γέρα. Conf. Guther, p. 653, et Du Cange utroque Gloss., item ad Alexiad. p. 286, Scholion marginale vocem *largitionum* exponit δαψιλιῶν. Similiter Menander rhetor in Excerptis legationum ed. Hœschel, p. 98, quo loco simul officium comitis largitionum declarat de Petro dicens: ὃς τῶν ἐν τῇ αὐλῇ καταλόγων πρὸ τούτου γενόμενος ἡγεμὼν, (designat aut magistrum officiorum, aut potius domesticum scholarum,) τηνικαῦτα δὲ τῶν βασιλεῖ ἀνειμένων προειστήκει θησαυρῶν, οἵ γε ἀπὸ τῆς δαψιλείας τῇ τῶν Ῥωμαίων προσαγορεύονται φωνῇ. Λάργους γὰρ οἱ Λατινοὶ τὸ δαψιλὲς ὀνομάζουσι.

(42) Recte Scholastes ἄρον. Subintelligitur nempe utrobique σαυτόν. Ego vero male verti *tolle velum*; debueram *tolle te, surge*; vid. ad p. 140. Quæ de *citatione* monet, intelliguntur ex p. 235. Pro πρεσβεύων legendum esse aut πρεσβέων, aut πρεσβευτῶν vel me non monente liquet, et satis suggerit Latina interpretatio.

(45) Verbum tunc temporis frequentatum, uti etiam διαλαλία, pro quibus veteres προσειπεῖν, προσαγορεύειν dicebant. Διαλαλία est *allocutio*, præsertim quæ ab uno ad multos pertinet. Balsamo facetam dans vocis *campana* etymologiam: Ὡς ὁ κάμπος τοῖς βουλομένοις εἰς ἐμποριαν ἀνεμπόδιστος πρόκειται, οὕτω καὶ χαλκοστόμου κώδωνος ἡ μετέωρος διαλαλία τοῖς πᾶσιν εὐπρόσιτος ἥπλωται; vid. Epitom. Diodori Siculi XXII, p. 497, 2. Si ab Artemidoro profecti sunt indiculi libris et capitibus

legati barbari non sunt. **230** Ut consedit imperator post exceptos ab ipso congregatosquecoram ipso aulæ suæ proceres, abit comes admissionum et clamat; « Leva, » i. e. surge. Non enim hi legati

A τὴν βασιλείαν, καὶ ὁ ἔπαρχος τῶν πραιτωρίων καὶ ὁ ἔπαρχος τῆς πόλεως, λοιπὸν οὕτως δέχονται ὡς ἐνταῦθα ὄντες ἔπαρχοι, καὶ τὸ περσίκην (44) αὐτοῖς ἀπαντᾷ, καὶ ὁ μάγιστρος μετὰ τὸν μάγιστρον

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

in editione Rigaltiana præmissi, usus ipse quoque fuit eo vocabulo libro IV, sed et indices illi et vox serioris ætatis sunt. Dubium interim penes me est, Græcine Latinos, an hi illos imitati fuerint. Nam seriores quo Latini *interlocutio* pro *allocutio*, *dissertatio* dicebant, ut constat ex procœmio Chronici Windesemensis: *prolixis igitur arengarum interlocutionibus postpositis*. Ni memoria fallit, habetur quoque *interlocutio* pro allocutio, edictum, in Codice Justinianeo.

(44) Id est περσικιον, marsupium, sacellus. Ita certe exponit Du Cange. Cum autem moris, quo novo præfecto urbis aut prætorii marsupium offerebant, vestigium nusquam reperirem, neque protinus exputare possem, quorsum ea res pertineret, cœpi dubitare, significaretne vox *persicium* præter marsupium adhuc aliud quid, nempe *vestem* Persicam seu Medicam, id est sericam auro illusam; Persæ enim in eo genere valde luxuriantur; aut vestem persi vel persici coloris, id est obscure cyanei. Habemus apud Leonem Grammaticum p. 465, χιτὼν χρυσοπέρσικος, *tunica aureis filis intexta, coloris persi;* vid. Du Cange v. *Persus*. Posset itaque non absurde statui, persicum fuisse vestem admodum pretiosam, quæ in honoris recens collati insigne consueverit præfectis obviam ferri. Obtinet adhuc hodie mos, ex aula non magis orientalium principum, quam Græcorum in Turcicam derivatus, aut novis investiendis aut veteribus confirmandis legatis vel exarchis (Bassas id genus vocant) quotannis in provincias a Sultano mitti vestes honorarias (Challas Turcæ appellant, unde nostrum *Gala*), mittendi, quas in signum investituræ et benevolentiæ principalis et professionem fidelitatis suæ Bassæ debent induere. Quia tamen hoc ad imperatorem ipsum accommodari æque facile haud potest, cui recens electo super carruca in urbem intranti dicuntur p. 240. cruces et persicia præferri vel obviam ferri (signum enim investituræ in hoc casu persicia esse nequeunt, cum chlamydes et coronæ et alia symbola sint imperatorum), malo nunc a vulgari expositione hujus vocis non recedere, sed potius de marsupio vel bursa interpretari; sive jam præfecto eo fine bursæ hæ nummis plenæ præferrentur, ut suam veluti eparchiam spargerent, quemadmodum novi consules suum consulatum, id est missilia in populum projicienda (non tamen memini de præfectis idem quod de consulibus legere): sive donarium hoc esset, quod aut imperator, aut urbs novo præfecto conciliandæ benevolentiæ gratia exhiberet. Quid, si horum persiciorum imaginem haberemus in diptycho illo consulari, cujus ectypum dedit Du Cange tab. I. dissert. de nummis ævi medii, ubi ad singula latera sellæ curulis, cui consul insidet, conspiciuntur singuli viri, tenentes utraque manu mapparum lacinias, in quarum mapparum medio jacet aliquid, quod nummis simile est? Certe pro nummis Du Cange quoque habuit, cujus hæc sunt verba § 12: *Nescio an ipsa explicata censeatur esse in eodem diptycho mappa ib binis figuris, quæ sellæ lateribus appinguntur, quarum singulæ binis manibus mappas explicatas tenent in ludorum editionis symbolum? nisi forte ex mappæ contineant nummorum certam quantitatem, qui efficti quodammodo conspiciuntur, ita ut ad consulum ὑπατείας seu missilia referri debeant.* Pariter gemino hoc modo accipi posset locus supra laudatus p. 240. Æque enim probabile est bursas novo imperatori eo fine oblatas fuisse, ut pecuniam inde depromptam in circumstantem et inhian tempopulum spargeret, quam eo, ut donum gratuitum ipse sibi haberet, quo oblato respublica novum sibi rectorem, et huic se faustamque fortunam gratularetur. Non enim una bursa, sed plures novo imperatori præferebantur, ut ex l. c. constat. Verum posteriori huic conjecturæ obstat ille locus (infra p. 241 c. 4), quo dicuntur viri ordinis senatorii novo imperatori pittacium seu cambium de ter mille libris auri ut donum gratuitum urbis regiæ offerre, postquam in præcedentibus (p. 240) dictum esset ipsi prælatas fuisse cruces et persicia. Non ergo potuerunt persicia donum gratuitum imperatori destinatum continere. At quid, si præfectis, quoties procederent, toties persicum obviam ferretur? Quod pene colligas e p. 231. Id si fuerit, persicium neque vestem honorariam, neque bursam nummis refertam significare potest. Ad hanc objectionem quod reponam non habeo. Id tamen certum est, consuevisse veteres, illius ævi homines, pecunias aut in scutellis et scyphis aureis, quæ quidem manibus gestatiles et non nimis grandes essent, aut ponderosiores summas, ideoque humeris bajulandas, in bursis donare et secundum bursas numerare, quemadmodum adhuc hodie Turci faciunt. Sic Henricus III, imperator Alberto vicecomiti epulis suis adhibito et abeunti dabat saccum cervinum argento plenum, ut perhibet Donizo in Vita Mathildis l. I, c. 12:

Rex sibi mastrucas post escam maxime pulchras
Donavit, florent pariter quoque pelliceones
Hoc regis [Henrici] *munus ducis* [Bonifacii] *ad camaram* [id est cœtonem, vestiarium, thesaurariam] *tulit, unum*
El corium cervi, quod nummis ipse repl levit.

Idem cap. 4:

. . . . . *dedit illi plurima gratis.*
Cervinos plenos nummis saccos duodenos
Liquerat in propria genitor camara Canusina,
Quos penitus totos dedit uno tempore dono.

Pertinet huc quoque locus Theodoreti sermone IX ad Græcos: Συλλέγουσι τὰ ψήγματα, διορύσσουσι τὰ μέταλλα, καὶ ἐπίσημον [cusum] γενόμενον τὸν χρυσὸν καὶ τὸν βασιλικὸν δεξάμενον χαρακτῆρα, οὐ χρυσὸς ἔξωθεν, ἀλλ' ἢ σκύτινα ἢ ξύλινα τρυάτουσι θῆκαι. Succurrit hac occasione, de voce *persicium* disputanti, locus Agnelli, cui vox illa forte restituenda sit. Est p. 155. edit. Murator.: *Abjecerunt*, ait, *feminæ in luctu publico inaures et annulos et dextraria* [armillas] *et pereselidas* [id est periscelidas] *et monilia et obfactoria et acus et specula et lunulas et liliola*, [figuras aureas ad liliorum instar factas, quas super fronte, aut etiam pectore gerebant,] *laudosias et præsidia*. Pro voce *præsidia* reponendum putem aut *prandea*, id est tænias sericas, aut potius *brasiolia*, fascias, quibus brachia illigabant, aut tandem *persicia*, id est bursulas, quales medio ævo super cingulis et his circum volutas, ventrem ambientes, aut etiam e femoribus dependentes, gestabant, magnum in iis luxuriæ quærentes argumentum, tantoque illas pretiosiores et ornatiores auro et gemmis et margaritis jactantes, quanto quis esset nobilior et opulentior, ut protinus e zonis et bursis illis agnosci posset hominis conditio. Et quia pictæ filis aureis et argenteis illæ bursæ solebant esse, hinc dictæ fuerunt *marsupia*, id est *res opere phrygionico elaboratæ*. Est enim vox Arabica. Quod autem ad postremam vocem *laudosias* attinet, videntur *laudosiæ*, et quæ idem, ni fallor, significant *laudanæ*, (vid. Du Cange h. v.) esse

τὸν ἐνταῦθα περιπατεῖ, καὶ ἁπλῶς ἡ τάξις ἐπὶ τῶν ἀξιωμάτων φυλάττεται. Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι ἐπὶ τοῦ τῆς θείας λήξεως Λέοντος ἐπέμφθη Ἡλιοκράτης (45) παρὰ Ῥωμαίων, τὰ λαυρεάτα Ἀνθεμίου (46) τοῦ βασιλέως ἔχων καὶ γράμματα αὐτοῦ, καὶ ἐδέχθησαν οἱ πρέσβεις ἐν τῷ κονσιστωρίῳ, Ἡλιοκράτης καὶ ἡ εἰκὼν Ἀνθεμίου εἰσενέχθη, καὶ ἐδέξαντο αὐτὴν οἱ σιλεντιάριοι, καὶ Διαφερέντιος (47), ἔπαρχος ὢν Κωνσταντινουπόλεως, εἶπεν ἐγκώμια (48) εἰς ἀμφοτέρους τοὺς βασιλεῖς καὶ Διοσκόριος, ἀπὸ ἐπάρχων πόλεως, καὶ διελάλησεν ὁ βασιλεύς, ὥστε πεμφθῆναι τὰ λαυρεάτα εἰς πᾶσαν τὴν πολιτείαν, καὶ τὰς εἰκόνας κοινῇ ἀνατίθεσθαι ἀμφοτέροις τοῖς βασιλεῦσιν. Ἔστιν δὲ ἡ διαλαλία οὕτως. « Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ εὐτυχὴς Λέων νικητὴς ἀεισέβαστος εἶπεν· Τοῦ πρωτοτάτου ἄρχοντος (49) Ἀνθεμίου τὸν χαρακτῆρα ἐπὶ πολὺ ἐκδεξάμενοι νῦν ἀποδοθέντα, μεγάλην ἡμῖν εὐφροσύνην ἐνεποίησεν. Διὰ τοῦτο θείᾳ νεύσει (50) τὸν αὐτὸν χαρακτῆρα τιμίως πρὸς χαρμονὴν πάντων τῶν λαῶν ταῖς ἡμετέραις εἰκόσιν κοινωνεῖν προστάσσομεν, ὡς ἂν πᾶσαι αἱ πόλεις ἐν εὐφροσύνῃ διαγνώσονται κοινωνούσας (51) ἑκατέρων μερῶν τὰς ἐξουσίας, τῇ τε αὐτοῦ ἡμερότητι ἡμᾶς συνηνῶσθαι. » Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι καὶ Αἴβερ, ὁ πατρίκιος καὶ ἔπαρχος Γαλλιῶν, ἐπέμφθη ἐνταῦθα παρὰ Θευδᾶ (52) τοῦ ῥηγὸς Δότθων καὶ τῆς συγκλήτου Ῥω-

A nominatim et cum cerimoniis citantur, ut alii exteri citari solent. Ingressi ergo pedes osculantur imperatoris, in medioque triclinio stantes enuntiant commissam sibi legationem, et protinus excedunt. Si visum fuerit imperatori, jubet etiam libellenses adstare, legationis argumentum excepturos, et disserit atque mandat, quæ voluerit. Postquam vero Romano imperatoriam dignitatem confirmaverit noster imperator [quod in alia posteriore fit exceptione, de qua proxime sequens caput exponit], tunc demum recipitur et respectatur deinceps ille legatus, sive prætoriorum, sive urbis fuerit præfectus, non aliter ac si nostras esset et eadem munera hic loci gereret; persicium vel marsupium tali tunc obviam fertur; magister talis Romanus, si legatus is fuerit, immediate post magistrum B nostratem procedit; verbo, servatur ordo dignitatum et quem quisque Romæ habet honoris gradum et præ alio passum, eumdem hic quoque habet, sed secundum a nostratibus. Juvat exemplo rem illustrare. Sub Leone Magno, divinæ sortis imp., legabatur a Romanis Heliocrates, habens secum laureatas imagines Anthemii imperatoris ejusdemque litteras. Recipiebatur totus legationis comitatus in consistorio, Heliocrates et imago Anthemii ad dominum introducebantur, silentiarii recipie-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

armillæ precariæ, rosaria, series confilata sphærularum vitrearum lignearumve, aut et pretiosiorum, ad quarum numerum multæ Christianæ gentes, mulierculæ præcipue, et a Christianis orientalibus C docti Muhammedani preces suas absolvunt et Deo annumerant. Arabes talia fila orbiculorum *Musabbehat*, in est *laudatoria*, appellat; quia, qui ea manibus tenent et versant, Deum laudant, et preces peragunt, quarum magna pars in laudibus Dei versatur. Hinc *laudosiæ* et *laudanæ* videntur dictæ fuisse.

(45) De hoc vid. Zosim. p. 346 et 361.

(46) De hac legatione vid. Theophan. p. 98, et quos Goarus ibi citavit auctores.

(47) Non Φερέντιος, ut in Chronico Alexandrino legitur, cujus hæc sunt verba : Τούτῳ τῷ ἔτει ἐβασίλευσεν Ἀνθέμιος καὶ ἀπῆλθεν εἰς Ῥώμην καὶ εἰσῆλθεν τὰ λαβράτα αὐτοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει διὰ Φερεντίου ἐπάρχου. Leg. enim Διαφερεντίου ἐπάρχου, nempe ὄντος, cum Diaferentius eparchus esset.

(48) Talia encomia sunt duodecim illi sic dicti veteres panegyrici a Cellario et aliis editi, item D Juliani quidam et Themistii, et pater omnium ille Plinianus Traiano dictus.

(49) Titulus πρωτότατος. *clementissimus*, et γαληνότατος, *serenissimus, tranquillissimus*, ut hodie, sic et illis vetustis temporibus erat viris principibus proprius. Gregorius M. Epistol. ad Constantiam Augustam : *Cognoscat autem tranquillissima domina.* Cinnamus p. 128, describens adventum Manuelis Comneni in Hunnicam, et modum, quo exceptus a populo fuit, acclamatum ipsi ait fuisse : Ὁ συμμαχήσας κυριε τῷ πρωτότατῳ Δαβὶδ, *o domine, vitam illi, qui clementissimo regi nostro Davidi assistit.*

(50) Divina dicebantur olim omnia, quæ ad imperatores pertinerent. Ita μάγιστρος τῶν θείων ὀφφικίων, κόμης τῶν θείων πριβάτων, *divinæ epulæ, divalia constituta* apud Symmach. VII, 95. Ipsi imperatores *divini* et *divinissimi* dicti; vid. Alemann. ad Procop. p. 73 et 79. Scatet talibus formulis uterque codex. Justinianeus et Theodosiacus. Ipsi quoque patriarchæ tributum reperio, ut apud Codin. pag. 12 : ἡ θεία καὶ πατριαρχικὴ χείρ. *Divina* sunt illis omnia σεμνὰ, et inviolabilia, quæ, ut deos, veneratione prosequi par est. *Divina* vero *annutatio* (sic enim rectius in codice Justinianeo, quam *annotatio* legi, ex Nostri hoc loco, et θεία νεῦσις patet) est beneplacitum, mandatum imperatoris, quod decoris ei majestatis conservandæ gratia, non ore, sed nutu capitis tantum significat. Inde Themistius p. 26 : Οὗ δὴ καὶ μόνον τὸ νεῦμα φερέγγυον πρὸς σωτηρίαν, de imperatore ait, *cujus vel solum numen*, id est *vel sola annutatio, salutem spondet.* "[Vid. Valesii diesert. de honoribus divinis imperatorum et imperatricum Rom. eorumque filiorum et coguatorum. Memoir. de Trevoux An. 1706, p. 1611. Carolus imp. libro De imaginibus c. 4, 5, deridet imperatores Græcos ob titulum *numini vestro, perennitati vestræ* et similia, p. 102.]" Jam antea irrisi fuerunt et reprehensi ob hanc stultitiam Græci in aula Attilæ, ut narrat Priscus rhetor in excerpt. Legat. Hœschel. pag. 36 : ὁ Βίγλας ἔφη, ὡς οὐκ εἴη θεὸν καὶ ἄνθρωπον δίκαια συγκρίνειν, ἄνθρωπον μὲν τὸν Ἀττίλαν θεὸν δὲ τὸν Θεοδόσιον λέγων.

(51) Hinc patet Orientis et Occidentis imperatores collegialiter unum imperium divisis tantum sedibus administrasse, adeoque figmentum esse, quo fertur Theodosius ita regnum partitus fuisse inter filios, ut orientales imperatores omne jus in Occidentem amitterent; post Augustulum, ultimum in Occidente imperatorem, evasisse Romam in libertatem, ut potuerit sibi imperatorem ex arbitrio suo legere. Romanosque proinde, ut populum sui juris, Carolum M. legisse. Quæ mera commenta sunt.

(52) De Theuda, rege Gothorum in Hispania, hic qui cogitarunt, falsi fuerunt et fefellerunt ipsum me Conf. præf. nostra p. IV. Theodatum designat Petrus, qui Athalarico, regi Gothorum in

bant penes se imaginem, Diaferentius, qui tum præfectus urbis CPtanæ erat, pronuntiabat panegyricum in laudes utriusque imperatoris, uti et Dioscorius, expræfectus urbis. Mandabat deinceps imperator, laureatas per totum differri imperium, amborumque imperatorum conjunctas imagines simul proponi. Habebat autem dialalia vel mandatum ore sacro prolatum sic. Ex actis : « Imperator Cæsar felix Leo Victor semper Augustus dixit : Clementissimi principis Anthemii imago diu a nobis exspectata, nunc tandem exhibita, magnum nobis gaudium tulit. Quapropter divina annutatione [seu sacro edicto] præcipimus et sancimus, ut illa imago eosdem honores participet, quos nostra, quo populi omnes gaudeant, omnesque urbes lætæ intelligant, ambarum partium, orientis et occidentis, potestates communione rerum junctas, nos autem ejus [Anthemii] Mansuetudini coadunatos esse. » Etiam Liber, patricius et præfectus Gallarium, mittebatur aliquando hanc in urbem a Theuda, rege Gothorum, et a senatu Romano ; quem pius imperator Justinianus coram admissum jubebat tam in accessu, quam in abitu, locum præfecti prætoriorum obtinere, et in omnibus omnino rebus tractari atque excipi modis iisdem, quibus præfecti Orientis solent excipi.

A μαίων, καὶ δεξάμενος αὐτὸν ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς ἡμῶν Ἰουστινιανός, ἐκέλευσεν αὐτὸν ὡς ἔπαρχον πραιτωρίων καὶ προϊέναι καὶ ἀναχωρεῖν, καὶ πάντα οὕτως ἐπὶ αὐτοῦ ἐπράττετο, ὡς ἐπὶ τῶν ἐπάρχων Ἀνατολῆς.

231 CAPUT LXXXVIII.

Observanda, quando imperator eosdem excipere vult legatos, eo fine ut occidentali imperatori dignitatem imperialem confirmet, et legatos dimittat.

B ΚΕΦΑΛ. ΠΗ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττεσθαι, ὅτε μέλλει δέχεσθαι τοὺς αὐτοὺς πρέσβεις, καὶ βεβαιοι [11] (53) τὴν βασιλείαν καὶ ἀπολύειν αὐτούς.

Pridie antequam legati ex Italia venientes [pro secunda vice] ad Dominum admittuntur, circumcursitant mandatores, significantes cras fore illis recipiendis silentium. Postquam igitur in consistorio consederit imperator, et ingressi, qui solent, fuerunt omnes, fit ipsis, legatis, velum proprium, id est seorsim soli post nostrates proceres introvocantur et introducuntur, et iterant supplicationem suam prima proditam exceptione; quam imperator confirmat indulgens, aut scriptis litteris, quæ protinus exhibentur et adduntur abeuntibus, aut absque scripto sola sua promissione, se litteras C de re quæsita ad ipsum legationis auctorem missurum esse. Ab eo tempore conveniunt, ut dictum est, in silentio velut imperatoris nostri proceres ; et quisquis eorum præfectus fuerit, ille a domesticis et protectoribus adoratur, et persicium seu masurpium occurrit seu obviam fertur ipsi, et fiunt reliqua omnia modo consueto. Quando autem imperator illis vult audientiam valedictoriam dare,

Πρὸ μιᾶς δίδοται μανδάτα σιλέντιον, καὶ τοὺς ἀπὸ Ἰταλίας πρέσβεις δέχεται. Καὶ μετὰ τὸ καθῖσαι αὐτὸν ἐν τῷ κονσιστωρίῳ καὶ εἰσελθεῖν κατὰ τὸ ἔθος πάντας γίνεται αὐτοῖς ἴδιον βῆλον, καὶ εἰσέρχονται, καὶ αἰτοῦσιν πάλιν περὶ τῶν αὐτῶν, καὶ βεβαιοῖ ὁ βασιλεὺς ἢ ἐγγράφως ἢ ἀγράφως, ὑπισχνούμενος ἐπιστολὰς πέμπειν περὶ τούτου πρὸς αὐτόν. Καὶ λοιπὸν, ὡς εἴρηται, ἐν τοῖς σιλεντίοις προέρχονται ὡς ἄρχοντες τοῦ βασιλέως, καὶ ἐὰν ὦσιν ἔπαρχοι ἢ ἔπαρχος, προσκυνοῦνται παρὰ τῶν δομεστίκων καὶ προτηκτόρων, καὶ τὸ Περσίκην αὐτοῖς ἅπαντᾷ, καὶ πάντα κατὰ τὸ εἰωθὸς γίνεται. Ἐπὰν δὲ θέλῃ ἀπολῦσαι αὐτοὺς, δεῖ τὸν μάγιστρον ποιῆσαι γνῶσιν (54) κατὰ γνώμην τοῦ βασιλέως, τί ἕκαστος ὀφείλῃ λαβεῖν, καὶ πάντων τῶν ἀνθρώπων αὐτῶν τί ἕκαστος λαμβάνει, καὶ δοῦναι τῷ κόμητι τῶν λαργιτιόνων. Καὶ ἐπὰν κακεῖνος εὐτρεπισθῇ, δίδωσι σιλέντιον ὁ βασιλεύς. Καὶ τῇ ἐξῆς πάντα γίνεται ὡς ἐν σιλεντίῳ, καὶ ἔρχονται οἱ πρέσβεις οὐκέτι πάντες ὁμοῦ, ἀλλ' εἰς τοὺς τόπους

VARIÆ LECTIONES.

[11] βεβαιοῦ conj. R.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

Italia, successit et ejus matrem Amalasuntham sustulit. Qui autem Petro *Liber* est, ille Procopio est *Liberius*, de hac legatione sic narranti l. 4, Gothicor. p. 171. Theodatus, ait, ideo, quod Amalasuntham in lacum Volsinum deportari curaverat, metuens : Μὴ βασιλεῖ ἡμῶν ἀπ' αὐτῆς προσκεκρουκὼς εἴη, ἄνδρας ἐκ τῆς Ῥωμαίων βουλῆς Λιβέριόν τε καὶ Ὀπίλιον στείλας ξὺν ἑτέροις τισὶ παραιτεῖσθαι πάσῃ δυνάμει βασιλείαν ἐπήγγειλεν ἰσχυριζομένους μηδὲν πρὸς αὐτοῦ ἄχαρι τῇ Ἀμαλασούνθῃ ξυμβῆναι καίπερ αὐτὸν ἀνήκεστα δεινὰ εἰργασμένῃ τὸ πρότερον. Paulo post addit Procopius, legatos hos CPlin tendentes in via apud Aulonam, Epiri oppidum, offendisse Petrum Magistrum a Justiniano in Italiam missum, ut cum Theodato pariter atque Amalasuntha consultationes agitaret. Unde patet hanc legationem in annum Justin. VII exeuntem aut VIII incipientem, id est Christi 534 aut 535, incidisse.

(53) Vid. quid hoc de loco conjecturæ ad. p. 228 (not. 30) proposuerim.

(54) Quod Gallis hodie est *notice*, id est Græcis γνῶσις. *Indiculus*. Sed erat quoque Latinis illorum temporum in usu hoc sensu. *Notitia imperii* satis nota ; item *notitia scriniorum*, notitia taxæ a magistratibus debitæ pro codicillis, et alia talia frequenter occurrunt in codice Theodosiano ; vid. Guther. pag. 363. Apud Fabricium Biblioth. Græcæ Vol. XII habetur : Γνῶσις τίτλων ταῖς ἑκάστοτε νεαραῖς Ἰουστινιανοῦ ἐπιγραφέντων, *index titulorum Justiniani novellis præfixorum*. Gregor. Magn. Epist. III, 16 : *Omnium rerum non solum de suscepta eos, qui eas tradunt, percipere volumus, sed etiam a te notitias earum subtiliter retineri*. Vid. du Cange v. *Notitia*.

αὐτῶν μετὰ τῶν Κωνσταντινουπόλεως ἀρχόντων ἀναμεμιγμένοι, καὶ κελεύοντος τοῦ βασιλέως, εἰσάγει ὁ δικουρίων τοὺς ἀνθρώπους αὐτῶν κατὰ τάγμα τάγμα, καὶ μηνύει ὁ δικουρίων· « Κόμητες φυλῶν (55), διδασκαλικοὶ, λευκόφοροι, δρομεῖς, δεκανοὶ, » καὶ ἁπλῶς πάντας τοὺς μετ' αὐτῶν ἐλθόντας, καὶ δίδωσιν ἕκαστον τὴν ῥόγαν (56) ὁ βασιλεύς. Καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοὺς ἀνθρώπους αὐτῶν τότε καὶ αὐτοῖς τοῖς πρεσβευταῖς δίδωσιν ὅσα ἐκέλευσεν εὐτρεπισθῆναι εἰς λόγον αὐτῶν, καὶ δέχονται αὐτὸν οἱ σιλεν- A debet magister antea notitiam seu indiculum ex imperatoris judicio atque directione facere, quo perscriptum sit, quid legatorum quisque, quid hominum vel famulorum eos comitantium unusquisque in munus et velut viaticum accipere debeat. Hanc schedulam dat comiti largitionum. Qui si et ipse paratus sit, ad promenda nempe et tradenda omnia sibi præscripta, habens omnia in promptu, tunc tandem edit imperator silentium, seu jubet illud per mandatores indici. Altero itaque die fiunt

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(55) Affectata hæc Latinorum vocabulorum, quæ alias retineri a Græcis solent, Græcis æquivalentibus interpretatio negotium interpreti facit. Videntur φυλαὶ hic loci idem atque *scholæ* notare. Cætera quoque nove, id est præter morem dicta, διδασκαλικοὶ pro *magistrianis*, qui nempe vox διδάσκαλος voci *magister* quodammodo respondet, ergo magister sacrorum officiorum etiam apte a Græcis διδάσκαλος vocatur. Ergo ejus officiales, Latini magistriani et magisteriani dicti, recte quoque Græcis διδασκαλικοὶ dicuntur. Sed non pugnamus nunc de verbis, apte inepteve conficta et dispensata fuerint necne. Liquet magistrianos designari; vid. Guther. p. 603, et Pachomii oratio Græce et Latine edita in calce Lœscheri Stromatei sacri p. 166, ubi μαγιστριανὸς *officialis* redditur, item Du Cange utroque Glossario. [Magistriani, qui inter officia palatina militabant sub dispositione magistri officiorum. Alteserra Quæst. pag. 82. Julianum magistrianum imp. cum sacris ad Aretam. Æthiopum regem, misit. Theophan. p. 200.] Æque insolens, paulo tamen aptior et planior est λευκοφόροι pro *candidati*, λευχείμονες. Quare autem affectator hic vocem *Decani* non item alia Græca, ut cæteras, mutaverit, miror. Non reperiebat procul dubio commodam. B C

(56) Rogam dando significabat imperator, et legatos tales et ipsorum homines juris sui esse et stipendia sua mereri; adeoque utrumque imperium unum, et ambo imperatores collegas esse. Est autem *roga* (sic tunc pro erogatione dicebant) largitio, donum, donativum, stipendium, omne quod seu gratuito seu ex debito merenti datur. Erant rogæ duplicis generis comitatensium et militum. Illæ, procerum aulicorum puta, circa festum Paschatis quotannis nomine charitatis seu doni gratuiti, sed re vera pro mercede navatæ operæ et ordinario salario pendebantur. Distributionem talis rogæ eleganter et curate describit, qui interfuit Luitprandus l. VI *Histor.* cap. 5. Memorat quoque Cedrenus p. 793, collata p. 544 et 733, ubi distributionem rogarum factam ait κατὰ τὴν ἁγίαν μεγάλην πέμπτην, id est die Jovis, quem nos *viridem* solemus appellare, proxime præcedentem ante festum Paschatis. Hæ proceribus debitæ φιλοτιμίαι tam religiose observabantur, ut, cum Isaacius Comnenus eas abrogare vellet, postmodum a Deo punitus diceretur. Scylitz. p. 812. Ex eodem p. 829, constat citius quoque datas fuisse has rogas, et p. 835, memorat datam pridie festi Orthodoxiæ, seu in mediis quadragesimis. Patet ex eodem loco donum proprie in auro fuisse, interdum tamen quod auro deerat, vestibus sericis expletum fuisse. [De rogis, quæ dono officiis dabantur ex Cod. Theod. pag. 11, de palatinis sacris largitionibus conf. Meurs. Gloss. p. 161. de hypatiis imperatorum p. 162, de roga militibus data v. Alteserr. ad Anastas. p. 60.] Alterum autem rogarum genus erant rogæ militibus quotannis dari solitæ, vel potius, ut codex noster docet, singulis quadriennalis, quibus accedebat quinto quovis anno φιλοτιμία imperialis, seu donum gratuitum, roga extraordinaria, quini nempe nummi aurei; vid. Procop. Anecdot. p. 108. Non ausim tamen affirmare hoc sæculis quoque obtinuisse Procopio posterioribus. Differebant autem stipendia pro diuturnitate militiæ jam exactæ; vid. Vales. ad Amm. Marcell. p. 501, et Procop. Anecdot. p. 104. Διανεμέσεις appellat idem p. 81: διανεμέσεσιν enim legendum est pro δυνάμεσιν, ibi edito. Illa χρήματα ἅπερ ἐν παραψυχῆς λόγῳ πολλοῖς χόρηγεῖσθαι ἀνὰ πᾶν ἔτος πρὸς βασιλωσὲ ἐκ παλαιοῦ διατέτακται, ut ait idem p. 100 initio, sintne φιλοτιμίαι an rogæ, palatinæ an militares certo non definiam; συντάξεις, appellat Julianus p. 367. Milites hi *rogandi* seu rogati, id est stipendiati, *rogatores* dicebantur, et conveniunt cum genere militiæ, quod hodie Turcis in usu est, *Ulufegi* dicto. Sunt enim hi qui stipendium pecuniarum, *buccellam*, in mensem aut potius trimestre accipiunt. Contræ *timariotæ* respondent *Zaimis* vel *Timariis* hodiernis Turcarum, id est possessoribus fundorum, e quibus se et tirones suos alant. Conf. Goar. ad Codin. pag. 120. et Du Cange Gloss, utroque, item ad Alexiad. p. 269 et 270. De posteriore quidem dubium non est, Zaimos timariotis respondere. At rogatores prædia militaria nulla habuisse, vel quod idem est, timariotas rogam accepisse nullam, id est quod mihi persuadere vix possum. Cæterum ab isto usu vocis *roga* seu donum, largitio, pro stipendio, manavit, ut Arabes, quod addi potest Goliano Lexico. stipendium militare, *elhata donum* appellarint. Multa enim, præsertim cæremonias aulicas, a Græcis, vicinis suis, transumpserunt. Quantæ per annum fuerint rogæ militum gregariorum, non dixerim. Videntur tamen non infra viginti nummos aureos, néque supra quadraginta fuisse. Narrat Symeon Logothet. p. 414, sub Michaele Balbo institutam fuisse expeditionem adversus Cretam τεσσαρακοντάριον appellatam ἐκ τοῦ διανευμηθῆναι ἑκάστοις ἀνὰ τεσσαράκοντα χρυσίνους. Narrat Theophanes p. 410. Moawiam Isamitarum Syrorum rogas ad ducentos nummos aureos auxisse (favebat enim illis, ut factioni suæ), devictorum autem et in militiam suam abditorum Hirakitarum seu Chaldæorum rogas ad triginta nummos minuisse. Procul dubio modum rogarum militarium Arabes Chalifæ ilorum temporum a Græcis acceperunt, et imitati eos in hac re fuerunt. Quantum autem comitatenses quotannis acceperint, non reperio. Justiniani ætate, cum imperium adhuc amplum et potens esset, necessario major erat roga, quam secutis sæculis in rebus Græcorum undequaque misere accisis. Ad centum auri centenarios patricium unum ætate sua per annum corrotundasse tradit Procopius Anecdot. p. 109 et 114, quod tamen pene fidem excedat, certe si ad pauperiem medii ævi respicias. Hinc fiat conjectura de roga, quam tunc magnates acceperunt, non neglecto, in illa immani summa centum centenariorum reditus omnis generis e fundis, e sportulis, e roga, et patriciorum quidem, et forte ne eorum quidem omnium, sed præcipuorum tantummodo quorundam contineri. Atquanti fuit centenarius auri ad nostram monetam? Locus hic non patitur id a me definiri. Alibi erit opportunius si unquam consultum duxero huic inquisitioni me committere. D

omnia ut in silentio, veniuntque legati, non jam, ut antea, seorsim, simul omnes in uno corpore, sed separati, suo quisque in loco, inter illos magistratus, ad quos, velut collega, pertinet, adeoque Constantinopolitanis proceribus immixti. Jussu tum imperatoris introducit decurio legatorum homines seu comitatum, unum ordinem post alterum, sic eos clara voce excitans: « [Adestote vos comites tribuum ; » vos « didascalici [seu magistriani] ; vos « leucophori » [seu candidati] vos « cursores ; vos « decani ; » et in universum omnes, qui cum legatis advenerunt, excitat ; quibus imperator singulis rogam aut stipem largitur. Illis digressis, tandem ipsis quoque legatis donat ea, quæ ipsis præparari jussit, Quo facto silentiarii se jam componunt ad exspectandum imperatoris abitum, et imperator de throno exsurgit, et legati, si patricii non sint, adorant ipsum, valeque ipsi dicunt ; quod fit, si præsederit et audentiam dederit imperator in parvo æstivo consistorio apud gradus porphyreticos ; **232** quod si autem cerimonia contigerit in magno consistorio, fit valedictio apud fores deuterorum ; et abeunt, missæque fiunt. Litteras autem imperatoris ad alterum occidentalem ad se sumit magister, venientibusque ad se legatis et sibi domi suæ valedicentibus eas tradit.

A τιάριοι, καὶ ἐγείρεται ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐὰν μὴ ὦσιν πατρίκιοι, προσκυνοῦσιν αὐτὸν, καὶ συντάττονται, εἰ μὲν ἐν τῷ μικρῷ κάθητι κονσιστωρίῳ, ἐμπρὸς τῶν πορφυρῶν βάθρων ἐν τῷ θερινῷ κονσιστωρίῳ· εἰ δὲ ἐν τῷ μεγάλῳ κονσιστωρίῳ κάθηται, ἄνω πρὸ τῆς θύρας τῶν δευτέρων (57), καὶ κατέρχονται, καὶ μίσας ποιοῦσι. Τὰ δὲ γράμματα τοῦ βασιλέως λαμβάνει ὁ μάγιστρος, καὶ ἔρχονται καὶ συντάττονται αὐτῷ, καὶ δίδωσιν αὐτά.

CAPUT LXXXIX.

Observanda sub adventum magni Persarum legati, eoque in urbe præsente.

Postquam de adventu magni legati ad aulam renuntiatum est, oportet a magistro magistratum aliquem, illustrem [seu protospatharium] aut silentiarium aut tribunum aut etiam unum aliquem de ordine episemorum aut insignium aut magistrianorum, aut quemcunque ille volnerit et delegerit, in honorem viri advenientis in confinia mitti, qui eum ibi excipiat, in protectionem suam recipiat et ad Urbem augustam sospitem perducat. Hic itaque in eum finem missus proficiscitur Nisibinam, ubi legatum invisit et salutat, litterasque imperatoris ad eum, si quas sibi additas habet, ipsi tradit ; aut, si non imperatoris, magistri saltem ; quibus arces-

B

ΚΕΦΑΛ. ΠΘ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, πρεσβευτοῦ μεγάλου ἐρχομένου Περσῶν.

Δεῖ, μηνυομένου μεγάλου πρεσβευτοῦ, τὸν μάγιστρον πέμψαι εἰς τὰ μεθόρια ἕνα ἄρχοντα ἰλλούστριον ἢ σιλεντιάριον ἢ τριβοῦνον ἢ καὶ ἕνα τῶν ἐπισήμων (58), ἢ μαγιστριανῶν, ἢ ὃν ἂν συνίδῃ πρὸς τιμὴν τοῦ ἐρχομένου προσώπου πέμψῃ, ἵνα δέξηται καὶ διασώσει (59) αὐτόν. Ὁ δὲ πεμπόμενος εἰσέρχεται εἰς τὸ Νησίβιος, καὶ ἀσπάζεται αὐτὸν, καὶ ἐὰν ἔχει γράμματα τοῦ βασιλέως, ἀποδίδωσιν· (εἰ δὲ μὴ, τοῦ μαγίστρου) προτρέποντα (60) αὐτόν. Ἴσως δὲ οὐδὲ ὁ μάγιστρος γράφει, ἀλλ' ἐκ μανδάτων μόνον ἡ προτροπὴ γίνεται, ἐφ' ᾧ αὐτὸν ἐλθεῖν μετὰ εὐθυμίας καὶ θεραπείας (61)· καὶ ἐξέρχεται σὺν αὐτῷ.

C Δεῖ δὲ τοὺς ἄρχοντας τοῦ Δάρας (62) ἀπαντῆσαι

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(57) Sitne hoc a nominativo δεύτεροι, an a δεύτερα non dixerim. Latet ratio appellationis ; vestigium ejus nullum in nostro codice. Quo constat, mutata post Justinianum palatii structura, nomen hoc quoque desiisse.

(58) Reddidi *insignium* ; forte rectius *clarissimorum* ; de quibus v. Gutlier.

(59) *Traducat eum* per provincias juris Romani ; διασώζειν est *conducere, salvum et incolumem aliquem aliquo perducere* ; vid. Du Cange Gl. Gr. et ad Alexiad. p. 352, Luitprand. Legat. pag. 487. διασώστη *hoc est ductori meo* ; ubi quoque queritur, *sibi et suis datos equos, sarcinis non item* ; σώζειν pro *traducere*, et σώζεσθαι pro *transmigrare, transire, pervenire*, vel et *tendere*, veteres quoque dicebant. Appianus l. 1. Civil. p. 403, πέντε σπειρῶν ἐν τῷ ἔργῳ σεσωσμένων [id est ἐσσυμένω, *transgressis*] ἐς τὸν Μέτελλον. Maximus Tyrius serm. 5, p. 50 ed. Heins. : ἡ τοῦ σώματος χρεία πνλυμερής τε οὖσα καὶ πολυδεὴς, σώζεται [*pervenit vel tendit*] τῇ συντελείᾳ τῶν μερῶν πρὸς τὴς ὑπηρεσίαν τοῦ ὅλου. Ipse jam Sophocles σωτὴρ dixit pro comite itineris, qui peregrinantem salvum et sospitem eo, quo destinatio fert, traducit. Versu ultimo Philoctetæ nempe Nymphas νόστου σωτείρας appellat.

(60) *Arcessentia*. Eodem sensu habet hoc verbum Theophanes pag. 145 et 146. Est proprie *prorsum vertere* e loco, quem quis occupat, eum extrahere et ulterius promovere.

(61) Significat hoc loci *otium, commoditas*, sic ut D liceat curæ corporis vacare, itinerum spatia et vices quietis ex arbitrio dispensare. Conf. paulo post c. 12. Malim itaque in Latinis reponi *per otium* aut *non absque valetudinis cura*.

(62) Celebre urbis limitaneæ et munitæ nomen apud Procopium et alios scriptores Byzantinos rerum ipsi æqualium. Theophanes p. 129, appellat χωρίον τῆς Μεσοποταμίας μέγα καὶ ὀχυρὸν μέσον τῶν ὅρων κείμενον Ῥωμαίων νε καὶ Περσῶν, et addit ab Anastasio Dicoro conditam Anastasiopolim fuisse dictam. Conf. Goar. ad h. l. Videtur Δάρασος esse, quam Hieroclis Synecdemus in Isauria ponit : vid. p. 710. ed. Wessel. Sitne hæc Daras, an potius Taro, illa, quam Constantinus in Vita Basilii p. 166 Τάραντα appellat, mihi non liquet ; vid. Alemann. ad Procop. p. 61, fine. Sim. Assemann. Bibl. Orient. t. I, p. 26 et 281, item t. II, p. 119. Evodius Assemann. Martyrol, t. I. pag. 141. Abulfeda in Geographia ex al Moschtareco appellat, *urbem parvam in pede montis Mardinensis*. Quod si cum Theophane non consentit, reputandum lapsum temporum et vicissitudines rerum veteri urbis splendori detraxisse. Auctor fragmenti geographici, quod Banduriis in notis ad Constantini Themata p. 10, produxit, si per Δάρες banc Daras designavit, quod fecisse videtur, falsus procul dubio fuit in eo, quod eamdem cum Taurizo vel Tebriso fecit. Hæc enim multo, quam illa, et recentior et in orientem borealem remotior est. Verba fragmenti sunt Δάρες, τό νῦν Ταῦρες.

αὐτῷ μετὰ τῶν στρατιωτῶν ἐν τοῖς μεθορίοις καὶ δέξασθαι τὸν πρεσβευτὴν καὶ τοὺς ἀνθρώπους αὐτοῦ. Καὶ εἴ μὲν ἐστιν τι ὀφεῖλον λαληθῆναι ἐν τοῖς μεθορίοις, λαλεῖται, τοῦ ἄρχοντος τοῦ Νησίβιος μέχρι τῶν μεθορίων μετὰ πλήθους Περσῶν συνερχομένου αὐτοῦ. Εἰ δὲ μὴ λαλεῖταί τί ποτε, καὶ οὕτως δεῖ πάντως συνελθεῖν αὐτὸν μετὰ πλήθους, καὶ τῶν Ῥωμαίων αὐτὸν παραλαμβανόντων καὶ τοὺς συνόντας αὐτῷ, δεῖ τοὺς λοιποὺς ἀπομεῖναι τῶν Περσῶν ἐν τοῖς Περσικοῖς τόποις, καὶ αὐτὸν μόνον μετὰ τῶν συνόντων εἰσελθεῖν εἰς τὸ Δάρας καὶ θεραπευθῆναι. Προσήκει δὲ τοὺς ἄρχοντας τοῦ Δάρας πολλὴν ἀγρυπνίαν καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι, ὥστε μὴ προφάσει τοῦ πρεσβευτοῦ (63) πλῆθος Περσῶν συνεισελθεῖν, κατὰ μέρος ἐπακολουθῆσαι, καὶ δόλῳ κρατῆσαι τὴν πόλιν. Ἀλλὰ τούτου τοῦ μέρους πολλὴν πρόνοιαν οἱ ἄρχοντες ὤφελον ποιεῖσθαι, καὶ ἐκ τοῦ ἀσυμφόνους (64) ἐγρηγορέναι, καὶ φυλάττειν τὸ σχῆμα τοῦτο. Οἱ δουκικοὶ δὲ κατὰ τὸ εἰωθὸς τὸ δαπάνημα τῆς ὁδοῦ μέχρι τῶν ἐνταῦθα ἡμερῶν ργ΄ (65) ἐπιδιδόασιν. Τοσαῦται γὰρ ἐξ ἀρχῆς ὡρίσθησαν ἀρκεῖν τῷ πρεσβευτῇ ἀνιόντι, καὶ τοσαῦται ἀπιόντι. Ἔστιν δὲ ὅτε βραδύνῃ ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ κελεύει ὁ βασιλεὺς, καὶ προσθήκη αὐτῷ γίνεται. Ἡ δὲ γνῶσις τῶν ἐπιδεδομένων αὐτῷ σώζεται ἐν τῷ σκρινίῳ τῶν βαρβάρων (66). Καὶ βέρεδα (67) δὲ κατὰ τὰ πάκτα (68), ἐπὶ Κωνσταντίνου ἐπάρχου πραιτωρίων γενομένου ἀπενεμήθη αὐτῷ πέντε, καὶ ζῶα λ΄. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἐὰν θέλῃ θεραπεῦσαι αὐτὸν, πολὺ πλέον αὐτῷ αὐτῷ ἐπιδοθῆναι κελεύει. Εἰ δὲ θέλει καὶ σιμῆσαι αὐτὸν, χρὴ πέμψαι καὶ δέξασθαι αὐτὸν διὰ τινος τῶν εὐϋπολήμπτων ἐπὶ Γαλατίαν καὶ Καππαδοκίαν καὶ θρέψαι· ὁμοίως δὲ πέμψαι καὶ εἰς Νίκαιαν καὶ θρέψαι καὶ θεραπεῦσαι. Δεῖ δὲ καὶ τὸν μάγιστρον, ἐρχομένου αὐτοῦ περὶ Ἀντιόχειαν, πέμψαι μαγιστριανὸν ὀφείλοντα ἀπαντῆσαι καὶ ἀσπάσασθαι αὐτὸν, καὶ μαθεῖν, πῶς διασitur. Interdum ne ipsi quidem magister litteras legato mittit, sed nudis mandatis et significationibus oralibus invitatur, ut cum fiducia, hilaritate et per otium in Urbem veniat. Missus itaque noster cum legato Persico Nisibina egressus iter et deductionem ejus instituit. Legato illi occurrere in confiniis debent præfecti Daræ cum militibus suis præsidiariis, ipsumque famulitiumque ejus excipere. Et, si quid opus est in confiniis moneri atque condici ab una alterave parte, id transigitur, præfecto Nisibinæ cum numero Persarum ad confinia usque legatum comitante. Si vero nihil tale monendum suppetat, oportet nihilominus tamen præfectum Nisibinæ cum cohorte suorum eum comitari, Romanisque legatum et ejus comites excipientibus, retro in locis dictionis Persicæ cum globo suo manere, solumque legatum cum comitatu suo in urbem Daras ingredi et a nostris ibi dignum cultum accipere. Daræ præfecti inter hæc vigili cura circumspiciant caveantque, ne sub prætextu legati multitudo Persarum simul in urbem intret, aut per partes subsequatur, et sic urbe potiantur. Hunc itaque locum diligenter sollicitequ meminerint præfecti, observentque Persas attento oculo, dissimulanter, ut id ageri ab ipsis non deprehendantur. Ducici [hoc est homines ad officium ducum illorum thematum, per quæ trajectus fit, pertinentes] impensas itineris ad hanc usque Urbem augustam in centum et tres dies præstant. Tot enim ab initio statim et jam a longo tempore statuti fuerunt et imputati dies legato, tam illinc huc, quam hinc illuc tendenti. Interdum tamen moras in via trahit et plus temporis impendit · adeoque indultu imperatoris additur, quod excurrit impensarum. **233** Notitia vero vel inculus in eum impensorum deponitur asservandus in scrinio barbarorum. Attribuuntur legato secundum

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(63) Egregie hunc locum illustrat Procopius Hœsch. p. 85.

(64) Sic novi Græci pro ἀσυνόπτου. Nicet. p. 179. vid. Theophan. p. 329, Cedren. p. 673, Scylitz. p. 826. Συμφανὲς pro σύνοπτον aut ἐμφανὲς habet Polybius p. 158 ed. Gron. Nunquam non in compositionibus alternant ἐν et σὺν. Verba καὶ φυλάττειν τὸ σχῆμα τοῦτο nescio qui factum ut prorsus præterierim in Latinis ; *debent hunc habitum (cette habitude, cette manœuvre) semper et ubique servare.*

(65) Miror tot dies, tres pene cum dimidio menses legati Persici per Asiam minorem itineri a Daras inde usque ad Hellespontum imputari, cum Anna Comnena scribat Alexiad. p. 169, ab Antiochia ad Nicæam intra octo dies perveniri. Finge id veredis dispositis nulla dierum noctiumque fieri quiete, continuato cursu. Attamen Busbekius CPli ad Amasiam, quæ sane haud multum abest Anastasiopoli, intra mensem se venisse tradit, epistola I. Debet igitur vitium nostris numeris inesse.

(66) Ubi chartæ ad barbaros spectantes jacebant et asservabantur. Latissimi ambitus vox barbari. Græcis vetustis significabat omnes et illos, qui Græce non loquerentur, et qui Græci non essent sanguinis, etiamsi Græco sermone uterentur, ut Macedones. Latinis vetustis audiebant sic omnes, qui Latine non callarent. Byzantini deinceps Græci sic in specie appellabant initio Persas, tempore post Saracenos ; Latini præcipue Germanoso. Vid. Script. post Theophan. p. 835. [Germani iidem ac barbari ; Goldast. ad Eginhard. p. 162.]

(67) Sunt equi curribus juncti et præsertim illi in usum cursus publici, per certas stationes dispositi, semper promti et parati. Non est vox a *vehendo*, quod putant grammatici, sed Germanica. Veteres Germani *peréd* pro equo dicebant. Belgæ adhuc *Paerd* dicunt, nos *Pferd* paulo durius. A Germanis id vocabulum ad Romanos Thracicos, et deinceps ad Arabes transit, qui *Barid* cursum publicum appellant. In cujus vocis etymologia grammatici Arabici valde se macerant, neque mirum. Erit de hoc ad Abulfedam dicendi locus, ad ann. 60 [Chr. 680] quo ait Moaviam obiisse, qui primus apud Arabes al Barid, τὸ βέρεδον ἢ τὸν ὀξέα δρόμον, instituerit, quem Muhammedani principes per multa sæcula, et adhuc sæculo XIII servabant, sed ut regale privato nemini licitum.

(68) *Pacta* sunt alias tributa, quæ una gens alteri ex pacto et condicto debet. Hic sunt ipsa fœdera, contractus, stipulationes. Ita annales Bertiniani A. 812 : *Legati Michaelis ad Carolum M. missi Aquisgrani scriptum pacti ab eo suscipientes more suo, id est lingua Græca, laudes ei dixerunt.*

omnia ut in silentio, veniuntque legati, non jam, ut antea, seorsim, simul omnes in uno corpore, sed separati, suo quisque in loco, inter illos magistratus, ad quos, velut collega, pertinet, adeoque Constantinopolitanis proceribus immixti. Jussu tum imperatoris introducit decurio legatorum homines seu comitatum, unum ordinem post alterum, sic eos clara voce excitans: « [Adestote vos comites tribuum ; » vos « didascalici [seu magistriani] ; vos « leucophori » [seu candidati] vos « cursores ; vos « decani ; » et in universum omnes, qui cum legatis advenerunt, excitat ; quibus imperator singulis rogam aut stipem largitur. Illis digressis, tandem ipsis quoque legatis donat ea, quæ ipsis præparari jussit, Quo facto silentiarii se jam componunt ad exspectandum imperatoris abitum, et imperator de throno exsurgit, et legati, si patricii non sint, adorant ipsum, valeque ipsi dicunt ; quod fit, si præsederit et audentiam dederit imperator in parvo æstivo consistorio apud gradus porphyreticos ; **232** quod si autem cerimonia contigerit in magno consistorio, fit valedictio apud fores deuterorum ; et abeunt, missæque fiunt. Litteras autem imperatoris ad alterum occidentalem ad se sumit magister, venientibusque ad se legatis et sibi domi suæ valedicentibus eas tradit.

A τιάριοι, καὶ ἐγείρεται ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐὰν μὴ ὦσιν πατρίκιοι, προσκυνοῦσιν αὐτὸν, καὶ συντάττονται, εἰ μὲν ἐν τῷ μικρῷ κάθητι κονσιστωρίῳ, ἐμπρὸς τῶν πορφυρῶν βάθρων ἐν τῷ θερινῷ κονσιστωρίῳ· εἰ δὲ ἐν τῷ μεγάλῳ κονσιστωρίῳ κάθηται, ἄνω πρὸ τῆς θύρας τῶν δευτέρων (57), καὶ κατέρχονται, καὶ μίσας ποιοῦσι. Τὰ δὲ γράμματα τοῦ βασιλέως λαμβάνει ὁ μάγιστρος, καὶ ἔρχονται καὶ συντάττονται αὐτῷ, καὶ δίδωσιν αὐτά.

CAPUT LXXXIX.

Observanda sub adventum magni Persarum legati, eoque in urbe præsente.

Postquam de adventu magni legati ad aulam renuntiatum est, oportet a magistro magistratum aliquem, illustrem [seu protospatharium] aut silentiarium aut tribunum aut etiam unum aliquem de ordine episemorum aut insignium aut magistrianorum, aut quemcunque ille voluerit et delegerit, in honorem viri advenientis in confinia mitti, qui eum ibi excipiat, in protectionem suam recipiat et ad Urbem augustam sospitem perducat. Hic itaque in eum finem missus proficiscitur Nisibinam, ubi legatum invisit et salutat, litterasque imperatoris ad eum, si quas sibi additas habet, ipsi tradit ; aut, si non imperatoris, magistri saltem ; quibus arces-

B

ΚΕΦΑΛ. ΠΘ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, πρεσβευτοῦ μεγάλου ἐρχομένου Περσῶν.

Δεῖ, μηνυομένου μεγάλου πρεσβευτοῦ, τὸν μάγιστρον πέμψαι εἰς τὰ μεθόρια ἕνα ἄρχοντα ἰλλούστριον ἢ σιλεντιάριον ἢ τριβοῦνον ἢ καὶ ἕνα τῶν ἐπισήμων (58), ἢ μαγιστριανῶν, ἢ ὃν ἂν συνίδῃ πρὸς τιμὴν τοῦ ἐρχομένου προσώπου πέμψῃ, ἵνα δέξηται καὶ διασώσει (59) αὐτόν. Ὁ δὲ πεμπόμενος εἰσέρχεται εἰς τὸ Νησίβιος, καὶ ἀσπάζεται αὐτὸν, καὶ ἐὰν ἔχει γράμματα τοῦ βασιλέως, ἀποδίδωσιν· (εἰ δὲ μὴ, τοῦ μαγίστρου) προτρέποντα (60) αὐτόν. Ἴσως δὲ οὐδὲ ὁ μάγιστρος γράφει, ἀλλ' ἐκ μανδάτων μόνον ἡ προτροπὴ γίνεται, ἐφ' ᾧ αὐτὸν ἐλθεῖν μετὰ εὐθυμίας καὶ θεραπείας (61)· καὶ ἐξέρχεται σὺν αὐτῷ.

C Δεῖ δὲ τοὺς ἄρχοντας τοῦ Δάρας (62) ἀπαντῆσαι

CAPUT LXXXIX.

Observanda sub adventum magni Persarum legati, eoque in urbe præsente.

Postquam de adventu magni legati ad aulam renuntiatum est, oportet a magistro magistratum aliquem, illustrem [seu protospatharium] aut silentiarium aut tribunum aut etiam unum aliquem de ordine episemorum aut insignium aut magistrianorum, aut quemcunque ille voluerit et delegerit, in honorem viri advenientis in confinia mitti, qui eum ibi excipiat, in protectionem suam recipiat et ad Urbem augustam sospitem perducat. Hic itaque in eum finem missus proficiscitur Nisibinam, ubi legatum invisit et salutat, litterasque imperatoris ad eum, si quas sibi additas habet, ipsi tradit ; aut, si non imperatoris, magistri saltem ; quibus arces-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(57) Sitne hoc a nominativo δεύτεροι, an a δεύτερα non dixerim. Latet ratio appellationis ; vestigium ejus nullum in nostro codice. Quo constat, mutata post Justinianum palatii structura, nomen hoc quoque desiisse.

(58) Reddidi *insignium* ; forte rectius *clarissimorum* ; de quibus v. Gutlier.

(59) *Traducat eum* per provincias juris Romani ; διασώζειν est *conducere*, *salvum et incolumem aliquem aliquo perducere* ; vid. Du Cange Gl. Gr. et ad Alexiad. p. 352, Luitprand. Legat. pag. 487. διασώστῃ *hoc est ductori meo* ; ubi quoque queritur, *sibi et suis datos equos*, *sarcinis non item* ; σώζειν pro *traducere*, et σώζεσθαι pro *transmigrare*, *transire*, *pervenire*, vel et *tendere*, veteres quoque dicebant. Appianus l. 1. Civil. p. 403, πέντε σπειρῶν ἐν τῷ ἔργῳ σεσωσμένων [id est ἐσσυμένω, *transgressis*] ἐς τὸν Μέτελλον. Maximus Tyrius serm. 5, p. 50 ed. Heins. : ἡ τοῦ σώματος χρεία πνλυμερής τε οὖσα καὶ πολυδεὴς, σώζεται [*pervenit vel tendit*] τῇ συντελείᾳ τῶν μερῶν πρὸς τὴς ὑπηρεσίαν τοῦ ὅλου. Ipse jam Sophocles σωτὴρ dixit pro comite itineris, qui peregrinantem salvum et sospitem eo, quo destinatio fert, traducit. Versu ultimo Philoctetæ nempe Nymphas νόστου σωτείρας appellat.

(60) *Arcessentia*. Eodem sensu habet hoc verbum Theophanes pag. 145 et 146. Est proprie *prorsum vertere* e loco, quem quis occupat, eum extrahere et ulterius promovere.

(61) Significat hoc loci *otium*, *commoditas*, sic ut liceat curæ corporis vacare, itinerum spatia et vices quietis ex arbitrio dispensare. Conf. paulo post c. 12. Malim itaque in Latinis reponi *per otium* aut *non absque valetudinis cura*.

(62) Celebre urbis limitaneæ et munitæ nomen apud Procopium et alios scriptores Byzantinos rerum ipsi æqualium. Theophanes p. 129, appellat χωρίον τῆς Μεσοποταμίας μέγα καὶ ὀχυρὸν μέσον τῶν ὅρων κείμενον Ῥωμαίων νε καὶ Περσῶν, et addit ab Anastasio Dicoro conditam Anastasiopolim fuisse dictam. Conf. Goar. ad h. l. Videtur Δάρασος esse, quam Hieroclis Synecdemus in Isauria ponit : vid. p. 710. ed. Wessel. Sitne hæc Daras, an potius Taro, illa, quam Constantinus in Vita Basilii p. 166 Τάραντα appellat, mihi non liquet ; vid. Alemann. ad Procop. p. 61, fine. Sim. Assemann. Bibl. Orient. t. I, p. 26 et 281, item t. II, p. 119. Evodius Assemann. Martyrol, t. I. pag. 141. Abulfeda in Geographia ex al Moschtareco appellat, *urbem parvam in pede montis Mardinensis*. Quod si cum Theophane non consentit, reputandum lapsum temporum et vicissitudines rerum veteri urbis splendori detraxisse. Auctor fragmenti geographici, quod Banduriis in notis ad Constantini Themata p. 10, produxit, si per Δάρες hanc Daras designavit, quod fecisse videtur, falsus procul dubio fuit in eo, quod eamdem cum Taurizo vel Tebriso fecit. Hæc enim multo, quam illa, et recentior et in orientem borealem remotior est. Verba fragmenti sunt Δάρες, τό νῦν Ταῦρες.

C non adoratum esse imperatorem eo die: Εἰ μὲν οὐκ ἦν Κυριακὴ ἔπιπτον κάτω, προσκυνοῦντες τοὺς δεσπότας... εἰ δ' ἦν Κυριακὴ, οὐβ ἔπιπτον κάτω προσκυνοῦντες, ἀλλὰ μέχρι τῶν γονάτων ἐποίουν τὸ σέβας τῆς προσκυνήσεως. Conf. p. 40, item p. 101, ubi dicitur orphanorum curator die festo symbolum fidei Nicænum in membrana scriptum imperatori offerens προσκυνεῖν τὸν βασιλέα μὴ τελέως πίπτων κατω, ἀνθ' ὧν βαστάζει τὰ σύμβολα, *adorare, non prorsus tamen usque in humum delabi, propterea quod symbolum sacrum ferat.* At eo tradito jam πιπτεί κάτω. Memorabilia hæc sunt verba, quoniam geminum genus adorationis memorant, *humi procidere, et usque ad genua tantum caput inclinare.* Prior ille modus duo diversos complectitur. Aut enim in genua sua procidebant adorantes et pedes adorati osculabantur; aut proni jacebant toto corpore porrecti, expansis manibus pedibusque velut pulverem terræ lingentes. Gradus hos ordine persequitur Oddo

D de Diogilo (apud Du Cange v. *Polychronia*): *Polychroniæ vocantur reverentiæ, quas non solum regibus sed etiam quibuslibet suis majoribus exhibent caput et corpus submissius inclinantes, vel fixis in terram genubus, vel etiam sese toto corpore prosternentes.* Primus modus *caput et corpus submissius inclinare* est ποιεῖν τὸ σέβας τῆς προσκυνήσεως μέχρι τῶν γονάτων, *officium adorationis usque ad genua facere*, id est caput suum usque ad genua sua demittere. Vid. infra p. 346. Effigiem sic adorantis videre est in Menologio Basiliano t. II, p. 57. Et Russi, si bene memini, superiores suos hoc modo adorant, a Græcis docti. Latini sequiores eum *inclinationem ante et retro* appellant. Miræ appellationis rationem suggerit Udalricus l. III, Consuet. Cluniac., c. 2.; *Qualibet novitius est instruendus, ut regulariter sciat caput inclinare, scilicet non dorso arcuato . . sed ita, ut dorsum sit summisius, quam lumbi et caput*

τούμενος ὑπὸ τῶν βεστητόρων. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀλλάσσει εἰς τὸ μουτατώριον, καὶ βάλλει καμπαῖα (40)

A flexo, nisi dies Dominica sit, adorat. Si custos palatii simul sit axiomaticus seu honoratus, salutat eum

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

summissius quam dorsum, quam inclinationem nos per usum ante et retro appellamus, quia incipit contra orientem et finit contra occidentem. De adoratione prono ventre peracta insignis est locus apud Procopium pag. 133, Histor. Anecdotæ : Παρὰ Ἰουστινιανόν τε καὶ Θεοδώραν τὰς εἰσόδους ποιούμενοι οἵ τε ἄλλοι ἅπαντες καὶ ὅσοι τὸ πατρίκιον ἀξίωμα εἶχον, ἔπιπτον μὲν εἰς τὸ ἔδαφος, εὐθὺς ἐπὶ στόμα χειρῶν καὶ ποδῶν εἰς ἄγαν τετανυσμένων, καὶ χείλει ποδὸς ἑκατέρου ἁψάμενοι ἐξανίσταντο. Ubi morem illum a Justiniano et Theodora recens invectum, procul dubio ex imitatione regum Persarum, ut intolerabilis et inhumani fastus argumentum graviter reprehendit ; v. ad p. 278. Imago ἐπ' ἐδάφους προσκυνοῦντος conspicitur apud Du Cange tabula II, præmissarum dissert. de nummis Byzantinis pone Glossar. Lat. De adoratione multis egit Selden. Titul. Honor. p. 54 sqq. Quod autem ad morem, ob quem hæc digressio instituta fuit, attinet, illum nempe, diebus Dominicis eos non adorandi, quos alias oporteret, antiquus ille est et Tertulliano jam memoratus, libro de Corona militum : *die Dominico jejunium nefas ducimus, vel de geniculo adorare, eademque immunitate a die Paschæ in Pentecosten usque gaudemus.* Alios locos citavit Josuas Arnd in Lexico Antiqu. Ecclesiast. Tit. *Dies Dominica* p. 307. Quibus addo illum Nili Monachi Epist. III, 21 : Τῇ Κυριακῇ ἡμέρᾳ ἑστῶτες εὐχόμεθα. τὸ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος στάσιμον ἐκτυποῦντες. Ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ἡμέραις τὰ γόνατα κλίνομεν, τὴν διὰ τῆς ἁμαρτίας πτῶσιν δηλοῦντες τοῦ ἀνθρωπείου γένους. Quandoquidem autem sacra die dominico a geniculatione in cultu Dei absolvebant, multo minus poterat homo honorem flagitare, cujus veniam Deus cultoribus suis faceret. Cum hoc more convenit ille monasticus, quo, qui leve quid peccasset monachus, diebus festis tantum manibus ad terram demissis se inclinaret velut quadrupes, eoque in situ faceret pœnitentiam ; reliquis autem de geniculo, ut loquebantur, vel in genua provolutus pœnæ statutæ satisfaceret. Ordo Cisterciensis (apud Du Cange v. *Articulus*) : *festivis quidem diebus super articulos, privatis vero super genua prosternantur ad sedem.*

(40) Dubium non est καμπάγια aut καμπάδια legendum esse. Quamvis enim forma καμπαῖα quoad grammaticam bona queat esse, si nempe a κάμπη, *campa, gamba* derives, eique faveat vox καμπότουβα (vid. p. 129,) quæ notat *campagia cum tubiis*, vel saltim *tubia ad campagia* aut *ad campas*, hoc est *crura, pertinentia*, non tamen in usu est, aut usquam reperitur. Sunt autem campagia, campalia cambadia (nam perinde omnia ista usurpantur) genus indumenti, quod crura et genua tegit, non corio, sed filtro aut lana factum, et procul dubio a camba vel gamba, id est crure (unde Francis *la jambe* venit,) dictum, et solis honestioribus viris in toga et aulicis officiis spectabilibus, non item vulgo, non sacerdotibus, non militibus usurpatum. Qualis autem ea parandi et induendi ratio fuerit, non adeo expeditum est dicere. Cum tamen frequens fiat mentio campagiorum in hoc codice, mei puto esse officii, ut argumentum hoc paulo diligentius excutiam, quamvis Salmasius tam id copiose variis in locis tractaverit, ut æstimanti viri doctrinam videri queat vel spicilegium postventuris non reliquisse. Et primo quidem loco proponam conjecturas de vocabuli etymologia, quibus multis profecto et diversis diu jactatus fui, quamvis inter omnes illa mihi maxime arrideat, quæ a gamba, flexu et articulo tibiae cum crure, ἰγνύα, derivat. Non deerunt quidem, qui a me produci ea, quæ ipse improbem, mirabuntur et ridebunt. Forte tamen non carebit ea res usu. Inducebat itaque aliquando locus Coripp i a Petavio ad Themist. pag. 378 citatus, ubi de campagiis et tzangis vir ille doctus agit, ut crederem campagia esse a Campania, regione Italiæ, dicta. Locus hic est :

Cruraque puniceis induxit regia vinclis,
Parthica Campano dederant quæ tergora fuco.

Parthica tergora sunt de illo corii genere, quod nos hodie *Turcicum saffianum rubrum* appellamus. Talia tergora prædicat poeta *Campano fuco* infecta. Certe *Canusinæ pelles* admodum celebres erant, non quod ibi coriaria pararentur arte, sed quod ibi rubro colore tingerentur ; v. Du Cange v. *Canusinæ pelles*. Sed deprehendi deinceps, campagia non B pellibus, sed filtris, πιλωτοῖς, fuisse facta. Quare conjectura illa irrita fuit, nisi forte a sic dictis *calabricis* ei præsidium quærere placeat, quæ fuerunt genus quoddam ligaturæ, quo crura impediri et constringi solebant, ut constat e Pelagonio I. 1, Hippiatric. c. 38. : Ἀναπατοῦντος αὐτοῦ καλαβρικοῖς τὰ σκέλη ποιεῖ καταδεσμεῖσθαι. In mentem deinde venit, a *camaso* repetendam esse vocem, π littera servili ex more Græcorum intrusa. Καμάσιον appellabant veteres τὸ ἀμφίμαλλον. Isidorus : *Camasus, amphimallus*. Unde hoc. non novi. *Camasus* certe est vox Arabica, et omnem στολὴν, σκευήν, indutum, præsertim τὴν εὔχρηστον, expeditum, agilem, in quo homo se facile movere potest, notat. Sed quamvis filtrina essent campagia, fuisse tamen villosa non legi, nisi uno in loco Bernardi Udonis apud Murator. Scr. Rer. Ital. t. III, p. 629. : *Illico summissi chiffonibus* [Pontificis Romani recens electi] *oscula figunt Villosis, dedit ora Pater, dedit* C *oscula blanda.* Sunt autem *chiffones, scuffones* et *scaffones* idem atque *udones* et *campagia* ; v. Du Cange h. v. Etiam hoc Arabicum est vocabulum ; *schoff* vel *schuff* est *pannucia*, pannus vilis, detritus, usu longo tenuis factus. Possit tamen non de nihilo hæc conjectura videri, cum idem pene, quod veteres campagia, nos *Camaschen* appellamus. Cœpi porro suspicari, essetne vox a *campo* derivanda, tanquam si eo vocabulo tibiarum velamenta significarentur, quibus in campo usus esset. Sane femoralia *campestria* ex ista ratione dicebantur. Et poterat nomen rei in bello et in usum militum primum inventæ deinceps retineri, re quamvis ad usum pacis traducta ; quod in multis contigit. Ocreas olim *æstivalia* appellabant (unde nobis *Stiefeln*), quoniam iis per æstatem maxime usus erat. Æstate enim pleraque bella geruntur ; unde Hispani ad exemplum Arabum expeditionem bellicam *Azeifia*, id est *æstivationem*, D appellant, et *in æstivis habere* dixit Capitolinus in Marco Antonino p. 390 pro in castris et in bello secum habere. Vocabulum tamen *æstivalia* mansit, etiamsi tempore secuto major iis usus per hiemem, quam æstate, esset. Obtulit se deinceps vocabulum λαμπάδια. Potuit sane decursu temporis, ingravescente barbarie, pro *l* substitui *c*. Sunt autem λαμπάδια fasciæ, lora longa, astrictoria, bandagia, ut hodie loquuntur. Vox aliquoties apud Dionem Cassium legitur. Inde nostra Germanica vox *Lumpen*, pannuciæ, et *Lappen*, ῥάκος. Cum tamen jam a tertio p. N. C. sæculo campagia scriptis celebrentur, quo tempore nondum sæviebat omnia deformans barbaries, vix credibile est *c* pro *l* substitutum fuisse, præsertim cum librarii non varient. Ergo magis placebat κοπάδια, et littera μ pro noto Græcorum more inserta, κομπάδια, id est ῥάκη, λάκη,

imperator benigno alloquio. Ibidem ipsi quoque occurrit crux, humi fixa ad ejus dextram etane,

καὶ λευκὸν αὐρόκλαβον διβητήσιον (41) καὶ τὴν πορφυρᾶν χλαμύδα, καὶ ἐκεῖθεν ὡς ἐν Μαρτίῳ πᾶσα ἡ

JOAN. JAC. RESKII COMMENTARIUS.

laciniæ, *frusta*. Sane *compadiatim* habet Paulus Diaconus pro *frustatim*; vid. Du Cange v. *Copadium* et *Compadiatim*. A κόπτω id venire, liquet. Mirum procul dubio nonnullis accidet, me nonnisi chiffones, lampadia, compadia, id est pannucias, lacinias, crepare. Sed, ut patebit paulo post, campagia vix aliud quid, quam laciniæ erant. Verum, cedo alteram, ais. Eccam. *Caba* filtrum subtile et multa paratum arte notat Arabibus et Persis. Campagia filtro erant confecta. Quidni ergo inde campagia arcessemus? Sane terminationes meræ videri possent esse ἄδιον et ἄγιον, et sunt quoque in multis vocabulis. Mihi quidem in tanta conjecturarum non improbabilium multitudine et in rei, ut antiquæ, obscuritate distractus in diversa animus dubitat, cui calculum ferat. Maxime tamen illuc inclino, ut campagia a campa vel gamba, articulo cruris cum femore, derivem, ut supra jam monui. Confirmat hanc etymologiam vocabulum *cambale*, quod notat candidam illam latam orbicularem linteam fasciam, quæ summitati ocrearum supponitur et genui circumponitur. Germani ridicula et absurda dictione *Stiefelmanschetten* appellant, quasi dicas *manicas æstivalium* seu ocrearum; v. Du Cange v. *Cambale*, ubi veterem chartam citat, in qua *cambalia et picralia* memorantur cum alia suppellectile equiti necessaria. *Picralia* ibi sunt calcaria. Sed satis etymologiarum. Videamus nunc, quid rei fuerit campagia. Didicerat Salmasius a Pollione campagia reticulata fuisse, unde hæc edicit ad Tertull. p. 363 : *Campagia diversa erant a peronibus vel bottis; non enim solida integraque pelle crura operiebant, sed fasciis multis reticulatim implexis cingebant.* Videtur vir summus verum vidisse, et campagia aliud nihil fuisse, quam *fasciæ*, quibus veteres crura vestiebant, et de quibus ipse multa disputavit ad Lampridii Alexandr. Severum p. 973 sqq., eoque illum falli, quod campagia barbarici cujusdam tegumenti genus perhibet fuisse ad Trebellii Pollionis Gallienum p. 234, ubi copiose de campagis disserit. Apparebit hoc ex ejus verbis clarius, quæ illinc non piget excerpere. *Verius ergo*, ait l. c. p. 237, *reticulos ideo similes visos Gallieno campagos propter lororum et corrigiarum, quibus circa crura alligabantur, variam et multiplicem decussatimque volutam implicationem, quæ reticulatum plane opus referret.* Magni momenti ad hanc rem conficiendam locus ille Pollionis est, quo refert Gallienum imperatorem *campagos reticulos* appellasse. Ex illo enim discimus id esse *campagia*, quod pene ubique in pedibus speculatorum martyres Christianos omnibus suppliciis necantium conspicimus in imaginibus Menologii Basiliani, reticulatum opus, quod sæpe non crura solum, sed ipsa quoque femoralia uno continuo tractu vestit. Operæ pretium est ad cognoscendam rem veterum vestiariam illas imagines, rudes quamvis, inspicere. Quædam talium compagorum seu compagohosarum habent, prorsus ut nostræ Camaschæ, et ut hosæ Husarorum, usque ad summum femur in externa parte nodulos, quibus astringi et resolvi rursus a corpore possunt. Unde venias in suspicionem reticulatum illud opus non ex diversarum fasciarum artificiosa et tædiosa complicatione constare, sed panno intextum esse, aut alia quacunque arte impressum. Cum tamen aliunde constet, usque ad VIII sæculum et ulterius veterem Romanum morem fasciis decussatim plexis crura vestiendi apud occidentales populos perduraese : pictor autem, qui Menologium Basilianum imaginibus illustravit; res ex sui sæculi more exhibuit, antiquitatis, ut illa ferebant sæcula, prorsus ignarus : necesse est campagia adhuc nono sæculo apud Græcos in usu, et non integros solidos pannos, sed fascias complicitas et decussatim contextas fuisse. De more occidentalium, ad quem digitum intendi, constat. Veterum enim Francorum vestitus cruralis hic erat. *Crura primum tela linea involvebant* (reddo verba cl. Muratorii t. II. Ant. Ital. p. 434), *quam tibiale dicebant; tum fasciolas superlibiales, et super omnia corrigias inducebant, ut aptarent constringerentque telam ad tibias.* Didicit ille hoc a Monacho Sangallensi, cujus hæc sunt verba valde memorabilia : *Erant Francorum antiquorum ornatus vel paratura calceamenta forinsecus aurata, corrigiis tricubitalibus insignata : fasciolæ crurales vermiculatæ* [id est coccineæ] *et sublus eas tibialia ac coxalia linea, quamvis ex eodem colore, tamen artificiosissimo opere variata, super quæ et fasciolas in modum crucis intrinsecus et extrinsecus ante et retro longissimæ illæ corrigiæ tendebantur.* Ait Monachus antiquorum Francorum illum habitum fuisse. Atque specta Carolum M. in tabula (si bene memini) sexta Parietinarum Lateranensium Alemanni, videbis in ejus pedibus campagia illa Francica. Inspice imaginem imperatoris Lotharii in capitularibus regum Francicorum Baluzianis. Duo illi proceres ipsi astantes (ni memoria fallit, nam neque hic liber scribenti hæc ad manum est) campagia gestant. Compara porro cum loco modo allato Monachi Sangellensis duo de campagis agentes, quos caput illud futile et insulsum codicis nostri, quadragesimum puta libri secundi, suppeditat, intelliges campagia aliud nihil fuisse, quam fascias laneas aut filtrinas tortuosis anfractibus super lineum amiculum, crurium carnem proxime stringens, circumplexas. Illo capite rationem reddere vult ex theologia Græcorum monachorum mystica, quare consules olim Romani, et ad eorum exemplum deinceps magistri et patricii aulæ CPtanæ festo die paschatis loros seu trabeas et scipiones et compagia gesserint et gererent. Ad campagia hæc illius capitis : Τὸ δὲ λίνῳ ἐσφηνῶσθαι ἀμφίῳ, μετὰ καὶ χρυσωμένων πεδήλων... et deinceps sub finem capitis : Ἀπὸ δὲ καμπαγίων, ἃ Λατίνων φωνῇ προσαγορεύεται, τοῦ πολεμικοῦ ἀνδρὸς τὸ εὐκίνητον. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ὀχυροποιεῖσθαι διὰ τῆς κατὰ τὰ σκέλη ἐκ πίλων περιπλοκῆς. Tria hic observamus diversa, *calceos auratos*, *linteum tegmen crura ambiens*, quod idem cum tubiis videtur fuisse, de quibus v. ad p. 245, et *circumplexum filtrinum*. Sic satis bene confecimus, quid fuerint campagia; dicendum nunc est, campagia virorum ordinis senatorii gestatum fuisse. Id quod ex eo patet, quod non liceret coram imp. nisi in campagis comparere, aut ad sacram mensam accumbere, non tantum toga, sed etiam sago conspicuis proceribus. Quamvis enim milites caligas gestarent, unde etiam στρατεῖαι ἀποκάλιγοι dicuntur, *militiæ de caliga*, vel quæ cum caliga fiunt (vid. Du Cange v. *Apocaligus*), honoratiores tamen rectores militum, qui non minimam comitatus partem efficiebant, procedebant in aulam, et sacris epulis adhibebantur in campagis, ut e Cletorologii nostri multis locis patet. Ex eo quoque factum, ut senatus ἡ ὑποκαμπάγιν σύγκλητος passim nostri codicis appelletur. Ut militaris ordo a gestamine pedum *apocaligus*, ita senatorius ὑποκαμπάγιν dictus fuit, ut qui esset ὑπὸ καμπαγίων. Insitatior quidem usus particulæ ὑπό hic est; facile tamen patet, ὑπό hic idem atque ἀπό valere; ἀποκαμπάγιν, οἱ ἀπὸ καμπαγίων, id est μετὰ καμπαγίων

(41) Scribitur quoque ὀηβητίσιν, quod idem sonat. Satis frequens hujus vestis mentio apud Nostrum, rara apud

οιρεκτιῶν [27-28] γίνεται, καὶ κάθηται εἰς τὴν καρούχαν, προηγουμένου τοῦ σταυροῦ καὶ τῶν περσικίων (42). Συγκάθηται (43) δὲ αὐτῷ καὶ ὁ πρῶτος πατρίκιος, ἢ ὃν ἂν ἐπιτρέψῃ, φιλῶν αὐτοῦ τὰς χεῖρας (44)· οἱ γὰρ

A quam vestitores tenent. Imperator tum mutat vestes in mutatorio, et induit campagia et candidum auroclavum dibetesium et purpuream chlamydem ; et inde fit tota directio seu comitatus processionalis

VARIÆ LECTIONES.

[27-28] ΣΧΟΛ. ὀψίκευσις.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

παγίω, προϊόντες. Quis ergo clericorum, quis vulgi erat indutus pedum et crurum, si militum caligæ et procerum aulicorum campagia erant? Puto non diversum a militari fuisse. Clerici vulgusque pariter atque milites gerebant braccas cum tibialibus ex una solida massa factas, ad malleos pedum propemodum procedentes, quibus perones seu caligas paulo infra genu desinentes superinducebant. Sed de his hic non est disputandi locus. [De compagiis clericis permissis vid. Donat. Constantini M. p. 66. De calceis patriciorum Romanorum lunula seu Kappa Latino ornatis, propterea compagiis dictis, vid. Salmas. p. 101 seqq. ad Simmiæ securim.] Est ad Herodis dedicationem statuæ manibus Regillæ sacratæ p. 153 edit. Crenianæ.

insigniter manicatis processisse, fidem facit imago imperatricis CPtanæ apud Rhamnusium de bello Veneto ed. Gaffarelli, tab. 2, ubi manicæ perparum a solo absunt. Si ergo dibitisium et granatza non discrepuerit, non improbabile esset vesti ab Arabibus acceptæ nominis natales ab Arabibus quoque arcessere. Sane si διβιτζίσιον scriberetur hæc vox, unica littera addita, non dubitarem eam Arabicam pronuntiare. *Dibetsch* appellant Arabes vestem splendide auro pictam. Quandoquidem vero lubricum hoc est, satius erit, donec exploratius quid præsto sit, vocabulum nostrum a Latino *dives* derivare ut *dibitisium* sit vestis divitis operis, hoc est pretiosa dives auro. Num autem vestis genus Latinis sequioribus celebratum, *diapistin* cum dibitisio nostro aut cum Suidæ διαβίκια conferri debeat, viderint me doctiores. Certe διαβίκια vestem notat coloris galbinei, qui viciam æmuletur ; et scriptores medii ævi vestem diapistin subviridis fuisse coloris aiunt, qui proxime a galbineo abest. Hugo Falcandus Hist. Sicul. : *Hic diapistin color subviridis intuentium oculos grato blanditur aspectu* ; v. Du Cange v. *Diapistus*. Nolo conjecturis diutius immorari, ne in somnia incidam. E Nostri p. 151, intelligitur babuisse hanc vestem quoque capputium aut cappam, qua caput velaret imperator, si stemma seu infulam non gereret.

rara apud alios ; et neminem pene novi, qui eam memoret, præter Leonem Grammaticum, cujus locum Du Cange Gloss. Gr. h. v. habet, cum expositione, quam Leunclavius in Pandecte Turcica protulit, a Græcis, quibuscum versatus fuit, sibi communicatam, auctoribus dignam. Hos nempe homines antiquitatis et rerum omnium ignaros nugivendulos consultum oportet ire, si quid declaratum cupis. Suidas quoque meminit in Lexico. Sed obscurum, quod aiunt, per æque obscurum exponit. Reddit nempe διβητήσια per διαβίκια. Nos ille non morabitur. Videbimus potius quid dibitesium fuerit. E Nostro colligitur, fuisse vestem imperialem, qua uti præter imperatorem, Cæsarem et nobilissimum nemini licuerit, quæ stricte corpori adhæreret (nam pag. 245, στιχάριν διβητήσιν appellatur), et pertigerit usque ad talos, et sub chlamyde vel et sago fuerit gestata. Patet illud e loco Leonnis Grammatici p. 466, et e Nostri p. 13, 113, 129, et 133, mitto alios. Hæc reputanti secum videri possit dibitisium idem atque granatzam a Codino dictum et sic descriptum cap. VII Offic. n. 35 : Ἔτι καὶ ἀπὸ τῆς Ἀσσυρίων βασιλείας κατῆλθε τὸ φόρεμα μέχρι καὶ νῦν τῶν βασιλέων Γρανάτζα λεγόμενον, ὅπερ φορεῖ ὁ βασιλεὺς ἄνευ ζώνης, οὗ κρεμάμενα τὰ μανίκια διήκουσι μέχρι τῶν ἀστραγάλων. Ὃ δὴ φόρεμα καὶ τῶν ἀρχόντων ἕκαστοι ἔχουσιν ἐπ' ἀδείας φορεῖν, πλὴν ἐζωσμένον, τῶν μανικίων ἐμπεπηγμένων ὄντων πρὸς τὴν ζώνην ὄπισθεν. Καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς φορεῖ, καλεῖται γρανάτζα, τὸ δὲ τῶν ἀρχόντων λαπατζᾶς, ὅπως δὲ, ἄδηλόν ἐστιν. Si idem fuit granatza et dibitisium, tenemus ejus formam : fuit tunica cum longis ad talos usque dependentibus manicis, qualem vestem imperator quidem solutam, id est cingulo non astrictam, gerebat, manicis libere promissis ; proceres autem eam gerebant cingulo ad corpus astrictam, manicis intra cingulum abditis. Herilem vestrm granatza dici, ait Codinus, procerum illam lapatzam. Unde id, se ignorare ; vestem ipsam ex Assyria venisse. Id ipsum quoque probat vox *lapatza*, quæ Arabica est. *Lebas* in genere *amictum*, ἱμάτιον notat. Verum *garnacia* est Germanica ; vid. Du Cange h. v. Mirum profecto vocis Germanicæ et Arabicæ in eodem vestitu conjugium. Ipsam vestem Arabicam esse, aut potius orientalem, dubium non est. Manicas longas trahere Arabum est omnium, chalifarum olim erat manicis viginti ulnas longis appendere. Nam revera non hominum tales manicæ, sed manicarum homines sunt appendices. De longis illis chalifarum manicis locus erit ad Abulfedam agendi. Græcos imperatores in tunicis

(42) Non repetam, quæ supra ad p. 230, de persiciis disputavi. Nunc tantum id dicam, loco crucis et persiciorum vel bursarum consuevisse imperatoribus vetustis paganis ignem et purpuram præferri, ut ex Herodiani loco L. VII, c. 1, constat, ubi de Quartino quodam invito ad summam dignitatem rapto ait : Ἁρπάσαντες ἄκοντα καὶ οὐδὲν προειδότα στρατηγὸν ἑαυτῶν κατέστησαν, πορφύρᾳ τε καὶ πυρὶ πομπεύοντα [quæ lectio bene habet, non mutanda] τιμαῖς ὀλεθρίοις ἐκόσμησαν *cum purpura et igni*, id est faculis ardentibus, *publica in pompa procedentem honoribus exitialibus affecerunt*. Vid. dissert. de *igni Augustis prælato*, quæ octava est inter Academicas Eschenbachii p. 519, sq.

(43) Solebant veteres imperatores Romani amicum aliquem in currum secum sumere, quia solum vebi aliquem in curru pro arrogantia accipiebatur; v. Vales. ad Amm. Marcell. p. 141, et infra p. 405.

(44) Ubi humanum et communem se volebat imperator ostendere, manus aut pectus dabat osculanda. Et erant certi gradus osculorum. Quidam, vilissimi nempe, nonnisi pedes, honestiores et pedes et genua et manus aut has tantum : charissimi et maximo honore habiti pectus imperatoribus, pares quoque dignitate caput, ut frontem, genas, labia deosculabantur. Apud Romanos quidem amicorum alii oculos, alii collum, servi denique manus herorum osculabantur ; vid Arrian. Diss. Epictet. pag. 136 ed. Cantabr. Verum aucto deinceps fastu cum aucta barbarie et imminuta potentia, mores Persici asciti, et procumbere humi atque adorare dominos et osculari eorum genua jussi vel illustres quique. Nam a Persis manasse illum morem osculandi alicujus genua, patet ex Herodoti l. I, c. 134, ubi ait: Οἱ συντυγχάνοντες ἀλλήλοισι· ἐν τῇσι ὁδοῖσι τῷδε ἄν τις διαγνοίη, εἰ ὁμοιοί εἰσιν... ἀντὶ γὰρ τοῦ προσαγορεύειν φιλέουσι τοῖσι στόμασι. Ἢν ὁ ἕτερος ὑποδεέστερος ἀλίγῳ, τὰς παρειὰς φιλέονται. ἢν δὲ πολλῷ ἡ ὁ ἕτερος ἀγεννέστερος, προσπίπτων προσκυνέει τὸν ἕτερον. Bene tenendum ultimis verbis Herodo-

eodem modo, ut paulo ante facta fuerat in Campo Martio ; et inscendit imperator in carrucham, præeunte cruce et persiciis. Assessorem habet in curru suo primum patricium, aut quemcunque deligat alium ; qui quum inscendit, imperatoris manus osculatur. Cæteri proceres currum præcedunt. Ubi venerit in forum Constantini, descendit e carrucha, et salutat præfectum urbis et senatum. In his offert ipsi princeps senatorum unaque præfectus urbis modiolum [seu repandam coronam] aureum. Post salutatos verbis senatores omnes rursus ascendit imperator in carrucham, **241** sed solus in ea considet : illinc sub conductione senatorum et archontum pergit ad Magnam ecclesiam, transitu per augustæum facto e regione horologii, magnumque per pylonem seu portale intrat in mesaulum seu atrium. In marthece fit mutatorium seu vestium mutatio, et deponit imperator coronam, præposito eam tradens. Hic eam deinceps domino reddit, qui eam in sacra mensa deponit, et cimilia, quæ vo-

ἄλλοι ἄρχοντες προλαμβάνουσι· καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν φόρον Κωνσταντίνου, κατέρχεται ἐκ τῆς καρούγας, καὶ δέχεται τὸν ὕπαρχον τῆς πόλεως καὶ τὴν σύγκλητον. Προσφέρει δὲ αὐτῷ ὁ πρῶτος τῶν συγκλητικῶν μετὰ τοῦ ἐπάρχου τῆς πόλεως μοδίολον χρυσοῦν (45). Καὶ μετὰ τὸ δέξασθαι πάντας ἀπὸ στόματος, ἀνέρχεται εἰς τὴν καρούχαν, καὶ μόνος κάθηται. Δηριγεύεται δὲ ὑπὸ τῶν συγκλητικῶν καὶ τῶν ἀρχόντων, καὶ ἔρχεται εἰς τὴν ἐκκλησίαν παριὼν διὰ τοῦ αὐγουσταίου ἀντικρὺ τοῦ ὡρολογίου, καὶ εἰσέρχεται διὰ τοῦ μεγάλου πυλῶνος ἐπὶ τὸ μέσαυλον. Ἐν δὲ τῷ νάρθηκι γίνεται μουτατώριον, καὶ ἀποτίθεται τὸν στέφανον, καὶ πάλιν λαμβάνει αὐτὸν ὁ πραιπόσιτος, καὶ ἐπιδίδωσιν, καὶ ἀποτίθεται αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, καὶ προσφέρει κειμήλια, ἅπερ βουληθείη, καὶ (46) χρυσίον δωρεῖται (διαφόροις γὰρ οἱ βασιλεῖς δωρεαῖς φαίνονται πρὸς τοῦτὸ χρησάμενοι), καὶ ἐξέρχεται καὶ ἵσταται ὀλίγον ἐμπρὸς τοῦ καγκέλλου, καὶ μετὰ ταῦτα εἰσέρχεται εἰς τὸ παρατίκλιν (47), καὶ ἀκούει τοῦ Εὐαγγελίου.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

tum non προπίπτων dicere, sed προσπίπτων, *accidit ad stantem*, et προσκυνεῖ, *adgenuat, admovet os ejus genubus*. Id enim προσκυνεῖν proprie ; κῦνος et γοῦνος vel γοῦνα: et γοὐνατον omnia idem, *genu*. Vix veniam osculi pedum faciebant imperatores proceribus, solo contenti manuum osculo, nisi aut diebus Dominicis aut festis aut alia quadam solemnitate, ubi religio aut vetus ritus eos juberet modestia uti, et de gradu suo se demittere. Cujus rei passim nostri codicis prostant exempla, et paulo superius ad p. 240 a nobis allata fidem faciunt. Veteres quidem imperatores illis capita deosculabantur, quibus osculandum suum pectus opponerent, ut ex Ammiano Marcellino discitur ; recentiores ad insolentiam elati nihil horum, satis indulsisse putantes, si manum porrigerent. Locus Ammiani est XXVIII : *Ex his quidam cum salutari pectoribus oppositis cæperunt, osculanda capita in modum taurorum minacium obliquantes adulatoribus offerunt manus aut genua suaviarda*. Infra cap. 51 libri secundi dicitur præfectus urbi quando ascensurus est in carrucham, in qua cum imperatore procedere in horrea, debet, ei genua osculari, mulio autem, antequam jussus consideat ad regimen equorum capessendum, pedes imperatoris osculari. Sed an solis licebat imperatoribus oscula pedum admittere ? aut licebat ne proceribus pati eumdem honorem sibi a suis clientibus haberi ? Non succurrit exemplum hominis privati, cui tanta demonstrata fuerit veneratio. Genua tamen et manus patriarchæ osculari mos erat, pedes non item. At quomodo osculabatur patriarcha imperatorem, et hic vicissim illum in Agape seu osculo pacis ? Labratone, an per porrectam vicissim crucem ? Certe sacerdotes laicis, quibus os aut vel manus præbere dedignabantur, crucem argenteam aut Christum crucifixum in tabula pictum porrigebant osculandum. Muhammedani sibi invicem occurrentes barbam deosculantur. Ille tamen ritus vix videtur apud Græcos obtinuisse, qui barbas radere solebant ; quamvis patriarchæ plerique eas alerent.

(45) Modiolus erat genus coronæ imperialis turritæ in summo latioris, in imo, qua caput tangebat, angustioris, ad instar situlæ (unde quoque *situla* medio ævo *modiolus* fuit dicta, vid. Du Cange Gloss. Lat. h. v.) aut intar vasis potorii, *modioli* quoque dicti, quod, auctore Vitruvio, apud Goarum ad Cedren. p. 485 citato, *ad summum elatum est ad imum revertit*, id est ἀναχωρεῖ, angustius fit, in semet coit. Modiolus quoque terminus fabrorum lignariorum est, *Sims* vel *Crantz*, projecturam vel mœniana columnarum vel parietem notans, quibus imponi aliquid potest. Est quoque modiolus illa lignea sepes columnis stylitarum quondam in summo circumducta, velut corona, ne in columnis habitantes decíderent ; v. Majelli dissert. de Stylitis apud Assemannum in Martyrologio t. II. In universum omnia rotunda in imo angustiora, in summo latiora et ampliora *modios* et *modiolos* appellabant. Sic modius erat ille πύργος vel turricula lignea, per quam tali et tesseræ lusoriæ in tabulam mittebantur. Vid. Du Cange v. *Modiolus* et Μοδίολος et Μοδιος. Facile apparet convenientia cum his τοῦ βασιλικοῦ μοδιόλου, *imperialis modioli* vel *circuli*, de quo Cedrenus l. c. et Noster hic, et cujus egregiam imaginem videre est in monumento Ravennate apud Alemannum ad Procopium p. 77. Quæ Goarus ad l. c. Cedreni multa de modiolo habet, omnia aliena sunt. Sed venia debet dari docto viro, cui multa ad hanc partem antiquitatis necessaria sua ætata deerant ; quod et de aliis dictum volo, si forte quorumdam errores tango. Et hanc mihi quoque veniam dari cupio. Dies diem docet. Melius interpretatus est Banduri t. II Ant. orient imp. p. 497. Accedit ad figuram modioli *propoloma*, ornatus capitis turritus Augustarum, de quo dico ad pag. 151. Tantum hæc intercedit differentia. Modiolus erat lamine aurea in summo aperta. Sed propoloma erat stemme seu infula pannis pretiosis facta, aureis circulis et gemmis ornata, et in vertice clausa,

(46) Facile patet ex interpretatione mea, ἢ ante καὶ inserendum esse, quod membranæ deest.

(47) Non novi quid sit, Forte idem et atque *paratorium* vel *diaconicum*, de quo vide Du Cange Constant. Christ. III cap. 68 et Gloss. Lat. v. *Paratorium*. Locus ille erat, ubi sese parabant pontifices et sacerdotes, id est vestes sacras ministerio destinatas obeundo induebani. Viderint alii, quantum huic conjecturæ tribuendum sit. Vel potest conjici, scribendum esse παρατρίκλιν pro παρατρίκλινον. Nam imperatores in cyclio ad dextram seu meridionalem bematis plagam habuisse tres diætas, unam metatorium, alteram triclinium, tertiam cœtonem, in quibus audirent lectiones Evangelii et Epistolæ, pranderent post peractum cultum divinum, et dormirent quoque, supra demonstravi, ubi de cyclio egi p. 9. Possit quoque de παρακυκλίν cogitari, *paracyclio* : sed id minus probo.

ἐὰν δὲ θέλει, καὶ συνάγεται (48), καὶ ἀναχωρεῖ, ἐπιτιθέντος αὐτῷ τὸν στέφανον τοῦ ἐπισκόπου (49), κατὰ τὸ ἔθος τῶν προκέσσων τῆς ἐκκλησίας ῥογεύει τοῖς κληρικοῖς, καὶ ἔρχεται ἐπὶ τὸ παλάτιον, καὶ ἀπαντῶσιν αὐτῷ πάντες οἱ συγκλητικοὶ ἔσω τῆς ῥηγίας· ἀπαντῶσι δὲ αὐτῷ καὶ οἱ κόμητες τῶν σχολῶν οἱ φυλάξαντες τὴν πόλιν· καὶ τὸ παλάτιον (δεῖ γάρ τινας αὐτῶν ἀπομεῖναι (50) καὶ φυλάξαι τὸ παλάτιον μέχρι οὗ ὑποστρέψῃ ὁ γενόμενος βασιλεύς), προσκυνοῦσιν αὐτὸν, ἐὰν μὴ εἴη Κυριακὴ, καὶ φιλοῦσιν τοὺς πόδας, καὶ δέχεται αὐτοὺς ἀπὸ στόματος· καὶ μετὰ ταῦτα προσφέρουσιν αὐτῷ οἱ συγκλητικοὶ ἅμα τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως πιττάκιον τρισχιλίων λιτρῶν ἀργύρου, καὶ μεθὸ δέξηται, ἀντιχαρίζεται αὐτοῖς τὸ πιττάκιον, καὶ οὕτως εἰσέρχεται δηριγευόμενος ὑπὸ πάντων, καὶ συντάσσονται οἱ ἔπαρχοι καὶ ὁ ἔπαρχος [29] (51) ἐν τῷ κονσιστωρίῳ κατὰ τὸ ἔθος. Οἱ δὲ συγκλητικοὶ καὶ πάντες οἱ ἄρχοντες ἵστανται, καὶ εἰσέρχεται εἰς τὸ κουβούκλειον μετὰ τῶν πατρικίων, καὶ ἐκεῖ συντάττονται οἱ πατρίκιοι καὶ ἐξέρχονται, καὶ δίδονται μίσσαι. Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι ὅρκον οἱ ἄρχοντες τοῦ παλατίου παρέχουσιν, ὡς οὐκ ἐπιβουλεύουσιν αὐτῷ ἢ τῇ πολιτείᾳ, καὶ τὸ περὶ τούτου ὁρκοσκοπτικὸν (52) φυλάττεται παρὰ τῷ βασιλεῖ· ἐὰν δὲ

A luerit, offert, aut et signatum quoque aurum donat [ecclesiæ]. Deprehenduntur enim imperatores nostri in hoc auro donario non eumdem omnes modum tenuisse. Dein exit imp. [e bemate], paululumque stat ante cancellos; tum intrat in paraclitium, et audit lectionem Evangelii. Si cupiat, etiam communionem sacram accipit et abit, episcopo ipsi coronam imponente, secundum consuetudinem processionum ecclesiæ rogam seu stipem dat clericis, et intrat in palatium, ubi omnes senatores ei intra regiam portam occurrunt. Sed et comites scholarum occurrunt, qui urbem et palatium hactenus custodiverant. Debent enim aliqui, cæteris in campum exeuntibus, intus remanere et palatium custodire, donec recens electus imperator redierit. Hi in genubus eum adorant, modo non sit ea dies Dominica, B pedesque ipsius osculantur; quos vicissim imperator benigno alloquio excipit. Deinceps offerunt ipsi senatores per præfectum urbis pittacium vel schedulam, in qua ipsi ter mille argenti litræ dono assignantur. Imperator accipit quidem, sed protinus reddit offerentibus neque retinet. Sic itaque ingreditur stipatus ab omnibus ordinibus in interiora palatii. Præfecti tunc et magister in consistorio li-

VARIÆ LECTIONES.

[29] μάγιστρος pro ἔπαρχος conj. R.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(48) Vel, ut Nicetas p. 24, ait ἐν μεθέξει τῶν θείων μυστηρίων γίνεται, *accipit synaxin*, id est sacras epulas, sacram communionem vel participationem eucharistiæ, vid. Du Cange Gloss. Lat. v. *Synaxis*. Ut autem recens promoti ad dignitates benedictionem in ecclesia et communionem e manibus patriarchæ accipe debebant, ita quoque novi imperatores et reges sub imperii auspicia eucharistiam percipere. [*In coronatione regum Francorum tollitur corona major a capite imperatoris et minor imponitur. Ejus inclusium crematur ob sacram unctionem. Communicat sub utraque. Sic jussit Ludovicus IX anno* 1179; v. Ceremon. de France t. I, p. II.] Σύναξις autem non est, ut volunt ineptientes Græculi, ἀπὸ τῆς τοῦ λαοῦ συναγωγῆς, sed a synaxi, congregatione, coitione, convivatione, epulis communibus, ad quas coeunt ejusdem communionis homines; vid. du Cange v. σύναξις μεγάλη, ubi inter alia hæc citat e Joanne Carpathio: Ὡς ὀψία ἐγένετο ἐποίησε μεγάλην σύναξιν, καὶ εἶπεν Καταλύομεν (*dejejunamus*) δι' ὑμᾶς ὅτι ἀπὸ κόπου ἐστέ. Vid. Interpretes Diogenis Laertii Vit. Pythagoræ, ubi Gyraldus vocem βάρβαροι de Christianis et eorum synaxibus interpretatur, pag. D 518. Utar hac occasione, ut exponam, quid sit λεβιτών, quandoquidem ὁ συναξικὸς λεβιτών in mentem venit. Sic autem appellabant τριβώνιον, pannuciam, quam propterea tunc temporis tantum, quum sacram synaxin celebrarent, seu ad communionem irent, induebant monachi, quoniam in eo sacrum ordinem suscepissent. Est nempe λεβιτών vox Arabica, *filtrum*, πιλωτόν notans.

(49) Conf. quæ ad p. 239, ubi contra Seldenum demonstravi, ante Justinum Minorem jam datum fuisse patriarchis, ut imperatores novos coronarent. Multum tamen falleretur, qui hoc ex loco arguere vellet, idem patriarchas jam Leoni Magno peregisse. Quamvis enim cœperit hoc caput coronationem Leonis exponere, non tamen omnia ad eum pertinent. Constantinus Porphyrogennetus aut homines, quibus compilandi negotium commiserat, tumultuarie, absque ordine miscere tempora et res solent. Propterea distinxi p. 239, post vocem τάξιν, et novum paragraphum incepi a verbis μετὰ οὖν... quoniam quæ deinceps sequuntur ad Leonis C coronationem non spectant, sed in universum ritus persequuntur, quibuscum imperatores eorum temporum inaugurari solebant, Leone sæculo pene recentiores. Quod ex commemoratione ecclesiæ Magnæ seu Sanctæ Sophiæ constat, quæ a Justiniano M. perfecta fuit A. C. 537, sexagesimo quarto post excessum Leonis M. qui A. C. 473 obiit. Non quidem claris verbis S. Sophiæ fit mentio. Atqui cuinam alii competit ille situs, Augustæum et Horologium in vicinia, et prætereunda e palatio in ecclesiam commeaturo? Extra omne dubium est, S. Sophiam, non aliam ecclesiam, ista locorum demonstratione designari. Impositio autem coronæ caput imperatoris a patriarcha facta, quam præsens locus attingit, non est illa solemnis, quæ in ipso inaugurationis et nuncupationis actu fit: nam in præcedentibus jam dicitur imperator eam gestasse et deposuisse sub introitum ecclesiæ. Sed nescio qualis secundaria impositio coronæ super aliari ecclesiæ cathedralis benedictionibus consecratæ, cum antea in antimensio tantum in loco non sancto, tribunali Hebdomi nempe, consecrata fuisset a patriarcha.

(50) Retro manere, domi manere, abeuntibus reliquis. Hinc ἀπομονεύς infra in Tactico dicitur vicarius imperii, qui imperatore in castra excedente domi manet, urbi regiæ et rebus publicis gubernandis.

(51) Non dubito καὶ ὁ μάγιστρος debere reponi, quod etiam in Latinis exhibui.

(52) Scholiastes Basilicor. ad l. XXII, p. 185, habet ὁρκισκόπιον. V Du Cange Gloss. Græc. h. v. Notat igitur terminatio σκόπιον aut σκοπικὸν *exemplum*, ὁρκοσκόπιον *exemplum juramenti*, in quo exigente necessitate, aut alias lubente animo, inspici dictum sacramentum, consuli, expendi potest.

centiam abeumdi sumunt. At senatores et cæteri magistratus permanent adhuc ibidem stantes, donec ingressus imperator in cubiculum in comitatu patriciorum, his abeundi veniam dederit: his autem egressis, tandem missæ dantur. Non prætereundum, proceres palatinos fidem suam jurejurando obligare, se nunquam aut ipsi imperatori aut imperio insidias structuros esse. Litteris consignatam ejus sacramenti formulam asservat imperator penes se. Si Augusta sit in palatio, obviam it imperateri novo, sed in palatio, id est intra augusteum; ejusque caput imperator osculatur. Ad convivium penes se tum retinet imperator in magno triclinio, ad suam quidem, cui ipse accumbit, 242 tabulam præpositos et patricios, quos voluerit, et præfectos et magistrum; ad reliquos autem accubitus seu mensas milites, quos inse designaverit, aut et magistratus

A εἴη Αὐγουστα ἐν τῷ παλατίῳ, ἀπαντᾷ τῷ βασιλεῖ ἐν τῷ παλατίῳ, ἤτοι (53) ἐν τῷ αὐγουσταίῳ ἔσω, καὶ ὁ βασιλεὺς φιλεῖ τὴν κεφαλὴν (54) αὐτῆς· καὶ τρέφει (55) ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ μεγάλῳ τρικλίνῳ, ἐν μὲν τῷ ἰδίῳ αὐτοῦ ἀκουβίτῳ τοὺς πραιποσίτους καὶ πατρικίους, οὓς βούλεται, καὶ τοὺς ἐπάρχους καὶ τὸν μάγιστρον, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀκουβίτοις τοὺς στρατιώτας, οὓς ἂν κελεύσει, ἢ ἄρχοντας στρατιωτικούς. Εἰσέρχονται δὲ καὶ παίγνια ἐν τῷ ἀρίστῳ, ἐὰν συνίδῃ [30] ὁ βασιλεύς. Χρὴ εἰδέναι, ὅτι ἀπὸ Ἐλενιανῶν ἕως τῆς πόρτης δύο κόμητες σχολῶν κρατοῦσι τὰ μῆλα τῆς καρούχας (56), ἀπὸ δὲ τῆς πόρτης ἕως τοῦ φόρου δύο κόμητες δομεστίκων, ἀπὸ δὲ τοῦ φόρου ἕως τοῦ παλατίου δύο ἀπὸ ὑπάτων στρατιωτικοὶ (57) κατὰ τὸ σχῆμα τὸ λεχθησόμενον ἐν τοῖς περὶ τοῦ Μαρτίου (58) γεγραμμένοις. Εἰ δὲ βούλεται ὁ βασιλεὺς, ἀναχωρῶν ἐκ τῆς ἐκκλησίας ποιεῖ κονσιστώ-

B

VARIÆ LECTIONES.

[30] σινίδῃ cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(33) Hic est disjunctivum. Non enim idem est palatium et Augustæum. Palatium est magnum illud palatium, in quo Chrysotriclinium, Lausiacum, Justinianeum, XIX accubita, etc., et in eo habitabat Augustus. Augustæum autem contiguum quidem illi, at diversum tamen palatium, in quo degebat Augusta. Propterea velim in Latinis hic loci pro verbis *id est* reponi *aut etiam*.

(54) Multum indulgebant et de majestate sua remittebant, et dans osculum et accipiens, ut parez. Alias enim vix quemquam osculabatur imperator. Valerii Augusti humanitatem et submissionem laudat Ambrosius in oratione in ejus exsequias ex eo, quod *manus et caput sororibus osculabatur, memor imperii, memor germanitatis, et quo magis aliis potestatis jure præstaret, hoc se magis humilem sororibus exhibebat.*

(55) Novus imperator debebat proceres convivio excipere. Non dubito, posse morem hunc e loco Capitolini t. I. Hist. Aug. p. 541 probari, quamvis quod ibi narratur inciderit in Kalend. Januarias, quibus alias quoque imperatores ad epulas vocare Senatum solebant. Verba ejus hæc sunt de novo imp. Pertinace: *Ea die etiam ad convivium magistratus et proceres senatus rogavit, quam consuetudinem Commodus prætermiserat.* De Michaele Rangabe Theophanes ait p. 418, eum post coronationem instituisse κοινὴν ἀγγαλλίασιν, id est convivium publicum.

(56) Vid. pag. 405. Videntur *poma carruchæ* esse globi ænei deaurati, quos apprehendebant olim in currum inscendentes et descendentes sublevandi sui et firmioris gradus causa. Currum imperatricis Irenes in publica splendida per festum Paschatis processione a quatuor patriciis apprehensum fuisse narrat Theophanes p. 400, c. 4: Προῆλθεν ἡ βασίλισσα ἐπὶ χρυσοῦ ὀχήματος ἐποχουμένη τέσσαρσιν ἵπποις λευκοῖς συρομένου καὶ ὑπὸ τεσσάρων πατρικίων κρατουμένου. Ergo in singulis currus lateribus erant bina poma. Qui animo sibi fingere velit, quo loco posita fuerint ista poma, inspiciat tabulam 3 et 5 arcus Theodosiani apud Bandurum, ubi principes Scytharum curribus vecti conspiciuntur, in quos inscendebatur per fenestras e quovis currus latere singulas. Talium fenestrarum singulis angulis singula poma metallica apponebantur apprehendenda inscendentibus. Quoniam vero tales currus alti essent, et non haberent βασμίδια, ut qui ascendere vellent, deberet vastos gressus facere et crura in amplum diducere, hinc habebant feminæ nobiles suas parasitas, quæ dorsum præberent calcandum in terram pronæ porrectæ, et nisu facto in altum tollerent sibi insistentes. Quod non tantum vetustæ Syriæ regnis factum, ut e Plutarchi libro de parasitis, ni fallor, constat, verum etiam medio adhuc ævo in usu erat; et viros quoque id fecisse constat e Niceta Choniata, cujus hæc sunt verba: Οὐ βραχεῖς δὲ καὶ τῶν κάθ' αἷμα βασιλεῖ ἐγγιζόντων καὶ οἷς τὰ ὑπερήφανα τῶν ὀφικίων ἀνέκειτο τοὺς ὤμους ὡς θρανίδας ὑποβάλλοντες ἐπὶ τῶν λαμπρῶν καὶ μετεώρων θώκων τὴν βασιλίδα ἀνέφερον. Vel etiam erant in singulis carruchæ angulis singula poma, e quibus surgebat uraniscus pyramidalis, sub quo sedebat curru vehendus; ad illum fere modum, quo fit *Almahmel* seu lectica, qua quotannis al Cairo Maccam devehitur endyta templi Maccani et quam lecticam Vansleb. p. 347 de sa relation d'Egypte sic describit: *Ce Mahmel était fait en forme de lit... il y avait aux quatre coins quatre grosses pommes couvertes d'une étoffe très riche et du milieu de ces pommes il s'élevait en pyramide.* Μῆλον est omne globosum, ad instar mali tuberosum, eminens. Ita quod veteres in galea κῶνον appellabant, novis est μῆλον, ut e locis Leonis atque Mauritii constat Du Cangio citatis in Gloss. Gr. h. v. Catenæ, e quibus polycandela in ecclesiis dependebant, dicuntur Chronico Cassinensi III 33 *malis*, id est bulbis, globis æneis deauratis, distingui consuevisse. Idem Chronicon III, 57: *Candelabra argentea cum malis chrystallinis.* Sunt ibi mala globi cum supposito petiolo angusto et foramine perquam exili, per quod oleum guttatim in candelabrum destillat. Super ciborio in ejus apice, ad formam lilii efficto, foliis scissis repandis, sphæra stabat, quam Codinus μῆλον appellat, Paulus Silentiarius πόλον, cum cruce gemmata super insistente; vid. Du Cange ad Paulum p. 572.

(57) Ergo erant quoque exconsules civiles. At qualis dignitas qualeve officium fuerit, seu in curia, seu in castris, apohypatorum, hypatorum et dishypatorum, fateor me ignorare.

(58) Periit hæc particula de campo Martio, quam promittit. Fuitne forte apud primos Byzantinos quoque imperatores talis conventus publicus procerum regni in campo Martio calendis Martiis, qualis in historia Francica celebratur? (Vid. Du Cange Gloss. Lat. v, *Campus.*) Et an hic ille designatur, vix putem.

ριον, καὶ δέχεται πάντας ἀπὸ λευκῶν χλανιδίων (95) καὶ τζαγγίων (60) διὰ τὸ ὡς ἀπὸ προκένσου ἐλθεῖν, καίτοι τοῦ βασιλέως καμπάγια φοροῦντος, καὶ κιτεύονται οἱ ἄρχοντες, καὶ ποιεῖ προαγωγὰς, ἃς βούλεται. Δεῖ δὲ ἐν τῷ ἀρίστῳ πάντας καμπάγια φορέσαι καὶ λευκὰ χλανίδια, καὶ οὕτως συναριστῆσαι αὐτῷ. Τῇ δὲ ἑξῆς ἱππικὸν ἐπιτελεῖται, ἐὰν ἡ ἡμέρα μὴ κωλύει, πάντων ὁμοίως λευκὰ χλανίδια καὶ καμπάγια φορούντων, καὶ πάλιν τρέφει, ἐὰν ἀρέσκει αὐτῷ. Καὶ ταῦτα μὲν ἡ ἀρχαιότης (61). Νῦν δὲ ἐπενοήθη καὶ ἐν τῷ ἱππικῷ (62) τὰς ἀναγορεύσεις γίνεσθαι. Ἀναγκαῖον δὲ ἐνομίσαμεν καὶ ἑτέρων βασιλέων ἀναγορεύσεις ἐν ἐπιτόμῳ γράψαι, ἵνα ἕκαστος τὸ εὐτακτότερον καὶ ἀρέσκον αὐτῷ, καιποῦ γινομένου (ὅπερ βραδέως ὁ Θεὸς ποιήσει), ἐπιλέξηται.

A militares. Intrant quoque ludi et ludiones in prandium, sed non nisi conscio et indulgente imperatore. Tenendum quoque hoc est, ab Helenianis inde usque ad portam poma carruchæ teneri a duobus comitibus scholarum ; a porta vero inde usque ad forum [Constantini] a duobus comitibus domesticorum ; a foro tandem usque ad palatium a duobus exconsulibus, militaribus, secundum ceremoniale, de quo latius exponetur in tractatione de Campo Martio. Si lubet imperatori, facit, postquam ex ecclesia in palatium venerit, consistorium, et excipit omnes candidis tunicis et tzangiis seu calceis indutos; quia tanquam a processione veniunt, quamvis ipse imperator adhuc campagia gestet ; citantur B proceres nomine tenus, et facit imperator promotiones pro lubitu. In prandio convivali autem debent omnes campagia gestare et candidas tunicas, et sic epulis interesse dominicis. Sequente die, nisi ejus religio prohibeat, peragitur hippicum seu certamen equestre, omnibus omnino candidas tunicas et campagia gerentibus : rursusque editur convivium, si domino placuerit. Et hæc quidem olim in usu erant. Nunc autem ex inventione recentiore solent in hippico [seu circo] novorum principum electiones et proclamationes fieri. Necesse vero nobis visum fuit etiam aliorum præter istum Leonem imperatorum renuntiationes breviter enarrare, ut imperatorum ætate nostra posteriorum unusquisque, tempore veniente, (quod tarde tamen venire jubeat et quam diutissime arceat Deus,) id quod sibi videatur bono ordini decorique maxime congruum et præcipue arrideat, deligat.

ΚΕΦΑΛ. ϟΒ'.

Ἀναγόρευσις Ἀναστασίου βασιλέως τοῦ τῆς θείας λήξεως.

Ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως (63) Ἀναστάσιος ἐν τῷ

CAPUT XCII.

Inauguratio Anastasii imp. divinæ sortis.

Piæ sortis vel memoriæ Anastasius proclamatus

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(59) Color vestium albus erat color curiæ, in quo comparendum erat coram domino, vide pag. 15.

(60) De tzangis copiose egerunt Salmasius ad Script. Hist. Aug. t. II, Petav. ad Themist. p. 378, Du Cange utroque Glossario et Muratorius Antiq. Ital. t. II, p. 429. Erant ocreæ coriaceæ, quæ ad genua fere pertinerent, interdum quoque magnam femorum partem tegerent. Unde quoque nomen habent. Nos *crus* appellamus *Schenkel*. Diminutivum hoc est a vetusto *Schunk*, inus, unde quoque *Schinken* est *un jambon*. In colore earum dignoscebatur gestantis ordo et dignitas. Imperatores et Augustæ rubras gerebant, filii imperatorum nondum coronati violaceas, ut patet e loco Cinnami, quem nolo hic præterire. Est p. 12: Ἐπειδή ποτε πρὸς ὕπνον κατέδαρθεν ὁ Μανουὴλ, γυνή τις ὄναρ ἐφίσταται τούτῳ, ὄψις σεμνή, μέλαινα ἐσθῆς, ἐν δὲ χερσὶ πέδιλα, ὁποῖα βασιλεῦσιν ὑποδεδέσθαι νόμος, καὶ παρεῖχε ταῦτα τῷ Μανουὴλ, χρῆσθαι κελεύουσα, ἀποσείσαμένῳ ταυτί· ἐδείκνυε δὲ τὰ σύνηθη κυανᾶ. *Cum puerulus adhuc Manuel aliquando dormiret, apparebat ipsi per somnium mulier, vultu venerabilis, pullata, tenens in manibus ocreas, quales gestare solent reges, quas ipsi porrigebat, induere jubens, illas vero alteras (quo cum dicto monstrabat consuetas violaceas) abjicere.* Huic tamen loco adversatur ille Alexiadis p. 79, ubi Anna claris verbis dicit Constantinum Porphyrogennetum. Michaelis Ducæ imp. filium, regnante patre rubras ocreas gestasse, illo autem ejecto et Nicephoro Botoniata in id invadente, μετὰ τὴν παράλυσιν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Μιχαὴλ τοῦ Δουκᾶ τὰ ἐρυθρὰ μὲν ἐκὼν ἀπεδύσατο πέδιλα, τὰ δὲ κοινὰ καὶ μέλανα ὑπεδύσατο. Insignis hic est locus, quo discimus cæterorum calceos aut ocreas fuisse nigras. Pergit Anna : Nicephorus, quasi pudore et miseratione juvenis, ut rubris imperialis coloris usum in C calceis neque negaret prorsus, neque omnino indulgeret, τὰ μὲν μέλανα ἐκεῖνον ἀποδαλεῖν διωρίσατο, ἐκ ποικίλων δὲ σηρικῶν ὑφασμάτων ὑποδήματα προσέταττε περιδεῖσθαι et τὸ μὲν κόκκινον δι' ὅλου ἀπαστράπτειν αὐτοῦ τῶν πεδίλων οἷον ἐφθόνει, τὸ δὲ τινας τόπους ἐκ τῶν ὑφασμάτων ἄνθεῖν τὸ κόκκινον ὑπεδίδου. Ergo calceos non corio tantum, sed etiam pannis sericis aliisque gestabant.

(61) Hæc verba et quæ deinceps usque ad finem capitis, non sunt Petri Magistri, cujus præcedentia, sed Constantini Porphyrogenneti aut ejus, qui pro eo compilavit.

(62) Quod olim vetustis Græcis theatra erant, id novis erant circi. Res omnes majoris momenti, quæ ad populum referri debebant, in circo proponebantur et perficiebantur ; aut præcipue electio et homagium novis imperatoribus debitum. Exemplum habemus deinceps in Anastasio Dicoro hac D ipsa pagina paulo inferius, et in Justino Seniore p. 248 fine, et in Leone Juniore p. 250 et in Michaele Balbo, de quo vide Cedren. p. 533. Pariter in Italia rex Longobardorum Adelwaldus in circo Mediolanensi rex fuit salutatus, teste Sigonio de R. It. p. 30 (28). *[Gregorius Turonensis p. 157 : *Igitur celebrato justitio Mauritius indutus diademate et purpura ad circum processit, acclamatisque sibi laudibus, largiti populo muneribus, in imperio confirmatur.*]* Eadem ipsa pene verba leguntur apud Paulum Warnefridum de Gestis Longobard. III, 15, ubi vid. Lindenbrog. Antiquis temporibus electio tam in campo fiebat, quam in circo. Circensis erat magis popularis, campana magis militaris. Campus enim erat velut imago illorum castrorum, quæ Romæ olim ante urbis mœnia erant, in quibus milites prætoriani habitabant.

(63) Res ipsa et hæc formula quoque clamat, etiam caput hoc Petri Magistri esse, cujus etiam

et inauguratus fuit imperator in hippico [seu hippodromo] hoc modo. Zenone divinæ sortis vita defuncto, coibant nocte ab ejus obitu proxima proceres palatini et senatorii ordinis viri et episcopus [seu patriarcha] in porticu, quæ magno triclinio prætensa est. Populus autem [proximo mane] in hippicum conveniebat, suamque quisque stationem occupabat. Milites pariter in hippico in stamate astabant. Hic congregati magna cum vociferatione et tumultu novum imperatorem flagitabant, mortui supremis nondum humatis. Unanimi consensu igitur suadebant proceres Ariadnæ, divinæ sortis Augustæ, ut ascenderet in hippicum ibique populum alloqueretur. Ascendebat ergo illa, imperatoria chlamyde induta, in comitatu amborum præpositorum et magistri, item castrensis **243** et quæstoris omniumque reliquorum, quos una cum imperatore speciare certamina equestria mos est, Comitabantur eodem quoque pauci quidam cubicularii de parte seu comitativa ejus ; item archiepiscopus, qui tum erat, Constantinopoleos Euphemius. Cæteri autem proceres coram in conspectu dominæ astabant ibi, ubi cursores stare solent, ad cancellos et in gradibus secundum dignitatum ordines ; chartularici quidem [seu scriniarii vel togati] ad dextram, militares autem ad sinistram. Ut itaque stans Augusta sese populo monstrabat, exclamabant omnes : « Ariadne Augusta, tu vincas. Pie Domine, vitam ipsi longam indulge. » Sæpius etiam : « Kyrie eleison » iterabant, et : « Multos

A ἱππικῷ ἀνηγορεύθη οὕτως. Ἀποθανόντος Ζήνωνος τοῦ τῆς θείας λήξεως, ἐν τῇ νυκτὶ τῇ ἐξῆς συνῆχθησαν οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ συγκλητικοὶ (64) καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐν τῷ πορτίκῳ τῷ πρὸ τοῦ μεγάλου τρικλίνου, ὁ δὲ δῆμος ἐν τῷ ἱππικῷ ἐν τοῖς ἰδίοις μέρεσιν, οἱ δὲ στρατιῶται καὶ αὐτοὶ ἐν τῷ ἱππικῷ ἐν τῷ στάματι. Καὶ πάντες συναχθέντες ἐξεβόων, τοῦ λειψάνου ἔτι ἔσω κειμένου. Συνεῖδον οὖν οἱ ἄρχοντες Ἀριάδνην τὴν τῆς θείας λήξεως Αὐγούσταν ἀνελθεῖν εἰς τὸ ἱππικὸν καὶ προσφωνῆσαι τῷ δήμῳ. Καὶ δὴ ἀνῆλθεν φορέσασα τὴν χλαμύδα, καὶ συνεισῆλθον αὐτῇ οἱ δύο πραιπόσιτοι (65) καὶ ὁ μάγιστρος, καὶ ὁ καστρήσιος, καὶ ὁ κυαίστωρ, καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, ὅσοι ἔθος ἔχουσιν συνθεωρεῖν τῷ βασιλεῖ ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις. Συνεισῆλθον δὲ ἐν τῷ ἱππικῷ καὶ κουβουκλάριοι ὀλίγοι τοῦ μέρους αὐτῆς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, Εὐφήμιος. Οἱ δὲ ἄλλοι ἄρχοντες ἔμπροσθεν ἔστησαν, ἔνθα οἱ κούρσωρες ἐν τῷ καγκέλλῳ, καὶ ἐν τοῖς βάθροις κατὰ τάξιν, οἱ μὲν χαρτουλαρικοὶ ἐκ τῶν δεξιῶν, οἱ δὲ στρατιωτικοὶ ἐκ τῶν ἀριστερῶν. Καὶ ὡς ἔστη ἡ Αὐγούστα καὶ ἐφανη τῷ δήμῳ, πάντες ἔκραξαν· « Ἀριάδνη Αὐγούστα, σὺ νικᾷς· εὐσεβῆ Κύριε, ζωὴν αὐτῇ. » Καὶ πολλάκις τὸ « Κύριε, ἐλέησον (66), » εἶπον· « Πολλὰ τὰ ἔτη τῆς Αὐγούστης· ὀρθόδοξον βασιλέα τῇ οἰκουμένῃ (67). » Ἡ δὲ Αὐγούστα προσεφώνησεν αὐτοῖς διὰ λιβελλησίων ἐξ αὐτῶν τῶν βάθρων. Ὁ γὰρ λιβελλήσιος ἐν αὐτοῖς τοῖς βάθροις ἱστάμενος ἐν τῷ καγκέλλῳ ἐμπρὸς τῆς σέλλης, ἔνθα ἵστανται οἱ κούρσωρες,

B

C ἀνέγνω οὕτως· « Ἡ ὑμετέρα γενναιότης (68) τὰ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

sunt tria proxime sequentia. Nunquam enim Græculi οἱ κληρικομανεῖς, sacerdotum mancipia, decimo sæculo Anastasium appellassent piæ sortis imperatorem, qui deprimere nasum gentis ambitiosæ norat εὖ γε ποιῶν.

(64) Quando archontes et syncletici opponuntur. videntur illo nomine sagati, οἱ στρατιωτικοί, hoc autem οἱ χαρτουλαρικοί (ut p. 243 appellantur), id est togati proceres ; quando autem nude archontes et indefinite memorantur, ut vs. D. 7, proceres omnes utriusque generis designari.

(65) Nempe ambarum partium, unus Augusti, alter Augustæ.

(66) Vox Christianis Deo supplicantibus frequentissima, non tamen Christianæ originis. Hac ipsa enim jam gentiles deos suos compellabant, ut ex Arriani dissert. Epict. p. 186 constat.

(66) Præcipua cura Græcorum, ex quo tricas sacerdotum magnum reputare et revereri didicerunt, fuit, ut orthodoxum regem haberent. Conf. capite sequentia, in quibus eadem formula. Subintelligitur αἰτούμεθα, vel simile quid. Ita acclamationes concilii Chalcedonensis Actu 1 : Τὸν ὀρθόδοξον τῇ συνόδῳ *orthodoxum synodo*, nempe datum aut restitutum volumus episcopum. Apud Malalam, t. II, p. 63 : Αὐτὸν ἐπίτροπον, Λύγουστε *hunc procuratorem, Auguste*, flagitamus, a te petimus. Apud eumdem p. 126 clamant victoriati : Ἄλλον βασιλέα τῇ Ῥωμανίᾳ. Natant exempla similia in scriptoribus. Alia ellipsis infra est p. 300. τὸν λογοθέτην, scil. κάλει Quid sit ἡ οἰκουμένη ibi dicam, ubi de significatu vocis ἔρημος agendum erit, p. 257.

(68) *Strenuitas vestra*. Unde remansit apud nos, Germanos mos, sensim tamen exolescens, allocutione *Eure Gestrengem* erga nobilem aut judicem prætorianum utendi. Mos ille, hodie tam tritus et vulgaris, viros in abstracto, ut aiunt logici, appellandi, ut virum strenuum si compello, eum titulo *vestra strenuitas* compellandi, alios *vestra excellentia*, alios *vestra magnificentia*, *vestra venerabilitas*, et sic porro, *clementia*, *celsitudo*, *serenitas*, *gratia*, *dilectio*, *majestas* — *vestra*, jam illis obtinebat temporibus non sub Anastasio natus, neque sub Leone Magno, qui postquam (v. supra p. 230) Anthemium, imperii collegam, πρώτατον ἄρχοντα appellasset, subjicit ἡ ἡμερότης αὐτοῦ *clementia* vel *mansuetudo* aut *gratia ejus* ; sed jam in scriptoribus historiæ Augustæ ejus vestigia prostant. Spartianus Diocletianum alloquens in Vita Ælii Veri p. 224 : *Eo prope genere*, ait, *quo nostris temporibus a vestra clementia Maximianus atque Constantinus Cæsares dicti sunt.* Concilium Arelatense medio sæculo IV : *quoniam Lucianam, Capitonem, Nasutium, episcopos dignitas ejus* [Constantini imp.] *ad proprios lares pervenire præcepit.* Ad imperatores alloquii formulæ erant ἡ βασιλεία ἡ αὐτοκρατορία, ἡ γαλήνη, τὸ κράτος ὑμῶν, et aliæ. Sic supra p. 165 in acclamatione ad imperatorem : Θεὸς ὁ στέψας τὴν ὑμετέραν γαλήνην Erga patriarcham erat formula ἡ ἀγάπη σου (v. Sym. Nag. p. 457), μακαριότης (vid. Novell. Justin. p. 71. nov. 3.) Constantinus epistola ad Leonem pontificem : Προτρέπομεν τὴν ὑμετέραν πανιερον κορυφὴν item τὸ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης πρόσωπον. Episcopo quoque competebat ἡ ὑμετέρα ἀγγελικὴ στρατηγία *ducatus vester in militia annuntiatoria*, id est : o tu, qui militantibus in militia seu defunctis officio annuntiandi verbum Dei præes (vid. Du Cange v. *Angelus*) ; ἡ γλυκύτης ὑμῶν *suavitas* vel *dilectio vestra*, pater ad filium. Theophan. pag. 87 ἡ σὴ στιβαρότης, *Eure Gestrengen*, strenuitas et rigiditas, inflexibilitas vestra in justitia administranda, Maximinus in edicto ad præfectum urbi-

πρέποντα καὶ νῦν τῇ καθοσιώσει (69) συνήθως ἐπ- A
εδείξατο καὶ τὴν εὐταξίαν ἐθεβαίωσεν, τὰ ὀφειλόμενα
τῇ βασιλείᾳ φυλάξασα ! » Παρὰ πάντων ἐβοήθη·
« Ἡμεῖς δοῦλοι τῆς Αὐγούστης· εὐσεβῆ Κύριε, ζωὴν
αὐτῇ· πολλὰ τὰ ἔτη τῆς Αὐγούστης ! Ἀριάδνη Αὐ-
γούστα, σὺ νικᾷς· Ῥωμαίων (70) βασιλέα τῇ οἰκου-
μένῃ ! » Ἀπόκρισις· « Ὅτι καὶ πρὸ τῶν ὑμετέρων
αἰτήσεων ἐκελεύσαμεν τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἄρχουσι καὶ
τῇ ἱερᾷ συγκλήτῳ μετὰ κοινῆς τῶν γενναιοτάτων
δοκιμασίας ἄνδρα ἐπιλέξασθαι Χριστιανὸν, Ῥωμαῖον,
καὶ πάσης γέμοντα βασιλικῆς ἀρετῆς ὥστε μήτε
χρημάτων, μήτε ἄλλῳ τινὶ, ὅσον τό γε ἐν ἀνθρώποις,
ἀνθρωπίνῳ πάθει ὑποκεῖσθαι ! » Ὑπὸ πάντων ἐκρά-
γη· « Ἡολλὰ τὰ ἔτη τῆς Αὐγούστης ! Ἀριάδνη Αὐ-
γούστα, σὺ νικᾷς ! Τῆς φιλοχρίστου βασιλίδος πολλὰ
τὰ ἔτη ! Κύριε, ἐλέησον. Βασιλεῦ οὐράνιε, δὸς ἡμῖν B
ἐπίγειον ἀφιλάργυρον βασιλέα τῇ οἰκουμένῃ ! » Ἀπό-
κρισις [31]. « Ὥστε δὲ καθαρὰν καὶ τῷ Δεσπότῃ Θεῷ
ἀρέσκουσαν τὴν κρίσιν γενέσθαι, ἐκελεύσαμεν τοὺς
ἐνδοξοτάτους ἄρχοντας καὶ τὴν ἱερὰν σύγκλητον,
συντρεχούσης (71) καὶ τῆς τῶν γενναιοτάτων ἐξε ρκί-

annos Augustæ ! Orthodoxum imperatorem orbi terrarum [flagitamus]. » Tunc Augusta per os libellensis in ipsis gradibus intra cancellum coram sella vel throno imperiali, ibi ubi cursores stare solent, stantis et de charta scripta recitantis eos ita alloquebatur : « Strenuitas vestra decorum etiam nunc pro more suæ devotioni consueto commonstravit, et confirmavit bonum ordinem in eo quod imperiali majestati debitos honores habuit atque custodivit. » Ad hæc clamabant omnes : « Nos sumus servi Augustæ. Pie Domine, vitam illi ! Multos annos Augustæ ! Ariadne Augusta, tu vincas Romanum imperatorem orbi terrarum ! » Responsio : « Prævenientes nos vestras preces imperavimus gloriosissimis aulæ proceribus sacroque senatui, ut communicato cum fortissimis exercitibus consilio atque examine virum eligerent Christianum, gente Romanum, omnisque imperatoriæ virtutis plenum talemque, ut neque avaritiæ, neque alii humano vitio deditus sit, quantum ejus datum est humanæ fragilitati. » Ad hæc exclama-

VARIÆ LECTIONES.

[31] ἀπόκρισις add. R. b. l. et in seqq. aliquoties.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

apud Eusebium : Ἀκόλουθον ἐνόμισα τούτοις τοῖς γράμμασι τὴν σὴν στιβαρότητα ὑπομνῆσαι. *Sinceritas vestra* imperator eidem quoque tribuebat, v. Vopisc. t. II Scr. II. Aug. p. 441. Senatoribus dabant titulum *Sapientia vestra*. Sic legatus Manuelis Comneni in oratione ad Senatum Venetum apud Cinnam. p. 133 eum appellat τὴν ἀγχίνοιαν ὑμῶν, *sagacitatem vestram*. Erga subditos in usu erat, ἡ καθοσίωσις ὑμῶν *devotio Vestra*, de quo in continenti dicam et *solertia vestra*. Charta vetus apud Murator. II. Antiqu. Ital. p. 119 *universorum Dei fidelium, tam præsentium, quam futurorum, noverit solertia*. Ipse de se imperator si modestus esse et personam velut deponere vellet, aut alius quicunque, ἡ ἡμετέρα ταπεινότης ; v. Novell. Romani imp. ap. Labbeum p. 80.

(69) Dubitabam mecum, quomodo vocem hanc hic loci redderem, *majestati* ne, an *devotioni* ; utrumque recte, sed posterius tamen aptius intentioni sermonis, *conformiter devotioni*, id est *quemadmodum devotio vestra facere solet*. Potest quoque verti, *ut religioni vestræ solemne est*. In consilio Ephesino p. 1, est κόμης τῶν καθωσιωμένων δομεστίκων, quod vertitur *comes religiosorum domesticorum*. Solet tamen plerumque καθοσίωσις *devotio* verti, et καθωσιωμένος *devotus*. Ita in fine Novellæ xx Justin. sunt οἱ καθωσιωμένοι λιβελλήσιοι, *devoti libellenses*. Est autem *devotio* status subditi, status submissionis, quo inferior obligatus est superioris, cujus juri addictus est, commoda omni modo curare, eique favere et servire. Ita καθοσίωται usurpatur apud Plutarch. Vit. p. 1524, et 25, ed. H. Stephani, et Herodianus VII, 6, 10, et alios, Ut autem populus imperatori devotus dicebatur, et ejus καθοσίωσις, *devotio*, celebratur, ita vicissim quoque occurrit imperatoris *devotio*, nempe erga rempublicam. In acclamatione senatus ad D. Claud. ap. Trebell. Pollion. t. II Hist. Aug. pag. 412, legitur : *Claudi, dux fortissime, habeas virtutibus tuis, devotioni tuæ* ; ubi vid. Casaubon. Et ut titulus *majestas* seu καθοσίωσις, *sacra majestas*, vel quod idem est, *sanctimonia*, item *clementia* proprius est imperatorum, sic vicissim sæpe leguntur hi omnes populo tributi ab imperatoribus. Hinc intelligitur ille Claudiani locus a Valesio ad Amm. Marcell. p. 143, citatus :

quantamque rependat
Majestas alterna vicem,

id est imperator, qui suam majestatem a majestate populi mutuo sumptam et quasi precariam habet. In specie titulus ille senatui Romano tribuebatur. Vid. Spanhem. ad Julian. pag. 33. Sacratos commilitones suos, ἁγίους vel ὁσίους, vel καθωσιωμένους, id est venerabiles, ἀσύλους, appellat milites suos Maximianus Senior, Script. Hist. Aug. t. II, p. 97. Conf. Salmasius ibid. p. 629, et p. 599, ubi *sanctimonia nostra* ait Consul, p. 605, *vos sanctissimi milites et sacratissimi Quirites*, p. 607, *sanctissimi commilitones*, p. 715, *sanctissimi Quirites*, etc. Anastas. Biblioth. Vit. Pontif in. Vita Valentini : *Lautissimis dapibus, sumptis multis et diversis munerum donis sacram plebem et senatum populumque Romanum opime ditavit*. Forte hoc ex fonte fluxit, quod episcopi olim in concionibus sacris plebem sic alloquerentur : *plebs sancta ac Deo serviens*, ut intelligo ex nota marginali Evangeliarii quadruplicis Blanchiniani t. IV, p. 554, unde intelligitur, hanc formulam adhuc in ecclesiis Italicis usitatam esse. Videtur tamen potius hac in formula vox *sancta* novum Christianum nobis hodie frequentatum significatum habere, quam illum veterem Romanum gentilem. *Clementia vestra* titulus est imperatori privus. Atqui Macrinus eum apud Capitolinum t. I, p. 755, senatui tribuit. *Vellemus, P. C... clementiam vestram videre*. Novis autem Græcis vox καθοσίωσις pro *majestate* usurpatur ; ἐπὶ καθοσιώσει λαμβάνεσθαι, *læsæ majestatis argui*, est apud Leon. Gramm. pag. 509. Genesius pag. 8, habet, διαβολὴ καθοσιώσεως ἐπισκήπτεται. Vid. Salmasii longam disputationem t. II, Scr. H. Aug. p. 228, 229, quam nec plane intelligo, nec per omnia laudo.

(70) Est ex idiographia codicis Lipsiensis pro Ῥωμαῖον.

(70) *Concurrente*, id est auxiliante, cooperante. Ita usurpant novi Græci : vid. Theophan. p. 21, et συνδρομὴ pro *assistentia*. Sguropulus in Histor. concilii Florentini VIII, 6 : Ἐπαίνῳ τῆς ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων συνδρομῆς καὶ προνοίας.

bant omnes : « Multos annos Augustæ ! Ariadna Augusta, tu vincas ? Christum amantis imperatricis multi sint anni ! Kyrie eleison. Imperator cœlestis, da nobis terrestrem imperatorem, pecuniæ non cupidum, qui urbem terrarum regat. » Resp. : « Quo autem pura Dominoque Deo placens fieret electio, imperavimus illustrissimis proceribus et sacro senatui, quibuscum concurrere debet fortissimorum exercituum suffragium, ut coram sanctis Evangeliis in publico expositis, præsente quoque sanctissimo atque maxime venerabili regiæ hujus urbis patriarcha, electionem conficerent, sic ut nemo seu amicitiæ, seu odii, seu intentionis alicujus remotioris pro paranda sibi sua fortuna, seu affinitatis ulliusve alius cujuscunque tandem privatæ rationis in hoc negotio meminerit, 244 eamquæ in censum admiserit, sed ut habens unusquisque servansque puram conscientiam, et quæ unice ad Dominum Deum respiciat, electionem conficiat. Quoniam igitur, ut vestra quoque majestas videt, negotium hoc magni momenti est, et de salute totius terrarum orbis agitur, decet vestram majestatem nonnihil remittere moramque temporis concedere, donec exsequiæ Zenonis divinæ sortis debito modo peractæ fuerint ; ne ex præcipitata tumultuaria electione argumentum pœnitentiæ subnascatur. » Acclamabant omnes : » Pulchrum Pascha » [seu dies festivus et lætus hic est] « orbi terrarum. Bonum ordinem et prosperitatem urbi [o Deus largire] ! Multos annos Augustæ. Amove furem illum præfectum urbi. Multi sint anni imperatricis ! Domine, vitam ipsi ! o Romana, omnia recta et pulchra erunt, te regnante, si peregrinum nihil auget numerum Romani generis. Imperium tuum est. Ariadne Augusta, tu vincas. » Resp. : « Gra-

A των ψήφου, προκειμένων καὶ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων (72), παρόντος τοῦ ὁσιωτάτου καὶ ἁγιωτάτου τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως πατριάρχου, καὶ προκειμένων, ὡς εἴρηται, τῶν ἁγίου λογίων, γενέσθαι τὴν ἐπιλογήν, ἐφ' ᾧτε μηδένα μηδὲ φιλίας, μηδὲ ἔχθρας, μηδὲ σκοποῦ, μηδὲ συγγενίας, μηδὲ ἄλλου τινὸς ἰδίου μεμνημένον, ἀλλ' ἔχοντα κσθαρὸν τὸ συνειδὸς καὶ ὅλον πρὸς τὸν Δεσπότην Θεὸν νενευκὸς, οὕτως ποιήσασθαι τὴν ἐπιλογήν. Ἐπειδὴ οὖν, ὡς καὶ ἡ ὑμετέρα καθορᾷ καθοσίωσις, τὸ πρᾶγμα μέγα καὶ περὶ κοσμικῆς πρόκειται σωτηρίας, προσήκει τὴν ὑμετέραν καθοσίωσιν μικρὸν ἐνδοῦναι, ὥστε καὶ τὴν κηδείαν τοῦ τῆς θείας λήξεως Ζήνωνος προβῆναι δεόντως, καὶ μὴ ἐκ προπετοῦς ἐπιλογῆς γενέσθαι τι μεταμελείας ἄξιον. » Ὑπὸ πάντων ἐκράγη· « Καλὰ

B Πάσχα (73) τῇ οἰκουμένῃ, εὐταξίαν καὶ εὐθηνίαν τῇ πόλει. Πολλὰ τὰ ἔτη τῆς Αὐγούστας. Ἔξω βάλε τὸν κλέπτην (74) ἔπαρχον τῇ πόλει (75)· πολλὰ τὰ ἔτη τῆς βασιλίσσης. Κύριε, ζωὴν αὐτῇ· ὅλα τὰ καλὰ ἐπὶ σοῦ γένηται, Ῥωμαία, εἰ οὐδὲν ξένον αὔξει τὸ γένος τῶν Ῥωμαίων. Τὸ βασίλειον σόν ἐστιν, Ἀριάδνη Αὐγούστα. Σὺ νικᾷς. » Ἀπόκρισις· « Εὐχαριστοῦμεν τῷ Δεσπότῃ Θεῷ, ὅτι πάντα, ὅσα ὑμῖν ἐστιν καὶ συμφέροντα καὶ καταθύμια, ταῦτα καὶ πρὸ τῶν ὑμετέρων αἰτήσεων εἰς τὸν νοῦν τὸν ἡμέτερον ἔρχεται καὶ πληροῦται. Καὶ γὰρ πρὸ τῆς ἐνταῦθα ἀνόδου συνιδύντες χρῄζειν τὴν ὑμετέραν καθοσίωσιν ἀνδρὸς ἔμφρονος καὶ τῆς ὑμετέρας εὐζωίας προνοοῦντος, φθάσαντες καὶ προλαβόντες τὰς ὑμετέρας αἰτήσεις, τὸν ἐνδοξότατον Ἰούλιανὸν εἰς τὴν ὕπαρχον ἀρχήν, τοῦ Δεσπότου Θεοῦ ἐπινεύσαντος, προβαλλόμεθα. » Ὑπὸ

C πάντων ἐκράγη· « Ταύτῃ (76) καλὴ ἀρχή. Πολλὰ τὰ ἔτη τῆς Αὐγούστας, πολλὰ τὰ ἔτη τῶν ἀρχόντων. » Ἀπόκρισις· « Τῆς οὖν ὑμετέρας ἐστὶν καθοσιώσεως, ὥσπερ ἀεὶ ἐφυλάξατε, οὕτω καὶ νῦν φυλάξαι τὴν εὐ-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(72)* [Juratum tuit in librum Evangeliorum. Du Cange ad Alexiad. p. 238. ex Gatpulo morem illum per Evangelia jurandi notat. Procop. p. 289, et Anecdot. p. 18. Evangelium gestavit Justinianus populum in circo allocuturus. Chronic. Alexandr. p. 338.]* Videntur enim proceres ad electionem pertinentes viritim coram explicito Evangeliorum codice sacramentum dixisse, se nolle μηδένα μήτε φιλίας μήτε ἔχθρας, etc. De juramento super S. Evangelio insignis est locus apud Menandr. in Excerpt. Legat. p. 106. De variis modis ad Evangelium jurandi, tacto sacro codice et ori appresso, item inspecto tantum, digitis non attacto, aut etiam super caput posito, vid. Du Cange Gloss. Latin. v. *Jurare*.

(73) Quia festum Paschatis tempus apud Græcos in toto anno hilarissimum est, tunc enim post longam a carnis esu abstinentiam revocant carnes ; adeo ut etiam festum illud per excellentiam τὴν ἑορτήν et τὴν ἡμέραν appellent : vid. Alemann. ad Procop. p. 43 : hinc factum est, ut bilarem quemcunque diem Pascha appellarent, et πασχάζειν, *in hilaritis esse*. Vid. Goar. ad Codin. p. 95. Pari modo Latini Paschatis nomine dies Dominicas et alios præcipuos festos anni appellant, et *indumenta paschalia*, quæ diebus festis atque Dominicis induunt ; vid. Du Cange Gloss. Lat. v, *Pascha*. Paulo post legi debere εὐθήνειαν, vix operæ pretium est notare.

(74) Inter solemnes populi flagitationes talibus occasionibus et alias in circo publice significatas erat etiam hæc, ut delatores, ut peculatores, fisci sanguisugæ, ut extranei, alienigenæ, qui dignitates indigenis præriperent, expellerentur, aut saltem reprimerentur. Conf. Theoph. p. 155, Cedren. p. 357. In Actologia apud Lampridium t. I Script. Hist. Aug. pag. 525, est : *Exaudi. Cæsar, delatores ad Leonem* : p. 526, est *delatoribus metum, ut securi simus, delatoribus metum*. Acclamationes in Concilio Chalcedon. Act. I, τὸν ὀρθόδοξον τῇ τσυνόδῳ (scilicet datum cupimus aut restitutum), τοὺς ἀνασείστας (tubas et faces tumultuum) ἔξω βάλε τοὺς φονέας, ἔξω βάλε, Passim occurrunt exempla, si bene memini, in scriptoribus historiæ Augustæ.

(75) Prodit hoc Latinismum ἔξω βάλε τῇ πόλει, *ejice urbe*, pro τῆς πόλεως, ut etiam acclamationes has Latine dictas, et a Petro deinceps verbotenus et presse in Græcum sermonem versas fuisse probabile sit credere. Saltem adhuc tum temporis CPli in sermone Græco multa supererant vestigia coloniæ Latinæ militum et aliorum a Constantino M. Roma in Thraciam traductæ ; v. ad p. 246.

(76) Ut τοῦτος pro οὗτος dicebant (v. Malal., apud quem omnibus pene paginis occurrit), ita ταύτη quoque pro αὕτη ; τοῦτοι quoque pro οὗτοι lego apud Athenæum p. 468, quod ipsine auctori, an librario debeatur, in dubio relinquo.

ταξίαν. Τῆς γὰρ ὑμετέρας εὐζωΐας καὶ πάντων τῶν A συμφερόντων ὑμῖν πρῶτον μὲν ὁ Δεσπότης Θεὸς, ἔπειτα δὲ καὶ ἡμεῖς ἱκανῶς προενοήσαμεν, καὶ εὐθέως βουλευόμενοι μετὰ τῶν ἐνδόξων ἀρχόντων καὶ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου, συντρεχούσης καὶ τῆς τῶν γενναιοτάτων ἐξερκίτων συναινέσεως (77), προβαλούμεθα ἄνδρα εἰς τὴν βασιλείαν καὶ ὀρθόδοξον καὶ ἀγνόν (78). Ἀπέστω δὲ φθόνος τῆς καλλίστης ταύτης συμβουλίας καὶ πολιτείας. » Ταύτης οὖν τῆς προσφωνήσεως παρ' αὐτῆς γενομένης, κατῆλθεν ἡ Αὐγούστα καὶ οἱ ἄρχοντες ὑψικεύοντες αὐτήν. Καὶ ἡ μὲν Αὐγούστα εἰσῆλθεν εἰς τὸν αὐγουσταῖον· οἱ δὲ ἄρχοντες, τεθέντων σκαμνίων πρὸ τοῦ δελφακος, ἐκάθισαν, καὶ ἤρξαντο βουλεύεσθαι περὶ τοῦ ὀφείλοντος γενέσθαι, καὶ πολλὴ φιλονεικεία μεταξὺ αὐτῶν ἐκινήθη. Ὁ δὲ πραιπόσιτος Οὐρβίκιος εὐφυέστερον ἐδήλωσεν αὐτοῖς, ὅτι « Κάλῶς ποιεῖτε τῇ Αὐγούστῃ παρέχοντες τὴν αὐθεντείαν B (79), ἵνα αὐτὴ ἐπιλέξηται, ὃν ἂν βουληθείη. » Ἠτησεν οὖν ἡ σύγκλητος τὸν ἐπίσκοπον εἰσελθεῖν καὶ παρακαλέσαι αὐτὴν, ἵνα αὐτὴ, ὃν βούλεται, ἐπιλέξηται· αὕτη οὖν ἐπελέξατο Ἀναστάσιον τὸν σιλεντιάριον, καὶ μαθόντες οἱ ἄρχοντες πέντες ἠράσθησαν, καὶ παραγρῆμα ἐπέμφθησαν εἰς τὸν οἶκον Ἀναστασίου παρά τοῦ μαγίστρου κόμητες προτηκτόρων καὶ δομεστίκων, καὶ ἦγαγον αὐτὸν εἰς τὸ παλάτιον, καὶ ἐν τῷ κονσιστωρίῳ ἐφυλάττετο, καὶ οὕτως ἐγένετο ἡ κηδεία Ζήνωνος τοῦ τῆς θείας λήξεως. Ἐν αὐτῇ οὖν τῇ ἡμέρᾳ οἱ βεστοσακράνοι [32] καὶ οἱ ζωγράφοι καὶ οἱ μονητάριοι (80) τὰ συνήθη ἔπραξαν, καθὰ εἴρηται, καὶ ὀψὲ ἐδόθη τὰ μανδάτα σιλέντιον καὶ κομέντον [33] (81), καὶ τῇ ἑξῆς προῆλθόν πάντες ἀπὸ λευκῶν χλανιδίων, καὶ ἐδέχθησαν ἐν τῷ κονσιστωρίῳ, καὶ ἐκεῖ προσηγορεύθησαν, οὐ μὴν ἐν τῷ ἅρματι. Προῆλθεν δὲ καὶ ὁ ἀρχιεπίσκοπος κατὰ τὸ σύνηθες εἰσελθὼν διὰ τῆς βαλνιαρίας, καὶ μετὰ τὸ δεχθῆναι πάντας κατὰ τὸ ἔθος, ἀνῆλθεν Ἀναστέσιος ἐν τῷ πορτίκῳ τῷ πρὸ τοῦ μεγάλου τρικλίνου, καὶ ἔστη ἐν τῷ μέσῳ τοῦ πορτίκου, καὶ εἰσῆλθον πάντες οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ συγκλητικοὶ πρὸς αὐτὸν, καὶ ἀπῄτησαν αὐτὸν ὅρκον (82) δοῦναι πᾶσιν, ὡς οὐδενὶ, πρὸς ὃν

tias agimus Deo, quod omnia, quæ vobis et conferunt et arrident, etiam nobis, vel ante vestras supplicationes, in mentem veniant, et firmiter decernantur perficienda. Nam et antequam huc ascenderemus, bene gnari, vestræ majestati opus esse viro prudente, qui, ut vobis bene sit, provideret, prævertimus et præcurrimus vestras preces et decrevimus, quod nunc facimus in nomine Dei ejusque benigno sub favore, illustrissimum Julianum ad præfecturam Urbis promovere. » Acclamabant omnes: « Hic [Julianus] est egregius magistratus. Multi sint anni Augustæ, multi sint anni magistratuum. » Resp.: « Vestræ majestatis igitur nunc est, modestiam, tranquillitatem et bonum ordinem, ut semper alias servastis, ita nunc etiam servare. Commodi enim vestri, et ut bonis omnibus affluueretis, primus quidem Deus, deinde vero etiam nos curam sufficientem habuimus; statimque deliberaturi cum illustribus proceribus et sacro senatu, concurrente quoque fortissimorum exercituum suffragio, eligemus imperatorem orthodoxum et a vitiis purum. Absit autem invidia, neque interturbet pervertatve pulcherrimæ hujus deliberationis et imperii nostri instituta. » Post hanc Augustæ allocutionem finitam, descendebat ipsa, et proceres eam sequebantur; ipsaque in augustæum ingressa, considebant proceres in scamnis ante delphacem positis, et ordiebantur deliberationem de candidato imperii. Verum diu rixabantur inter se, neque in consensum venire aut decernere quidquam poterant. Urbicius ergo præpositus opportunum hoc suppeditabat consilium: « Bene facietis, » aiebat, « Augustæ permittentes auctoritatem eptandi, 245 quem ipsa voluerit. » Rogabat igitur senatus episcopum [seu patriarcham], ut ingressus ad Augustam, arbitrium electionis atque denominationis ipsi offerret. Augusta, eo facto, eligebat Anastasium silentiarium. Quod intelligentes proceres omnes approbabant; protinusque mittebantur in ædes Anastasii a magistro comites protectorum et domesticorum: hi cum ad palatium

VARIÆ LECTIONES.

[32] ΣΧΟΛ. ἱεροαμφιάσται. [33] ΣΧΟΛ. σιωπὴ καὶ συνέλευσις.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(77) *Consensus.* Συναινεῖν habet quoque Diog. Laert. p. 10, segm. 32, ult,

(78) *A vitiis purum, castum, sobrium.* Id profecto notat vocabulum. Sed præcipue solet significare, et hic quoque loci notat, ab avaritia, sordibus, rapinis publicarum opum fidei suæ commissarum alienum, qui manus alienarum opum puras servat.

(79) Αὐθεντείαν. *Auctoritatem*, id est plenam potestatem ex arbitrio agendi; vid. Chilmead. ad Malal. pag. 384.

(80) Pictorum et monetariorum qui usus fuerit in exsequiis imperatoriis, non dixerim. Si liceret antiqua tempora e nostris æstimare, si castra doloris, ut appellant, olim erecta fuissent et armis seu insignibus pictis decorata, et si cusi memoriam defuncti et exsequiarum celebrantes atque in vulgum sparsi fuissent nummi, facile usus eorum pareret. Penes me quidem, dubium nullum est, et in tabulis pictas ligneis et cereas laureatas imagines principum veterum ipsorum funeribus præferri consue- D visse. At de monetariis et moneta funebri multum scrupuli adhuc superest. Posset quidem huc trahi locus, quem Du Cange v. *Numularius* citat: *Est insuper alia consuetudo in prædicta Ecclesia, vel in supradicto loco, ut in suo cimeterio ignobiles et potentes, divites et pauperes, sine ulla contradictione sepeliant, numularios, hoc est monetarios, habeant.* Sed fateor, mihi de sensu loci non constare.

(81) Ita pro *convenium* scribebant olim et pronuntiabant. Ita *Convenæ*, urbis in Gallia, hodie audit *Comenge.* Κομέντα pro *conventu* habet Theophanes p. 145, ubi vid. Goar., et p. 364, κομμένδον. Mirum est, quod de Patzinakitis narrat Cedrenus p. 779: Συμβουλὴ ἥτις παρ' αὐτοῖς κομέντον καλεῖται.

(82) Nihil hic memorat Noster de juramento illo, quo se Anastasius (ex fide Evagrii III. 32) Euphemio episcopo CPtano obligavit: *Cum Ariadne Anastasium imperiali purpura vestire vellet, Euphemius, regiæ urbis episcopus, consensum suum accommo-*

deducebant, et in consistorio tantisper deponebant, donec solemne ritu inaugurareturi. Interea fiebant exsequiæ Zenonis divinæ sortis. Eo itaque die faciebant vestosacrani et pictores atque monetarii consueta, de quibus alibi diximus, officia [circa decorandum principis funus] vesperæque edebantur mandata pro crastino silentio et conventu. Altero

ἔσχειν πρᾶγμα (83), φυλάττει λύπην, καὶ ὅτι μετὰ ὀρθοῦ συνειδότος τῇ πολιτείᾳ χρήσεται. Καὶ ὑποτελεσθέντος (84) τοῦ ὅρκου τούτου, ἀνῆλθεν εἰς τὸ ἱππικὸν, καὶ εἰσελθὼν ἐν τῷ τρικλίνῳ, ἔνθα καθ' ἱππικὸν (85) ἔθος ἐστιν προσκυνεῖν τοὺς συγκλητικους, ἐφόρεσεν στιχάριν διϐητήσιν αὐρόκλαϐον καὶ ζωνράιν καὶ τουϐία (86) καὶ καμ-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

dare renuit, priusquam Anastasius cautionem propria manu scriptam et jurejurando firmatam ipsi dedisset, qua pollicebatur fidem se illibatam servaturum, neque quidquam novi in sanctam Dei Ecclesiam invecturum esse, si imperii compos fieret, idque ideo, quod Anastasius Manichæorum sectæ addictus esse a pluribus crederetur. Vid. quæ ad p. 768 dicam ad vocem ἐσφάλεια et Hubert. p. 633.

(83) *Simultatem* aut *litem*; ut Latini *negotium cum aliquo habere*. Ita in veteri inscriptione apud Muratur. t. I, p. 322, 1: Πεντεκαιδέκανδρον τῶν ἐκδικαζόντων τὰ πράγματα, *XV virum judicandis litibus*.

(84) Ita solebant tunc pro ἀποτελεσθέντος, vid. Procop. Anecd. p. 121.

(85) Κατ' ἱππικὸν membranæ, in quibus perraro spiritus asper comparet etiam in illis vocabulis, quibus nos eum præfigere solemus. Multum variasse veteres in spiritibus, et grammaticorum traditiones aut ignorasse, aut insuper habuisse, et omnia miscuisse, multa suadent. Εἰρηνάρχης et ἔρημος efferuntur in Cod. Theodos. *hirenarcha* et *heremus*. Alibi *heresipelas* pro ἐρυσίπελας; ἐωευάζειν pro ἐπευάζειν est apud Plutarch. Vit. p. 556, 16; ἐφεῖδεν pro ἐπεῖδεν apud Lucam I, 25. in quibusdam codicibus; v. ibi Wetsten. Citatum e Gruteri Corpore Inscriptionum p. 216, reperio ΚΑΘΕΝΙΑΥΤΟΝ. Non dubito Scaligerum et Muratorium talium magnam farraginem in suis indicibus annotasse. Nostræ membranæ constanter ἵππος et ἵππικον exaratum monstrant; cui favet nomen *Cratippi*, quod per τ, non per θ scribitur; uti quoque φωταψίαι, non φωθαψίαι. Eædem infra p. 450 habent ὑπεξαιρεῖσθαι pro ὑπεξαιρεῖσθαι, p. 353 ἐπίστησι pro ἐφίστησι, p. 152 πελώνιον pro φελώνιον, 292 ἐπ' ἱκανὰς pro ἐφ' ἱκανὰς. p. 419 ἐφίσσης pro ἐπ' ἴσης. Neque sic novi solum Græci, sed etiam veteres variabant. Apud Athenæum p. 401 est ἀφανανθῆς, quamvis sit ab αὐαίνω. Chishull. Antiqu. Asiat. p. 69 ἀφεστάλκαμεν dat, et p. 91 ἀφεσταλμένων. Inscriptiones Pocokianæ p. 17 κατεσταμένοις pro καθεσταμένοις. In Carm. 49 Anthologiæ inditæ est ἐφετήσιον, *annuum*, pro ἐπετήσιον, et carm. 329 ἐφιουλκίς pro ἐπιουλκίς, *alliciens*; ἀφήλπισμένῳ est apud Gruter. p. 71. Editio Anthologiæ Florentina, a Constantino Lascari curata, omnium prima, item codex membranaceus, quem cl. Reimarus benigne mecum communicavit, ἐπ' ἴστῳ habent, ubi edit. H. Stephani p. 93 (466 5.) habet ἐφ' ἱστῷ. Idem codex Reimarianus ἀπιπταμένων pro Stephani ἀφιπταμένων habet p. 85 (n. 428 2). Eadem editio Florentina ποτ' ἀμάξης habet, ubi editio Stephani p. 287. * ποθ' ἁμάξης exhibet. Omnes editiones dant ἐπιστάμενον, etiam Stephaniana, p. 216 ult. pro ἐφιστάμενον Novi Græci ἐπορκίζειν et ἐπορκιστῆς dicunt; πάπλωμα pro ἐπάπλωμα et hoc pro ἐφάπλωμα; φέτος et ἔφετος pro ἐπ' ἔτος, *in annum*. Vita msta Simeonis Sali (apud Du Cange v. Φουσκάριον) ἄνοιξον ἔφετος καὶ συμφέρει σοι, *poscarium aperi* (id est tabernam poscæ) *in annum et conducet tibi*. Medio ævo vix ullum fuisse discrimen auditum in pronuntiando spiritu aspero et leni et littera simplici atque gemina, patet e Niceta Choniat. p. 232, ubi frigidissimum eunuchi scomma et auctore illaque corona, in qua jactatum fuit, dignum refert lusum inter ἅλας et ἄλλας, eodem judicio atque qui primus dixit. Apud Salmas. ad Scr. H. Aug. t. I, p. 169, est *cathomidiare* pro *catomidiare*, κατὰ τῶν ὠμων τύπτειν; *ormiscum* dixit Fridegodus apud Du Cange v. *ormesta* pro *hormisco*, id est torque, de episcopo sic loquens:

Gemmata vehitur, archontum more, curuli.
Induit ormiscum, subiit hoc schemate templum.

De hac Græcorum in pneumatismis vacillatione egit quoque Valesius ad Ammian. Marcell. p. 297, et Gu. Canterus Var. Lect. I, 2. Tam profecto insolescebant in his membranæ nostræ, ut, si eas voluissem ubique exprimere, verendum esset, ne grammatici sinum saxis onerarent, et sanguinem mihi de capite detraherent, ut in leges Græcitatis omnes proterve grassanti.

(86) Quid *tubia* fuerint fere dubium reddit auctorum inconstantia, qui sic modo vestimenta femorum, modo crurum appellant. Locos eorum citare parcam, quum apud Du Cange Gl. Gr. h. v. exstent sat copiosi. Videtur mihi rei hujus ratio hæc esse, quod braccæ et tibialia illis hominibus ex una solida massa cohærentia factitarentur et gestarentur, quæ non possent, ut nostratia, separari. sed tam longa fuisse ipsorum femoralia, ut ad malleos pedum pæne, aut certe ad medium crus pertinerent, ita ut *tubas* referrent, unde nomen habent, et qui femoralia indueret, tibialia quoque simul indueret. Quod videmus in illis pompaticis satellitibus, ad modum Hungaricum vestitis, quos Heiduccos appellare solemus. Super hæc tubia complicabantur decussatim campagia, et in summo infra aut supra genu astringebantur lata fascia plerumque pretiosa, quæ etiam τουϐλον appellabatur. Non tamen ita gestabant Græci femoro-cruralia, ut Heiduccones illi; id est nihil eorum in propatulo erat, sed latebant sub τοῖς ἐσωφορίοις seu intimis chitonibus. Græci interulas suas non immittebant in femoralia sua, sed hæc latebant sub ipsis et proxime tangebant cutem; interulæ tegebant braccas, non hæ illas, ut penes nos. Morem hunc a Græcis assumpserunt Turci, quorum braccas in hunc modum describit Rauchwolff in Itinerario l. 1, c. 3: *Sie tragen, sonderlich zu Sommerszeiten, schneeweisse baumwolline weite Bloderhoosen, die innen hinab biss auf die Knochen reichen,* [id est *Knæchel, usque ad talos,*] *unde unten um ein ziemlich enger seynd eingezogen. Daran haben sie keine Lätz, welche sie auch an andern nit leiden, noch Fürfüss, damit sie sich an heimlichen Orten und Füssen, wie auch an Armen und Hälsen in ihren täglichen Reinigungen uncerhindert nach Ausswaisung ihres Geselzes abwaschen kondien. Solche Hosen ziehens mit einer Bind über den blosen Leib zusammen, dass ihnen also ire Hemder darüber hinhangen. Wenn sie nun (mit Urlaub zu melden) harnem wollen, hokens dazu nieder, lassen die Binden wiederum auff, werfen darzu ihre Kleider, wie die Weiber, um sich, - - und lassen danu also von sich gehen.* Eadem forma hosarum fuit, et quæ de tubiis hic attuli, in hosas quoque quadrant, de quibus ad p. 417 dico. Nam idem sunt *hosæ* et *tubia*. At cujus materiæ erant tubia? Linea, lanea, serica erant. At erantne quoque coriacea? Non putem. At possintne tubia id idem fuisse, quod nobis hodie sunt tibialia, *les bas*, ut

πάγια βασιλικὰ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ κάθισμα γυ- A μνός· τὰ δὲ στρατεύματα κάτω ἵσταντο ἐν τῷ στάματι, καὶ τὰς ἄστας καὶ τὰ σίγνα ἐπὶ τοῦ ἐδάφους εἶχον κεκλιμένα. Ὁ δὲ δῆμος ἵστατο ἐν τοῖς βάθροις καὶ εὐφήμει. Ἐσηκώθη οὖν ἐπάνω τοῦ σκουταρίου ἱστάμενος (87), καὶ ἀνελθὼν τῶν λαγκιαρίων καμπιδούκτωρ τὸ ἴδιον μανιάκιν ἐπέθηκετ εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Καὶ εὐθέως τὰ σίγνα ὀρθώθη, καὶ εὐφημήθη παρὰ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν δημοτῶν. Καὶ μετὰ τοῦτο κατῆλθεν ἐκ τοῦ σκουταρίου, καὶ εἰσῆλθεν πάλιν ἐν τῷ τρικλίνῳ, ἔνθα ἐφορεσεν τὰ βασιλικὰ (88) καὶ ἐκεῖ ὁ ἐπίσκοπος ἐποίησεν εὐχὴν,

autem die procedebant omnes in candidis tunicis, et excipiebantur et alloquio cohonestabantur a novo imper. in consistorio, non autem in armate. Procedebat quoque [seu veniebat in senatum] archiepiscopus, ingrediens, ut mos est, per balneariam. Omnibus congregatis et exceptis pro more consueto, ascendebat Anastasius in porticum magno triclinio prætensam, mediaque in illa consistebat. Ingredientes illuc proceres omnes et senatorius ordo sacramentum ab eo postulabant, quo promitteret se erga neminem, quicum hactenus simultatem aluerit, conservaturum aut exerciturum malevolen-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

Franci dicunt, *die Strümpfe*. Gestarunt profecto, Latini quidem medii ævi, tibialia, qualia nos, filtrina, lanea, filo lineo aut xylino facta. Vid. Du Cange v. *Calcia*, ubi producit vetus schedium, in B quo memorantur *calciæ filtrinæ* et *calciæ venelanæ*, id est de illo panni lanei genere factas, quod solemus *Flanel* appellare. Voc. *Filaticium* habet hunc locum e processu de translatione S. Antonini: *Sanctum corpus caligis ex filaticio*, ut dicunt, *albo et sandalibus ex ermesino rubro.... more archiepiscoporum calceatum exstitit*. Sed tubia id non fuerunt, neque constat Græcos tibialia, qualia nostra sunt, gestasse. Conf. Salmas. ad Scr. Hist. Aug. t. I, p. 976. Liceat mihi hac occasione locum insignem Hamasæ seu Anthologiæ Arabicæ explicare, qui in Excerptis ejus a cl. Schultensio editis p. 380 exstat. Describitur ibi vir fortis, qui dicitur fuisse *de illorum numero, quos concipiunt matres quum stricti sunt nodi nethaki, quem gerunt*. Gerunt nempe Arabissæ, non item Arabes, hosas seu tubia non angusta, sed amplissima, qualia nos *Pluuderhosen* appellamus, et quorum effigiem præstat de la Rocque in suo *Voyage dans la Palestine*, C p. 250. Describit illud vestitus genus, ipsis *Nethac* dictum, Rauchwolff Itinerar. II, 5, his verbis: *Hosas non gerunt Arabes, sed tantum Arabissæ, plerumque veneto tinctas colore, et usque ad malleolos pedum pertinentes, ad modum Turcarum*. Femina, quæ virum admittere vellet, necesse erat, ut tales hosas, ζώνας aut μίτρας solveret; neque poterat vir illi misceri, quandiu connodatum haberet femina suum nethacum. Poetæ igitur Arabes si quem laudant, ut tum conceptum, cum mater ejus zonam solutam non haberet, sed corpori astrictam, significant, talem non ex homine, sed ex dæmone conceptum, ut qui cum muliere congredi possit, etiamsi non soluta. Tale hominum genus, de quo multa fabulantur Arabes, excellere rebus in omnibus, virtutibus vitiisque, modum humanum perhibent.

(87) De more imperatores recens electos scuto imponendi, cum torque in capite, scuto et hasta D stantes in scuto sublevandi et e tribunali turbæ monstrandi, frequens mentio est apud scriptores sequioris ævi, quorum nubem citavit Du Cange v. *Clypeus*. Idem de Chazaris quoque refert Constantinus de admin. imp. c. 38. Sed ejus ætate apud impp. CPlanos desierat ille mos, ut ex eo non absque causa conficitur, quod in superioribus illo capite, quo coronationis ritus enarrantur, nulla ejus mentio fit. Revocatus tamen in usum fuerit necesse est ætate Comnenorum, aut paulo post, quandoquidem Joannes Cantacuzenus imperator in descriptione coronationis, qualis secum et sua ætate instituta fuit, commemorat quoque regem super scuto sedentem et a patriarcha aliisque proceribus in altum sublatum. Verba hæc sunt: Περὶ δευτέραν μάλιστα ὥραν τῆς ἡμέρας τοῦ μελλοντος χρισθήσεσθαι βασιλέως ἐπὶ ἀσπίδος καθεσθέντος, ὁ βασιλεὺς καὶ πατὴρ τοῦ ἀναγορευομένου (εἴ γε περίεστι) καὶ ὁ πατριάρχης τῶν ἐμπροσθίων μερῶν ἐπιλαβόμενοι, τῶν δ' ἐπιλοίπων οἱ ἐν ἀξιώματι ὑπερέχοντες δεσπόται τε καὶ σεβαστοκράτορες, εἴπερ εἰσὶν, ἢ οἱ ἐπιφανέστατοι τῶν συγκλητικῶν, καὶ μετεωρίσαντες, ὡς ἔνι μάκιστα, αὐτὸν ἅμα τῇ ἀσπίδι τοῖς πλήθεσιν ἐπιδεικύουσι τὸν βασιλέα πάντοθεν περιισταμένοις. Cl. Schwartz, Prof. Altorfinus, A. 1710 dissertationem de antiquo ritu elevandi principes inaugurandos edidit.

(88) Scil. ἐσθήματα. "[Corona, chlamys holoserica, coccinei lapidibusque pretiosis interstincti calcei sunt insignia imperatorum. Constant. Vit. Basil. C. XXI. Discessit Lazorum rex Tzathas φορέσας στέφανον καὶ χλαμύδα βασιλικὴν ἄσπραν, ἔχουσαν. ταυλὶν χρυσοῦν, ἐν ᾧ ἐκ κεντητοῦ ἐγκεχάρακτο ἡ εἰκὼν τοῦ βασιλέως Ἰουστίνου, καὶ στιχάριον ἄσπρον ἔχον πλουμία χρυσᾶ καὶ εἰκόνα τοῦ βασιλέως. Τὰ γὰρ τζαγγία αὐτοῦ ῥουσία ἦσαν ἔχοντα μαργαρίτας Περσικῷ σχήματι. Ὁμοίως ἡ ζώνη αὐτοῦ χρυσῆ διὰ μαργαριτῶν. Ἔλαβεν δὲ παρὰ βασιλέως δῶρα πολλά. Theoph. pag. 144. De diademate cæterisque insignibus Selden. Tit. Hon. p. 257. Ex concessione Constantini imp. XCVI, d. *Constantinus: Ferre potest* (pontifex) *chlamydem purpuream et tunicam et omnia imperialia indumenta*, sc. *sceptra, signa et ornamenta*. Est inter Gregorii VII, dict. 8, quo constituit imperatoris ornamentis neminem uti debere præter pontificem; vid. Bucher. Collect. Concil. t. I, 15 Constantinus in donatione Sylvestro facta permittit ipsi coronam gemmis intextam, epomidem, quæ collum cingat, chlamydem purpuream, coccineam tunicam, ephippia, quibus equi regii sternuntur, et reliqua gloriæ ornamenta.]" Cum supra laudato Theophanis loco conferri meretur Agathias p. 85. lin. 18 sqq., ed. B. Vulcanii, et locus Procopii e ms. citatus a Bon. Vulcanio in notis ad Constant. themata pag. 68, edit. Meurs., qui symbola imperii vel regni regum Lazicorum, ab imperatore Græco ipsis mitti solita, describit his verbis: χλαμὺς ἐξ ἰρίων πεποιημένη (designat chlamydem ἁλουργῆ, ex mari seu producto quodam marino factam) οὐχ οἷα τῶν προβάτων ἐκπέφυμεν, ἀλλα ἐκ θαλάσσης συνειλεγμένων... χρυσῷ δὲ ἡ τῆς πορφύρας κατηλήλειπτο [vel κατείληπτο] μοῖρα, ἐφ' ἧς εἴωθεν ἡ τῆς ἁλουργίδος ἐμβολὴ γίνεσθαι: fibulam designat in sequentibus et acum vel spinam fibulæ: περόνη χρυσῆ τῇ χλαμύδι ἐπέκειτο λίθον ἐπὶ μέσης περιφράττουσά τινα ἔντιμον, ἀφ' οὗ ὑάκινθοι τρεῖς χρυσαῖς τε καὶ χαλαραῖς ἁλύσεσιν ἀπεκρέμαντο. Χιτὼν ἐν μετάξης ἐγκαλλωπίσμασι χρυσοῖς πανταχόθεν ὡραϊσμένος, ἃ δὴ νενομίκασι πλουμία καλεῖν. Ὑποδήματα μέχρι ἐς γόνυ χρώματος φοινικοῦ, ἃ δὴ βασιλέα μόνον Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν ὑποδεῖσθαι θέμις. Non piguit locum integrum describere, perspicue pleneque regis ornatus exsequentem.

tiam ; item se recta cum conscientia imperium administraturum esse. Dicto illo jurejurando, ascendebat Anastasius in hippicum seu circum, et ingressus in illud triclinium, in quo senatores, quando certamen equestre peragitur, imperatorem adorare solent, induebat sticharium dibetesium auroclavum et zonarium et tubia seu braccas vel tibialia et campagia imperialia, et ingrediebatur in cathisma nudus [capite corona nondum decorato]. Interea stabant milites infra in stamate ; hastæ signaque inclinata humi jacebant. Populus in bathris vel gradibus stans, bona verba acclamabat. Dein sublevabatur Anastasius in scuto stans, et ascendens eodem campiductor lancearіorum imponebat ejus capiti torquem suum sibi abstractum. Quo facto A καὶ τὸ, « Κύριε, ἐλέησον, » ἐλέχθη, καὶ περιέθηκεν αὐτῷ τὴν χλαμύδα τὴν βασιλικήν. καὶ τὸν στέφανον τὸν διάλιθον, καὶ ὑποστρέψας αὖθις ἀνῆλθεν ἐν τῷ καθίσματι, καὶ ἡσπάσατο τὸν δῆμον, καὶ ἔκραξαν πάντες « AUGUSTE, σεβαστέ. » Καὶ προσεφώνησε τοῖς στρατιώταις καὶ τῷ δήμῳ. Ἐπεδόθη γὰρ αὐτῷ λιβελλάριν, καὶ αὐτὸς ἐπιδέδωκεν τῷ λιβελλησίῳ, καὶ ἐκεῖνος ἐστὼς ἐν τῷ τριβουναλίῳ προσεφώνησεν αὐτοῖς, καὶ ὑπέσχετο διδόναι αὐγουστιάτικα ἀνὰ νομισμάτων ε' καὶ λίτραν ἀργύρου. Ἔχει δὲ καὶ ἡ προσφώνησις οὕτως. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Αὔγουστος· « Δῆλόν ἐστιν τὸ ἀνθρώπινον κράτος τῆς ἀνωτάτω δόξης τῷ νεύματι ἀπαρτίζειν (89). » Παρὰ πάντων ἐδοξήθη· « Ἄφθονα τῇ οἰκουμένῃ· ὡς ἔζησας, οὕτως βασίλευσον (90). Ἀγνοὺς ἄρχοντας τῇ οἰκουμένῃ, »

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(89) Agnosco et hic Latinismum, ut in illo superiore ἔξω βάλε τῇ πόλει. Nam debuerat proprie ad linguæ Græcæ indolem dici τοῦ νεύματος ἀπηρτῆσθαι. Sed extulit in ablativo, ut Latinum *nutu dependere* exprimeret. Præterea novum est et solœcum ἀπαρτίζειν pro ἀπαρτᾶσθαι. Non enim video quæ alia significatio huc quadret, quam *dependere*. Puto igitur has allocutiones imperatorum aut utroque sermone simul recitatas fuisse, aut Latino solo quidem recitatas, a Petro Magistro autem deinceps Græce redditas fuisse. Prius tamen videtur potius. Nam et propter dignitatem imperii et propter milites, quorum multi ex Italia et Dalmatia Latine callebant, necesse erat, ut Latine quæ promulganda essent promulgarentur, Græce autem propter plebem. Cum Leo minor inauguraretur viginti ferme annis ante Anastasium, ἔκραζον ὁ μὲν δῆμος Ἑλληνιστὶ... οἱ δὲ στρατιῶται Ῥωμαϊστί, ut infra legimus p. 250. Leges utroque sermone editas fuisse sub Justiniano, probat Du Cange præfat. ad Gloss. Græc. p. XII, cujus argumenta non exscribam. Habet etiam hoc de argumento nonnulla Alemannus ad Procopium p. 76. Apud eundem Procopium locus est, quo docemur imperatorem debuisse illa ætate edictis publice proponendis Latine subscribere. Quem locum quia interpres sinistre accepit, operæ pretium est eum emendatum hic proponere et explicare. Ait ibi Procopius, Justinum adeo imperitum fuisse litterarum, ut ne verbum *legi* quidem tabulis subscribendum exarare potuerit, et præterea omnia peragenda quæstori suo permisisse, qui pro lubitu sacras dictaverit : ὅπως δὲ μαρτυρίαν τῆς βασιλέως χειρὸς ἔχοιεν οἷς ἐπίκειται τὸ ἔργον τοῦτο, (ita legendum doletis asteriscis,) ἐπενοήθη τάδε, *ut tamen testimonium regiæ manus* (qua significaretur, ea imperatori conspecta et probata esse) *haberent illi, quorum ea cura est* (ut subscriptos manu sacra libellos supplices et leges tabulasque publicas habeant, ut officiales quæstoris, etc.), *excogitatum fuit hoc:* Ξύλῳ εἰργασμένῳ βραχεῖ ἐγκολάψαντες μορφήν τινα γραμμάτων, ἅπερ ἀναγνῶναι τῇ Λατίνων φωνῇ δύναται, γραφίδα τε βαφῇ βάψαντες, ᾗ βασιλεῖς γράφειν εἰώθασιν, ἐνεχείριζον τῷ βασιλεῖ τοῦτο, καὶ τὸ ξύλον, οὗπερ ἐμνήσθην, τῷ βιβλίῳ ἐνθέμενοι [id est ἐπιθέμενοι] λαβόμενοί τε τῆς βασιλικῆς χειρὸς, περιῆγον μὲν ξὺν τῇ γραφίδι ἐς τῶν τεττάρων γραμμάτων τὸν τύπον, ἐς πάσας δὲ τοῦ ξύλου τὰς ἐντομὰς, οὕτω δὴ ἀπηλλάσσοντο, τοιαῦτα βασιλέως γράμματα φέροντες. Non possum meliorem horum interpretem dare, quam Anonymum Valesianum, qui de Theodorico, Gothorum et Italiæ rege, hæc habet, æque parum hactenus intellecta, et æque corrupta atque Procopii locus fuit. Habet eum Muratorius A. I. t. II, pag. 305, unde recito. *Theodoricus inlitteratus* B *erat et sic obruto sensu, ut in decem annos regni sui quatuor litteras subscriptionis edicti sui discere nullatenus potuisset. De qua re jussit laminam auream interrastiem fieri* [id est hinc illinc pertusam] *quatuor litteras regis habentem THEOD., ut, si subscribere voluisset, posita lamina super chartam, per eam penna duceretur et subscriptio ejus tantum videretur.* Ita vulgo editur. Atqui litteras THEOD. si subscripsit Theodoricus, quod vult vulgaris illa lectio, subscripsit *quinque*, non *quatuor* litteras. Legendum ergo censeo : *quatuor litteras* LEGI *habentem, ut, si subscribere.* etc. Recte itaque suspicatus fuit cl. Muratorius, quando t. III, Antiqu. Ital. p. 117, sic ait : *Inter monogrammata Augustorum et regum - - multa inspexi revera calamo, hoc est manu eorumdem principum exarata ; sed nonnulla occurrerunt mihi interdum delineata characteribus tanta elegantia ac linearum ductu adeo delicato ac uniformi impressis, ut facta mihi suspicio fuerit,* C *non calamo, sed stabili aliqua tabella fuisse monogrammata illa efformata. Saltem velim accuratius in hanc rem eruditi inquirant*, etc. E loco Joannis Diaconi porro, quem supra ad p. 7 citavi, concludas, Constantini Copronymi adhuc ætate, id est sæculo VII exeunte, usum Latinæ linguæ fuisse tantum apud CPlanos, ut populus in ecclesia congregatus sacerdotes Latinos missam Latine celebrantes intelligeret, et laudibus eorum Latine responderet. Sed dixi ibi me de veritate narrationis dubitare. In id enim docti consentiunt, cum Heraclio usum et intelligentiam Latini sermonis in Oriente exspirasse, quamvis in novello Græco sermone multa Latina vocabula et multæ quoque formulæ Latinæ remanserint, quarum magnam copiam vel solum ceremoniale nostrum præbet. Neque magis, quam Joannis Diaconi locus ad contrarium probandum valet illud, quod Theophanes pag. 218 de τόρνα, τόρνα, φράτρε narrat. Videntur eæ reliquiæ veterum formularum militarium esse, quas tirones cum D armorum exercitiis olim a campiductoribus discebant. Cæterum simile huic fragmentum Græcum e primigenio Latino factum est in Actis Concilii sub Mena, id est imperante Justiniano, habiti, epistola Agapeti papæ. Quis ejus non rideat hanc dictionem : ᾧτινι καὶ παρὰ τοὺς λοιποὺς τῶν γαληνοτάτων βασιλέων ἐπεγέλασεν ἡ ἐκλογή, simul reputans, ἐπεγέλασεν referre Latinum *arrisit*, id est *Placuit*. Plura talia conficiat e Conciliis exempla, cui major eorum usus sit, quam mihi quidem est.

(90) Solemnis formula ad novos imperatores. Ita apud Vopiscum in Probo p. 659 : *imperet quemadmodum militavit.* Exacte concinit huic nostro loco Cedren. pag. 357 : Τοῦ Ἀναστασίου τὸ τῆς βασιλείας σχῆμα λαβόντος ἐν τῷ τοῦ Ἱπποδρόμου καθίσματι, ἅπας ὁ δῆμος ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος εὐθυβόλως ἐβό-

καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Αὔγουστος· « Ἐπειδὴ τοίνυν ἐμὲ, εἰ καὶ ἄκοντα καὶ ἀναβαλλόμενον, ἡ γαληνωτάτη Αὐγούστα Ἀριάδνη τῇ διακρίσει (91) τῶν ὑπερφυεστάτων πρωτευόντων καὶ τῆς ἐνδοξοτάτης συγκλήτου ἡ ἐκλογὴ καὶ τῶν δυνατῶν στρατοπέδων, τοῦ τε καθοσιωμένου λαοῦ ἡ συναίνεσις πρὸς τὸ ἀναδέξασθαι τῆς βασιλείας τῶν Ῥωμαίων τὴν φροντίδα, προηγουμένως τῆς ἐπιεικείας τῆς θείας Τριάδος, προεχώρησεν (92). » Ὑπὸ πάντων ἐκράγη· « Κύριε, ἐλέησον· Υἱὲ Θεοῦ, σὺ αὐτὸν ἐλέησον. Ἀναστάσιε Αὔγουστε, τούμβηκας· εὐσεβῆ βασιλέα ὁ Θεὸς φυλάξει· ὁ Θεός σε ἔδωκεν, ὁ Θεός σε φυλάξει, » καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Αὔγουστος· « Ὁπόσον μοι βάρος ὑπὲρ τῆς κοινῆς πάντων σωτηρίας ἐπετέθη, οὐκ ἀγνοῶ. » Παρὰ πάντων ἐβοήθη· « Ἄξιε τῆς βασιλείας, ἄξιε τῆς Τριάδος, ἄξιε τῆς πόλεως. Τοὺς δηλάτορας ἔξω βάλε, » καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Αὔγουστος· « Ἀλλὰ τὸν Θεὸν τὸν παντοκράτορα δυσωπῶ, ὅπως, οἷόν με ἐν ταύτῃ τῇ κοινῇ ἐκλογῇ γενέσθαι ἠλπίσατε, τοιοῦτον τῇ τῶν πραγμάτων ἐργασίᾳ κατανοήσητε. » Παρὰ πάντων ἐκράγη· « Εἷς ὃν πιστεύεις, αὐτός σε σώσει. Ὡς ἔζησας, οὕτω βασίλευσον. Εὐσεβῶς ἔζησας, εὐσεβῶς βασίλευσον. Ἀριάδνη, σὺ νικᾷς. Πολλὰ τὰ ἔτη τῆς Αὐγούστης. Τὸ ἐξέρκιτον σὺ ἔγειρον, τὰς στρατείας σὺ ἔγειρον, τοὺς δούλους σου ἐλέησον. Ὡς Μαρκιανὸς, οὕτως βασίλευσον, » καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλά. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Αὔγουστος· « Ὑπὲρ τῆς ἑορτῆς τῆς εὐτυχοῦς ἡμῶν βασιλείας ἀνὰ ε' νομισμάτων καὶ λίτραν ἀργύρου ὑμῖν καταβούκολον δώσω. » Παρὰ πάντων ἐβοήθη. « Χριστιανὸν βασιλέα ὁ Θεὸς διαφυλάξει. Αὗται κοιναὶ εὐχαί, αὗται αἱ εὐχαὶ τῆς οἰκουμένης· τὸν εὐσεβῆ (93). Κύριε, φύλαξον· ἅγιε Κύριε, ἔγειρον τὸν κόσμον σου. Νικᾷ ἡ τύχη τῶν Ῥωμαίων. Ἀναστάσιε Αὔγουστε, σὺ νικᾷς· Ἀριάδνη Αὐγούστα, σὺ νίκᾷς. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς δέδωκεν, ὁ Θεὸς ὑμᾶς φυλάξει. » Αὐτοκράτωρ Αὔγουστος· « Ὁ Θεὸς μεθ' ὑμῶν. » Καὶ μετὰ τὸ προσφωνηθῆναι αὐτοῖς κατῆλθεν δηριγευόμενος, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ εἰσῆλθεν διὰ τοῦ νάρθηκος, τὸν στέφανον πρότερον ἀποθέμενος ἐν τῷ

protinus erigebantur jacentia signa, et fausta vota tam milites quam populares acclamabant. Descendebat tum e scuto, et ingrediebatur rursus in triclinium, ubi basilica seu insignia imperii induebat, ab episcopo preces fiebant. Kyrie eleison recitabatur, idem patriarcha ipsi chlamydem imperialem et coronam gemmatam circumponebat. In hoc ornatu repetebat Anastasius rursus cathisma, et salutabat populum. Exclamabant tum omnes: « Anguste! » **246** ipse vero alloquebatur milites et populum ore libellensis. Nempe libellus, in quo prescripta erat alloquii formula, ipsi ab aliquo tradebatur, quem ipse vicissim libellensi tradebat, hic denique e tribunali recitabat, promittens danda ipsis augustiatica seu munera a novis Augustis populo et militibus dari solita; et quidem viritim nummos aureos quinos et litras singulares argenti. Habet autem alloquium sic. Imperator Cæsar augustus: « Notum est humanam potestatem a nutu supremæ gloriæ dependere. » Exclamabant omnes: « Abunde bonorum orbi terrarum » [nunc contingit, te ad imperium evecto]. « Ut hactenus vixisti, ita porro impera. Puros magistratus orbi terrarum [flagitamus], » et alia talia. Imperator Cæsar augustus: « Cum itaque me, quamvis invitum et cessitantem, serenissima Augusta Ariadne judicio suo, illustrissimorum procerum et gloriosissimi senatus electio, potentiumque exercituum ut et sacrosancti populi consensus, eo adegerit, ut, sequens ductum clementiæ divinæ Trinitatis, curam imperii Romanorum in me susciperem. » Ad hæc exclamabant omnes: « Kyrie eleison. Fili Dei, miserere ejus. Anastasie Auguste, tu vincas. Pium imperatorem Deus conservet. Deus te dedit. Deus te conservet, » et alia talia. Imperator Cæsar augustus: « Intelligo, quantum onus mihi cum cura communis omnium salutis impositum fuerit. » Acclamabant omnes: « Digne imperio, digne Trinitatis favore atque calculo, digne urbe. Arce delatores, » et similia plura. Imperator Cæsar augustus: « Verum supplicor omnipotenti Deo, velit efficere, ut qualem me fore sperastis, eligentes

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

τησεν· Ὡς ἔζησας, οὕτω καὶ βασίλευσον, δέσποτα... οὗτος τοὺς δελάτωρας ἐκ τῶν πόλεων τελέως ἐξέκοψεν.

(91) Subintellige σύν vel ἅμα, *una cum judicio*. De phrasi κρίσει τῆς ἐνδοξοτάτης συγκλήτου καὶ συναινέσει τῶν ἀνδρειοτάτων στρατιωτῶν vid. Spanhem, ad Julian. orat. p. 32. Concinit præsenti orationi illa Gordiani apud Capitolin. t. II Scr. Hist. Aug. p. 12 *Invitum me P. C. juvenes, quibus Africa tuenda commissa est, ad imperium vocarunt. Sed intuitu vestrum necessitatem libenter sustineo. -- Nam ego usque ad senatus judicium incertus et variis fluctuabo.*

(92) Notabilis usus verbi pro προεβίβασεν. Est tamen bene Græcum hoc sensu: προχωρεῖν non solum semet, sed etiam alium promovere notat. Pari modo ἐκχωρεῖν non tantum semet ipsum, sed etiam alium e loco, in quo est, extrahere, ποιεῖν ἐκχωρεῖν. Sic usurpat Diodorus Siculus t. II. p. 25: Ἐπεχείρει λόγοις τὸν τύραννον ἐκχωρεῖν τῆς ἀκροπόλεως· pro quo alius dixisset ἔκκαλεῖν, ἐκβάλλειν, ἐκκορεῖν, velut *excimicare*, ut cimicem egerere, excutere; v. quæ ad p. 253 dicam. Ita Aristophanes Avibus vs. 214: γένυος ξουθῆς καθαρὰν χώρει Διὰ φυλλοκόμου σμίλακος ἠχώ. Sic enim ibi leg., aut sane ἦχη si καθαρὰ ob metrum servare velimus: *promove purum echo*, aut *puros sonos per canorum guttur usque ad sedes Jovis trans umbrosam taxum* χώρει *fac cedere, procedere, cedo*. Notanda quoque positio hujus verbi, tam longe sejuncti a nominativo suo *Ariadne*. Tot interjectis ambagibus vix tandem reperimus in fine dimidiæ periodi verbum, quod omnia ista regit. Non sic Græci. Circumductior, est hæc oratio, quam pro Græcis. Toto habitu Latina est. Apodosis particulæ ἐπειδὴ est in verbis ὁπόσον μοι βάρος... quorum quoque structura mera Romana est.

(93) Vox εὐσεβῆ potest accusativus, potest quoque vocativus esse. Posterius si optes, erit τόν pro τοῦτον accipiendum; *hunc, pie Domine, serva*.

unanimi consensu, talem esse ipso ex operum meorum documento deprehendatis. » Acclamabant omnes: « Ille, cui confidis, te salvabit; ut vixisti, ita impera; pie vixisti, pie impera. Ariadne, tu vincas; multi sint anni Augustæ. Erige tu [Anastasie] exercitum. Miserere servorum tuorum; ut Marcianus, ita tu quoque impera, » et alia talia multa. Imperator Cæsar Augustus: « Pro festo die, felicis nostri imperii natale, dabo vobis in buccam [seu viritim] quinos nummos et singulas litras argenti. » Acclamabant omnes: « Christianum imperatorem conservet Deus. Hæc sunt communia omnium vota. Hæc sunt vota orbis terrarum. Pium dominum, Domine, conserva. **247** Sancte Domine, releva mundum tuum. Vincat fortuna Romanorum; Anastasi Auguste, tu vincas. Ariadne Augusta, tu vincas. Deus vos dedit, Deus vos conservet. » Imperator Cæsar Augustus: « Deus vobiscum. » Finito hoc alloquio, descendebat et procedebat in conductu ad ecclesiam, ingressusque per narthecem deponebat coronam in mutatorio, præposito eam arripiente; deinde rursus ab hoc sibi redditam deponebat in thysiasterio seu sacrificatorio, offerebat dona, redibat ad mutatorium, induebat ibi coronam, revertebatur in palatium, faciebat ibi promotionem præfecti Urbi [paulo ante ab Ariadne denominati], dabat missas, et tandem convivio, quos volebat, proceres adhibebat.

μουτατωρίῳ, καὶ λαβὼν αὐτὸν ὁ πραιπόσιτος ἐπέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἄπέθετο αὐτὸν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ προσήνεγκεν ὁ βασιλεὺς τὰ δῶρα, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ μουτατώριον ἐφόρεσεν τὸν στέφανον, καὶ ὑπέστρεψεν, καὶ εἰσελθὼν ἐποίησεν τὴν προαγωγὴν τοῦ ὑπάρχου, καὶ ἔδωκεν μίσσας, καὶ ἔθρεψεν τοὺς ἄρχοντας.

CAPUT XCIII.

Inauguratio imp. Justini [primi] divinæ sortis.

In electione Justini piæ et divinæ sortis contingebat aliquid turbarum, utpote quum neque Augusta adesset, neque imperator aliqnem sibi seu collegam seu successorem denominasset; sed in universum rebus provisum nihil esset. Res ita contigit. Anastasio per noctem vivis exempto, significabatur ea de re a silentiario ad magistrum et comitem excubitorum, quo in palatium convenirent. Adveniebant protinus Celer quidem, tum magister, Justinus autem, divinæ sortis princeps, tum comes excubitorum; et magister quidem in scholas edebat mandata, quibus candidatos cæterosque scholarios arcessebat, Justinus autem militibus [gregariis] et tribunis vicariisque et excubitorum primiceriis conventum imperabat, et ad congregatos ita perorabat: « Dominus noster, ut homo, et quatenus homo fuit, seu corpore tenus, mortuus est. Oportet igitur nos omnes communia consilia eo conferre, ut principem, qui Deo simul acceptus amicusque, et imperio commodus utilisque sit, eligamus. Eodem modo magister quoque ad candidatos et scholariorum primicerios disserebat. Mane facto, coibant

ΚΕΦΑΛ. ϟΓ'.

Ἀναγόρευσις βασιλέως Ἰουστίνου τοῦ τῆς θείας λήξεως.

Ἐν τῇ ἀναγορεύσει Ἰουστίνου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς θείας λήξεως ἀταξία τις ἐγένετο, οἷα μηδὲ Αὐγούστης οὔσης μηδὲ βασιλέως τοῦ χειροτονοῦντος, ἀλλὰ ἀπρονοήτων σχεδόν ὄντων τῶν πραγμάτων. Ἀποθανόντος γὰρ Ἀναστασίου τοῦ τῆς θείας λήξεως ἐν τῇ νυκτί, ἐδηλώθη παρὰ τῶν σιλεντιαρίων [34] (94), τῷ μαγίστρῳ καὶ τῷ κόμητι τῶν ἐξκουβιτόρων ἀπαντῆσαι εἰς τὸ παλάτιον. Παρεγένετο οὖν Κέλερ μάγιστρος, καὶ Ἰουστῖνος ὁ τῆς θείας λήξεως, κόμης ὢν ἐξκουβιτόρων (95) τηνικαῦτα. Καὶ παραχρῆμα ὁ μάγιστρος ἐδήλωσεν εἰς τὰς σχολὰς (96), ἵνα καὶ οἱ κανδιδάτοι καὶ οἱ ἄλλοι σχολάριοι ἀπαντήσωσιν. Ἐδήλωσεν δὲ καὶ ὁ τῆς θείας λήξεως Ἰουστῖνος τοῖς στρατιώταις καὶ τριβούνοις καὶ βικαρίοις ἀπαντῆσαι καὶ τοὺς πρώτους τῶν ἐξκουβιτόρων, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι « Ὁ δεσπότης ἡμῶν, ὡς ἄνθρωπος (97), ἐτελεύτησεν· δεῖ οὖν ἡμᾶς πάντας κοινῇ βουλεύσασθαι, καὶ τὸν τῷ Θεῷ ἀρέσκοντα καὶ τῇ πολιτείᾳ συμφέροντα ἐπιλέξασθαι. » Τὸν αὐτὸν τρόπον διελέχθη καὶ ὁ μάγιστρος τοῖς κανδιδάτοις καὶ τοῖς πρώτοις τῶν σχολαρίων. Ὄρθρου οὖν προῆλθον οἱ ἄρχοντες, τινὲς μὲν μύϊνα φοροῦντες (98),

VARIÆ LECTIONES.

[34] Sic conj. R. τῷ σιλεντιαρίῳ cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(94) Sic ibi legend. De Justini electione nihil invenio apud Theophanem et Cedrenum quod huic narrationi comparari mereatur.

(95) Procopius, p. 28 Anecdot., ἄρχοντα τῶν ἐν παλατίῳ φυλάκων appellat.

(96) Notabilis hic locus, e quo apparet scholas quoque, id est scholarios, candidatos, sub dispositione magistri officiorum, et magistrum simul togatum sagatumque fuisse, ut qui non solum in scriniis, sed etiam in scholis militantes sub se haberet. Discimus hinc porro quoque, quinam ad officium comitis excubitorum tunc temporis pertinuerint.

(97) Ambigue positum: *quia homo*, qua parte homo erat; aut *quia homo*, quia mortalis erat.

(98) Alias candidati procedebant in curiam proceres; hic autem coloratis vestibus. De ritu in coloreis lugendi dicam ad libri secundi caput 30, p. 364, ubi de sepultura patriarchæ; μύϊνα mihi videntur esse vestes ejus coloris, qui murium est. cinerei seu dilute cyanei; cæruleo colore potissimum lugere solent Orientales; vel etiam vestes cum intextis murium imaginibus, quales veteres appellabant μυωτούς; vid. Pollux VII, 60. Pari modo habebant talpas, genus murium, intextas; vid. Du Cange v. *Talpa*. Διάφορα geminam patitur expositionem; possunt enim intelligi aut vestes floridæ, variæ, βαφαῖς διαφόροις πεποικιλμέναι, ut sit Herodianus l. IV, quando unus unius hominis vestitus varios colores simul exhibet, aut tales, quarum una unius hominis unum quidem colorem exhibet; diversum tamen a colore vestis, quam socius gerit, e. c. quando in uno collegio unus violaceam, alter cyaneam, tertius pullam et sic porro gerant.

τινὲς δὲ καὶ διάφορα. Συνήχθη δὲ καὶ ὁ δῆμος ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ, καὶ εὐσήμουν τὴν σύγκλητον κράζοντες· « Πολλὰ τὰ ἔτη τῆς συγκλήτου. Σύγκλητε Ῥωμαίων, σὺ νικᾷς. Τὸν ἐκ Θεοῦ βασιλέα τῷ ἐξερκίτῳ. Τὸν ἐκ Θεοῦ βασιλέα τῇ οἰκουμένῃ, » καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Καὶ τεθέντων σκαμνίων ἐν τῷ πορτίκῳ τῷ πρὸ τοῦ μεγάλου τρικλίνου, ἐκάθισαν πάντες οἱ ἄρχοντες καὶ ὁ ἀρχιεπίσκοπος, καὶ ἤρξαντο πρὸς ἀλλήλους φιλονεικεῖν περὶ τῆς προβολῆς τοῦ βασιλέως· ἄλλος γὰρ ἄλλῳ ἐσπούδαζεν· ὡς δὲ χρόνος διετρίβετο, λέγει αὐτοῖς Κέλερ ὁ μάγιστρος, ὅτι « Ἐν ὅσῳ ἔξεστιν ἡμῖν, βουλευσόμεθα καὶ πράξομεν. Ἐὰν γὰρ ταχέως ὀνομάσωμεν τὸν ὀφείλοντα γενέσθαι, πάντες ἡμῖν ἀκολουθήσωσιν καὶ ἡσυχάζουσιν. Ἐπεὶ μετ' ὀλίγον οὐ γινόμεθα κύριοι τῆς βουλῆς, ἀλλ' ἡμεῖς ἑτέροις ἔχομεν ἀκολουθεῖν. » Ὡς δὲ καὶ μετὰ ταῦτα ἡ φιλονεικία ἐπέμενεν, οἱ ἐξκουβίτορες ἄνω ἐν τῷ ἱππικῷ ἀναγορεύουσιν βασιλέα Ἰωάννην τινὰ τριβοῦνον, οἰκειούμενον τῷ τῆς θείας λήξεως Ἰουστίνῳ, ὃς μετὰ ταῦτα ἐπίσκοπος Ἡρακλείας ἐγένετο, καὶ ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς τὸ σκουτάριον· Ἀπηρέσθησαν [35] δὲ οἱ Βένετοι, καὶ ἐλίθασαν, καί τινες καὶ ἐτοξεύθησαν ὑπὸ τῶν ἐξκουβιτόρων. Πάλιν δὲ σχολάριοι ὁρμήσαντες κατέσχον πατρίκιον, ὄντα στρατηλάτην, καὶ ἀνήγαγον εἰς τὸν μέσον ἀκκούβιτον, καὶ ἔστησαν, ὀφείλοντες αὐτὸν στέψαι (99). Ἀπηρέσθησαν δὲ οἱ ἐξκουβίτορες, καὶ ἐπελθόντες κατέσπασαν αὐτὸν, καὶ ἔμελλον μὲν καὶ ἀναιρεῖν, εὑρεθεὶς (1) δὲ ὁ εὐσεβέστατος δεσπότης Ἰούστινιανὸς, τηνικαῦτα κανδιδάτος ὤν, ἐῤῥύσατο αὐτὸν, καὶ παρεσκεύασεν αὐτὸν πεμφθῆναι εἰς τὸ ἐξκούβιτον καὶ φυλαχθῆναι. Ἠνάγκαζον δὲ πάντες οἱ ἐξκουβίτορες αὐτὸν Ἰουστινιανὸν (2) τὸν εὐσεβῆ γενέσθαι βασιλέα. Ὁ δὲ παρῃτήσατο· καθ' ἕκαστον δὲ τῶν ὀνομαζομένων ἔκρουον εἰς τὰς θύρας τὰς ἐλεφαντίνους, ζητοῦντες παρὰ τῶν κουβικουλαρίων τὸ σχῆμα (3) τοῦ βασιλέως· οἱ δὲ, ἀκούοντες τὰ ὀνόματα τῶν προβαλλομένων, οὐκ ἐπίδοσαν. Τελευταῖον οὖν οἱ συγκλητικοὶ πάντες αἱροῦνται τὸν τῆς θείας λήξεως Ἰουστῖνον, καὶ τρόπον τινὰ ἠνάγκασαν αὐτὸν ἔλθεῖν ἐπὶ τὸ σχῆμα. Σχολάρισι δέ τινες ἀπαρεσθέντες ἐπῆλθον αὐτῷ, ὥστε καὶ ἕνα δοῦναι αὐτῷ γρόνθον (4) καὶ σχίσαι τὸ χεῖλος αὐτοῦ. Πλὴν ἐκράτησεν ἡ γνώμη πάντων, καὶ συγκλητικῶν καὶ στρατιωτῶν καὶ δημοτῶν, καὶ ἀνηνέχθη εἰς τὸ ἱππικὸν, καὶ συνῆνεσαν ἐπ' αὐτῷ καὶ Βένετοι καὶ Πράσινοι, καὶ οἱ κουβικουλάριοι εὐθέως τὸ σχῆμα ἔπεμψαν. Εἰσῆλθεν οὖν εἰς τὸ κάθισμα, συνόντος αὐτῷ τοῦ ἀρχιε-

proceres, partim myma [seu vestes cum intextis murium parvis figuris, aut colorem murium cineritium imitantes], partim diaphora [seu lumina colorum vario fulgentes] induti. Congregabatur quoque populus in circo, et celebrabant senatum laudibus, clamantes : « Multi sint anni senatus. Senatus Romanorum, tu vincas. A Deo datum imperatorem exercitui [flagitamus]. A Deo datum imperatorem orbi terrarum, » et plura talia. 248 Positis interim scamnis in porticu magno triclinio prætensa, considebant proceres omnes et archiepiscopus, et incipiebant inter sese de creando futuroque imperatore acriter contendere, alio alii studente. Tempore autem inutiliter labente, adhortabatur Celer magister suos ita : « Agite, aiebat, amici, decernamus tandem aliquando et perficiamus decreta, donec licet. Si absque mora nos e sententia nostra nuncupaverimus futurum imperatorem, sequentur omnes partes nostras, et tranquillos se continebunt. Quod si vero tantillum adhuc cessemus, non erit amplius penes nos deliberandi et decernendi arbitrium, sed coacti erimus aliis obsecundare. » Quum vero nihilominus jurgium et contentio pertinerent, nuncupabant excubitores supra in circo imperatorem aliquem Joannem tribunum, illum, qui tum temporis familiaris Divo Justino erat, et deinceps ad episcopatum Heracleæ pervenit. Hunc attollebant in scutum. Verum Veneti eam electionem non approbantes, dissipabant sparsis saxis illam factionem ; ipsorum autem vicissim aliquot peribant sagittis excubitorum confixi. Ex altera parte ruentes scholarii, raptabant aliquem, quem ipsi tenebant, patricium, stratelatæ munere fungentem, mediumque super accubitum [seu mensam magni triclinii] collocatum in eo erant ut coronarent. At excubitores irati celeriter advolabant hominemque [de accubitu] detractum jam trucidare parabant. Sed forte tum præsens piissimus Dominus noster Justinianus, [Petri Magistri verba sunt] tunc candidatus, liberabat eum a nece efficiebatque, ut ad excubitum [seu stationem et diætam excubitorum] in custodiam mitteretur. Ad hæc afferebant excubitores ad unum omnes Justiniano ipsi vim, quam poterant, omnem, ut pateretur imperator nuncupari. At ille vero deprecabatur. Itaque aliis atque aliis in censum venientibus imperii candidatis, pulsabant partes, quoties aliquem imperatorem nuncuparent, portam eburneam, flagitantes scilicet a

VARIÆ LECTIONES.

[35] ἀπηρέστησαν aut ἀπηρεστήθησαν conj. R.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(99) Pro στέψοντες vel μέλλοντες στέψειν. Eo usu verbum ὀφείλειν frequens est apud novos Græcos. Vid. Theophan. p. 44 et p. 335. Malala, t. II, p. 208 media. Noster infra p. 296.

(1) *Præsens existens*, παρών. Eodem sensu supra habetur p. 194, εὑρίσκονται *præsto adsunt*. Et paulo post v. 249. οὐκ ἠδυνήθη εὑρεθῆναι.

(2) Ἰουστινιανόν. Videri queat Ἰουστῖνον legendum esse. Ego tamen a vulgata non discedo. Non enim opus est.

(3) Ita in specie appellabatur habitus vel vestitus regius, insignia regni. Eo sensu jam apud Themistium p. 13, ed. Hard. occurrit ; v. Du Cange h. v.

(4) Vox novæ Græciæ, notans *pugni in vultum inflictionem*. Dicitur etiam γρόθος ; vid. du Cange Gloss. Gr. h. v. et Theophan., pag. 208, ubi γροθίζεσθαι.

cubiculariis schema seu ornatum imperialem. Hi vero negabant, edita eorum audientes nomina, pro quibus partes identidem sacram vestem flagitabant; donec tandem aliquando senatus omnis divum Justinum eligeret, eumque quodammodo ad acceptandum schema adigeret. Quamvis autem et huic negotium facesserent atque obstreperent scholarii quidam tanta cum importunitate et impudentia, ut etiam unus eorum aliquis acutis compliciti pugni condylis in os ejus ingestis labium ipsi finderet: obtinebat tamen omnium tam senatorum, quam militum et popularium factionum sententia; ascendebat Justinus conductus in hippicum, ubi ei se acquiescere publica voce testabantur Veneti æque atque Prasini: et cubicularii mittebant protinus schema seu ornatum imperialem. Intrabat itaque Justinus in cathisma, secum habens archiepiscopum Joannem **249** reliquosque proceres, quibus ingredi cathisma fas et mos est; reliqui autem proceres infra restitabant; dein recipiebat stans in scuto torquem a Godila, campiductore lancearioriurn sibi impositum. Quo facto protinus erigebantur signa, quæ hactenus humi jacuerant, quemadmodum in talibus inaugurationibus fieri solet. Non autem intrabat (quod alii facere consueverunt) in triclinium mutandi vestitus gratia; sed milites testudinem circa ipsum scutis suis facientes cingebant eum, et sub hoc tegmine induebat Justinus schema; dein imponebat ipsi episcopus [vel patriarcha] coronam: ipsi manu accipiebat lanceam et scutum, et ascendebat [in cathisma hoc habitu], et tum clamabant omnes: « Justine Auguste, tu vincas. » Tradebatur ipsi porro libellus, in quo perscripta erat ejus ad milites et populum allocutio, et qua illorum singulis scutis [id est viris scutatis] quinos aureos nummos et singulas litras argenti promittebat. Hanc allocutionem e scripto recitabant libellenses, quandoquidem neque quæstor aderat, neque Celer magister ob articularem morbum, qui pedibus ejus interea supervenerat, adesse poterat, sed pro illo quidem temporis articulo desiderabatur. Habet autem allocutie sic. Imperator Cæsar Justinus

A πισκόπου Ἰωάννου καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχόντων τῶν εἰωθότων εἰσέρχεσθαι εἰς τὸ κάθισμα, καὶ οἱ ἄλλοι ἄρχοντες κάτω ἵσταντο, καὶ ἐν τῷ σκουταρίῳ ἔφόρεσεν τὸν μανιάκιν ἐπιτεθέντα αὐτῷ παρὰ Γωδίλα (5) τοῦ καμπιδούκτορος τῶν λαγκιαρίων [36], καὶ ὠρθώθη παραχρῆμα τὰ σίγνα κείμενα ἐπ' ἐδάφους κάτω, ἐπὶ τῶν τοιούτων ἀναγορεύσεων εἰθισμένον. Οὐκ εἰσῆλθεν δὲ εἰς τὸν τρίκλινον, καὶ ἤλλαξεν, ἀλλὰ ἐποίησαν χελώνην οἱ στρατιῶται, καὶ ἐκεῖ ἐνεδύσατο, καὶ τὸν στέφανον (6) ἐπέθηκεν αὐτῷ ὁ ἐπίσκοπος, καὶ ἐκράτησε λαγκίδιν καὶ σκουτάριν, καὶ ἀνῆλθεν, καὶ ἔκραξαν πάντες· « Ἰουστῖνε Αὔγουστε, σὺ νικᾷς. » Καὶ προσεφώνησεν τῷ δήμῳ, ἐπιδοθέντος αὐτῷ τοῦ λιβελλαρίου, ἔνθα καὶ ὑπέσχετο αὐτοῖς κατασκευτάριν πέντε νομίσματα καὶ λίτραν ἀργύρου. Τὸ δὲ λιβελλάριον ἀνεγνώσθη παρὰ λιβελλησίων, ἐπειδὴ

B οὔτε κυαίστωρ (7) εὑρέθη, καὶ ὁ μάγιστρος Κέλερ διὰ τὴν γενομένην ταραχὴν διὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ οὐκ ἠδυνήθη εὑρεθῆναι, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὥραν ἀπελείφθη. Ἔχει δὲ ἡ προσφώνησις οὕτως. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Ἰουστῖνος νικητὴς ἀεὶ σεβαστός· « Τῇ τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ κρίσει, τῇ τε ὑμετέρᾳ κοινῇ ἐκλογῇ πρὸς τὴν βασιλείαν χωρήσαντες, τὴν οὐράνιον πρόνοιαν ἐπικαλούμεθα· » Παρὰ πάντων ἐβοήθη· « Ἄφθονα τῇ οἰκουμένῃ ὡς ἔζησας, οὕτω βασίλευσον· ἄφθονα τῇ πολιτείᾳ· Βασιλεῦ οὐράνιε, σῶσον τὸν ἐπίγειον. Ἰουστῖνε Αὔγουστε, σὺ νικᾷς· τοῦ νέου Κωνσταντίνου (8) πολλὰ τὰ ἔτη. Ἡμεῖς δοῦλοι τοῦ βασιλέως. » Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Αὔγουστος· « Ὡς ἀνδιὰ

C τὴν οἰκείαν φιλανθρωπίαν ἐνισχύσει ἡμᾶς, ἅπαντα τὰ ὑμῖν τε καὶ τῷ δημοσίῳ ἐπωφελῆ ὄντα τελέσαι. » Παρὰ πάντων ἐκράγη· « Υἱὲ Θεοῦ, σὺ αὐτὸν ἐλέησον· σὺ αὐτὸν ἐπελέξω· σὺ αὐτὸν ἐλέησον. Ἰουστῖνε Αὔγουστε, σὺ νικᾷς, » καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Ὁ αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λὔγουστος· « Ἡμετέρα καὶ γὰρ φροντὶς ἐστιν ἐν πάσῃ εὐοδώσει ὑμᾶς θείᾳ προνοίᾳ καθιστᾶν, καὶ μετὰ πάσης εὐφροσύνης καὶ περιθάλψεως καὶ ἀμεριμνίας ἕνα ἕκαστον ὑμῶν διαφυλάττειν. » Παρὰ πάντων ἐβοήθη. « Ἄξιε τῆς βασιλείας, ἄξιε τῆς Τριάδος, ἄξιε τῆς πόλεως· πολλὰ τὰ ἔτη τοῦ βασιλέως. Ἀγνοὺς ἄρχοντας τῇ οἰκουμένῃ, » καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Ὁ αὐτοκράτωρ· « Ὑπὲρ τῆς ἑορτῆς τῆς ἡμετέρας εὐ-

VARIÆ LECTIONES.

[36] ΣΧΟΛ. τῶν λογχαρίων.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(5) Hujus viri videtur Theophanes, p. 150 et 145, mentionem facere. De lancearüs vid. Vales. ad Amm. Marc. p. 311.

(6) Nihil hic de unctione, quam Justino dedisse gloriatur ille Joannes in epistola ad Hormisdam papam apud Baronium A. C. 518, n° 60. Verum illa epistola Baronii est, non Joannis.

(7) Quæstoris enim proprie erat, orationes litterasque et mandata Augusti coram senatu et populo recitare, saltem temporibus illis quarti ad septimum usque sæculum. Pothius, n° LXV, p. 39, c. f.: Ὅσα (Tiberius) εἰς νουθεσίαν εἶπε Μαυρικίου, Ἰωάννῃ τῷ κοιαίστωρι χρώμενος ὑπουργῷ τῶν λόγων, ὅς πρός τε αὐτὸν Μαυρίκιον καὶ τὸν δῆμον τὴν ἐν τῷ λόγῳ πρᾶξιν ἐτάχθη πληροῦν τοῦ βασιλέως.

(8) Titulum hunc complures imperatores CPlani

D affectarunt, quod norant, Constantini M. nomen, tam bene de CPli meritum, apud populum magno in honore haberi et adamari; ut olim *Antoninorum* expetitum Romanis nomen affectabant. Vid. Selden. de Titul. Hon., p. 63, [Adrianus papa in epistola ad Carolum M. meminit donationis Constantini, eamque in Lateranensi scrinio haberi ait, Carolum *Constantinum novum* vocat. Notæ ad Donat. Constant. pag. 50.]· Ergo apparet, Petavium recte Themistii locum p. 70, sic constituisse; ποίας οὐκ ἀφήσεις φωνάς, alloquitur urbem Constantini... μετὰ τὸν υἱέα, μετὰ τὸν ἀδελφιδοῦν Κωνσταντίνου, αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν πάνυ Κωνσταντῖνον ἀπελήφας, *post Constantini filium* (Constantinum), *post ejusdem ex fratre nepotem* (Julianum). *illum ipsum magnum Constantinum* [in Joviniani] *recuperas*: v. Du Cange Gl. Gr. v. Νέος.

τυχοὺς βασιλείας ἀνὰ ε' νομισμάτων καὶ λίτραν ἀργύρου ὑμῖν καταχάσμα δωρήσομαι. » Παρὰ πάντων ἐκράγη· « Χριστιανὸν βασιλέα ὁ Θεὸς φυλάξει· αὗται κοιναὶ εὐχαὶ τῆς οἰκουμένης, » καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Ὁ αὐτοκράτωρ· « Ὁ Θεὸς μεθ' ὑμῶν. » Καὶ τὰ λοιπὰ ἀκολούθως γέγονεν κατὰ τὸ σχῆμα Ἀναστασίου τοῦ τῆς θείας λήξεως.

A victor semper Augustus : Omnipotentis Dei decreto delectuque et vestra communi electione atque suffragio capessentes imperium, invocamus cœlestem providentiam. » Acclamabant omnes : « Abunde bonorum orbi terrarum. Ut vixisti, ita impera. Abunde bonorum civili moderamini. Rex cœlestis, serva terrestrem. Justine Auguste, tu vincas. Junioris Constantini multi sint anni. Nos sumus servi imperatoris. » Imperator Cæsar Augustus : « Ut gratia sua nobis vires indulgeat ad ea omnia, quæ nobis et communi rei conducent, perficiendum. » Exclamabant omnes : « Fili Dei, miserere ejus. Tu eum elegisti, ergo miserere ejus. Justine Auguste, tu vincas, » et plura talia. Imperator Cæsar Augustus : « Etenim curæ nobis cordique erit, auxiliante divina providentia, ut vos in omni prosperitate collocemus, et ut unumquemque vestrum omni benevolentia et sollicito teneroque amoris affectu foventes in tranquillitate curarumque otio semper conservemus. » Acclamabant omnes : « Digne regno, digne Trinitate, digne Urbe. Multi sint imperatoris anni. Puros moderatores orbi terrarum [flagitamus, aut præsta], » et talia plura. Imperator : « Pro festo natale felicis nostri imperii die donabimus vobis in buccam [seu in singulas buccas] quinos nummos et singulas litras argenti. » Acclamabant omnes : « Christianum imperatorem Deus conservet. Hæc sunt communia vota orbis terrarum, » et multa id genus alia. 250 Imperator : « Deus vobiscum. » Cætera deinceps fiebant eodem ritu, qui supra in Anastasii inauguratione expositus fuit.

ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

Ἀναγόρευσις Λέοντος τοῦ μικροῦ.

Ἀναγκαῖον ἐνομίσαμεν εἰπεῖν, ὅπως καὶ βασιλεὺς ὑπὸ βασιλέως γίνεται. Ἐπὶ τοῦ τῆς θείας τοίνυν λήξεως Λέοντος Λέων ὁ μικρὸς Καῖσαρ ὢν ἐγένετο βασιλεύς. Συνέβη γὰρ νοσῆσαι Λέοντα τὸν τῆς θείας λήξεως, τὸν αὐτοῦ θεῖον, τὴν ἐπιθάνατον νόσον, καὶ παρεκλήθη ὥστε ποιῆσαι τὸν Καίσαρα βασιλέα. Τῇ οὖν πρὸ δεκαπέντε Καλανδῶν Δεκεμβρίων (9) ἐν ὑπατίᾳ Λέοντος τοῦ μικροῦ, μαγίστρου ὄντος Εὐσεβίου, συνῆλθον ἐν τῷ ἱππικῷ ὁ δῆμος καὶ οἱ πρεσβευταὶ (πολλοὶ γὰρ ἔτυχον ὄντες ἐνταῦθα, καὶ ἐκ διαφόρων ἐθνῶν), καὶ οἱ στρατιῶται πάντες μετὰ τῶν σίγνων ἐν τῷ στάματι, καὶ ἔκραζον, ὁ μὲν δῆμος Ἑλληνιστί, προτρέποντες τὸν βασιλέα ἀνελθεῖν, οἱ δὲ στρατιῶται Ῥωμαϊστί· καὶ ἀνῆλθεν ὁ βασιλεὺς, δηριγευόμενος ὑπὸ τῆς συγκλήτου. Ὁ δὲ Καῖσαρ ἔσω ἦν ἐν τῷ τρικλίνῳ, ἔνθα τοὺς συγκλητικοὺς δέχεται, καὶ ὁ ἀρχιεπίσκοπος τῆς πόλεως Ἀκάκιος σὺν αὐτῷ, καὶ ἔστη ὁ βασιλεὺς ἐμπρὸς τῆς σέλλης, καὶ οὕτως ἤρξατο προσφωνεῖν τοῖς στρατιώταις καὶ τῷ δήμῳ, καὶ ἔκραζον πάντες· « Παρακαλοῦμεν, ἵνα καθεσθῇς, » καὶ ἠσπάσατο τὸν δῆμον, καὶ ἐκάθισεν (10), καὶ ἔκραξεν ὁ δῆμος τὸ, « Αὔγουστε· » καὶ πάλιν πολλαὶ φωναὶ ἐγίνοντο παρακαλούντων αὐτῷ στέψαι

B

C

CAPUT XCIV.

Inauguratio Leonis junioris.

Jam videamus, quomodo imperator ab imperatore creetur. Nam et hoc necessarium dictu putamus. Leo magnus ergo (hic exemplo sit) morbo decumbens eo, qui ultimus ipsi contigit, nepotem e filia suum Leonem juniorem, tum Cæsarem, hortatu procerum in imperatorem provehebat. Quod sic peractum, Die xv Kal. Decembres, Cos. Leone juniore, magistro Eusebio, conveniebant in circo populus et legati, qui tum haud pauci variorum gentium aderant ; et milites omnes omniumque ordinum cum signis in stamate, et clamabant, populus quidem Græce, rogantes imperatorem, velit ad se in circum ascendere, milites autem Latine. Ascendebat igitur imperator deductus a senatu. Cæsar autem intus manebat in illo triclinio, in quo imperator senatores excipere solet, unaque ipsi aderat Acacius, archiepiscopus Urbis. Imperator, ut in hippicum venerat, consistebat coram sella seu throno, et sic stans incipiebat ad milites et populum perorare ; sed exclamabant omnes : « Auguste, rogamus velis considere. » Gratias propterea populo agebat benigna salutatione, et desidebat, et populus clamabat : « Auguste, » vocibusque frequentibus ipsi ten-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(9) Sumptum hoc a Latinis, qui, quando volunt diem xv Kalendar. Decembrium significare, ante diem xv Kal. Dec. dicunt, quamvis illum ipsum diem, non alium intendant. Ita recte Casaubonus t. I, Scr. H. A. p. 890, *ante diem* (pro *ad*) *pridie Nonas Martias* emendat. Quod moneo, ne quis suspicetur e Latina interpretatione, quam hodierno loquendi mori accommodavi, me voluisse aliquid in Græcis mutatum ire.

(10) Actis populo gratiis, quod sibi non bene valenti veniam sedendi fecerit, considebat. Debebant nempe imperatores peroraturi stare, ut e nummis veterum impp. cognoscitur. Conf. p. 243, et infra II, cap. 10, ubi de oratione quadragesimali. Cæterum adoratio ista, ὁ ἀσπασμός, consistebat in jactatione oculi per manum ori admotam, cum corporis inclinatione. Sæpe leguntur imperatores populum *adorare*, ἀσπάζεσθαι προσκυνεῖν. Tacitus Hist. I : *Nec deerat. Otho protendens manus, adorare vulgum, jacere oscula.* Capitolinus de Pertinace, t. I, p. 566, *fuit in curia honorificentissimus* [id est Patribus conscriptis in curia honoris plurimum exhibebat], *ita ut senatum faventem* [sibi fausta acclamantem] *adoraret.* Claudianus :

D

... regia circi
Connixum gradibus veneratur purpura vulgus,
Plebis adoratæ reboat fragor.

Sed sic solebant tantum imperatores vetusti, quinondum sic tumebant, ut sequentes, quorum cum decrescente potestate superbia crescebat. Successit in adorationis locum τὸ ῥωσθέλιον et ἡ σφράγισις de quibus suo loco dixi.

debat persuadere, ut imperatorem coronaret. Multis vicissim intercedentibus, sacris sermonibus promittebat tandem imperator, id se facturum. Clamabant igitur, velit missis magistro aliisque aliquot patriciis Cæsarem arcessere. Quo imperato, magister et delecti patricii abibant, et adducebant Cæsarem, eumque ad sinistram imperatoris collocabant. Sed episcopus quem una cum Cæsare adducebant, consistebat ad imperatoris dextram, et faciebat preces et pia vota : quibus finitis, omnes : « Amen, » succinebant. Quo facto præpositus imperatori coronam porrigebat, quam hic stans Cæsaris in caput imponebat, acclamans ter : « Feliciter. » Abibat tum episcopus, et considebat imperator Leo magnus ; minor autem Leo salutabat gestu populum ; ad quod omnes exclamabant : « Auguste. » Tunc veniebant præfectus Urbis et senatus a sinistra parte, et offerebant ipsi modiolum seu coronam auream, ut mos est, et alloquebatur imperator milites, **251** licentians ipsis et abeundi veniam dans, simul promittens viritim pro more consueto quinos nummos et litras argenti singulas nomine augustiacorum.

A τὸν βασιλέα, καὶ διαλαλιαὶ πολλαὶ περὶ τούτου, ὑποσχομένου αὐτοῦ τοῦτο ποιεῖν. Εἶτα ἔκραζον ὥστε τὸν μάγιστρον πέμψαι καὶ πατρικίους καὶ ἀγαγεῖν τὸν Καίσαρα. Καὶ ἐπέτρεψεν τῷ μαγίστρῳ καί τισιν πατρικίοις ἀπελθεῖν καὶ ἀγαγεῖν αὐτόν. Καὶ ἐξελθόντες ἦγαγον τὸν Καίσαρα, καὶ ἔστησαν εἰς τὰ ἀριστερὰ τοῦ βασιλέως, καὶ τὸν ἐπίσκοπον σὺν αὐτῷ, καὶ ἔστη εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ βασιλέως ὁ ἐπίσκοπος, καὶ εὐχὴν ἐποίησεν, καὶ ὑπήχησαν [87] πάντες τὸ, « Ἀμήν. » Καὶ ὁ πραιπόσιτος ἐπέδωκεν τῷ βασιλεῖ στέφανον, καὶ ἐπιτέθεικέν εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ Καίσαρος, » Εὐτυχῶς, εὐτυχῶς, εὐτυχῶς (11), » καὶ ἀνεχώρησεν ὁ ἐπίσκοπος, καὶ ἐκαθισεν ὁ βασιλεὺς Λέων. Καὶ ὁ μικρὸς Λέων ἦσπάσατο (12) τὸν δῆμον, καὶ ἔκραξαν πάντες· « Αὔγουστε. » Καὶ τότε ἦλθεν ὁ ἔπαρχος τῆς πόλεως ἐξ ἀριστερῶν καὶ ἡ σύγκλητος, καὶ B προσήγαγον αὐτῷ μοδίολον, ἤτοι στέφανον, χρυσοῦν κατὰ τὸ ἔθος, καὶ διελάλησεν ὁ βασιλεὺς ἀποδεχόμενος (13) τοὺς στρατιώτας, καὶ ὑπέσχετο ἑκάστῳ διδόναι κατὰ τὸ ἔθος πρὸς (14) πέντε νομίσματα καὶ λίτραν ἀργύρου ὑπὲρ αὐγουστιακῶν.

CAPUT XCV.

Inauguratio piissimi domini nostri Justiniani.

Pari modo divus Justinus, et ipse quoque gravi morbo decumbens, hortatu senatorum imperatorem faciebat in magno triclinio piissimum nostrum dominum Justinianum ; quod quomodo peractum sit breviter dicetur. Quarto Aprilis die, indictione quinta, magistro Tatiano, imperabat dominus silentium et comentum, seu conventum, et ut scholæ palatinæ ordinesque militares omnes in delphacem coirent. Aderat episcopus et preces faciebat, et coronabat ipsum [Justinus], et flebant omnia eodem modo, quo paulo ante diximus, ea sola cum differentia, quod ibi res in circo sursum, hic in delphace peracta fuit.

ΚΕΦΑΛ. ϛΕ'.

'Αναγόρευσις τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν δεσπότου 'Ιουστινιανοῦ (15).

'Ο τῆς θείας λήξεως 'Ιουστῖνος τὸν εὐσεβέστατον ἡμῶν δεσπότην 'Ιουστινιανὸν ἐποίησεν ἐν τῷ μεγάλῳ τρικλίνῳ. Καὶ αὐτὸς γὰρ ἐν νόσῳ μεγάλῃ κατέκειτο, καὶ παρεκαλεῖτο ἀπὸ τῆς συγκλήτου εἰς τὸ ποιῆσαι αὐτὸν βασιλέα. Τῇ οὖν τετάρτῃ τοῦ 'Απρι- C λίου (16) μηνὸς ἰνδ. ε', μαγίστρου ὄντος Τατιανοῦ, ἐκέλευσεν σιλέντιον καὶ κομέντον, καὶ τὰς σχολὰς καὶ τὰ στρατεύματα πάντα παραγενέσθαι ἐν τῷ δέλφακι. Καὶ παρεγένετο ὁ ἐπίσκοπος, καὶ εὐχὴν ἐποίησεν, καὶ ἔστεψνε αὐτὸν, καὶ πάντα κατὰ τὸ ὅμοιον σχῆμα ἐγένετο, οὐ μέντοι ἐν τῷ ἱππικῷ ἄνω, ἀλλὰ ἐν τῷ δέλφακι.

VARIÆ LECTIONES.

[87] ὑπήχησαν conj R., ὑπήκουσαν cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(11) Ante εὐτυχῶς lacunam esse, cujus tamen in codice nullum vestigium est res ipsa loquitur. Conf. p. 129.

(12) Ergo jam ad eam ætatem adoleverat Leo minor, ut monitus gestu salutare populum posset, ut saperet, ut staret suis pedibus. Nam præcessit paulo ante ἔστησαν. Procopius tamen eum, avo decedente, puerulum paucorum dierum fuisse ait, εἰς ἡμερῶν ἔτι ὀλίγων ἡλικίαν ἥκοντα. Malala eum per unum annum gestum imperii nomine decessisse ait, anno ætatis septimo. Chronicon Alexandr. XVII annos vitæ ipsi tribuit ; vid. Chilmead ad Malal. t. II, p. 85.

(13) *Valedicens* reddidi ; non male quidem, aliquanto melius tamen fuisset *licentians*, abeundi veniam dans.

(14) De usu præpositionis πρὸς, qui hic obtinet, dicam ad p. 281.

(15) De renuntiatione Justiniani M. vid. Procop. Anecdot. p. 45, et ibi not. Alemanni, qui tamen totum hunc locum Procopii partim exiliter adumbravit tantum in Latinis, partim quædam Procopio de suo affinxit, quæ cum historia pugnant. Locus ergo sic verti debuerat : τυραννῶν τε αὐτίκα... *statim tyrannum se gerebat, ex quo summam potestatem invadebat, violentiam actionis* (τῆς ἐπιβατώσεως, invasionis in imperialem dignitatem) *simulato vultu et prætextu conficto velans. Quidquid enim probum et honestum erat Romanorum* (id est proceres, qui sunt *honestus ordo*), *ipsum renuntiabant, ad suffragium ipsi dandum tot circumstantium periculorum, ni facerent, metu compulsi, præterquam quod Deus etiam hunc orbi dare dominum decreverat.* Susceperunt ergo dominationem Justinianus ac Theodora tertio ante festum Paschatis die, ὅτε δή οὔτε ἀσπάσασθαι τινα... Sic leg., uno οὔτε cum tribus asteriscis deleto. Nihil enim ibi deest, sed vitiose οὔτε unum abundat. D

(16) Ergo falluntur, qui Kalend. Aprilis eum vivis excessisse aiunt. Indictio v incidit in A. C. 527.

ΚΕΦΑΛ. ιζ'.

'Αναγόρευσις Νικηφόρου (17) βασιλέως τοῦ γεγονότος δομεστίκου τῶν σχολῶν τῆς 'Ανατολῆς, τοῦ φιλοχρίστου καὶ ἀνδρειοτάτου.

Τελευτήσαντος 'Ρωμανοῦ βασιλέως τοῦ νέου (18), υἱοῦ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου καὶ Πορφυρογεννήτου βασιλέως 'Ρωμαίων τοῦ Μακεδόνος (18*), εἰς μῆνα Μάρτιον ιε', ἰνδ. ς' (19), ἔτους ,ζυοα', τῇ Τεσσαρακοστῇ τῶν Νηστειῶν, κατέλιπεν τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν Βασιλείῳ καὶ Κωνσταντίνῳ, τοὺς νηπίους υἱοὺς αὐτοῦ καὶ τὴν ἰδίαν γαμετὴν καὶ Αὐγούσταν Θεοφανῶ βασιλεύειν τῆς 'Ρωμαίων ἀρχῆς. Κατέλιπεν δὲ καὶ τὸν παρακοιμώμενον (20) Ἰωσὴφ (21) οἰκονομοῦντα

A

CAPUT XCVI.

Inauguratio Nicephori Phocæ, Christum amantis et fortissimi imperatoris, antea domestici scholarum Orientis.

Imperator Romanus junior, filius Constantini magni et Porphyrogenneti, imperatoris Romanorum Macedonis vel e Macedonibus oriundi, vita defunctus mense Martii die xv, ind. 6, anno mundi 6471. quadragesima magni jejunii, relinquebat regni sui hæredes parvulorum par filiorum, Basilium et Constantinum, suamque uxorem et Augustam, Theophanonem, tutricem imperii Romani, apposito rerum publicarum administratore paracæmomeno

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(17) De hoc Nicephoro multa habet Luitprandus, qui eum vidit, in eo libello, quo suam ad ipsum B legationem, nomine Ottonis I peractam, copiose describit. Revolutionis hoc capite luculenter enarratæ historiam quoque tradit Cedren. p. 646. Ex eo, quod sub finem inscriptionis habetur τοῦ φιλοχρίστου καὶ ἀνδρειοτάτου, item ex eo, quod paulo post sequitur ὁ εὐσεβὴς καὶ φιλόχριστος βασιλεὺς, item ex appellatione ὁ ἄναξ, ei, quod maximi momenti, e verbis p. 252, αὐτοὶ μᾶλλον [id est μάλιστα aut magis, quam ipse Nicephorus] σπεύσαντες βίᾳ καὶ μὴ βουλόμενον αὐτὸν ἀνηγόρευσαν βασιλέα, colligo particulam hanc, quæ de Nicephoro agit, ab ejus aliquo cliente aut officiali profectam esse; valdeque miror, qui potuerit Constantinus junior, Romani filius, ei tot laudibus vitrici refertæ locum in sua collectione facere, si modo Constantini sit codex, quem tractamus. Non tamen male neque immerito tributæ fuerunt illæ laudes Nicephoro, quem virum fortem et sapientem et gloriam ultimumque pæne fulcrum ruentis imperii Græci fuisse C constat; τὸν βασιλεύτατον τῷ ὄντι Νικηφόρον τὸν Φωκᾶν τὸν τὴν ἰσχὺν ἡρωϊκὸν καὶ πολὺν τὴν σύνεσιν eum appellat Nicetas pag. 110 ed. Venetæ. De more illorum temporum constitutos imperatoribus, regibus, ducibus, etc., minorennibus tutores imperatores, reges, duces, renuntiandi, coronandi et pro talibus agnoscendi, donec pupilli adolescerent, egit Du Cange v. *Hæres*, et exempla ejus ibi protulit, quibus hoc quoque Nicephori Phocæ et Joannis Tzimiscæ, item Romani Lecapeni potest addi, qui quamvis imperatores audirent, et ut tales honorarentur, revera tamen tantummodo administratores erant.

(18) Morte naturali obierit Romanus, an venenis et per vim exstinctus fuerit, non constat. Utrumque perhibet Cedrenus p. 657, Abulfeda eum a Nicephoro Phoca necatum tradit. Non certe improbabile est, eum se passum esse a Theophanone Augusta ad rapiendum imperium et conjugium ejus pellici, D et a perfida femina irretiri, quæ, ut primum maritum veneno sustulerat, ita ipsum quoque secundum ferro curavit tolli, quo tertio potiretur. Abulfedæ hæc sunt verba ad A. 359, qui respondet pro maxima parte anno Chr. 970: *Nicephorus, postquam decessorem in imperio suum de medio sustulisset, uxorem ejus in matrimonium duxerat, et, stirpe ortus non regia, regnum invaserat, meditaturque jam regiam superioris thori prolem, privignos suos, castrare, quo nempe soboli et stemmati suo summam potestatem perpetuam assereret, illis prole defectis. Sed indignum detestata facinus puerorum mater conspirabat cum domestico* (Joanne Tzimisce) *in viri cædem, structo in hunc modum dolo. Consciis, Domesticum et ejus amicos, habitu muliebri deformatos, de nocte in sacellum aliquod Nicephori cubiculo proximum introducebat, et tyranno profundum stertente, foribusque omnibus obseratis, ipsa surgens per eam portulam intromittebat percussores, quæ ad sacellum spectabat. Itaque dormientem aggressus Nicephorum Domesticus jugulabat; Deus autem hoc administro quietem suo populo a nequam vexatore præstabat. Domesticus porro unum aliquem Augustæ filium, regio sanguine cretum, in solio collocabat. De reliquo, appellatur ille Domesticus, qui Græcæ ditioni cis Bosporum in Orientem porrectæ præest.*

(18*) Ita quidem Byzantini et ipsi litterati principes hujus gentis. Alii tamen ex Armenis, alii e Sclavis arcessunt eorum originem. Sane Hamza Ispahanensis, æqualis Leoni Sapienti et Romano Lecapeno, Porphyrogennetas hosce a sclavis deducit. Verba ejus hæc sunt de Basilio Macedone: *Regnabat Theophilus Michaelis in diebus Almamonis 22 annos et tres menses; deinde Michael, ejus filius, cum matre in diebus Almoctaderi usque ad vigesimum octavum ætatis suæ annum; deinde translatum fuit imperium ex hac gente in gentem Sclavorum. Nam Basilius Sclavus in diebus Almotazzi, anno* [æræ Muhammedanæ] 253 [A. C. 876] *occidebat eum, et regnabat per 20 annos. Deinde regnabat Leo filius Basilii, in diebus Almotamadi A.* 273 [Chr. 896]; *deinde regnabat Alexander filius Basilii, annum et duo menses, in diebus Almoctaderi, anno* 299 [911], *mortuusque fuit e phthisi; deinde Constantinus filius Leonis, 12 menses, quando deturbato regnum invasit Constantinus filius Andronici. Hic fuerat apud Irenopolin* [id est Bagdadi]; *sed post mortem patris illinc aufugiebat, et perveniebat in Romaniam. Cum itaque regnum arripuisset, et in domo palatii, id est arce regni, consedisset impetum in eum dederunt satellites Constantini filii Leonis, et occiderunt eum, et sic potitus est Constantinus, filius Leonis, A.* 301 [913]. Hactenus Ispahanensis, scriptor Constantino nostro æqualis. Libuit hanc particulam intexere, ut constaret lectori, quid Orientales quoque tum temporis de rebus Græci imperii tradiderint. Quæ incondita, turbida, chronologiæ veritatique et sibi repugnantia narrat Persa, facile erit historiæ Græcæ peritis componere et expedire.

(19) Indictio sexta et A. mundi secundum Græcos 6471, incidit in A. C. 963.

(20) Paracœmoneni seu accubitores erant viri maximæ dignitatis et potentiæ in aula Byzantina, qui in conclavi, quod proxime ante cœtonem seu dormitorium imperiale erat, dormiebant, vel potius excubabant, et nunquam ab ejus latere decedebant, et quibus adeo spiritus imperatoris ipse pæne creditus erat. Eunuchi plerumque hi erant, conf. p. 420;

(21) Designatur Joseph Bringas eunuchus, cui se suumque imperium totum tradiderat Romanus junior. Vid. Cedren. p. 642. Jam in gratia fuerat apud Constantinum, v. Script. post Theophan. p. 277 et 293, qui anonymus scriptor virum vehementer laudat, conf. p. 297 et 299, forte quia sub regno Romani scribebat, et aut beneficia ab eo acceperat, aut tutum non erat hominem lædere.

Josepho. Horum potestas valuit a dicta die decima quinta Martii indictionis sextæ usque ad diem decimam quintam Augusti ejusdem indictionis. Secunda vero Julii die indictionis ejusdem nuncupabatur in partibus Orientis imperator Romanorum ab exercitu suo pius et Christi amans dominus noster Nicephorus. Apud Cæsaream nempe, quæ nunc Cappadocum præfecturæ accensetur, congregati in urbis] campo duces ordinesque militares omnes] nuncupabant ipsum imperatorem, tum temporis magistri et domestici scholarum dignitate conspicuum. **252** Repudiabat quidem oblatos honores, ut cui bellum cum Ismaelitis curæ magis et cordi esset; in quod ipse pronus incumbens suos etiam acriter instigabat. Illi autem eo magis instabant, raptumque vi et invitum e tentorio, levatum scuto, imperatorem proclamabant. Neque tamen tum quidem aut coronam aut alium imperialem ornatum assumebat, contentus coccineorum calceorum usu. Ejus rei fama ut in Urbem pervenit, vehementer Josephum accubitorem terruit et ad magnos edendos tumultus impulit. Opponebat enim se domino [Nicephoro] ex contentione et ambitione, eique profligando et arcendo se comparabat. Neque proficiebat Nicephorus imp., blandas litteras ad ipsum exarans et mittens, quibus pollicebatur, velle ipsi dignitatem suam conservare sartam et tectam et pluribus quoque honoribus ipsum cumulare. (Senatui in eamdem sententiam perscribebat, de nova

A τὰ τοῦ κοινοῦ πράγματα. Ἐκράτησεν δὲ ἡ τῶν ῥηθέντων προσώπων ἐξουσία ἀπὸ πεντεκαιδεκάτην μηνὸς Μαρτίου, ἰνδ. ς', μέχρι Αὐγούστου πεντεκαιδεκάτης, ἰνδ. τῆς αὐτῆς. Ἰουλίου δὲ μηνὸς δευτέρᾳ, ἰνδ. ὁμοίως, ἀνηγορεύθη ἐν τοῖς τῆς Ἀνατολῆς μέρεσιν ὁ εὐσεβὴς καὶ φιλόχριστος βασιλεὺς ἡμῶν Νικηφόρος παρὰ τοῦ ἰδίου στρατοπέδου βασιλεὺς Ῥωμαίων. Ἐν Καισαρείᾳ γὰρ τῇ νῦν τῆς Καππαδοκῶν ἐπαρχίας ἐν τῷ κάμπῳ, μαγίστρου αὐτοῦ ὄντος καὶ δομεστίκου τῶν σχολῶν, συναχθέντες πάντες οἱ στρατηγοὶ καὶ τὰ τάγματα, ἀνηγόρευσαν αὐτὸν βασιλέα. Τοῦ δὲ μὴ βουλομένου, ἀλλὰ πρὸς τὸν πόλεμον τῶν Ἰσμαηλιτῶν ἐπισπεύδοντος καὶ τὸν λαὸν εἰς τοῦτο προτρεπομένου, αὐτοὶ μᾶλλον σπεύσαντες βίᾳ καὶ μὴ βουλόμενον ἐκ τῆς τέντης ὑψώσαντες ἀνηγόρευσαν αὐτὸν βασιλέα. Οὐ μὴν δὲ ἐφόρεσεν στέμμα ἢ ἄλλην τινὰ βασίλειον ἐσθῆτα, εἰ μὴ μόνον τὰ ὑποδήματα ἐναλλάξας ῥούσεα (22), ἤτοι κόκκινα. Ἀκουστὸν δὲ γεγονὸς τοῦτο ἐν τῇ πόλει, ἐταράχθη ὁ παρακοιμώμενος Ἰωσὴφ, καὶ ἀνταίρων (23) ἐφιλονείκει, καὶ παρεσκευάζετο ἀντιπαρατάξασθαι τῷ ἄνακτι. Ὁ δέ γε βασιλεὺς Νικηφόρος γράμμασιν ἡμέροις χρώμενος πρὸς αὐτὸν, ἐξέπεμπεν, τὴν αὐτὴν δόξαν αὐτῷ ἔχειν ὑπισχνούμενος καὶ τιμὰς πλείους. Καὶ τὴν σύγκλητον τῷ ὁμοίῳ τρόπῳ ἐδηλοποίει. Ὁ δὲ πολλάκις τοῖς τοιούτοις ἐνσημανθεὶς (24), οὐκ ἠνέσχετο, καὶ δὴ εὑρών τινας τῶν ἀπὸ τῆς συγκλήτου συναγωνιζομένους αὐτῷ, ἀνταίρειν ἐφιλονείκει πρὸς τὸν Αὔγουστον. Τήν τε πόλιν

B

JOAN. JAC. REISII COMMENTARIUS.

p. 420; non tamen semper, ut constat exemplo Basilii Macedonis, qui paracœmomenus Michaelis Ebriosi fuit. Falluntur enim, mea sententia, qui putant eum παρακοιμώμενον τῆς σφενδόνης, seu sigilli regii custodem fuisse. Dignitas hæc sub Porphyrogennetis ignota erat, recentius nata sub Comnenis. Leviter corruptus est in hac voce Luitprand. Hist. III, 7, p, 447: *quibus ad tuendum palatium* [verba ejus sunt] *tutandamque rem privatam, ut istic moris est, eunuchum officio Parachi mmenon dedit.* L. *Parachimomenon*, Italice nempe pronuntiato *ch* ut *k*. Vir doctus sinistre ad illum locum conjecit. Προκοίτους tales appellare videtur Themistius p. 138, uti ibidem cubicularius κατευναστὰς appellat. *[In codice epistolarum Bibl. Venetæ occurrunt παρακοιμώμενος τοῦ κοιτῶνος, κροκσθήμενος τοῦ κοιτῶνος, λογιστικὸς τῶν Ἀνατολικῶν θεμάτων]* Officium accubitoris erat, præter debitum coram ipso cubandi aut potius excubandi, supra dictum, etiam hoc interdum, ut spatham vel ensem imperialem coram imperatore procedente præferret, et admittendos viros honoratiores ad imperatorem introduceret; vid. Leo Gramm. p. 465. Videtur nomine τοῦ φύλακος paracœmomenus designari in illis Anonymi apud Du Cange v. Βεστιάριος: ἐκτὸς τοῦ τοιούτου χωρίου πηγνύσθω ἡ τοῦ α' βεστιαρίου σκηνὴ... ὄπισθεν δὲ τοῦ α' βεστιαρίου ἡ τοῦ φύλακος, καὶ καθεξῆς κόιτωνιτῶν καὶ ἐδδομαρίων καὶ λοιπῶν τῶν διακονούντων, ὁμοίως τῇ βασιλικῇ ὑπηρεσίᾳ. Ratio appellationis liquet. Quod olim paramenontes, paramonarii, circummanentes erant, id erant deinceps paracœmomeni. Nam *manere* et *cubare* et μένειν atque κοιμᾶσθαι pro *agere*, *versari* circa aliquem notat; vid. supra dicta ad p. 258, ad illud πῶς ἔμεινεν. Ita κοιμᾶσθαι πρὸ κοιτῶνός τινος, *cubare coram dormitorio alicujus*, dixit Epictetus in Dissert.

C

Arrian. p. 280, pro perpetuus ipsi comes esse, et Athenæus p. 189, etymologiam dictionis *aula regia* dans, ait, inter alia ædes regum fuisse aulas dictas διὰ τὸ παραυλίζεσθαι καὶ παρακοιμᾶσθαι τοὺς δορυφόρους τῶν βασιλέων, *quod ibi die nocteque vigilent et excubent protectores eorum.*

(22) De calceis et caligis rubris, ut insigni imperii CPtani, quo præter impp. nemini licebat uti, nota omnia sunt Vid. Goar. ad Codin. p. 21, n. 3; 145, n. 5, et alibi. Etiam Bulgarorum reges ad instar Byzantinorum πέδιλα ἐρυθρὰ gerebant, vid. Cedren. 638. Et hinc credo intelligi posse obscurum alias locum in Script. post Theoph. p. 255: ἔτι στολῇ ἐκοσμοῦντο Βουλγαρικῇ, *adhuc habitum gerebant Bulgaricum*, non rubras caligas, non aliud regii ordinis insigne, sed vestiti erant ut cæteri Bulgari privati homines. Conf. Luitprand. Hist. p. 548, et supra p. 242.

D

(23) *Rebellans*, verbum perfrequens apud novos Græcos, a quibus ad novos Latinos transiit. *Intartizare* inde formavit Anastasius. Subintelligitur τὴν κεφαλὴν aut τὰς χεῖρας. Contra vero συναίρειν, *assistere alicui*, et σύναρσις, *auxilium*, ap. Theophan. p. 312, metaphora deducta ab illis, qui conjunctis manibus et viribus onus aliquod sublevant.

(24) *Jussus:* σημαίνειν, *significare*, novis Græcis notat imperare. Eo sensu apud Theophanem p. 17 occurrit. Si quæ in Xiphilini epitome leguntur, omnia Dionis ipsius verba sunt, Dio Cassius quoque sic usus fuit p. 1077, ubi cl. Reimarus damnat, quod apud Zonaram ejus vice legitur τὰ σημβαινόμενα. Unum æque atque alterum probaverim τὰ σημαινόμενα sunt *insinuata*, *mandata*, *significata*, *præcepta;* τὰ συμβαινόμενα vero sunt *concessa*, *indulta*, *privilegia.*

κατασφαλισάμενος, καὶ τὰς πόρτας ἀνακτίσας (25), καὶ πρὸς τὸ πολίτευμα σκληρῶς φερόμενος, ἀναθέματι καθυπέβαλε (26) τὸν ἄνακτα. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλά γε καὶ μυστικῶς. ἤτοι κρυφίως, τοὺς συγγενεῖς τοῦ ἄνακτος. Νικηφόρου, τόν τε πατέρα

A sua fortuna significans.) Josephus autem quamvis sæpius iisdem insinuationibus admonitus, non tamen auscultabat ; sed repertis aliquot viris senatoriis, parti suæ faventibus operamque strenuam navantibus, adversarium Nicephori palam se declarabat

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(25) Verbum hoc hic loci non id notat, quod alias solet, collapsum ædificium reficere, sed patentes aditus, seu studio factos, seu ruina et temporum lapsu, intergestis structuris opplere, μέχρι τῶν ἄνω, usque ad summum exædificare, ut nihil hiet ; τὰς πύλας τειχισματίοις διαλαμβάνειν dixit Nicetas p. 300. Patet, quam oppido parum inter ambas significationes intersit. Ita Latinis quoque *resarcire* non tantum est restaurare, sed etiam opplere. Cicero pro Sextio : ***Meministis tum, judices, corporibus civium Tiberin compleri, cloacas resarciri*** [ἀνεκτίσθαι, ἀνῳκοδομῆσθαι], ***e foro spongiis effingi sanguinem***. Non habeo quidem in promptu exempla verbi οἰκοδομεῖν hoc sensu. At potest analogia verbi ἀνακτίζειν eorum vicem fungi. Solent novi Græci verba et particulas in se bonas insolenter componere, quas vetusti non sic solebant conjugare. Hoc volo. Veteres usurpant κτίζειν et οἰκοδομεῖν eodem sensu pro *struere* ; item ἀνὰ pro *ob*, obstruere, offercire. Verum ἀνά et κτίζειν ad conficiendum sensum obstruendi non conjugabant, sed ἀνὰ et οἰκοδομεῖν. Novi tamen, ratiocinantes κτίζειν et οἰκοδομεῖν idem esse, copulam hanc tentarunt, et dixerunt ἀνακτίζειν, pro quo veteres in usu habebant ἀνοικοδομεῖν. Ad hoc exemplum conformata permulta sunt verba novis Græcis improbabilia, et a quibus abhorruere veteres, ut e. c. καταγίνεσθαι (apud M. Antonin. Philos. I, 14, fine) pro καταφέρεσθαι. Item καταπορεύεσθαι pro κατέρχεσθαι apud Diodor. Siculum XIX, de quo auctore nescio qui fiat ut suspicionem animo delere nequeam, eum a novis Græcis vehementer contaminatum et in compendium missum fuisse. Idem t. II, p. 459. ἀπιδεῖν dixit pro ἀφορᾷν, *præstolari*, exspectare, donec tempus advenerit, ut Athenæus p. 4, fine τὰ δεῖπνα ἀφορᾷν dixit, *cænarum tempus opperiri*. Idem Diodorus t. II, p. 498, ἀποκαλεῖν pro ἀπαγορεύειν, *interdicere*, *velare* habet, quo loco nihil deest, quamvis secus videatur. Noster cum æqualibus ὑπομείων usurpat pro ὑποδεέστερος. Polyænus, etiam in novi Græculi officina deformatus, καταγινώσκειν pro καταμανθάνειν dixit p. 332, cap. II, vs. 2, et p. 452, c. f. ἀπαγορεύειν pro δημηγορεῖν aut ἀπολογεῖσθαι. Procopius Hœschelii p. 367, ἀπολέγειν pro ἀπειπεῖν, *desperare*, *animum despondere*. Possent similia exempla magno numero coacervari, si opus esset. Hoc vero satis, ut verbo ἀνοικοδομεῖν pro *obstruere* auctoritatem ab analogia et exemplis comparemus, quandoquidem cl. Lambertus Bos ei controversiam in Observation. critic. p. 85 movit. Amant autem et veteres et novi præpositipnem ἀνά pro ἀπό ponere. Pro ἀποκτίσαι, ἀποφράσσειν, ἀπολαμβάνειν, ἀποπληροῦν, etc., dicunt ἀνακτίζειν, ἀναφράσσειν, *obturare*, Malal. t. II, p. 16, ἀναλαμβάνειν, *occupare*, *implere* usque ad summum una aliqua re sic, ut alteri aditus non pateat. Athenæus p. 4, Ἀρχὰς ποιημάτων πολλῶν ἐγγραψάμενος ἀνειλήφει μέχρι τριῶν καὶ τεσσάρων τευχῶν (ita enim legendum, non στίχων), *relatis in adversaria initiis multorum versuum imperfectorum impleverat, occupaverat ad tria, quatuor volumina*. Hinc ἀναλήμματα, structuræ in altum fastigiatæ [*Geruste*] aditum ad aliquem locum obstruentes. Vid. cl. Wesseling. ad Diodor. Sicul, t. II, p. 215. Ἀνάπληροῦν, *usque ad summam oram implere et opplere*, habet Malalas t. II, p. 191. A multis quoque probatis vetustis novisque scriptoribus verbum ἀνοικοδομεῖν pro *obstruere* usurpatum fuit.

B

C

D

inter antiquissimos est Aristophanes, Pace, v. 99 : Τὰς λαύρας καιναῖς πλίνθοισιν ἀνοικοδομεῖν, *latrinas novis lateribus undecunque obstrucre*, *obtegere*, quem locum immerito tentavit L. Bos l. c. Elegans est illud apud Diogenem Laertium cognominis Cynici dictum, qui, interrogatus quare hebetes esseut athletæ, respondebat : Ὅτι κρέασιν ὑείοις καὶ βοείοις ἀνῳκοδόμηνται, *quia carnibus bovillis et suillis usque ad verticem exstructi et velut oppilati sunt*. Utuntur quoque verbo hoc in sensu Xenophon, Hellenic. VI, p. 525, edit. Wechel. ; Plutarchus, Vit. p. 876, et Diodorus Siculus, t. I, p. 420, ubi significatum verbi verum Rhodomanno non observatum indicat eique auctoritatem facit cel. Wesseling. ex Appollodoro, Themistoclis epistolis et Lycurgo. Quibus addi potest Polyænus p. 214. Idem Polyænus ἐνοικοδομεῖν eodem sensu, neque deterius dixit p. 86, et ἐποικοδομεῖν Xiphilinus p. 1340. Sane si concedimus, ut par est, συνοικοδομεῖν idem esse atque *obstruere* [*zubauen*], admitti quoque ἐνοικοδομεῖν debet, quia σύν et ἐν Græcis promiscue usurpantur. Vid. indic. Diodori Siculi v. ἐνοικοδομέω. In illo Diodori modo laudato loco eleganter opponuntur ἀνοικοδομεῖν, *opere cæmentario oggesto obturare*, et ἐξοικοδομεῖν, *revulso obturaculo reserare* aditum. Idem auctor, t. II, p. 242, τοὺς τοίχους τοῖς ὀστοῖς ἀνοικοδομεῖν dixit (ita enim integrandus est ille locus), et p. 192. τὸ πεπτωκὸς μέρος τοῦ τείχους ἀνῳκοδόμησαν νυκτὸς ἐπιλαβούσης, quibus ambobus in locis ambigue positum hoc est verbum, ut æque in altum exstruere, quam obstruere notet. Mitto locos auctorum alios, in quibus hoc verbum legitur, id unum adhuc additurus, me mihi videri exemplum verbi ἀνακτίζειν sensu *obstruendi* reperisse apud Malalam, t. II, p. 90, ubi de exitu Basilisci tyranni loquitur : Ἔπεμψεν αὐτὸν καὶ τοὺς αὐτοῦ εἰς Αἶμνας, κάστρον ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ ἐβλήθησαν εἰς ἕνα πύργον τοῦ κάστρου, καὶ ἀνεκτίσθη ἡ θύρα, καὶ ἐφύλαττον τὸν πύργον..., ἕως λιμοκτονηθεὶς... ἀπέδωκαν τὰς ψυχάς. Proculdubio recte repono ἀνεκτίσθη pro vulgato ἀνεκρήσθη, in quo incrustando frustra laboravit interpres.

(26) Id est, curabat præconis voce Nicephorum ut perfidiæ erga legitimos dominos reum proscribi, opes ejus fisco addici, ipsumque et aseclas ejus pro hostibus patriæ declarari ; vel etiam clamabat ipse, atque proclamare præconem et recitare plebem, suos clientes, jubebat illam notam et CPtanis usitatam devotionis formulam ἀνασκαφείη τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ, qua significabant, non tantum se velle ut ille quem sic devoverent in vivis non amplius esset, sed etiam ut vel ossa ejus quicte non fruantur, sed sepulcro egerantur et spargantur. Colligo hoc e loco Nicetæ, quo τὸ ἀναθέματι καθυποβάλλειν opponitur ταῖς εὐφημίαις. Locus hic est p. 125, ed Ven. : Ὥσπερ ὑφ' ἑνὶ συνθήματι κινηθέντες τὸν μὲν βασιλέα εὐφήμοις ἐδεξιοῦντο φωναῖς... τὸν δὲ πρωτοσέβαστον καὶ τὴν δέσποιναν καθυπέβαλλον ἀναθέματι. ubi loci describitur seditio similis illi, quæ Nostro enarratur, ideoque non sine fructu conferenda. Quodsi tamen quis anathema sic proprie dictum seu bannum ecclesiasticum hic designari urgeat, non repugnabo. Mihi propterea visum fuit de eo cogitari non oportere, quod laicus dicitur Nicephorum anathemati subjecisse, quæ res tamen in patriarchæ auctoritate erat. Invenio tamen etiam apud Nicetam p. 196, ed. Venetæ, laicos excommunicantes et anathemati inimicum agmen

studebatque conatus ejus evertere. Urbem communiebat et claudebat, portas complures structuris opplebat, sævum et impotentem se erga magistratum urbanum gerebat, et dominum Nicephorum anathemati subjiciebat. Neque sufficiebat hoc ipsi, sed et clam studebat domini necessarios, patrem et fratrem, exoculare [seu excæcare vel tollere]. Quo illi comperto aufugiebant ; et pater quidem domini, idemque magister, Bardas, in Magnam ecclesiam, frater autem domini, et is quoque magister, Leo, in expeditum seu castra ; quippe copiæ, ex Oriente ad Urbem accedentes, jam ad Chrysopolin pervenerant. Verum populi multitudo, divino acta et stimulata zelo, torrentis instar affluebat ad ecclesiam, magistrum a noxa et insidiis adversariorum indemnem conservare studens ; et quoties patricius Marianus, Apambas cognominatus, et Nicolaus Tornicius et exstrategus Paschalius eum vi e templo extrahere niterentur (tentabant autem sæpius), magno impetu ingesta extrudebat eos, onustosque conviciis atque contumeliis et malos pro merito male mulctatos depellebat. Die vero dominica, nona mensis Augusti, hora matutina, cum prælegeretur divinum sanctæ Resurrectionis evangelium, penetrabat se accubitor Joseph in ecclesiam, ascendebat in patriarcheum seu palatium patriarchæ, colloquebatur ibi cum ipso et clericis, descendebat rursus, multaque dira interminabatur populo [apud ecclesiam stanti, si pergeret Bardam tueri], et inter alia annonæ interceptionem exitialemque famem. Extra templi ambitum inscenso

A καὶ τὸν ἀδελφὸν, ἀπομματῶσαι (27) ἔβούλετο. Ὅπερ γνόντες φυγάδες ᾤχοντο, ὁ μὲν πατὴρ Βάρδας καὶ μάγιστρος ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ, ὁ δέ γε μάγιστρος Λέων καὶ ἀδελφὸς τοῦ ἄνακτος εἰς τὸ ἐξπεδίτον, τοῦ στρατοῦ ἤδη φθάσοντος ἐν τῇ Χρυσοπόλει. Τὸ δὲ πλῆθος τοῦ λαοῦ ζήλῳ θείῳ τρωθὲν προσερρύη τῇ ἐκκλησίᾳ φυλάξαι τὸν μάγιστρον ἀλώβητον τῆς τῶν ἐναντίων ἐπιβουλῆς. Πολλάκις γὰρ ἐπεχείρησαν ὅ τε πατρίκιος Μαριανὸς ὁ Ἀπαμβας (28) καὶ ὁ Τορνίκης (29) Νικόλαος καὶ ὁ ἀπὸ
B στρατηγῶν Πασχάλιος ἐξεῶσαι αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας τῇ βίᾳ. Ὁ δὲ λαὸς μετὰ ὠθισμῶν καὶ ὕβρεων τούτους κακοὺς καλῶς ἐξέβαλον. Κυριακῆς δὲ οὔσης θ' τοῦ Αὐγούστου μηνὸς τῇ ἐωθινῇ ὥρᾳ, λεγομένου τοῦ θείου Εὐαγγελίου τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως (30), εἰσέδυ ὁ παρακοιμώμενος Ἰωσὴφ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἀνελθὼν ἐν τῷ πατριαρχείῳ, προσειπών τινα τῷ κλήρῳ, κατελθὼν αὖθις προσηπείλησε πολλὰ τῷ ὄχλῳ καὶ τὸν διὰ λιμοῦ θάνατον, καὶ ἱππεύσας καὶ διελθὼν διὰ τοῦ μιλίου τοῖς ἀρτοποιοῖς παρήγγειλεν, ἄρτους μήτε ποιεῖν, μήτε εἰς ἀγορὰν προτίθεσθαι. Ἀνελθὼν δὲ ἐν τῷ παλατίῳ καὶ τοὺς παῖδας Ῥωμανοῦ τοῦ βασιλέως μεθ' ἑαυτοῦ λαβὼν, διὰ τῶν ἄνω διαβατικῶν κατῆλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὥρᾳ ἀρίστου, μὴ ὄντος τοῦ λαοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ παρακαλέσας τὸν μάγιστρον ἦρεν τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἀπέστειλεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. Τοῦ δὲ λαοῦ τὸ δειλινὸν ἐλθόντος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ τὸν μάγιστρον μὴ εὑρόντων, ταραχθέντες, μᾶλλον δὲ μανέντες, ἀτίμοις φωναῖς πρὸς τὸν πατριάρχην καὶ τὸ ἱερατεῖον ἐχρῶντο, ὡς
C ὅτι παρ' αὐτῶν προεδόθη, καὶ λιθάσαι ἐπεχείρουν

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

subjicientes tam valido, ut auctoritate patriarchali opus fuerit ad eos in communionem rursus recipiendos et expiandos. Verba Nicetæ sunt : Ὁρῶν ὁ βασιλεὺς αὐτῷ προσκείμενον τὸ τῆς πόλεως πλήρωμα, καὶ μὴ μόνον οὐκ ἀνεχόμενον βασιλεύειν Βρανᾶν ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀναθέματι καθυποβαλλον ἐκεῖνον, et p. 204, narrans de rebellibus ab Isaacio devictis et in gratiam rursus receptis, παρῆνει, ait [nempe Isaacius], μετάμελον ἐπὶ τῇ παραβάσει τῶν πρὸς αὐτὸν ὁμωμοσμένων ἐνδείκνυσθαι, καὶ ἀρχιερεῖ ὀπτάνεσθαι τῷ μεγάλῳ, καὶ ζητεῖν ἐκεῖθεν λύσιν τοῦ ἀναθέματος, ὥπερ αὐτοὺς οἱ τῆς πόλεως οἰκήτορες καθυπέβαλλον, ἄνωθεν ἑστῶτες τῶν πυργοβαρέων.

(27) Dubium, significetne *excæcare*, an *de medio tollere*, alio asportare, ubi a nemine amplius conspiciatur, vel etiam e vivis tollere. De hoc usu verbi v. interpp. ad Petron. illud *apoculamus* vel *aboculamus nos*. Modum excæcandi Græcis usitatum describit Agnellus p. 160.

(28) Nomen hoc est familiæ, non viri proprium. Nomina familiarum jam diu ante nonum sæculum, nedum illo ipso in usu fuisse contra Muratorium demonstrabitur ad p. 222. Est autem Ἀπάμβας, idem quod Ἀπαμεᾶς et hoc pro Ἀπαμειανός, ex urbe Bithyniæ Apamea oriundus. Talia frequentissima apud Græcos occurrunt. Est ergo hoc de illis familiarum nominibus, quæ a patria primi conditoris familiæ desumpta sunt, qualia frequentissima Batavis sunt. Terminationem vero βας idem esse atque ιας demonstrat vox ἑκατόμβη, quæ nihil aliud est, quam ἑκατομέα, *centuria*, et χιλιόμβη, *milleria*, quæ idem atque χιλιομέα, numerus mille individuorum. Ἑκατόμβη non de sacrificio tantum, sed de omni centuria dicitur. Ita ἑκατόμβη ὠῶν est apud Athenæum p. 58. Vox χιλιόμβη rarior exstat in martyrologio : χιλιόμβας ἐξ ἑκάστου γένους θυόμενος αὐτῷ. *Iambus* carminis genus est proprie Ἴαμεος vel Ἰάμειος, nempe στίχος vel λόγος, ab *Iamo* (de quo v. Aristid. t. I, p. 47[1], qui aut primus invenit, aut inter primos eo frequentius usus fuit in reddendis oraculis ; σίνβλον pro σιμελών, locus ubi αἱ σίμαι, *apes*, degunt ; γαμβρός idem est quod γάμερος, nuptialis, μελλόνυμφος. Notum μεσημβρία et μεμβλημένος pro μεσημερία et μεμελημένος. A *lama* fit *lamea*, *lamena*, *lamella* de quibus vid. ad pag. 416 dicenda. Pro *lamea* reperitur quoque *lamba*, et *cambra* pro *camera*. Vid Du Cange h. v. Nota palus *Pomptina*, proprie *Pometina*. *Catacumba*, proprie
D κατοκοιμαία, quod veteres ut κατακυμέα pronuntiabant. Nolo reliqua hujus generis persequi.

(29) Id est Τορνίκιος. Gens Torniciorum valde celebris in historia Byzantina. Vid. Leo Grammat. p. 509. Cedren. p. 634, ubi hujus ipsius Nicolai fit mentio, Du Cange ad Alexiad. p. 229.

(30) Commentarium ad hunc locum præstent verba Philippi Vitalis V. D. Hieromonachi S. Basilii M. de urbe, ex epistola ad Josephum Blanchinium data, quæ habetur in Evangeliario quadruplici P. I, p. 529 : ***Undecim Evangelia heothina a Græcis in dominicalibus diebus matutinis recitantur. Quibus completis*** [id est, quorum orbe semel absoluto], ***iterum a principio incipiunt, Dicuntur anastasima, quia ad resurrectionem D. N. J. C. spectant. Qualibet enim Dominica fit officium resurrectionis a sancto Joanne Damasceno compositum et in octo tonos distributum. Denominantur heothina, quia matutina.***

τοὺς τοῦ κλήρου. Ὁ δὲ πατριάρχης ἐδηλοποίησεν A τὸν μάγιστρον, ἐλθεῖν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ εἰρηνεῦσαι (31) τὸν λαόν. Ὁ δὲ ἐδηλοποίησεν τοῦτο τὸν παρακοιμώμενον· ὁ δὲ οὐκ ἐπέτρεψεν τοῦτο. Γνοὺς δὲ τοῦτο ὁ λαὸς, ζήλῳ, ὡς εἶπωμεν, θείῳ φερόμενοι, οἱ μὲν πρὸς τὸν οἶκον τοῦ πανευφήμου μαγίστρου ἀπίεσαν φυλάξαι τοῦτον ἀνεπιβούλευτον· οἱ δὲ πλείους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐναπομείναντες, πάντα τὰ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐκ ξύλων σκεύη ὅπλα χρησάμενοι, ἐξῆλθον τῆς ἐκκλησίας, καὶ τοῖς ἀνταίρουσιν προσβάλλοντες, παρατεταγμένοις οὖσιν ἐν ὅπλοις Μακεδόσιν καὶ αἰχμαλώτοις τῶν Ἀγάρων (32) καὶ τοῖς ῥηθεῖσιν προσώποις, Μαριανῷ καὶ λοιποῖς, τρέψαντες φυγάδας ἐποίησαν, καὶ τὴν νίκην ἁράμενοι πολλοὺς τοῦ κοινοῦ λαοῦ καὶ στρατοῦ ἀπέκτειναν. Κατέστρεψεν δὲ τοὺς οἴκους τῶν παρατattομένων τῷ ἄνακτι μέχρις ἐδάφους, τὰ αὐτῶν πάντα διαρπάσαντες καὶ τὰς πόρτας B ἀνοίξαντες, τῷ φουσάτῳ (33) ἐνωθέντες, τῷ βασιλεῖ κατεμήνυσαν σπεῦσαι ἐν τῇ πόλει. Τῇ αὐτῇ δὲ νυκτὶ, δεκάτῃ τοῦ Λύγούστου μηνὸς, φοβηθεὶς ὁ παρακοιμώμενος Ἰωσὴφ τὸν λαὸν, ὡς πρὸς ἀπερχόμενον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, φυγὼν τὴν βίαν, εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰσῆλθεν. Καὶ ὁ λαὸς τὰ αὐτοῦ πάντα ἁρπάσαντες, τὸν οἶκον αὐτοῦ κατηδάφισαν, πολλούς τε ἄλλους τῶν τῆς συγκλήτου ἀναιτίους αἰχμαλωτεύσαντες, ἁρπάσαντες τὰ αὐτῶν πάντα καὶ τοὺς οἴκους αὐτῶν κατα-

equo, abibat, milliumque seu milliarium trajiciens, ubi forum erat pistorium, **253** interdicebat pistoribus omni panificio et expositione vendendi panis. Dein regressus in palatium, assumptisque secum filiis Romani imper., descendebat per superiora diabatica seu porticus in ecclesiam circa meridiem, tempore, quo prandetur, adeoque nemo intus erat; hortationibusque et promissis pellectum extrahebat ex ecclesia magistrum, atque in suam [magistri] domum remittebat. Populus itaque vespere ad ecclesiam rediens et magistrum non inveniens, exsternati aut potius perciti furore, probrosis verbis lacessebant patriarcham et ordinem omnem sacerdotalem, ut qui supplicem suum prodiderint, et jam instituebant clericorum aliquos saxis impetere. Patriarcha igitur significabat magistro, veniendum ipsi esse in ecclesiam populumque sua præsentia placandum. Magister ejus rei notitiam accubitori dabat veniam rogans. Ille vero non sinebat eum abire. Quo cognito, populus divino, ut modo dicebamus, zelo ablatus, pars ad ædes laudatissimi magistri abibant, a noxia et insidiis eum tuituri; plurimi autem, correptis, quotquot in ecclesia reperiebant, lignamentis et in armorum usum conversis, invadebant adversam partem, quæ armata in acie adstabat, Macedones captivosque Agarenos

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(31) *Ad placandum, sopiendum populum.* Valet hic idem atque εἰρηνοποιῆσαι, καταπραῦναι, μειλίξασθαι. Pertinet itaque ad sordidam et novam Græcitatem, quo multa hujus libri. Eo sensu quoque habet Xiphilinus p. 1297 : Ἐκάλεσε μὲν φιλικοῖς γράμμασιν, ὡς δὴ εἰρηνεύσων αὐτούς, *ad se amice per litteras vocavit, velut inter eos pacem facturus.* Bonis et probis Græcis alias est εἰρηνεύειν *pacem agere*, nunquam *conciliare*. Hujus generis exemplis abundat novus Græcus sermo. Ἐνεργεῖν est alias *operari, agere.* Sed Symeon Thessalonicensis (apud Du Cange Gloss. Gr. p. 1244) usurpavit pro *in actione*, vel *functione constituere*, in motum, actionem mittere, et ita quoque Procopius Hœschelii p. 83 : Τάς τε σφενδόνας καὶ τὰ τόξα ἐπ' αὐτοὺς ἐνήργουν. Βασιλεύειν, quod proprie est *regnare*, Nicephoro Patr. CPtano Brev. p. 179, et Continuatori Theophanis p. 129, aliisque est *regem facere, constituere.* In posteriore loco qui citatur versus πρῶτον μὲν εἶδος, est ex Euripidis Æolo transsumptus. Vid. Stobæi cap. 65. Nicephorus idem p. 151, συμποσιάζειν τοὺς φίλους pro ἑστιᾶν D habet. Anna Comnena in Alexiade p. 17, κυμαίνειν, *in æstum dare* vel *adigere*, εὐτακτεῖν pro *in ordinem cogere* Codinus Offic. V, 54, ἐκχωρεῖν pro *extrahere* Diodorus Siculus t. II, p. 25. Sed hoc spectatæ probitatis eo sensu verbum antiquum est. Latini quoque paria fecerunt. *Adhærere* dixit Anastasius pro προσκολλᾶν, *appingere, applicare. Adhærens*, ait in Stephano III, *eidem imperiali misso quemdam propriæ gentis nefarium virum.* V. Du Cange v. *Innotescere* pro *significare, insinuare.*

(32) Propterea quod Agarenos verti, nemo me putet etiam in Græcis Ἀγαρηνῶν voluisse restitutum ire. Recte habet vulgata, Ἀγάροι vel Ἀγᾶρες sunt iidem, atque Ἀγαρηνοί. Nam ος et οι et ες et ηνοι sunt tantum formæ terminales, quæ omnes manant ab Arabico aut potius Persico *Aggar* et *Angar.* Ita appellatur Orientalibus, primis Persis, quorum vox patria, deinde Arabibus, a quibus vox est ascita, mulio, bajulus, quicunque jumento suo aut corpore operam ad tempus præstat, seu mercede, seu gratis et coactus, verbo *angarus*, angariam faciens. Quia vero Arabes plerumque in Palæstina, Syria et reliquo Romanis atque Græcis noto Oriente camelis suis vecturas mercibus et itineratoribus olim præstabant et adhuc hodie præstant, eaque negotiatio præter latrocinia ipsis pæne unice victum acquirit, ex eo factum est, ut Arabes in universum a negotio, quod exercebant, ab agario vel angaria, seu præstatione jumentorum vecturarumque Agares, Agari, Agareni appellarentur. Hodie *muckri* appellantur, et nomen hoc frequens est in itinerariis. Itineratores nostri, qui in Orientem excurrerunt, illinc reduces facti secum in linguam nostram induxerunt vocabulum *mucker*, quo hominem vilem eumdemque proditorem et malefidum designamus; unde vox Gallica *poucre* manavit. Proprie notat hominem, qui operam suam in vehendo aliquo ejusve mercibus ex uno loco in alterum elocat mercede, eoque victitat. V. Du Cange Gloss. Gr. v. μοχθηρός, ubi adducit locum e Nomocanone Coteleriano, qui hinc potest intelligi et illustrari.

(33) *Fossatum* significat, ut notum est, vallum, castra, exercitum in unis castris congregatum et considentem; item expeditionem militarem. De variis scribendi modis et significationibus vid. Goar ad Codin. p. 31, n. 52. Du Cange Alex. p. 341, et Gloss. utroque. Hic loci intelliguntur castra Nicephori apud Chrysopolin. Juvat hac occasione locum Capitolini in Gordianis a censura Salmasii vindicare. *Castra omnia*, sic jacent ibi verba, *fossato circuibat, noctibus etiam plerumque vigilias frequentabat. Castra amnia* sunt ibi τὸ ὅλον στρατόπεδον, ἡ ὅλη παρεμβολή, partes omnes castrorum; et *fossato* idem est atque ἐν τῷ φοσσάτῳ, tempore fossati vel belli.

et eorum duces,paulo ante dictos, Marianum et reliquos,iisque victis et fugatis,multos tam de plebe, quam militum quoque, trucidabant; domos eorum, qui domino adversabantur, ex ipsis fundamentis revellebant; supellectilem eorum et opes omnes discerpebant atque differebant, effractisque Urbis portis, irruebant in fossatum et significabant imperatori opus esse celeri in Urbem adventu. Proxime secuta nocte, quæ decimum Augusti diem præcedebat, timore plenus paracœmomenus Josephus, ut vidit populum in se quoque ædesque suas irruere, declinans vim et injuriam, recipiebat se in ecclesiam. Populus interea post direptas ejus facultates omnes domum solo æquabat; multos ordinis senatorii innocentes in vincula rapiebat, differebat eorum facultates omnes, ædesque dejiciebat. Per triduum continuabat in his rabiosa plebs.

A σκάψαντες· Τρισὶν γὰρ ἡμέραις τοῦτο ἐποίουν ὁ λαὸς μανέντες.

Optime igitur erga rem publicam animati proceres magistrum eumdemque patrem domini Nicephori ducebant in palatium, ibique manere jubebant usque ad imperatoris filii adventum. Altero autem die a finitis et sopitis hisce tumultibus [id est die decimo quarto Augusti], intrabat magister Leo e fossato in Urbem. **254** Die decimo quinto tandem Augusti mensis imperabat per litteras imperator accubitori Basilio et præposito Joanni, ut cum illis proceribus,quos ipse nominatim in litteris designabat, in palatium Hieriæ egrederentur, ibique sibi occurrerent. Id quod jussi etiam fecerunt. Die nempe decimo sexto Augusti, indictione sexta, die, quæ tum erat Dominica, inscenso mane facto in imperialem dromonem vel liburnicam, applicabat imperator ad portam auream; ubi ipsi tota urbs,senesque juvenesque,cum lampadibus et suffimentis occurrebant. Relicto dromone et equo conscenso, transibat per externum vel suburbanum parateichium seu pomœrium; indeque conversus,per placoten seu viam magnis tabulis saxeis

B Οἱ οὖν εὐνούστατοι τῶν ἀρχόντων τὸν μάγιστρο/ καὶ πατέρα τοῦ ἄνακτος Νικηφόρου ἐν τῷ παλατίῳ ἀνήγαγον, καὶ μένειν ἐκεῖσε ἐποίησαν μέχρι τῆς ἐλεύσεως τοῦ βασιλέως· τῇ δὲ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς τοῦ πράγματος τελετῆς εἰσῆλθεν καὶ ὁ μάγιστρος Λέων ἐκ τοῦ φοσσάτου ἐν τῇ πόλει. Τῇ δὲ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς ἐδηλοποίησεν ὁ βασιλεὺς τὸν παρακοιμώμενον Βασίλειον (34) καὶ τὸν πραιπόσιτον Ἰωάννην, ὥστε ἐξελθεῖν μεθ' ὧν αὐτοῖς ἔγραψεν ἀρχόντων ἐν τοῖς Ἱερείας παλατίοις καὶ ὑπαντῆσαι αὐτῷ· ὅπερ καὶ ἐποίησαν. Καὶ τῇ ἐπαύριον, ἐξκαιδεκάτῃ τοῦ αὐτοῦ Αὐγούστου μηνὸς, ἰνδ. ζ, ἡμέρᾳ Κυριακῇ πρωὶ ἐμβὰς εἰς τὸ βασιλικὸν δρομόνιον προσέβαλεν ἐν τῇ χρυσῇ πόρτῃ. Κἀκεῖ προσυπήντησεν αὐτῷ πᾶσα ἡ πόλις, μικροί τε καὶ μεγάλοι, μετὰ λαμπάδων καὶ θυμιαμάτων. Κατελθὼν δὲ ἀπὸ τοῦ δρόμονος καὶ ἱππεύσας διῆ..θεν διὰ τοῦ ἔξω παρατειχίου, καὶ διὰ τῆς πλακωτῆς στραφεὶς εἰσῆλθεν εἰς τὴν μονὴν τῶν Ἀβραμιτῶν (35) τὴν λεγομένην Ἀχειρποίητον τῆς Θεοτόκου, καὶ ὥραν τρίτην βαλὼν σκαραμάγγιον (36) καστώριον (37)

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(34) Memorat hunc virum Luitprandus p. 481.

(35) Videtur hic locus Du Cange refellere, qui in Constant. Christ. p. 83 et p. 117, τὴν ἀχειροποίητον τῆς Θεοτόκου ab æde Abramii aut Abramitarum distinguit.

(36) Vide supra.

(37) Gestamus hodie pileos et chirothecas et tibialia e pilis castorum parata. Quid ergo? Designabatne noster pallium e pilis castorum factum, an pellibus integris castorum foderatum seu subsutum? Decernere arduum est; ausim tamen posterius potius pronuntiare. Castoreas enim pelles vestibus assutas et subsutas jam sua ætate gestari consuevisse testatur Herodotus IV, 108: Ἐν τῇδε τῇ ἠνύδρῃ ἁλίσκονται καὶ κάστορες καὶ ἄλλα θηρία τετραγωνοπρόσωπα, τῶν τὰ δέρματα περὶ τὰς σισύρας περιῤῥάπτεται. V. Du Cange v. *Castorini* et *Beber*, quæ vox si forte Scythicæ aut Sibericæ magis est, quam Germanicæ originis, obtinet tamen in sermone nostro ut castorem *Biber* appellemus.Joannes de Garlandia in Synonymis :

Dant pelles pallis Marder, Bever, Cyrogrillus,
Id quoque cuniculus, cismus dant et lareones.

Bernardus Sylvester :

Cismus obrepsit et vestitura potentes
Marturis, et spolio non leviore liber,

id est castor, cujus spolium,σπολὰς,σκῦλος, σκῦτος, exuviæ, pellis detracta, non leviori pretio, quam marder, comparatur. Habemus hic aliquot bestias in vulgus non notas. *Cyrogrillus* est χοιρόγρυλλος. *Cismus* Germanicum *Ziesmaus*, mus, qui odorem spargit cisimo vel bisamo, id est musco, similem. Frequentissimi usus erat medio ævo, non tantum

C in frigidioribus et borealibus orbis partibus, sed etiam in ipsa Italia pellicia pretiosa,ut non tantum vestes pellibus duplicarent,verum etiam pelles suis tectis insternerent; quod e locis a Du Cange citatis abunde constabit; ut,quod paulo ante jam professus fui, hic nequam dissimulare, me valde mirari, qui fiat ut in codice nostro,inter tot nomina vestimentorum,pæne nulla fiat mentio pelliciorum,quibus luxum ostendere lautiores, qui tum erant, homines affectabant, et quorum fama pleni sunt ejus ætatis homines. Vix credas usum pelliciorum Græcis nullum fuisse,algido cœlo suppositis et amicitiæ commerciorumque nexu cum Russica gente junctis, nisi non nostro solum in codice, sed etiam apud nullum omnino, quod sciam, scriptorem Byzantinum eorum mentio fieret. In ipsis antiquis Græcis picturis, quas quidem me vidisse memini, nemo pellitus conspicitur.Cujus rei causam dicat qui norit, qui velit. Lectos ipsos pretiosa pelle instratos

D medio ævo fuisse apparet e loco Petri Cluniacensis, quem eo adduco,ut illustrem atque emendem. Citat eum Du Cange v. *Amorenses* et *Coopertorium*. Est autem hic : ***Nihil se putabat habere, nisi ex pilosis illis et condensis Numantinorum, hoc est juxta modernos Amorensium cattorum pellibus contecto multi pretii cooperiorio lectus muniretur pariter ac ornaretur.*** Quinam hi sunt *Numantini* et *Amorenses catti?* Dubio vacat omni, non eos *Armorenses*, sed *Samorenses* esse ; ideoque legendum : *juxta modernos Samorensium cattorum pellibus*. *Vox* Arabica *Sammor* mustelam Scythicam, vulgo *Zobel*, notat. *Sammor* autem venit forte a Cymbris olim, hodie Siberis dictis. Sammoria et Siberia, item Cimbria et Cimmeria idem.At quid *Numantini* huc faciunt?

καὶ καββαλικεύσας, ἦλθεν εἰς τὴν μεγάλην χρυσῆν πόρταν, καὶ στὰς ἔφιππος ἐν τῇ αὐτῇ πόρτῃ, ἔνδον τῶν δύο μερῶν τοῦ δήμου ἱσταμένων, εὐφημίσθη οὕτως· « Καλῶς ἦλθες, Νικηφόρε, αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων· καλῶς ἦλθες, Νικηφόρε, ἀναξ μέγιστε Ῥωμαίων· καλῶς ἦλθες, Νικηφόρε, ὁ τροπωσάμενος φάλαγγας πολλεμίων· καλῶς ἦλθες, Νικηθφρε, ὁ πορθήσας πόλεις ἐναντίων· καλῶς ἦλθες, ἀνδριώτατε νικητὰ, ἀεισέβαστε· καλῶς ἦλθες, δι' οὗ ὑπετάγησαν ἔθνη. Διὰ σοῦ Ἰσμαὴλ ἡττηθεὶς κατεπτώθη· διὰ σοῦ τὰ σκῆπτρα Ῥωμαίων κρατύνονται· ἔντεινε (38) οὖν καὶ κατευοδοῦ καὶ βασίλευε. Ἠλέησεν ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἀναδείξας σε, Νικηφόρε, βασιλέα αὐτοκράτορα Ῥωμαίων. Εὐφραίνου τοίνυν, πόλις ἡ τῶν Ῥωμαίων. Ἀποδέζαι τὸν θεόστεπτον Νικηφόρον. Πλθεν γὰρ ὄντως λάμπων τὴν ὑφήλιον πᾶσαν, » Εἶθ' οὕτως εἰσῆλθε τὴν πόρταν [38], περιπατῶν ἔφιππος τὴν μέσην μέχρι τοῦ φόρου, κἀκεῖ κατελθὼν ἐκ τοῦ ἵππου εἰσῆλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς Παναγίας Θεοτόκου ἐν τῷ φόρῳ, καὶ λαβὼν φατλία (39) ἐποίησεν προσκύνησιν, καὶ ἐφύρεσεν τὸ διβητήσιον καὶ καμπάγια καὶ καμπότουβα (40). Καὶ ἀπὸ τοῦ φόρου πεζοπορῶν εἰσῆλθεῖν εἰς τὴν Ἁγίαν Σοφίαν μετὰ λιτῆς καὶ τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ στὰς εἰς τὸ ὡρολόγιον εὐφημίσθη παρά τῶν δύο μερῶν οὕτως. « Νικηφόρον βασιλέα τὸ πρᾶγμα τὸ δημόσιον αἰτεῖ. Νικηφόρον οἱ νόμοι ἐκδέχονται. Νικηφόρον τὸ παλάτιον ἐκδέχεται· αὗται εὐχαὶ τοῦ παλατίου· αὗται ἐντεύξεις (41) τοῦ στρατοπέδου· αὗται εὐχαὶ τῆς συγκλήτου· αὗται εὐχαὶ τοῦ λαοῦ· Νικηφόρον ὁ

A stratam intrabat in monasterium Abramitarum, quod vulgo Acheiropœetos [seu imago manibus non facta] Deiparæ appellatur. Hora tertia indutus scaramaugium castoreum ibat in equo ad magnam portam auream, ibique subsistens in equo nonnihil, excipiebatur ab ambabus factionibus intra portam stantibus faustis his acclamationibus : « Bene veneris, Nicephore, imperator Romanorum. Bene veneris, Nicephore, domine maxime Romanorum. Bene veneris, Nicephore, multarum hostilium cohortium victor et fugator. Bene veneris, Nicephore, eversor urbium inimicarum. Bene veneris, fortissime victor, semper Auguste. Bene veneris, per quem subacti sunt alienigenæ. Per te superatus Ismael [id est nomen omne Saracenicum] humi procubuit. Per te sceptra Romanorum robur et firmamentum accipiunt. Alacriter itaque et strenue prospereque perage res et administra imperium. Misertus fuit Deus populi sui in eo quod te, Nicephore, Romanorum summa cum potestate imperatorem constituit. Lætare itaque tu, urbs Romanorum. Suscipe Nicephorum a Deo coronatum. Advenit enim, ut revera collustrans suo splendore totum soli suppositum terrarum orbem. » His recitatis, intrabat in urbem per portam, decurrebat eques mediam plateam, sic dictam, usque ad forum, ubi delapsus equo ingrediebatur in ecclesiam sanctissimæ Dei Genitricis in foro, sumptisque cereis, perficiebat adorationem, induebat dibetesium, campagia et campotuba seu tibialia campestria. E foro pro-

B

C

VARIÆ LECTIONES

[38] ΣΧΟΛ, Χρὴ γινώσκειν, ὅτι τὴν μέσην μεγάλην πόρταν εἰσῆλθεν.

JOAN. JAC. REISKII. COMMENTARIUS.

Toto cœlo Numidæ et Cimmerii diversi. Sed puto Numantinos hic dici non in Numidia Africæ, sed apud Nomades, id est vagabundos mapaliares Scythas natos. Eadem de causa, quod Arabes quoque nomades essent, credo Arabum murem dictum fuisse illud ipsum animal, Zobelum, aut potius cismusum, vel murem odore moschi, quod apud Arabes, hoc est vagabundos Scythas, nasceretur. Nam profecto apud Arabes proprie sic dictos, Ægypti accolas, mus pretiosus nascitur nullus. Sed verum est, veteres nomadas omnes, etiam eos, quos sævum frigus urit, Arabes appellasse. Arabum murem habet Paulinus in Eucharistico vs. 148 :

Cultior utque mihi vestis foret et nova sæpe,
Quæque Arabi muris leni fragraret odore.

Nisi forte Paulinus muscum a mure proficisci crediderit.

(38) Est e Psalmo XLIV, 5, solemnis formula recentibus imperatoribus, aut cum triumpho redeuntibus, aut in templum solemni processione venientibus, acclamari solita. Vid. Leo Grammat. pag. 451, et Symeon Mag. p. 418. Hunc recenset Anna Comnena p. 58, inter præsagia futuri imperii, patri suo Alexio facta, hoc, quod ipsi equitanti aliquando aliquis, qui subito disparuerit, hæc verba dixerit in aurem : Ἐπιλαμβάνεται κνήμης τοῦ Ἀλεξίου, καὶ πρὸς ἑαυτὸν πεζὸς ὢν ἱππότην ἐφελκυσάμενος πρὸς τὸ οὖς τοῦτο δὴ τὸ τῆς Δαυϊδικῆς ἀνεφθέγξατολόρας· Ἔντεινε καὶ κατευοδοῦ καὶ βασίλευε ἕνεκεν ἀληθείας καὶ πραότητος καὶ δικαιοσύνης. Καὶ προσεῖπε τῷ λόγῳ· Αὐτοκράτωρ Ἀλέξιε. Conf. Photii orat. in dedicationem Ecclesiæ Novæ, L. VI Antiqu. Orient. Banduri p. 131.

(39) *Cereos.* Est procul dubio a *facula*. Sæpe Græci, in corrumpendis Latinis vocibus ultra fidem ingeniosi, τ et κ permutant, dicentes φατλία pro φακλία, et vicissim σικλία pro σιτλία, *situlæ*, σπέτλον pro σπέκλον, *speculum*, dicunt quoque φύτλιν. Si tamen contractum quis malit existimare pro φατίλια, me non habebit repugnantem. Est autem φατίλιν, φιτίλιν, φυτίλιν et φοιτύλιν (eodem sensu) vox Arabica (*fatiluh*) idem significans quod torchia, *torche*, funale torticium. V. Du Cange his in vocibus.

(40) Videntur esse tucia et campagia, id est femoralia et tibialia in una massa. Vid. supra dicta de campagiis et tubiis.

D

(41) Vox vulgaris Græca pro δεήσεις, παρακλήσεις, εὐχαί, *preces*, supplicationes. Ita jam apud Polybium p. 564, ed. Gronov. exstat ; saltem potest ibi sic accipi, quamvis etiam non incongrua ibi sit notio congressus, colloquii deliberandi gratia de articulis pacis constituendæ. Recte interpres Diodori Siculi t. II, p. 124, τὴν προκεχειρισμένην ἔντευξιν vertit *petitionem institutam*, id est propositam sibi et animo agitatam. Apud Genesium p. 7, redditur *intercessiones*. Conf. locus Phranzæ citatus Du Cangio ad Alexiad. p. 244. Xylander ad Cedren. p. 562, non percepit hunc vocis significatum, neque interpres Constantini Porphyrogenn. de Themat. p. 29, neque interpres Alexiadis p. 90. Ἐντευξίδιον pro libello supplici habet Arrian. Diss. Epictet. p. 112. c. f.

cedebat pedes ad sanctæ Sophiæ ædes in processione solemni cum sancta cruce, et subsistens in horologio audiebat faustas hasce ambarum factionum acclamationes : « Nicephorum imperatorem res publica flagitat. Nicephorum leges exspectant Nicephorum palatium exspectat [id est comitatus palatinus]. Hæc Hæ sunt preces et obtestationes exercitus. Hæc sunt vota senatus. Hæc sunt vota populi. Nicephorum orbis terrarum exspectat. Nicephorum exercitus exspectat. Commune decus Nicephorum exspectat. Nicephorus, commune bonum, imperet. Exaudi, o Deus, te rogamus ; exaudi, o Deus. Contingat vita Nicephoro. Nicephore Auguste, tu es pius, tu es Augustus et venerabilis. Deus te dedit, Deus te custodiet. **255** Christum colens semper vinces. Multos annos Nicephorus imperet. Christianum imperium tueatur Deus. » Post hæc peracta ingressus per horæam pylen seu portam speciosam [S. Sophiæ puta] in metatorium, assumptoque ibi tzitzacio, ingrediebatur narthecem ; et in magna regia porta sumptis tædis aut cereis a præposito

A κόσμος ἀναμένει. Νικηφόρον ὁ στρατὸς ἐκδέχεται· τὸ κοινὸν καλὸν Νικηφόρον ἐκδέχεται· τὸ κοινὸν ἀγαθὸν, Νικηφόρος. βασιλεύσει· εἰσακουσον, ὁ Θεὸς, σε παρακαλοῦμεν· επάκουσον, ὰ Θεὸς, Νικηφόρῳ ζωή· Νικηφόρε Αὔγουστε, σὺ εὐσεβὴς, σὺ σεβαστός· ὁ Θεός σε ἔδωκεν, ὁ Θεός σε φυλάξει· τὸν Χριστὸν σεβόμενος ἀεὶ νικᾷς· πολλούς χρόνους Νικηφόρος βασιλεύσει· Χριστιανὸν βασίλειον ὁ Θεὸς περιφρουρήσει· Μετὰ ταῦτα εἰσελθὼν ἔνδον τῆς ὡρωίες πύλης εἰς τὸ μητατώριον ἤλλαξεν τὸ τζιτζάκιον, καὶ εἰσῆλθεν ἐν τῷ νάρθηκι καὶ εἰς τὰς βασιλικὰς μεγάλας πύλας λαβὼν φατλία παρὰ τοῦ πραιποσίτου ἐποίησεν προσκύνησιν, καὶ ἀποσκεπασθεὶς εἰσόδευσεν μετὰ τοῦ πατριάρχου διὰ μέσου τοῦ ναοῦ καὶ διὰ τῆς δεξιᾶς τοῦ ἄμβωνος καὶ τῆς σωλαίας ἐλθὼν εἰς τὰ ἅγια θύρια, κἀκεῖ λαβὼν φατλία παρὰ τοῦ πραι-

B ποσίτου, ἐποίησεν προσκύνησιν,καὶ στραφεὶς ἅμα τοῦ πατριάρχου ἀνῆλθεν ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν τοῦ βήματος εἰς τὸν ἄμβωνα, καὶ ποιήφας τὴν εὐχὴν ὁ πατριάρχης ἐπὶ τῆς χλαμύδος καὶ ἐπιδοὺς τοῖς τοῦ κουβουκλείου, ἐλέδῦσαν αὐτὴν τῷ βασιλεῖ· ὁμοίως [39]....

porrectis, adorationem perficiebat, depositaque infula, introibat in naum [seu navim ecclesiæ], comitante patriarcha, pergensque per eum medium dextramque ambonis et soleæ partem, ut venit ad sacras fores [cancellorum et bematis], faciebat cum cereis a præposito traditis adorationem ; inde retro conversus ab aditu bematis ascendebat una cum patriarcha in ambonem ; ubi cum patriarcha benedictionem super chlamyde seu paludamento imperiali dixisset, tradebat eam cubicularii ; qui porro eam imperatori induebant. Similiter [39]....

CAPUT XCVII.

De promotione prohedri seu præsidis universi senatus.

Prohedri seu præsidis dignitas hoc habet brabeum seu virtutis præmium et honoris insigne :

ΚΕΦΑΛ. ϟΖ'.

Ἐπὶ προαγωγῇ προέδρου (42) τῆς ἁπάσης συγκλήτου.

Ἡ τοῦ προέδρου τῆς συγκλήτου ἀξία τόδε βραβεῖον

C (43) ἔχει· διρόδινον (44) χιτῶνα (45) καὶ χρυσόθετον

VARIÆ LECTIONES.

[39] Deest h. l. codici unum folium.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(42) Videtur idem esse, qui olim *princeps senatus*, caputque hoc non decimi sæculi, sed quinti aut sexti esse : aut argumentum hoc cum aliis unum est, ceremoniale hoc post Joannis Tzimiscæ tempora a juniore Constantino, Romani filio, non a seniore, Leonis filio, profectum esse. Puto enim ætate Constantini Porphyrogenneti desiisse principes senatus et prohedrorum phohedros, aut protoprohedros, neque ipsos prohedros in usu jam fuisse. Nam Cedrenus p. 663, refert, Joannem Tzimiscem eum titulum instituisse, videturque in vicem tituli patricii successisse, qui sæculo decimo ineunte et medio adhuc valde frequens erat. Tunc enim, ineunte sæculo undecimo et deinceps, permultos prohedros eodem tempore in aula Constantini reperimus, quorum primicerius erat ὁ πρωτοπρόεδρος, cujus meminit Scylitz. p. 833 et p. 835.

(43) Est insigne, symbolum, indicium, quo collato confertur honor : quod qui gerit, honorem se gerere profitetur, cujus symbolum gerit. Dignitates gemino modo conferebantur olim, διὰ λόγου, *auctoritate* vel *elogio*, et διὰ βραβείων, *per bravia*, id est præmia (nam præmium idem prorsus est atque βραβεῖον, *bravium*). Tale bravium nancisci *infulas sortiri* appellat Codex Theodos. passim. Alias quoque Græci σύμβολα dicunt. Elegans locus est apud Themistium p. 73 : Καθάπερ ὁ νόμος τὸ διάδημα καὶ τὸν στέφανον, οὕτω τὴν πολιὰν ἡ φύσις ἔντιμον ἡγεμονικοῦ σύμβολον ἀξιώματος ἐπιτέθηκε. Ὥσπερ οὖν οὐκ ἀνεκτὸς ὑμῖν ὁ δίχα τῶν ὑμετέρων συμβόλων (absque vestris infulis, insignibus, braviis) ἄρχειν ἐπιχειρῶν. — Constantinus Porphyrogenn. de admin. imperii p. 126, commemorat *vestem magistratus*, seu eam, qua magister sacrorum officiorum investiri solebat.

(44) Contractum ex διαρόδινον. Sic quoque δικίτρινα, διδένετον, pro διακίτρινον, διαδένετον, nisi quis malit, me non improbaturo, a δι, id est Latino *de*, arcessere. Itali quoque *di* pro *de* dicunt. *Pannus de roseo, de citrino, de veneto*, subintell. *colore*, id est coloris rosei, etc. Reperitur quoque *diarrhodum*. Hugo Falcandus (apud Murat. t. II Ant. Ital. p. 405) : *Hic diarrhodon igneo fulgore visum reverberat*. Ergo erat hic color acutus, proxime ad coccineum accedens. Conf. p. 271.

(45) Paulo post dicam, qui differant χλαμὺς, χλανὶς et χιτών. χρυσόθετον constanter reperio in membranis ; quapropter de χρυσόδετος, quod aliquando in mentem ideo venit, quia *auro clusus* dicitur, ut monstravit Salmasius ad Historiam Augustam, cogitari non debet. Ergo alia quærenda exponendi ratio. Et incipio de probitate meæ interpretationis dubitare. Reddidi *tæniis aureis septam ;* forte debueram *aureis exemplis respersam*. Figuras enim vestibus intextas aut insutas *exempla* nominabant : τὰ ἔνθετα et αἱ ἐνθέται sunt idem, quod *emblemata*, omnia, quæ in opus alius generis ἐντίθεται, ἐμβάλλεται ornatus causa. Erit ergo χρυσόθετον idem atque χρυσοένθετον, *auro incertum*, cui aurum insertum est. Patrocinatur utrique pariter interpretationi, quod proxime sequitur περιορνυμένην ἐκ διαχρυσοθέτων. P. 256, διὰ χρυσῶν θετῶν scribitur divisis vocibus.

καὶ ζώνην διάλιθον ἁλουργῆ (46) χλαμύδα διάλευκον περιορνευμένην ἐκ διαχρυσοθέτων καί ταβλίων (47)

A tunicam roseam aureis tæniis septam, et zonam gemmatam purpuream, et chlamydem albam circa

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

(46) Videtur magis ad colorem, quam ad materiam respici. Zonam purpuream, purpura infectam, non e pinnæ lana factam, Nam quæ aut purpura infecta. aut lana marina parata essent, quamvis diversi generis res, ambo tamen pariter ἁλουργῆ erant, e productis maris parata. Purpura poterant panni quacunqne materia, lana, serico, etc., facti tiugi ; panni e lana marina facti, poterant colores quoslibet recipere. Bene distinxit Basilius hom. in divites (quantum colligo e loco, quem non datum est in connexione expendere ; debeo enim illum Du Cange Gloss. Gr. v. Πίννα) τὰ ἐκ θαλάττης ἄνθη ἡ κόχλος, *purpura*, vel murex, *dat colores ardentes e mari provenientes*, ἡ πίννα ὑπὲρ τὸ ἐκ τῶν προβάτων ἔριον, *pinna dat lanas, quæ lanas ovium vincunt*; ἡ κόχλος, conchylium, dat colores non B tantnm pupuram, sed etiam alios, cyaneum et flavum, at lanas non dat. Pinna vero, aliud ostrei genus. lanas quidem, at non colores dat. Asterius vero pinnam pro conchylio posuit, et illi tribuit flavum, aut potius dilute rubrum purpureum succum (apud Du Cango l. c.) : Ἁλιεῖς βάπτουσι τὰ ὑπόχρυσα τῶν ἐρίων τὴν ξανθὴν πίνναν θηρεύοντες, *piscatores lanas inficiunt captarum pinnarum flavo sanguine*. De pinna et vellere pinnino seu marino multis egit Salmasius ad Tertull. p. 175 seqq. Et nihilominus tamen inutile non est ascribere quæ Keislerus de pinna et ejus vellere indeque parato pannificio refert in Itinerario Italico p. 744 ; *Einer sonderbaren Fabvike muss ich hierbey gedenken, die vorn hmlich zu Tarento unp Reggio im Schwange ist, und wozu die Fäsergen oder eine Art von Haren und' Wolle, die au einer gewissen Sorte von Muscheln gefunden wird, Gelegenheit gegeben. Denn diese hat man also zu reinigen und zuzubereiten* C *gelernt, dass anitzt Camisoler, Müitzen, Strümpfe und Schuhe, welche wärmer alo Wolle halten darus gestricki und verfertigt werden. An der Weiche und Feinigkeit kommen solche der Seide nicht bey, hingegen behalten sie stets e nen sonderbaren Glanz. Die natürtiche Farbe dieser Muschel fällt ins Olivengrüne. Die Muschel, die solche hervorbringt, wird häuffig auch um die Inseln Malta, Corsica und Sardinien gefunden, ja selbst in dem Golfo di Venetia habe ich etliche solcher Art angetroffen, an welchen aber die rauhe Muterie, so man einigermassen mit einem zarten Moose vergleichen kan, sparsam zu finden war*, Idem p. 918 sic scribit : *Die grösten vor den Muscheln der hiesigen Gegend* (loquitur de tractu Anconitano) *sind dic pinnae oder pernae, welche letztere Bennennung sie von ihrer einem Schinken gleichengen Gestalt erhalten haben. Des äusserste ihrer Schaalen ist roth, und bey ihrem spitzigen Ende wächst oder setzet sich insgemein ein byssus marinus an, der zuweilen vier biss sechs Zoll lang ist.* D

(47) Cum magna pars nostri hujus codicis in nominibus vestium consumatur, quibusdam vulgo ignotis et prorsus novis, aliis notis quidem, at non satis clare perspectis, non inutile duxi futurum, si in illustranda hac antiquitatis perobscura parte aliquanto diligentius versarer. Gerebant igitur homines, honestiores profecto illorum temporum, in quibus codex noster obhæret, vestes præcipuas tres, quarum reliquæ aut accessiones, aut variæ formæ videri queant. Extima erat chlamys, Romana, non Græca vestis, secunda χιτὼν superior, quem alias χλανίδα appellant, et tertia χιτὼν inferior, proprie et stricte χιτών, item στιχάριον dicta. Chlamys erat pallium Romanum (nam Gracum aliter comparatum erat) super reliquas vestes gestari solita, non cerlæ longitudinis. in humero dextro, aut proxime ad eum, nunquam medio in pectore. fibulæ ope constringenda, plerumque ad genua defluens, ampla et libere promissa. Propendebat tamen interdum usque ad talos. ut in imagine Justiniani Ravennate, quam protulit Alemannus ad Procopium p, 73. Hoc pallium valde prolixum videtur Etymologici M. σαγομαντίον esse, quod usum sagi vel sacci præstaret et tamen formam manti haberet. Mantum nempe erat valde amplum et ad terram demissum. Sagum non item, quod proprie ad genua fere tantum, aut ad media femora pertineret. Vid. ad p. 285. Hoc proprie est chlamys, et fuit sæculo v. et deinceps vestis tam togatæ, quam sagatæ militiæ, postquam toga in desuetudinem abiit. Vidi quoque in vetustis imaginibus tertium chlamydis brevissimum genus, quod apud juncturam humeri cum cubito desineret diversum a colobio eo, quod colobium in pectore apertum esset, chlamys tantum a dextro latere, sic ut dextrum modo humerum sineret exseri, sinistrum occuleret. Chlamydis et sagi et chitonis imaginem videor mihi in Menologio Basiliano t. I, p. 63. in effigie S. Joannis Baptistæ ad habitum medii ævi facta videre. Est etiam chlamys, qua indutus conspicitur Nicephorus Botoniates in imagine Cerimoniali nostro præmissa. Nam per ejus fissuram trajectus totus dexter humerus cum chitonis manica dextra et ipso pene toto chitone apparet. Sinistra vero manus sola prominens per sublevatam chlamydem apparet. Qua parte coibant oræ dextri et sinistri lateris, in chlamyde lata erat insuta aut intexta tabula, purpurea, aurea, plumata, imagines varias, pracipue vero principum, quorum quis esset subditus, protomas ostendens. Has tabulas *tablia* appellant, de quibus in continenti dicam pluribus, Chlamydis igitur erat fibula in dextro humero, sub qua dexter humerus exserebatur. Constat id multis auctorum locis, de quibus unum Nicetam citabo, qui l. III, Manuelis p. 71 fine, describens torneamentum ab illo imperatore et Franco principe Antiochiæ apud illam urbem institutum, ait imperatorem processisse in equo, χλαμύδα ἡσθημένον ἀστειοτέραν, περὶ τὸν δεξιὸν ὦμον περονουμένην καὶ ἀφιεῖσαν ἐλευθέραν τὴν χεῖρα κατὰ τὸ πόρπημα. Chlanides et chitones habebant quidem interdum quoque fibulas, sed non semper. Multæ enim earum ad nostrum hodiernum morem factæ erant sic ut inter latus colli et juncturam humeri cum claviculis nihil pateret. sed omnis pannus continus esset, et manica cum ipsa vestes cohæreret. In quibusdam tamen chitonibus vel tunicis hiabat pannus abutroque latere, et lata fissura erat utrinqne a mamilla pectoris ad finem scapulæ usque procedens. Geminæ igitur hæ rimæ fibulis astringi debebant. Differebant igitur fibulæ chitonum a fibulis chlamydum, quod hæ semper adessent et nunquam possent abesse, illæ plerumque abessent et fibulæ porro chlamydum semper essent singulares, chitonum contra, ubi adessent, semper gemellæ. Hæ denique extra conspectum latebant suq chlamyde, nisi quis γυμνός, id est tantummodo tunicatus, procederet ; fibulæ chlamydum in oculos incurrebant, et maximum erant chlamydis ornamentum et ostentatio divitiarum præcipua Aureæ enim plerumque erant, artificioso opere elaboratæ et gemmis fulgentibus obsitæ. Hinc patet in loco Chrysostomi, quem Casaubonus ad Scr. Aug. Hist. t. II, p. 22. citat, e laudatione Babylæ pro χλανίδος legi oportere χλαμύδος.. Describit ibi pompam et φαντασίαν seu apparentiam imperialem Ὑπόγραψον, ait. αὐτὸν σεμνὸν ἀπὸ τῶν ἱματίων φαινόμενον, καὶ τῆς ἁλουργίδος καὶ τῶν λίθων τῶν πανταχοῦ διεσπαρμένων, κατὰ τὴν δεξιὰν, κατὰ τὴν συμβολὴν τῆς χλαμύδος τῶν ἀπὸ τοῦ διαδήματος. Per

oras tænia aurea et tabliis duobus auro obsitis ornatam et figuris minutis hederæ folia imitantibus

δύο χρυσοπάστων καὶ κισσοφύλλων (48) μικρῶν. Παρὰ τοῦ βασιλέως δίδονται ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ (49)

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

gemmas in dextra possunt gemmæ in dextrocheriis seu armiliis intelligi, possunt quoque annulorum gemmæ. Cum chlamys seu paludamentum in locum togæ successerit et togæ successio atque imitamentum, *tori* puta, perpaucis et oppido raro usurparentur, erat chlamys communis usus omnium utriusque militiæ procerum, saltem temporibus Justiniani M. Nam secutis chlamys erat apud Latinos quidem honoratioris cujusque, apud Græcos autem solius imperatoris, pro quo proceres scaramannio utebantur. Hinc στρατιωτικὴν χλαμύδα appellat Themistius p. 109 et p. 116 : ἄχρι χλαμύδος καὶ ζώνης στρατιώτην. Philostratus p. 223 amorem χλαμύδος καὶ στρατιώτου βίου conjungit. Verum proceribus togatæ quoque militiæ tribuitur, et πόρπη, *fibula*, id est chlamys, cujus pars esset fibula, pro functione splendidissimi cujusque magistratus urbani comitatensisve ponitur. Plutarchus Opusc. p. 884 : Ἵνα ἱππου τινὸς ἢ πόρπης ἢ τοιαύτης τινὸς εὐημερίας τύχωσιν, *ut equum, ut fibulam, ut talem aliquam felicitatem consequantur*, id est, ut equites, ut senatores, ut alia talia fiant. Hieronymus : *quod in palatina militia sub chlamyde et candente linteo corpus ejus cilicio tritum sit*, id est, cum primum candidatum principis protectorem ageret et deinceps ad illustriores honores comitatenses promotus mereret. Conf. Agathias p. 109, ubi τὴν πόρπην et τὴν χλαμύδα velut insignia regni conjungit : Χρὴ οὐ τῇ πόρπῃ καὶ τῷ χλαμυδίῳ καὶ τοῖς ἐκτὸς φαινομένοις ἐγκαλλωπίσμασι ταύτην προσνέμειν τὴν ἐπωνυμίαν (nempe *regni*). Vid. Petav. ad Themist. p. 378. Sacerdotibus autem non licebat chlamydes gestare. Hinc cum ad se rapere vellet supremam potestatem ejusque insignia Romanus pontifex, fingenda erat donatio, in qua ipse sibi eum aliis a sacerdotio alienis chlamydem et tunicam coccineam et omnia imperialia ornamenta permittit. *[Constantinus in donatione Sylvestro facta permittit ipsi coronam gemmis intextam, epomidem, quæ collum cingat, chlamydem purpuream, coccineam tunicam, ephippia, quibus equi regii sternuntur, sceptra et reliqua gloriæ ornamenta.]* Cingulum non chlamydem, sed chitonem, constringebat, et raro chlamys ultra medium femur procedebat. Chiton est proprie vestis talaris, Dalmatica medio ævo dicta. Manicis carebat chlamys, at chiton habebat, certe plerumque. Nam erant quoque chitones absque manicis, colobia dictæ, et δίσχιστοι, quoniam ante et retro super utraque mamilla usque ad finem scapulæ scissi erant, quales in Menologio Basiliano passim est videre, antiquitatem altiorem redolentes. Plerumque tamen erant manicati chitones recentiore instituto. Hinc Luitprandus Græcos ætatis suæ *tunicatos*, *manicatos* per ludibrium appellat. Hinc etiam invidiam et reprehensionem sibi conciliabat apud suos Carolus Calvus rex, quod *de Italia in Galliam rediens novos et insolitos habitus assumpsit*, ut testantur Annales Fuldenses ad A. 876. Illi habitus quinam sunt? *Nam talari*, pergunt, *Dalmatica indutus et baltheo accinctus, capite serico velamine involutus procedere solebat*. Quæ hic memoratur vestis talaris Dalmatica, illa est chiton. Ea singulo astringebatur. Ætate Prpcopii affectabant factionales in chitonibus manicas ad carpum strictas, ad humeri caput peramplas gestare, quem ille morem facete ridet Anecdotæ historiæ p. 32, qui locus nonnulla rem vestiariam illius ætatis illustrantia complectitur, quorum partem in dissertatione de hosis ad p. 416 attingo. Chlamydem fuisse vestem Romanam, non Græcam, supra dixi. Res ipsa loquitur et luculenter confirmat Themistius p. 144 : Οἱ τῶν χαλῶν σωμάτων ἐρῶντες πρὸς μὲν τὰ ἀμφιέσματα οὐ διαφέρονται εἴτε Ἑλληνικὰ εἴη, εἴτε χλαμύδες. Opponit Græcis vestibus chlamydes. Ergo Græcis antiquis in usu chlamys non erat : ergo alienæ originis, est, Romanæ scilicet, idem cum paludamento. Nam vetusta Græcorum pallia multum erant a chlamydibus diversa. Patebant enim scissa utrinque ab ima pedibus vicina ora usque ad articulum humeri cum scapulis ad utrumque latus, ut exseri possent ambo humeri plane ut candidæ casulæ vel planetæ. quas prædicatores nostri passim locorum adhuc gerunt, *Chorhembden* et *Chorröke* dictas. Erant ergo ipsorum pallia δίσχιστα et ala utriusque, tam anticæ quam posticæ, utramque oram, dextram sinistramque, revolvebant versus collum et super humeris infixis acubus aut trajectis fibulis consebrant. *[In vetere nummo est Alexis *vêtu d'une longue robe ouverte à l'endroit de la droite de laquelle il tient un* νάρθηξ, ut ait Du Cange ad Joinvill. p. 296.]* Longa illa roba est chlamys, cujus imagines in nummo, quem Cerimoniali huic præsimi Constantini et Porphyrogenneti, item in illorum nummorum quibusdam, quos Dissertationi Leichianæ de vita Constantini Porphyr. præmisi, et in omnibus pene, præsertim antiquioribus nummis Byzantinis est conspicere. Non itaque video, qui possim Du Cangio astipulari chlamydes et clibania confundenti. Nempe ad Joinvil. p. 141, chlamydem ap. pellat *habit des chevaliers*, et ad Alexiad. p. 401, dictionem μετὰ δύο χλαμύδων interpretatur *avec deux cottes d'armes*, id est cum duobus militibus quia nemini præter milites induere chlamydem seu loricam licuerit. *[Carolus M. diebus festis aurea chlamyde, aureis ocreis aureaque corona ornatus procedebat, quo imitabatur CPtanos imperatores, ut Justinianum, de quo Theophanes p. 146, 196, ut apparet ex Annalibus Fuldens. A. 876. Habitus tamen ipsos diversos putat, præcipue τετράγωνα, Du Canbe p. 158t Diss. Joinvill.]* Multum diversa pallia quadrata et chlamydes. Illa erant pallia Græca, δίσχιστα, hæ pallia Romana seu paludamenta. De quadratis illis veniet suo quoque tempore agendi locus. Dicendum unum adhuc, qui sint *chlamydes fixæ super humerum* et *clausæ* in Concil. Andegavens A. 1365, in verbis : *nec chlamydes fixas super humerum, sed clausas, largas, longas et honestas*. Quæ hic fixæ super humerum chlamydes appellantur, hæ sunt, quas fibula super dextro humero continebat, *Clausæ* vero sunt illæ alias sic dictæ *cloccæ* quæ rotundæ, ad instar cloccæ vel campanæ in imo tanto ambitu solidæ erant, in summo augustiore ambitu foramen habebant, per quod caput

caput

(48) Longam de tabliis dissertationem hic positam, ad quam modo ablegabam, rogatu typographi ad finem properantis et chartæ defectum causantis, alii loco reservandam duxi.

(49) Cui intexti erant corymbi et helices hederæ, hederam simulantes. Errore enim memoriæ *apium* pro *hedera* in Latinis nominavi. Habet hanc vocem historia msta Bertrandi Romani apud Du Cange v. Σειστός :

> Τα λαμπροκαλαμόστυλα ὀρθομαρμάρωσίς τε
> Κιττόφυλλα χρυσόφυλλα, ἴων, κρίνων καὶ ῥόδιων.

Splendidæ ad calamorum scriptoriorum instar rectæ columnæ et marmoribus in altum extructi parietes, quibus illudunt hederacei, pampini et aurea folia violarum, liliorum et rosarum. Jam in superioribus aliquoties monui, veteres Græcos et Romanos gestasse vestes floridas (quod adhuc Turci et Orientales omnes servant), figuris variis foliorum, racemorum, florum et aliarum rerum, quas figuras *exempla* nominant, intextas.

τῷ τιμωμένῳ, ἃ καὶ λαβὼν πίπτει καὶ κατασπάζεται τοὺς βασιλικοὺς πόδας καὶ τὰ γόνατα, καὶ ἀνιστάμενος ἀπέρχεται ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου ἐν αὐτῷ τῷ χρυσοτρικλίνῳ, καὶ ἐνδύεται ταῦτα παρὰ τοῦ τῆς καταστάσεως, παρόντος καὶ τοῦ πραιποσίτου (τῶν καὶ προσαγόντων αὐτὸν πρότερον πρὸς τὸν βασιλέα ἀπὸ σκαραμαγγίου καὶ μάνικος καὶ κατακοιλίου [40] (50) διὰ τοῦ βήλου τῶν ἀργυρῶν πυλῶν, τῆς συγκλήτου ἱσταμένης ἐν τῷ αὐτῷ τρικλίνῳ μετὰ ἀλλαξιμάτων, ἑστεμμένου ὄντος τοῦ βασιλέως), καὶ μετὰ τὸ ἐνδυθῆναι ἐξάγεται παρ' αὐτῶν, καὶ πάλιν κατασπάζεται τοὺς πόδας τοῦ δεσπότου καὶ τὰ γόνατα; καὶ εὐχαριστῶν ἵσταται ἓν τῷ μέσῳ. Καὶ προσέρχεται καὶ ἡ σύγκλητος, εὐχαριστοῦσα (51) τῷ δεσπότῃ, καὶ ἀπέρχεται ἐν τῇ ἰδίᾳ τάξει. Καὶ εἶθ' οὕτως ἀναβιβάζεται ὁ τιμηθεὶς διὰ τοῦ πραιποσίτου ἄνωθεν τῶν μαγίστρων, καὶ δίδοται τὸ νεῦμα, καὶ ἐξέρχεται σὺν τῇ συγκλήτῳ, καὶ κατασπάζεται ὑπ' αὐτῆς, καὶ ἀπέρχεται ἐν τῇ Ἁγίᾳ Σοφίᾳ (52) φορῶν ταῦτα. Καὶ ὑψικευόμενος παρά τε τοῦ τῆς καταστάσεως καὶ τοῦ πριμικηρίου τοῦ κουβουκλείου καὶ τῶν σιλεντιαρίων, διερχόμενος διὰ τῆς χαλκῆς καὶ ἀκτολογούμενος παρὰ τῶν δύο μερῶν, ὥσπερ οἱ πατρίκιοι, καὶ δεχόμενος εὐχὴν παρὰ τοῦ πατριάρ-

A respersam. Ab imperatore hæc dantur in aureo triclinio recens honorato; qui ea nactus humi procidit, et domini pedes genuaque deosculatur; inde resurgit, et ad ædiculam S. Theodori, quæ in ipso chrysotriclinio est, abit, ibique a præsente cerimoniario et præposito dictis modo vestibus honoris induitur. (Illi ipsi, cerimoniarius et præpositus, eum antea ad imperatorem adduxerant, scaramangio indutum et torque et catacoilio seu ventrali, per velum argenteæ portæ, senatu in eodem triclinio in mutatoriis stante, imperatore autem stemma seu infulam gerente.) Ab illis ipsis, jam brabeo suo indutus, e S. Theodoro educitur honoratus, et præsentatur domino, cujus pedes et genua iterum osculatur, dictaque gratiarum actione, medio in conclavi astat. Tum accedit senatus et gratias domino [agit pro imposito sibi capite], illisque peractis, rursus ad suam stationem redit. Tum producitur honoratus a præposito et in capite magistrorum collocatur, datoque imperatoris nutu, et ipse et simul senatus exeunt. Senatores jam extra conspectum domini agentes novum suum præsidem consalutant; ille vero porro ad ædes S. Sophiæ in novo suo ornatu abit, comitantibus cerimoniario et primicerio cubiculi et si-

B

VARIÆ LECTIONES.

[40] Sic R. h. l. et mox, κατακυλίου cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

et cervix exsererentur. Talium cloccarum memoria et imagines passim occurrunt in monumentis medii ævi, ut in Longobardica illa tabula, quæ coronationem regis Longobardici exhibet, ab Horatio Blanco ad Warnefridum edita. Differt clocca a colobio eo quod illa scissuram modicam inter scapulas, aut etiam ab antica et postica simul haberet, ab illo foramine per quod caput exserebatur non multum deorsum procurrentem, in imo solida; colobium vero scissuram ab ima ora super medio pectore ad summum usque collare ascendentem habebat, cætera solidum. Discimus de reliquo ex illo Concilii Andegavensis laudato loco, chlamydes adhuc XIV sæculo gestari solitas fuisse: item ex imagine, si quibus eam spectare licet, in codice quodam membranaceo bibliothecæ hujus urbis publicæ, qui complectitur duobus grandibus in folio voluminibus Valerii Maximi Gallicam interpretationem pulcherrime scriptam et auro atque picturis illuminatam. Singulis libris præmissæ sunt singulæ grandes et pulcherrimæ imagines, quas qui intuetur non potest illorum temporum, quibus exaratus fuit codex, in pingendo subtilitatem et dexteritatem non mirari.

C

(50) Credo κατακοίλιον, *ventrale*, fuisse vestis genus, quod pectus ambit, et in ipsis inguinibus desinit. *Bruslutz* vel *Wambs* nobis dictum, de quo v. Du Cange v. *Gambeso*, et quæ infra de diploide dicam; aut fuit ventrale, si Salmasio credimus, hac de voce ad Scr. H. Aug. t. I, p. 670 disputanti, lata fascia ventri præcingenda, cum habenis astrictoriis et funda vel marsupio pro recondendis nummis. Græcos veteres in pronuntiando inter υ et οι discrimen non statuisse, ex eo satis apparet, quod neque Græci, neque Latini librarii *y* et *æ* distinguunt, sed ambo promiscue habent. Novi Græci πόκυλον dicunt pro ὑπόκοιλον vel ὑποκοίλιον, *venter*. Pro Μυσία Latini *Mæsia* dixerunt. Pro οἰκειακός *yciacus* exararunt (v. Du Cange v. *Calapanus*), et *yconomus* pro οἰκονόμῳ; vid. Murator. t. II, Ant. Ital. p. 361. Apud eumdem p. 332, leguntur in imprecatione marmori Nepesino inscripta hæc verba: *cum Juda et Capha et Pilato habeat portionem, item turpissimam sustineat mortem, ut cylo, qui suos tradidit socios, non ejus sit memoria, sed in asello retrorsum sedeat et caudam in manu teneat.* Constructio verborum hæc est: *ut ejus qui socios tradidit*, id est prodidit, *memoria non sit in cylo*, id est *cælo*. Salmasius ad Inscript. Herodis Attici p. 44, inter alia ait, ante inventas a Simonide litteras scribi consuevisse ΠΣΟΙΚΗΕ pro ψυχή. Infra apud Nostrum est p. 339 συνέτοιχον pro συνέτυχον, et vicissim p. 222 τύχοις pro τοίχοις, ποίλη pro πύλη, φυνικας in M., ubi editum fuit φοίνικας, p. 101.

(51) Mos erat, ut senatus pro recens honorato collega gratias imperatori ageret, ut patet e Themistio p. 200: Δεινὸν οὖν ἐμοὶ κατεφάνη, τὴν μὲν βουλὴν εὐθὺς εἰσελθοῦσαν, ἡνίκα αὐτὸν ἀνεῖπεν ὁ βασιλεὺς (nempe consulem), δοῦναι τὰ πρέποντα χαριστήρια.

D

(52) Mos erat Græcorum, ut recens honoratus statim a promotione et consistorio ad ecclesiam aliquam, seu palatinam (ut S. Demetrii, vid. p. 135), seu urbanam, ut S. Sophiam aut SS. Apostolorum, abiret, Deoque gratias pro indulto honore ageret, a patriarcha vel alio quodam sacerdote benedictionem et sacram communionem acciperet, et munus ecclesiæ donaret. Domum deinde abeuntem collegæ novi et familiares comitabantur et deducebant, illuc afferebat regium diploma vel codicillos silentiarius, et omnes epulabantur; vid. Nostri p. 135, Cedren. p. 612, Valesius ad Amm. Marcell. p. 523, et Du Cange v. *Patricius*. Ipsi quoque gentiles Romani magistratus novo macti honore ibant in Capitolium Jovi gratias actum; vid. Arrian. dissert. Epictet. p. 136. *[Ritus precum in templo super patricio inaugurando v. Georg. Monach. p. 568, Script. post Theophan. p. 239. Patricii Græci precibus in ecclesia communiri soliti, S. m. Logothet. p. 475.]*

lentiariis. Illuc pergens dum transit per chalcen, excipitur faustis acclamationibus ambarum factionum iisdem, quibus patricii solent excipi; tandem in ipsa Magna ecclesia accipit a patriarcha benedictionem,et abit denique in domum suam sub lætis vocibus et elogiis factionum. Sequuntur eum magistri et patricii, quibus libet, et convivio ab eo excepti rursus abeunt. Ex eo tempore procedens diebus communibus **256** et operariis, induit in æde S. Stephani, quæ est in circo, scaramangium

A

χου, ἀπέρχεται ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, εὐφημούμενος παρὰ τῶν δήμων. Ἐφέπονται δὲ τούτῳ μάγιστροι καὶ πατρίκιοι ὅσοι βούλονται, καὶ συνεπτιώμενοι ἀναχωροῦσι. Καὶ ἐκ τότε ἐν μὲν ταῖς κοιναῖς ἡμέραις προερχόμενος ἐνδύεται εἰς τὸν Ἅγιον Στέφανον τοῦ ἱπποδρόμου σκαραμάγγιον ὀξὺν πρασινοτριβλαττον (53) καὶ κατακοίλιον καὶ ῥοῆσιον ἔχον ἐξαβούλιν (54) χρυσᾶ περιορνευμένη διὰ χρυσῶν θετῶν καὶ κισσοφύλλων μικρῶν. Καὶ ἐν τῷ εἰσέρχεσθαι αὐτὸν, ὀψικευόμενος (55) παρὰ τοῦ ἀκολούθου (56), πρῶτον

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(53) Cum res ad vestitum et colores pertinentes vix queant perspicue solis verbis tradi,et multa rei tinctoriæ ignoremus, veteres quoque non iisdem semper rebus eadem nomina tribuerint,sæpe nihil aliud licet, quam conjectura in his talibus exponendis uti. Ego quidem hic loci nescio, debeatne ὀξὺν pro *violaceo*. an pro *acuti juris* accipi.Si prius, deberet ὀξυπρασινοτρίβλαττον una voce scribi, et esset vestis, in quo fila per alternas vices modo violacea, modo viridia jacerent. Si posterius, esset vestis prasini, sed vividi et ardentis coloris. Quid porro triblattum fuerit, non magis liquet. Potest enim *tertinctum* et potest quoque *trilix* esse. Si prius,fortissimus et saturatissimus fuerit color necesse est; quo enim sæpius fila tingebantur, eo profundius imbibebant colorem, ut deleri porro et exteri nequiret. Si vero posterius,fuerint cujusque coloris, tam violacei,quam prasini fila singula ternis tenuioribus filis contorta. Priori interpretationi favet Petrus Damianus, qui pallium sericum illud, quod *trium esset colorum*, triblattum ait appellari. Locum habet Du Cange v. *Triblathum*. Dictio *trium colorum* non indicat tres diversos in uno panno colores,sed tres tincturas, ter repetitam in cortinam tinctoriam panni immersionem. Quod e nostro hoc loco liquet,in quo triblatto aut unus color prasinus aut ad summum duo, violaceus et prasinus, non plures tribuuntur.

(54) Quid hæc vocabula sibi velint, alii me dixerint melius. Ego quidem hic nihil video, nisi hoc unum, rhoësium a colore rubro sic esse dictum.

(55) Dubium, ad prohedrum, an ad drungarium pertineat, et diu fluctuavi. Sane initio verteram: *Illuc ingresso et ab acolutho stipato*, ut ad prohedrum rediret, quo casu legendum sit ὀψικευόμενον in accusativo: dein mutavi, nescius optimone consilio. Vereor tamen, ne, quod alias mihi contigit, pejus pro meliore arripuerim deceptus prava lectione.

(56) Acoluthus erat magister illorum militum palatinorum, qui Barangi solent appellari, et custodiæ sacri corporis deputati secures gerebant; vid. Du Cange Gloss. Gr. h. v. et ad Cinnam. p. 441. [Varangi seu Angli inter corporis custodes Græci imperatoris. DC. ad Villehard. p. 296. De vocis etymologia v. Bayer t. IV Comment. Academ. Petropolit.]* Angli sint, an Franci disputatur. Mihi dubium non est, Francos et Barangos et Waragos eosdem esse.Abulfeda in Geographia post mare,quod aut *Burdulitæ*,hoc est Castellæ veteris, aut *Bordilæ*, hoc est *Burdigalitæ*,mare est (vid. Du Cange v. *Pastorelli*),recenset ut proximum et continuum mare, *mare Warangorum* Liquet Francicum id esse,nobis hodie Germanicum dictum,ab Aquitania inde usque ad Norwegiam porrectum. Venisse Francos e septentrione, transiisse pro parte in Angliam uno cum Saxonibus sæculo v, notum est. Unde facile conciliari potest, Barangos Francos esse, et tamen Anglos a Codino et Anglice loquentes dici. Nomen Francorum olim *Feranki* et *Faranki* pronuntiabatur. (V. Barth. ad Guilielmi Briton. Philipp. I, 114, p. 28, et Du Cange v. *Feranci*.) De nominis autem Francorum ratione etymologica discrepant sententiæ, quibus recensendis non immorabor; eam tamen, quæ mihi probabilior videtur, expediam. Primum quidem id improbabile videri et causam nostram turbare non debet,quod *w* et *b* et *f* promiscue habemus, dicimusque, a nobis hodie et olim Francos dictos eosdem cum Barangis et item cum Waragis esse. Nam,e.c., quos nos hodie *Wallachos* dicimus, eos Græci Βλάγκους vel Βλάγχους appellant, Arabes,*Aflak*.Deinde hoc quoque perinde est, *Waragus* an *Warangus* efferas. Utrumque recte,sive ex more Græcorum,sive ex etymologia. Solent Græci *n* ante *g* interponere in nominibus gentium et aliis. Ut,quod modo citabam exemplum,Βλάγχους appellant, quos alii et ipsi se *Blachos*; item qui proprie *Ugri* sunt, eos Græci et nos ad ipsorum exemplum *Ungros*, *Ungaros* appellamus. Ut nos hodie nomina qualitatis non tantum in *ich* vel *ig*,sed etiam in *ing* terminamus,sic quoque veteres Germani seu Franci suo more non tantum in *ag* et *eg*,sed etiam in *ang* et *eng* terminabant. Pro *gryseus* (*greusig*) dicebant *grysengus*, vid. Du Cange hac voc.; ita quoque pro *wehrig* dicebant *warag* et *wareg* et *warang* et *wareng*. Ut dicimus *lüngling* pro eo, qui juvenis est, *Zwilling* pro eo, qui gemellus est, *Edeling* pro nobili, etc., sic optimo jure, quamvis usus non astipuletur,possemus dicere *Wehring* pro homine tutelari, protectore. Et id quoque in usu olim fuisse probat nomen *Beringer*, *Berengarius*, quod nihil aliud est, quam *Barangus*, *protector*. In usu quotidiano est adhuc hodie vox *Wehre*, *tuitio*, *protectio*. *Sich zur Wehr stellen*, se comparare ad se tuendum. Hinc *war* Anglis et *guerre* Francis aliud nihil est, quam nostrum *Wehre*, pro aris et focis dimicare; *wehren* dicimus pro arcere a nobis, amovere, profligare. Hoc sensu essent Barangi οἱ ἀποσοβοῦντες, qui submovent turbam, aggressores profligant.Vel sic potuerunt dici, quia tantum bello viverent et mercede militatum extra patriam irent. « *Warings* (ait Du Cange v. *Gravaringus*] vocant Angli milites, vocabulo, ut videtur, ducto a *werra*; nostris dicuntur *hommes de guerre*. » V. Du Cange v. *Warantus*. Hi *Barangi* vel *Franci*, id est protectores, habitabant in excubitis vel statione excubitorum.Zonaras in Alexio : Οἱ Βάραγγοι τὴν ἐν τοῖς ἐξκουβίτοις διειλημμένην ὁδὸν, ἔνθαπερ τούτοις ἡ κατοίκησις. Gestabant rhomphæas et bipennes super humeris, vel etiam bipennes ad femur habebant pendentes; vid. Nostr. p. 302; et hos intelligit Psellus in Historia msta (apud Du Cange v. Ῥομφαία),quando ait Theodoram circumstetisse cum aliis protectoribus eos,qui graves ferro bipennes ex humeris librabant : Περιειστήκεισαν δὲ ταύτην ἔξω πολὺ πλῆθος...οἱ μὲν ξίφη περιεζωσμένοι,οἱ δ' ἀπὸ τῶν ὤμων ῥομφαίας βαρυσιδήρους ἐπέσειον, ἄλλοι δὲ δόρατα ἠγκαλίζοντο ἐφεξῆς ἑστηκότες. Non solum in aula militabant Barangi, sed etiam in provinciis. Scylitzes in Monomacho Francos et Warangos in Iberia et Chaldia collocat : Ὁ βασιλεὺς τὸν ἀκόλουθος Μιχαὴλ μεταπεμψάμενος ἐν τῇ ἑσπέρᾳ [ergo hæserat hactenus cum cohorte sua in Magna Græcia aut in Dalmatia]

μὲν προσυπαντᾷ αὐτῷ ὁ δρουγγάριος τῆς βίγλης καὶ οἱ μάγιστροι καὶ οἱ κριταὶ οἱ ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ καθεζόμενοι, καὶ χαιρετίζουσιν αὐτὸν, καὶ ἀντιχαιρετίζονται παρ' αὐτοῦ. Εἶτα εἰσέρχεται διὰ τῶν σκύλων, προσυπαντᾶται [41] ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ Ἰουστινιανοῦ τρικλίνου παρὰ τῶν σιλεντιαρίων καὶ τοῦ ἀδμινσουναλίου, κἀκεῖθεν παρὰ τῶν τοῦ κουβουκλείου, εἶτα ἐν τῷ μέσῳ τοῦ αὐτοῦ τρικλίνου παρὰ τῶν πρωτοσπαθαρίων καὶ σπαθαροκανδιδάτων καὶ λοιπῶν, καὶ χαιρετίζεται παρ' αὐτῶν, καὶ ἀντιχαιρετίζει αὐτούς. Εἶτα εἰσέρχεται εἰς τὸν λαυσιακὸν, προσυπαντᾶται παρὰ τοῦ πραιποσίτου [42] καὶ τοῦ ἑταιρειάρχου καὶ λοιπῶν συγκλητικῶν. (Τὸ αὐτὸ ποιεῖ καὶ ὅτε προσυπαντᾶται παρὰ τοῦ πραιποσίτου τοῦ πατριάρχου. Ὁμοίως τὸ αὐτὸ ποιεῖ καὶ ὁ πριμικήριος τοῦ κουβουκλείου μετὰ τῶν πριμικηρίων ὁστιαρίων.) Καὶ προκάθηται τῶν μαγίστρων καὶ πραιποσίτων, καὶ πρὸς τὸν βασιλέα εἰσερχόμενος, ὥσπερ τὸ παλαιὸν ὁ πραιπόσιτος, ἀμέσως εἰσέρχεται, τιμώμενος ὑπὸ πάντων. Ἐν δὲ ταῖς ἑορταῖς φορῶν ἅπερ ἔλαβεν ἀλλάξιμα σὺν καμπαγίοις καὶ ἀλουργέσι καμποτούβοις προπορεύεται ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως. Ἐν δὲ ταῖς ἱπρικαῖς προελεύσεσι τὰ δίροδα διάχρυσα στιχάριον καὶ σαγίον (57), συμποA oxyprasinotriblattum seu viridi serico textum, ter tinctum, vividi luminis, et catacoilium [seu ventrale] et rhoesium, habens exabulium aureum circum oras vel limbos ornatum tæniis aureis et parvis foliis hederæ similibus respersum. Illic ingresso primi occurrunt drungarius vigiliæ, ab acolutho [seu barangorum securiferorum duce] stipatus, et magistri et judices in hippodromo sedentes; jubentque ipsum salvere, et vicissim ab eo jubentur. Dein per scyla transiens beneventatur initio triclinii Justiniani a silentiariis et admissionali, paulo ulterius a cubiculariis; medio in triclinio a protospathariis et spatharocandidatis et reliquis; quibus omnibus datam salutem reddit. Intrantem in lausiacum excipiunt præpositus et hetæriarcha et reliqui senatores idemque facit erga hos, quod erga superiores; idem quoque erga excipientes patriarchæ B præpositum, primicerium cubiculi et primicerios ostiariorum. Tum primus considet ante magistros et præpositos, et intrat ad imperatorem immediate, non nuntiatus, quemadmodum olim præpositus intrabat; verbo, magno in honore habetur ab omnibus. In diebus autem festis gestat, quæ accepit ab

VARIÆ LECTIONES.

[41] προσυπαντοῦσι cod. [42] πατριάρχου cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

εἰς Ἰβηρίαν ἐκπέμπει. Ὃς ἐκεῖ γενόμενος καὶ τοὺς διεσπαρμένους ἔν τε Χαλδίᾳ καὶ Ἰβηρίᾳ Φράγκους καὶ Βαράγγους ἀγηοχὼς κωλύειν ἠπείγετο τὸν ἐνόντα τρόπον τοῦ Σουλτάνου. Barangos, quoque in expeditiones bellicas, quas Græci tentabant, ivisse, constat etiam e Chronico Casinensi II, 37, p. 373, ubi Græci dicuntur *Apuliam et Calabriam sibi vindicasse, sociatis in auxilium suum Danis, Russis et Gualannis.* Ejusdem originis gentes sunt Dani et Gualanni. Putantur enim Barangi e Dania in Angliam venisse. Atqui Gualanni et Barangi iidem sunt. *Gu* ut *W.* item *nn* ut *ng* olim pronuntiabatur, et *l* sæpe litteræ *r* substitui solebat; ut ergo *Gualanni* et *Barungi* sono prope nihil different. Non solus imperator habebat Barangos sui corporis custodes et perpetuos comites, verum etiam proceres, habebant, si non veros, at certe tamen Græcos ad modum Barangorum vestitos et armatos; ut hodie quos magnates nostri alunt apparitores Heiduckos appellamus, etiamsi natione Germanos, ad modum tamen Heiduckorum compositos. Schol. Basilic. ad I. LX, p. 695: Ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ βασιλέως Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνου Βαράγγου συγκλητικοῦ τὸν ἕτερον Βάραγγον συγκλητικὸν φονεύσαντος. Hic Barangus senatorius est, qui ad senatorum aliquem pertinebat eique apparebat. Horum itaque imperialium Barangorum magister appellabatur peculiari nomine, non D patrio quidem, at Græco tamen ad patrium conficto. Patrio enim nomini ipsi se appellabant et a suis citabantur *Folgher*, id est comes, secutor, apparitor, ἀκόλουθος. Vox Germanica est *folgher* et *folgheres*, id est *folger*, *folgerer*, appellabant medio ævo *qui aliis deserviunt*, ut ait Bracton. I III, tract. 2. c. 10. Apponam ejus locum e Du Cange v. *Folgare*: *omnes, qui terram tenent et domum, qui dicuntur Husfastene Hansfeste, angesessene*] *et etiam alii, qui aliis deserviunt, qui dicuntur folgheres*, id est servientes, apparentes in obsequio, sequentes herum, quo eat, comitantes, et a latere ejus non decedentes. Superest adhuc ea vox in sermone Anglicano, *fellow*. Nam *fellow* et *fellower* idem est atque *fellog* et *felloger*. In universum quidem omnes Warangi in militia palatina merentes erant folgheres seu acoluthi; verum ut solemne erat illi aulæ magistrum et caput militaris alicujus tagmatis per excellentiam eo nomine appellare, quod singulari cuique militi competebat; ut e. c. bicanatum pro præfecto bicanatorum, excubitum, ploimum, periusium, etc., pro præfecto excubitorum, ploimorum, C periusiæ: sic etiam acoluthum per excellentiam appellabant eum, qui tagmati acoluthorum præesset. Ipsi enim Barangi se *fellows*, *folgherer*, *acoluthos* appellabant. Hos Barangos proculdubio intelligit Rhamnusius l. II, de bello CPtano p. 87, 1, *Macherophoros* laudans, *quod satellitium, griffonum vulgo Græcis nominatum, ex Anglis et Danis antiquo Cæsarum Græcorum more conscriptum in stationibus erat. De griffonibus* nihil usquam comperi. Videtur tamen auctorem Villharduinum habuisse.

(57) Sticharium est tunica interior, talaris, σαγίον autem, item χλανίς, est sagum seu tunica brevior exterior; τὸ σαγίον τὴν et χλανίδα idem esse satis credo e collatione Cerimonialis nostri p. 6. cum p. 313. *Sticharium* et *stichium*, item *stigium* (sic diversa ratione idem vocabulum scribitur), ut et *stica*, Latine reddi solet *strictorium*. Facile hinc est, etymologiam ejus indagare. Est diminutivum secundum alterius diminutivi primarii, idem signi- D ficantis, στιχίον. Hoc venit a στίζειν, στίχω, *per orbem ambire*, et hoc a στάω. Ab ejus futuro στήσω, *collocabo*, fit στίζω, ut ab οἰήσομαι fit δίζομαι, quo utitur Moschus in Europa v. 8, et multa talia; χρυσὸν στίζοντα, *aurum ambiens* vel *circumstans*, habet Nicetas, vocum cascarum et poeticarum captator, p. 41. de Germanica quadam Amazone: Ἥτις ἐκ τοῦ στίζοντος χρυσοῦ καὶ περιτρέχοντος τὰ λώματα τοῦ ἐσθήματος χρυσόπους παρωνομάζετο. Inde formata verba ἀποστίζειν, *seorsim collocare*, et περιστίζειν, *in orbem collocare*, *amicire*. Illo utitur Moschus in Oarista v. 54: φεῦ, φεῦ, καὶ τὴν μίτραν ἀπέστιχες; recte vertitur *mitram* (τὸ ἐπιμάζιον) *removisti*? et immerito suspectum fuit visum magnis viris Scaligero et Casaubono. Altero verbo περιστίζειν utitur Herodotus

imperatore, mutatoria et campagia et campotuba purpurea, eoque in ornatu præit imperatorem. In processionibus equestribus vero gerit vestes roseas auro pertextas, stichariumnempe et sagum, eodemque passu tum cum præposito ambulat; et imperatori volenti coronam aut ponere aut deponere, adest. Actologiæ seu acclamationes factionum hæ sunt: Multi sint anni imperatoris; illius vel illius cum plena potestate imp. multi sint anni; illius vel illius felicissimi Cæsaris multi sint anni; bene veneris, illustrissime præses senatus; bene veneris, tu, qui fidum servum et amicum imperatoris te monstrasti; bene veneris, dilecte imperatori, quem Deus coronavit; bene veneris, dilecte felicissimo Cæsari; bene veneris, dilecte senatui; bene veneris, dilecte universo populo. Gloria sit Deo, qui domino gloriam addidit; gloria sit Deo, qui magnificavit felicissimum Cæsarem; gloria sit Deo, qui te præsidem senatus constituit; gloria sit Deo soli regnanti et dignos dignis præmiis mactanti, et in te præcipue [hic addebant et exprimebant viri nomen] illustrissimam dignitatem præsidis conferenti. Bene veneris, a benefactore nostro dilecte atque promote; bene veneris, nobili sanguine procreate; bene veneris ad populum tui amantem. Merito te amavit dominus, ut purum vitiis et eo gradu suoque amore dignum. Omnium autem Conditor et Dominus conservet te, illustrissime præses senatus, multos in annos. Diu vivere sinat Deus imperatorem, principes in ejus familiaritate, et patricios. »

A ρεύεται τῷ πραιποσίτῳ, καὶ ὁπηνίκα μέλλει στέφεσθαι ὁ βασιλεὺς ἢ ἀποστέφεσθαι, σύνεστι τούτῳ. Αἱ ἀκτολογίαι τῶν μερῶν· « Πολλὰ ἔτη τοῦ βασιλέως· ὁ δεῖνα βασιλέως αὐτοκράτορος πολλὰ τὰ ἔτη. ὁ δεῖνα τοῦ εὐτυχεστάτου Καίσαρος πολλα τὰ ἔτη· Καλῶς ἦλθες, λαμπρότατε πρόεδρε τῆς συγκλήτου· καλῶς ἦλθες, ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φίλος τοῦ βασιλέως ἀναφανείς· καλῶς ἦλθες. ἠγαπημένε τῷ φεοστέπτῳ βασιλεῖ· καλῶς ἦλθες, ἠγαπημένε τῷ εὐτυχεστάτῳ Καίσαρι· καλῶς ἦλθες, ἠγαπημένε τῇ συγκλήτῳ· καλῶς ἦλθες, ἠγαπημένε τῷ δήμῳ παντί. Δόξα Θεῷ τῷ δοξάσαντι τὸν δεσπότην· δόξα Θεῷ τῷ μεγαλύναντι τὸν εὐτυχέστατον Καίσαρα (58)· δόξα Θεῷ τῷ τιμήσαντί σε πρόεδρον τῆς συγκλήτου· δόξα Θεῷ τῷ μόνῳ βασιλεῖ τῷ προβιβάζοντι ἀξίους τοὺς ἀξίους καὶ τὲ, ὁ δεῖνα, τιμήσαντι τῇ τοῦ προέδρου λαμπροτάτῃ ἀξίᾳ. Καλῶς ἦλθες. προβολὴ εὐεργέτου· καλῶς ἦλθες, ὁ εὐγενὴς ἐκ προγόνων· καλῶς ἦλθες εἰς φιλοῦντά σε δῆμον· ἀξίως σε ἠγάπησεν ὁ δεσπότης, ὡς ὄντα καθαρὸν καὶ ἐπάξιον. Ἀλλ' ὁ πάντων Ποιητὴς καὶ Δεσπότης φυλάξῃ σε, λαμπρότατε πρόεδρε τῆς συγκλήτου, εἰς πλήθη χρόνων. Πολυχρόνιον ποιήσει ὁ Θεὸς τὸν αὐθέντην, τοὺς ἀπελτ.... (59), ὁμοίως τοῖς πατρικίοις. »

B

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

bis. Libro IV, 2, p. 223. περιστίξαντα κατὰ ἀγγεῖα τοὺς τυφλοὺς, *singulis gaulis lactis per orbem circumcollocantes gregem servorum cæcorum*. Deinde ejusdem libri cap. 202, p. 286, περιέστιξε καὶ τουτοισὶ τὸ τεῖχος. Hinc emendandum Erycii in Sophoclem epigramma p. 274, edit. Henr. Stephani c. fin. n. 1468:

Αἰεί τοι βούπαισι περιστίζοιτο μελίσσαις
Τύμβος, Ὑμηττείῳ λειβόμενος μέλιτι.

Vulgo male περιστάζοιτο legitur; quod si valeret, quid fieret de λειβόμενος, quod procul dubio tunc abundaret inutiliter? *Semper sit obsessus et per orbem ambitus tumulus tuus ab apibus, boum sobole, stillans* (ita ut stillet) *Hymettico melle*. Est ergo στίχος, *stica*, στιχίον, *stichium*, et στιχάριον, *vestis astans*, circumstans homini, stricte inhærens; adeoque idem quod χιτὼν στατός, de quo Salmasius ad Tertullianum disputat.

(58) Titulus εὐτυχέστατε et serioribus sæculis etiam πανευτυχέστατε Cæsari erat proprius; vid. p. 132 et 264. Habetur in formulis salutationum epistolarium ab Haberto editis: Ὅπως γράφει ὁ μητροπολίτης πρὸς δεσπότην, βασιλέως υἱόν· Τολμηρῶς ἀναφέρω τῇ βασιλείᾳ σου, πανευτυχέστατε δέσποτα.

C

(59) Debui punctis sensu vacuis explere terminationem vocis hujus per compendium in membranis exaratam, quod assequi non valui. Nam quod in Latinis dedi, non interpretatio vocis est, sed ideo positum, ne omnino nihil dicerem, ne lacunam relinquerem. Sensus loci videbatur id saltem ferre, si non flagitare. Compendium illud qui exprimeret, typum stanneum in forulis habebant nullum operæ typographicæ. Ergo ad puncta confugiendum erat. Erat autem in codice sic exaratum hoc vocabulum, ut supra λ staret τ, eique adjungeretur illud scripturæ compendium, quod alias librariis Græcis terminationem κὸς, κὴ, κὸν, κούς, etc., designare solet. et ad figuram litteræ ξ proxime accedit. Eadem illa est figura, ob quam non perceptam in epistolis Ignatii Thomam Smithum Jacobus Gronovius initio præfationis ad Herodotum pro more suo sævis modis increpat. Multum nempe ignorabat et idiota erat, qui non meminisset πνευματι idem esse D atque πνευματικός. Jam viderint doctiores, quid ex ἀπελτξ efficiant. Ego quidem nihil prorsus extundo, aliquanto meliore fortuna usus p. 322, ubi membranæ quoque in voce ἀνθρακιᾷ hanc ipsam figuram præferebant ἀνθραξ, quod aliud esse atque ἀνθρακιᾷ, mihi non poteram persuadere.

APPENDIX AD LIBRUM PRIMUM.

CONSTANTINI IMP. PORPHYROGENITI.

PRÆCEPA

IMPERATORI ROMANO BELLUM COGITANTI,

AD CASTRA PERGENTI, IN CASTRIS AGENTI, IN HOSTICUM INTRANTI,

ET INDE CUM VICTORIA IN URBEM REDEUNTI,

OBSERVANDA,

Item de ipsius comitatu, sellariis, sagmariis, cibo, potu, supellectile vestiaria et culinare, vigiliis castrensibus, congiariis, aliis, expositio

AD ROMANUM IMP. PORPHYROGENITUM FILIUM.

Ὑπόθεσις (1) τῶν βασιλικῶν ταξειδίων (2) καὶ ὑπόμνησις τῶν ἀπλήκτων (3).

A *Expositio de ratione bellicarum, quas faciunt imperatores, expeditionum, et commemoratio stationum, in quibus metari solent.*

Εἰσὶ τὰ ἄπληκτα· πρῶτον ἄπληκτον εἰς τὰ Μαλάγινα, δεύτερον τὸ Δορύλειον, τρίτον εἰς τὸ Καβόρκιν, τέταρτον εἰς Κολώνιαν, πέμπτον εἰς Καισάρειαν, ἕκτον εἰς Ἀρμενιακοὺς εἰς τὸν Δαζιμῶνα. Ὅτε ὁ στρατηγὸς τῶν Θρᾳκησίων καὶ ὁ στρατηγὸς τῶν Ἀνατολικῶν ὀφείλουσιν ὑπαντᾷν τῷ βασιλεῖ εἰς τὰ Μαλάγινα. Ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν καὶ ὁ στρατηγὸς τῶν Ἀνατολικῶν καὶ ὁ στρατηγὸς Σελευκείας ὀφείλουσιν ὑπαντᾷν τῷ βασιλεῖ εἰς τὸ Καβόρκιν. Ὅτε εἰ μέν ἐστι τὸ ταξείδιον εἰς Ταρσὸν, τὰ λοιπὰ θέματα ὀφείλουσιν ἀποσωρεύεσθαι εἰς Κολώνιαν, εἰ δὲ πρὸς τὰ μέρη τῆς Ἀνατολῆς (4), ὀφείλουσιν ὑπαντᾷν

257 Aplicta, vel applicata id est stationes et mansiones castrorum, sunt hæ. Primum aplictum seu prima mansio [post exitum ex urbe augusta trajectumque Bosporum] est in Malaginis; secunda ad Doryleum; tertia ad Caborcium; quarta in Colonia; quinta in Cæsarea; sexta in themate Armeniacorum apud Dasimonem. Et quidem ad Malagina debent imperatori occurrere strategus Thracesiorum et strategus Anatolicorum; ad Caborcium autem debent ipsi occurrere domesticus scholarum et strategus Bucellariorum et strategus Seleuciæ. Si expeditio instituitur adversus Tarsum, debent omnia themata

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

(1) Sitne prima hæc particula, quæ ad p. 263 decurrit, ejusdem Constantini, cujus cætera, non liquet. Saltem ex eo dubito, quod p. 260, ὁ ἅγιος Καῖσαρ (sic enim ibi lego) memoratur. Atqui *Cæsaris* nomen Constantini Porphyrogenneti ætate jam exoleverat et βασιλεῖς appellabantur imperatores. Forte igitur sæculi quarti aut quinti opus est, quo Cæsares adhuc audiebant, ut e superius allegatis allocutionibus novorum imperatorum ad senatum populumque et fortes exercitus, item e Juliani Misopogone p. 346, ed. Spanhem. constat. Vocabulum ὑπόθεσις autem hic notat *præceptum, suasionem*, præscriptionem rationis, secundum quam agendum; ὑποτιθέναι est *suppeditare* (nempe consilium), *suadere*, ut nos dicimus *jemandem unter den Fuss geben*. Hinc interdum pro *præcepto* ponitur. Exempla dat DC. v. Ὑπόθεσις. Verti *expositio*. Eo sensu ὑποτιθέναι idem valet atque ὑπογράφειν, *coram oculis lectoris ponere* vel *scribere*.

(2) Novi Græci τάξιν appellant, quod veteres παράταξιν, et ταξιδεύειν in παρατάξει, *provinctu*, ordine bellico, acie et armis esse, stare, procedere. Hinc ταξείδιον vel ταξίδιον omnis processio in armis et acie, sive in urbe fiat, sive in castris. Infra p. 352, τὸ ταξείδιον ποιεῖν significat processionem

B militarem facere, curare, ducere, eam nempe, quæ quotidie fit, monstrandæ causa dexteritatis militum in tractandis armis et dividundis excubiarum vicibus. Sed plerumque notat hæc vox processionem militum armatam in castra adversus hostem, et moram eorum in acie et armis, id est expeditionem bellicam.

(3) *Aplictum* novi Græci dicunt pro *applicitum* vel *applicatum*, ut ἔξπληκτον (v. DC. h. v.) pro *explicitum* vel *explicatum*. Appellant autem aplictum et applicatum omnem locum ad quem applicatur, in quem incumbitur, stationem, mansionem.

(4) Partes orientales sunt aut media et quæ mare Hyrcanum respiciunt, aut in specie sic appellabantur olim a Græcis pariter atque ab ipsis Arabibus partes ad Euphraten, interdum quoque partes ad Tigridem sitæ; quod pluribus demonstravi in notis ad Abulfedæ Historiam, et ex Assemanni Biblioth. orientali quoque intelligitur. Hic de Natolia, tractu C Minoris Asiæ, Lydiam et Ioniam complectente (cujus dux hoc ipso loco strategus Anatolicorum dicitur), non cogitandum. Geographica hæc illustrare quamvis sit hujus loci, non tamen apparatus ad hanc rem necessarius mihi ad manum est; quapropter paucula tantum attingam. *Pylæ* confun-

*Hinc incipit Commentariorum pars inedita. In fine annotationum ad libr. secundum Reiskius hæc subscripsit: *Asolvi rudem hanc Commentarii delineationem bono cum Deo, cui laus et gloria sit soli, die* 10 *Maii* 1752. Poste a plura, schedulis insertis, addidit, nonnulla etiam retractavit: quæ in editione Bonnensi, suo quidque loco, uncis inclusa leguntur.

[seu legiones provinciales] congregari in thema Coloniæ. Quod si vero ad tractus interioris versus Interamnanam Orientis instituitur, debent Cappadox quidem et Charsianites et Bucellarius in Coloniam convenire; Armeniacus autem et Paphlago et Sebastenus in Cæsaream. Quando autem adversus Tephricen contentio est, congregantur Armeniaca themata apud Bathyn Rhyaca seu torrentem profundum, oppidum sic dictum.

τῷ βασιλεῖ ὁ μὲν Καππάδοξ καὶ ὁ Χαρσιανίτης καὶ ὁ βουκελλάριος εἰς Κολώνειαν, ὁ δὲ Ἀρμενιακὸς, καὶ ὁ Παφλαγὼν, καὶ ὁ Σεβαστείας εἰς Καισάρειαν. Ὅτε τὰ Ἀρμενιακὰ θέματά ὀφείλουσιν ἀποσωρεύεσθαι εἰς Τεφρικὴν εἰς τὸν Βαθὺν Ῥύακα.

Observanda quando imperator expeditionem parat.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, βασιλέως μέλλοντος ταξειδεύειν.

Constantinus Magnus, si quando expeditionem bellicam animo agitaret, consulebat eos, quos norat usu doctos ad proponendas has quæstiones respondere sibique satisfacere posse: ubi scilicet et quando bellum oporteat instruere. Invento per eam consultationem et loco et tempore gerendi belli, inquirebat porro, num etiam alii essent, qui ea, quæ scire cuperet, perspecta, et maxime per recentissimam experientiam, haberent. Repertos post factam diligentem inquisitionem tales cogebat et ipsos quoque; seorsimque eorum unumquemque interrogando percontabatur, **258** quantum esset viæ spatium ad certum, quem edebat, locum; quæ via ex orbe Romano illuc ducat, et qualis; et unicane, an plures; aquis abundent, an careant regiones illuc tendentibus trajiciendæ; angustane via et præcipitiis aliisque periculis horrens, an ampla com-

Κωνσταντῖνος ὁ Μέγας, μέλλων ταξειδεύειν, ἐβουλεύετο τοῖς ἔχουσι τὴν πεῖραν τῶν ἐρωτωμένων, ποῦ δεῖ ταξειδεῦσαι καὶ πότε. Ἐκ δὲ τῆς βουλῆς ταύτης εὑρὼν τὸν τόπον καὶ τὸν καιρὸν, ἠρεύνα καὶ, τίνες ἄλλοι γινώσκουσι ταῦτα, καὶ μάλιστα πρὸ ὀλίγου χρόνου, καὶ μαθὼν καὶ εἴ τινες ἄλλοι ἔμπειροι τούτων εἰσὶ, συνῆγε καὶ αὐτοὺς, καὶ ἠρώτα ἰδίως καὶ ἰδίως ἕκαστον, πόση ἐστὶν ἡ ὁδὸς (5) ἡ ἀπάγουσα ἀπὸ τὰ οἰκούμενα (6) εἰς τήνδε τὴν χώραν καὶ ποδαπὴ, καὶ εἰ μία ὁδός ἐστιν ἢ πολλαὶ αἱ εἰσάγουσαι εἰς αὐτήν· καὶ εἰ ἄνυδρά εἰσι τὰ κατὰ τὴν ὁδὸν χωρία ἢ ἔνυδρα, εἶτα ποία ὁδὸς ἐστι, στενόχωρος, καὶ κρημνώδης, καὶ ἐπινίνδυνος, καὶ ποία πλατεῖα καὶ εὐδιάβατος, καὶ εἴ τίς ἐστι κατὰ τὴν ὁδὸν ποταμὸς μέγας καὶ μὴ δεχόμενος πόρον. Εἶτα ἠρώτα περὶ αὐτῆς τῆς χώρας, πόσα κάστρα ἔχει, καὶ ποῖα τούτων εἰσὶν ὀχυρὰ καὶ ποῖα ἀνόχυρα, καὶ ποῖα πολυάν-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

dendæ non sunt cum illis Pylis quas longo tempore post Manuel Comnenus struxit et sic appellavit, teste Cinnamo p. 35, *Malagina*, Μαλάγινα. Μαλάγνα, Μελάγγινα est oppidum ad Olympum, Mysiæ montem; vid. Du Cange Alexiad. p. 411. Memorat Geographus Nubiensis p. 287. De *Dorylæo* Wesseling. ad Itiner. Anton. Aug. p. 203. De *Caborico* prorsus nihil invenio. *Colonia* est Colonia Armeniæ, de qua Wesseling. ad Hieroclis Synecdemum p. 703 et Du Cange Alex. p. 386. Forte est Geogr. Nubiens. *Cæsarea* hic memorata est Cappadociæ, etiam Abulfedæ laudata. *Armeniaci* sunt thema aliquod seu provincia. Legendus de his omnibus Constantini libellus De Thematibus Orientis. De *Seleucia* Isauriæ v. Wesseling. l. c. p. 708. "[De *bucellariis* ciiantur auctores ad Olympiodori Eclogas a Labbeo pag. 90.]" Conf. Fabrott. Gloss. Cedren., Du Cange utroque Glossario, Goar. ad Cedren. pag. 721. *Sebastia* est celebris apud Arabes *Siwas*. Τεφρικὴ videtur omnino aut ipsa urbs *Tebris*, aut regio ejus olim fuisse. Ὁ βαθὺς ῥύαξ est oppidum sic dictum in themate Armeniaco, de quo Du Cange Alexiad. pag. 340 fine. Ῥύακαι est e membranis pro ῥύακα, uti leg.

batur; alterum specimen talium tabularum est l. 2, fine capitis 45, Σταδιοδρομικὸν inscriptum. Pertinent huc quoque Notitiæ episcopatuum, de quibus ad finem l. 2 dicetur.

(5) Vegetius III, 6: *Duæ primum itineraria omnium regionum, in quibus bellum geritur, plenissime debet habere perscripta, ita ut locorum intervalla non solum passuum numero, sed etiam viarum qualitates perdiscat, compendia, diverticula, montes, flumina ad fidem descripta consideret.* Hinc natæ tabulæ, qualis sic dicta Peutingeriana est, Notitiæ imperii, Itinerariæ, ut Antonini dictum, de quibus vid. cap. 2 doctæ dissertationis illustris Francisci Christophori a Scheyb ab tabulam Peutingerianam a se hoc ipso anno Viennæ Austriacæ ex ipsis membranis fideli ære redditam. Exstant in nostro quoque hoc Cerimoniali talium tabularum itinerariarum, sed particularium, specimina duo, nempe in Taxidio p. 283; stationes phanorum et laternarum nominantur, quibus brevi tempore irruptio Saracenorum in solum Romanum elicita ad CPlin nuntia-

(6) Dedi in Latinis *ex orbe Romano*, i. e. ex ditione Romanorum seu græcorum. Græci enim illorum temporum se Romanos appellabant. Proprie est *loca habitata*. Quidquid enim ditionis Romanæ non est, quamvis abundet hominibus et cultura floreat, Græcis tamen ἡ ἔρημος et ἡ ἀοίκητος dicitur, quoniam ipsis ibi habitare et versari tuto non licet. Eo sensu accipiendum est vocabulum τα ἀοίκητα paulo post hujus Tactici p. 262. Pariter veteres τὴν ἔρημον appellabant, ubiubi quis desertus ab amicis esset; vid. Diogen. Laert. p. 359 Eo sensu legitur ἔρημος ap. Euripidem in Rheso 214, ἔρημος χῶρος ibi est *hostile solum*. Apud Socratem quoque Hist. Eccles. I, 18, τόποι ἐρημότατοι est *media barbaries*, meditullium ditionis hostium, ubi summa est amicorum penuria. Ait ibi Socrates Constantinum M. sibi comparasse castrensem ecclesiam, quam secum ferret in expeditionem Persicam, ἵνα ἔχῃ κατὰ τοὺς ἐρημοτάτους τόπους εὐκτήριον εὐτρεπισμένον. Eodem modo accipiendus Balsamo Resp. 13, quando clericos castrenses appellat τοὺς μετὰ τῶν αὐτοκρατόρων κληρικοὺς ἑπομένους εἰς πεδιάδας ἐρήμους, *eos, qui imperatores sequuntur in campanias desertas*, h. e. *hostiles*. Hinc emendandus Epictetus ap. Arrian. Diss. I, 24, p. 143, v. 11, ed. Cantabr.: καὶ νῦν ἡμεῖς γε εἰς τὴν ἐρήμην κατάσκοπον πέμπομεν, (non εἰς τὴν Ῥώμην, ut ibi editum est,) *nos speculatorem in desertum*, i. e, *solum hostile, mittimus*. Pari modo ut Græci scriptores, qui sub Romanorum imperio floruerunt, quidquid Romani juris non esset, ἔρημον, et quidquid esset, τὴν οἰκουμένην vel τὰ οἰκούμενα dicebant, sic Attici scriptores appellabant τὴν οἰκουμένην quidquid ditionis Atticæ esset. Lycurgus orat. adv. Leocrat. p. 178 (in orat. Græc. minor. ed. Hanoviensis).

θρωπα καὶ ποῖα ὀλιγάνθρωπα, καὶ ἀπὸ πόσου διαστήματός ἀλλήλων εἰσὶ, καὶ ποδαπά εἰσι τὰ χωρία τὰ παρακείμενα αὐτοῖς, μεγάλα ἢ μικρὰ, καὶ οἱ τόποι ὁμαλοὶ ἢ ἀνώμαλοι, βοτανηφόροι ἢ ξηροί. Ταῦτα δὲ ἠρώτα διὰ τὴν χρείαν τῶν ἵππων. Εἶτα ἠρώτα, ποῖος λαὸς παράκειται ὁ δυνάμενος βοηθεῖν τοῖς κάστροις ἐκείνοις ἐν καιρῷ πολέμου, καὶ ἀπὸ πόσου διαστήματός εἰσιν αὐτῶν, καὶ πότε εἰσὶν ἕτοιμοι εἰς ταξείδιον, καὶ πότε διεσπαρμένοι καὶ ἐπαναπαυόμενοι εἰς τὰ ἴδια καὶ πρὸς πόλεμον ἀσύμφθαστοι (7), καὶ εἰς ποίους τόπους ταξειδεύουσι καὶ πότε. ἢ οὐδέποτε ταξειδεύουσιν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἰδίας χώρας εἰσὶ πάμποτε. Τὰ δὲ αὐτὰ ἠρώτα καὶ περὶ ἀλλων χωρῶν, ἵνα ὡρισμένως μηδεὶς οἶδεν, εἰς ποίαν χώραν βούλεται ταξειδεύειν. Πολλάκις γὰρ ὑπὸ τῶν τοιούτων μηνυθέντες οἱ ἐναντίοι ἠσφαλίσαντο τὰ ἴδια, ἢ καὶ πρὸς παράταξιν εὐτρεπίσθησαν. Ταῦτα δὲ πάντα ἐρωτήσας καὶ μαθὼν, ἐπέτρεπεν αὐτοῖς ἐγγράφως δοῦναι αὐτῷ τὰ ἄπληκτα καὶ τὰ διαστήματα αὐτῶν, καὶ πόσου λαοῦ ἐστιν ἡ χώρησις αὐτῶν. Ἐκ δὲ τούτων ἁπασῶν τῶν ἀποκρίσεων μαθὼν, ὅτι ἀκίνδυνός ἐστιν ἡ ὁδὸς, καὶ ὅτι δυνατή ἐστιν ἡ ἔκβασις τοῦ ταξειδίου, καὶ ὅτι ἔνδοξόν ἐστι τὸ ταξείδιον καὶ βασιλέως παρουσίας ἄξιον, καὶ ὅτι συμμαχίαν ὁ τόπος οὐ δέχεται, ἢ δέχεται μὲν, κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον οὐ δέχεται, καθ' ὃν μέλλουσι ταξειδεύειε, αὐτοὺς μὲν τοὺς ταῦτα διδάσκοντας εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ ἐπαναμιμνήσκοντας καὶ διδάσκοντας τὰ λείποντα· ἐπελαμβάνετο δὲ τῆς φρόντίδος τοῦ ταξειδίου, καὶ πρῶτα μὲν ἐπέτρεπε τοῖς στρατηγοῖς κεφάλαια ταῦτα· πρῶτον μὲν ἀμφιᾶσαι καὶ ἀσφαλίσασθαι τὰ κάστρα· δεύτερον δὲ, ἐπιστῆφαι ἄνδρας ἐπιτηδείους εἰς τὴν χῶραν, ἵνα, ἐ συμβῇ ἐλθεῖν κατὰ τὴν χώραν ἐχθροὺς, αὐτοὶ, ἐκσπηλεύσωσι (8) τὸν λαὸν καὶ ἀπάγουσιν εἰς τὰ ὀχυρώματα· τρίτον, ἀμφιᾶσαι τὸν στρατὸν τὰ δέοντα καὶ δυσατὰ περὶ τε ὅπλα καὶ ἵππους· τέταρτον, ἀσφαλίσασθαι τὰς βίγλας τοῦ σπουδάζειν μανθάνειν τὰ τῶν ἐχθρῶν καὶ ἀναφέρειν αὐτά· πέμπτον, εὐτρεπίζεσθαι καὶ πρὸς γεφύρας, ἔνθα ὁ στρατὸς μέλλει διαβιβάξεσθαι, καὶ ἔνθα πόρον ὁ ποταμὸς οὐκ ἔχει· ἕκτον, παραγγέλλειν τοῖς πολιτικοῖς ἀρχουσιν, ἵνα τοὺς ἀπομένοντας τῶν στρατιωτῶν καταβάγειαν (9), ἕως τινὸς μὲν χρόνου ἐλαύνωσιν εἰς τὸ ταξείδιον, μετὰ δὲ τὸ ἀποβαλεῖν (10) τὸν λαὸν ἵνα κρύπτωσιν

A modeque permeabilis ; magnusne fluvius per viam occurrat,qui vadum nullum præstet. Porro de ipsa illa regione sciscitabatur, quot haberet castra et quænam eorum munita sint, quæ secus ; quæ frequentia hominum abundent, quæ contra raros numerent incolas ; quantum singula a sese distent ; quomodo adjacentes ipsis habeant regiones ; sintne vastæ, an parvæ et contractæ ; solum æquabile, an inæquale ; ferax graminis, an sterile et aridum. (Id autem sciscitabatur,animo ad equos eorumque pabulum intento.) Porro interrogabat, quale hominum genus in istorum castrorum vicinia degeret, et potensne castris tempore belli succurrere, et e quanta distantia ; quandonam parati ad expeditionem, et quando e contrario palantes et disjecti, B suisque potius sedibus incubantes et ad bellum coire segnes ; ubinam locorum confluere belluturi et quo tempore soleant ; aut numquamne parent expeditionem, ejurato bello, semper inhærentes territorio suo.Hæc ipsa eodem tempore quoque de aliis regionibus sciscitabatur, ne quis intelligeret. in quam præcise regionem arma decrevisset inferre. Sæpe enim contigit,ut a talibus hominibus in consilium adhibitis admoniti hostes suæ securitati prospexerint loca sua communiendo,aut et acie instructa ad conflictum sese comparaverint. Hæc omnia sciscitatus ut cognorat, mandabat iis, ut scripto consignata sibi exhiberent nomina mansionum castrensium,et quanto intervallo una distet ab altera, et quantam hominum capiat multitudinem. Ex his omnibus responsionibus si intellexisset, periculo C carere viam propositam, et educi commode posse militiam,et gloriosam fore finem ejus expeditionis, ipsamque dignam esse,cui ipse imperator intersit, locumque, quem invadere armis constituisset, non admittere auxilia sociorum,aut,si admittat habeatque spem sibi succursum iri, eo tamen tempore, quo invaderetur, auxilia et defensionem accipere non posse : retinebat secum illos homines,a quibus ea omnia didicerat, singula dictorum opportuno tempore in memoriam ipsi revocaturos, et alia nova præterea nondum tradita identidem demonstraturos. Et sic suscipiebat curam expeditionis ; mandabatque militum magistris hæc præcipua ipsis

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(7) I. e. οὐ συμφθάνοντες, *non convenientes*. Sæpe D adjectiva illa terminatione passiva significationem activam habent, ut apud Diog. Laert· p. 530,ῥεῦμα δενδρόθρεπτον, *fluvius arbores nutriens* : ἀφώνητος, *mutus*, οὐ φωνῶν, ap. Sophoclem OEd. Col. v. 1247 ; μεμπτός εἰμι habet idem Trach. 453 pro μέμφομαι, *accuso, increpo, vilupero*.

(8) I. e. *expilent*, vel, si mavis, *expellant*, i. e. ex uno loco expulsos compellant in alium ; quemadmodum ἐξπελλευτής est vel *expilator* vel *expulsor*, qui debitos fisco census *expellit*, i. e. exigit, aut *expilat*,cum pulvisculo corradit et in saccum suum *compellit* ; vid. DC. v. Ἐξπελλευτής.

(9) Ex his verbis alium sensum extundere non potui præter eum, quem in Latinis dedi. Conf. DC. Gloss. Lat. v. *Vagus*, ubi *vagus* dicitur *servus fugitivus, nequam*. Tales plani, qui peregrinationum sacrarum prætextu otio torperent et scelera quævis exercerent, medio ævo erant quamplurimi. Forte leg. est καταβαγεύειαν. Βαγεύειν est novis Græcis *vagari*, v. DC. Gl. Gr. h. v., καταβαγεύειν idem notat, sed potest quoque notare *sinere* vel *facere vagari*, et supra p. 253 habebamus εἰρηνεύειν pro *pacificare*. Proprie est καταβαγεύειν suæ vagationis totum stadium decurrere, finire vagum suum absque regula et rectore cursum ; κατὰ in talibus compositionis idem notat, quod *de* Latinorum in *desævire, deflagrare*.

(10) Dicitur ἀποβάλλειν, qui in hosticum irrumpit, præsertim si Constantinopoli sit inferius aut versus austrum situm ; ut contra ἀναβάλλειν de illis dicitur, qui e regionibus australibus versus CPlin hostiliter contendunt ; vid. Goar. et Combefis. ad Theoph. p. 294. Frequenter hoc verbo

futura rerum studiorumque capita : primum, ut castra firmis mœnibus amicirent et ad securitatem sufficienter communirent ; secundum,ut viros idoneos imponerent provinciæ,qui, hostibus, si forte, irrumpentibus, omnem populum incolam expilent, hoc est e sedibus suis cum totis familiabus extractum in munita loca compellant et transferant ; tertium, ut militibus de necessario vestitu atque apparatu armorum equorumque prospicerent ; quartum, ut vigiliarum seu excubiarum diligentem haberent curam studerentque actiones et consilia hostium explorare et de exploratis ad se referre ; **259** quintum, ut paratos haberent pontes ibi locorum,ubi exercitui trajiciendus occurrat fluvius non vadosus ; sextum, ut significarent mandarentque civilibus magistratibus, eos milites,qui absque venia retromansuri et castra non secuturi essent, sinerent tantisper libere vagari, quoad copiæ in agrum hostilem immissæ fuerint, post illud temporis autem, ut eos comprehensos in vincula et

A αὐτοὺς δεσμίους. Αὐτὸς δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν χρόνον τοῦ ταζειδίου καθ' ἑαυτὸν ὁρίσας καὶ πρὸς τὸν χρόνον ἐπιλογισάμενος τὸ χρῆμα καὶ τὴν ἄλλην βασιλικὴν χρείαν, ἐπέτρεπε τῷ τε σακελλαρίῳ καὶ τῷ πρωτοβεστιαρίῳ καὶ τῷ μινσουράτωρι (11) καὶ τῷ δομεστίκῳ τῆς ὑπουργίας (12), ἕκαστον κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπηρεσίαν κετὰ τὸν ὁρισθέντα χρόνον ἀπαριθμῆσαι τὰ φορτώματα, πόσων σαγμαρίων (13) εἰσὶ, καὶ τούτων τὸν ἀριθμὸν ἀναδιδάξαι. Λαβὼν δὲ τὸν ἀριθμὸν τῶν σαγμαρίων καὶ προσλαβὼν καὶ ἄλλην προσθήκην διά τε τὰ χωλευόμενα καὶ τὰ κονοδριζόμενα (14) αὐτῶν, ἐπέτρεπε τῷ τε κόμητι τοῦ στάβλου καὶ τῷ λογοθέτῃ τῶν ἀγελῶν συστῆσαι τὸν ἀριθμὸν τῶν σαγμαρίων, ἔτι δὲ καὶ τῶν βασιλικῶν ἱππαρίων καὶ ἄλλων τινῶν ἵππων, ὅσα ἂν

B ἐβουλήθη εἰς τὸ γίνημα δοῦναι οἷς αὐτὸς ἐκέλευεν, ὁμοίως καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν, οἷον στρατιώταις, πρόσφυξιν, ἄρχουσι καὶ τοῖς ὁμοίοις. Καὶ ταῦτα δὲ πάντα διοικήσας, ὡριζε τὸν ἐκ προσώπου αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει, καὶ ἐδίδου αὐτῷ διατάξεις ταύ-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

utitur Diodorus Siculus. Emendandus hinc quoque est Polybius p.157, ed.Gron.et reponendum ibi ἀπέβαλεν pro ἐπέβαλεν vulgato : διαβάλλειν habet Polynæus p. 501, pro transvehere navibus ex una regione in aliam.

(11) *Mensuratorem* appellabant novi Græci, quem veteres Latini *mensorem*, cujus erat castra præcedere et idoneum metandi locum dispicere atque designare, principique et ejus comitibus hospitia procurare et postibus hospitis futuri nomen ascribere ; vid. Guther. p. 427. Vales.ad Amm.Marcell. p. 497, DC. v. *Mensor* et Μινσοκράτωρ.

(12) Reddidi vocem ὑπουργία *famulitium culinare*. Proprie est *servitium*. Sed ut Franci *service* dicunt pro supellectile triclinari, quæ cibo potuique apponendo et sumendo servit, ita quoque Græcis novis ὑπουργία et Latinis novis *ministerium* pariter est suppelex triclinaris. Quando ergo dicitur domesticus s.præfectus ministerii, significatur ille,cujus curæ et fidei commissa est suppellex triclinaris et proinde quoque, qui eam ministrant, inferunt, efferunt,cibos potusque parant,servant.Hinc ὑπουργεῖν et ὑπηρετεῖν est *servire ad mensam, porrigere dapes, tollere rursus* ; et ὑπηρετεῖσθαι *ministratum a famulis cibum potumque accipere*, ut ap.Theoph. p. 42 : Ἴδε εἰς ποταπὰ σκεύη ὑπηρετεῖται ὁ υἱὸς Μαρίας. Ita enim ibi legendum. Νοτάριος τῆς ὑπουργίας est *notarius ministerii triclinaris* ap. Leon. Grammat. p. 496, ubi loci πεφαρμαγμένων restituendum est pro πεπραγμένων e Script. post Theoph. p. 245. Apud Nostrum p. 261, ἡ χρεία τῆς βασιλικῆς ὑπηρεσίας, *indigentia regii ministerii*, est, id, quod requiritur ad serviendum, i. e. cibos apponendum regi, aut id, quod requiritur eo, ut rex cibos serviat s. apponat aliis ; verbo ea,quibus opus et usus est in convivio regio. Antiquus ille usus est vocis *ministerium*, quem dixi. Lampridius in Alex. Severo : *ducentarum argenti librarum pondus ministerium ejus nunquam excessit* ; v. Salmas. t. I Scr. Hist. Aug. p. 984, Du Cange v. *Ministerium* et Σερβίρειν. *Ministrare* Latinis est cibum præbere. Paulus Longobardus VI, 35 : *Carolus M. advenientibus ad se legatis exterarum gentium... ut minus Italiæ insidiarentur, nunquam pretiosa vina vel cæterarum rerum delicias ministrabat.* Non multum abludit significatio vocis δημιουργὸς strictior,quæ significabat eum vel eam,*qui* vel *quæ placentas faceret*. Τοὺς τὰ πέμματα καὶ τοὺς πλακοῦντας ποιοῦντας οἱ πρότερον δημιουργοὺς ἐκάλουν, ait Athenæus p.172,idque probat testimonio Menandri, cui de suo hæc subjicit : ὅτι δὲ ἐκεχώριστο τὰ τῆς ὑπουργίας, πεμμάτων μὲν προνοουσῶν τῶν δημιουργῶν, ὀψαρτυτικῆς δὲ τῶν μαγείρων· unde patet, vocabulum ὑπουργία jam Athenaei ævo significasse omne studium, etc., ad triclinia et eduliorum confectionem spectans.

(13) *[De equo sagmario multa Goldastus ad Eginhart. p. 218. Sagmarii equi vel saumarii sunt sarcinis onerati. Ditmar. p. 59.]* Sagmaria hoc in Tactico plerumque pro mulis onerariis sumuntur ; vid. Salmas. ad Scr. H. Aug. t. 2, p. 437, n. 3.

C (14) Posset hoc verbum a σκονδρίζειν repeti, et hoc a σκονδυλίζειν. Nam sæpe inittiale vocum σ omittitur, ut ad p. 265,demonstrabo. Sæpe quoque λ in ρ transit et vocalis exteritur. Notat autem σκονδυλίζειν idem, quod ἐκσπονδυλίζειν, *excideree vertebris, cervices frangere, sese evertebrare.* Hoc sensu exstat ap. Callisthenem in Vita Alexandri M. ms : Μετὰ δὲ δύο καμπτῆρας σκονδυλίζει ὁ δεξιὸς ἵππος τοῦ Νικολάου.Ego vero non dubito Arabicam vocem esse. Vide notas meas ad Albufedam. Hoc verbum,ut alia multa ,transsumpserunt Græci ab Arabibus, ut vicinis, et civitate sua donarunt. Du Cange vi.'Αποκοντουρίζειν exponit *equo dejicere*, p. 732, Gloss. Gr. De loco scriptoris Neo-Græci, quem testem adducit, ut extra connexionem posito et non callens hujus dialecti judicare non valeo. Forte derivavit V. D. eam vocem a κόντουρος, equo valido,crasso,carrario,sagmario.Nilil aliud est κόντοὺρος, quam κάνθαρος veterum, unde κανθήλιος.

D At novi Græculi nugacem etymologiam a κοντός et οὐρά afferunt,quasi sic sola jumenta cauda mutilata appellarentur. Juvat hac occasione verbum aliud exponere, quo Græci novi bestiæ interitum significant ; nempe πλαντάζειν. Exempla habet Du Cange v. Πλαντᾶν. Est nempe πλαντάζειν idem quod πλαττάζειν et πλαταγίζειν, *crepare, cum crepitu dissilire.* Ut Latinii medii ævi *crepare* et illinc Franci *créver* pro rumpi, perire ponunt, sic Græci quoque πλαντάζειν, cum quo Germanicum *platzen* convenit. Recte igitur exhibent aliqui codices Nicetæ Choniatæ πλανταξάντων, ubi alii λακησάντων. Prorsus idem est λακεῖν et πλαταγίζειν.Verba Nicetæ hæc sunt : Πολλοὶ δὲ καὶ ἄνοπλοι καὶ ἄνιπποι εἰς τὸ στρατόπεδον ἐπανήλθεσαν, τῇ συντονίᾳ τοῦ δρόμου πλανταξάντων σφίσι τῶν ὀχημάτων.

τας· ἀπαριθμῆσαι τὸν λαὸν, ὅσοι τε ὑπὸ τὰ τάγματά εἰσι τῆς πόλεως καὶ ὅσοι ὑπὸ τὸν Ὕπαρχον, καὶ τούτους προορίζειν καθ' ἑαυτὸν, ἐν ποίῳ μέρει ἕκαστον τούτων τῶν συστημάτων φυλάξει τὴν πόλιν ἐν καιρῷ ἐπιδημίας ἐχθρῶν· ἀνορθοῦν δὲ καὶ τὰ τῶν τειχῶν κλάσματα καὶ τὰ μὲν ἐκ δύσεως ἐρχόμενα μανδάτα καταμηνύειν, ἕως ἂν αὐτὸς ὁ βασιλεὺς τὰ οἰκούμενα παρέλθῃ· μετὰ δὲ ταῦτα τὰ μὲν σπουδαῖα καὶ κίνδυνον σύντομον ἀπειλοῦντα διοικεῖν αὐτὸν, καθὼς ἂν νομίσῃ συμφέρον εἶναι, βουλευόμενον μετὰ τῶν χρησιμωτέρων τῆς πόλεως· τὰ δὲ μηδεμίαν σπουδὴν ἔχοντα, ἀλλ' εὐτελῆ ὄντα καὶ φανερὰ, διοικεῖν, τὰ δὲ μεγάλης φροντίδος δεόμενα ὑποκρατεῖν μέχρι τῆς ὑποστροφῆς τοῦ βασιλέως· προσέχειν δὲ μάλιστα περὶ αἰφνιδίου ἐπιδημίας ἐχθρῶν, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα γράφειν τε συνεχῶς καὶ δέχεσθαι ἐκ τῶν ἄκρων θεμάτων, καὶ κατασκοπεῖν τὰ τῶν γειτόνων ἐχθρῶν, καὶ μανθάνειν καὶ ἀναδιδάσκειν· ἔτι γε μὴν καθ' ἑαυτὸν φροντίζειν περὶ ὅπλων, ὅθεν ἕξει αὐτὰ ἐν καιρῷ χρείας· ταῦτα δὲ λογίζεσθαι καθ' ἑαυτὸν καὶ ἑτοιμάζεσθαι χωρὶς ταραχῆς, ἵνα μὴ φόβον ἐμβάλῃ τῇ πόλει, καὶ πολυτιμότερον καταστήσῃ τὸν σῖτον καὶ τὰ λοιπὰ τῶν εἰδῶν (15)· κατασιγᾷν (16) δὲ τὰς ἀλόγους φήμας καὶ τὰς ταραχὰς, ποτὲ μὲν σωφρονίζοντα τοὺς τὰς φήμας γεννῶντας, ποτὲ δὲ ἐπιλαλεῖν τοῖς πολίταις τὴν τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ λαοῦ σωτηρίαν· ἔστιν ὅτε καὶ πλάττειν ἀγαθὰς φήμας, ὡς κελεύσεως ἐλθούσης πλὴν ἀορίστως, ἢ καὶ ἄλλως ἀπό τινος τοῦ λαοῦ ἐλθόντων (17), τῶν μὲν τὴν ῥᾳθυμίαν (18), τῶν δὲ τὰς ταραχὰς παύοντα.

A custodiam abderent. Deinde solebat imperator [Constantinus Magnus] tempus expeditionis ejusque diuturnitatem secum constituere et calculum inire, quanta ipsi pecunia et quanto alio apparatu ad expeditionem tam et tam diuturnam futuram opus sit; mandabatque proinde sacellario, et protovestiario, et mensuratori, et domestico hypurgiæ seu famulitii culinaris, ut eorum unusquisque in ea parte sollicitudinis, quæ ad se spectaret, quot onera quot sagmariorum expeditio definiti, quod edebat, temporis requirat, supputaret; scriptoque consignatum illum calculum sibi monstraret. Nactus numeri sagmariorum indicium, et quanto sit opus supplemento bestiis illis quas aut fatigationes viæ claudas et labori ineptas effecturæ, aut præcipites ruinæ prorsus exanimaturæ essent; mandabat comiti stabuli et rationali gregum, ut curarent in promptu atque mundo esse numerum mulorum sagmariorum indictum, et equos præterea, tam regios regiisque usibus solis destinatos, quam alios, quos imperator aut ad ineundam expeditionem amicis quibus ipse velit, aut in ipsa expeditione militibus, hostibus in sua castra transituris, item suorum quibus aliqua dignitas militaris et auctoritas adesset, similibusque aliis hominibus honoris gratia in præmiumve largiretur. His ita constitutis, nuncupabat, quem per absentiam suam suas in urbe vices gerere vellet, eique in præceptis dabat hæc, ut recenseret militiam, tam eam, quæ ad cohortes præsidiarias urbis pertineret, quam quæ Jurisdictioni præfecti urbis subesset [id est factiones]; ambarumque partium singulis peculiarem porro locum assignaret, e quo arcere hostes, si forte, incursantes niterentur; porro ut restauraret mœnium rupturas et ruinas; ut ex Occidente venientes nuntios ad imperatorem per cursum publicum referret, donec ille adhuc Romanum solum calcaret; evecto autem in hostilem agrum, se hunc in modum gereret; ut nempe magni momenti res et præceps discrimen minantes ipse protinus, ita, ut sibi aliisque urbis optimatibus in consilium ascitis e re communi esse visum fuerit, expediret; res non valde momentosas neque urgentes, sed leves, cuivis perspectu faciles et dubitationi atque dubitationi exemptas pro judicio suo exsequeretur; quæ contra, quamvis magnam curam atque circumspectionem requirerent, moram tamen paterentur, eas ad suum, imperatoris, reditum usque reservaret integras; **260** præcipue, ut subitaneæ hostium incursioni provideret, et propterea indesinenter litteras legatosque in extimas imperii provincias mitteret, et illinc nuntios reciperet, vigili oculo vicinorum illis populorum orbi Romano inimicorum actiones et instituta lustraret, exploraret, ad se, imperatorem, significaret; præterea secum provideret, ut arma ne desint tempori, quo illis opus et usus esset. Hæc autem versaret secum et moliretur absque magna et tumultus plena commotione, ne urbi terrorem injiciat, frumentique cum reliquis annonariis speciebus caritatem inducat. Rumores quoque improbabiles et æstum cientes supprimeret, partim auctores eorum castigando, partim asseverando erga cives commodis et ani-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(15) Convenit cum Latina voce *species*, jurisconsultis notissima, quibus idem notat atque veteribus fruges, ut sunt vinum, oleum, frumentum, legumina. Utor verbis Du Cangii in Gloss. Lat. h. v.

(16) Ita Anna Comnena, in Alexiade p. 109, de Alexio ait, quod in castra iverit, fratre Isaacio in urbe relicto : Ἐφ' ᾧ τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἐδράζεσθαι, καὶ εἴπου τινὲς λόγοι ἀπῴδοντες ἐξ ἐχθρῶν ἐξακούοιντο, ὁποῖα εἴωθεν, αὐτὸν διασκεδάζειν τε καὶ φρουρεῖν τὰ βασίλεια καὶ τὴν πόλιν.

A τῶν τεσσάρων (47) κομήτων μωλάριον α'· ὁμοῦ διὰ τῶν ἀρχόντων νομίσματα τκδ' (48)), γίνόμενα λίτραι δ', νομίσματα κς'. Καὶ ὁμοῦ τὸ πᾶν λίτραι π' : κς'. Καὶ τὰ μὲν μωλάρια τὰ σ', ὡσαύτως καὶ τὰ ἱππάρια τὰ σ'· καταβιβάζει ταῦτα ὁ λογοθέτης τῶν ἀγελῶν εἰς τὰ Μαλάγινα (49), καὶ παραλαμβάνει αὐτὰ ὁ κόμης τοῦ στάβλου (50) καὶ ὁ ἔσω χαρτουλάριος τοῦ στάβλου πενταέτια, ἑξαέτια καὶ ἑπταέτια, μὴ ἔχοντα σπηλώματα εἰς τὴν ψύαν. Καὶ σφραγίζουνται (51) τὰ τετρακόσια εἰς τὰ δύο μέρη τῆς καπούλας (52) βασιλικὴν βοῦλλαν. Ἔτι δὲ καὶ εἰς τὸν ἐπερχόμενον χρόνον γίνεται ἡ αὐτὴ ἔκθεσις καὶ βούλλωσις. Λαβιδοῦνται (53) πάντα τὰ ἱππάρια καὶ γίνονται εὐνοῦχα, καὶ διὰ τοῦ φοσσάτου γίνεται προσθήκη. Καὶ φέρει ὁ λογοθέτης σεσαγματωμένα σ' σαγμάρια ἔχοντα ἐνδύματα ἐν ταῖς στρατούραις κέντουκλα μετὰ σωκαρίων φορτωμάτων (54), κεκαλιγωμένα, ἐπιφερόμενα καὶ σελιναῖα, ἅμα καὶ τῶν καπιστρίων αὐτῶν. Καὶ οὐδὲ ὡσαύτως ἐπαρκοῦσιν εἰς τὴν βασιλικὴν ὑπηρεσίαν· ἐν γὰρ τῷ καιρῷ τοῦ φοσσάτου προσάπαξ δίδουσιν οἱ στρατηγοὶ μωλάρια τῷ βασιλεῖ οὕτως· ὁ Ἀνατολικὸς μωλάρια γ', ὁ Ἀρμενιακὸς μωλάρια γ, ὁ Θρᾳκσιος μωλάρια γ', ὁ Ὑψικιάνος (55)

B

C

D

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(47) Intelliguntur comes scholariorum, excubitorum, bicanatorum et arithmi. Κόμης autem Leoni in Tacticis est ὁ τοῦ ἑνὸς τάγματος ἢ βάνδου ἀφηγούμενος.

(48) Nolo me in rationem litrarum et numismatum et rei nummariæ Græcorum recentium immittere. Vastus ille campus est et ingenii otiique non mei. Saltim id monebo paucis, litram auri numismata seu solidos aureos 74 continuisse. Nam 74 quater additum efficit 296. Reliqua ergo sunt numismata 26, quæ quod quatuor litris deest ad complendam summam 324 numismatum supplent.

(49) Recurret aliquoties in hoc Tactico mentio stabuli regii ad Malagina. Memorat illud quoque Geographus Nubiensis p. 287.

(50) Ergo jam Constantini et Leonis tempore fuerunt comites stabuli, neque demum a Francis in Orientem sacræ militiæ causa tendentibus invecti et ad Græcos propagati tempore Alexii Comneni, quod vult Goar. ad Codin. p. 24.

(51) Ita quoque milites cauterium in manu accipiebant, et de Scythis Romano solo et in servitutem receptis scribit Eunapius in Excerpt. Legat. Hœsch. p. 12, οἱ οἰκέται βασιλικὰ παράσημα ἔχοντες.

(52) Sic efferunt novi Græci pro σκαπούλας. Est enim ipsis in more positum σ initiale aljiciendi, ubi requiritur, et ubi non opus neque mos est, addendi. Intra p. 299 est κάμνον pro σκάμνον. Apud Mauric. Strateg. I, 2. κάπλιον. *scapulare*, *cucullio*, ἐπωμίς. Similia permulta habet Du Cange Gl. Gr., ut καρθμός pro σκαρθμός, *subsultus*, πιθάμη, *spithama*, καμπιοῦσα pro σκαμπιοῦσα, *scabiosa*, planta ; κούλκα pro σκούλκα, *excubiæ* ; κουλκεύειν pro σκουλκεύειν, *excubare*, item *speculari*, *explorare res hostis*. Est enim (idque liceat mihi paucis in transitu attingere) ab *exculcare* pro *explorare*. Exculcare et extundere aliquid undeunde dicunt Latini pro studiosa inquisitione comperire ; deprehendere, *proculcare* quoque dicebant pro *præcurrere*, prius explorare, Φάλεια dicunt novi Græci pro σφάλεια, et hoc pro ἀσφάλεια, *securitas* ; φαλιάζειν et φαλίζειν pro σφαλλίζειν, *aliquem decipere*, facere labi, in sphalma inducere ; κονδάπτειν pro σκανδάπτειν habet Malalas p. 410, *cernuare*, ubi interpres fatetur de verbi significatione sibi non constare ; τοβίον pro στολβη, *tomentum*, et τρέλος atque τρέλλος pro στρεβλός, *mente motus*, *insanus*, novæ Græcitatis est ; item χαλεύειν, pro σκαλεύειν, *fodicare*, et χαράκειν pro σχαράκειν aut σκαράκειν, *oriri*, de sole. Verbum hoc est Arabicum *Scharac*, unde *Saraceni*, id est populi orientales. Etiam in medio sæpe sigma omittunt hi homines, ut φαγύλιον pro φασκώλιον, nisi a faciali derivare malis. Addunt contra sigma redicule, ut pleraque eorum instituta sunt, ubi non oportebat. Sic σκαρφίον dicunt, *sors*, proprie καρφίον, *festuca*, qua sortiebantur ; item σκνίθες, *urticæ*, pro κνίδαι. Moris hujus σ initiale omittendi vestigia etiam apud antiquos reperio. Glossæ γροφὶς, ὗς habent pro *scrofa*. Vid. quæ Grammatici ad Aristophan. κίνδαψος et σκίνδαψος annotarunt. Hesychius φαιρίδδειν Laconibus tribuit pro σφαιρίζειν.

(53) Vid. finis præfationis ad tomum primum, ubi dixi verbum hoc significare *fibulare*. Dedici hoc e Polybio, qui l. VI, p. 469, ed. Wech. voce λαβὶς utitur, quæ ibi *fibula* redditur ; πυκναῖς λαβίσι καταπερονᾶν, *crebris fibulis configere*, id est acubus apprehendentibus, arripientibus continentibusque immissa, occurrentia.

(54) Forte leg. μετὰ σωκαρίων καὶ φορτωμάτων. Sunt autem σωκάρια *funes*, forte a σω. *congrego*, *colligo* in unam massam, contineo, unde σωρός, *acervus*, v. Du Cange Gl. Gr. h. v. et v. Σόκκος, sic enim scribitur in Olympiodori loco apud Photium, ibidem citato, qui Chilmeadum non præterit, quin eum scite recteque ad Malal. t. II, p. 68. exponeret.

(55) Asiæ minoris nonnullæ provinciæ temporibus labentis imperii Romani mutabant vetusta nomina novis, quæ ab illis militiæ generibus petebantur, quæ, missione impetrata, pro præmio exactorum stipendiorum in illis provinciis collocabantur et fundis militaribus donabantur. Tales erant thema bucellariorum, thema optimatum et thema obsicii vel obsequii. Est *thema*, θέμα, districtus, in quem ἀπετίθεντο, deponebantur milites, qui in castris, aut in urbe regia vel prætorianis non militarent. Bucellarii erant, qui buccellam seu panem biscoctum aut facerent aut acciperent. Optimates erant initio delecti et optati milites de Gothis captivis. De utroque militiæ genere suo loco dixi. Thema tandem obsequii mihi videtur illa provincia fuisse, in quam depone-

μωλάρια γ', ὁ Βουκελλάριος μωλάρια γ', καὶ οἱ λοιποὶ στρατηγοὶ ἀνὰ μωλαρίων β' τῆς τε Ἀνατολῆς καὶ Δύσεως· ὁ Σελευκείας μωλάριον α', ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν μωλάρια γ', ὁ δρουγγάριος τοῦ πλοΐμου μωλάρια γ', ὁ ἐξκούβιτος μωλάριον α', ὁ ἱκανάντος μωλάριον α', ὁ νούμερος καὶ ὁ τειχειώτης καὶ ὁ δομέστικος τῶν ὀπτιμάτων ἀνὰ μωλαρίου α'· ὁμοῦ μωλάρια νη'.

A vel tergoribus suis habentia stragulas centones, oneribus ope funium astrictis, caligata quoad crura, et pedes calceata soleis ferreis, et os capistrata. **266** Verum hæc quidem sagmaria famulitio et necessitatibus regiis neutiquam sufficiunt : sed debent strategi quoque tempore fossati semel imperatori mulos nomine xenalii seu munusculi gratuiti præstare in hunc modum : strategus Anatoliæ debet præstare mulos 5 ; Armeniacus totidem ; Thracesius, Opsicianus et Bucellarius pariter quisque pro se, totidem ; reliquorum strategorum tam in Oriente quam in Occidente unusquisque binos mulos, præter Seleuciæ strategum, qui tantum unum præstat ; domesticus scholarum mulos tres ; drungarius ploimi etiam tres ; excubitus unum ; hicanatus unum ; numerus et teichcheiotes et domesticus optimatum pariter, id est singuli singulos. Itaque confiunt muli 58.

Διὰ τῶν ὀφφικιαλίων καὶ τῶν λοιπῶν.

B *Officiales et reliqui ad eorum ordinem pertinentes præstant mulos onerarios, ut sequitur.*

Ὁ ὕπαρχος μωλάριον α', ὁ σακελλάριος δύο, ὁ γενικὸς μωλάρια β', ὁ κυαίστωρ μωλάριον α', ὁ τοῦ σακελλίου (56) μωλάριον α', ὁ τοῦ βεστιαρίου μωλάριον α', οἱ δύο κουράτωρες καὶ ὁ κτημάτινος ἀνὰ μωλαρίου ἑνός, οἱ δύο πρωτονοτάριοι τῶν δύο κουρατωρικίων μωλάριον α', ὁ ζυγοστάτης (57) μωλάριον α',

Hyparchus seu præfectus Urbis 1 ; sacellarius 2 ; genicus 2 ; quæstor 1 ; præfectus sacellii 1 ; præfectus vestiarii 1 ; ambo curatores [scilicet magnus unus, et alter palatii maganorum], et clematinus [seu prædiorum imperialium inspector] singuli singulos ; ambo protonotarii ambarum cu-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

retur exacta militia illud militum genus, quod *Obsequentium* nomen habuit, ab imp. M. Antonino philosopho inditum ; de quo Julius Capitolinus t. I Scr. Hist. Aug. p. 369. hæc narrat : *Servos, quemadmodum Punico bello factum fuerat, ad militiam paravit, quos voluntarios exemplo volonum appellavit. Armavit etiam* [militaribus scilicet armis] *gladiatores, quos obsequentes appellavit.* Videtur hoc militiæ genus, Obsequentium dictum et e gladiatoribus ad bellum armatis ortum, non ultra sæculum unum alterumve durasse, quamvis Bithyniæ agris, in quos exacta militia deducebantur, Obsequii nomen deinceps manserit ; quemadmodum de vicinis agris ponticarum provinciarum factum, quamvis militum et Bucellariorum et Optimatium genus atque nomen desiisset. Videtur autem Marcus imp. gladiatoriam illam militiam *obsequentes* et *obsequium* ideo appellasse, quod ubicunque esset aut quo iret imperator, eum obsequi deberent seu comitari.

(56) Occurrunt hic nomina dignitatum, seu potius officiorum aliquot, quæ singula illustrare animus non est. De officiis domus Augustæ disputatio perampla et perardua est, meisque viribus superior. Unum alterumve, quod non inutile mihi videatur esse, saltuatim quasi aspergam. Quis igitur sacellius fuerit, cum perspicue non tradatur, conjecturam, ut in obscuris rebus, proponam. Distinctum eum esse a sacellario, de quo alibi dixi, locus noster et alii multi testantur. In eo pene consentiunt viri docti, sacellio cum privata re imperatoris negotium fuisse Ex eo, quod p. 68, præfectis hospitalium et invalidariorum jungitur, et quod chartulario sacellii subesse p. 417, inter alios officiales dicuntur non tantum modo dicti præfecti hospitalium et invalidariorum, sed etiam chartularii τῶν οἴκων, id est mea sententia τῶν εὐαγῶν οἴκων seu monasteriorum, præsertim ab Augustis vel Augustabus conditorum, subnata mihi est suspicio, fueritne sacellius idem cum capellano vel sacellano aut almosinario vel eleemosynario, quamvis potestate minor. Munus ejus certe perinde ut eleemosynarii erat pauperibus eleemosynas principales erogare, ipsis tesseras exhibere, ad quarum exhibitionem suum victum acciperent statutisque diebus ad sacram mensam admitterentur. Dictus ergo a sacello seu sacculo fuerit. quomodo Græci videntur almonariam vel almosynariam bursam appellasse. Attamen, ne quid dissimulem, p. 417, modo laudata sacellii chartulario non tantum subesse dicuntur officiales ad religionem pertinentes, ut præfecti hospitalium, senilium. chartularii monesteriorum, sed etiam civiles, notarii regii, protonotarii legionum aut provinciarum, mensores frumenti, et quod omnium maxime ab ordine sacro abhorret, præfectus thymelæ. Non parum hic locus meam sententiam labefactat.

(57) Mirum videri queat, quare libripendes in C bellum et castra ducti fuerint. Non parvus tamen eorum ibi quoque usus erat. Ipsorum enim erat aurum argentumque num probum sit explorare, idque una cum gemmis, margaritis, veste et supellectile quavis pretiosa æstimare. Si quid ergo hostibus adimeretur in præda cusi auri argentive aut supellectilis pretiosæ, operis elegantis et artificiosi, debebant illi hoc æstimare, ponderare, ut quid dignum sit in sacrum vestiarium inferri, et quanti faciendum, aut si quid sub hasta publice secandum esset, pretium ejus sciri posset. Alias in quavis urbe majore constitutus erat libripens, qui monetas exploraret, num probæ et cujus ponderis, ideoque natas controversias dirimeret. V. Panciroll. de magistr. municip. c. XIV. Propterea quoque in receptione pecuniæ adhibebantur, ut constat e Menandro Protectore, cujus verba p. 120, Excerpt. Legation. Hœschel, hæc sunt : Παραγινομένων τινῶν Περσῶν εἰς τὸ Δάρας οἷς τὸ τοιόνδε ἐν φροντίσιν ὑπῆρχε (nempe receptio nummorum, quos Romani D Persis debebant) ἅμα ἐνίοις τῶν ἑρμηνέων καὶ τοῖς τῶν πλαστίγγων ἐπιστάταις ἀπεκατέστη τοῖς περὶ τὸν Ζῖχ τὰ ὀφειλόμενα χρήματα τῶν ζ' ἐνιαυτῶν, item Zosimo IV, 28, p. 412. ed Cellar. : Ἦν ἰδεῖν τοὺς ἀργυραμοιβοὺς καὶ ὁβολοστάτας καὶ ἄλλους ἐπ' ἀγορᾶς τὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων αἰσχρότατα μετιόντας, ἐπιφερομένους τὰ τῶν ἀρχῶν σύμβολα, καὶ τοῖς πλείονα τελοῦσι χρήματα (ita leg.) τὰς ἐπαρχίας παραδιδόντας. Verum non aureos argenteosque tantum nummos et vasa censebant, quopropter etiam infra p. 427, zygostatæ et aurifabri palatini conjunguntur : sed etiam purpuras æstimabant, verine luminis, an falsæ et subditiciæ essent, item gemmas et alia pretiosa. Insignis hac de re locus est apud Themistium orat. XXI, p. 247, quem non pigebit ascribere . Ἡ πρὸς Διὸς εἰ μέν τις χρυσίον ὑπόχαλκον ἢ πορφύραν ἐψευσμένην τὸ ἄνθος ἢ λίθον ἐπιβουλεύσας εἰς τὴν

ratoriarum unum ; zygostates seu libripens 1 ; idicus 1 ; perathalassites seu magister tractus maritimi in urbe unum ; barbarus seu magister militum barbarorum unum ; symponus seu adjutor [præfecti prætorio] et rationalis prætorii ambo simul 1 ; secretum genici 3 ; secretum sacellii 2, secretum vestiarii 2 ; faciunt simul omnes mulos 25, quibus si addas superiores 58, habebis mulos, xenalii seu muneris nomine imperatori oblatos, in universum 83. Metropolitæ præstant mulos oneratos caligatosque 52, et quinquaginta duo archiepiscopi præstant alios totidem ; in universum ergo 104. Hos in fidem accipiunt comes stabuli et stabuli interni seu urbani chartularius, curantque bullari seu bullam regiam ipsis inuri, qualem regia promosella seu equitatus sellarius gerit. Hos centum et quatuor mulos si superioribus octoginta tribus, muneris nomine datis, et illis ducentis mulie equisque ducentis, a rationale gregum curandis, addas, habebis bestiarum universum numerum 585. Accedunt equi centum, quos sancta monasteria præstant, et qui

A εἰδικὸς μωλάριον α', ὁ παραθαλασσίτης καὶ ὁ βάρβαρος ἀνὰ μωλαρίου α', ὁ σύμπονος καὶ ὁ λογοθέσης τοῦ πραιτωρίου μωλάριον α', τὸ σέκρετον τοῦ γενικοῦ μωλάρια γ, τὸ σέκρετον τοῦ σακελλίου μωλάρια β', τὸ σέκρετον τοῦ βεστιαρίου μωλάρια β'. ὁμοῦ μῶλάρια κε'· ὁμοῦ (58) διὰ τῶν ἀμφοτέρων μωλαρίων ξενάλια πγ'. Διὰ τῶν μητροπολιτῶν (59) καὶ ἀρχιεπισκόπων, μωλάρια σεσαγματωμένα τῶν μητροπολιτῶν νβ'· μωλάρια νβ' τῶν πεντηκονταδύο ἀρχιεπισκόπων· τὰ ρδ' σεσαγματωμένα μετὰ καὶ τῶν φορτωμάτων αὐτῶν καὶ κεκαλιγωμένα. παραλαμβάνει δὲ αὐτὰ ὁ κόμης τοῦ στάβλου ἅμα τῷ τοῦ ἔσω στάβλου χαρτουλαρίῳ, καὶ βουλλοῦ αὐτὰ μετὰ καὶ τῆς λοιπῆς προμοσέλλας (60). Ὁμοῦ μωλάρια ρδ'· καὶ ὁμοῦ τὸ πᾶν διὰ τῶν ἀμφοτέρων (61), τῶν τε μητάB των τοῦ λογοθέτου τῶν ἀγελῶν καὶ τῶν ξεναλίων, μωλάρια φπε'. Διὰ τῶν εὐαγῶν μοναστηριων ἱππάρια ρ' τὰ παρασυρόμενα (62) ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως δεξιὰ καὶ εὐώνυμα· Ὀφείλουσι δὲ λαβιδοῦσθαι καὶ εὐνουχίζεσθαι. Οὐ σφραγίζονται δὲ, διότι, ὅτε κελεύει ὁ βασιλεὺς ἵτοῦ ποιῆσαι ἔξοδον, ἐξ αὐτῶν ἐξοδιάζον-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

ἀγορὰν ὑμῖν εἰσαγάγοι, ὀργιεῖσθέ τε οὐκ ἀνἐξεσθε, ἀλλ' ὡς κακοῦργόν τινα καὶ παλίμβολον μαστιγοῦν παραδώσετε τῷ τεταγμένῳ, καὶ διὰ τοῦτο ἐξεύρηται ὑμῖν πολλὰ μὲν τοῦ χρυσοῦ πολλὰ δὲ πορφύρας πολλὰ δὲ ὑακίνθωνβασανιστήρια καὶ βασανισταί τινες ἐμὶ τούτῳ καθήμενοι οὓς ὅταν ὠνῆσθε, παρακαλεῖτε συμπαρεῖναι ὑμῖν καὶ συνδοκιμάζειν τὰ συναλλάγματα. Vox ultima notat merces, de quibus contrabitur seu mercimonium agitatur. Locus idem a conjectura Petavii αὖ λίθων pro ὑακίνθων substituentis vindicandus est. Themistius autem nomine nnius præcipuæ speciei totum gemmarum genus designare et complecti voluit. Solebant enim veteres in pretiosis hæc tria potissima censere, albas seu margaritas, prasinas seu smaragdos, et hyacinthos, ut Salmas. ad H. A, t. II, docuit.

(58) Ubicunque in talibus summis ὁμοῦ comparet in codice nostro, ibi sciat lector fuisse in membranis figuram, quam cum typothetæ in forulis non haberent, debui ὁμοῦ substituere, non dubitans, id ipsum vocabulum, non aliud, eo scripturæ compendio designari. Referebat autem virgulam oblique sitam, in summo velut nodulatam, in medio modo singulari, modo gemina virgula transversa distinctam. Conspicere eam licet in specimine codicis membranacei ænea tabula expresso et primo voluC mini præmisso.

(59) Apud Græcos exemptus clerus ab oneribus publicis non est ; vid. Constant. Porphyr. de administr. imperio c. 52, p. 144, ubi similis huic recensioni taxa occurrit, ἡ γενομένη ἀπαίτησις τῶν ἱππαρίων ἐν τῷ θέματι Πελοποννήσου ἐπὶ Ῥωμανοῦ δεσπότου. Apud Latinos olim erant monasteria, quæ *dona et militiam debebant facere* (verba sunt Constitutionis Ludovici Pii apud Du Cange ad Joinvill. p. 155, qui explicat *qui étaient obligés de fournir non seulement de dons et de présents, mais encore de soldats*) *homines monachorum* illi appellabantur. (Tabular. Cluniac. Chron. 335 : *homines monachorum debent equitatum et exercitum.*) Quædam *sola dona sine militia* quædam *nec doua nec militiam, sed solas orationes pro salute imperatoris et filiorum ejus ac stabilitate imperii.* Sed actum agerem, si post Du Cangium commentari hac de re vellem, qui Glossario suo Latino v. *Hostis* longam et doctam dissertationem *de hoste et exercitu episcoporum* inseruit. Russorum quoque clerus hodie militem contribuit.

(60) Seminarium equorum imperialium, e quo *sellæ* seu *sellarii equi*, *Sattelpferde*, depromuntur. Non feliciter versatus fuit hoc in verbo interpretando Goar. ad Theophan, p. 400.

(61) Solent novi Græci ἀμφότεροι pro πάντες ponere, non improbabiliter. Quamvis enim ἄμφω tantum de duobus dicatur, et veteres ἀμφότεροι non de pluribus dixerint, est tamen in particula ἀμφί, quæ amplexum universæ alicujus rei designat, aliquid, quod suadeat, novos Græcos vocabulum ἀμφότεροι pro *omnibus* non absque ratione usurpare, quasi vellent dicere *undique collecti.* Sic supra p. 49, ἀμφότεροι sunt *omnes illi*, nempe protostrator, comes stabuli, et stratores, p. 181 ; ἀμφότεροι sunt aurigæ, magistri et inspectores, Cf. p. 374, 379, aliquoties, p, 400. Scriptor vitæ Constantini Porphyrogenn. p. 291, in Script. post Theophan. per ἀμφοτέρους designat Helenam uxorem, liberos, nepotes, accubitorem, cætonitas, in universum omnes antea recensitos. Apud Theophanem p. 95, nullo vitio laborat locus, sed sic vertendus est : *Misso* (legato) *exsecari curavit Cæsario linguam et simul omnes qui partem in Proterii cæde habuerant in exsilium egit.* Apud eumdem p. 201, delendum est πάντων, ut scholion vocis ἀμφοτέρων, item p. 398. Idem auctor alias quoque vocabula πάντες et ἑκάτεροι permutat : ut p. 6, κοινῇ πάντες οὗτοι sunt nonnisi duo, Diocletianus et Maximianus. Contra vero p. 20, ἑκατέρων τῶν σταυρῶν ait, quando de tribus crucibus sermonem facit. Non mirum. A Græculo nihil non exspectes. Cœlum terra miscent. Quærerem ipsis patrocinium a Polyæno, qui p. 146, ἀμφότεροι pro πάντες dixit, nisi communis eum causa involveret. Non habemus vetustum illum Polyænum, sed a novo Græculo coinquinatum. Eusebius quoque III, sic posuit : Οἱ δ' εἶπον ἀμφότεροι, *illi dicebant simul omnes.* Apud Demosthenem quoque videtur ἀμφότεροι hoc sensu accipiendum esse in illa dictione : Τούτων ὑμῖν τὰς τε μαρτυρίας ἀμφοτέρας καὶ τὸν νόμον ἀναγνώσεται, in Orat. adv. Callippum p. 681, n. 28, ed. Morelli.

(62) Equi συρόμενοι vel συρτοὶ sunt quos Latini *dextrarios* appellant, quia dextra seu manu ducuntur. Vid. Du Cange ad Alex. p. 227.

ται ὅπου κελεύει. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐκ τῶν ξεναλίων τῶν προσφερομένων τῷ βασιλεῖ ἐν καιρῷ τοῦ φοσσάτου. Λαμβάνει ὁ κόμης τοῦ στάβλου ἅμα τῷ χαρτουλαρίῳ τοῦ στάβλου ἐκ τοῦ εἰδικοῦ εἰς ἔξοδον λίτρας γ'. Καὶ θεωρεῖ ὁ κόμης τοῦστάβλου ἅμα τῷ χαρτουλαρίῳ εἰς τὸ κελλάριον τὸ βασιλικὸν, ὁπόσας στρατούρας ἔχει βασιλικὰς καὶ καβαλλοκιλίκια ἀπὸ Λυδίας ἐκ τῆς κουρατωρείας τῶν Τρυχίνων. Καὶ λαμβάνει τὰ σ' σαγματοπασμαγάδια (63) προσάπαξ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ φοσσάτου τὰ μητατινά. Ὁμοίως καὶ τὰ ρδ' σαγματοπασμαγάδια προσάπαξ· ὁμοῦ σαγματοπασμαγάδια τδ'. Καὶ πρὸς ἀναπλήρωσιν τῶν φπε' σαγματοπασμαγαδίων ἀγοράζει, ἤγουν τὰ ὀφειλόμενα ἀγορασθῆναι καὶ συσταθῆναι στρατοῦραι καὶ σάγματα σπα'. Δέον δὲ ἀγοράζειν βασικὰ ἀμάλια (64)

coram imperatore iter faciente per geminam seriem dextra sinistraque, præducuntur. Hic fibulari atque exsecari debent; at signum regium non accipiunt ideo, quo possit imperator exiis, quando velit, largitiones facere. Ex his enim, uti et ex illis, qui nomine muneris imperatori in bellum eunti ipsa expeditione offeruntur, fiunt largitiones. Comes stabuli et chartularius stabuli accipiunt ab idico litras tres **267** ad sumptus faciendos [in ea nempe comparanda, quæ statim dicentur]. Deinde lustrant cellarium imperiale et inquirunt, quot in eo adsint straturæ regiæ et cilicia vel filtra pro caballis, e Lydia ex curatoria Trychinorum petita. Sumit inde comes ducenta sagmatopasmagadia metatina seu tempore fossati imperari et dari con-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(63) Nesciebam, cum Tacticum hoc militare Latine verterem, quid sibi vellet hæc vox; propterea reliqui absque interpretatione, et reposui qualem inveni: quod mihi in aliis quoque locis usu venit, necessitatis remedium, ubi aliud capere consilium non licebat. Post absolutum typis primum volumen in mentem venit vox Turcica *paschmach* et protinus didici vocabulum nostrum significare sagmata seu stragulas et sarcinas cum adjunctis pasmagadiis seu ocreis, qualibus animalium onerariorum et itinerariorum, ut equorum, boum, camelorum, mulorum, asinorum pedes calceare solent orientales. Ab eadem origine manavit quoque vocabulum πασμάκζης, *calceorum femineorum confector*. Consuevisse veteres quoque Romanos et Græcos, non ut nunc nos facimus soleas ferreas jumentis clavis ferreis supeangere, sed ocreas alligare, demonstravit Josephus Scaliger ad illud Catulli:

Supinum animum in gravi derelinquere cæno
Ferream ut soleam tenaci in voragine mula:

ubi adducit Arrianum, qui χαλινάρια τοῦ ὄνου, σαγμάτια, ὑποδήματα conjungit prorsus ut Noster. Scita et vera sunt quæ Isaacus Vossius ad notam Scaligeri notavit. Arabes hodie ocreis calceare suos camelos constat ex Itinerariis. Conf. Wanslebii *Voyage dans l'Epypte*, p. 296, 299. Sic solebant tempore Muhammedis, ut e carmine panegyrico constat, quo eum Caab, f. Zoheiri, cecinit, edito Lugd. Batav. haud ita pridem a V. R. Lette. Vid. ibi vers. 27, et Scholiast., cujus verba doctiss. Editor in notis p. 139, prodidit. Sed Jobi jam tempore sic faciebant, cujus in libro insignem locum ex observatione hujus moris licet restituere. Ascribam quæ illi illustrando et reformando faciunt ex opusculo, quod ante quadriennium jam et paravi editioni et promisi, repressit tamen hactenus, et, ut videtur, reprimet me vivo non voluntas mea, sed mores hujus sæculi, et metus ab iis, qui affectata in animos et opiniones hominum tyrannide præter sua nil rectum censent. Legendum itaque est (nam aliter vulgo editur) apud Jobum cap. xxi, 10: *Bos ejus clitellarius it viam suam.* יפעל ולא *et non calceatur*, vel *calceatus fuit*, id est etiamsi non calceatus. Mingrelianos bobus suis ocreas alligare, et Keisler idem de colonis circa Pistoiam in agro Pstavino, Itinerarii I, p. 347. Ipse Noster in hoc Tactico sæpius memorat τὰ καλιγώματα τῶν σαγμαρίων, ut p. 277, et supra p. 198, τὰ καλαβρικά. Unum, quod addam, adhuc superest. Probandum scilicet exemplis est solere novos Græcos duo diversæ notionis vocabula componere, quæ a Latino interprete incerta copula *et* vinciri debent; ut σαγματοσασμαγάδια sunt σάγματα et πασμαγάδια. Posset talium immanis texi recensio. Sed defungemur paucis aliquot, præsertim cum neque veteribus tales compositiones ignotæ fuerint, ut ex Aristophane constat. Ita Arrianus ἰσχαδοκάρυα nominat *ficus et nuces*, dissert. Epict. p. 284, οἰνόκρεα Malal. II, p. 9, *vinum et caro*. Locus ille memorabilis est. Ait Constantinum M. instituisse *panes palatinos*, οὔστινας ἄρτους ἐκάλεσε παλατίνους διὰ τὸ ἐν παλατίῳ ῥογεύεσθαι τοὺς αὐτοὺς ἄρτους, ἑκάστου ἄρτου ἀφορίσας οἰνόκρεα καὶ βεστία, ἀφορίσας πρόσοδον ὑπὲρ αὐτῶν ἐκ τῶν ἰδίων, et unicuique pani, id est capiti panem accipienti, seposuisse, assignasse, velut appendicem, vinum et carnem et vestes; fundis sumptus in hanc rem suffecturis e re privata dedicatis et destinatis. Idem auctor ξυλέλαιον habet p. 169, *stipendium, unde ligna et oleum emantur*, et p. 215, ἀριστόδειπνον, *prandium et cæna*. Apud du Cange habes ἀρχιτέλεια, *initium et finis*, βουκάκρατον, *bucca*, id est buccella panis, *et merum* seu vinum, ἀνδρειαζώδιον, id est ἀνδριὰς καὶ ζωδίον, *statua*, sculpta aut ære fusa, *et picta imago*, quam vocem Du Cange v. Ζωδίον frustra sollicitat, ἡπατοπνεύμων, *jecur et pulmones*, κκρπόχειρ, *carpus et manus*, λαρδότυρος, *lardeum et caseus*, ξυλάχυρον, *ligna et paleæ*, Σαββατοκυριακὴ, *Sabbatum et Dominica*, σαγμασελλίον, *sella equina cum stragula*, σιτόκριθον, *præstatio frumenti* (fel farris) *et hordei*, σκαφοκάραβος, *navis cum adjuncto lembo*, τετραδοπαρασκευή, *quarta et sexta feria*, φαγοποτίον, *cibus et potus*, ξυστρολήκυθος, apud Hesychium, *ampulla olei cum strigile*, ἀρτολάγυνος, *panis et lagena*, in Anthologia p. 180, n. 447. Apud Nostrum uberrima seges talium, ut σελλοχάλινον, *sella equina et frenum* p. 48, βεστιομιλιαρήσια p. 289.

(64) *Rasum*, ῥάσον, est Græcis novis crassi fili et vilissimi generis pannus, quale cum ex instituto vitæ gestent monachi Græci, appellantur ῥασοφοροῦντες. Rasica igitur amalia erunt amalia panno crasso facta. Sed quid sunt ἀμάλια? Du Cange vocem hanc e Script. post Theophan. afferens in Gl. Gr. derivat ab ἀμαλός, *tener*, quod id genus lini teneriorum et delicatiorum esset. Verum præter id quod ἀμαλὸς et ἁπαλὸς de homine, μαλακὸς de panno dicitur, etiam consistere nequeunt ῥασικὰ et ἀμάλια, si hæc tenuiora, delicatiora lintea sunt, illa grosso duro panno facta. Venit igitur in mentem mihi germina interpretandi hanc vocem ratio. Utraque a μαλλός derivat, verum discrepant in littera initiali ἀ, quæ aut negationis, aut unitatis index esse potest. Ἄμαλον potest pro *non floccoso, defloccato*, glabro, et item pro μονόμαλλον, *ex una tantum parte floccoso*, positum esse. Nam veteres etsi litteras scriptura duplicarent, tamen ut simplices efferebant. Sic quamvis μαλλὸς scriberent, tamen ut μαλὸς pronuntiabant. Hinc quoque passim uno tantum *l* tam apud Græcos, quam Latinos

sueta simul ; et dein sumit quoque alia (doni nomine oblata) centum et quatuor sagmatopasmagadia simul. Conficiunt hæc 304. Reliqua, quæ desunt ad complendum numerum 585 sagmatopasmagadiorum, id est 281 straturas vel stragulas, et sagmata seu sarcinas vel bisaccia, emi et comparari debita, emit [pro illis tribus auri litris, quas modo dicebamus ab idico præberi]. Debet autem emere rasica

A καὶ βάπτειν ἀληθινά, καὶ ποιεῖν σαγίσματα καὶ βορκάδια ρν'. Καὶ τὰ μὲν ρ' λόγῳ τῶν παρασυρομένων ἱππαρίων ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως· τὰ δὲ λ' λόγῳ τῶν βασιλικῶν σελλαρίων, καὶ τὰ κ' λόγῳ τῶν διὰ ξεναλίων διδομένων ἱππαρίων. Καὶ τάγιστρα (65) ἐκ τοῦ κελλαρίου τοῦ βασιλικοῦ ἀποθέτου (66) τοῦ στάβλου ρν'· ὁμοίως καὶ βυρσάρια διὰ τὸ γενέσθαι καπίστρια ρπ'· καὶ ἐξακάνθηλα (67) λόγῳ κεδραίας (68).

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

scripta reperitur hæc vox. Infra apud Nostrum p. 269, exstat μαλὸς pro μαλλὸς e fide membranarum et p. 270. λινομαλωτάρια. Apud Gregorium M. Epist. x, 50, etiam *amphimalum* editum fuit. Pariter apud Malalam II, p. 98. salvatores dicuntur ἔμμαλοι, id est σύμμαλλοι vel εὔμαλλοι, *cum mallis*, id est, cincinnis venusti, pulchre cirrati, mallonibus crinium crispatis ad aures scite dependentibus et undantibus conspicuis, unde quoque data ipsis nomina Καράμαλλος (pro Χαράμαλλος, Χαριτόμαλλος) et Χρυσόμαλλος. Cum itaque probabile sit vocem hanc a μαλλός repetendam esse, quæri jam posset, quænam ambarum interpretationum præferri debeat. Hinc apud Callimachum echo ad ναιχὶ καλὸς respondet ἄλλος ἔχει, et frigidum scomma lususque inter ἄλας et ἄλλας apud Nicetam Choniat. p. 232. Ego quidem in posteriorem magis propendeo, nec desunt compositiones, in quibus præfixum ἀ tantumdem atque μόνος significat, ut ἄμιτος, *unilix*, ἄθυρος, *uniforis*, seu *porta singularis*, ἄβολος, *unicolor*. Hinc corrigendum *aicius* apud Du Cange Gl. Lat. in *alicius*, unius licii seu coloris, Oppositum igitur esset τὸ ἄμαλον seu μονόμαλον, quod idem atque ἑτερόμαλλον significat, *ab una tantum parte floccosus*, τῷ ἀμφιμάλλῳ, τῷ δικρόσσῳ, ut Arrianus appellat in Periplo maris Erythræi, panno, qui utrinque est, qualem Eunapius in Excerptis Legat. Hœsch. p. 12. ἐπ' ἀμφότερα θυσανοειδῆ appellat. Verba ejus sunt : Τοὺς δὲ τὸ μέγεθος κατεῖχε τῶν δώρων, τά τε λινᾶ ὑφάσματα καὶ τὸ τῶν στρωμάτων ἐπ' ἀμφότερα θυσανοειδές : unde patet Scytharum hunc habitum, nempe *bigerricas*, fuisse. Sic enim et *amphiballa* dicebant vestes, quæ possent *bis* et *utrinque geri*, interna parte extrorsum versa. De utraque voce conferri potest Du Cange v. *Amphiballum* et *Bigerra* et Salmas. ad Scr. Hist. Aug. II, p. 544. Amplas et commodas fuisse has vestes, quæ possent inverti et ab utraque parte geri, res ipsa loquitur, et e Glossa (apud Du Cange v. Στρίκτα), quæ στρίκτα reddit στενά, ἀναμφίβολα, *vestes augustas, non bigerricas*. Noster autem βασικά, *de panno facta*, ut prædicatum addit voci ἀμάλια, quia scilicet etiam vestis linea quædam floccosa erat, de qua deinceps dicetur ad v. λινομαλλωτάρια. Vestem lanam villosam, villis in nodos nexis, eleganter appellat Paulinus in Vita S. Martini :

> *Vestem octava solidi vix parte coemptam.*
> *Nodosis textum fœtoso vellere filis.*

Antequam hinc discedam, locum Scholiastæ Aristophanis ad Vespas illustrabo, ubi de *caunace* veste hæc habet : Καυνάλης, χλαῖνα Περσικὴ ἀλεεινή. Ὁ δὲ Παλαμήδης φησί· καυνάκης ἐστὶ Περσικὸν ἱμάτιον ἔχον ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους μαλλούς. Ungari adhuc hodie vestem villosam arcendæ pluviæ *Gepenec* vocant, teste Leunclavio in Onomast. ad Histor. Turc. v. *Scaramannium*. Unde patet veteres hanc vocem non ut *caunake*, sed ut *cawanaki* vel *cawanuki* pronuntiasse.

(65) Τάγιστρον est vas omne (sive sporta, sive modius, sive saccus,) in quo jumento ταγὴ sua, portio victus, diaria exhibentur.

(66) Novi Græci ἀπόθετον et ἀπόθετα appellant *horrea, cellas*. Sic Malala t. II, p. 115, c. fin. ἀπόθετα σίτου *horrea frumenti*, pro quo veteres ἀπόθετρον di-

B Μάκτα pro *mactra* dicunt. Χειρόμακτον apud Nostrum est p. 338 pro χειρόμακτρον, *manutergium*. Glossæ : σκέπαστον, *cucullio*, ubi Salmas, ad Scr. H. A. I. p. 415, σκέπαστρον reponit, nescio quam recte. Σίτα pro σήτρα, *cribum*, ἀπὸ τοῦ σήθειν ; φύλακτον pro φύλακτρον seu φυλακτήριον, *amuletum*. Non tamen prorsus ignotum vetustis hoc schema fuisse, apparet e Pindari σκᾶπτον pro σκᾶπτρον, *sceptrum* ; unde quoque σκηπτοῦχος, non σκηπτροῦχος dicitur. Procul dubio quoque ἔργαστον pro ἔργαστρον dixerunt, quia *ergastulum* Latini usurparunt, quod mere Græcum est ἐργάστυλον. Vid. quæ ad p. 321, de *bastactis* dicam.

(67) Verti ut in Latinis jacet. Ut vererer, ne non satis recte, fecit hoc, quod e Du Cange dedici, ἐξακάνθηλον et ἐξακάνθινον esse *corbem*, *Cophinum*. Si ergo erravi, induxit me membrana nostra, in qua sic minute erant scripti spiritus, ut sæpe distingui asper a leni non posset, et sæpe quoque C promiscue habebantur. In hoc certe loco V. D., qui apographum in usus Maii fecerat, illud, ex quo typothetæ nostri hoc opus excuderunt, legerat et scripserat ἐξακάνθηλα, quod mutavi, quia mihi videbar spiritum asperum super prima vocis littera in membranis

(68) Reddidi *godronio*. Quo me induxit Matth. Silvaticus, cujus hæc verba citat Du Cange Gl. Lat. v. *Cedria* : *kidria, id est alkitran* ; *cedria, id est gummi cedri*. Si *Kidria* idem est, atque *alkitran*, profecto idem quoque est cum godronio Nam *godronium* et *alkitran* idem sunt et re et sono. *Alkitran* varie pronuntiatur, modo *cattran*, modo *cattaran*, modo *kittran*, modo *cottran*. Ipsum quoque *an* mera terminatio est et accessorium quid. *Kidr*, ergo et *kitran*, idem sunt ; ambo *stillam* significant, guttam exstillantem, et hinc pluviæ quoque commune est et omni rei liquidæ stillanti. Ipsum æs D fusum *kithr* appellatur. Sed in specie sic appellant Arabes gummi vel viscidum liquorem ex arboribus coniferis resinosis, pinu, cedro et talibus excoctum Hinc sunt, qui *kitran* picem interpretantur. Sed potius est *godronium*. Nam *zeft* pro *pice* dicunt. Pro resina liquida vel bitumine posuit Eugippius in distantiis locorum terræ sanctæ p. 105 Symmictorum Leonis Allatii : *multum ibi* [ibi mari mortuo] *est aluminis, multumque cataranni* [delendus asteriscus, locus enim integer est], *quod ab incolis reperitur et colitur. Vid.* Du Cange v. *Alquitran*, ubi citat hunc locum e veteri charta Hispanica : *Nec etiam aliquis posset extrahere de terra nostra res prohibitas, scilicet peguntam* [*Pech*, picem], *cepum*, [id est sebum], *alquatranum, fustam* [*Pfosten*, tigna, materiam struendis navibus], *canabum, filum* Facile jam conciliari cum sententia nostra poterunt, si quæ occurrant de cedria ab auctoribus prædicata, quæ in godronium quadrare non videantur.

καὶ ἀσκία εἰς οἶνον καὶ ὄζος λόγῳ τῶν περιοδίων (69) τῶν ἀλόγων, ἀξινορύγια (70), καὶ πλατυλίσκιαν (71), καὶ πτυάρια (72) στιβαρὰ διὰ τοὺς πότζους. Ἐκ δὲ τοῦ βασιλικοῦ βεστιαρίου ὀφείλει λαμβάνειν σίδηρον ν' λίτρας λόγῳ σελιναίων, καὶ ἐξ αὐτῶν ποιῆσαι καὶ μασσήματα ἐλαφρὰ ρν'. Καὶ ὀφείλει λαβεῖν ῥέτινα (73) καὶ καπιτζάλια ἁπλᾶ ἀπὸ τῶν βυρσαρίων. Ἀπὸ δὲ

A amalia, id est rasos seu grossioris fili laneos defloccatos pannos, eosque curare colore purpureo imbui et inde fieri sagismata seu straturas equinas et borcadia 150; quo de numero centum quidem destinata sunt illis centum equis, qui coram imperatore iter faciente præducuntur et præambulant, triginta vero cedunt sellariis equis imperialibus, et viginti

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

in membranis videre. Si ergo frustra in hoc fui et peccavi, reformanda erit Latina interpretatio sic : *et cophinos procedrea*, eritque vocabulum ab ἐξ et ἄκανθος derivandum et ἐξακάνθηλον idem, quod ἐξακάνθινον, *ex acantho factum*, de qua arbore multa Salmasius ad Solin. p. 372 sqq. Sane ait ibidem V. D. e Theophrasto, acanthum ad tantam altitudinem excrescere, ut materies inde cæderetur duodenos cubitos longa. Facile igitur ex acantho potuerunt cophini fieri excavando, non plectendo, B id quod etiam necesse erat continendæ rei liquidæ, qualis est cedrea. Quodsi tamen mecum reputo, non solere sic Græcos componere, ut hoc ἐξακάνθινος est, sed aut ἐξάκανθος aut simpliciter ἀκάνθινος, dicere, terminationemque ινὸς cum præpositione ἐκ pene consistere non posse, incipio de priore mea interpretatione animum non despondere. Neque desunt illi colores, saltim excusationes. Κάνθος idem esse atque κάθος, κάδδος et κάδος, facile concedi potest; unde *cantharus* et *canthelius*, qui cados gerit asinus vel mulus. Τετρακάνθηλον, quasi dicas *quatercadarium*, habet Theophanes pag. 355, in illo celebri et parum interpretibus intellecto loco, pro quatuor cadis vel cophinis, quorum bini, velut sarcinæ, super singulis jumenti lateribus gestentur. Du Cange Gloss. Gr. p. 573, locum illum recte fuit interpretatus, et ille mihi sic constituendus videtur : Ἐκ πολλῆς οὖν περιστάσεως ἐπενοήθη ἀνὰ δύο ζώων σαγματουμένων ἀπὸ τετρακανθήλου σανίδας C ἐπιτίθειν καὶ οὕτως ἐκφέρειν τοὺς νεκρούς, *urgente igitur calamitate excogitatum fuit hoc expediens, ut bina jumenta, onerata singula singulis quadrigis corbium* [vacuorum] *conjugarentur, et super illos octonos corbes extensæ ponerentur latæ tabulæ vel asseres, super quibus cadavera efferrentur.* Ut igitur hic ioci τετρακάνθηλον est quadriga corbium vel cadorum, ita in nostro loco qui ἐξακάνθηλον esse nequeat *sexiga* (ut ita dicam) *cadorum*, *non* video.

(69) Quia medicorum est ægros suos, ut ait Seneca, perambulare seu ab uno ad alterum vadere, et orbem visitationis obire, propterea *medicatio* dicta fuit novis Græcis περιοδία et *mederi* περιοδεύειν et medici περιοδευταί ; vel etiam sic dicti medici, quod cyclo, periodo, methodo, constante dierum certorum abstinentia, certa formula, certis intervallis exercitionum et medicationum curarent, ut per certas temporum periodos diætæ, exercitio- D num, medicationum, etc. vias recurrerent ; *Vid.* Du Cange v. *Cyclus*. Περιοδεύεσθαι est *medicina uti*, corpori suo medicinam adhibere. Malala t. II ; pag. 100.

(70) Verti *secures cædendis pariter lignis et fodiendæ terræ aptæ*, respiciens ad ἀξίνην καὶ ὀρύγιον. Solent enim Græci duo vocabula diversi significatus per *et* jungenda in unam massam conflare ; quo de more egi ad p. 43. Verti igitur non improbabiliter. Non enim impossibile est, habuisse veteres talia instrumenta ex una parte securi, ex altera rastro vel unico lato armata. Et est sane interdum ἀξίνη *securis, qua lignum cæditur* ; ut vel ex uno Niceta patet (et in re nota exempla præter necessitatem congeram.) l. II, c. 4. in Alexio : Δέδωκε καὶ ἀξινάρια εἰς χεῖρας ὥστε κόπτειν ξύλα. Nunc tamen malim ἀξινορυγια per *rutra* vel *pastina* interpretari, id est instrumenta illa, quæ manubrio ligneo satis longum et latum ferrum in summo habent, quod impactum in terram eam revellit. *Picas* appellabant medio ævo a verbo Germanico *picken*, rostro tundere. Francis hodie est *houe*, a vocabulo item Germanico *haue*, quod omne instrumentum cædendi notat. Nos *Radehauen* appellamus, quasi dicas *rutra rotarum*, quia vectores carrarii eorum ope, si quando currus in profundum terræ aut glaciei lacunam subsiderunt, obstantia perfringunt, revellunt, eoque rotas liberant. Probabile est novos Græcos hanc vocem eo confinxisse, ut has ἀξίνας fodiendo destinatas per appositionem a verbo ὀρύσσειν, *fodere*, arcessito distinguerent ab illis ἀξίναις, quæ tantum cædendo ligno inserviunt. Nam et *secures* et *rutra*, qualia dixi, veteres Græci ἀξίνας appellabant ; utrasque ἀπὸ τοῦ ἀγνύναι, a confringendo, perfringendo. Prior significatio in vulgum nota est ; posterior ignotior et rarior ; ideoque necesse puto allatis aliquot exemplis eam astruere. Polyænus p. 57, inter instrumenta cædendis lignis numerat δρέπανα, *falces*, rescindendis ramis non nimis robustis, πελέκεις sternendis arboribus, ἀξίνας radicibus arborum e terra eruendis. Luculentius adhuc demonstrat locus Artemidori p. 111 [l. II, c. 24, fol. 65. ed. Ald. 1518] : Ἀξείνη [id est ἀξίνη] σημεῖόν ἐστι γυναικός τε καὶ γυναικείας ἐργασίας. Καὶ γυναικείας μὲν ἐχγασίας διὰ τὸ τῷ κρατοῦντι [nempe τὴν ἀξίνην] συμφέρειν C [scil. illam] καὶ προσέλκειν. Fuit ergo ἀξίνη instrumentum altrahendo, revellendo factum. Continuat : γυναικὸς δὲ διὰ τὸ ονομα, quia scilicet aut ἄγει, illicit, *in amorem sui*, ad se trahit virum, fit ejus ἄγαλμα, *delicium*, aut quod ἄγεται, in matrimonium ducitur a viro.

(71) Vocis hujus exemplum aut indicem Lexicographum non habeo. Ad ductum igitur conjecturæ et vocis πλατὺς, quæ partem compositionis efficit, verti *palæ latæ averrendæ terræ*, qualibus vespillones e. c. effodiunt humum et rursus converrunt egestam super cadaver in fovea depositum. Nos appellamus *Spathen*.

(72) Reddidi *bottas*. *Appellant Latini bottas* vel *buttas* omne vas cylindricum cavum, omnem scapum cavum. Hinc ocreæ *bottæ* dictæ Nos quoque Germani in sermone nostro retinemus adhuc eam vocem in illa dictione *eine Lohbutte* vel *Butte-Loh*. Induxit me, ut sic redderem Du Cange, qui πτύον (cujus diminutivum D πτυάριον est) ait veteribus *ventilabrum* significasse, recentioribus autem *ligneum batillum* significare, quo terra egeritur. Nihil poterat V. D. planius aptiusve. Me tamen decepit ambiguum vocis *batillus*. Cum enim non præsens animo haberem, batillum palam quoque ligneam notare, ferro non armatam, qua terra egeritur (nos *Schüppe* appellamus), sed solum batillum gestabilem, quo candentes prunæ conduntur, mente conciperem, ex eo factum est, ut πτυάριον per *bottas ad efferendum cœnum* rederem. Male procul dubio. Nam πτυάρια sunt *palæ*. Verum suntne præferratæ, an absque ferro, non novi. Apud Du Cange invenio φτιάρι, *pala ferrea*. Si πτυάριον sit pala lignea præferrata (*ein Spathen*), debet πλατυλίσκιον esse *pala lignea pura* seu *absque ferro* (*eine Schüppe*), aut vice versa.

(75) Id est *retinas*. Est enim *retina* idem, quod *retinaculum*. Superest in Francico sermone *rênes*, *lora*. Conf. Du Cange v. Ῥέτινα.

tandem equis illis, qui muneri dantur. Etiam a cellario regiæ apothecæ stabuli sumit 150 tagistra [seu saccos pabulatorios, quales equorum capitibus alligantur,] et coria pro conficiendis inde capistris 180, et hexacanthela [seu repositoria scortea singula senas amphoras scorteas intus habentia], pro cedrea vel godronio ibi condendo; et utres pro vino et aceto ad curationem ægrotantium jumentorum adhibendo. Axinorygia quoque comparari debent seu secures cædendis pariter lignis et fodiendæ terræ aptæ; item platyliscia seu palæ planæ latæ ad averrendam egestam terram, et scaphas vel bottas robustas ad efferendum in iis cœnum e puteis egestum. Debet quoque e regio vestiaro quinquaginta libras ferri sumere pro parandis inde soleis equinis, item lupatis levioribus centum quinquaginta. Debet quoque lora, quæ maxillas equorum substringant, et capitzalia [seu lora frontes eorum ambientia] simplicia [id est, in quibus ferrum non sit] e coriis confieri curare. E cannabi autem, quam accipit e vestiario regio, debet curare, ut restes fiant.

A τῆς κακάβεως, ἣν λαμβάνει ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ βασιλικοῦ βαστιαρίου, ὀφείλει καμεῖν σωκάρια.

Regiæ hypurgiæ, id est ministerio, quod ad mensam ministrat, imputantur hæc.

Præfectus mensæ, et domesticus ministerii, et peculiaris regius cellarius, præstant sagmaria jumenta [seu mulos] octoginta, portaturas ministerium culinare regium et argenteam regiæ mensæ supellectilem. Accipiunt autem præfectus mensæ et domesticus ministerii certam quamdam pecuniæ summam ab idico ad expensas faciendas, et quidem nomine expensarum in condituram ciborum. Vinum dominicum, magistrorum et patriciorum præstat apothecarius, et dominicis quidem præstat quadraginta octo mensuras, scilicet octo paria lagenarum, quarum singulæ ternas mensuras continent. **268** Magistris autem et patriciis præstat paria decem utrium, quorum singuli quinas mensuras continent. Scortzidia aut scorteos utriculos pro oleo dominico condendo ipsumque oleum et phaselos aut fabas, et oryzam et pistachia et amygdala et lentes præstabant olim ambæ curatoriæ. Reliqua vero edulia, ut lardum, adipem, caseum, salsamenta seu pisces muria conditos, capellas, oves quæ agnos, et vaccas quæ vitulos lactant, et vinum indigenum præstant protonotarii. Bertziticum autem sive salsamentum piscis Oxiani et neurum [quod etiam salsamentum piscarium videtur esse], debent præfectus mensæ et domesticus hypurgiæ seu ministerii emere. Arithmia tandem [forte piscis genus] et pisces Cyprinos debet mensæ præfectus a regiis curatoriis petere. Interea dum regium servitium seu apparatus culinaris consumitur, debet, ubicun-

Διὰ τῆς βασιλικῆς ὑπουμγίας.

Ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης καὶ ὁ δομέστικος τῆς ὑπουργίας καὶ ὁ οἰκειακὸς βασιλικὸς κελλάριος σαγμάρια π' τὰ μέλλοντα βαστάζειν τὴν βασιλικὴν ὑπουργίαν καὶ τὸ ἀσήμιον (74), τῆς βασιλικῆς τραπέζης. Λαμβάνουσι δὲ ὁ τῆς τραπέζης καὶ ὁ δομέστικος τῆς ὑπουργίας λογάριον ἀπὸ τοῦ εἰδικοῦ εἰς ἔξοδον λόγῳ ἀρτυσίας. Οἰνάριν δεσποτικὸν, μαγίστρων καὶ πατρικίων χορηγεῖ ὁ ἀποθηκάριος· τὸ μὲν βασιλικὸν μη' μέτρα, ζυγοφλάσκια (75) τριμετραῖα ζυγὰς η'· καὶ ὑπὲρ τῶν μαγίστριων καὶ πατρικίων ἀσκία πενταμετραῖα ζυγὰς ι'. Σκορτζίδια λόγῳ τοῦ δεσποτικοῦ ἐλαίου, φασούλιν, ὀμύζιν πιστάκιν, ἀμύγδαλον, φακὴν παρεῖχον πάλαι τὰ δύο κουρατωρίκια, ὁμοίως καὶ τὸ ἔλαιον· τὰ δὲ λοιπὰ βρώσιμα, ἤγουν λαρδὴν, ἀπόκτιν, τυρὶν, ὀψαρια παστὰ, σωακτὰ, πρόβατα ὕπαρνα (76), ἀγελάδια ὑπόμοσχα καὶ οἶνον ἐγχώριον χορηγοῦσιν οἱ πρωτονοτάριοι. Βερτζίτικον (77) δὲ καὶ νεῦρον ὀφείλει ἀγοράζειν ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης καὶ ὁ δτμέστικος τῆς ὑπουργίας· Ἀρίθμια δὲ καὶ κμπρίνους ὀφείλει ἔχειν ἀπὸ τῶν βασιλικῶν κουρατωρειῶν. Καὶ ἐν ᾧ δαπανᾶται ἡ βασιλικὴ ὑπουργία, ὅπου εὕρῃ καλὸν οἶνον καὶ ἔλαιον καὶ ὄσπρια, ἵνα ἐπιβάλλει ἐν τοῖς ἀγγείοις αὐτοῦ, καὶ ὅσα ξενάλια φέρουσί τινες τῷ βασιλεῖ τὰ μὲν βρώσιμα λαμβάνει ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης καὶ ὁ δομέστικος τῆς ὑπουργίας καὶ ὁ οἰκειακὸς καὶ βασιλικὸς κελλάριος, καὶ ὅπου προστάξει ὁ βασιλεὺς, διανέμουσιν αὐτά. Χρὴ δὲ γινώσκειν τὸν ἐπὶ τῆς τραπέζης τοῦ ἔχειν σοόρνους δ πρὸς τὴν ἀποβολὴν τῆς Συρίας, καὶ δίκτυα (78)

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(74) Novæ Græciæ vocabulum hoc notat argentum omne, cusum, non cusum, in nummis, in supellectile. Proprie et in origine tamen est argentum cusum in nummorum usum. Putatur quidem vulgo Græcæ originis esse, et pro ἄσημον, *non cuso, non signato*, positum; deinde ampliato significatu ad cusam quoque pecuniam tractum fuisse.

(75) *Paria flascorum.* Nostratibus *flascæ, flaschen, flascones* sunt ipsæ lagenæ; sed veteribus erant tantum thecæ, in quibus lagenæ reponebantur, sive illæ vimine textæ, sive ligneæ, sive coriaceæ essent. Patet ex Isidoro: *Flasca a Græco vocabulo dicta. Hæ pro vehendis ac recondendis phialis plurimum factæ sunt; indeque nuncupatæ; postea in usum vini transierunt manente Græco vocabulo, unde et sumpserunt initium.* Expediant alii obscura hæc verba. De origine Græca videamus. Si fidem meretur Isidorus, non video, a qua voce alia repeti *flasco* queat. quam a φόλλις (quod idem atque φολὶς, φολίδος,) unde φολίσκος, *folascus, flascus, flasco*, etc. Ipsum tamen a *phiala* repetitisse, satis patet.

(76) Hæc est plena dictio, pro qua Euripides solummodo ὕπαρνος dixit, subintelligendum relinquens ὄϊς; vid. Andromach. 557. Est autem ὕπαρνος *quæ cum agno est.*

(77) V. Bandur. ad Constant. Porphyr. n. 365. et Du Cange Gl. Gr. h. v.

(78) Verti *retia.* Sed debuissem *cortes retibus clausas.* Ita caveas retibus cinctas, quibus aves asservantur, *Vogelbauer*, Aristophanen dixit δίκτυα, Avibus v. 1083: Τὰς περιστερὰς ξυλλαβὼν εἴρξας ἔχει καὶ ἐπαναγκάζει παλεύειν δεδεμένας ἐν δικτύῳ.

πρὸς τὸ ἀποκλείειν τὰ ὄρνεα, καὶ καυκοπινάκια (79), ἵνα πίνωσι. Καὶ ὅτε κελεύει ὁ βασιλεὺς ἀποβαλεῖν ἐν Συρίᾳ, ὀφείλουσιν φορτίζειν τὰ π' σαγμάρια τῆς κομπίνας αὐτῶν, καὶ ὅσα σαγμάρια στρέψει ὁ μινσουράτωρ, ἵνα κἀκεῖνα φορτώσῃ ὁ τῆς τραπέζης καὶ ὁ δομέστικος τῆς ὑπουργίας καὶ ὁ οἰκειακὸς βασιλικὸς κελλάριος, ἵνα καθ' οἱόνδήποτε τρόπον μὴ λείψῃ τι εἰς τὴν βασιλικὴν ὑπουργίαν.

A que locorum præstans vinum et oleum et legumina invenerit, comparare bonam eorum copiam et vasa iis sua implere. Hic idem præfectus mensæ et domesticus ministerii et peculiaris regius cellarius accipiunt, si quis imperatori edulia pro munusculo offerat, eaque jussi a Domino distribuunt. Debet quoque præfectus mensæ quatuor furnorum non oblivisci, quos secum feret, ubi in Syriam descenditur; habebit item retia, quibus involvat et coerceat gallinas, quas secum vehet, et cavas patinas ligneas, e quibus illæ bibant. Debent quoque dicti viri, quando imperator jam in eo est, ut in Syriam intret, octoginta sagmaria suæ combinæ, vel ea, quæ sua conjugatio et tessera data ipsis assignant, onerare; item illa omnia sagmaria, quæ mensurator hactenus a se curata in ipsorum porro fidem atque sollicitudinem traditurus et restiturus est; ne scilicet ullo modo circa regium culinare servitium aliquid deficiat.

Διὰ τοῦ μινσουράτωρος, ἤγουν τῆς βασιλικῆς κόρτης, σαγμάρια γ'.

Χρὴ ἐπιφέρεσθαι τὸν μινσουράτωρα δύο κόρτας καὶ ἀνάδιπλα τὰς βασιλικὰς τέντας· ἐπειδὴ ἕως μέν ἐστιν ὁ βασιλεὺς εἰς Ῥωμανίαν, ἡ μία ζυγὴ ἀπέρχεται ἔμπροσθεν μετὰς τῆς ἡμισείας ὑπουργίας, καὶ προευτρεπίζεται τὸ βασιλικὸν ἄπληκτον, καὶ εὑρίσκει ὁ βασιλεὺς πάντα εὐτρεπισμένα καὶ ἕτοιμα· δέον δὲ, τὸν μινσουράτωρα ἔχειν σκαμνία συστελτὰ, ἵνα καθέζονται εἰς ἓν ἕκαστον σκαμνίον ἄνδρει γ'. Ὁμοίως τοῦ μήκους αὐτῶν καὶ τραπέζια συστελτὰ, μεσάλια (80) καὶ μανδίλια τὰ ἁρκοῦντα τῇ βασιλικῇ τραπέζῃ· ἐπεύχια (81) φούντατα (82) τὰ εἰς χαμόκουμβα

B *Pro mensuratore aut imperiale corte vel tentorio sagmaria quinquaginta.*

Debet mensurator secum ducere duas cortes. unam earum quamque constantem binis tentis. Nam, donec imperator est in Romania seu ditione Romana et solo amico, præit unum per tentarum cum dimidio servitio culinari eo fine, ut adveniens Imperator inveniat per omnia præparatum applicatum vel stationem. Debet quoque mensurator habere scamna complicatilia ejus longitudinis, ut in unoquoque tres homines considere queant. Ejusdem longitudinis mensas quoque debet habere complicatiles, et missalia, id est lances et discos, man-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(79) Vid. Du Cange Gloss. utroque et ad Alex. p. 278, et Salmas. t. I, Scr. Hist. August. pag. 667.

(80) Non id significat hæc vox, quod Latina perhibent, sed *mensalia*, instrata mensarum, ut μανδίλια sunt *manualia* tergendis manibus; *vid.* Du Cange v. Μενσάλιον.

(81) *vid.* Du Cange h. v.; sunt tapetes vel etiam sudaria munda, proprie quidem ii tantum, quos sibi substernere solent cum Græci tum Turcæ preces ad Deum dicturi; quapropter apud Muhammedanos sudarium tale, qualia semper secum gerunt munda, *masalla* vel *musella*, res, quacum vel super qua oratur, audit: deinde vulgatiore usu cujuscunque generis et usus sudarium vel tapes, ἐπεύχιον, *res, super qua oratur*, appellatur. Remansit vox *musella* in Hispanica lingua, *almucella*. Testamentum Ramiri, regis Arragoniæ, apud Du Cange Gloss. Lat. v. *Acitara*, quæ *stragulum* notat, quale, e. c. sellis aut ephippiis insternitur: *et meos vestitos, et acitaras, et collectras, et amucellas, et servitium de mea mensa.* Hinc intelligas quoque locum Joannis diaconi in chronico Neapolitano p. 310: *Fecit tres calices aureos cum patena aurea, quam in gyro et in medio gemmis decoravit. Fecit etiam et duo paria macellarium ex auro mirifice sculpta, in quibus Evangelia per festivitates leguntur.* Hæc ipsa pene verba leguntur apud Rainer. de inventione reliquiarum S. Eutychetis et Aculii apud Du Cange v. *Mascellare. Mascellarium* hic est a nominativo singulari *mascellare*, quod idem atque *massellare*. Nam *sc* medio ævo scribis idem atque *ss* valebat.

(82) Scribitur quoque φουνδάτα, et hæc scribendi ratio frequentata magis. Quandoquidem *fundatæ vestis* in hoc codice et apud Anastasium perfrequens fit mentio neque tamen adhucdum satis constat, quid ea fuerit: operæ pretium credimus nos facturos, si aliquanto diligentius in hoc argumentum inquiramus. Et primo quidem loco proponendæ sunt virorum doctorum hac de voce sententiæ, quas quidem novi. Goarus itaque ad Codin. pag. 49. n. 22. ait φούντα et φούτα idem esse, atque τούφα, *apex, tiara*, et pag. 62. margo exhibet, ut variam lectionem, φούντα pro τούφα, quod Viro docto errandi occasionem forte dederit. Bulengero fundatus est auro textus, acu pictus (verba sunt Du Cangii Gl. Lat. h. v.). qui idem esse opinatur, quod nobis *étoffe à fond d'or*; *drapo di fundo d'oro* Dominico Magrio. Sed cum hæc vox etiam tribuatur vasis argenteis et aureis, addit Du Cange, se non videre, quomodo fundatus de acupictili dici queat. Salmasius in epist. ad Sarravium p. 145. ed. Burmann. sententiam suam de veste fundata his verbis exponit, quæ non pigebit, quamvis compluscula, ascribere: « *Vestis de fundato* eo opere facta et aurata, quo reticula fiebant, quibus capita feminarum ornabantur; *fundas* etiam appellant, ut Græci σφενδόνας, quia fundæ, quibus lapides jaciebantur, ea parte, cui lapis imponebatur vel glans, reticulato opere erant contextæ. In vestibus autem viæ ex auro intextæ vel phrygionico opere insutæ decussatim se intersecabant, ut maculæ in reticulis. Quod opus *de fundato* appellabant, id est de *funda*. Sed funda, ut dixi, intelligitur capitis muliebris ornamentum, quod Græcis σφενδόνη et ὀπισθοσφενδόνη dicebatur, quæ ornamenta erant ἐπίχρυσα, ut Pollux notat. Inde et in vestibus fila aurea ita reticulatim et fundatim intexta nomen acceperunt. Vias vocavit Tibullus. — A funda autem *fundatum* idem quod *funda*: ut ab *arena arenatum*, a *fossa fossatum*. Quippe recentiores dixere *fossatum*, quod veteres *fossam*. » Conf. quæ ad Script. Hist. Aug. t. I, p. 670 et t. II, p. 437, de *funda* et *ventrali* disputavit. Non juvat hæc examinare, neque refutare. Similia sunt cæteris multis Salmasianis, in quibus doctrinam mireris, fidem et verum desideres. Habendus tamen honos magno ingenio etiam ubi fiducia sui labitur. Alteserra tandem ad Ana-

tiliaque sufficiente numero pro regia mensa, item tapetes fundatos, in quibus humi decubetur. Hæc

(83) ἐνεργοῦντα· ταῦτα δὲ οὐκ ἐπιφέρεται ὁ μινσουράτωρ, ἀλλὰ χορηγεῖ αὐτὰ ὁ πρωτοβεστιάριος τοῦ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

stas. p. 119: *Vela de fundato sunt aureis signis intexta, ut calyx fundatus est signis insculptus... Apud aurifices, quos vocant, inclusores gemmarum funda est reticulum ex auro fundæ simile, quo gemmæ includuntur.* Mihi quidem de significatione hujus vocis conjecturæ variæ, ut in re antiqua et obscura, animum subierunt. Tres tamen præcipuum apud me locum obtinent. Aut enim ex mea sententia dictæ fuerunt vestes fundatæ ex eo, quod fundum aureum vel sericum haberent; tramam vel subtegmen alias appellant; stamen autem alterius generis; aut ex eo, quod coloris essent ὀξέως, *acuti, intensi, fundati*, ut adhuc hodie dicunt Franco-Galli *foncé*, profundi coloris et intensi, obscure cærulei aut pene nigri; aut ex eo, quod intextas haberent fundas, id est areas orbiculares. Fuit olim quoque, cum putarem, vestes has ideo fundatas fuisse dictas, quia fundas, id est marsupia, boxeas (*de poches, Taschen*) assutas haberent. Verum quia tapetes quoque et pallia in altaribus dedicata fundata dicuntur passim, in quibus marsupiorum usus et locus nullus est, abjeci hanc conjecturam. Reliquis supra positis jam meum est ut fidem faciam. Disserendum mihi hac occasione erit de significatione vocis σφενδόνη et *funda* et de marsupiis veterum quoque. Primæ sententiæ, juxta quam vestes fundatæ sunt fundum aureum vel argenteum vel sericum, stamen autem alius vilioris generis habentes, favet illud *tramosericum* vel pannus, cujus trama sericea erat, in charta vetere apud Du Cange v. *Mafors*, et valde patrocinaretur locus Anastasii p. 122: *Vela holoserica majora sigillata* [ζωδιωτὰ] *habentia periclysin et crucem de blathin seu fundato*, si recte sic vulgo citarent et corrigerent viri docti. Atqui in editione Parisina, qua utor, lego *de bathin*, idque rectum et probum est. *Bathin*, est vox Arabica, notans saturum, nutritum, bene pastum et distentum atque refertum. Traductum hoc ad colorem fuit. Color nutritus, saturatus est ita densatus, ut intendi et plus particularum colorearum recipere nequeat, verbo, profundus. Est igitur fundatus color idem, atque profundus. Sed color profundus, voce in se spectata, potest omnis color ad obscurum vergens esse. Atqui usu non omnis color dicebatur profundus, sed tantummodo certus quidam color, quem fuisse cæruleum obscurum, subnigricantem conjicio. Veteribus Latinis jam peculiaris coloris species erat color profundus, ut intelligitur ex epistola Veleriani ad Aurelianum t. H, Scr. II. A, p. 450, qua inter alia ipsi tribuit *subarmallem profundum*, pro quo deinceps *fundatum* dixerunt; unde Gallofranci retinuerunt dictionem *foncé*. Placuit hæc vocis *fundatus* interpretatio Du Cangio Gl. Lat., cui subscribere non dubito; quamvis fuerit, cum tertiæ expositioni, ut speciosiori et doctius quid condenti, magis essem addictus, quæ nempe vult vestes fundatas eas fuisse, quæ intextas haberent areas rotundas, quales *fundas* appellabant; alio quoque nomine *de cyclaton* et *cum rotis*, de quibus nominibus alius agendi locus erit. Appellationis autem nostræ hæc ratio est. *Funda* Latinis et σφενδόνη Græcis est omne rotundum, circulare, aut saltim a fundo orbiculari in conum desinens. Hinc σφενδόνη est omnis longa facia orbicularis ad similitudinem orbis corneæ pupillam ambiens: est meta in circo conica, est canthus seu circulus, qui doliis circumponitur continendorum asserum causa, est tutulus seu apex capitis, quod mulieres Græcæ vetustæ et nostrates occidentales quoque medio ævo gerebant, alte fastigiatum in coni saccharini speciem; quem apicem in vertice rectum et excelsum gererent, σφενδόνη simpliciter, si in postica parte capitis gererent inclinatum et obliquum, ὀπισθοσφενδόνη appellabatur; de qua vid. interpp. ad Polluc. V. 96. Erat σφενδόνη denique apex boneti conicus replicatus dependens pone caput aut in humerum, et recte e fundo lato rotundo in angustum coiens apicem, ut Virgil. Georg.:

Atque alius latum funda jam verberat amnem.

Funda tandem est *infundibulum* ab *infundendo* (prorsus ut σφενδόνη ab antiquo σπένδειν *fundere, defundere*,) et ad ejus instar mansupium conicum, sive id lino sericove textum, sive corio concisum fuerit. Omnia hæc a figura aut prorsus rotunda aut conica. Superest adhuc in sermone nostro vox *funda* pro cantho doliari, quando dicimus *Fundgrube* et *Fundleder*, fovea circulis ligneis septa, in qua coria parantur, unde calcei soleantur, et tale crassum, rigidum bubulum corium in tali fovea paratum *Fundleder*, appellatur. Σφενδόνην et *fundam* esse circulum dolia ambientem et tabulas ligneas continentem, clare patet e loco Joannis Canabutzæ (citati a Du Cange v. Χάντρωσις): Τινὰ κύκλον ἐκεῖνοι λέγουσι χάντρωσιν καὶ μετὰ τοῦ ἔκτου τούτου, [f. μετὰ τοῦ διαδήτου. cum circino, aut μετὰ τοῦ ἐργαλείου τούτου, sed difficile est de hoc loco extra nexum posito judicare] περιγράφουσι καὶ ποιοῦσιν ἴσον κατὰ πάντα ἁρμόδιον εἰς τὴν τοῦ βουτζίου περιφέρειαν ἤ, ὡς ἐκεῖνοι λέγουσι, χάντρωσιν. Vocabulum χάντρωσις venit a κανθροῦν. Est autem κάντρον κάνθρον κανθήριον diminutivum a κάνθος circulo ferreo, qui rotis circumponitur ad illas continendas. Hinc vox arabica *almocantharat*, astronomis nota, significat circulos ad horizontem parallelos, item horologium solare talibus circulis signatum. Jam facile est intelligere verba Codini IV. 53; Τὸ σκαράνικον αὐτοῦ ἐνδεδυμένον χασδίῳ ἔχον ἐπὶ κορυφῆς μικρὰν φούνταν κοκκίνην. Caputium assutum habebat illud scaranicum acutum instar panis, quem appellant, saccharini. Apparet quoque, quare φούντα Portio et Ulacio (apud Du Cange Gl. Gr. h. v.) exponatur per κύτταρος. Est nempe κύτταρος, e. c., loveola, cui glandes quernæ insident, et alia quoque vox illa notat a forma infundibuli et conica non procul abeuntia. Juvat hac occasione locum a Du Cange l. c. allatum emendare et exponere. Ex iisdem auctoribus affert nempe Du Cange has glossas; *Antiæ*, τζουλοῦφι φούντα πρόκοιμον; *funta* autem hic ideo dicuntur antiæ, quia veteres interdum antias crispatas in modum geminæ fundæ seu gemini coni in latum extruebant, unde creditur Moses *cornutus* dictus fuisse. Tandem vox τζουλοῦφι Arabica est, et signat omnia ἄντια, primum occurrentia in oculos, eminentia. Hinc intelligatur quoque, quid sit ἐσφενδονισμένον apud Theophan. 207. Describit ibi habitum Arethæ reguli aut phylarchæ Arabum, ad quem a Justino Jun. imp. legatus fuerat Julianus Magistrianus: Γυμνὸς ἦν ὁ βασιλεὺς Ἀρέθας (id est non indutus erat chlamyde, sed sola interula; male vertitur *nudus erat*) καὶ κατὰ τοῦ ζώσματος εἶχεν εἰς τὰς ψύας λινόχρυσα ἱμάτια κατὰ δὲ τῆς γαστρὸς ἐφόρει σχιστὰ διὰ, μαργαριτῶν τιμίων καὶ ἐν τοῖς βραχίοσιν ἀνὰ πέντε κλαβίων (sunt noduli fissuras panni continentes, quales in stolis veterum Græcarum mulierum super brachiis sæpe conspiciuntur καὶ χρυσᾶ ψελλία εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ἐν δὲ τῇ κεφαλῇ

(83) Sunt lecti aut in ipsa humo depositi eamque immediate contingentes, aut ope fulcrorum tantillum solum modo a solo elevati. *Vid.* Du Cange v. *Chamcuniæ*. Ergo pro verbis Latinæ interpretationis *in quibus humi decubetur* malim substitui *qui adhibeantur* (vel insternantur) *lectis humilibus.*

βασιλέως ἀπὸ τῆς φορτώσεως τοῦ οἰκειακοῦ βασιλικοῦ βεστιαρίου. Πιλωτὰ διβλάττια (84) παχέα καὶ πτενὰ (85) διὰ τὰ χαμόκουμβα· δίδονται δὲ καὶ αὐτὰ ὁμοίως ἀπὸ τῆς φορτώσεως τοῦ οἰκειακοῦ βεστιαρίου· ἕτερα πιλωτὰ λινοβένετα (86) ἔχοντα μαλὸν κτενιστὸν ἀνὰ λιτρῶν λ' διὰ τοὺς κλητωρευομένους φίλους· κιλίκια διὰ τὰ χαμόκουμβα πρὸς τὸ ποσὸν τῶν κλητωρευομένων φίλων. Ἀφ' οὗ γὰρ ἀποβάλῃ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ Συρίαν, τὰ σκαμνία καὶ τὰ τραπέζια καὶ τὰς περιτ-

A autem postrema secum non fert mensurator, sed quotiescunque illis opus, præstat ea protovestiarius regis ex sarcinis privati regii vestiarii. Præstat idem quoque pilota **269** seu coactilia diblattia seu serica, bis purpura tincta, id est tali involucro serico bis tincto induta; et ptena [forte stragulas plumis refertas], quibus incubetur. Item alia coacticlia, lineis venetis indumentis induta, habentia floccos pexos, singula ad triginta librarum pondo,

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

κεφαλῇ λινόχρυσον φακιόλιον ἐσφενδονισμένον, ἔχον ἐξ ἀμφοτέρων τῶν δεσμῶν σειρὰς τέσσαρας. Postrema de ornatu vel vitta capitis nemo facile intellexerit, nisi coram habeat imaginem Arabici habitus a la Rocque proditam æri incisam p. 4, sui Itinerarii per Palæstinam editi Amstelod. anno 1718. ejusque verba non legerit, quibus tulpanum Arabicum describit. Sunt autem hæc : *Un turban, qui consistait en une calote de drap rouge, entourée d'un voile ou écharpe de soie noire, rayée d'or, de deux aunes en carré, dont la frange torse et longue d'un demi pied pendait sur le front et les joues. — Un des bouts de cette écharpe appelée Bustmani, pendait sur le devant de mon épaule gauche, et l'autre, qui était passé dans les replis de ses détours, sortait du haut du bonnet et formait une manière de panache qui descendait par derrière jusque sur le dos.* Est ergo ἐσφενδονισμένον φακιόλιον cidaris aut tulbanus ita factus, ut e lato orbiculari fundo in fundam, in infundibulum et conum abeat. Habebat autem Arethæ cidaris, prorsus ut illa ejus Arabis, quem Gallica ista verba describunt, duos apices, e quorum singulis quaternæ σειραὶ dependebant, hoc est striæ aut tæniæ vel ex auro et sericis filis contextæ, aut fila margaritarum. Hinc porro quoque clarum est, quare crumenam, item stomachum (vid. Gariopont. II. 23.) fundam appellaverint : coibant nempe aut ex amplo orificio in angustum finem aut ex amplo medio in duo angusta crura, ut funda ; instrumentum illud, quo lapides procul ejiciuntur. Utriusque generis fundis seu crumenis pecuniariis adhuc hodie utimur. Quædam serico textæ in media latiore parte habent foramen duobus diversis loculis commune pro condendis illinc aureis, hinc argenteis nummis. Ita comparata erant veterum *ventralia*, de quibus nolo repetere, quæ Salmasius ad Scrip. Hist. Aug. disputat. Hæc ventralia circa zonas circumplicabant et sic gestabant. Verum habebant quoque, certe ævo medio, tales boxeas (*des poches, Taschen*), quales nos vestibus nostris insutas et abditas gerimus. Quin et tertium quoque genus fundarum gerebant extus in oculos incurrentes, a zonis dependentes eo loco, ubi milites nostri peras suas militares (vulgo *Patrontaschen*) gerunt. De postremo genere capiendus est locus Nicetæ (apud Du Cange v. Δισάκκιον) : προῆγεν ἡμῶν ὁ οἰκουμενικὸς ἀρχιποίμην κὴ δισάκκιον φέρων μὴ χρυσὸν ἐπὶ τὴν ὀσφὺν, ἄραβδος καὶ ἀσάνδαλος. Vult dicere, patriarcha non gestabat bulgam super femore et in ea aurum. Imaginem viri bulgam talem gerentis dat Valerii Maximi Gallica interpretatio in membranis Lipsiensibus, de quibus supra dixi. In his bulgis aut punchis (quod idem prorsus est et illinc manavit) seu bursis, quod conspectui paterent, luxum et divitias ostendere solebant olim, ut patet ex S. Audoeno in vita S. Eligii I. 12 : *Habebat zonas ex auro et gemmis comptas, nec non et bursas eleganter gemmatas.* Bursæ in vestibus sæpe memorantur apud Murator. II Ant. Ital. p. 313-316, et alibi. Bursarum, quales nostræ sunt, intra pannum et ejus duplicaturam abditarum videre est imaginem (neque enim veteres eas ignorabant) apud Ciampinum. I, II veter. monument. tab. 52, et in Menologio Basiliano passim, ut t. I, p. 12, 18 et 170, et t. II, p. 20, 84 et alibi. Areæ enim illæ orbiculares aut plerumque rhomboideæ, in regione genuum conspicuæ, sunt orificia fundarum vel crumenarum. Forte has quoque intelligit Noster, quando infra p. 271 memorat vestes μετὰ περσικίων, *crumenis instructas*. Videamus jam, quid *culices fundati* fuerint. Ex iis, quæ hactenus disputavimus, confici potest calices fundatos fuisse aut illos, qui ad fundæ vel infundibuli aut coni modum coirent in imo, aut qui circulo aureo uno per summam oram, aut aliquot per certa intervalla ambirentur; aut denique qui fundo et pede vel disco lato orbiculari niterentur, cum qui tali pede carerent, in conum præsectum desinentes et ipso calicis fundo nitentes, non fundati dicerentur vel sine pedibus, ut in charta veteri apud Du Cange v. *Mazer* : *Tota supellex mea argentea et cyphi de mazaro* [id est scyphi Megarici operis, fictiles, porcellani] *cum pedibus et sine pedibus*. Interdum calices alterius materiæ erant et alterius ipsorum fundi vel pedes, ut *le hanap de S. Louis était de madre* [porcellana] *garny d'un pie d'argent doré*. Vid. Du Cange v. *Mazer*. Si cui tamen hæ conjecturæ non satisfecerint, forte illi magis arridebit hæc, cui et ipse ego quoque plurimum tribuo, calices fundatos fuisse fusos, non malleo cusos. *Fundare* enim dicebant medio ævo pro *fundere*, et *fundator* pro *fusore*, χύτη, liquatore metallorum.

(84) Deleri velim in Latinis *seu serica*. Quamvis enim βλάττη sæpe sericum notet et coactilia quoque quædam serico viliori, item bombyce fiant, putem nihilominus hic loci sermonem tantum de colore blatteo seu purpureo esse, de quo forte alias videbimus, qualis fuerit, si unquam aliquid certi in illa auctorum veterum inconstantia hoc de colore constitui potest. Quod autem in Latinis addidi *involucro serico bis tincto induta*, id habui e p. 270.

(85) Vereor, ut et hic recte fuerim interpretatus Verum et ipsius argumenti difficultas, et barbarus novorum Græcorum sermo omnia velut suffusa caligine turbans facile mihi veniam impetrabit. Conjecti πτενὰ esse *culcitras plumis refertas*. Nam *culcitras* scribere volui, non *stragulas*. Usos certe fuisse veteres plumaciis seu culcitris anserum plumis refertis, abunde probant Vales. ad Amm. Marcell. p. 125, et Du Cange v. *Plumacium* ex Χηνοπλούματα (sub v. Πλοῦμος), quibus addi queat illud Coripp. I. II :

sedemque paternam
Constructam plumis, pulchrisque tapetibus altam ;

patet item ex illo Vitæ S. Winwalœi abbatis loco n. 15 : *Pro laneo aut lineo indumento caprinis usus est pellibus, pro plumis aut lectisterniis arboreis utebatur corticibus.* Quod si tamen recogito, novos Græcos pro ψιλὰ λεπτὰ *tenuia*, dicere φθενὰ (*vid.* Du Cange h. v., a φθίνειν *macescere, tenuari*), subit animum suspicio, πτενὰ hic non plumeas culcitras, sed idem atque φθενὰ notare et opponi præcedenti voci παχέα. Ita ut sensus loci nostri hic sit : *coactilia bis tincta crassa et tenuia pro lectis humilibus.* Amant autem novi Græci π et φ permutare, ut φτυάρι et πτυάριον, φταῖσμα pro πταῖσμα, φταίγειν pro πταίειν, φτύειν pro πτύειν, φλεμμόνι pro πλευμόνιον, σταπὶς pro στοφίς.

(86) Sunt *linea veneti coloris*. Ad hunc igitur modum velim Latina reformari.

quæ substernantur amicis ad regium convivium invitatis, et quæ illis superioribus subjiciant, solo proxima cilicia, proportionato numero convivis. Nam ex quo in Syriam invadit imperator, relinquit scamna et mensas et tentoria superflua et unam cortem apud protonotarium illius loci, e quo identidem immediate in hosticum excedit; et iste protonotarius ea disponit ibi locorum, ubi jussus ab imperatore fuerit deponere. Debet porro mensurator quoque secum ferre balneum Turcicum aut Scythicum tzerga cum cisterna scortea ex ademio [seu corio Parthico vel Corduano rubro]; cucumas seu lebetes æneos duodecim, singulos ternas mensuras capientes, pyromachia [forte batillos gestatiles ansatos pro prunis ardentibus condendis] duodecim in usum balnei; lateres pro camino; grabbata complicatilia, ecclesiam imperialem seu oratorium portatile cum imaginibus cæteroque sacro ejus apparatu. Sacra isthæc secum ferre debet primicerius vestiarii.

A τὰς τέντας καὶ τὴν μίαν κόρτην παραλαμβάνει ὁ κατὰ τὸν τόπον πρωτονοτάριος, καὶ ὅπου προστάξει ὁ βασιλεὺς, ἀποτίθησιν αὐτά. Λουτρὸν Τούρκινον (87), ἤγουν Σκυθικὸν τζεργὰ, μετὰ κινστέρνης δερματίνης ἀπὸ ἀδημίου (88)· κουκούμια τριμετραῖα ιϐ' πυρομάχια (89) λόγῳ τοῦ λουτροῦ ιϐ'· βίσαλα εἰς τὸ καμίνιον, χραββάτια συστελτά· ἐκκλησίαν βασιλικὴν μετὰ ἱερῶν (90). Ἰστέον δὲ, ὅτι τὰ ἱερὰ ὀφείλει βαστάζειν ὁ πριμικήριος τοῦ βεστιαρίου.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

(87) Videor mihi ex hoc Nostri loco et alio Abumasaris colligere, balneum sic dictum Turcicum esse, quod Scythæ, id est Tatari suo sermone τζέργα appellant, esse parvum tentorium coriaceum Abumasaris locus (apud Du Cange v. Τζέργη) hic est: Τῶν ἐνοικούντων εἰς τὰς τζέργας καὶ χαρκάδας τῶν τε Ταρτάρων καὶ Τούρκων. Vox *Chorcat*, vel *Chorcah* unde nostrum *Horde*, pagi mobiles et nomadici Tatarorum, tentoria lanea, filtrina aut pellita, mihi sæpius apud Abulpharagium et alios lecta. Verum τζέργα nusquam alias legi. Videtur mihi tale tzerga describere liber Germanicus, *Das veränderte Russland* dictus, p. 158 his verbis: « *Sie* [die Kosaken oder Tatarn] *haben eine Art Hütten von Leder, die einem Reiffenrokke ähnlich sehen, und Kubiten genant werden. Diese stellten sie mit Stangen auff, machten Feuer und Essen darinnen, und stopfften, nachdem das Feuer ausgebrandt, oben das Loch zu, und wärmten sich auf solche Weise des Nachts.* » Agnoscis mores et posteros Scytharum, de quorum balneo sicco seu vaporis Herodotus IV, 75 scite narrat, negans eos balneo humido uti; ὑποδύνουσι, ait, ὑπὸ τοὺς πίλους, subrepunt sub tenteria sua filtrina, et injecto in candentes igni lapides semine cannabis, ἀγάμενοι τῇ πυρίῃ πυριῶνται, grato balneo vaporoso se balneant aut foco sese calefaciunt, τοῦτό σφιν ἀντὶ λουτροῦ ἐστιν. Nullus dubito, nostrum τζέργα prorsus idem esse; tentorium nempe coriaceum, figuræ conicæ, campanæ instar, habens in summo fenestram, quæ fumum ardentis foci transmittat, lignoque in carbones mutato occlusa intra tentorii ambitum calorem contineat. E loco certe Abumasaris allegato videtur colligi posse, τζέργα tentorium aut mapale esse. Quia tamen addit noster, μετὰ κινστέρνης δερματίνης, credendum tale mapale non sicco tantummodo, sed etiam humido balneo inserviisse. Nam cisterna illa scortea erat idem, quod solium in thermis, aqua calida plenum, in quo lavantes consi- D debant

(88) Quandoquidem certo sciebam adimium idem esse, quod nobis hodie cordobanum appellatur, et præterea mihi persuaseram, veteribus celebratas pelles rubras Armenicas aut Parthicas easdem cum cordubanis esse, dedi quod in Latinis jacet. Notat vox Arabica in genere pellem omnem, in specie tamen rubram, אדם Hebræis quoque *rubere* notat. Apparet ex loco Meidanii, ubi narrans historiam Nezari opes suas inter filios distribuentis, sic eum loquentem inducit; *Hæc alcova, seu tentorium, rubrum sit Modari*, cui addit grammaticus explicationis gratia *Erat autem illud de Adim*, id est corio rubro. Laudabant Romani pelles *Persicas* et *Parthicas* et *Armenicas*, ævo medio *hermelinas*, quas cave cum hermelinis nostris ad exemplum Du B Cangii ad Joinvill. p. 131 confundas, toto cœlo diversas; item *cordobiscas*, unde nostrum *Cordowan*; nos hodie celebramus *Türkisch Leder, Saffian, Cordowan, Marroquin*, aut si quibus aliis nominibus appellatur. Non differunt hæ pelles aut coria ratione præparationis, sed tantum officinarum. Olim inter res pretiosas erant pelles rubræ, vid. Murat. II Scr. Rer. Ital. p. 143 et Luitprand. Hist. VI, 3. Inter dona, quæ Alaricus ab obsessa Roma flagitabat, erant ter mille δέρματα κοκκοβαφῆ, Zosim. p. 356; et in iis, quæ Theodosii legati reginæ cuidam Illyricæ dabant, erant φιάλαι τρεῖς ἀργυραῖ καὶ ἐρυθρὰ δέρματα, καὶ τὸ ἐξ Ἰνδίας πέπερι καὶ ὁ τῶν φοινίκων καρπός, ut ait Priscus rhetor in Excerpt. Legat. Hœsch. p. 42, V. Vales. ad Amm. Marcell. p. 416. et Salmas. ad Scr. H. Aug. t. II, b. 408. *Hermelinas* aut *ermesinas* has pelles medio ævo appellabant pro *Armeninas*. Nam æque in Armenia, quam Parthia et in vicinis regionibus parabantur. C Processus de translatione S. Antonini (apud Du Cange v, *Filaticum*): *dictum sanctum corpus caligis ex filatico, ut dicitur, albo* [*weissen Zwirnstrümpfen*] *et sandalibus ex ermesino rubro — more archiepiscoporum calceatum exstitit.* Quod hic dicitur *ermesinum rubrum*, est idem, quod corium Parthicum rubrum, et multum diversum ab illo pretioso pellitio, quod e Siberia affertur et vulgo hermelinum appellatur, quod etiam medio ævo non ignorabant, ut ex Du Cange v. *Hermelinum* constat. At quis unquam hermelinum murem rubrum vidit aut eo calceari hominem audivit? De cordobano *vid.* Du Cange v. *Cordebisus*.

(89) Ex conjectura interpretatus fui, neque adhuc dum melius succurrit. Interim considerandum permittam docto lectori, sitne μάγιον terminatio, qualis est e. c. in Latinis *mentum*, ut *instrumentum*, *tormentum*, etc. Sic certe reperio σαχχομάχιον, quod aliud nihil quam σάκκον significare videtur. Sic πυρομάχιον esset igniarium, vas igni tenendo, gerendo, transferendo.

(90) Ecclesiam castrensem *capellam* Latini medii ævi appellabant. Talem ecclesiam describit Eckehardus Junior de Casibus S. Galli c. 1, his verbis: *Capellam, qua itinerans utebatur cum reliquiis* [nempe sanctorum] *et libris et omnibus utensilibus sacris.* Collocata erat talis ecclesia in peculiari tentorio, ut patet e loco Gauterii Cancellarii in Gestis Dei per Francos p. 454: *Sed hæc manibus impiorum jam asportata non inveniunt, exceptis principis et capellæ tentoriis, in quibus nefandissimi certatim auri et argenti ornamentorumque principalium cupidine ense contendebant.* Utriusque loci indicium Du Cangio in Glossario Latino, v. *Capella*, debeo. Memorabilis est Durandi, Mimatensis episcopi, locus

Διὰ τοῦ οἰκειακοῦ βασιλικοῦ βεστιαρίου καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ κοιτῶνος (91) διδομένων εἰς φόρτωσιν τοῦ αὐτοῦ βασιλικοῦ βαστιαρίου σαγμάρια λ'.

Ἡ βασιλικὴ πᾶσα ἀμφίασις καὶ ἡ λοιπὴ ἐξόπλισις ἐν σκευρίοις ἐνδεδυμένοις δι' ἀληθινῶν τομαρίων καὶ σιδήρων γανωτῶν μετὰ καὶ χαρταλαμίων (92)

A *Pro privato regio vestiario, editisque e cætone ad illud instruendum oneribus bajulandis, destinata sunt sagmaria triginta.*

Regia omnis vestiaria supellex et reliquus eo pertinens apparatus portatur in vasis, quæ induta sunt coriis purpurei coloris fermentisque politis et

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

in Rationali Div. l. II, c. 10, n. 8 : *In plerisque locis sacerdotes capellani vocantur. Nam antiquitus reges Franciæ ad bella procedentes capam B. Martini secum portabant, quæ sub quodam tentorio servabatur, quod ab ipsa capa dictum est capella, et clerici, in quorum custodia ipsa capella erat, inde capellani dicebantur. — Sunt etiam qui dicunt, quod antiquitus in ipsis expeditionibus in tentorio fiebant domunculæ de pellibus caprarum supertectæ, in quibus missæ celebrabantur; et inde capellæ nomen tractum est.* Sunt ergo τὰ ἱερά sacra supellex, aræ portatiles, ἀντιμίνσια dictæ, vasa cætera missæ celebrandæ et præcipue icunculæ sanctorum, quales adhuc Russi in prælia et itinera secum efferunt. *[Imago B. Virginis et reliquiæ SS. in prælia apportantur a Græcis. Du Cange ad Villehard. p. 313.]* De ecclesia castrensi, eaque omnium prima, egregius locus est apud Socratem Hist. Eccles. I, 18. (vid. Habert. Pontific. p. 639) : Τοσοῦτος δ' ἦν ὁ τοῦ βασιλέως [Constantini M.] πρὸς τὸν Χριστιανισμὸν πόθος, ὡς καὶ Περσικοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι πολέμου, κατασκευάσας σκηνὴν ἐκ ποικίλης ὀθόνης ἐκκλησίας τύπον ἀποτελοῦσαν, ὥσπερ Μωϋσῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐπεποιήκει ταύτην φέρεσθαι, ἵνα ἔχοι κατὰ τοὺς ἐρημοτάτους τόπους [in meditullio hostium, ubi nulli amici, nulli Christiani, nullæ ecclesiæ] εὐκτήριον εὐτρεπισμένον. Quod Socrates εὐκτήριον appellat et e sindone diversicolore factum ait, id Balsamo οἰκισκάριον e tela bombycina factum Respons. XIII: Οὕτω καὶ οἱ μετὰ τῶν αὐτοκρατόρων ἑπόμενοι κληρικοὶ εἰς πεδιάδας ἐρήμους ἱερουργεῖν δεδικαίωνται κατὰ μόνον τὸ εἰς ἐκκλησίαν βασιλικὴν ἀφορισθὲν οἰκισκάριον. Ecclesia castrensis erat in prætorio seu Augusti tentorio, tantummodo velo interposito a profanis separata, ut constat e loco Cinnami p. 30, ubi narrat, patruum Manuelis Comneni, Isaacium, spe, fore ut imperator in prælio periret, et cupidine rapiendi imperii ingressum fuisse in oratorium velis tumultuarie conciunatum, ἐπειδὴ τὸ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα ἐπύθετο καὶ ὡς ἐν ἐσχάτοις εἴη κινδύνοις, εἰς τὴν βασίλειον αὐλὴν εἰσελθών, εἶσω δὲ τοῦ διὰ πέπλων σχεδιαζομένου εὐκτηρίου γεγονὼς ἐκαραδόκει τὸ μέλλον. Ad ecclesiæ castrensis supellectilem pertinebat omophorum B. Virginis, quod secum efferebant in prælium, ut e Romani Lecapeni historia constat, v. Du Cange ad Alexiad. p. 329. Num aliorum quoque sanctorum reliquias et vestes in castra extulerint et suffixas conto gesserint, mihi non constat. De omophorio B. Virginis forte intelligendus est Mauritius l. VII Strategic., ubi ait pone candophorum stare eum, qui capam gestet : ὄπισθεν δὲ αὐτοῦ ὁ τὴν κάπαν βαστάζων καὶ μετ' αὐτὸν ὁ τὴν τούβαν. Morem hunc reliquias sanctorum in prælia efferendi a Græcis Muhammedani, ut nugas et superstitiones multas alias, acceperunt. Hi enim Muhammedis quoque bordam seu amiculum non tantum in regni Bagdadici insignibus habebant, sed etiam per acies in gravissimis prœliis circumgestabant. Vid. paulo post col. 878. Huc pertinet etiam imago B. V.; ἡ τῆς Θεομήτορος εἰκών, ἣν οἱ βασιλεῖς Ῥωμαίων ποιοῦνται συστράτηγον, τοῖς ἐναντίοις ἐάλωκεν, ait Nicetas Chon. p. 300, quod traductum ex veteri more signum Victoriæ et Fortunæ in castris et prætorio habendi. Nam, ut gentiles Romani hæc signa numinum suorum pro pignore felicitatis imperii habebant et absque iis actum de se credebant : sic novi Græci Mariam patronam et tutricem rerum suarum habebant et cum ejus imagine se credebant prospere acturos. Præter alias imagines habere quoque in capella sua castrensi solebant impp. imagines suas, quod colligo e loco Nicetæ Choniatæ, ubi narrat Salum aliquem, hoc est monachum eremitam stultum eumdemque pro sancto et prophela habitum, spiritu vatidico Isaaci Angeli, qui deinceps excæcandus erat, imagini, ἥτις κατὰ τὸ εἰς εὐχὴν αὐτῷ ἐποτεταγμένον οἰκίδιον χρώμρσιν ἐστήλω το, oculos eruisse. p. 236.

B

(91) Quia in illo palatio seu magni palatii parte illa, quæ cœton ex eo appellabatur, quia imperator ibi dormiebat, vestiarium erat et in vestiario summi quæque pretii res, nummi parati, gemmæ, vasa aurea et argentea, vestis serica, etc., asservabantur, hinc est, ut et vestiarium et cœton promiscue de thesauro regio usurpentur. V. Du Cange v. *Vestiarius*. Henricus Knyghton ad an. 1381 : *Juravit quod credidit, quod non esset aliquis rex Christianus habens meliorem garderopiam. Nam, ut dixit, tanta erat copia vasorum et jocalium de argento.* Hinc est quod, cum Nicetas Choniates in codice quodam ms., teste Montfauconio in Palæographia Græca p. 327, appelletur τῶν κρίσεων ἔφορος καὶ προκαθήμενος τοῦ κοιτῶνος, id vertitur *præfectus fisci imperialis*. Hinc etiam est, quod Cassiodorus *cubiculum* pro *gaza* posuit Variar. I. ep. 2 : *cum blatta, quam nostro cubiculo dare singulis annis consuevisti, venire festina.* Quod et alii auctores Latini fecerunt. V. Du Cange v. *Cubiculum, idem quod camara, ærarium, thesaurus*, item ad Alexiad. p. 286, et v. Κοιτών. Recte igitur, ad ævi sui quidem mores, Xiphilinus p. 984 ed. Hamburg. vs. 48, τοὺς ἐν τῷ βασιλικῷ κοιτῶνι θησαυρούς dixit, quamvis forte Dio non sic scripserit. Non enim semper ita Dionis sermone utitur Xiphilinus, quin de suo inferciat. Quare mallem in præstantissima illa editione vocabulum κοιτῶνι ejectum non fuisse. Insignis huc faciens Alexiadis locus prætereundus non est p. 56 : Βυζαντίῳ τινὶ καθ' ὁδὸν ἐντυχὼν χρυσοῦ βαλαντιον ἱκανὸν ἐπιφερομένῳ καὶ πρὸς τὴν μεγαλόπολιν ἀπιόντι... ἐπειδὴ παρ' αὐτοῦ ἐμάνθανεν, ὅτι τε πολὺν χρυσὸν ἐπιφέρεται ἀπὸ τινων εἰσπράξεων, καὶ ὅτι πρὸς τὸν κοιτῶνα τοῦτον διακομίζει, βιάζεται τοῦτον συγκαταλῦσαι αὐτῷ, et inferius eadem pagina : δεδιὼς μὴ καὶ ἔμφρουρος γένηται διὰ τὸ κεναῖς χερσὶ τοῖς ἀμφὶ τὸν βασιλικὸν κοιτῶνα ὀφθῆναι.

C

D

(92) Diu me torsit hoc vocabulum, et nihilominus tam fatale mihi fuit, ut in eo Latine reddendo turpiter me darem. Vix audeo tam crassum errorem excusare, natum ex eo, quod noram χάρτης novis Græcis plerumque membranam significare et μ cum β sæpe permutari. Ex eo efficiebam, χαρταλάμιον dictum esse pro χαρταλάοιον, *ansa chartacea* seu pergamena. Credebam quoque pumice sic poliri posse membranas, ut γανωταί commode dici possent. Sed procul dubio aliena hæc sunt. Χαρταλάμια sunt tenues laminæ vel bracteæ, hic loci ferreæ. Est ergo vox hæc una de illis, quæ novis Græcis usitato more compositæ e duabus idem significantibus constant, quarum exempla deinceps dabo. *Charta* enim et *lamina* idem omnino significant. « Χάρται et πλάκες idem sunt, » ait Salmasius t. II Hist. Aug. p. 548. « Hinc *chartæ aureæ, chartæ plumbeæ* pro laminis aureis vel plumbeis. » Vid. la

chartalamiis [seu manubriis e charta pergamena] pariter politis, quo possint in sagmaria jumenta attolli. Pertinent eodem psychristaria vel cellulæ frigidariæ argenteæ octo in coriaceis suis involucris, quibus œnanthe [genus aliquod odoratu suavis et fortis unguenti], nec non rhodostagma [seu aqua rosarum stillatitia] et aqua asservantur : quorum unum parvum vasculum albam œnantham, duo magna rhodostagma et quinque magna aquam continent. Item beduria argentea pro aqua condenda duo. Ascodablæ seu utres varii, magni parvique ; alia psychristaria seu frigidaria, ad formam amphorarum facta, ænea stannata magna quatuor pro aqua condenda : beduria ænea stannata duo.Sacra vasa ecclesiæ illius, quam mensurator secum fert; A ὁμοίως γανωτῶν (93) διὰ τὸ εἰς τὰ σαγμάρια βαστάζεσθαι. Ψυχριστάρια ἀργυρᾶ μετὰ ἐνδυμάτων εἰς οἰνάνθην (94) καὶ εἰς ῥοδόσταγμα καὶ εἰς νερὸν η'· ἐξ αὐτῶν εἰς οἰνάνθην ἄσπρον μικρὸν α', εἰς ῥοδόσταγμα μεγάλα δύο, εἰς νερὸν μεγάλα δ'. Βεδούρια (95) ἀργυρᾶ εἰς νερὸν β'. Ἀσκοδάβλαι (96) διάφοροι μικραὶ καὶ μεγάλαι. Ἕτερα ψυχριστάρια δίκην μαγαρικῶν (97) χαλκᾶ γανωτὰ εἰς νερὸν μεγάλα δ'. Βεδούρια χαλκᾶ γανωτὰ β'. Ἱερὰ τῆς ἐκκλησίας (98). Ἦν ἐπιφέρεται ὁ μινσουράτωρ. Βιβλία (99)· ἡ ἀκολουθία τῆς Ἐκκλησίας, βιβλία στρατηγικά, βιβλία μηχανικά, ἐλεπόλεις ἔχοντα, καὶ βελοποικὰ καὶ ἕτερα ἁρμόδια τῇ ὑποθέσει, ἤγουν πρὸς πολέμους καὶ καστρομαχίας· βιβλία ἱστορικά, ἐξαιρέτως δὲ τὸν Πολύαινον (1) καὶ τὸν Συριανόν (2)· βιβλίον τὸν ὀνειροκρί-

JOAN. JAC, REISKII COMMENTARIUS.

Diplomatique des RR. PP. Bénédictins p. 473, et Du Cange in fine articuli *Charta*. Anastasius in Gregorio M,: *In Basilica S. Dei Genetricis, quæ ad martyres dicitur, tectum vetusta incuria demolitum purgari fecit ad purum* [id est vetus omne tectorium ad ipsos usque lapides deruncinari] *et cum calce abundantissima seu* [id est *et*] *cartis plumbeis a novo restauravit*. Hinc ὑποχάρτωσις est opus tectorium, crusta calcis. Vox λάμια, altera compositionis pars, venit a *lama*, quam idem esse atque *lamina*, infra demonstrabo ad p. 416, ubi de illa ejusque productis latius agetur. Liquet ergo, χαρταλάμιον compositum esse e duabus vocibus idem significantibus. Non desunt exempla in scriptis recentiorum Græcorum pariter atque Latinorum, quæ demonstrent, eos consuevisse duas voces idem significantes, sive ambas Latinas Græcasve, sive ex ambabus linguis commistas componere. Talia sunt vocabula ποντογέφυρα, πυργυκάστελλον, *arcivolta*, ab *arcus* et *volta* (*la voûte*), *arvuscampus*, *arvusager*, *caballialpharaces* : nam *alpharas* Arabice est *caballus* σαυράλιον, *tibia :* nam *safr*, Arabice est *tibia*.

(93) Dicuntur γανωτά, quæ aut tritu, aut ictibus mallei lævigata, polita fuerint facta. Item *stannata*. Posterius hic loci et ubi χαρταλάμια γανωτά occurrunt, obtinet.

(94) Œnanthe Græcis duplex est. Appellant sic tam vinum odoratum, florem vini, vinum optimum et lectissimum, de qua significatione v. Du Cange Gl. Gr. h. v et v. *Claretum, Pigmentum* et *Species*, quam genus unguenti fortis, fragrantis,quo veteres seque vestesque suas perfundere solebant, de quo egit Salmas. ad Script. Hist. Aug. t. I, p. 851.

(95) Non latebat mihi locum hunc vertendi significatus hujus vocabuli et Arabicæ originis id esse. Significat nempe utriculum, quales sunt, quibus viatores nostri folia concisa herbæ Nicotianæ secum gerunt, lato orbiculari fundo. *Badrah* Arabice est *culeus*. In Rihan ad Albabi legi *deposuit apud eam ante abitum suum utres plenos margaritis*. Hinc *badrah* quoque pro summa decies mille drachmarum dicunt Arabes, quomodo fere Turcæ per *bursas* numerant et Belgæ interdum per *Sakje Sestehalven*. Proprie tamen *badrah* est culeus, qualis scilicet tot drachmas capit. Sunt ergo βεδούρια ἀργυρᾶ *utricili argentei*. Sed insolentia dictionis *utriculi argentei*, cum nonnisi coriacei possint esse utriculi, scrupulum injiciebat animo, ut conjecturæ diffidens vocabulum quale inveneram nudum reponerem. Puto tamen dubium hoc superiori interpretationi nihil officere. Sic enim commodo, neque absque exemplo, dici potuerunt vasa argentea *ad culeorum instar facta*. Neque infrequentes sunt apud optimos auctores ejusmodi dictiones. In Anthologia inedita est ὅλπη χαλκῆ· atqui ὅλπη proprie ampulla fictilis B est. Θηρίκλεια χρυσᾶ habet Nicetas p. 63, *scyphos aureos similes fictilibus Thericleis*, de Thericle auctore sic dictis. Idem p. 144, dixit κεράμιον μολίβδινον, *testam plumbeam*, hoc est *urceum*, ut sunt testacei, sed plumbeum. Alia exempla habet Casaubon. ad Athen. p. 274, apud quem auctorem p. 199, habes θηρικλείους χρυτοῦς et p. 200, *κεράμια* χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ. Idem p. 207, κεραμίδας μολιβδίνας dixit, *tegulas plumbeas*.

(96) Sunt utres in formam tympanorum aut cymbalorum vel sphærarum dimidiarum cum lato fundo orbiculari. Nam δαβλὶν, ταβλὶν, ταυλὶν, *tympanum* significant. V. Du Cange h. v.

(97) Vasa fictilia Græci μαγαρικά appellant, Latini Majorica, v. ad p. 388.

(98) Pertinent ad hanc sacram supellectilem antimensia seu aræ portatiles cum imaginibus sanctorum, et ritualia, disci et calices, cerei et cerostatæ. Ita narrat Nicetas Joannem Comnenum C in eo novum (sed novum non erat tot aliis imperatoribus antea usurpatum) et insigne exemplum suæ pietatis, quod ὁπότε τῶν Ῥωμαίων αἱ φάλαγγες ἔκαμνον, τὴν τῆς Θεομήτορος εἰκόνα παρεστῶσαν ἔχων, μετ' οἰμωγῆς ἐμβλέπων, ἐλεεινοῖς τοῖς σχήμασι θερμότερα τῶν ἐναγωνίων ἱδρώτων κατέλειβε δάκρυα. Non optima laus nostri judicio ævi. Heroes quidem hodierni eum, qui dicitur ad imaginem pictam calidiores lacrymas sudore bellico fudisse, procul dubio pro pavido habent.

(99) Si quis de proprie sic dictis Bibliis seu sacro codice velit intelligere, non intercedam. Sed vix solebant laici Græci biblia integra legere, contenti ritualibus suis, in quibus pericopæ evangelicæ habebantur. Ἡ ἀκολουθία rituale hic loci notat, quo series divini officii descripta est. V. Du Cange Gloss. Gr. h. v.

(1) Admodum tritum et charum novis Græcis Polyænum fuisse, satis ex ipso ejus superstite opere constat. Tot enim modis ipsum mutilarunt et de- D turparunt, tot nugis contaminarunt hi ineptiarum omnium sedes et artifices, ut mirer, qui tam invidendas laudes viri docti huic auctori tribuant,quem si potuerunt Antoninorum tempora talem ferre, possunt quoque vites spinas dare.Syrianus si similis sodalis fuit, ego quidem ejus jacturam facile feram.

(2) Quis fuerit et quando vixerit ille Syrianus, non novi. Non videtur enim idem cum philosopho Syriano. Procli magistro, fuisse, de quo Fabricius, vol. VIII Bibl. Græcæ egit. Reperio Syriani mechanici aut poliorcetici aut disciplinæ militaris magistri nomen in iis, a quibus profecisse et desumpsisse Tactica sua Leo in codice Vindobonensi testatur. Vid. Fabric. Bibl. Gr. t. VI, p. 371.

την (3)· βιβλίον συναντηματικόν (4)· βιβλίον τὸ περιέχον περὶ εὐδείας (5) καὶ χειμῶνος καὶ ζάλης, ὑετοῦ τε καὶ ἀστραπῶν καὶ βροντῶν καὶ ἀνέμων ἐπιφορᾶς· πρὸς τούτοις βροντολόγιον καὶ σεισμολόγιον (6), καὶ ἕτερα, ὅσα παρατηροῦνται οἱ πλευστικοὶ (7)· ἑστέον δὲ, ὅτι τοιοῦτον βιβλίον ἐφιλοπονήθη καὶ ἐκ πολλῶν βιβλίων ἠρανίσθη παρ' ἐμοῦ (8) Κωνσταντίνου ἐν Χριστῷ βασιλεῖ αἰωνίῳ βασιλέως Ῥωμαίων. Ἐπεύχια φουνδάτα εἰς τὰ χαμόκουμβα, ἵνα ἀναπαύωνται οἱ φίλοι, ἅπερ καὶ προείρηνται εἰς τὴν ἔκθεσιν τοῦ μινσουράτωρος, ὅτι δίδονται ἀπὸ τοῦ βασιλικοῦ βεστιαρίου· θηριάκην, ἠνίτζιν (9), ἕτερα ἀντιφάρμακα

A item codices hi : rituale ecclesiasticum ; libri artem regendi exercitus bellique gerendi docentes ; item libri mechanici, quibus arte et instrumenta capiendarum urbium et telorum confectio atque ejaculandi modus describuntur, aliaque proposito præsenti, id est expeditioni militari, congrua et utilia, ut de bellis agentes et de ratione castra oppugnandi ; historici quoque, præcipue Polyænus et Syrianus. Liber [Artemidori] Oneirocrites dictus, seu de somniorum interpretatione ; alius synantematicus seu de ominibus quæ capiuntur e rebus vivis mutisve foras prodeunti aut aliquid instituenti primum

JOAN· JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(3) Procul dubio Artemidorum intelligit, qui solus, bona fortuna, nobis superest ex oneirocriticorum veterum numero. Ut toti nugis et vaporibus differti erant medii ævi homines, crassis barbariei B tenebris sepulti pro fatali quadam istorum sæculorum inclementia, sic etiam relictis utilioribus studiis, in varias artes, interpretationes somniorum, constellationum judicationes et similes quisquilias toto pectore incumbebant.

(4) Sic scriptum more istius sæculi pro συναντηματικόν, librum in quo interpretatio τῶν συναντώντων, rerum occurrentium, quid earum quæque boni malive portendat, continetur. Amabant veteres ex rebus occurrentibus omen captare. Conf. Spartian. in Severo t. I Scr. H. Aug. p. 637, et Artemidor. IV, 7. Referri huc quoque possunt dicta in libris scriptis primum in oculos incurrentia, e quibus veteres omina captabant. Plebecula nostra et mulierculæ præcipue mane surgentes aut aliquod opus suscipientes evolvunt sacra biblia, et e lætis tristibusve, minis aut promissionibus de futuris conjiciunt. Idem olim Græci faciebant cum sacro codice, C ut e Theophane p. 258. Cedren. p. 412, patet. Muhammedani suo Alcorano eumdem in finem utuntur, et vidi multos Alcorani codices, quibus in fine additum erat phal nameh seu interpres omnium ex Alcorano emergentium. De sortibus Virgilianis egit Casaubonus ad Script. Hist. Aug. t. I, p. 19, ad locum Spartiani, quem bona cum lectoris venia in transitu simul emendabo et illustrabo brevibus. Puto nempe sic legendum eum esse: *fuit* (Adrianus) *in amore Trajani, nec tamen ei* (Adriano) *per* (id est) *ob, propter*) *pædagogos puerorum, quos Trajanus impensius diligebat, Celso faventes detulit* Rescripsi *Celso* pro *Gallo* ob ea quæ p. 39 leguntur. *Detulit* autem positum pro *multum detulit*, nempe Trajanus, ἐχαρίζετο· *deferre* tunc dicebant et sequiori ætate pro *multum* aut *aliquid alicui deferre*. Sic passim occurrit in Script. Hist. Aug. Cano v. concilii Lateranensis apud Neubrigensem l. III, c. 3. *Tantam in Christianos immanitatem exercent, ut nec monasterii deferant, nec viduis ac pupillis, non pueris ac senibus, non cuilibet parcant ætati.*

(5) Imperatorem astronomiæ aliqualiter peritum et diei noctisque atque tempestatem esse oportere, luculenter demonstrat Polybius pag. 554 ed. Wechel.

(6) Vid. Du Cange Gl. Gr. v. Βροντολόγιον et Καλανδολόγιον, ubi Calendologion Græcobarbarum exhibuit, quo designatur, quid tempestatis, fortunæ calamitatum ve unusquisque dies importet. Navigantibus usum præstare libros hujus generis et necessarios esse facile largimur. Verum excessum in his ad insanum studium et superstitionem fuit, præsertim in Oriente, cujus reges præcipuos ministros et amicos habuerunt semper et adhuc habent *Almonaggem*, astrologum, ut ex historiis et itinerariis, ut Bernieri et aliorum, constat. Neque minus faviisse vanæ huic arti Græcos imperatores, ipsorum historia et Nicetas Choniates p. 342 testatur, cujus hæc sunt verba : Οἱ ἐκ ἡμᾶς αὐτοκράτορες καὶ μέχρι βηματίσαι τὴν τῶν ἄστρων θέσιν περιεργάζονται, *imperatores ab omni ætate ad ipsa nostra tempora fuerunt seduli indagandarum positionum astrorum seu astrologiæ judiciariæ studiosi, adeo ut quidam etiam* βήματα *descripserint*, seu tabulas, in quibus astra in suos gradus et constellationes disposita, triangulis, circulis aliisque figuris distincta sunt e quorum combinatione et calculatione de futuris judicium elicitur. Consulatur Salmasius de annis climacterciis. Hic est loci sensus vulgo male intellecti. Verbum βηματίσαι idem est atque θεματίσαι, de qua voce vid. Du Cange Gloss. Gr. Rideas legens aliquem inter bona sua et libros alios, quos monasterio cuidam legat (apud Montfaucon, in Palæogr. Gr. p. 414) etiam numerare ἄλλο βιβλίον παλαιὸν κατὰ ἀστρονόμους ἔχον γενέθλια καὶ ὡρολόγιον καὶ τὰ τριάκοντα, ubi *horologium* est liber, in quo significatur, quæ horæ bonæ malæve, et quibus opus quod incipiendum necne, vel de tempestatibus anni. Quid ibi sint τὰ τριάκοντα nescio. Forte est astrologus aliquis Arabicus, qui librum suum *capita triginta* inscripsit. Nugacitatem et ignorantiam istorum temporum et inscitiam studiorum utilium atque liberalium non ex illo insano in astrologiam affectu, sed etiam ex eo agnoscas, quod in turba vanorum et inutilium librorum, quos imperatores hic dicuntur in castra secum trahere, tabularum geographicarum et itinerariorum nulla mentio fiat, quas comitatus fuisse veteres impp. testatur Vegetius III, 6. his verbis : *Solertiores duces itineraria provinciarum, in quibus necessitas* [χρεία, res aliqua necessario peragenda] *geritur, non tantum annotata* [litterarum monumentis in libris scriptis consignata], *sed etiam picta habuisse firmantur* [hoc est, certa et vera fama traduntur]; *ut non solum consilio mentis, verum etiam aspectu oculorum viam profecturis eligerent.*

(7) Nantæ, qui sæpius navigant. De terminatione in κός pro nomine subetantivo, ut ναυτικός pro *nauta*, στρατιωτικός pro *milite*, v. Vales. ad Amm. Marcell. p. 161 et 426.

(8) De hoc libro nullibi mentionem factam in- D veni.

(9) Cum locum hunc verterem, nesciebam quid hæc vox sibi vellet aut unde veniret, quamvis suspicarer Arabicam esse. Neque falsus fui conjecturæ. Vix tamen unquam, nisi ipsa experientia et hujus vocabuli exemplo doctus, credidissem Græcos novos, qui penes mequidem ineptiarum et sordium omnium capaces habentur, eo processisse unquam licentiæ in deturpandis et mutilandis peregrinis vocibus, ut exemplum tale ederent, quale hoc est. Pro σικιπηνίτζιν, quod *sagapenum* Arabitus notat, ablata meliori parte, expeditioris elocutionis gratia dixerunt ἠνίτζιν. Vid. Du Cange v. Σικινίβιτζ, ubi varios scribendi hanc vocum modos profert pravos omnes præter unum σικιπίνιτζ, et adjecta terminatione ιν (pro ιον) σικιπινίτζιν, aut similes scriptiones νισκιβινίτζιν et σιγιβινίτζιν. Sagapenum autem utilissimum esse simplex tam in medicina, quam in chirurgia, notum est.

occurrentibus, **270** alius, qui de tempestatibus agit signisque, quibus instans aut serenitas aut tempestas, seu terrestris, seu marina, cognoscitur, de pluvia, fulminibus, tonitru, ventis, terræ motibus, aliisque quæ nautæ solent observare. Talem librum ego, Constantinus, in Christo æterno rege rex Romanorum, magno studio multis e libris compilavi. Debet porro vestiarium regium tapetes quoque ferre fundatos, quibus convivæ regii incubent; de quibus mentionem superiore capite jam fecimus, cum ea percenseremus, quæ ad mensuratoris curam spectant, dicentes, ea ipsi e regio vestiario suppeditari. Fert quoque vestiarium theriacam, enitzin aliaque antipharmaca composita et simplicia pro iis, qui forte venenum hauserint; pandectas

A σκευαστὰ καὶ μονοειδῆ διὰ τοὺς φαρμακευομένους. Πανδέκται μετὰ παντοίων ἐλαίων καὶ βοηθημάτων καὶ παντοίων ἐμπλάστρων καὶ ἀλοιφῶν καὶ ἀλειμμάτων (10) καὶ λοιπῶν ἰατρικῶν εἰδῶν, βοτανῶν καὶ λοιπῶν τῶν εἰς θεραπείαν ἀνθρώπων καὶ κτηνῶν τυγχανόντων. Σιτλολέκανα (11) ἀργυρᾶ καὶ ἐπιχυτάρια μετὰ ἐνδυμάτων λόγῳ τοῦ βασιλέως, καὶ ἕτερα ἀσπρόχαλκα (12) καὶ γανωτὰ λόγῳ ἀρχόντων καὶ εὐγενῶν προσφύγων. Πιλωτὰ διβλάττια παχέα καὶ πτενὰ λόγῳ τοῦ βασιλέως διὰ τὰ χαμόκουμβα· σελλία δύο τῆς προελεύσεως, σελλία τοῦ κουκουμιλίου (13) ὁλόκανα (14) διάχρυσα κόπτα, ἐπιστρώματα ἔχοντα, καὶ ἕτερα ἐπιστρώματα ἄνωθεν συγκαλύπτοντα τὴν κοπὴν (15) τῆς χρείας· καὶ λόγῳ τῶν εὐγενῶν προσφύγων ἕτερα τοιαῦτα ἀργυροκατάκλειστα (16) δύο·

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

(10) Inter emplastra et τὰς ἀλοιφάς et τα ἀλείμματα nullum intercedere discrimen puto, nisi consistentiæ, ut crassissima sint emplastra, mediæ consistentiæ inter durum, scissile et liquidum sint αἱ ἀλοιφαί, *unguenta*, ut *litus* denique sint τὰ ἀλείμματα. Quæ hic *pandectæ* appellantur, nos vulgo *Reiseapotheken* dicimus.

(11) Σιτλολέκανα sunt *pelves*, quales adjuncta solent habere σιτλία, *gutturnia*, *parvas situlas*.

(12) Ignoratione significatus hujus vocabuli, male hic et p. 329 reddidi. Ἀσπρόχαλκα sunt *orichalcina*, *von Messing*. Nostrates quoque interdum *weiss Kupfer*, cuprum album pro *Messing*, orichalco, usurpant. Patet e scholio Græco, quod Du Cange habet in v, Ἄσπρος· σταγών ἐστιν ὁ γελόμενος ὀρείχαλκος, ἤτοι τὸ ἄσπρον χαλκωμα. Dicebant quoque pro eodem λευκόχαλκος; vid. Du Cange h. v. et Hesychius.

(13) Non exputo quid sit *cucumilium*. Recurrit p. 272, ubi probabili conjectura reddi posset tentorium vel locus ubi cucumæ seu ollæ et apparatus omnis culinaris asservatur. Verbum id huc non quadrat.

(14) Quid hoc sit, quasi per nebulam aut transennam mihi videre videor: *selta*, quæ habet *cannam* vel *pomum totum aureum*. Alias de gladio dicitur χρυσόκανος, qui habet cannam seu manubrium aureum; vid. ad p. 411. Quia distinctio erat in codice post κοπτά, retini eam; puto tamen melius abesse.

(15) *Striaturam*. Esset ergo ad verbum *stragulæ tegentes striaturam usus*, id est stragulæ superiores, quæ tegunt inferiores alias striatas aut striis sectas usui deputatas. Hinc perspicietur ratio meæ Latinæ interpretationis, quæ procul dubio multis obscura et improbabilis videbitur. Apparet ex hoc loco, morem, qui olim in aula sulthanorum Ægypti Mamlucorum obtinuit et adhuc hodie in aula Ottomannica obtinet, e Byzantina manasse; ille nempe, quo sella vel ephippium, quo vehitur imperator, gemina stragula tectum est, quorum uni inferiori immediate insidet imperator, altera vero insternitur priori, si dominus abest; posterior portatur a stratore, dum dominus equitat; illo autem descendente, strator insternit equo stragulam, quam gestat, exteriorem, et licentiam eo ipso habet in equum inscendendi. Prægestatio tegminis est apud principes muhammedanos inter symbola summæ potestatis. Qua de re latius egi ad Abulfedam, qui prælatæ coram se suisque gentilibus stragulæ ex indulto sulthanorum Ægyptiorum aliquoties meminit. Interea tantum ascribam verba Leonis Africani ex ejus Africa l. III, c. 33, p. III. 250: *Utrinque stipatores incedunt*, ait, *quorum alius stapedes, alius jaculum regis, alius ephippii stragulum, alius equi fert capistrum: ubi regem ex equo descendisse vident, mox*

B *ephippium stragulo contegunt*, etc. Significationem, quam voci κοπή tribui, *striatura*, non parum astruit vox συγκοπή, quam Combefis script. post Theophan. 89, reddit *opus tesselatum*. Est idem atque ἐγκοπή. Nam σύν et ἐν novi Græci promiscue usurpant. Ἔγκοπτον habet historia ms. Belisarii apud Du Cange Gl. Gr. p. 1184:

Τὸν δὲ θρόνον τοῦ ἄνακτος καὶ τίς νὰ τὸ ἄφ-
[ηγεῖται;
Ἔγκοπτος ὅλος πλουμιστὸς καὶ παραχρυσώμε-
[νος.

Thronum regis quis describat?
Cum totus variegatus (vel *striatus*), *sit, frisio et auro*
[*pictus.*

Inde genus aliquod pl. centarum, quas nos *Wafeln* et *Gitterkuchen*, quasi clathratas, cancellatas dicimus, Franci *de gaufres* a Germanico *Wafeln*, Græci κοπτάς dicebant, κοπτὰς σησαμίδας habet Artemidorus I, 74. De vestibus κοπταῖς et ἐντετμημέναις ago ad p. 336. Sic etiam Latini medii ævi *sectionem* in veste pro radiatura, cancellatura arearum et colorum dicebant. *Inusitata pannorum sectione suorum monachi ab aliis discrepare appetunt.* Verba sunt Orderici Vitalis apud Du Cange v, *Birrus*. Hunc enim sensum ea, si non flagitant, quod affirmare nolim, qui locum totum in connexione non legi, ferunt tamen. Laudato Du Cangii loco, quod in transitu aspergere liceat, *fratrum birratorum* fit mentio. Videantur a birro vel penula pellita sic dicti. Quid, si vero nomen ex eo arcessendum sit, quod vestes *barratas*, id est virgatas, gestarent? Submitto hanc conjecturam æquo lectori.

(16) Est idem atque ἀργυροπερίκλειστα vel ἀργύρῳ περίκλειτσα. Nam ut περί in compositione *circum* notat, *circumclusus*, sic κατά in compositione notat *prorsus per omnia*, quod Latini dicunt *conclusus*, Ita κατάσιγλον γράμμα, *libellus totus plenus sigillis* seu scripturæ compendiis; V. Du Cange Gl. Gr. p. 1365; καταζώγραφος, *totus plenus picturis* et velut obrutus; vid. ibid. v. Σκιάστριαι. Athen. p. 265, τῆσον τραχεῖαν καὶ κατάδενδρον appellat, *totam plenam arboribus*. Apud eumdem p. 422, poeta quidam Euripidem κατάχρυσον *totum aureum*, auro scatentem, id est scitis sententiis respersum, appellat. Arrian. dissert. Epictet. p. 214, κατάγλωσσος, *qui omnia implet lingua sua, qui omnes loquacitate obruit et obtundit*. Theocritus XV, 34, καταπτυχες ἱμπερόναμα appellat *vestem totam plenam rugis*. Athenæus p. 471, *testam* appellat κισσῷ καταβρύουσαν, *totam florentem hedera*. Idem p. 495, habet κλάδον κατάκαρπον, *totum plenum fructibus ramum*, et p. 550, hominem κατάσαρκον, *obesum*, offertum carnibus. Sophocles κάθυπνον, *somni plenum*, dixit Trachin. v. 987, ubi ediit. vulgatæ vocem male dividunt. V. not. ad p. 380.

καυκία βασιλικὰ χαλίνζια (17) λόγῳ τῶν φιλων τῶν μετὰ τοῦ βασιλέως κλητωρευομένων· σπαθία βασιλικὰ δύο, ἓν τῆς προελεύσεως, καὶ ἓν τῆς ὁδοῦ. Παραμήριον ἕν. Ἀλειπτὰ, καπνίσματα (18) διάφορα, θυμίαμα, μαστίχην, λίβανον, σάχαρ, κρόκον, μόσχον, ἄμπαρ, ξυλαλοὴν ὑγρὰν καὶ ξηρὰν, κιννάμωμον ἀληθινὸν πρῶτον καὶ δεύτερον, καὶ ξυλοκιννάμωμον, μυρίσματα λοιπά. Σενδὲς (19), λινωμαλωτάρια (20), σάβανα (21), σινδόνια, βραναῖαι (22) κατωτικαὶ, μανδίλια κατωτικά.

A porro seu apothecas universales, refertas omnis generis oleis et remediis et emplastris et illitibus et unguentis aliisque speciebus medicis, ut herbis et aliis, quæ sanandis hominibus bestiisque conducunt; item sitlolecana seu gutturnium cum supposita pelvi, ambo argentea, in coriaceis suis involucris, pro usu imperatoris proprio; alia talia vasa ænea, externe argento, interne stanno obducta in usum ducum militarium et transfugarum nobiliorum. Coactilia porro diblatta densa et ptena [forte culcitras plumis refertas] pro imperatore, in quibus humi recubet; sellas [equinas] duas processionis [seu quibus in processionibus usus est,] item sellas cucumilii holocanas auro pertexta striata

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(17) Quandoquidem καυκίον ancipitis est significationis: nam et pateram, e qua jus sorbile cochleari hauritur, aut in qua dapes coctæ apponuntur, et poculum, e quo vinum bibitur, notat: ex eo fit, ut de significatione et etymologia vocabuli χαλίντζιον non constet. Si *poculum* notare debet, est procul dubio idem, quod καλίτζα. Sic novi Græci *calicem* appellant, transumpta a Latinis voce, ut Latini suam antea e Græco κύλιξ assumpserant; vid. Du Cange Gl. Gr. p. 558. Quod si vero amplam *pateram* notat, est ab Arabica voce *Khalig*. [vid. d'Herbelot. Bibl. Or. p. 987, sub voce.] Notat ea canalem omnem grandem aquæ. Hinc fretum CPtanum seu Bosporus *al khalig* in specie celebrari solet. V. Du Cange v. *Caligo* et *Calyx*, quas ambas valde errat qui Latinas ibi esse putaverit. Et hinc locum Sanuti Torselli p. I, l. I, c. 1. corrigas: *Tempore mensis Octobris flumen illud* [Nilus] *abundat in tantum, quod ipsæ speciariæ et mercimonia a Babylonia per dictum flumen intrant per quamdam caligiatam* [non *talgiatam*, ut vulgo editur] *longam, et per ducenta milliaria, quæ sunt a Babylonia usque in Alexandriam, deferuntur*. Vid. Du Cange v. *Talgiata*. Verum quia Arabes pro extravaganti sua imaginatione et eloquentia vastas patinas suas, hospitalitatis suæ potissimam gloriam, cibis coctis jurulentis redundantes, cum ingentibus fluviis, lacubus et fretis comparant: ex eo factum, ut vox *chalig*, quoque *patinam, missorium* notet. Præivit hanc ideam poetis Arabicis, quam haud segnes imitati fuerunt, Labid in Moallacah V, [75, 76, ed. Sac.]: *Applicant se, velut ad hospitium, ad meorum tenioriorum funes omnes misellæ feminæ in corrugatis pannuciis, referentes* [macie et horrifico aspectu] *camelum, quæ ad sepulcrum heri alligata fame sinitur, exspirare. Earum orphani cingunt, ut corona tum cum venti adversi inter se, velut præficæ, plangendi vices obeunt, lacum, ad quem ducentes viæ frequenti commeatione tritæ sunt*. Exempla plura habent commentarii mei ad Abulfedæ Arabica.

(18) Volui in Latinis discrimen harum vocum indicare; sed vereor, ut satis bene mihi hoc loco cesserit. Ἀλειπτὰ deliquescentia super carbonibus credebam, adeoque sicca, friabilia aromata; sed et verbi λείβειν, *deliquescere*, nihil huic vocabulo inest, et τὰ ἀλειπτὰ videntur potius liquida pigmenta aut species aromaticæ fuisse, quæ litu fricture corpori ingererentur. Id cum ex etymologia colligo (venit enim ab ἀλείφω), et ex eo, quod infra p. 382, τὰ ἀλειπτὰ a thymiamate seu thure distinguuntur, et per pyxides numerantur: quod profecto non fieret, si τὰ ἀλειπτὰ siccum durum corpus essent. Nemo, quæso, miretur, me toties vineta mea cædere. Mallem profecto necessitatem hanc mihi non admotam esse. Præstat tamen errores emendare, quam dissimulare, quandoquidem non licuit non peccare. In tanta copia rerum obscurarum in se, in quibus sola conjectura agendum et velut in tenebris palpandum est, multa par erat ei perperam excidere, qui derepente velut in alium orbem delatus per instituti hujus perversitatem debuit trepidus librum vertere nondum satis intellectum, nondum satis familiarem. Sed sic in fatis erat. Erunt igitur τὰ ἀλειπτὰ idem quod μύρα. Nam τὰ καπνίσματα ligna suaveolentia dum accensa fumant esse, nullus dubito. Conjungit Nicetas p. 129. τὰ μύρα et τὰ Ἰνδικὰ ξύλα in illis verbis: Ὁ τῆς πόλεως ἅπας δῆμος εἰς ἱερὸν φροντιστήριον συνδραμόντες λαμπροτάτην ἐκείνῳ συντελοῦσι τὴν πρόοδον, μύροις τὰς ἀγυιὰς τέγγοντες καὶ τοῖς Ἰνδικοῖς ξύλοις καὶ καρυκευτοῖς ἀρώμασι τὸν ἀέρα εὐωδιάζοντες. *Odores Indicos, qui sine carbonibus ad vaporandas zetas incendantur*, appellat Lampridius in Heliogabalo p. 870.

(19) Vocabulum perfrequens in scriptis tam Græcorum recentium, quam Arabum, qui *sondos*, efferunt et quorum Lexicographi (auctore Golio) perhibent esse præstans et subtile panni serici genus; alii pannum Attalicum, auro et argento intextum. Sed de etymologia nondum constat, sitne Arabicæ, an alterius originis. Missis ergo intricatis et dubiis etymologiis, explicemus locum veteris Romanensis Francici, quem citat Du Cange v. *Boqueranus*, in quo nostra quoque vox *sendes* legitur.

Tyres [tyria] *et pailes* [pallia], *bouquerans et cendex*. De voce *bouqueran* vid. omnino Du Cange l. c., neque aliud addo, ntsi hoc, scriptionem *bouquerame*, qua Itali extulerunt, meliorem et origini propiorem esse. Nam est Arabicum *Abukerame*, pannus cum intextis figuris, ζωδιωτός.

(20) Retinui nomen ipsum, quemadmodum Combefis, fecit in loco modo citato Constantini Vit. Basil. p. 196. Sunt autem *lintea villosa* talia propemodum, qualia sunt nostratibus sic dictæ *Fuhrmannsmützen*. Memoratur in Ordine Romano (apud Du Cangium Gl. Lat. *Cubicularius tonsuratus linteum villosum: liceat eis super linteum villosum sedere, quod mos est ponere super sellam equi*. Nisi potius malis λινομαλωτάρια esse involucra lectorum vel stragularum linea, quo sensu videtur Theodorus Studita in Catechesi usta (apud du Cange. v. Τόσος) posuisse his verbis: πάλιν ἄλλος (nempe φησίν). Εἰ μὴ ἔχω τόσα μαλωτάρια (male typographi dederunt βαλωτάρια), *tot et tot cubilis tegmina*, ἢ καὶ προσκεφάλαιον, ἢ καὶ ἄλλαγμα (lodicem linteum, cui incubatur et qui sæpius candido et mundo mutatur) κατάπλυτον (recens lotum), οὐ καταπαύσομαι.

(21) Sunt lintea candentia, nitentia; vid. Du Cange utroque Gloss. h. v. Etiam hæc vox est Arabica. *Sawan*, est theca vestiaria et torcular, quo premuntur lintea, ut niteant. Hinc σαβάνιον, *linteum, quod nitorem a torculari habet. Glissina* nostri majores appellabant a *gliess gleissen*, pro quo hodie dicimus *Glantz* et *Glänzen*. Vid. Du Cange v. *Glizzum*, ubi *camisia glissina* habet, et cl. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 283.

(22) Non dubito βρανδαῖαι legendum esse, id est *taniæ fasciæ*: vid. Du Cange v. *Branium* et Πραν-δίον. Hinc natum nostrum *Franzen*, Gall. *franges*.

instrata habentes ; et his superinducta instrata alia, abscondentia ista et demi tum solita, cum imperator in ea insessum it, et pro nobilioribus transfugis alia talia argentea ora ornata duo. Cauciaseu cavas patinas imperiales, chalintzia dictos, pro convivis ad regias epulas invitatis. Spathas imperiales duas ; unam pro processione seu qua tunc utitur imperator, quando in regio splendore ipsi comparendum est ; et alteram viæ seu qua utitur itineribus , item paramerion unum seu sicam breviorem e femoribus dependentem. Item suffimenta, quæ carbonibus vivis injiciuntur et deliquescunt, alia, quæ accensa grati odoris fumum sinuntur exhalare et in carbonem atque favillam abire ; quæ varia sunt, ut thus, mastyx, clibanum, saccharum, crocus, moschus, ambara, xylaloe sicca et liquida, cinnamomum verum primum et secundum, sylocinnamomum, urguenta reliqua ; [et genera telarum] sendes, linomalotaria seu lintea floccosa, sabana, sindonia, brandeæ viliores et mantilia viliora.

271 *De pannis nondum consutis, crudis formamque vestium gestabilium nondum adeptis, quæ exteris nomine munerum mittuntur.*

A Διὰ τῶν ἀραφίων (23) τῶν εἰς ἐθνικοὺς ἀποστελλομένων λόγῳ ξενίων.

Scaramangia porro secum fert regium vestiarium

Σκαραμάγγια διαφόρων χροιῶν καὶ ἐξεμπλίων (24),

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(23) Quid esse crediderim ἀράφια et τὰ ἐῤῥαμμένα tum temporis, cum locum hunc Latine interpretarer, patet ex interpretatione. Docuit me longior usus et dies, male me vertisse, potestque totus locus facile quemque docere, interpretationem illam non procedere. Nam si ἄῤῥαφα sunt vestes nondum consutæ et formatæ atque adaptatæ gestationi, debuisset auctor non scaramannia, non esoforia, sed pannos vel telas pro parandis inde scaramanniis et esotoriis dixisse. Sæpe fit ut per trepidationem deteriora, præteritis melioribus, arripiamus. Ego quidem, multum jactatus animo antequam hæc plagula prelum liberaret, posui, cum urgerent operæ et moram non darent, quæ posui in Latinis, non quod vera scirem et explorata haberem, sed quod melius non succurreret. Tandem persuasus sum, rite expensa re, τὰ ἀῤῥάφια esse vestes gestabiles quidem, sed in quibus sutura nulla esset, acus nulla esset adhibita, sed quæ de toto essent textæ, uno continuo textu, sive id jugo textorio factum fuerit, sive acubus illis seu cannulis ferreis, quarum ope tibialia lanea parantur a feminis, quod Germani *gestrickt*, Batavi *gebreyt*, Franci *broché*, *tricoté* dicant. Multum mihi dubitationis injecit Salmasius de tunica non consutili D. N. J. C. disputans ad Script. Hist. Aug. t. II, pag. 566, et parum aberat quin in suam sententiam me pertraheret. Tam speciosa erat argumentatio, quo suam sententiam fulcit. Vidi tamen tandem veram eam non esse, quod postea demonstratum dabo. Prius cognoscendum est, quid ille putet vestes ἀῤῥάφους fuisse. Necesse est ut potissima ejus verba huc transcribam. Docta sunt et instruunt, et huc eo quoque titulo faciunt, quod de vestibus σχιστοῖς attingit, de quibus mox disserendum nobis erit. « Sciendum, ait, ex tunicis alias fuisse σχιστοὺς apud veteres quæ et ῥαπτοί dicebantur et συμπορπητοί, alias ἀῤῥάφους, quæ ex toto tectæ conclusæque, et nulla parte sutiles scissilesque, quemadmodum sum camisiæ nostræ, et interulæ, sive laneæ sint illæ, sive lineæ ; σχιστοὶ igitur χιτῶνες erant, qui, ex utraque parte in humeris fibula stringebantur. Pollux : ὁ δὲ σχιστὸς χιτὼν περόναις κατὰ τοὺς ὤμους διῆρτο. Περόνας illas ῥαφὰς etiam dicebant et ῥαφίδας : quod studiose velim observari : nam in eo nostræ hujus novæ interpretationis positum est fundamentum. Hesychius : συμπορπητόν, vel σύμπορπον, τὸν ῥαφαῖς συνειλημμένον κατὰ τοὺς ὤμους ; χιτῶνα. — Ῥαφαί sunt Hesychio, quæ Polluci περόναι ; idem Hes. : ἑτερομάσχαλος χιτὼν δουλικὸς ἐργατικὸς, ἀπὸ τοῦ τὴν ἑτέραν μασχάλην ἔχειν ἐῤῥαμμένην, *quod alteram manuleam sutam haberet.* « Addere possum Plutarchi locum, in quo ῥαφὴ fibulam notat. Est in Vitis p. 1509 : τὴν ῥαφὴν παραλυσάμενος ἐκ τοῦ δεξιοῦ ὤμου, *curabat sibi fibulam tunicæ* (de chitone vel tunica ibi sermo est) *laxius astringi, er iess sich die Schnalle von der Weste locker schnallen*, quo melius se movere et agilius manus agitare posset. Talis ῥαφὴς, fibulæ, quæ strictius adduci, laxari poterat, imago cum dependente loco conspici potest in imagine Constantini M. Licinium occidentis apud Bandurium Ant. imp. Or. t. II, p. 633. Pergit interjectis quibusdam Salmasius : *Sane*, ait *cum* ῥάπτειν *nihil aliud sit — quam* τὰ διεσπαρμένα συνδεῖν, *id scilicet præstare fibulas, quæ in unum distantia jungunt, et diversas vestimenti partes colligunt inter se colligantque :* συῤῥάπτειν περόναις *apud Lucianum in dialogo* Ἔρωτες *est fibulis chlamydem connectere : hinc* ῥαφὴν *Græci vocant vestis aperturam, quæ fibulis committitur. — Inde* χιτῶνες ἄσχιστοι *erant quoque* ἄῤῥαφοι. *De eo proinde genere tunicarum, quæ fibulis stringerentur ex utraque parte, non fuisse Domini tunicam, indicare voluit Joannes, cum eam* ἄῤῥαφον καὶ ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸν δι' ὅλου ἐκ τῶν ἄνωθεν *dixit, quod in superioribus tunicæ partibus eæ* ῥαφαί, *vel fibulæ, locum magis haberent, quibus stricta tenebatur et sedebat in humeris tunica.* Præclara sunt omnino, quæ vir vastæ lectionis de significatione vocis ῥαφή, *fibula*, habet, et favet illi locus a Du Cangio in Gloss. Lat. v. *Botonatus* e veteri charta citatus : *Tunica habent manicas protensas ad pugnum, non consutitias, vel aliqualiter botonatas* ; ubi *consutitiæ manicæ* non possunt aliæ esse, quam quæ fibulis astringuntur ; quandoquidem *botonatæ* sint, quæ orbiculis, *Knopfen*, astringuntur, Verumtamen opinioni ejus subscribere non possum, sed accedo potius et adhæresco vulgari, quæ censet, tunicam Domini totam textam fuisse nullaque in parte acu et filo consutam. Favent illi expressa verba ὑφαντὸν δι' ὅλου tot imagines non tantum Christi, sed et aliorum sanctorum aliorumque in tunicis conspicuorum, in quibus suturæ nulla nota deprehenditur, et reliqua adhuc monumenta quædam demonstrant, et veteri et medio ævo viguisse adhuc textrinam illam, quæ vestes δι' ὅλου texebat. Idque mihi videtur perspicuis verbis asseverare Joannes diaconus apud Isidor. l. 1, epist. 136 : *Pallium ejus, bysso candente contextum, nullis fuisse cernitur acubus perforatum, sicut vetustissimis musis* [hoc est musiis, μουσείοις, musivis]

(24) Est ἐξέμπλιον, quod nos *Muster* solemus appellare, voce corrupta e proba Latina, *monstra* pro *monstratio*, δεῖγμα, scilicet pictura pannis intexta, sive flores, sive rami arborum vitiumve, sive hominum animaliumve aut aliarum rerum imagines sint. De voce ἐξέμπλιον et ἔξομπλον v. Salmas. ad Script. Hist. Aug. t. II, p. 853, et Du Cange Gl. utr., ubi marmoribus quoque exempla tribuuntur. Sunt enim ibi dicta *marmora in exemplis marmora cum exemplis*, exemplis, id est picturis, maculis, tessellis, frondibus, et sic porro signata.

σκαραμάγγια δίασπρα, δικίτρινα (25), διβένετα, κολόβια (26) μεγαλόζηλα (27) ἐκ τῶν κατ' οἴκους

A diversorum colorum et diversorum quoque exemplorum seu picturarum pannis intextarum, ut alba,

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

musivis [*vel picturis ostenditur*. Sane valde improprie esset auctor locutus, si dictione *nullis acubus perforatum* significare voluisset nullis fibulis constringendum. Latinæ linguæ rationem omnem perverteret, qui *stolam inconsutilem*, quæ apud Du Cangium v. *Semicinctium* memoratur, contenderet esse *non fibulatam*. Vid. Ciampini t. II Veter. Monument. Musiv., ubi de textrina veterum attingit, aitque se novisse hominem Romæ, qui eamdem artem noverit, et interdum exercuerit. Passim locorum monstrantur indusia de toto texta et omni sutura destituta, quæ pro inconsutili tunica Domini venditantur. Ipse ego quoque in æde R. M. V. apud Ultrajectum ad Rhenum talem vidi et tractavi. Et *inconsutile* appellat Matthias a Michovia illud feltri genus, quo olim Scythæ, hodie Tatari, vectiles curribus ædiculas suas tegunt. *Est pallium album spissum inconsutile* [quod acus nulla perforavit, nullum filum continet] *pro imbribus et fluviis bene utile*. Paulus Jovius in libello de legatione Moschovitarum eosdem *centones nobiles nulla filorum textura, sed coactis ex lanis candidos* appellat. Si scaramangium illud est, quod dixi p. 5 (neque dubito esse), refutari ex nostro loco potest sententia Salmasii. Hic enim referuntur inter vestes ἀῤῥάφους scaramangia, quæ tamen ex mea sententia in pectore fibula astringebantur. Salmasius ipse quoque τὰ κολόβια ad τοὺς σχιστούς refert et ad fibulatas vestes. Noster autem nominat ἐν τοῖς ἀῤῥάφοις. Vicissim inter τὰ ἐῤῥαμμένα referuntur quædam, quæ fibulis opus non habebant, at absque acu et filo constare non poterant, ut τὰ τουβία, τὰ σφιγκτούρια, τὰ ὑποκαμισοβράκια. Et quare tandem tunicas, *vestes sarciles*, ῥαπτάς, memorarent veteres, si etiam *non sarciles*, ἀῤῥαφίους; non habuissent. Du Cange Gloss. Lat. v. *Sarcile* inter alia C loca citat hunc: *Pro isto beneficio vult, quod P. F. det duobus pauperibus tunicas singulis annis ad Natale Domini, et utraque tunica sit de duabus ulnis de Sarzil, quæ currunt in foro Montisbrusonis*. Cogitavi aliquando ἀῤῥαφα esse non maniacata seu non segmentata, pærtexta vel ora serica vel paragnude destitûta; ἐῤῥαμμένα contrarium. Sane ῥάμμα idem est ac περίῤῥαμμα, limbus, prætexta, clavus, periclysis; conf. Salmas. I. c. p. 572 et 574; et *vestes consutæ de aliqua re* Latinis novis dicuntur illæ, quibus segmenta vel oræ aut ornæ assutæ sunt. Concil. Andegav. anni 1365: *nec cloccas sericatas sive consutas de serico alterius coloris, quam fuerit clocca deferant*. Pari modo Noster infra p. 280 memorat ἱμάτια ἐῤῥαμμένα μετὰ τριβλαττίων. Verum si sic esset, quare addidisset auctor Noster ad ἐῤῥαμμένα vocem μανιακάτα et ἀμφιεσμένα ἀπὸ διβλαττίων? Et quædam inter τὰ ἐῤῥαμμένα ejus sunt naturæ, ut prætextam vix patiantur, velut tibialia, hypocamisobraccia. Imo claris verbis Noster p. 280, ἀνὰ ἱματίου ἑνὸς ἐῤῥαμμένου λιτοῦ habet. Atqui si ἐῤῥαμμένον est *prætextatum*, non consistentia loquitur auctor jungens ἐῤῥαμμένα, *prætextata*, et λιτά, *pura, non prætextata*. Cæterum a voce Græca ῥαφή puto formatum fuisse Latinum medii ævi *rafimenta*. Vid. Du Cange Gloss. Lat. h. v., ubi e Glossis vet. citat: *rafimenta, interramenta*, id est ἐντάφια ῥαπτά, lodices et vestes sepulcrales.

(25) Cum pariter διακίτρινα et δικίτρινα scriptum reperiatur, perinde erit, meo judicio, sive δι decurtatum ex integro διά, sive ex Italico *di* pro *de* transumptum dicas. Nam διὰ in tali compositione aliud nihil est quam ἀπὸ, διρόδινος, *de rosato*, δικίτρινος, *de citrino*, nempe colore, seu coloris rosei, citrei, et sic porro. Monachus Sangallensis pro sua scribendi et pronuntiandi ratione *diacedrinus* dixit: *tyria purpura vel diacedrina litra, alii de lodicibus, quidam de gliribus circumamicti procedebant*. Cl. Muratorius, cui locum hunc debeo, putat t. II Antiqu. Ital. p. 410, pro *litra*, legendum esse *lista*, id est ora, periclysi. Ego quidem præferrem *lutra*. In pellibus lutrarum, pretioso panno colorato indutis, olim processisse nobiles et aliunde constat, et e Du Cangio v. *Lutra*.

(26) De colobio V. Du Cange utroque Gloss., Vales. ad Ammian. Marcell p. 51. Petav. ad Themist. p. 377 et 446, ubi citat Servii locum, e quo apparet, colobia fuisse talia pallia vel palliola potius, cervicem obeuntia, pectus et scapulas et humeros ad cubitos usque tegentia, qualia gestant in solemnibus actibus academiæ Lipsiensis rectores B magnifici et decani facultatum, ex ritu vetere cujus vestigia reperio.

(27) In hac voce et multis aliis hujus militaris tactici, quæ animum meum diu vexarunt et suspensum tenuerunt, conjecturam debui sequi, melioribus adminiculis destitutus. Et dubitavi profecto aliquando, recte hanc vocem et similes sequentes reddiderim, subnascentibus conjecturis, quæ fuit cum non minus speciosæ et probabiles viderentur. Nunc tamen non dubito eam interpretandi rationem, quam Latina versio suggerit, cæteris præferre. Incidebat igitur aliquando in animum, essentne τὰ μεγαλόζηλα crasso filo texta, μεσόζηλα filo medii generis, λεπτόζηλα filo tenui. Sane *tenuiarii* sunt vestiarii artifices, qui λεπτά, pannificia tenuia, subtilia faciunt; v. Salmas. ad Scr. Hist. Aug. t. II, p. 144. Opponi quidem huic conjecturæ possit hoc, τῷ λεπτῷ commode non opponi τὸ μέγα, sed τῷ παχύ, adeoque dici debuisse illo quidem sensu παχύζηλα. Sed eadem difficultas quoque premit positam in Latina versione interpretationem. Nam τῷ μεγάλῳ non recte opponitur τὸ λεπτόν, sed τὸ μικρόν vel τὸ βραχύ. Verum facile difficultas hæc tollitur. Vulgus Græcum, aut potius Græci omnes, non exemptis probis hujus gentis et antiquis auctoribus, et λεπτός et ἰσχνός et βραχύς permutant. Sic Polyænus p. 45, βραχυφωνίαν dixit pro ἰσχνοφωνίᾳ. Artemidorus p. 130, τοὺς λεπτοὺς ἀστέρους opponit τοῖς μεγάλοις,. Idem p. 62, λεπτοκάρυα habet pro *minutis nucibus*. Thucydides II, 83, τὰ λεπτὰ πλοῖά τοῖς μεγάλοις opponit. Cedren. p. 2: ἡ λεπτὴ Γένεσις, *parva Genesis*. Apud Du Cangium habes in Gl. Gr. p. 804, λεπτολάχανον pro *minuto olusculo*, et alibi λεπτογένεσιν, *parvam Genesin*, librum Apocryphum. Sunt igitur in hoc quidem ambæ conjecturæ pares. Deinde cogitavi, essentne τὰ μεγαλόζηλα idem atque τὰ μεγαλόγραμμα Cedreni, cujus celebrem locum p. 793, paulo post, data occasione, tractandum D aliquanto latius mihi sumam. Sunt autem τὰ μεγαλόγραμμα telæ cum grandibus et latis aut striis aut floribus, et in universum exemplis; et sic de reliquis quoque æstimandum, μεσόζηλα et λεπτόζηλα puta. Sed animadverti deinceps ζῆλος esse meram terminationem, quæ qualitatem rei indicat, *colobium megalozelum* vel *megaloxilum* ergo idem esse atque μέγα, et sic porro. Patet ex ἀπόζηλος, quod idem est atque αὐόζηλος, et hoc idem atque αὐαλέος. Glossæ Græcobarbaræ apud Du Cangium: αὐαλέος, κατάξηρος, ξηρὸς, ξηραμμένος, ἄπόζηλος. Græci enim υ ut β et interdum ut π efferunt. Patet quoque ex illa nota, proba, veteri voce χαμαίζηλος, *humilis*, idem valente atque χθαμαλός. Similis est et ad Græcorum instar conficta Latinis medii ævi vox hybride *imixilus* (V. Du Cange Gl. Lat. h. v.) ab *imus* et terminatione ζηλος, *brevissimæ mensuræ* aut *vilissimæ speciei*. Maxime itaque consentaneum est, cum diversæ sint staturæ homines, μεγαλόζηλα esse pan-

citrina, veneta: colobia megalozela seu pro proceris ex iis, quæ domi gestantur; esoforia mesozela seu pro mediocribus staturis, qualia domi gestan-

A ἐσωφόρια μεσόζηλα ἐκ τῶν κατ' οἶκους (28), ἐσωφόρια λεπτόζηλα ἐκ τῶν κατ' οἶκους, ἐσωφόρια (29) λεπτόζηλα διαφόρων χροιῶν καὶ ἐξεμπλίων ἐκ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

nos majores, μεσόζηλα *mediæ*, λεπτόζηλα *brevis mensuræ*. Venio nunc ad illum Cedreni vexatum a Salmasio locum, in quo leguntur ὀθονίαι μεγαλόγραμμοι. Locus hic est: Ἐκέλευσε [Michael Stratioticus] τὰς τῶν πολιτῶν κεφαλὰς μὴ διὰ γραμμάτων, ὡς νῦν, ἀλλὰ διὰ μεγαλογράμμων ἐκ βυσσοῦ ἢ πορφύρας [ita legend. aut certe βυσσοῦ πορφυρᾶς in adjectivo] ἐξυφασμένων σκέπεσθαι. Salmasius ad Scr. Hist. Aug. t. II, p. 574, pro γραμμάτων legi vult ῥαμμάτων, et pro μεγαλογράμμων μαργελλοῤῥάμμων. Sed accidit ei, quod illis solet, qui differti multarum rerum scientia eruditionem suam loco non suo effundunt, et objectis eodem tempore multis ideis a vero aberrant, cupidineque non in vulgum nota docendi pro simplicibus et veris rara et admirationem non B intelligentium comparantia arripiunt. Recte pene omnia istius loci, certe vexata illa vocabula habent. Novi sane, ῥάμμα esse *assumentum*, *segmentum*; verum id locum hic non habet. Nam quando panni id genus, quod *segmentum* Latini appellant, et a quo æque probabiliter nostrum *Sammet*, quam ab hexamito derivari potest, Græci volunt significare, σέμεντον dicunt non ῥάμμα. Procul dubio rectum est γραμμάτων, neque dubium, id non a singulari γράμμα, sed a γράμματον, derivari debere; dubium tamen, sitne *grammatum* (media syllaba producta) idem atque *striatum*, *virgatum*, *linealum*, an *litteris distinctum*, an denique *picturis*, imaginibus hominum et rerum, *illustratum*. Omnia enim ista notare potest vox γράμματον. Ut a πλοῦμα, πλουμίζειν *plumare* fit et *plumatus*, acu pictus, et a γέμω, γεμίζω fit γεμάτος, *impletus*, a δρόσος et δροσίζειν, δροσάτος, *uvidus*, ita a γραμμή et γραμμίζω fit γράμματος. Est autem γραμμίζειν et *lineare* Latinis perinde C *strias ducere* et *pingere*. *Lineatum pannum*, id est aut ῥαβδωτόν aut ζωδιωτόν, habet vetus charta apud Du Cangium v. *Afforciatus*. *Capa de panno aureo lineato*. Pugnat adversus Salmasium auctoritas quoque scriptorum ævi medii, qui τὰ γραμμάτα (media producta) inter res et vestes pretiosas numerant, quorum e numero est Malaspina et Balsamo. Illius (apud Murator. t. II, Ant. Ital. p. 313) hæc sunt verba: *Vias medias velaverunt chorflis et funibus, suspensis ad chordas strophiis, flectis* [id est *dechtis*, tæniis aut catenulis e filis aureis plexis], *dextrocheriis, periscelidibus, arbitris, grammatis, armillis, frisiis*. Ad extremum hunc locum notat Muratorius se putare nomina quædam hic corrupta esse. Sunt profecto. *Arbitris* enim male habet, et proxime appositum *armillis* ejus correctio. Sunt quidem alias armillæ, idem quod dextrocheria, pericarpia quoque dicta. Hic loci autem sunt armillæ, fasciæ vel circuli mediis brachiis innecti et circumponi soliti, Possit quoque, qui velit, vocem *frisiis* pro scholio D vocis *grammatis* habere. Attamen, mea quidem sententia, sunt *grammata* hic loci vestes aut radiatæ, aut ἀνθηραί, picturatæ, figuratæ, ut Græci quoque dicebant φυγουράδαι; v. Du Cange v. Βιβάκινος. Balsamonis, quem paulo ante promittebam, locus hic est ad Concil. VI, canon. 28: τὰ πολυτελῆ χρυσοῦφαντα ἐμβλήματα, τὰ δημοτικῶς λεγόμενα μαργέλλια, γράμματα [vel γραμμάτα] καὶ ἀντίπανα. Hic fundus est superius memoratarum Salmasii conjecturarum. Tria hæc ergo auctore Balsamone idem sunt. τὴ μαργέλλια et τὰ γραμμάτα et τὰ ἀντίπανα. *Antipana* idem sunt atque *antepanni*, panni, qui aliis anteponerentur, assuerentur, segmenta, oræ, margines, prætextæ. Μαργέλλια sunt acu picta, *ricamata*, non a margine dicta; non enim Latinæ civitatis hæc vox est, sed, Arabicæ. Venit enim ab Arabico *Racama*, acu pinxit; unde Italicum *ricamato*, quod merum est Arab. *Ricamo*. Hoc vocabulum et *Murcum* atque *Marcam*, quod etiam vulgus *Morgom* pronuntiabat, *acu pictum opus*. Si Græci αργέλλιον pro μαρκέμιον dicunt, ea est vulgi corruptela. *Margemium*, non *margellium*, esse veram lectionem, probat Hispanica quædam charta vetus apud Du Cangium v. *Aliphasis*, quæ vox etiam Arabica est *Allibas*, et notat ἱμάτιον, vestem exteriorem. Verba istius chartæ, multis vocabulis Arabicis onusta ideoque declaratione digna, hæc sunt: *plumatios digniores paleos* 10 [id est vestes sericas, plumatas, seu acupictas pretiosiores et honestiores atque splendidiores], *alios subminores* 8 [ὑπομείονας, ut Noster amat loqui, ut veteres, ὑπομείονας], *aliphases vulturinos* [id est palliacum intextis vulturibus], *almucallas morgomes* [ἐπεύχια γράμματα vel πλουμάτα, *phatoles paleos*, τοὺς κατ' οἶκον, quotidianas, domesticas vestes, robes de chambre, sericas]. Acceperunt hanc vocem *Ricam* Itali ab Arabibus; V. Du Cange v. Πλουμίζειν, ubi ex Hieronymo Germano has glossas citat: *Ricame*, πλουμί *ricamato*, πλουμισμένος. Quales fuerint *Sabanæ litteratæ* in alia charta Hispanica apud Du Cangium v. *Alfanegue*, addubito, fuerintne, in quibus litteræ intextæ, an plumatæ. Sane æqualia in utramque partem momenta sunt. Locus hic est: *lectos cum suos tapetes cum suos plumatos paleos et Græciscos et suas sabanas litteratas et fateles alfanegues*. Postremæ duæ voces sunt Arabicæ, et vestes signant quotidiani domestici usus pellibus illius mustelæ foderatæ, quam fenariam, vulgo fovinam, nos *Iltes* et *Iltis* appellamus, Arabes *Faneg* vel *Feneg*. Aut ergo *Ponticæ* scripsit Matthias Sylvaticus, aut erravit *Parthicas pelles* pro *Ponticis* nominans, quando scribit: *fenucio*, *id est pellis Parthica*. Non enim consentio Du Cangio v. *Parthica pellis*, glossam hanc e Græcia arcessenti. Varii generis litterati panni veteribus in usu erant. Vestes enim quædam habebant litteras tantummodo unam aut duas ad summum in ima ora ad pedes versus, eo modo intexta, ut apud nos lodices lectorum nostrorum et supellectilem omnem linteam nominis possessor quisque sui litteris initialibus signari curat. Eo modo litteratæ videri queant illæ sabanæ, quæ hac in charta commemorantur. Memorabilis est Hesychii locus: Τρίβων, στολὴ ἔχουσα σημεῖα ὡς γράμματα. Ergo tribones et tribonia sunt illæ vestes Jesu Christi et Apostolorum in veterum ecclesiarum musivis, quæ litteras et figuras litteris similes, sed ignorabilis significationis, conspectui dant, perfrequentes apud Ciampinum utroque tomo Veterum Monumentorum, qui etiam de ipsarum institutione, significatione et usu multa disputat. Alio modo litteratæ vestes, quæ unam antiquam litteram per totum textum millenis vicibus repetitam ustendebant, ut sic dicta *gammadia*, de quibus alio loco. Alio denique modo litterabantur vestes, quando nomina gerentium, aut etiam integræ sententiæ intexerentur. Casulæ nominibus episcoporum intra circulares areas intextis coopertæ insigne exemplum habet Rubens l. III Hist. Ravenn. ad an. 515, unde locum attulit Du Cange v. *Diptychum*. Habent quoque Græci in more positum, ut suis εἰλητοῖς seu *corporalibus*, de quibus vid. ad p. 39. nomina episcoporum inscribant. Superest adhuc inter insignia regni

(28) De vestibus veterum domesticis V. Casaubon. ad Scr. Hist. Aug., t. I, p. 261. Ibidem p. 990. vestes *forenses* et *domesticæ* opponuntur.

(29) Sintne interulæ lineæ, quales nos hodie super ipsa cute gestare solemus, an chitones infimi,

τῶν κατ' οἴκους, ἀοπρωμύναια (30), διυγαντάρια ἄσπρα καὶ ἰαστὰ, λωρωτὰ τρίμιτα (31) καὶ ὁλόβηρα ἰαστὰ καὶ ἀναλεκτὰ (32) διαφόρων χροιῶν· Ἰστέον δὲ, ὅτι ταῦτα πάντα ἐν σκευαρίοις ἐνδεδυμένοις δι' ἀληθινῶν τομαρίων καὶ σιδήρων γανωτῶν μετὰ χαρταλαμίων ὁμοίως γανωτῶν βαστάζονται.

Διὰ τῶν ἐῤῥαμμένων.

Ἱμάτια ἐῤῥαμμένα δίσχιστα (33) μανιακάτα (34)

tur; esoforia leptozela seu pro minutis staturis, qualia domi gestantur; et hæc quidem postrema variorum colorum et exemplorum; aspromynæa, dihygantaria candida et iasta, lorota trilicia et holovera iasta et analecta variorum colorum. Hæc omnia deferuntur in vasis, quæ involuta sunt coriis rubris et tecta ferramentis politis et chartalamiis pariter politis.

De consutis.

Deferuntur porro in expeditionem militarem a

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

regni Germanici pallium seu potius epomis Caroli M. sententia Arabica per ambitum litteris sericeis intextis conscripta. Solebant principum orientalium nomina non vexillis tantum, sed etiam pannis, qui in eorum fabricis vestiariis conficerentur et dono mitterentur ad exteros aut proceres domesticos, intexi, qua de re ad Abulfedam dixi. Memorabile est, quod narrat auctor *des veranderten Russlandes*, se vidisse in catacumbis imperialibus Moscuæ tegumenta serica sandapiliis veteres Czaros condentibus instrata, quorum oræ per ambitum scriptura et sermone Russico insuto, non filis sericis aureisve, sed minutis margaritis in figuram litterarum Russicarum coordinatis, gesta et fata cujusque Czari. Sed de litteratis his vestibus veniet forte alius amplior dicendi locus. Redeo ad γράμματα, mea, quæ possunt tandem quoque telæ esse hominum rerumve imaginibus ornatæ. Memorabile est quod ait Cedrenus, suo tempore in tulpanis gestasse CPtanos *grammata*. Vivebat medio sæculo XI. Conjici jam posset per grammata intelligi non alias telas quam pictas imaginibus hominum rerumve, non litteratas, non radiatas, idque ex eo Joannes Cantacuzenus sæculo XIV, refert suo tempore hoc gestamen in usu fuisse. Verba ejus sunt l. III, c. 36, ubi de fastu Joannis Glycis, patriarchæ CPtani, loquitur: Τὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς καλύπτραν, ἣν τοὺς πατριάρχας φορεῖν ἔθος, ἂν μὴ τοῦ τάγματος ὦσι τῶν μοναζόντων, ὀθόνῃ λευκῇ περιειλημμένην πρότερον αὐτὸς κατεκόσμησε χρυσῷ, εἰκόνας αὐτῇ τοῦ τε Σωτῆρος ἡμῶν ἐγγράψας Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς τεκούσης αὐτὸν Θεοτόκου καὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ. Veteres quoque Græcos in suis capitum calyptris ζῶα, id est imagines, gestasse testatur Democritus Ephesinus: Τὰ δὲ τῶν Ἰώνων ἰοβαφῆ καὶ πορφυρᾶ καὶ κρόκινα ῥόμβοις ὑφαντὰ, αἱ δὲ κεφαλαὶ κατ' ἴσα διείλημμέναι ζώοις. Sic satis mihi videor Cedreni locum et illustrasse et vindicasse.

talares, mihi non constat. Nondum enim satis liquet lineas nostro, an laneas vetusto Græco et Romano more super cute gestaverint tunicas novi Græci. Vid. quæ inferius de σφιγκτουρίοις et ὑποκαμισοβρακίοις dicam. Mihi quidem probabilius, vocabulum esophoria non interulas aut indusia, *chemises Hembden*, sed tunicas illis immediate incumbentes, talares, significare. Nam invenio esophoria serica. Sericum autem indusiis adhibitum fuisse vix putem. Anastasius in Nicolao I: *in ciborio Constantinianæ basilicæ optimos de siphori* [id est de esophorio] *et de fundato quatuor pannos appendit*. Fuit ergo genus panni *de esophorio* dictum. Leo Ostiensis, I, 28: *sericam item stericam* [alii *stricam*, et rursus alii *sticam* appellant] *de silphori cum auro et gemmis*.

(30) Quid hæc vox, quid διυγαντάρια, quid ἰαστά significent, fateor me neque nosse neque exputare.

(31) Id est vestes striatas, tæniatas ad instar lororum, sed ternis identidem filis trium diversorum colorum vices alternantibus. Sic δίμιτον, *bilicen*, pannum, πολύμιτον, *multilicen*, id est πολύχροον ποικιλόχρουν. Forte τετράμιτα sunt illa, quæ Anastasius *vela de quadruplo* appellat. Hugo Falcandus l. c: *Hinc etiam videas amita, dimita et trimita minori peritia sumptuque perfici, hinc hexamita uberioris materiæ copia condensari*. Aut sunt vestes trium macularum, in quibus colores tres per maculas huc illuc sparsi sunt nullo certo ordine, neque certa figura. Auctor Mamotrecti: *polymitos vestis ex variis coloribus et guttis, a polis, quod est pluralitas, et mitos, quod est gutta*. Vid. Du Cange v. *Gutta* et *gucla*.

(32) Puto, vel conjicio potius, ἀνάλεκτον (sic novi Græci dicebant pro ἀνάλεκτρον) fuisse sudarium vel mappam, ex eo sic dictam, quod analogiis seu pulpitis ecclesiasticis tales mappæ solerent insterni iisque sacri codices superponi, e quibus textus evangelici et epistolici recitarentur. Talem mappam appellat Monachus Pegaviensis: *Velamen, quod analogio summis in festis superponitur, in quo Evangelium recitari solet*, et Acta Murensis monasterii. p. 29: *Linteum analogio subterponendum in festivis diebus*. Vid. Du Cange Gl. utroque in v. *Analogium*. Vocabulum deinceps a sacris analectis ad mappas omnes profanas quoque similis formæ et fabricæ transiisse videtur.

(33) Si quæ alia pars vetustatis obscura est, res profecto est vestiaria, quam forte nunquam satis intelligemus, cum nullæ veteres picturæ exstent et quæ supersunt vetusta alia monumenta sæpe magis implicent, quam juvent, Romani aliis quam Græci vestibus fuerint usi, et nulla in re magis quam in vestitu

(34) Verti *torquata seu assutis aureis torquibus instructa*. Sed mallem nunc *cum limbis sericis, mit samtenem Kragen oder Aufschlagen um den Hals*. Vid. Du Cange Gloss. Gr. v. Μανιάκης, ubi citat e Glossis μανιάκην τὸ τοῦ ἱματίου περιστόμιον, *id, quod ambit vestis os vel hiatum*. In figuris illis Basiliani Menologii, in quibus vestium scissarum imaginem exhiberi dixi, occurrit quoque imago talium limborum, quibus prætensi sunt et cincti illi hiatus seu fissuræ, velut segmento quodam serico, aut opere Phrygionico; vid. e c. t. I, p. 105, 113, 161, 162 et alibi, item Salmas. t. II Script. Hist. Aug. p, 569, ubi de segmentis, quæ guttur ornabant, agit. *Vestes muliebres*, ait, *segmentis ad guttur ornabantur, hoc est aureis fasciis*. Non negem, aureas fascias fuisse assutas, sed segmenta proprie sunt fasciæ vel tæniæ purpureæ sericæve plus minusve latæ, oræ vestis collum ambienti assutæ. Pergit Salmasius: *atque inde segmentum pro gutturis ornamento vel monili positum. Servius: « Colloque, monile ornamentum gutturis, quod et segmentum dicunt. » Idem habet Isidorus*, et reliqua. Bandur. ad Constantin. pag. 35, locum Valerii Maximi citat V, 2, ubi segmentum dicitur *ornamentum colli, quod monile vocatur*. Sunt ergo *monilia* et *maniacæ* non tantum aurei torques aut margaritarum fila, sed etiam assuta vestibus segmenta serica aut exametina

vestiario regio vestimenta consuta, bis fissa, [in pectore scilicet et dorso,] maniacata [id est tor-

A ἀπὸ σκαραμαγγίων (35) διαφόρων χροιῶν καὶ ἐξεμπλίων ἀμφιεσμένα ἀπὸ διβλαττίων. Πρὸς τούτοις

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

vestitu luxuriare hominum cupido novaturiendi soleat, res tamen illa sic comparata sit, ut verbis satis clare significari nequeat, nisi coram oculis demonstretur. Multus sermo apud veteres de vestibus schistis seu scissis vel fissis. Qua in re bene distinguenda auctorum tempora, et vestes quoque, de quibus loquuntur. Alia enim est fissura pallii, alia tunicæ. De pallio primum dicam. Pallium scissum veterum Græcorum aliud erat, quamvis admodum simile pallio Francorum. Pallii veteris Græci imaginem adhuc habemus in illis sic nobis dictis *Chorrocken*, robis choralibus sacerdotum nostrorum. Casulas hi, alii planetas appellant. Casula nempe talis usque ad humerum ex utroque latere scissa et in summo circa collum solida, seu collum in orbem ambiens, est veterum pallium quadratum, B Constabat pallium Græcum duabus velut alis, una antica, altera postica. Quod hæ duæ alæ quatuor angulos efficerent, quadratum appellabatur. De octangulari dicetur inferius. Has alas ambas ἀνέβαλλον, replicabant, rejiciebant, sic ut pars, quæ pallio promisso pedes tangeret, jam super humeris recumberet, ubi aut περόναις, acubus, affligebatur, aut πόρπῃ, fibula inserta, firmaretur. Quando plueret, ningeret, ventus spiraret, exempta acu vel laxata fibula sinebant alam deorsum cadere. Propterea assutæ singulis angulis erant laciniæ panni, quas aut acubus configebant, aut in fibulas humeris summis insidentes immittebant, quæ alas revolutas sursum retinerent. Has lacinias πτέρυγας appellabant. In universum ubi esset fibula, ibi e regione erat πτέρυξ in fibulam inserenda, ut patet ex Aristophanis loco apud Pollucem VII, 14 :

Τὴν ρτέρυγα παραλύσασα τοῦ χιτωνίου,
Καὶ τὸν ἐπίδεσμον οἷς ἐνῆν τὰ τιτθία·

Talis pallii imaginem non memini uspiam videre. Neque novi Græci eo utebantur. Nam chlamys eorum erat pallium non δίσχιστον, sed μονόσχιστον. Utebantur autem eo frequentius Latini, medii ævi puta, ut Franci et Itali. Diversimode tamen scissa erant Quorumdam scissuræ laterales tantum ad genua, aut, si multum, ad caput femoris usque pertingebant. Aliorum autem scissuræ laterales pertingebant usque ad junoturam humeri et scapulæ, prorsus ut in Græcis vetustis palliis. Per hæc tam alte scissa pallia vel casulas commode humeri exserebantur : per illa altera vero minus alte scissa minus commode; debebat enim qui manus exserere vellet pallium attollere et librare manu. Pallium tale quadratum minus alte scissum describit Joannes Mussus ita : *dicta indumenta sic curta* [id est valde curta] *sunt aliquantum plus longa de retro et de antea, quam de galono.* Clarius adhuc Monachus Sangallensis de rebus gestis Caroli M. I. 36 : *ultimus habitus eorum* [Francorum] *erat pallium canum* [cinerei coloris] *vel sapphirinum, quadrangulum, duplex* [id est διπλωτόν, pellibus aut aliis rebus foderatum], *sic formatum, ut cum imponeretur humeris, ante et retro pedes tangeret, de lateribus vero vix genua contegeret.* De his quadratis palliis V. Du Cange ad Joinvill. p. 158, ubi sæpius in chartis Stephani de la Fontaine memoratur *un long mantel fendu à un côté.* Tale pallium est monoschitum, et accedit propius ad formam chlamydis Græcæ. In eo tantum chlamys et monoschistum Francicum differunt, quod fissura dextri lateris ultra humerum procederet, et super humero ope fibulæ ad alteram chlamydis, posticam puta, partem astringeretur, si modo fissura in chlamyde locum habet : nam chlamys solida erat : sed simus in verbis faciles; in pallio autem Francico monoschisto ultra genu dextrum non ascenderet, adeo ut chlamydem gerens libere et expedite dextram exsereret, qui vero tale pallium gereret, deberet illud, si manum exserere vellet, attollere. Monoschiston an dischiston sit pallium Caroli M., de quo Du Cange l. c. loquitur, æstimabunt jam, quibus t. II, Junii Actorum sanctorum ad manus est. Ibi enim exstat illa imago, quam Du Cange laudat. Neglexi observare, cum eam inspicerem, qualis pallii forma esset, et in præsenti volumen illud Actorum in promptu non est. Interea ut oculis æstimare lectores mei pallium Francicum tetragonum seu bis fissum possint, apponam regis Francici imaginem ex illa ms. Francica Valerii Maximi interpretatione supra jam laudata, quam in membranis habet Bibliotheca senatus Lipsiensis. Hinc quoque apparet, Francicam esse reginam, non imperatricem CPtanam, illam feminam, quam ex diptycho Bosiano Montfauconius Antiqu. Explicat. t. III, tab. 26, in ære repræsentavit. Casula non Græcus, sed occidentalis erat habitus. Luculenta illa in imagine conspicuum est pallium quadratum a dextra pene totum patens, a sinistra non tam alte scissum, in ornis seu oris gemina serie albarum seu margaritarum clausum. Insigne quoque in eodem pallio est tablium, item præpendulia, de quibus suo loco. Antequam a fissura palliorum

metina; qualia hic loci puto designari. Talis torquis aut collaris imaginem videre est in illa, quam librarius, qui codicem Dionysii Halicarnassei Chigianum, sæculo IX, exaravit, codici suo præposuit, et quam Montfauconius in Palæographia Græca et t. III Antiqu. Explicat. tab. 4, fig. 5, exhibuit, credens vestitum, qui Dionysio a librario ad instar C sæculi sui circumpositus fuit, illi quoque veteri ætati, qua Dionysius vivebat, familiarem fuisse. In quo vehementer eum falsum fuisse non dubito. Juvat hac occasione imaginis illius partes breviter enarrare. In capite habet imago viri Dionysium mentientis bonetum vel camelaucium pellicio foderatum; chlamydium exterius seu dalmatica habet segmentum circa collum etiam pelliceum, et manicas longas in acutum desinentes. Χιτών seu tunica interior habet torquem circa collum et σχίσιν, fissuram longam in orbiculum desinentem, torquatam seu segmentatam pariter. Fissuræ tales requirebantur in vestibus, quæ ab antica et postica solidæ erant et supra caput demittebantur, cum induerentur. Similem torquem monstrat primus vir in ultima figura tab. XIV ejusdem tomi Montfaucon. Antiquitatum, ubi Montfauconius *coletum* vel *collare tunicæ* appellat et inter novos habitus sæculi Theodosiani refert. Latissimum et D elegantissimum tale monile vel collare (nisi potius epomis aut epirrhiptarium est, vid. ad C. 9 dicenda,) conspicitur in illa imagine imperatricis CPtanæ, quam Paulus Rhamnusius historiæ suæ de bello Veneto adversus CPlin. 1204 gesto præposuit. Alias complures maniaciorum imagines habes apud Bandurium t. II Antiq. imp. Or. p. 632, fig. 3, in Helena crucem inveniente et astantibus ipsi silentiariis. Videtur tamen huic expositioni nostræ obstare locus vicinus v. 11, ubi habentur μανιακάτα λιτά. ubi vid. quæ proferemus.

(35) Locum hunc non expedio. Nam evertit omnem nostram superiorem de scaramannio disputationem. Nam si ad dischista vel bis fissa pertinet scaramannium, non fuit quale superius descripsimus, hemicycloides, solidum per orbem, ad chlamydem accedens, sed fuit aut pallium quadratum Francicum, aut ei simile, id est, habuit ad latus externum utriusque cruris singulares fissuras.

καὶ μεσόζηλα δίσχιστα μανιακάτα ἀμφιεσμένα ἀπὸ διβλαττίων· ἕτερα κολόβια ἐκ τῶν κατ' οἴκους μεσόζηλα δίσχιστα μανιακάτα λιτά (36). Ἰστέον, ὅτι ταῦτα πάντα ἐν σκευαρίοις ἐνδεδυμένοις μετ' ἀληθινῶν τομαρίων καὶ σιδήρων γανωτῶν μετὰ καὶ χαρταλαμίων ὁμοίως γανωτῶν βαστάζονται. Τουβία ἐκ τούτων πάντων, τὰ μὲν προκριτώτερα ἀπὸ διβλατ-

A quata seu assutis aureis torquibus instructa], consistentia in scaramangiis diversorum colorum et exemplorum cum prætexta diblattea. Præter ea mediocris longitudinis vestimenta bis fissa, maniacata, cum prætextis diblatteis ; alia, sed colobia, qualia domi gestantur, mediocris longitudinis, bis fissa, torquata, sed absque prætextis diblatteis. Hæc omnia

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

palliorum ad fissuram chitonum transeam, verbulo monendum duco de etymologia vocabuli *casula*, frequentissimi in libris Latinis medii ævi, unde ad nos quoque venit et in voce plebeia *Caseelgen* adhuc superest. Neque Græci ea abstinuerunt ; ἐπικούτζουλον indidem est. V. Du Cange h. v. Est igitur Arabicæ originis. Venio nunc ad χιτῶνας σχιστούς. Hi contrario palliis modo erant fissi. Nam ut palliorum fissura ab imo sursum ascendebat, sic descendebat chitonum scissura a summo collo deorsum versus pectus et lumbos. Ut palliorum scissura ad latus externum crurum procedebat, sic chitonum decurrebat super pectore et dorso. Ut pallia quædam δίσχιστα, bis fissa, quadrata, quadrangularia erant (ea enim omnia idem valent). quædem vero τετράσχιστα et octangularia : sic etiam erant quidam chitones δίσχιστοι et quadrangulares, alii τετράσχιστοι et octangulares. Utriusque generis figuras perfrequentes videre est in Menologio Basiliano, illius quidem l. c. t. I, p. 113, ubi tres conspiciuntur martyres quorum unusquisque bis fisso chitone indutus est ; hujus autem l. c. t. I, p. 134 et 172. Confer has imagines cum loco Pollucis VII, segm. 54 : ὁ σχιστὸς χιτὼν περόνῃ κατὰ τοὺς ὤμους διῆρτο. Et facile, quid auctor ille sibi velit, intelliges. Hinc etiam exponi poterit vexatus Theophanis locus p. 207, κατὰ τῆς γαστρὸς ἐφορεῖ (de rege Arabum Aretha loquitur) σχιστὰ διὰ μαργαριτῶν τιμίων, *gerebat in ventre scissu cum margaritis magni pretii.* Chlamydem dixerat antea regem non habuisse, γυμνὸς ἦν. At ventre, id est thorace, gerebat chitonem scissum, margaritis oras fissurarum prætexentibus. Talem tunicam intellexit quoque Nicetas Choniates Andronic. II. 6, p. 175, ubi mancipiis et vili plebi tribuit ἀμπεχόνην εἰς γλουτὸν ἀμφισχιδῆ καταβαλνουσαν, *vestem, quæ gemina instructa fissura, ante et retro, usque ad nates pertingit* (qualem fere veterum Belgarum ait fuisse Strabo IV, p. 300 : σαγηφοροῦσι δὲ καὶ κομοτροφοῦσι καὶ ἀναξυρῖσι χρῶνται περιτεταμέναις [*ad femora arcte adhærentibus*], ἀντὶ δὲ χιτώνων [quales Græci Straboni æquales gerebant in pectore et in dorso solidos manicisque defectos, gerunt alios chitones], χειριδωτοὺς φέρουσι μέχρι αἰδοίων καὶ γλουτῶν,) aut, si sic malis Nicetam interpretari, *vestem talarem, cujus gemina fissura* [postica scilicet] *usque ad nates pertingit*, antica, ut par est, ad inguina descendente. Ἐπιλωρικίας appellat has vestes Tzetzes ad Hesiodi Opera : χιτὼν καὶ φᾶρος, ait, ἔστι τὸ διεσχισμένον ἱμάτιον ὃ καλοῦμεν ἐπιλωρίκιον, *diploides*. Anonymus Paduanus apud Murat. II Ant. Ital. p. 316 : *interulas a lateribus scindi faciebant et diploides* [τὰ ἐπιθωράκια, pectoralia,] *ex anteriori parte ; tunicas etiam a lateribus scissas et a parte anteriori.* Quæri jam posset, habuerintne veteres Græci tunicas intra pedes apertas, ut nostræ sunt, gradiendi libertatem concedentes. Non putem habuisse. Dubitari quoque possit, an non τὰ σχιστὰ saltim fuerint vestes concisæ, quales sæculis XV et XVI gestabant nostri majores, ut ex antiquis picturis intelligitur. Sed neque Græcis in usu fuerunt vestes tam monstrose artificiosæ, neque, si vel eas in usu habuissent, saltim δίσχιστα diversum quid esse, nomen ipsum loquitur. Vid. quæ infra de διακοπτοῖς dicam ad p. 336. Quale genus vestis significaverit Adalbero Laudunensis episcopus in carmine ad Robertum, Franciæ regem, illis verbis,

Et vestis crurum tenus est curtata talaris
Finditur anterius, nec parcit posteriori,

non liquet. Possunt enim æque bene de tunica ad jugulum et inter scapulas scissa, quam de veste inter crura et ab antica et a postica scissa interpretari.

(36) Cum scirem, λιτόν in hoc Tactico, ubi de vestibus sermo, significare vestem, quæ auri argentive et præcipue segmenti circa oras collaris orbis et manicas assutum haberet nihil, multum fluctuavi hoc in loco. Aperte enim pugnant maniacata seu torquata, segmentata, et λιτά, pura, quæ segmenti nihil habent. Aut ergo vocabulum λιτός hic alio significatu est accipiendum, aut, quod ego quidem malim, καὶ est interserendum, μανιακάτα καὶ λιτά. Sensu alio accipi si debet, nequit λιτά aliud significare, quam *minoris præstantiæ, fili deterioris vestimenta.* Quæ interpretatio mihi quidem non probatur. Pari quidem modo reddidit illustris Casaubonus apud Polybium VI, p. 468, λιτὸν περικεφάλαιον, *vile tegmentum capitis.* At ibi quoque ea dictio significat tegumentum capitis, cui nihil aliud seu signi, seu ornamenti, seu tutelæ terriculamentive adversus ictuum vim, in hostem additum, impositum esset, sed mera et nuda galea. Vid. ibid. p. 469. Ita λιτὸς ἄρτος apud Diogen. Laert. p. 609, est idem atque ξηρός, *nudus, siccus panis*, absque ullo obsonio. Ad hoc igitur exemplum λιτόν ubique verti *purum.* Nam vestem *puram* appellabant Latini, quæ ornamentis careret. Trebellius Pollio in Claudio p. 390, *interulas puras* habet, id est purpura non prætextatas, aut non segmentatas. Alias *humilem* et *exiguam* appellabant, auctore Salmasio ad t. I, Scr. H st. Aug. p. 90 et 631. Tacitus Annal. III, 2, *signa incompta* habet, id est purpura et auro, vel et imaginibus aquilarum, victoriarum et principum exuta. Latini medii ævi *simplices* et *alias* appellabant, nempe respectu habito ad vestes *paratas*, id est comptas, ad parandum, ὡς πρὸς ἐπίδειξιν καὶ ὄγκον factas, quas medio ævo *ornatas* quoque appellabant. Nam apud Anastasium est *sarica prasina ornata*' nisi potius *ornata* pro περιορνευμένη accipias. Regula S. Cæsarii ad Virgines c. 22 : *lectualia simplicia sint. Nam satis indecorum est, si in lecto religioso stragula sæcularia aut tapetia picta resplendeant.* Chronicon Cassinense III, 74, *dalmaticas paratas*, ornatas de collaribus et manicis et tabulis, memorat, *et alias*, id est diversi generis, λιτάς non paratas, *undecim* ; *tunicas paratas quinque, et alias decem et novem.* (Scholiastes Thucydidis II, 97, p. 162, explicans illam rhesin ὑφαντὰ καὶ λεῖα, *texta et lævia*, sic ait : λεῖν τὰ λιτά, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ὑφαντῶν καὶ πεποικιλμένων. Sunt ergo illi τὰ λιτὰ vestes unius fili atque coloris, eoque diversi a vestibus multicoloribus, quæ Thucydidi τὰ ὑφαντά per excellentiam dicuntur ; nam quamvis unius fili atque coloris vestes non minus sint textæ, quam multilices et multicolores, tamen hæc in specie nomen hoc merentur, quia cum arte et diligentia textæ sunt. (*Ex Addend.*)

deferuntur in vasis, quæ coriis purpureis involuta sunt et firmata ferramentis politis et chartalamiis

A τίων ἀετῶν (37) καὶ βασιλικίων (38) ἀμφιεσμένα, τὰ δὲ δεύτερα τούτων ἀπὸ βδελλίων· (38*) σφιγκτούρια (38 **),

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

(37) Reddidi *quorum præstantiora quidem assutas habent aquilas diblatteas*, sed debueram *quorum præstantiora quidem fucta sunt ex diblatteo* (seu bistincto) *illo panni genere, quod ab intextis aquilis nomen habet*. Credebam nempe tum, aquilas, imperii Græci insigne, assutas tibialibus seu braccis fuisse. Nondum scilicet tunc videram Cæsaris CPtani imaginem illam, quam Rhamnusius laudato paulo ante libro suo de Bello Veneto, loco tertiam, proposuit, totam respersam intextis aquilæ singularis, non bicipitis, figuris. Ab his aquilis figuratis adhæsit panno nomen. Retulit hanc ipsam imaginem cum reliquis duabus a Rhamnusio editis imaginibus imperatoris et imperatricis CPtanorum Du Cange tabula VI illarum undecim, quas dissertationi suæ B de numismatibus ævi infimi præposuit. Verum si compares illud ectypum, editionis certe Francofurtensis, qua utor, cum editione Veneta Rhamnusii a Gaffarello curata, deprehendas, illam Cangianam in multis ab hac abire et nulla cum cura redditam fuisse. In chlamyde profecto Cæsaris nullum vestigium pene aquilarum est in editione Cangiana, quæ tamen luculenter id oculos se ingerunt satis numerosæ in editione Veneta Rhamnusii. Tales vestes *aquilatas* appellabant. Charta Cornutiana apud Du Cange v. *Majors* : *Mafortem tramosericum, rodomelinum, aquilatum*. Anastasius : *habentes historiam*, id est imaginem, *aquilarum*, Leone IV, p. 180, ubi memorat *vestem de fundato habentem historiam aquilarum*. Si fundatæ vestes sunt circulis et areis rotundis obsitæ, simillimam designavit Anastasius illi, quam Cæsar Rhamnusianus modo memoratus gerit. Chronicon Cassinense memorat *planetas purpureas cum friso et cum aquila de margaritis*. In- C texebant igitur et insuebant pariter aquilas vestibus, filis sericis, aureis et margaritis quoque. Non aliam, quam de aquilis historiatam (ut ævo medio loquebantur) tunicam puto illam fuisse, quam Noster p. 339, memorat his verbis : περιβαλλόμενος τὸν ἀετὸν τὸ χλανίδιον. Quod si tamen τὸ χλανίδιον non per appositionem et ἐπεξήγησιν, sed per se dictum fuerit, notetque vestem ab aeto diversam (quod mihi quidem secus videtur), potest tamen et illud admitti atque explicari de veste aeto, quæ extimum humerorum ἐπιβόλαιον, vagans et undans in auris, volantem velut expansis alis aquilam referebat et aut prorsus idem erat cum chlamyde, aut nulla certe in alia re, quam magnitudine differebat. Perfrequens hujus acti figura præsertim in virorum militarium imaginibus est et expressis verbis a Contin. Theophan. Constantin. militare hoc vestimentum appellatur. Ego quidem ambigo, aquilane sit, an chlamys, an utrunque (res nempe eadem diversis nomi- D nibus notata), id quod video Constantinum M. partim in pectore sinistro, partim post tergum in auris undans habere apud Bandurium t. II Ant. imp. Or. p. 633, in illa imagine, quæ vincentem Constantinum M. et ejus hasta cadentem Maxentium apud pontem Milvium sistit. Conspicitur ibi victor equo insidens, sago indutus et super illo volitans aquila, in summo dextro humero fibulæ asserta ope lori, quod ad cingulum fere dependet. Plures aetorum aut chlamydum imagines conspiciuntur in figuris arcus Theodosiani ab eodem Bandurio in eodem volumine positis ; vid. p. 56[1], et omnibus pene istius arcus tabulis æneis. In Menologii Basiliani imaginibus longe frequentissime occurrit spiculator, martyrum carnifex, hac seu aquila seu chlamyde indutus, ut e. c. t. I, p. 59 et 74, et t. II, p. 176. item in tab. 18, tomi I Monumentor, veterum Ciampini area 23, ubi spiculator S. Bartholomæum strangulat. Insignis est huc faciens et paulo ante a me laudatus locus Continuatoris Constantiniani p. 12. Scriptorum post Theophanem, ubi inter omnia imperii aliquando ad Michaelem Balbum perventuri hoc refertur, quod ἱματιον φοινικοβαφές, quod Leo Armenus, recens inauguratus imperator, κατά τι στρατιωτικὸν ἔθος ἄζωστον ἐπαμφιέννυτο (ἀετὸν τοῦτο καλοῦσιν ἡ θάλασσαν), a Leone exutum et sibi, qui deferret manibus traditum induerit. Partem hujus loci, quæ τὸν ἀετόν idem esse atque την θάλασσαν perhibet, in proximam hinc observationem seponemus. Eamdem historiam referunt Symeon Magister p. 402, et Genesius p. 3, quorum verba apponere et comparare operæ pretium est. Ἐκδιδύσκεται τὴν ἐσθῆτα, ait Symeon, ἣν ἐπεβέβλητο ῥοδοειδέσι χροιαῖς ἐκλάμπουσαν, καὶ κολόβιον, ὃ προσονομάζουσι κατὰ τὸ ἔκπαλαι τῶν στρατηλατῶν τηρηθὲν ἔθος. Genesius autem sic habet : Ἐκδιδύσκεται τὴν ἐσθῆτα, ἣν ἐπεβέβλητο ἐν δυσὶ ῥοδοειδέσι χροαῖς ἀετίζουσαν, ἣν κολόβιον τῇ ἐγχωρίῳ ῥήσει προσονομάζουσι, καὶ ταύτην ἀνειμένην ζωστῆρος κατὰ τὸ ἔκπαλαι τηρηθὲν ἔθος τοῖς στρατηλάταις. Differunt in eo potissimum hi duo auctores, quod Genesius actum et colobium idem facit, alter diversa. Concludas quoque ex iisdem fere aetum fuisse vestem, quæ soleret alias cingulo astringi. Sed in eo, mea quidem sententia, multum falluntur, et apparet, eos turbidam aut nullam potius aetii ideam habuisse. Quid obscura et affectata dictio ἐσθὴς ἐν δυσὶ ῥοδοειδέσι χροαῖς ἀετίζουσα sibi velit, non dixerim : vestemne, quæ aquilam, chlamydem volantem, imitetur, an quæ intextas habeat aquilas ? Et quid tandem sunt *duo rosei colores* ? Suntne duo, tres pluresve rosei colores ? Sunt sane rosæ diversi coloris, dilutioris et profunde purpurei ; sed color tamen in vestibus non est nisi unus. Sed quid cum ineptiis nugacium et infantium Græculorum pugnamus ? Ad aetos seu volantes chlamydes redeo, qui sæculo IX, vel etiam citius, desiisse videntur. Horum imago quodammodo supersunt hodie adhuc illi parvi mantelli, quos advocati in urbibus Germaniæ quibusdam, ut Halæ Magdeburgicæ, ubi sæpe vidi, gestant, tam breves, ut extrema eorum in boxea togarum dextra recondant. Aetorum quoque reliquias puto esse tænias illas argenteis aureisque et sericis filis plexas, longas et multiplices, quas officiales militares minores, item valeti nobiliorum hominum assutas humero dextro gerunt. Neque aliud, quam tales curti mantelli advocatorum, erant illa τὰ κατὰ νώτου λευκόλινα, quæ a CPtanis ævo suo gestari consuevisse bis narrat Nicetas, primum quidem in Alexio, Manuelis filio, c. 18, p. 174 ; deinde vero etiam in narratione de rebus urbis ab ea Latinis expugnata p. 382. Prior locus hic est. Narrans ibi gaudium factionis Andronico faventis ob eum imperatorem nuncupatum, ait quosdam mediis in plateis tripudiasse : Ἐξενεγκόντες τὰ συγκλητικῶς ἐξυφασμένα τῶν κεφαλῶν καλύμματα, καὶ των κατὰ νώτου λευκολίνων νεχυμένων λαβόμενοι, διείλουν αὐτὰ, ὡς σφαῖρας, χοροστατοῦντες τοῖς ἐκ τῶν τριόδων, *prolatas calyptras, quales se-* [*candida.*

natores capitibus gerere solent, et fusa per dorsum

(38) Vide supra not. (50) col. 339.

(38') *Cum intextis parvis muscis.* Proprie sunt βδελλία τὰ τῶν θυλακίων τῆς πτελέας ἔσωθεν ἐξελθόντα μυγαδάρια, *parvæ muscæ, quæ prodeunt e folliculis in ulmis nascentibus* ; vid. Du Cange v. Μυγουδάριον. Unde videntur nomen habere, βδελλία ἀπὸ τῆς πτελέας.

(38**) Quid hæc sint, nescio, nisi forte indusia linea ; vid. Du Cange h. v. et quæ paulo post de hypocamisobraciis dicemus.

θάλασσαι (38***) καὶ ἀδδία (39) πλατύλωρα καὶ ἀδδία μασουρωτὰ (40), τὰ μὲν ἀμφιεσμένα ἀπὸ διβλαττίων, A pariter politis. Porro tibialia ad superiora vestimenta pertinentia, et tot, quot illa, numero; quo-

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

candida linlea apprehendentes, ea velut glomos restiarios evolvebant et obvio cuique e triviis occurrenti in manus dabant, ut secum, apprehenso velut reste, choream duceret. Designat hic ludum, quem veteres *restim* aut *sertam ducere* dicebant. Alter locus Latinorum urbe potitorum insolentiam exagitans hæc inter alias eorum notat intemperies: Τῶν ἱματίων τὰ πλατύσημα μὴ κατὰ χρείαν, πρὸς δὲ γέλῶν περιβαλλόμενοι τὰς ἀγυιὰς περιῆεσαν, καὶ τὰς ὀθονοσκεπεῖς περικρανίους καλύπτρας ταῖς κομυφαῖς τῶν ὀχημάτων περιτιθέντες, καὶ τὰ κατὰ νώτου κεχυμένα λευκόλινα ταῖς ἱππείαις γένυσιν αὐτῶν περιδέοντες ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ τῆς πόλεως ἐξιππάζοντο, *vestes latis clavis* (vel *tablitis*) *insignes non ad usum, sed lubidrium induti circulabant per compita; tectos subtilibus telis pileos imponebant equorum suorum* B *verticibus, candidis linteis, quæ de humeris fusa per dorsum undare promittuntur, eorum ora substringebant, eoque in apparatu huc illuc pervagantes obequitabant.* Unum ad nostros aetos adhuc addo, videri Russos a Græcis morem aquilas vestibus assuendi aut intexendi accepisse. Minores enim officiales imperiales, ut e. c. vectores currus publici, postiliones, aquilam rubram assutam habent, auctore libro Germanico, *das veranderte Russlandt* inscripto.

(38***) Neque de hac veste multum præter conjecturas afferre valeo. Si fidem habet, et habere omnino debet, superius citatus continuatoris Constantiniani locus, non differunt ἀετός et θάλασσα. Et esset sane aptum nomen θάλασσα, *mare*, vesti undanti non minus, quam aquila. Pari modo veteres Græci peplos mulierum undantes et a capite ad pedes demissos ῥύακας appellabant, *fluvios torrentes;* vid. Diogen. Laert. p. 305, ubi male mutarunt. C Forte inde quoque est, quod zauschorum seu mandatorum imperialium apud Turcos vestis exterior θαλασσοφέρεζε dicitur, voce e Græca et Arabica composita, quarum pars altera *vestem amplam* notat. Ambæ denominationes congruæ; vestis enim talis, quæ cingulo astringi non solet, ampla est et quasi undat. Fuit tamen, antequam Continuatoris illum viderem locum, cum crederem, thalassas fuisse dictos pannos undulatos, cymatiles, quo de genere est vulgo sic dictus *Cameloi*, voce non a camelorum pilis, sed ab illo ipso, sed corrupte prolato, *cymatilis* repetenda; de cujus panni confectione vid. Busbek. Epistol. I. p. m. 57 et 62. (Utor editione Wechel. 1605.) Suspicatus porro fui, *maria* fuisse has vestes dictas ab undantibus aut institis et oris, aut filis per medium pannum intextis, quales veteres μαιάνδρους appellabant, novi Græci ποταμούς. Antipater in Anthologia l. VI, c. 8, p. 425, habet puellas tres Dianæ donaria dedicantes, quas inter una vestem D dedicat cum intextis puellis choream agentibus et flexuosis Mæandri errores amantis fluentis;

Καὶ βιτίῃ μὲν τάσδε χοροιθαλίας κάμε κούρας,
λοξά τε Μαιάνδρου ῥεῖθρα πολυπλανέος.

Vid. Salmas. ad Tertull. p. 302, ed. Parisin. Videor mihi tale panni genus θαλασσωτὸν, κυματῶδες videre in nummis Justiniani; ut ultimo versus primi tabulæ æneæ apud Du Cangium in Familiis Byzantinis p. 88, et ejusdem tabulæ versu secundo, item quarto bis. Novorum Græcorum sic dictos ποταμούς in vestibus sic describit Du Cange. *Lineæ sunt*, ait, *candidæ rubeis intermistæ in palliis, mandyis et stichariis sacerdotum Græcorum.* — Andreas a S. Cruce apud eumdem *cappam* ait vidisse *Græci patriarchæ rigis albis purpureisque per transversum a summo usque deorsum variatam.* Nihil profecto aliud sunt illæ per certa intervalla positæ in tunicis a summa ora ad imam usque

tæniolæ, in quibus binæ extimæ lineæ candent, mediæ singulares rubent, quam veterum *mæandri* aut *scalæ* Boetii in Consolatione, ubi habitum philosophiæ describit. Vestibus eam ait indutam fuisse, *quarum in extremo margine* II, *in supremo vero* Θ *legebatur intextum; atque inter utrasque litteras in scalarum modum gradus quidam insigniti videbantur, quibus ab inferiore elemento ad superius esset ascensus.* Disputatur, quid illæ litteræ sibi velint: non enim absque ratione conflctas a philosopho fuisse palam est. Quantum colligo e sententia, quam ab aliis relatam habeo, extra nexum excerptam, videtur pro Π littera Γ reponenda esse, quæ Γένεσις significet, ut Θ notare videtur Θάνατος, Quas autem Boetius *scalas* appellat, eæ sunt procul dubio tæniæ purpureæ alteriusve coloris, vestibus a summa ora ad imam parallelæ per certa intervalla assui aut intexi solita; qualium scalarum, mæandrorum undarumve, ποταμῶν aut θαλασσῶν, exemplum est videre apud Ciampinum t. II Monumenti vet. tab. 39.

(39) Si non contractum est pro ἀδάδια, adeoque non est Arabica vox *Abat*, non novi, quid sit aliud. Est autem *Abah* vel *Abat* gestamen Arabum Chaldæorum præcipue Christianorum, sæculo septimo Satyris Geriri poetæ, Christianis valde infesti, exagitatum, sed et patrum memoria Itinerariis Petri della Valle et de la Roque celebratum. Laudatus Italus l. II, epist. 7, describit ut tunicam crassi fili in pectore scissam, absque manicis, quam super indusio gestent Arabes. Gallus autem pallium extimum appellat, pag. 4 de son *Voyage de Seyde au camp du grand Emir. J'avais*, ait, *par-dessus le tout une manière de manteau appelé aba, fait d'une* C *espèce de bourracan bariolé de blanc et de noir avec de petites fleurs tissues d'or.* Miretur nemo me ubique Arabica crepare et captare. Si modum hac in re excedo, patior quod amantes omnes solent. Vigiles et somniantes amata spectant et audiunt. Amavi quondam Arabicas litteras et strenue colui, magno cum rerum mearum dispendio, pauco in litteras commodo per hujus sæculi indolem, cui Arabica sordent. Non tamen nihilo propterea minus certum est numerosam catervam et velut coloniam vocabulorum Arabicorum in novam Græcam linguam immigrasse, ut a bellis et commerciis continuis gentium vicinarum contingere solet. Multa pacis bellique negotia Græcis nullo non tempore fuerunt cum Saracenis, donec amborum res florerent. Aliquando quoque traductæ in Græciam integræ coloniæ gentium orientalium Arabice loquentium. Vid. Nicephor. Patr. CPtani Breviar. p. 204.

(40) Cum μασούριον a Du Cangio Gl. Gr. per *lagenula* exponi viderem, dedi in Latinis *cum intextis lagenulis.* Rectene an secus, viderint alii. Vereor profecto, ne rectius fuerit *cum intextis siphonibus* aut cannulis, cylindris longis. Nam quantum colligo ex allatis a Du Cangio in Gloss. Gr. exemplis vocis μασούριν, fuerunt masuria tubi vitrei longi ad inflandum vel injiciendum liquorem in vas aliquod sanguiferum. *Pannum admasurum* invenio apud Du Cangium Gl. L. h. v., qui locum hunc ex Leone Ostiensi I, I, Chronic. Cassin. c. 58, adducit: *pannum admasurum pro Byzantiis octo.* Non dubito dividendam esse vocem in duas *ad masurum*, id est *cum masuris* seu lagenulis intextis. Possem huc non sine specie veritatis referre *toaleas masoricas*, quasi lagenulis intextis ornatas, quarum meminit Anastasius in vita Leonis IV, p. 196: *obtulit tres toaleas* [ita legendum et hic et in altero ejusdem loco p. 188, quos ambos citat Du Cange v. *Olea*] *masoricas admirabilis pulchritudinis*, serico textas coloreque depictas, quæ scilicet

rum præstantiora quidem assutas habent aquilas diblatteas et basilicia seu arma aut insignia imperialia; ab his autem secunda et quoad pretium inferiora habent pro exemplo intexta bdellia seu parvas muscas. Sphincturia seu strictoria, thalassas seu maria [vestis genus ita dictum], et abdia cum latis loris, et abdia cum intextis lagenulis, partim prætextata prætextis diblatteis, partim etiam absque iis seu pura. Porro hypocamisobraccia seu braccas diversarum qualitatum, tam quoad capacitatem, quam quoad pretium. Epirrhiptaria seu injectoria scapularia, scapulas et caput tegentia, veri luminis, primi ordinis et secundi et tertii. Zostria seu cingula veri luminis varia, et pseudoxea seu pallidioris coloris, singula pretio unius nummi et quatuor miliaresiorum, alia pallidioris luminis pretio nummorum singulorum, alia pretio miliaresiorum octonorum. Calceorum ex adimio seu corduano paria diversa. Hæc omnia in bulgis aut et bisaccis debent deferri, et destinata sunt nobilibus transfugis, quibus dantur, et aliis nobilibus magnisque alienigenis, quibus mittuntur. Porro fert secum imperiale vestiarium vestes pro minutis, quales domi gestantur, præstantiores et nitidas, præ-

A τὰ δὲ καὶ λιτά. Ὑποκαμισοβράκια (41) διαφόρων ποιοτήτων. Ἐπιῤῥιπτάρια, (42) ὀξέα (43) πρῶτα καὶ δεύτερα καὶ τρίτα, ζωστρία ὀξέα διάφορα καὶ ψευδοξέα (44) ἀνὰ νομίσματος ἑνὸς καὶ μιλιαρησίων ε'. Καὶ ἕτερα ψευδοξέα ἀνὰ νομίσματος α', καὶ ἕτερα ἀνὰ μιλιαρησίων η'. Ὑποδήματα ἀδήμινα ζυγαὶ διάφοροι. Ἰστέον, ὅτι ταῦτα πάντα ἐν βουλγιδίοις ἢ καὶ ἐν δισακκίοις ὀφείλουσι βαστάζεσθαι. Ταῦτα δὲ διὰ τοὺς εὐγενεῖς πρόσφυγας τυγχάνούσι καὶ διὰ τὸ εἰς εὐγενεῖς καὶ μεγάλους ἐθνικοὺς ἀποστέλλεσθαι. Ἱμάτια λεπτόζηλα ἐκ τῶν κατ' οἶκους πρόκριτα καὶ καθαρὰ ἀμφιεσμένα ἀπὸ τριβλαττίων καὶ διβλαττίων ὀξέων καὶ διβλαττίων ἀετῶν καὶ βασιλικίων καὶ βδελλίων, ἀμφότερα δίσχιστα μετὰ περσικίων διὰ τοὺς στρατηγοὺς καὶ κλεισουράρχας. Ἕτερα ἱμάτια ἐκ τῶν κατ' οἶκους λεπτόζηλα δεύτερα λιτὰ δίσχιστα μανιακάτα διὰ τοὺς θεματικοὺς τουρμάρχας καὶ λοιποὺς πρόσφυγάς τε καὶ ἄρχοντας. Ἰστέον, ὅτι ταῦτα πάντα ἐν σκευαρίοις ἐνδεδυμένοις δι' ἀληθινῶν τομαρίων καὶ σιδήρων γανωτῶν μετὰ καὶ χαρταλαμίων ὁμοίως γανωτῶν βαστάζονται· Σφιγκτούρια, θάλασσαι καὶ ἀβδία πλατύλωρα καὶ μασουρωτά, τὰ μὲν ἀμφιεσμένα ἀπὸ διβλαττίων, τὰ δὲ λιτά. Ἐπιῤῥιπτάρια ὀξέα διάφορα, ἱπποκαμισοβράκια

B

C

D

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

festis diebus in circuitu altaris majoris dependerent. Sed masoricæ illæ huc non pertinent, utpote nomen habent de insula Majorica, in qua fiebant. Saraceni Andaluseni medio ævo maximum faciebant in Occidente commercium pannorum pretiosorum, ut passim celebrarentur *panni de Spanisco, purpuræ Almarienses,* et sic quoque *toaleæ Majoricenses.*

(41) Id est *hypocamisa* et *braccas.* In hunc modum reformanda nostra Latina. Quid autem sunt hypocamisa? Quantum intelligo e farragine exemplorum v, Κάμισον et Ὑποκάμισον allatorum a Du Cange in Gl. Gr., fuit κάμισον idem quod χιτὼν exterior, brevior, ad genua desinens, ὑποκάμισον autem chito interior, ἐσωφόριον, ad pedes vel talos desinens. Σφιγκτούρια vero forte fuerunt subuculæ, interulæ lineæ cuti proxime incumbentes. Illustrabit hæc nostra et rem illorum temporum vestiariam insignis locus Joannis Mussi in Chronico Placentino apud Murator. t. II, Ant. Ital. p. 320: *juvenes portant alia indumenta et larga* [pallia aut chlamydes] *et alia curta et stricta; et sic curta, quod ostendunt medias nates et genitalia* [videtur τὰ καβάδια vel τὰς διπλοΐδας significare, quas nos *Bruslatze* appellamus, quasi ῥάκη τοῦ στήθους, ἐπιφωράκια], *salvo, quod portant caligas* [id est braccas, femoralia] *de panno sic longas* [id est valde longas], *ligatas in quinque partibus ad zuparellos* [id est annexas quinquies ταῖς ἐπενδύταις seu pannis illis pectoralibus; V. Du Cange v. *superalia*], *quos portant de subtus alia indumenta, quæ cooperiunt totas nates, membrum et genitalia cum dictis caligis. Et etiam de subtus habent zaraballas lineas strictissimas.* Ergo *saraballas* appellabant indusia, de voce Arabica, V. Du Cange v. *Saraballa.* Quod addit *strictissima,* miror; nam Arabes *sarabal* de amplissima quaque et maxime prolixa veste intelligunt. Inducit me tamen hic locus, ut τὰ σφιγκτούρια fuisse credam id, quod nobis indusia sunt. De braccis jam attigi, cum de τουβλίοις agerem. Nam braccæ Græcorum erant sic formatæ, ut heiduccorum; procedebant scilicet a ventre imo inde usque infra suras, ut videre est in Menologio Basiliano t. I, p. 9, 22, 23, 26, 27 et alibi. Conf. Murat. Ant. Ital. t. II, p. 110. * [D. braccis imperatorum CPlanorum V. Du Cange ad Villeharduin. p. 309.]* Antequam argumentum hoc deponam, juvat brevibus Glossam apud Du Cangium Gl. Gr. p. 564, illustrare, hanc nempe: καμισάτοι *dicuntur ministri ecclesiastici, qui in ecclesia calefaciendis sacris lebetibus occupantur.* Vox hæc non a κάμισον, sed ab alia descendit Arabica vel potius Syriaca, quæ *ministrum* significat. Est quidem κάμισον etiam Arabicæ orignis.

(42) [Ἐπιῤῥιπτάριον, capitis tegumentum, quo patriarcha utebatur. Georg. Monach. p. 567.]* Ex Leone Grammatico p. 490, patet esse capitis tegumentum. Frustra ergo reprehendit Goar. ad Cedren. p. 611. Xylandrum, qui *cucullum* vertit. Pariter Du Cange Gl. Gr. h. v. *frocco* monachorum comparat, ubi vid. Ex Nostri p. 419 apparet, vestem hanc jugulo fibulæ seu agrafii ope astringi potuisse.

(43) Sæpe perarduum est dicere, quem colorem voce ὀξύς significent, rubrumne, an violaceum. Sane ut plurimum reddere solent viri docti hanc vocem Latina *violaceus.* Sed rubrum quoque eam significare apparet e loco Nicetæ apud Salmas. t. II Hist. Aug. p. 560 et ex illo Chæremonis apud Eustathium ad Odyss. K, qui ἰδίως τὰ ῥόδα ὀξυφεγγῆ καὶ ἔαρος τιθηνήματα appellat. Non pallidi, sed intense rubri et ad fuscum pene accedentis coloris rosas intelligit. Sæpe quoque ὀξὺ non colorem, sed coloris modum notat, intensum valde, vividi luminis et oculos ferientis. Hinc opponuntur τὰ ὀξέα et ψευδοξέα, lumine solo in censum veniente. At quando ὀξέα πρῶτα, δεύτερα, τρίτα recensentur, coloris, non luminis habetur ratio. Sæpius enim tingebatur pannus, et *sericum atque coccum non semel tinctum* habet Vita S. Amatoris apud Du Cangium v. *Plumatum.*

(44) Est idem quod *pseudoalethina,* de qua Salmas. ad Script. Hist. Aug. t. II, p. 405. Πορφύραν ἐψευσμένην τὸ ὄνθος memorat Themistius p. 247, et πολλὰ βασανιστήρια τῆς πορφυρας et βασανιστὰς ejus, de quibus supra jam dixi, ubi de ζυγοστάταις.

διαφόρων ποιοτήτων. Ἰστέον, ὅτι ταῦτα πάντα ἐν βουλγιδίοις ἢ καὶ ἐν δισακκίοις ὀφείλουσι βαστάζεσθαι. Λογάριον εἰς ἔξοδον τοῦ φοσσάτου εἰς φιλοφρόνησιν τῶν ἀγωνιζομένων ἐν πολέμοις καὶ τῶν ἀρχόντων καὶ εἰς λοιπὰς ἐξόδους, κεντινάρια (45), μιλιαρήσια, σακκία (46) εἰς τὸ διδόναι τοῖς φυλάσσουσι σχολαρίοις εἰς τὴν βασιλικὴν φῖναν (47), τοῖς τε βασιλικοῖς ἀγούροις (48) καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς βασιλικῆς ἑταιρείας καὶ ἄλλοις, οἷς ἂν κελεύει ὁ βασιλεὺς εὐσέβειαν (49) διδόναι, εἴτε καθ' ἑβδομάδα ἅπαξ,

A textatas triblatteis et diblatteis veri luminis et diblatteis aquilis et basiliciis et bdelliis. Omnia ista sunt bis fissa et persiciis seu marsupiis instructa et strategis atque cleisurarchis destinata. **272** Alia vestimenta ex genere domesticorum minuta secundi ordinis absque prætextis, bis fissa, torquata, pro turmarchis provincialibus et reliquis transfugis atque tribunis. Hæc in vasis deferuntur, quæ coriis purpureis induta sunt et instructa ferramentis politis et chartalamiis [seu manubriis pergamenis] pariter

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(45) Jam quidem egi de centenariis ad p. 20 (horum Commentar. p. 44), neque rursus de illis sermonem instituerem, nisi me tum, cum illa scriberem et prelo excuderentur, præteriisset insignis B locus Abulfedæ, quem a me impetrare nequeo ut lectori negem, ut qui morem principum orientalium vægrandes et ponderosas auri argentique rotas dictas ad nummorum instar conflandi et inscriptionibus ornandi, qualium vix umbræ sunt nostri sic dicti medagliones, præclare illustret. Narrat igitur Abulfeda ad A. 377 (C. 998), Sahebum, filium Ebadi, primum consiliarium et administrum Fachreddaulæ Bujidæ, qui Saheb primus, ex imitatione forte aulæ Byzantinæ aut Romanæ, titulum *sahebi*, hoc est *comitis*, in Arabicam gentem intulit (V. d'Herbelot p. 733), domino suo in Kalendis anni strenæ loco obtulisse nummum aureum mille *miscal* seu librarum pondo. Æquiparari solet miscal sesquidrachmæ. Fuit ergo propemodum mille quingentorum ducatorum Belgicorum pondo. Verba auctoris sunt : *Fulvus* [hic est nummus] *soli tam aspectu* [rutilo], *quam forma* [rotunda] *similis, a cujus attributis attributa solis omnia desumpta* C *sunt*;

Quem qui denarium [hoc est ducatum vel solidum aureum] *appellet, verum ille nomen ei tribuit. At qui mille denarios eum esse asseveret, ille dicit unum aliquod de hujus nummi prædicatis.*

Inventionis prorsus novæ. Nam a rerum principio cusus non fuit alter similis, neque signati fuerunt ejus sodales talibus characteribus.

Refert genus et nomen ad Schahinschahum [seu regem regum, Fachreddaulam et de eo vel Fachricus vel Schahinschahicus appellatur, velut mancipium ejus], *etiamsi minutus* [et tanto domino indignus] *sit, ut qui munificentiam ejus imploratum veniunt.*

Significat eum in vivis exacturum esse tot annos, quot ipse miscal pendet; quo mundus de longa domini sui ætate lætari et bonam spem alere incipiat.

Dempta et in censum non admissa hyperbole, est elegans et nobile epigramma. En specimen D poeseos Orientalium.

(46) Vereor, ut satis assecutus fuerim hujus loci sententiam. Videtur enim velle dicere saccos, qui scholariis in stipendium darentur. Unde concludas, militibus in saccis fuisse tum quoque solutum stipendium, ut hodie apud Turcas fit, qui secundum bursas numerant, singulis bursis eamdem certam nummorum summam continentibus. Adeoque debet, σακκία veluti pro specie quadam pecuniæ sumi, qualis sunt centenarii, etc.

(47) Apparet e pluribus locis hujus Tactici, *finam* esse *excubias* vel *stationes castrenses*, vel quod essent in extremis castrorum finibus, vel quod essent fines, ὅροι, termini, ad quos finiti, definiti, confiniti (*confinés*, ut Franci dicunt), id est appositi essent et stare jussi milites. Φῖνα in genere est omnis *limes*, *terminus*, ὅρος, ἵρμα, quod finit rem et secernit eam a vicina. Hinc intelligas, quid sint αἱ τέσσαρες φῖναι in Ecclesia, stationes nempe quatuor et termini velut, quos non excederent, qui a communione reliquorum fidelium separati B essent. Anonymus in descriptione S. Sophiæ p. 261, ed. Combefis. in Originibus CPtanis : Τὰς τέσσαρας φίνας τοῦ ναοῦ ὠνόμασε τοὺς δ' ποταμοὺς ἐξερχομένους ἐκ τοῦ παραδείσου, καὶ ἔδωκε νόμον, ἵνα κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἵστασθαι ἕνα ἕκατον ἀφοριζομένους. Ergo erant finæ illæ Ecclesiæ quas metæ, ubi confiniti, ἀφωρισμένοι κεχωρισμένοι, starent a reliquo cœtu peccatores; V. Du Cange, h. v. in Gloss. G., a quo videtur Cl. Leiche inductus fuisse, ut apud Nostrum p. 14, *porticum* redderet. Est et ibi *meta* medio in triclinio statuta ex hedera, myrto et rosmarino sic facta, ut e trunco recto duo velut brachia aut tecta, umbellas oblongas, extenderet, eoque præstaret usum porticus, non tamen arcuatæ neque clausæ a lateribus, sed patentis et planæ ad instar litteræ T formatæ. In nostro præsente loco per τὴν βασιλικὴν φῖναν intelligitur interior custodia circa tentorium Augusti vel prætorium. Nam erat alia quoque exterior per ambitum extremum castrorum, ut patet e sequentibus p. 277. In circo quoque *fina* erat, alio nomine πῖ dicta, porticus constans e duobus lateralibus et uno transverso ambulacro, quarto anteriore latere, per quod intratur, patente, ad instar litteræ Græcæ *Pi* dictæ, qualem vidi Amstelodami super Amstela, et exstat adhuc in Dalmatia apud Salonam ex vetusto palatio Diocletiani, ut patet e figuris illius imaginis, quam dedit Sponius in Itinerar. t. I, p. 20, et ex eo Banduri not. ad Constant. p. 84 et Montfaucon. t. III, Antiqu. Explic. p. 134. Vide infra p. 355 : ἀνέρχονται μέχρι τῆς φίνας ἤγουν τοῦ Π, *Finæ* nomen illa porticus non eo obtinuit, quod porticus esset : nam φῖνα porticum per se non notat : sed quod in fine circa esset, ubi finiretur cursus. Quod autem fina hæc porticus esset, id accidens erat, neque ex eo effici potest, finam porticum notare.

(48) Interpretantur ἄγουρον juvenem grandi, robusto et venusto corpore : V. Du Cange h. v. et Γαρσονοστάσιον et *Garso* et ad Alexiad. p. 338. Veni aliquando in eam opinionem, descendere hanc vocem ab ἄκουρος, *juvenis imberbis*, cui barba nondum crescit. Sæpe γ et κ permutantur. Ita παραγάδην habet du Cange Gl. Gr. pro παρακάτιον, *rete, quod lembum sequitur a piscatoribus tractum.*

(49) *Pietatem*, id est munificientiam. Ab εὐσέβεια pietate, adhuc superest in Italica lingua *pietanze, portio esculentorum, quæ monachis aliisque personis ultra panem ad victum datur.* Verba sunt Muratorii Ant. Ital. t. II, p. 1265. *Humanitatem* appellabant quoque Latini medii ævi et *pietatem*, V. Du Cange his in vocibus. *Solatium, solatia tribuebantur* est in cod. Theod., hoc est principis munificentiam effundebat; v. Guther. p. 499 et Du Cange Gl. Lat. h. v. Goar. ad Codin. p. 75, inter εὐσέβειαν et φιλοτιμίαν ita distinguit, ut illa sit liberalitas in Ecclesias, hæc in proceres et milites erogata. Sed locus noster hanc distinctionem destruit.

politis. Porro strictoria, thalassæ et abdia cum latis loris, et masurota, quædam diblatteis prætexta, quædam pura. Epirrhiptaria vel scapularia varia; braccas diversorum generum. Hæc debent in bulgis aut et in bisacciis deferri. Fert porro quoque vestiarium imperiale secum ad expensas fossati faciendas logarium seu certam quamdam numeratæ pecuniæ copiam tam in centenartiis, quam in milliaresiis, iisque in sacculos inditis, ut habeat imperator, unde largitionibus eos, qui sese strenuos in bellicis periculis monstrant, et tribunos honorare cæterisque necessariis expensis satisfacere possit; ut et scholariis, qui regiam finam vel custodiam castrensem obeunt, et regis aguris seu ephebis, et illis, qui ad regiam hetæriam pertinent, aliisque, quibus

A εἴτε κατὰ δύο, καὶ εἰς λοιπὰς ἐξόδους. Παραλαμβάνει δὲ ταῦτα ὅ τε σακελλάριος καὶ ὁ εἰδικὸς, καὶ βαστάζουσιν εἰς τὰς φορτώσεις αὐτῶν πυρέκβολον μετὰ ἴσκας (50) καὶ κανδήλας ἀργυρᾶς γ', καὶ χαλκᾶς γ', μία μὲν εἰς τὸν κοιαῶνα, μία δὲ εἰς τὸ κουκουμίλιν, ἑτέρα δὲ εἰς τὸ παρακοιτωνάριον. Ὀφείλει δὲ γίνεσθαι λάκκος (51) ἔχων βάθος σπιθαμὰς δύο, καὶ ἵνα σκεπάζονται ἐπάνω τῆς γῆς ὑπὸ πετάλων χαλκῶν κοσκινωτῶν, καὶ συμπαράκεινται αὐταῖς πρὸς ἓν (52) τρία κηρούλια (53), φανάρια (54) χαλκᾶ κοσκινωτὰ, καὶ ὡρολόγιον (55) μικρὸν ἀργυροῦν διὰ τὰ νυκτερεύματα, ὅπερ ὀφείλει ἵστασθαι εἰς τὸν κοιτῶνα. καὶ ἕτερον χαλκοῦν, ὅπερ ὀφείλει ἵστασθαι ἔνθα οἱ κοιτωνῖται μένουσι. Πρὸς τούτοις σκουτέλλια ὁλόχρυσα δ', μινσουράκια ὁλόχρυσα β', ὀρθομί-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(50) In Latinis permutavi harum vocum significationes et per errorem tribui pyrecholo, quod hiscæ erat, et vicissim huic, quod illius. Est nempe pyrecbolum terebella lignea, qua super hyscam agitata fortiter hæc ignem concipit. Hysca vero vel hisca, pro quo Latini propius ad orlginem *esca* dicebant, est fomes ignis, lignum spongiosum aut materies illa lignea fungosa, quæ in nucibus e. c. inter corticem et medullam sæpe invenitur, aut qualis est illa materies fungosa, quæ nostratibus *Schwamm*, *Feuer-oder Pulverschwamm* appellatur; V. de hac voce Paul. Leopard. Emendat. VIII, 7. et Du Gange Gl. Gr. h. v. Non est vox barbara, quod Græculi perhibent, sed bene Græcæ originis, quamvis mutilata. Veteres Græci ἐσχάρα dicebant, item στορεύς. Illud perhibet Theophrastus Hist. Plant., hoc Scholiastes Apollonii Rhodii ad l. I, v. 5. 1184, ubi sic ait: Τὰ ξύλα παρέτριβον καὶ ἐπ' αὐτῷ (sic leg., *postea, eo facto, per hoc*, aut ἀπ' αὐτῶν *ex illis eliciebant*) τὸ πῦρ ἔβαλλον. Ηυρήια γὰρ ταῦτά φησι τὰ προστριβόμενα ἀλλήλοις πρὸς τὸ πῦρ ἐγγεννᾶν, ὧν τὸ μὲν ἐστιν ὕπτιον, ὃ καλεῖται στορεὺς, θάτερον δὲ παραπλήσιον τρυπάνῳ, ὅπερ ἐπιτριβόντες τῷ στορεῖ στρέφουσιν. Multis hunc morem ignem excitandi, Græcis, Latinis et Arabibus usurpatum declararunt Petrus Scriverius in Hist. Comitum Hollandiæ p. m. 391, et Schuliens. in Orig. t. I, p. 63.

(51) Hoc vocabulum Græcis cavum quodcunque receptaculum notat, sive vacuum, sive plenum rebus humidis aut siccis. Ita quoque Latini *lacus* dicebant, quo sensu in Latinis posui. Latini sequiores vitreas ollulas, in quibus lychnos per noctem ardentes deponebant metu scintillarum decidentium, ne circumposita incenderent, appellabant *crucibula*. V. Du Cange h. v. Vocabulum id a Germanica voce *Krug*, *crucha*, *cruche*, id est *ollea*, *urceo*, derivanda est, unde factum deminutivum *cruciolum*, interposito, *m*, *crucimolum*, eoque in *b* mutato, *crucibolum*.

(52) Vid. quæ infra ad p. 281 dicam.

(53) Dixi in Latinis, quid sit, ex mea quidem sententia. Nos appellamus *ein Wachsstok*. Forte Idem fuit *crinale*, de quo V. Du Cangium h. v.

(54) Perhibet Du Cange Gl. Lat. *Cereophalum*, a Cinnamo inventionem laternarum castrensium Manueli imperatori tribui. Non memini me id in Cinnamo legisse. Certe fallitur. Antiquiores enim illo eas esse, constat ex hoc loco. Tales laternas appellabant Latini *absconsas* et *sconsas* (quod candelæ ardentes in iis absconsæ laterent), v. Du Cange Gl. L. h. V. Bernard. Monach. in Consult. Cluniac.: *prior accipit sconsam, quam ea hora candela intus accensa omni nocte parat illi hebdomadarius ad faciendam circam*, id est circitationem, lustrationem, quæ obeundo fit. E variis materiebus faciebant tales absconsas, vitro et corio tenuiter raso, membranis

B tennibus, et cornu, ad tabulas ligneas æneasve affixis. Elegans est locus apud S. Altelmum de Laude Virginum:

Nec laterna tibi vilesceat vitrea, virgo,
Tergore vel raso et lignis compacta salignis,
Seu membranarum tenui velamine facta,
Quamlibet ærata præcellat forte laterna.

(55) Videtur mihi hoc ex loco satis tuto confici posse, jam ævo decimo horologia gestatilia, quæ rotis æneis, clateribus, funibus et appensis ponderibus aguntur, qualia nostra sunt, in usu fuisse. Nam quod *parvum argenteum horologium ad vigilias nocturnas* dicitur, profecto non potuit clepsydra fuisse. Pro totius enim, præsertim hibernæ, noctis spatio magnum vas requirebatur. Multo minus potuit gnomon fuisse. Nihil igitur reliquum aliud est, quam statuere, hoc parvum argenteum horologium fuisse gestabile, non quidem in marsupio, C qualia nos perquam minuta habemus (nam id genus eo ævo nondum erat notum), sed quale in mensa reponi aut ad parietem erigi solet. Patet id quoque ex loco noto Reginonis, quo dicitur *Haroun al Raschid*, rex Saracenorum, Carolo M. horologium misisse, quod ille pluribus describit; repetere tamen non lubet. Saltem id ex eo loco colligitur, horologium istud mechanica arte fuisse actum. Habuerintne autem Græci horologia qualia nos in campanilibus Ecclesiarum nostrarum habemus, campanæ sono diei noctisque horas indicantia, non liquet, sed vix videntur habuisse, quamvis in nostro codice passim mentio fiat horologii S. Sophiæ, item Tripetonis et Chrysotric'inii, et apud alios horologii S. Joannis Prodromi. Nam potuerunt in illis turribus fuisse reposita illa ligna, σήμαντρα Græcis dicta, quibus ad preces evocabantur olim Græci Christiani. Vid. ad p. 100 dicta. Non dissimulare tamen possum, constare e loco quodam Anthologiæ Græcæ sub finem libri IV, jam sæculo VI instructa fuisse horo- D logia Græcorum aut tabulis æneis, in quibus duodecim horæ essent notatæ, aut campanis duodecies per diem sonantibus, initio a singulis ictibus facto et progressu usque ad duodenos. Nam locus potest utroque modo exponi, tam anceps est. Eccum:

Δῶρον Ἰουστίνοιο τυραννοφόνου βασιλῆος
Καὶ Σοφίης ἁλόχου, φέγγος ἐλευθερίης
Ὡράων σποπίαζε σοφὸν σημάντορα χαλκὸν,
Αὐτῆς ἐκ μονάδος μέχρι δυωδεκάδος.

De Justino juniore loquitur. Memorabile in hoc loco id etiam est, quod *æs, argulum horarum indicem*, appellat *lumen libertatis*. Sexto jam igitur sæculo campanæ earumque pulsatio erat symbolum libertatis urbium, ut hodie est. Vix putem alibi hujus rei vestigium exstare. Et hoc est, quare lo-

λια (56) ὀλόχρυσα δύο. Ἰστέον ὅτι ταῦτα ἐν τῷ συνεστιᾶσθαι ἐθνικοὺς τῷ βασιλεῖ ὀφείλουσιν ἐνεργεῖν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐν ταῖς φορτώσεσι τοῦ βασιλικοῦ βεστιαρίου τυγχάνουσιν, ὡς μὴ καθ' ἑκάστην ἐνεργοῦντα εἰς τὸ βασιλικὸν τραπέζιον. Τὸ δὲ ἀσῆμιν τῆς βασιλικῆς ὑπουργίας ὀφείλει βαστάζειν ἡ ὑπουργία εἰς τὴν φόρτωσιν τῶν π' σαγμαρίων τῆς βασιλικῆς ὑπουργίας· ἀφ' οὗ δὲ ἀποκινήσει ὁ βασιλεὺς εἰς τὰς ἐρήμους, δύο φῖναι ὀφείλουσι γίνεσθαι, καὶ καθ' ἑβδομάδα ὀφείλουσι λαμβάνειν μιλιαρήσια. Ὁμοίως καὶ οἱ βασιλικοὶ ἄγουροι μαϊουμᾶν καὶ μιλιαρήσια. Οἱ δὲ μάγιστροι καὶ οἱ πατρίκιοι καὶ οἱ ὀφφικιάλιοι συνεστιῶνται τῷ βασιλεῖ εἰς τοὺς ἀκλήτους σὺν τοῖς πραιποσίτοις.

A imperator vult pietatem seu donum caritatis dare, sive semel per septimanam id fiat, sive singulis quatuordecim diebus semel. Mitto ceteras expensas. Ista, quæ diximus, accipiunt iisque onerari sua sagmaria curant sacellarius et idicus, uti etiam hæc : pyrecbolum seu fomitem ignis ligneum, et iscam seu terebram ligneam igniariam, et candelabra argentea tria et ænea totidem ; quorum unum quidem in cœtone seu cubiculo dormitorio imperatoris, alterum in cucumilio, tertium in paracœtonario seu cubiculo, quod ad latus cœtonis est, ponitur. Inferius habere debent singula singulos lacus ad duarum spithamarum profunditatem ; in summo tectos bracteis æneis ad instar cribri perforatis ; et adjacere singulis terna cerulia [id est cerei, ut videtur, non recti, sed conglomerati], et laternæ æneæ, in summo pertusæ foraminibus, velut cribra ; et horologium parvum argenteum propter vigilias nocturnas, quod collocari debet in cœtone ; et aliud æneum, quod ibi debet collocari, ubi cœtonitæ diversantur. Præterea scutellas quatuor solidas aureas, et minsuracia seu missoria, vel lances solidas aureas duas, orthomilia [seu pyramides, quales lancibus ad occultandas dapes superimponuntur,] duæ totæ aureæ. Hæc vasa pretiosiora servire et in usum vocari debent tum, quum exteri cum imperatore convivan-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

eum hunc de campanis malim, quam cum aliis de gnomone sciaterico accipere. Æque dubium porro est illud, quod Muhammedani in turribus moscheārum suarum habebant suos *horarios* seu horarum observatores, ut ex Abu Oseibah didici, qui de quodam Muhammedo ait : *Erat phœnix sui temporis in scientia conficiendi horas* [id est horologia] *et in scientia stellarum*. Erat ille homo Saladino æqualis, id est vivebat sæculo XII. Verum quia additur, eum fuisse peritum astronomiæ, pronum est colligere, horologia illa gnomones solares horas ex umbra metientes fuisse. Est tamen apud eumdem Abu Oseibam locus, qui magis stringere et aptius rei præsenti congruere videtur. Paulo post nempe infra superiorem de Abul Fadhlo filio, Abdel Carimi, Al Mohandeso seu Geometra dicto, Damasceno, qui medio sæculo XIII, in Syria et Ægypto vixit, inter alia hæc narrat, eum subtilem et dextrum fuisse mathematicum et mechanicum, initio quidem dexterrimum fabrum lignarium, deinde ad altiora litterarum quoque humaniorum et theologiæ sacra processisse. *Hic est ille, qui reparavit* [servandis in bono statu et reparandis, si forte labem contraherent, invigilavit.] *horologia templi majoris Damasceni, quorum ob inspectionem et visitationem e fisco salarium fixum accipiebat.* Majus quid et diversum a sciaterio procul dubio hic designatur. Nam semel fixo in commodo loco gnomone solari, non amplius opus eum custodire, per temporum intervalla visitare et reparare ruinosum. Verum continuis vigiliis opus habere horologia nostra majora campanis instructa, nemo est qui ignoret. Neque de σημάντρῳ ligneo commode dici potest reparatio, cui non mathematicum hominem opus est, sed tantum vulgarem fabrum adhibere sufficit ; quamvis de tali ligneo signo rectius, quam de sciaterio, dicatur id observari. Nam illud sæpius per diem pulsari debebat, et narrat Brochardus in descript. terræ sanctæ, Nestorianos ad omnes horas signum facere tabula lignea, defectu campanarum, vid. p. 335 edit. Grynæi. Mihi quidem satis esto rem in medio ponere ulteriori examini doctorum. Præter alios multos, qui de veterum horologiis disputarunt, quos Zimmermannus in Florilegio Philologico v. *Horologium*, et Fabricius in Bibliographia Antiquaria recensent, argumentum hoc recentissima memoria attigerunt Dn. de Burette dans les *Mémoires de l'Académie Royale des Inscriptions et belles-lettres*, et Cl. Muratorius, t. II, Antiqu. Ital. p. 389, ubi inter alia miratur, quare in veteri charta, quam producit, memoretur *nocturnum horologium*. Non recogitabat scilicet V. D., veteres per diem ad solaria horologia respexisse, de nocte ad clepsydras, aut etiam ad campanalia, si quæ forte habuere. Et eo prorsus modo accipi debet Aristoxenus apud Athenæum p. 174, narrans Platonem sibi fecisse νυκτερινὸν ὡρολόγιον. Quæ quidem in nostro loco memorantur horologia unum argenteum, alterum æneum, videatur mihi quidem arte mechanica rotis et ponderibus acta fuisse ut nostra, illud autem, quod tabulam horarum indicem argenteam haberet, argenteum, quod vero tabulam æneam haberet, æneum a Nostro dici. Conf. Du Cange v. *Horologium*, ubi cum inter alia posuerit hanc vocem absque interpretatione, ut solet facere in suspectis et ubi non liquet, juvat in transitu monere, eo loco, quem e Synodo Nemausensi citavit, vocem *horologia* significare fructus horæos, τὰ ἐν ταῖς ὥραις λεγόμενα, collecta in æstate. Possit quoque *oporologia* ibi reponi.

(56 Quid credam esse, e Latinis meis apparet. Forte sic appellata fuerunt ea vasa, quod miliare, columnam miliarem, in conum præsectum desinentem, referrent. Solebant autem olim cibaria cooperta inferri. Cerimoniale Davantriæ apud Jos. Catalannum ad Cerim. Rom. Eccl. p. 150 : *Portabuntur dicto regi cibaria omnia cooperta — regi servietur de speciebus* [dulcio] *cum drageria cooperto.* Possent quoque τὰ ὀρθομίλια illa olim sic dicta *miliaria* esse videri, quæ vasa erant metallica, aquæ calefaciendæ, sic facta, ut in tubum conicum abirent, habentem in medio sui cavitatem, in qua carbones vivi reponebantur ; quales adhuc hodie habemus pro aqua theæ calefacienda aut in calore conservanda. De illis miliaribus vid. Athenæus III, 20, ubi ridet Græcum philosophum, qui Latinam vocem miliarium Græca a se conficta ὑπολέβης appellaverat, compositione prorsus non ridicula meo judicio, sed aptissima. Nam est λέβης, sed ab imo ad summum cavus, ita ut tubus cavus caminum referat, et vapor carbonum haud secus atque per caminum exeat. Miliaria autem dicebantur tales lebetes, quod forma miliare, passuum in viis indicem, referrent, id est cylindrum perfectum aut conum. Conf. Antholog. p. 161.

tur ; quem in finem quoque sarcinis vestiarii regii [non autem ministerii culinaris] induntur, utpote quotidie non servientia in mensa regia. Reliquam vero supellectilem argenteam culinarem debet ministerium culinare in cæteris sarcinis attributorum sibi 273 octoginta mulorum sagmariorum ferre. Ex quo movet imperator in deserta, duæ debent finæ vel vigiliæ fieri, iisque septimanatim miliaresia dari, Pariter quoque debent imperiales aguri vel ephebi majumam et miliaresia accipere. Magistri autem et patricii et officiales, uti et præpositi convivantur imperatori, etiamsi non nomine tenus evocati et invitati.

Pro idico destinata sunt sagm. 46.

Sumit idicus e cœtone saccos pecuniæ signatæ, tam in centenariis, quam in miliaresiis, pro imperiale hetæria et imperialibus aguris et scholariis circa imperatorem ejus custodiendi causa agentibus; item pannos e foro a mercatoribus emptos decem, alios novem, alios octo, alios septem, alios sex ulnarum, loris distinctos, metaxotos [seu sericatos, id

A Διὰ τοῦ εἰδικοῦ σαγμάρια μς'.

Λαμβάνει ὁ εἰδικὸς ἀπὸ τοῦ κοιτῶνος σακκία χάραγμα κεντηνάρια καὶ μιλιαρήσια σακκία λόγῳ τῆς βασιλικῆς ἑταιρείας καὶ τῶν βασιλικῶν ἀγούρων καὶ τῶν σχολαρίων καὶ τῶν παραμενόντων τῷ βασιλεῖ εἰς τὴν φῖναν· ἱμάτια ἐξ ἀγορᾶς ἀπὸ τοῦ φόρου (57) δεκάλια (58), ἐννάλια, ὀκτάλια, ἑπτάλια, ἑξάλια, λωρωτὰ μεταξωτὰ (59) Αἰγύπτικα· ἀληθινὰ ἐνθάδια·

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(57) Non idem sunt ἡ ἀγορά et τὸ φόρον, quamvis videantur. Τὴν ἀγοράν accipio hic pro ἡ ἀγόρασις, *panni ex emptione e foro* sunt panni per emptionem e foro comparati, non e regia fabrica deprompti. Ἀγορά est actus emendi, et τὸ φόρον locus CPli, ubi panni venales prostabant.

(58) Cogitabam aliquando, annon hæc vestium nomina, decalia, octalia, etc. ad pondus auri intexti respicerent, ut decalia essent, quæ haberent auri intexti decem uncias, et sic porro. Sane Casaubonus B ad Script. Hist. Aug. t. I!, p. 407, observat, pondus auri, quod vestibus inerat, a veteribus notari consuevisse, ut dicerent e. c. *subserica alba paragaudia triunx, — bilibris, sexunx*, etc., et ut p. 773 : *tunica auroclavata subserica bilibris*. Sed cum auri hic loci nulla fiat mentio, rectius puto statui, decalia fuisse telas decem ulnarum, e quibus deinceps formandæ vestes essent, et sic porro nonalia, etc. Certe apud Ammian. Marcell. p. 205, interpretatur Valesius *quinquagenarias materias* per trabes quinquaginta ulnarum. Apparet hinc, quid sit *pallium triacontasimum* in Chronico Cassinensi IV, 17, quod dicitur Alexius Comnenus imp. pro altari ecclesiæ istius cœnobii misisse et donasse. Angelus a Nuce in notis ad illum locum putat ita appellatam fuisse illam telam, quod *triginta operarum, liciorum, filorum, vel triginta fortasse colorum fuit*. Putem potius triginta ulnarum fuisse. Ascribam locum alia quoque de causa memorabilem. Ait igitur auctor : C Alexius imp. CPtanus *per Joannem choropalsium* [id est curopalatam] *suum transmisit Beato Benedicto vecem de dorso suo oxi deauratam ; quem legatum prædictus abbas honorifice satis suscepit, eumdemque imperatorem participem bonorum, quæ in Casino operantur, in perpetuum manere constituit. — Alia vice libras octo solidorum Michalatorum misit idem imberator causa memoriæ et pallium triacontasimum pro altari nostræ ecclesiæ*. Aliam de significatione hujus vocis opinionem suam proposuit Du Cange in Gl. L. h. v., quæ tamen me nondum a mea abstrahit. Sed quid hic loci est *vestis de dorso suo* ? Putat Angelus a Nuce significari chlamydem imperialem ; sed leg. potius *de diarrhodino*. Sed redeo ad propositum Ad hunc modum est *centenaria* arcus centum pedes amplus, unde Arabes suum *cantar, pons*, etiam Hispanis servatum, assumpserunt; v. Du Cange h. v., qui tamen rectum non ierit.

καὶ ἄλλη ὅση ἂν ᾖ ἀποσκευῆ, καὶ τὰ πτωχὰ
ἄλογα (92) καὶ τὰ χωλὰ, καὶ παραλαμβάνει αὐτὰ
ὁ πρωτονοτάριος τοῦ θέματος, ὅθεν ἀποβάλῃ ὁ βασι-
λεὺς πρὸς τὴν Συρίαν μετὰ καὶ ἀρχόντων τῶν στά-
βλων τῶν Μαλαγίνων. καὶ ἐκ τῶν σελλαρίων σταβλο-
κομήτων μετὰ τῶν συντρόφων, καὶ εἰς οἷον ἂν θέμα
μέλλῃ ὁ βασιλεὺς ἐξελθεῖν ἀπὸ Συρίας, ἀντιπαραδί-
δωσι ταῦτα ὁ πρωτονοτάριος τῷ πρωτονοταρίῳ τοῦ
θέματος ἐκείνου, καὶ σωμασκεῖ τὰ ἄλογα τὰ βασι-
λικὰ, ἵνα, ὅταν ἐξέλθῃ ὁ βασιλεὺς ἀπὸ Συρίας, εὑρήσει αὐτὰ ἀναπεπαυμένα καὶ ἐσταβλισμένα, καὶ ἔχει
πᾶσαν χρείαν βασιλικὴν ἑτοίμην. Καὶ πάντες οἱ ἄρ-
χοντες οἱ λοιποὶ οἱ παρακάτω ποιοῦσιν ἀποβολὴν καὶ
συνακολουθοῦσι τῷ τούλδῳ τῷ βασιλικῷ· ὁ δὲ μιν-
σουράτωρ ἔχει πιλωτὰ κεντουκλεῖνα (93) ἐνδεδυμένα C
λινοβένετα, καθὼς προείρηται, καὶ γίνεται ἡ βασιλικὴ
τράπεζα χαμόκουμβα. Τὰ δὲ πρόφαγα ποιοῦσιν οἱ
βασιλικοὶ μάγειροι τῇ ἑσπέρᾳ. Οἱ δὲ ὀγδοήκοντα

ducere, qui eos de necessitate et petitione sua interrogat, porro acceptare ipsorum libellos supplices, et magistro libellorum supplicum asservandos tradere. Hæc in via inter castra et illum locum, quo legiones imperatori primum occurrunt. Ut tandem in castra perventum est, ubi regia cortes stat, advocat imperator magistros, domesticum scholarum, præpositos, proconsules patricios et strategos, officiales, cleisurarchas, et cum ipsis hilariter epulatur. Interdum, si placet imperatori (sic certe persæpe fecit Basilius, celeberrimus imperator), dilargitur in castris vestimenta inter proceres : strategο vestimentum consutum triblattea prætexta munitum ; turmarchis singulis singula vestimenta consuta cum prætextis diblatteis et figuris bdelliorum seu parvarum muscarum intextis ; merarchæ, comiti cortis, chartulario, domestico thematis, singulis singula vestimenta consuta, sed absque prætextis seu pura. Ita quidem fit cum magnis et Romanis thematibus seu legionibus. Armeniacorum vero thematum strategis et cleisurarchis largitur imperator, quoties nempe ipsi consultum videatur, singulis singula vestimenta consuta cum diblattiis, quibus aut aquilæ aut basilicum aliquod adæreant; magnis eorum thematum turmarchis vestimenta non prætextata ; merarchæ et reliquis singulis singula vestimenta consuta non prætextata, decalia, ex iis, quæ in foro empta fuerint. Quando jam in deserta [hoc est, hosticum et nostris haud habitabilem agrum] versus Syriam movet imperator, relinquit tuldum seu impedimenta et alterutram cortem et superflua tentoria et mensas complicatiles et reliquam omnem non necessariam supellectilem, et paupertina, id est macra et invalida,

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(91) Opponuntur hic themata seu provinciæ Armenicæ Romanis non ideo, quod Græcis impp. non subessent : pertinebant enim ad Romanam ditionem non minus quam Asia minor aut Thracia : sed quod alterius fidei professionem facerent. Græcis non minus exosos esse Armenos, quam protestantes sunt Romanocatholicis, res nota est.

(92) Græci novi animalia macilenta πτωχά appellant, ut Latini *misera*, *elega*. Nescio an huc pertineat Glossa in Nomicis apud Labbeum : Παυπέριες, ἡ δίνα κακουργίας γενομένη ζημία· τοῦτο δὲ ἐπὶ τῶν ἀλόγων ζώων. Clarius certe et aptius est illud e Græcobarbara versione fabularum Æsopi, D quod Du Cange v. λιγνός citat : τῶρα εἶμαι λιγνὸς καὶ πτωχός, ubi codex Græcus λεπτός εἰμι καὶ ἰσχνός. Illud λιγνός est idem atque ἐλεεινός. Sic efferunt corrupte et mutile veteres probas voces novi, ut λίγος pro ὀλίγος, λαφρός pro ἐλαφρός, λεήμων pro ἐλεήμων, λέηνος pro ἐλεεινός. Latini pariter *misera* et *elega*, id est ἐλεεινά, commiseratione digna talia jumenta appellabant. Gregor. Magnus XII, Epist 30 : *Unum nobis caballum miserum transmisisti et quinque bonos asinos. Caballum illum sedere non possum, quia miser est : illos autem bonos sedere non possum, quia asini sunt. Sed petimus, ut si nos continere disponitis*, [ex animi nostri sententia facere et contentos nos reddere cupis,] *aliquid nobis condignum deferatis*. Non sic Patriarcha CPtanus, cujus vectura ordinaria erat asellus, ut infra videbimus. Abbo, l. II de bello Parisiaco :

Certabant elegi scapulis cornuque juvenci.

Hinc est, quod novi Græci πτωχαίνειν pro *macescere*, *extenuari* usurpant. Manuel Malaxus in Chronico msto apud Du Cange v. Σεφέριον, quæ vox Arabica est et notat *commeatum*, cibaria in viam vel iter necessaria et in plar. quæ ad iter secum sumit ciborum viator : ἕνας στρατιώτης εἶχεν ἕνα μουλάρι, τὸ ὁποῖον εἶχε σεησανὰ [f. sunt sagmata, sarcinæ,] καὶ ὅταν ἐπάγενε εἰς τὸν πόλεμον ἐφόρτωνε τὰ ροῦχά του καὶ τὸν ἐδούλευσε πολλὰ σεφέρια, Ἤλθε καιρὸς καὶ ἔπαυσαν τὰ σεφέρα του καὶ τὸ μουλάρι καὶ πλέα δὲν ἐκοίταζεν ὁ στρατιώτης καὶ τὸ μουλάρι ἐπτώχηνε, ἐψωρίασε. *Aliquis miles habebat mulum sagmarium, cui stragulus et multa cibaria imponebat, exeuns in expeditionem. Tandem deficiebant cibaria et ipsi et mulo, nec reliquum videbat miles quidquam. Unde pauper* [id est macer] *et scabiosus evadebat mulus* V. Du Cangium v. *Pauper*, ubi *carnibus pauperum* ex aliquo auctore citat.

(93) Una voce optime significamus *Matrazzen* coactilia e lana, bombyce, serico viliori, stuppa etc. inter duos pannos lineos, bombacinos, sericos etc. interpassata, seu crebris filis trajectis insuta, ne loco dimoveantur. Hæc sunt illa κεντουκλεῖνα, id est κεντητά, *crebre compuncta*. Arabes *Motharraz* appellant tale opus, *gestickt*, ἐστιγμένον, unde vulgare nomen *Matrazze* ; conf. Murat. t. II, Antiqu. Ital. Diss. XXXIII, p. 1245. Latini medii ævi *culcitas* punctas appellabant, et perpunctas. v. Du Cange h. v, unde vocabulum *pourpoint*. Talia πιλωτὰ appellabant quoque *levitones*, λευϊ-

et clauda jumenta ; quæ in fidem curamque suam recipit protonotarius illius thematis vel provinciæ, e qua imperator in hosticnm, Syriam puta, descendit, uti etiam rectores stabulorum Malaginensium et stablocomites sellariorum et contubernales. Hæc vicissim ille protonotarius reddit illius thematis seu provinciæ protonotario, in quam reflexurus est imperator in abitu suo e Syria. Hic posterior protonotarius interea exercet bestias variis exercitiis eo, ut rediens ab expeditione Syriaca imperator eas inveniat recreatas diuturna quiete et in stabulis bene habitas ; adeoque quidquid eorum ipsi opus fuerit, in promptu et comparatum habeat. Omnes inferiores rectores, seposita non necessaria supellectile, assectantur tuldum regium. Mensurator habet secum coactilia centoniformia et induta linteis venetis indumentis, quemadmodum in superioribus dictum est ; **281** et fit imperiulis mensa chamocumba seu humilis, in ipso solo expansa super tapetibus. Quotidie vesperæ comparant coqui regii, quæ altero die debent in jentaculo apponi. Octoginta optimates trahunt sagmaria regia, et viginti alii subsequuntur reponendarum sarcinarum sublabentium causa ; idem quoque cum suis bestiis faciunt coqui et contubernales e Malaginis. Et quando inveniunt trabes aut arbores in locis desertis [id est in hostili solo] jacentes, concidunt eas contubernales et coqui in truncos, et sumunt singuli truncos singulos, deferuntque ad regiam culinam. Sub instantem promotionem et abitum tuldi seu impedimentorum debet præfectus mensæ onerare octoginta regia sagmaria omnibus regiis necessitatibus, et sumere a protonotario ad usum regiæ mensæ et ad majumadas seu recreationes commilitonum oves, quibus agnelli sunt, centum, arietulos 500, vaccas 50, gallinas 200, anseres 100. Quandiu imperator est in Romania, accipiunt majumadas e donis imperatori oblatis regii aguri seu ephebi et homines hetæriæ ; et cortinarii [seu illi, quorum est cortin imperialem de uno loco in alterum transferre, erigere et destruere], item hebdomarii idici, contubernales sellariorum et coqui.

A ὀπτιμάτοι σύρουσι τὰ σαγμάρια τὰ βασιλικά, καὶ οἱ κ' ἀκολουθοῦσιν εἰς διόρθωσιν τῶν σαγμαρίων, Ὁμοίως καὶ οἱ μάγειροι καὶ οἱ σύντροφοι τῶν Μαλαγίνων, καὶ ὅτε εὕρωσι ξύλα ἢ δένδρα εἰς ἐρήμους τόπους κείμενα, κόπτουσιν οἱ σύντροφοι καὶ οἱ μαγειροι, καὶ ἐπαίρουσι πρὸς ἓν ξύλον (94), καὶ ἀποκομίζουσι πρὸς τὸ βασιλικόν μαγειρεῖον. Εἰς δὲ τὴν ἀποκίνησιν τοῦ τούλδου ὀφείλει ὁ τῆς τραπέζης φορτῶσαι τὰ π' βασιλικὰ σαγμάρια πᾶσαν χρείαν βασιλικήν, καὶ ὀφείλειν λαβεῖν ἐκ τοῦ πρωτονοταρίου εἰς χρείαν τῆς βασιλικῆς τραπέζης καὶ εἰς τοὺς μαϊουμάδας πρόβατα ὕπαρνα ρ', κριάρια φ', ἀγελάδια γ', ὄρνιθας σ', χηνάρια ρ'. Ὅτε δὲ ἐστιν ὁ βασιλεὺς εἰς Ῥωμανίαν, λαμβάνουσι μαϊουμάδα ἐκ τῶν ξεναλίων οἱ βασιλικοὶ ἄγουροι καὶ οἱ ἐπὶ τῆς ἑταιρείας καὶ οἱ κορτινάριοι καὶ οἱ ἑβδομάριοι τοῦ εἰδικοῦ καὶ οἱ σύντροφοι τῶν σελλαρίων, ὁμοίως καὶ οἱ μάγειροι. Καὶ ὅτε ἀποβάλῃ ὁ βασιλεὺς εἰς τὰς ἐρήμους, λαμβάνουσι καθ' ἑκάστην Κυφιακὴν μαϊούμᾶν καὶ ἀνὰ μιλιαρησίου. Λαμβάνουσι δὲ καὶ οἱ τῆς φίνας τῶν σχολαρίων τῆς ἔσω καὶ τῆς ἔξω καὶ αὐτοὶ ὁμοίως ἀνὰ μιλιαρησίου· ἐπειδὴ, ἀφ' οὗ ἀποκινήσει πρὸς Συρίαν ὁ βασιλεὺς, δύο φῖναι κυκλοῦσι τὴν βασιλικὴν κόρτην. Καὶ ὅσοι ἄρχοντες παραμένουσι (95) τῷ βασιλεῖ, λαμβάνουσιν, εἰ κελεύει πολλάκις ὁ βασιλεὺς τούτους εὐεργετεῖν, διὰ μιλιαρησίων, εἴ μέν εἰσιν ἄρχοντες μεγάλοι τῶν ταγμάτων, εἴτε καὶ θεμάτων, ὀφείλουσι λαμβάνειν ἀνὰ μιλιαρησίων δύο (96) ἢ τριῶν, εἴτε καὶ δ', πρὸς τὴν ποιότητα τοῦ προσώπου· εἰς δὲ τὴν ἀποβολὴν τοῦ τούλδου, ὅσοι καβαλλικεύουσι βασιλικὰ ἄλογα καὶ ἔχουσι σαγμάρια βασιλικὰ, καὶ αὐτὰ τὰ ἄλογα τὰ βασιλικὰ ἀφείλουσι λαμβάνειν κριθάριον ἀνὰ μοδίων δ' εἰς ταγὴν αὐτῶν· ὁμοίως καὶ ὅσα εἰσὶ σελλάρια γυμνὰ, βαστάζουσιν ὑποκάτω των σαγισμάτων ἀνὰ μοδίων η'. Καὶ ὅσα παρίππια ἔχει ὁ κόμης τοῦ στάβλου βασιλικὰ καὶ σαγμάρια, φορτοῖ αὐτὰ ἀνὰ δέκα μοδίων κριθῆς· ὁ δὲ ἐπὶ τῆς τραπέζης ὀφείλει ἔχειν ἐζκουσσάτους (79) ἐκ τοῦ θέματος τοῦ ὀψικίου ἐκ τοῦ χωρίου τοῦ Τέμβρη μετὰ καὶ δικτύων, ἵνα κρατῶσιν ὀψάρια εἰς τοὺς ποταμοὺς τῆς ἐρήμου. Ὅτε δὲ ἐστιν ὁ βασιλεὺς εἰς Ῥωμανίαν, καθ' ἓν ἕκαστον θέμα ὑπηρετοῦσιν οἱ πρωτονοτάριοι, ὁμοίως καὶ οἱ κό-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

τῶνας, λεβητῶνας dé quo v. vid. ad p. 241.

(94) Subintelligitur, εἷς, *unus ad unum*, id est *unus unum ferme*, aut *unusquisque unum, singuli singula tigna tolluni*. Sic supra 2 1, ἑκάστῳ διδόναι πρὸς πέντε νομίσματα, *viritim quinos solidos dare*, et p. 272 ; Συμπαράκεινται αὐταῖς πρὸς ἑντρία κηρούλια, ubi πρὸς ἓν idem valet atque ἑκάστῳ, *adjacent unicuique tria cerulia*. P. 285 : πρὸς ἕνα ἀσκὸν βόειον, cui velut opponitur ἀνὰ particula, ἀνὰ δύο ἀσκῶν. Sic jam veteres quoque. Diogenes Laert. p. 161 c. fin. πρὸς ἔτος, *singulis annis*. Polybius p. 507 : πρὸς εἴκοσι τάλαντα κατεγγυησάμενος, *cum sibi curasset vicena talenta ab eorum unoquoque vad dato compromitti dependenda*, hoc est viginti talenta a Megalea et tantumdem a Critone. Hinc expono locum Chronici Alexandrini in Heraclio p. 902 : Ἐὰν οὖν θέλετελαβεῖν ἕκαστος τῶν ἐν τῇ πόλει πρὸς σαγὶν καὶ καμίσιν, ποιοῦμεν σιγγίλιν, *Si ergo vultis quisque oppidanorum singula cama et camisia sumere, facimus pactum*. Menologium : Λαμβάνουσιν

D οἱ ἀδελφοὶ κλαστὸν καὶ πρὸς ἓν κρασοβόλιον ἐν τῷ νάρθηκι καὶ πλέον οὐδέν, *Accipiunt fratres frustum panis et singulos vini cyathos in narthece, et nihilo plus*.

(95) Est omnino παραμένειν *versari circa aliquem*. Hic tamen potius debuissem vertere, *qui excubant in prætorio*.

(96) Duo vel tria miliaresia, in regium munus pro magno quodam duce militari primi ordinis, est sane minutum pro nostris temporibus. Aut pauperies ea fuit Græci imperii, aut, si mitius volumus, eorum temporum parsimonia. Non uno tamen argumento elucet in libro Nostro Græci imperii πενιχραλαζονεία.

(97) Excusati sunt beneficiarii, qui gaudent immunitate quadam munerum civilium et personalium et tributorum. Conf. Du Cange ad Alexiad. p. 356, et quæ *das veranderte Russlandt* p. 45, *de fundo albo et nigro* sic in Russia dicto habet, ubi incolæ fundi candidi sunt excusati.

μητες τῆς κόρτης, καὶ παρέχουσιν ἀγγαρίδια τῷ δρουγγαρίῳ τῆς βίγλης εἰς τὰσ βασιλικὰς δουλείας. Ὅτε δὲ ὑπάρχει ὁ δρουγγάριος εἰς βασιλικὴν δουλείαν, ἐκπροσωπεῖ αὐτὸτ ὁ ἱκανάτος. Ὅτε δὲ ἀποβάλῃ ὁ βασιλεὺς εἰς τὰς ἐρήμους, οὔτι ἡ κόρτη προλαμβάνει, οὔτε τὰ βασιλικὰ πράγματα, οὔτε ἄλλου τινὸς οἱονδήποτε πρᾶγμα, πλὴν οὓς ἔχει ὁρίσειν ὁ δρουγγάριος τῆς βίγλης ἀπὸ προστάξεως τοῦ βασιλέως ἐκ τῶν θεμάτων, προφυλάττουσι καὶ περιπατοῦσιν ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως ὡς ἀπὸ μιλίων δύο ἀκρίται (98) φ', ἄνδρες ἐξωπλισμένοι,καὶ ἕτερον θέμα, οἷον ὁρίσει, ἵνα ὦσι πλαγιοφύλακες ὡς ἀπὸ διαστήματος τοῦ βασιλέως μιλίων δύο, καὶ ἕτερα δύο θέματα, οἷα ὁρίσει ὁ δρουγγάριος τῆς βίγλης ἐκ προστάξεως τοῦ βαςιλέως, ἵνα ὦσιν ὀπισθοφύλακες. Καὶ ὑπαλλάσσει τούς ἀμφοτέρους ἑκάστῃ ἡμέρᾳ. Καὶ παραλαμβάνει ὁ δρουγγάριος τοὺς κόμητας τῆς κόρτης τῶν θεμάτων, καὶ ἔχει αὐτοὺς εἰς παραμονὴν τοῦ βασιλέως εἰς τὸ εἶναι τὴν κόρτην καὶ εἰς τὸ ῥίψαι μετὰ τῶν κορτιναρίων, Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ καλοῦνται κόμητες τῆς κόρτης. Καὶ ὅτε θέλει κερκετεῦσαι ὁ δρουγγάριος τὰ θέματα, ἤγουν κατὰ νύκτα, ἔχει μεθ' ἑαυτοῦ τοὺς αὐτοὺς κόμητας τῆς κόρτης τῶν θεμάτων καὶ μανδάτορας καὶ δύο φατλία ἀπὸ τοῦ βασίλικοῦ βεστιαρίου, καὶ περιγυρεύει τὰ θέματα, καὶ θεωρεῖ τὰς πεδητούρας καὶ τὰ ἐξωβίγλια, καὶ ἂν εὕρῃ τινὰς τῶν ἀρχόντων ἀμελοῦντας ἐκ τῶν μενόντων εἰς τὴν πεδητούραν καὶ εἰς τὰ ἐξωβίγλια, καὶ ἀπὸ μὲν τουρμαρχῶν καὶ κατωτέρω τύπτει αὐτοὺς ἰσχυρῶς, καὶ καθὼς εὕρηἀναγγέλλει τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ πρωτοστράτωρ τοῦ βασιλέως μετὰ καὶ στρατόρων τριῶν βασιλικῶν ἅμα τῷ κόμητι τοῦ στάβλου καὶ τρισὶν ἱππαρίοις ἐστρωμένοις ποιοῦσι παραμόνιμα ὄπισθεν τοῦ βασιλικοῦ πύργου (99), ἕως οὗ ἐκβῇ ὁ βασιλεὺς ἀπὸ Συρίας. Τὰ δὲ ἱππάρια τὰ σεσαγισμένα καὶ παρασυρόμενα οὐκέτι πορπατοῦσιν ἔμπροσθεν, ἀλλ' ὅπου ἐστὶν ἡ προμοσέλλα ἡ βασιλικὴ, ἐκεῖ βόσκονται μετὰ τῶν λοιπῶν, καὶ ἐπιτήρεῖ αὐτὰ ὁ βασιλικὸς σταβλοκόμης, ποιῶν τὴν πρόνοιαν αὐτῶν. Ὅτε δὲ ἀπόληται (1) ἐκ τοῦ λαοῦ οἱονδήποτε πρᾶγμα, ὁ εὑσηκὼς φέρει αὐτὸ, καὶ δίδωσι τῷ δρουγγαρίῳ τῆς βίγλης, καὶ ὁ ἀπολέσας ἔρχεται πρὸς τὸν δρουγγάριον, καὶ λαμβάνει τὸ ἴδιον εὐχερῶς. Εἰς δὲ ὁ εὑρηκὼς τὸ πρᾶγμα ἀποκρύψει αὐτὸ καὶ ἐπ' ἰσχάτων εὑρεθῇ, ὡς κλέπτης καταδικάζεται. Ἰστέον, ὅτι, τοῦ βασιλέως ἐν Συρίᾳ ὄντος, λαμβάνουσιν οἱ μάγιστροι καὶ οἱ πατρίκιοι καὶ οἱ πρωτοσπαθάριοι ὀφφικιάλιοι μαϊουμάν· οἱ μὲν μάγιστροι ἀνὰ δύο σφακτῶν, οἱ δὲ πατχίκιοι ἀνὰ σφακτοῦ ἑνὸ, οἱ δὲ πρωτοσπαθάριοι, ὀφφικιάλιοι σὺν δύο τὸ σφακτὸν ἑκάστῃ Κυριακῇ, τὸ δὲ χῦμα τοῦ λαοῦ, ἤγουν οἱ βασιλικοὶ ἄγουροι καὶ οἱ ἐπὶ τῆς ἑταιρείας καὶ οἱ λοιποὶ σὺν δέκα τὸ σφακτόν· οἱ δὲ ἐθνικοὶ σὺν λ' τὸ

A Quando in deserta penetraverit, accipiunt quavis die Dominica majumam, et singuli singula miliaresia. Qui ad finam seu custodiam castrensem utramque pertinent, interiorem puta et exteriorem, scholarii (nam ex quo imperator in Syriam movet, ambit cortem regiam non jam simplex, ut alias, sed gemina scholariorum vigilia), hi ergo scholarii accipiunt pariter singuli singula miliaresia. Etiam archontes seu duces militares, quotquot circa imperatorem versantur, accipiunt persæpe largitiones in miliaresiis, si libuerit imperatori beneficium illis et gratificationem præstare. Majorum quidem ordinum rectores, sive ad tagmata, sive ad themata pertineant, debent eo casu, si nempe nummarium est beneficium, accipere viritim miliaresia
B bina, aut terna, imo et quaterna, habita nempe ratione eorum, quibus dantur. Neque ipsi tantum eo beneficio fruuntur, sed etiam quo tempore gravis supellex in hosticum immittitur, quotquot magistrorum militarium regiis vehuntur equis et regiis utuntur sagmariis, horum illa ipsa quoque regia animalia debent tunc accipere hordei modios quaternos in pensum diarium. Quotquot sunt sellaria nuda seu equi equitationi quidem destinati, tunc tamen ephippio non instructi neque insessui parati, hi sub stragulis eo tempore debet octonos modios hordei portare ; quotquot autem comes stabuli sub se habet regia parhippia et sagmaria, illa onerat denis modiis hordei. Præfectus mensæ debet habere excusatos e themate opsicii et quidem e prædio
C Tembrium dicto, retibus instructos, ut pisces e fluviis deserti capiant. Quandiu imperator in Romania est, debent in unoquoque themate seu districtu, qui cujusque sunt, protonotarii servire et necessaria subministrare. Pariter quoque 282 comites cortis præstant angaridia seu jumenta coactioia cursus publici pro casu necessitatis urgentis drungario vigiliæ, quando is regium aliquod mandatum expeditum it. Ob quod perficiendum dum is a castris abest, sustinet ejus vices atque personam hicanatus seu præfectus hicanatorum. Quando autem in deserta se projecerit suaque castra imperator, tunc neque cortis præcedit itinere diurno, neque res et supellex regia alteriusve alicujus; sed illi quingenti delecti viri, quos drungarius vigiliæ ex
D auctoritate regia designaverit et e legionibus evocaverit, armati excubant pro castris, et antevertunt ea ad duorum milliarium distantiam. Alia legio, qualemcumque tandem deputaverit drungarius, expeditur, ut ab utroque latere ad duorum milliarium ab imperatore distantiam excubet ; aliæ tandem duæ legiones a drungario ex imperatoris mandato ablegantur pone castra, ut, quæ a tergo sunt, custodiant. Omnes illæ excubiæ anticæ, laterales

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(98) Verti *delecti viri*, nescio quo errore, tanquam si ἐκκριτοι scriptum invenissem. Sed vulgata lectio sana est et notat τοὺς ἐν ἄκροις τεταγμένους, aciem quæ exercitus τὰ ἄκρα obtinet, extrema, frontem, alias prodromi, *l'avant garde*.

(99) Hic loci nihil aliud est quam tentorium regium, prætorium.

(1) Conf. Polybius, p. 478, init. ed. Wechel.

et posticæ, quotidie permutant vices. Assumit quoque drungarius e thematibus comites cortis sic dictos, ut proxime circa imperatorem versentur, et depangendæ pariter atque revellendæ corti, quod cortinariorum opus est, adsint : unde etiam nomen comitum cortis adepti sunt. Hos ipsos comites cortis thematum habet drungarius secum, quando de nocte circitare vult, item mandatores et duo fallia seu cereos e regio vestiario depromtos, quibuscum circitat themata seu legiones, et lustrat pedaturas seu stationes, et exobiglia seu extimas vigilias. Quo tempore si quos rectores militares inveniat incuriose suum officium facientes aut prorsus deficientes, eorum qui adesse pedaturis et extimis vigiliis debebant eos ipse partim vehementer verberat, turmarcham nempe et quidquid eo deinceps inferioris ordinis fuerit, partim ad imperatorem refert, prout rei conditionem deprehenderit. Protostrator regius cum tribus regiis stratoribus et comite stabuli et tribus equis sellatis stratisque excubant pone regium burgum, donec imperator e Syria redierit. Equi strati, qui antea coram domino præduci solebant, non amplius præcedunt, sed ubiubi fuerit regia promosella, ibi pascuntur una cum cæteris equis sub observatione comitis stabuli. Si quid in populo seu inter milites amissum desideretur, id quisquis invenerit defert ad drungarium vigiliæ, eique exhibet ; a quo rursus ejus verus possessor qui amiserat, facile recuperat. Si autem quam quis invenerit rem celet, at deinceps tamen amissa res penes eum nihilominus in fine reperiatur, is velut fur pœnas dat. **283** Imperatore in Syria hærente, accipiunt quavis die Dominica magistri patricii, singuli singulas, protospatharii officiales bini quique singulas. Fæx autem populi seu famulitii regii, aguri puta et ad hetæriam pertinentes atque reliqui, per singulas decurias accipiunt singulas capellas. Exteri seu quotquot alienigenæ in castris militant accipiunt per ternas quasque decurias singulas vaccas. Quandiu autem in Romania adhuc versatur imperator, accipiunt prædicti majumam e muneri datis ; quæ si nulla adsint, debent protonotarii dicta pecora præstare. Præfectus mensæ et domesticus hypurgiæ sou ministerii culinaris debent in ministerio mensæ regiæ, quandiu imperator in Syria agit, secum ferre vini antiqui Nicæni mensuras centum in utribus, et olei Nicæni mensuras triginta. Pincerna regius quoque vini dominici sufficientem fert copiam. Cætera, quibus opus est, omnia peti debent ex eo apparatu, quem protonotarii sufficere tenentur, e Romania nempe. Equi strati [illi centum et quatuor], quandiu castra hærent in Syria, præcedunt una cum sellariis regiis, et pascuntur intra finas seu vigilias castrenses. Cum hactenus dictis etiam hæc protinus dicenda digna sunt, quæ tuam ad cognitionem veniant, fili dilectissime. Experientia enim humanorum casuum ampliore cognitione, qualis per doctrinam acquiritur, instructa, quum soleat habilem agendosum repertorem promptumque et dextrum efficere intellectum eorum, quibus rerum necessariarum atque se decentium nihil ignorare curæ cordique est, facit, ut, qui ea pollent et præmuniti sunt, ad discrimina deinceps multo, quam natura sua facturi essent, audaciores simul atque tutiores et a lapsibus securiores accedant.

A ἀγελάδιον τὸ α'. Ὅτε δὲ ἐστιν εἰς Ῥωμανίαν ὁ βασιλεὺς, λαμβάνουσιν μαϊουμᾶν οἱ προειρημένοι ἐκ των ξενᾶλίων. Εἰ δὲ ξενάλια οὐκ εἰσὶ, χορηγοῦσιν οἱ πρωτονοτάριοι· Ὁ δὲ ἐπὶ τῆς τραπέζης καὶ ὁ δομέστικος τῆς ὑπουργίας ὀφείλουσι βαστάζειν ὑπηρεσίαν βασιλικὴν τραπεζίου, δηλονότι τοῦ βασιλέως ἐν Συρίᾳ ὑντος, εἰς ἀσκοὺς οἶνον Νικαινὸν παλαιὸν μέτρα ρ', καὶ ἕλτιον Νικαινὸν μέτρα λ', καὶ ὁ τοῦ βασιλέως οἰνοχόος οἶνον δεσποτικὸν τὸν ἀρκοῦντα· τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ὀφείλουσιν ἀναλαμβάνεσθαι ἀπὸ τῆς χορηγίας τῶν πρωτονοταρίων, ἤγουν ἀπὸ Ῥωμανίας. Ὅτι τὰ ἱππάρια τὰ ἐστρωμένα, ὅτε εἰσὶν ἐν Συρίᾳ περιπατοῦσιν ἔμπροσθεν μετὰ τῶν βασιλικῶν σελλαρίων, καὶ βόσκονται ἔσωθεν τῆς φίνας. Ἔτι καὶ ταῦτα πρὸς τοῖς εἰρημένοις, υἱὲ πολυέραστε, B καλὸν εἰς γνῶσιν ἀνήκειν τὴν σήν. Ἡ γὰρ τῆς πλείονος γνώσεως πεῖρα, εἰωθυῖα τεχνοῦν τὴν διάνοιαν τῶν ἐχόντων διὰ σπουδῆς τῶν προσηκόντων μηδὲν ἀγνοεῖν, ὕστερον αὐτοὺς πρὸς τοὺς ἀγῶνας εὐτολμοτέρους ἐργάζεται πολλῷ καὶ ἀσφαλεστέρους.

Quandoquidem ergo præscriptam tibi a nobis expositionem regiarum expeditionum militarium bene solliciteque legisti, filius patri rebus in omnibus obsequens : opportunum nunc est decetque me docere, et te audire ea, quæ ante expeditiones fieri C Ἐπεὶ οὖν τὴν πρὸ ἡμῶν σοι προεκτεθεῖσαν βασιλικῶν ταξειδίων ἔκθεσιν, πατρὶ κατὰ πάντα πειθόμενος, ἀνέγνως καλῶς, προσῆκον ἄρα σοι καὶ τὰ πρὸ τῶν ταξειδίων γινόμενα διελθεῖν τε καὶ ἐκμαθεῖν, ὅπως διὰ φανῶν (2) τινων καὶ λαμπαδων τῶν

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(2) De phanis seu laternis, deprædationis Saracenicæ indiciibus, observatio hæc trivialis est et apud Scriptores Historiæ Byzantinæ passim occurrit, ut apud Cedren. p. 552. Zonar, t. II, p. 162, Symeone Mag. p. 450, non absque nugis, omnium optime apud Continuat. Theoph. Constant. p. 122, unde possunt Græca nostra emendari ad eum fere modum, quem in Latinis observavi. Non disputabo nunc de ignibus talibus et eorum diversitate, φιλίοις et πολεμίοις [v. Aristides t. I, p. 225, l. 6 et Polyænus 584, init.] aliisque hujus argumenti. Vastior ille est campus, quam pro nostris commentariis, neque animus mihi est eum ingredi, neque sufficiens adhuc in eam rem apparatus ad manum est.

ἐκ διαδοχῆς πρὶν ἀνημμένων ὁ βασιλεὺς ἐν μιᾷ ὥρᾳ τὴν τῶν ἐχθρῶν εὐθὺς κατεμάνθανεν ἔφοδον. Ἀλλ' ἐκ τῶν προκειμένων σοι κεφαλαίων ταῦτα τρανώτερον δηλωθήσεται. Ἰστέον, ὅτι τὸ παλαιὸν ἀπὸ Ταρσοῦ Σαρακηνῶν κατὰ Ῥωμαίων ἐξερχομένων, εὐθέως τὸ κάστρον τὸ λεγόμενον Λοῦλον (3) ἐν περιόπτῳ προσκείμενον ἐξῆπτε φανὸν, ὃν ἐκ διαδοχῆς ὁ καλούμενος Ἀργέας βουνὸς διεδέχετο, καὶ ἤπτε δὲ καὶ αὐτός. Καὶ εἶθ' οὕτως ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ὁ βουνὸς ὁ Σάμος ἀνῆπτε. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐδέχετο τὸ κάστρον τὸ Αἴγιλον, καὶ ἤπτε καὶ αὐτό. Καὶ ἀπ' αὐτὸ ἐδέχετο ὁ βουνὸς ὁ Ὄλυμπος, καὶ ἤπτεν ἐν κορυφῇ. Καὶ μετ' ἐκεῖνον ἐδέχετο ὁ βουνὸς ὁ Κύριζος, καὶ ἤπτε καὶ αὐτός. Καὶ εἶθ' οὕτως ἐδέχετο ὁ βουνὸς ὁ Μούκιλος ἐπάνω τῶν Πυλῶν, καὶ ἤπτε καὶ αὐτός. Καὶ μετὰ τοῦτον ἐδέχετο ὁ τοῦ Ἁγίου Αὐξεντίου (4) βουνὸς ὁ σκοπὸς (5) προσαγορευόμενος, καὶ ἤπτε καὶ αὐτός. Καὶ μετ' αὐτὸν ἐδέχετο ὁ ἐν τῷ παλατίῳ τοῦ Φάρου ἡλιακὸς, καὶ ἤπτε καὶ αὐτός. Διαιτάριοι γὰρ ἐκεῖσε βίγλας ἀεὶ καὶ πάντοτε κρατοῦντες πρὸς τὸ μὴ λαθεῖν αὐτοὺς, ἀκριβῶς ἀπεσκόπουν πρὸς τὸν βουνὸν τοῦ Ἁγίου Αὐξεντίου. Ἰστέον, ὅτι, τῶν φανῶν τούτων πάντων ἁψάντων, εὐθὺς οἱ χαρτουλάριοι τῶν ἔξω στάβλων καὶ σαφραμεντάριοι ἐκαλίγουν τὰ βασιλικὰ ἄλογα, καὶ τὰ βασιλικὰ σαγμάρια εὐτρεπίσαντες εὐθὺς ἐκίνουν, καὶ κατήρχοντο εἰς τὴν τοῦ βασιλέως ἀπάντησιν ἐν Πύλαις. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐξήρχετο μέχρι τῶν Πυλῶν, τὰ δὲ βασιλικὰ σελλάρια καὶ οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ λοιποὶ οἱ ἀπὸ τῆς πόλεως ἐξερχόμενοι τῆς ξηρᾶς, προελάμβανον τὸν βασιλέα εἰς Πύλας, καὶ ὅτε τὸ τῶν Σαρακηνῶν φοσσάτον ὤφθη τισὶ πρὸς τὰ τῆς Ῥωμανίας σῦστάμενα (6), ἦν ὁ βασιλεὺς εὐθὺς εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ· Ἰστέον, ὅτι οἱ προῤῥηθέντες φανοὶ διεκράτουν μέχρι τῶν ἡμερῶν Μιχαὴλ βασιλέως τοῦ ἐκ Θεοφίλου. Ὄντος δὲ αὐτοῦ ποτε ἐν τῷ τοῦ Ἁγίου Μάμαντος (7) προκένσῳ καὶ μέλλοντος ποιῆσαι ἱπποδρόμιον, ἐν ᾧ καὶ ἀντὶ βασιλέως ἡνίοχος ἐγνωρίζετο (καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἱππηλασίαις ἀντὶ ἡνιόχου ἱππηλάτει), συνέβη τοὺς συνήθεις ἄψαι φανοὺς, καὶ εἶπε τοῦτο διαλογισάμενος, ὅτι « Εἰ κατάδηλος γένηται ἡ ἔξοδος τῶν Σαρακηνῶν, λυπηθήσονται οἱ πολῖται, καὶ οὐ μὴ ἐξέλθωσιν εἰς τὸ ἱπποδρόμιον πρὸς τὸ τὴν ἐμὴν ἱππηλασίαν θεάσασθαι, » Καὶ ἐκ

A quondam solebant, scilicet quomodo per phanes seu laternas, et per lampades aut faculas seriatim dispositas, singulis earum ardendi vices a proxima acceptas proximæ reddentibus, brevissimo temporis ambitu imperator de hostium invasione modo facta cognoverit. Argumentum hoc clarius ex infra scriptis capitibus seu momentis licebit tibi perspicere. Saracenis itaque Tarsensibus olim adversus Romanos egredientibus, protinus laternam accendebat castrum Lulum dictum, in edito et conspicuo loco situm. Immediate accipiebat ab eo accendendæ laternæ vices collis Argeæ dictus. 284 Ab eo collis Isamus dictus. Ab eo castrum Ægilum. Ab eo collis Olympus, qui e summo suo culmine accensam protendebat laternam. Ab eo collis Cyrizus. Ab eo collis Mucilus, qui est supra Pylas. Ab eo collis B sancti Auxentii, qui scopus seu meta observationis appellatur. Ab eo tandem heliacus seu præfectus heliaci in palatio Phari. Diætarii enim ibi semper continuas agebant vigilias, solliciteque, ne unquam se flamma lateret non animadversa, versus collem S. Auxentii respiciebant. Laternis illis omnibus accensis, protinus caligabant seu caligis induebant regios equos chartularii stabulorum, quæ extra Urbem augustam sunt, et saframentarii, mulisque necessario sarcinarum apparatu oneratis, movebant et descendebant ad Pylas imperatori ibi occursum eique sese adjunctum. Imperator autem exibat ex urbe, postquam regia sellaria et duces militares et reliqui, quos ex urbe in castra convenire oportebat, per xeram [id portæ CPtanæ nomen est] egressi in Pylas prævertissent. Imperator C itaque illuc delatus, si quibus aliqua in parte Romani orbis conspecti fuissent Saraceni, protinus eo movebat ipsis obviam. Mos ille per laternas accensas e prædictis speculis de incursatione hostium significandi obtinebat usque ad Michaelem imperatorem, Theophili filium ; qui eum abrogavit hac de causa : Contingebat aliquando, illo processionem S. Mamantis agente [id est in palatio S. Mamentis rusticante], et certamen equestre per circum [qui ibi est] edituro, in quo etiam pro rege auriga conspectus fuit, qualem personam induere persæpe solebat in editione talium spectaculorum :

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(3) Est castrum Elmacino aliquoties memoratum, *Iulu.*

(4) Erat apud Prusam et Olympum. Damascenus Studita Homil. 25 (apud Du Cangium v. Παραβοῦνι) : κυνηγοῦντας μὲ ἄλλους πολλοὺς εἰς τὸν Ὄλυμπον τῆς Προύσας πρὸς τὸ τοῦ Ἁγίου Αὐξεντίου παραβοῦνιν. v. Du Cangium ad Cinnam. p. 435. et ad Zonar., p. 81.

(5) Forte ex eo, quod admodum excelsus esset, teste Nicephoro Patr. CPtano Brev. p. 223, ubi memorat οἰκίδιον στενώπατον ὑπὸ τὴν τοῦ μεγίστου ὄρους ἱδρυμένον ἀκρώρειαν 5' καλοῦσι τοῦ Ἁγίου Αὐξεντίου λόφον.

(6) Ita membranæ, et patitur expositionem. Τὰ συστάμενα (pro συνιστάμενα) aut τὰ συσταμένα (pro συνεσταμένα) τῆς Ῥωμανίας possunt esse idem atque τὸ σύστημα, totum corpus imperii cum suis appendicibus ; mallem tamen συσταμένον. D

(7) Imperator victor in circensibus ludis ad S. Mamantis. Georg. Monach. p. 541, ubi multa. Bulgari Mamantis palatium aliasque ædes vastarunt. Symeon. Mag. p. 408. Palatium, in quo Michael Ebriosus sæpe aurigabat, erat extra CPlin. seu in suburbio Pera. Vid. Constant. Vit. Basil. Maced. p. 152, infra p. 290. Hinc dicitur ὄντος ἐν τῷ προκένσῳ τοῦ Ἁγίου Μάμαντος, cum processionem ad S. Mamantis faceret, ubi rusticatum et simul festum ejus celebratum, quod in diem 17 Junii incidebat, ut e Theophane constat p. 398, qui etiam p. 363, ait in isto festo per peractam solemnem processionem agi consuevisse certamen equestre in Blachernarum palatio.

contingebat igitur eo tempore, ut consueto modo laternæ illæ belli indices accensæ conspicerentur. Ratiocinabatur itaque secum hoc mado : « Si permisero, ut rumor de Saracenorum invasione in cives emanet, tristitiam inde concipient neque in circum meas aurigationes spectatum convenient. » Et propterea vetabat, imposterum laternas illas acceundi. Olim typus seu tenor vel forma hæc observabatur in rogis aut stipendiis militaribus solvendis. Solebant themata seu legiones singulæ quarto quovis anno reccurrente suas rogas accipere hoc modulo. Hoc primo anno accipiebant strategi hi : Anatolicus, Armeniacus, Thracesius. Secundo anno hi : Opsicianus, Bucellarius, Cappadox. Tertio hi : Chrasiani, Coloniæ, Paphlagoniæ. Quarto tandem Thraciæ, Macedoniæ et Chaldiæ. Recurrebat deinde 285 orbis erogationum ad idem principium. decurrebatque iterum atque iterum easdem vices, Debent strategi mandatum in subditos sibi turmarchas, et hi in subditos sibi drungarocomites edere, ut unumquodque bandum seu vexillum aut cohors habeat suum comodromum seu fabrum terrarium, ut et sutorem calcearium, singulosque utres bovillos, et binos utres ex aluta, quo fluvios profundos et trajectu difficiles facile trajiciant ; item ut penes se nunquam non habeant instrumenta sua abeque ullius defectu, secures puta singulas et dolabras singulas et cultros curvos scalptorios singulas et clavas ligneas. Domesticum quoque scholarum oportet vicario scholarum imperare, ut curet ab uniuscujusque scholæ comite hæc ipsa in schola sua prompta et parata haberi. Mandata eadem edet excubitus in suos scribones, et drungarius vigiliæ in comites arithmi, et bicanatus in comites sui ordinis.

A τότε διετάξατο μὴ ἅπτειν τοὺς φανούς. Ἰστέον, ὅτι τὸ παλαιὸν τύπος ἦν, τὰ θέματα ῥογεύεσθαι κατὰ τέσσαρα ἔτη, οἱονεὶ τῷ καιρῷ τούτῳ ὁ Ἀνατολικός, ὁ Ἀρμενιακός, ὁ Θρᾳκήσιος (8)· τῷ δὲ ἑτέρῳ χρόνῳ ὁ Ὀψικιανός, ὁ Βουκελλάριος, ὁ Καππάδοξ· τῷ δὲ ἄλλῳ χρόνῳ ὁ Χαρσιανίτης, ὁ Κολωνείας, ὁ Παφλαγωνίας· καὶ παλιν τῷ ἑτέρῳ ὁ τῆς Θρᾴκης, ὁ Μακεδονίας, ὁ Χαλδίας. Καὶ τῶν δ' χρόνων διελθόντων, πάλιν ἐῤῥογεύοντο τὰ ῥογευθέντα θέματα τῷ πρώτῳ χρόνῳ. Δέον, πάντας τοὺς στρατηγοὺς ποιεῖν τε παραγγελίαν εἰς τοὺς τουρμάρχας αὐτῶν, κἀκεῖνοι εἰς τοὺς δρουγγαροκόμητας, ἵνα ἑνὶ ἑκάστῳ βάντῳ ἔχωσι τὸν κομοδρόμον αὐτῶν, ὁμοίως καὶ τζαγγάριον· καὶ κατὰ βάντον ἔχωσι πρὸς ἕνα ἀσκὸν βόειον, καὶ ἀνὰ δύο ἀσκῶν ἀπισίων πρὸς τὸ εὐκόλως διαπερᾶν αὐτοὺς τοὺς βαθεῖς καὶ δυσκόλους ποταμούς. ἔχωσι δὲ καὶ τὰ ἐργαλεῖα, αὐτῶν ἀνελλιπῶς, ἤγουν ἀξινάριον ἕν, σκεπάριον α', σμιλαριον α' μετὰ τοῦ ξυλοσφύρου αὐτοῦ· τὴν αὐτὴν παραγγελίαν ποιεῖν καὶ ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν καὶ εἰς τὸν τοποτηρητὴν τῶν σχολῶν, ἵνα καὶ οἱ κόμητες κατὰ μίαν σχολὴν τὴν αὐτὴν ἀκολουθίαν ἔχωσιν. Ὁμοίως καὶ ὁ ἐξκούβιτος εἰς τοὺς *σκρίβωνας* αὐτοῦ ποιήσει τὴν αὐτὴν παραγγελίαν, καὶ ὁ δρουγγάριος τῆς βίγλης εἰς τοὺς κόμητας τοῦ ἀριθμοῦ, καὶ ὁ ἱκανάτος εἰς τοὺς κόμητας αὐτοῦ ἐχέτω τὰ αὐτὰ ἐργαλεῖα.

B

Observanda, quando imperator ab expedito seu expeditione militari, aliove longo et diuturno itinere in urbem revertatur.

C Ὅσα δεῖ γίνεσθαι, ὅταν ἐταν ἐξπεδίτου ἢ μακρᾶς ὁδοιπορίας, ἐπανέρχεται ὁ βασιλεύς.

Redeunte imperatore, fiunt eadem omnia eodem tenore, quæ fieri, eo abeunte, diximus in superioribus. Ubi autem ad Constantinopolin accessit, occurrunt ipsi proceres, qui domi manserant, in Rhegio [navali]. Et tribunus quidem præsentalis, qui remanserat in urbe, custodiendæ illius causa, occurrit ipsi in mantio seu sago russo, statim ex quo modo imperator apud Rhegium pedem e navi

Ἐπανερχομένου τοῦ βασιλέως, τὰ αὐτὰ πάντα γίνεται κατὰ τὴν ὁδὸν, ὅσα ἐν τῷ ἀπιέναι αὐτὸν εἰρήκαμεν. Γινομένου αὐτοῦ περὶ Κωνσταντινούπολιν, οἱ ἀπομείναντες ἄρχοντες ἀπαντοῦσιν ἐν τῷ Ῥηγίῳ· ἀλλ' ὁ μὲν τριβοῦνος πραισεντάλιος ὁ ἀπομείνας εἰς παραφυλακὴν τῆς πόλεως ἀπαντᾷ μετὰ μαντίου, ἤτοι σαγίου (9) ῥουσέου, εὐθὺς μετὰ τὸ κατάβα (10) τοῦ Ῥηγίου, καὶ καθήμενος ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν ἵππον

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(8) Est præfectus thematis Thracesiorum seu veteri Ioniæ vel Asiæ minori, eoque non confundendus cum sequente ὁ τῆς Θρᾴκης, stratego Thraciæ vulgo sic dictæ ; vid. Constant. de themat. p. 7. Fabellæ, quam ibi infercit, non sine nugis pro more istius sæculi relata, auctorem habet Herodotum. A Thracibus appellata est ea regio, qui eam sequioribus temporibus occuparunt vel potius ab omni ævo habuerunt, vel antequam Græci colonias illuc ducerent. Protendebatur usque ad ostium Ponti Euxini, adeoque etiam Trojanum agrum in se comprehendebat. Ad Hellesponti utramque oram habitabant vetustissimis temporibus Thraces, quorum Europæi suum nomen nunquam non servarunt, Asiastici autem pro aliquo tempore perdiderunt, donec sic volente nescio qua fortuna revivisceret. Adeoque recte Guilelmus Brito Philipp. I, v. 10, Homerum describens ait : *Qui supposuit Thraciam victoribus Argis*, id est, cujus carmina vastatum Græcis armis agrum Trojanum narrant, falliturque Barthius, quando locum illum sollicitat. Thema seu legio Thracesiorum vel Thracesionorum erat ἱππικόν, seu equestre, equites ibi præsidia agebant, ut colligitur e Constant. de themat. p. 18.

D

(9) Sitne hic loci ἤτοι particula interpretativa an disjunctiva, non liquet. Videtur tamen prius potius. Quo admisso fuerit idem μαντίον et σαγίον. Sane non multum diversa fuisse mantum et sagum credo ex iis constare, quæ ad p. 255 disputavi. Præterea malim in Latinis *cum* supponi pro *in* : *adorantem cum sago*. Est autem *adorare cum sago* motitationequadam sagi in figuram aliquam certam submissionis dignum facere, ut nos hodie motu et positu quodam pilei solemus ; vid. dicta ad pag. 8.

(10) Est truncata vox pro κατάβασις vel καταβάσιμον, quod novis Græcis idem est atque κατάβασις. Pari modo διάβα dicunt (v. Du Cange h. v.) pro διάβασις, *transitus*, et ἔκβα vel ἔμπα, *introitus* ; v. Du Cange v. ἔμπα. Ita Latini medii ævi *camilla* pro capillacium.

δέχεται αὐτόν. Ὁ δὲ προσκυνεῖ μετὰ τοῦ σαγίου μόνον, καὶ ὀψινεύει αὐτό. Οἱ δὲ κόμητες κονσιστωριανοὶ καὶ τριβοῦνοι πάντες λευχειμονοῦντες κατὰ τὸ αὐτὸ σχῆμα προσκυνοῦσιν καὶ ὀψικεύουσιν. Παρίσταται δὲ αὐτοῖς σιλεντιάριος καὶ λέγει· « Φύλαρχος παρουσίας, κόμητες συστατήριοι, φύλαρχοι πραιτωρίου, » Ὁ δὲ ἔπαρχος τῆς πόλεως καὶ οἱ ὑπατικοὶ καὶ, ἐὰν εὑρεθῇ, καὶ πατρίκιος ἐμπρὸς τοῦ παλατίου ἵστανται, καὶ ὡς κατέλθῃ τοῦ ἵππου, προσκυνοῦσιν, καὶ δέχεται αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς ἀπὸ στόματος· ἐὰν δὲ βούλονταί τινες τῶν ἀρχόντων καὶ εἰς Ἡράκλειαν ἀπελθεῖν κἀκεῖ δέξασθαι τὸν βασιλέα, καὶ τοῦτο ἔξεστιν αὐτοῖς. Οἱ δὲ συγκλητικοὶ, ἐὰν πεζῇ ἔρχεται ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ Ἑβδομον, ἀπαντοῦσιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν Νηπίων ἐμπρὸς τοῦ μαρτυρίου, καὶ κατέρχεται ὁ δεσπότης, καὶ δέχεται αὐτοὺς ἀπὸ στόματος, καὶ εἰσέρχεται εἰς τὸ μαρτύριον καὶ εὔχεται. Καὶ ὁ μὲν δεσπότης ἀπέρχεται εἰς τὸ Ἑβδομον, οἱ δὲ συγκλητικοὶ, ὅπου βούλονται. Εἰ δὲ πγόῳ ἔρχεται ὁ δεσπότης, ἵστανται πρὸς τῷ αἰγιαλῷ, καὶ ἐξιόντα αὐτὸν τοῦ δρόμονος προσκυνοῦσιν ὡς ἐν Κωνσταντινουπόλει ὁ ἀπομονὺς, καὶ δέχεται αὐτοὺς ἀπὸ στόματος, καὶ ὀψικεύουσιν μέχρι τῆς πόρτης, καὶ ἐκεῖ μετὰ τῶν ἄλλων ἀρχόντων ἀφίστανται. Ἀλλὰ ταῦτα, ἐὰν ἀπὸ ἐξπεδίτου ἔρχεται ἢ μακρᾶς ὁδοιπορίας· ἐπεὶ, ἐὰν ἀπέλθῃ ἕως Σαλαμβρίας, ἢ Ἡρακλείας, ἢ ἀλίγῳ πορρωτέρω, καὶ ὀλίγας ἡμέρας ποιήσῃ, καὶ εὐθὺς ὑποστρέψῃ, ὅπου συνετάξαντο οἱ ἄρχοντες, ἐκεῖ καὶ δέχονται αὐτόν. Εἰ γὰρ ὁ βασιλεὺς ἐκ τοῦ Ἑβδόμου ἐξῆλθεν καὶ εἰς τὸ Ἑβδομον ὑποστρέφει, ἐκεῖ ἀπαντοῦσιν· εἰ δὲ καὶ βούλεται ὀρθοποδῆσαι εἰς τὴν πόλιν, ἐκεῖ πάλιν ἀπαντοῦσιν αὐτῷ, οἱ δὲ συγκλητικοὶ προλαμβάνουσι. Καὶ ἐὰν πεζῇ εἰσέρχεται ὁ βασιλεὺς, ἀπαντοῦσιν αὐτῷ ἐν τῷ φόρῳ Θεοδοσίου τῷ καλουμένῳ ταύρῳ, καὶ προσφέρουσιν αὐτῷ στεφάνους, ἕνα μὲν χρυσοῦν, ἄλλους δὲ ἀπὸ δαφνῶν· ὁ δὲ βασιλεὺς ἀντιδίδωσιν αὐτοῖς νομίσματα ὑπὲρ τοῦ χρυσοῦ στεφάνου, ὥστε μὴ ζημίαν αὐτούς ὑπομεῖναι. Ἐὰν δὲ ἀπὸ Ἀσίας, ἢ Βιθυνίας, ἢ Περσικοῦ πολέμου ἐπανέρχεται ὁ βασιλεὺς, ὁ ἔπαρχος τῆς πόλεως ἀπαντᾷ ἔνθα ἂν συνίδῃ ὁ βασιλεὺς μεσάλλαγον ποιῆσαι, εἴτε ἐν τῇ Σατύρῳ εἴτε ἐν τῷ Ἱπλεατικῷ ἢ ἐν Ῥοφηναναῖς (11), ἢ ἐν τῇ Ἱερείᾳ· εἰδὲ θελήσει ὁ βασιλεὺς διὰ τοῦ στρατηγίου ἀνελθεῖν, προλαμβάνουσιν οἱ συγκλητικοὶ τὸν φόρον τοῦ στρατηγίου (12), κἀκεῖ τοὺς στεφάνους προσφέρουσιν. Εἰ δὲ πλόῳ βούλεσαι ὀρθοποδῆσαι εἰς τὸ παλάτιον, ἵσταται ἐμπρὸς τῆς σκάλης, καὶ ἔνθα δέχεται κατὰ τὸ ἔθος τὸν ἔπαρχον

A prolatum in continente posuerit; quem imperator in equo residens, adorantem in sago solummodo salutat et obsequentem habet: comites autem consistoriani et tribuni omnes in candidis vestibus adorant eodem omnes modo et obsequuntur, silentiario astante, qui eos ex ordine sic citat: « Phylarchus parusiæ » [id est tribunus præsentiæ aut præsentalis, scilicet procedat imperatorem adoratum], tum « Comites systaterii » seu consistoriani, adoranto scilicet dominum; tandem: « Phylarchi, » seu tribuni, « prætorii, » nempe officium faciant velim. Præfectus urbis autem et consulares, et, si qui etiam in urbe tunc adsint patricii, consistunt coram palatio [Rhegii nempe], descendentemque ex equo imperatorem adorant, qui eos benignis verbis salutat. Licet quoque, si quis procerum B Heracleam adire ibique cultum suum imperatori monstrare velit. Quod si vero per continentem profectus imperator ad Hebdomum **286** appulerit, conveniunt senatores in ecclesiam Innocentium Puerorum Bethleemiticorum, ibique coram martyreo [seu tymbo illorum martyrum memoriæ sacro ipsi occurrunt: quos imperator benigno alloquio excipit, eoque facto, in martyreum intrat, et preces ad Deum fundit. Et ipse quidem deinceps abit in Hebdomum [seu palatium tribunal Hebdomi dictum]: senatorii autem abeunt, quo voluerint. Si navi [in Hebdomum] appellit, stant in littore, et exeuntem e dromone adorant, quemadmodum, qui in urbe remansit, apomoneus seu vicarius regius, ipsa in urbe facit; quos imperator humanis verbis appellat; ipsi autem porro pergenti obse- C quuntur imperatori usque ad portam tribunalis, ubi cum cæteris proceribus [qui cum ipso ab expeditione redeunt], eum mittunt. Et hic quidem tenetur modus, quando dominus ab expeditione aut itinere longinquo redit. Quod si vero tantum ad Sclymbriam, aut Heracleam, aut paulo ulterius excesserit, et paucos tantummodo dies ibi egerit citoque redeat, occurrunt ipsi proceres ibi loci, ubi ei vale paulo ante dixerant. Ex. c. si in Hebdomo deseruerit eos imperator, redit iterum in Hebdomum, adeoque ibi quoque occurrunt ipsi proceres. Quod si vero deflectere noluerit imperator, sed recta potius via in urben contendat, coeunt quidem proceres in eamdem locum: senato- D rii autem in urbem prævertunt salutandi domini

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(11) Non sunt illæ thermæ urbanæ sic dictæ, de quibus Du Cange CPli Christ. l. I, p. 93: sed palatium suburbanum Asiaticum in suburbio Chalcedonensi situm, de quo idem l. IV, p. 175 conferendus, ubi quoque pluribus de palatio Ἡρίῳ vel Ἱερείας agit, cujus antiquum nomen mihi videtur fuisse Ἡραῖον, templum Junonis, quod idem Alemanno ad Procopium p. 80 quoque visum fuit. De satyro et poleatico nihil invenio. Neque mirum. Dudum enim ante Constantinum Porphyrogennetum nostrum desierant quædam horum palatiorum et nominum, ut strategicum e. c. deuterum, capitolium, satyrus, poleaticum, etc. Particula hæc tota de reditu imperatoris in urbem non sæculi decimi, sed sexti est; non Constantini hujus, sed Petri Magistri, e cujus toties laudato libro de Constitutione Reipublicæ hæc verbotenus transcripta fuerunt; ut ex eo quoque collegi, quod imperator in SS. Apostolos, non in S. Sophiam ingredi dicatur, ut quæ tum nondum structa esset. [Palatia Eriæa Constant. Porphyrog. exstructa, Script. post Theophan. p. 481.]

(12) Designatur forum Theodosii, quod in ea urbis regione, quæ Strategium appellabatur, exstitisse dicitur; vid. Du Cange CPl Christ. I, p. 80.

caussa. Si ab terrestre quadam in occidentem expe- A τῆς πόλεως καὶ τὸν ἀπομονέα, καὶ τοὺς στεφάνους
ditione redeat imperator, occurritur ipsi in foro προσφέρουσιν αὐτῷ. Ἐνδεκάτῃ τοίνυν τοῦ Αὐγούστου
Theodosii, quod Taurus appellatur, et offerunt ipsi μηνὸς, ἡμέρᾳ β', ἔτους, ζλγ' (13), εἰσῆλθεν ὁ εὐσε-
coronas, unam quidem auream, alias autem e lauro. βὴς βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς εἰς Κωνσταντινούπολιν
Pro aurea reddit ipsis imperator æquum in num- περὶ ὥραν α' διὰ τῆς πόρτης τῶν Χαρισίου (14),
mis pretium, ne sumptus de suo faciendo dammum τῶν συγκλητικῶν καὶ τοῦ ἐπάρχου τῆς πόλεως ἐκεῖσε
passi videantur. Si autem ab Asia Bithyniave, aut ἀπαντησάντων δίχα στεφάνων, καὶ ἐλθὼν ἐπὶ τὸ δεύ-
Persico bello redeat, occurrit ipsi præfectus urbis τερον ηὔξατο ἐν τοῖς Ἀποστόλοις, καὶ ἦψεν κηρούς (15)
ibi, ubi decreverit imperator mesallagum facere, εἰς τὸ μνῆμα τῆς Δεσποίνης, καὶ κατῆλθεν ἐπὶ τὸ
[hoc est, e navi egressus tantisper in Asiatico καπετώλιον. Ὡς δὲ εἰσῆλθεν εἰς τὴν μέσην, ὑπήν-
quodam palatio morari, donec vestitum viaticum τησαν δομέστικοι πρωτίκτωρες, αἱ ἑπτὰ σχολαὶ καὶ
splendidiore mutaverit]; sive jam in Satyro id fiat, μετ' αὐτοὺς τριβοῦνοι καὶ κόμητες, πάντες μετὰ
sive in Poleatico, sive in Rufinianis, sive in Hie- λευκῶν χλανιδίων καὶ κηρῶν δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ
ria. Si porro per strategium ascendere in palatium ἱστάμενοι, καὶ μετ' αὐτοὺς μαγιστριανοὶ, φαβρικήσιοι, τάξις τῶν ἐπάρχων (16) καὶ τοῦ ἐπάρχου, ἀργυ-
velit imperator, prævertunt senatores in forum ροπρᾶται καὶ πάντες πραγματευταὶ (17), καὶ πᾶν
strategii, et ibi coronas offerunt. Si vero navi recta B σύστημα, καὶ ἁπλῶς ἀπὸ τοῦ καπιτωλίου μέχρι τῆς
via invehi in palatium absque diverticulo velit, χαλκῆς τοῦ παλατίου πάντα ἐπεπλήρωτο, ὥστε μόλις
consistit coram scala seu exscensu, et salutat præ- προβαίνειν τὸν ἵππον τοῦ βασιλέως. Ὡς δὲ εἰσῆει τὴν
fectum urbis et apomoneum seu vicarium regium; χαλκῆν ὁ βασιλεὺς, ἔστη ὁ ἀδμισσιωνάλιος, ἔχων (18)
et accipit oblatas sibi coronas. Agedum afferamus τὸν πρωτίκτωρα καὶ τὸν θριαμβευτήν, καὶ ἔκραξεν
exemplum ingressus regii in urbem. Undecimo τό ηριαμβευτάλιον. Οὕτω γὰρ συνεῖδεν γενέσθαι ὁ
nempe die Augusti mensis, feria secunda, anno μάγιστρος διὰ τὸ μὴ εἰσέρχεσθαι τὸν βασιλέα διὰ
mundi 6033, intrabat pius imperator Justinianus τῆς χρυσῆς πόρτης. Πάντες δὲ οἱ ἄρχοντες καὶ πα-
in Constantinopolin circa horam primam per por- τρίκιοι πεζεύοντες ἀπὸ των Ἀποστόλων ἐδηρίγευσαν,
tam monasterii Charisiæ, ubi præfectus urbis et καὶ οἱ κουβικουλάριοι πεζεύοντες ἠκολούθησαν.
senatorii ipsi, sed absque coronis, occurrebant.
Inde abiens ad deuterum preces faciebat **287** in æde SS. Apostolorum, et accendebat cereos in con-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(3) Non potest alius, quam epochæ mundi con- C (16) Delenda sunt, quæ in Latinis addidi, sed
diti secundum Græcos annus hic designari. Nam uncis inclusa, *nempe petroriorum*. Cum latine ver-
non solent eorum historici annos imperii alicujus terem hunc locum, nondum noram, qualesnam hi
imperatoris sic nude citare. Atqui tamen incidit essent *Eparchi*; nempe provinciales erant, ut mihi
annus ille 33. (id est 6033.) in A. C, 525, quo non- videri dixi supra ad p. 37. Forte tamen recte habet
dum imperator erat Justinianus. Nam A. C. 527, illud additamentum. Nam Justiniani ætate adhuc
demum coronatus fuit. Non video, quomodo hoc erant præfecti prætoriis quatuor.
dubium solvam nisi culpam in librarios devolvendo, (17) *Negotitores, mercatores.* Ita sæpe apud novos
qui pro more suo sat noto Justinianum hic pro Græcos, v. Theophan. p. 121, 188, et 189. Πραγματεία, *negotiatio, mercatura, commercium*, et πραγματεύεσθαι, *sibi acquirere*, ibid. p. 217, 277, σωτηρίαν πραγματεύεσθαι, *salutem sibi comparare*. Cedren. p. 494, πραγματευτικὰ σκάφη *naves mercatoriæ*. Forte quoque vox πραγματικοὶ apud Polybium p. 678, ed. Wechel. pro *negotiatoribus, mercatoribus castrensibus, lixis* accipienda est. Illustris Casaubonus vertit *spectatæ prudentiæ viros*, respiciens ad viros in rebus agendis tritos et subactos. Ab ista notione acquirendi, comparandi dicti quoque sunt πραγματευταὶ, *agentes in rebus, actores rerum Augusti*, [vid. Guther. p. 967,] eo quod cupita et flagitata comparabant, conquirebant, suppeditabant, quales sunt proxenetæ, *die Mæckler*, a Plutarcho in libello de fœnore non contrahendo πραγματευταὶ dicti p. 1480, ed. Steph. ubi πραγματευτὰς et τραπεζίτας ita conjungit, ut Noster hic τοὺς πραγματευτὰς et ἀργυροπράτας, quos *fœneratores, trapezitas, cambiatores* esse, supra demonstravi p. 8, Conf. p. 11. Potestergo locus hic reddi sic, ut exhibetur in Latinis et dari quoque jure *cambiatores et actores rerum Augusti*. Sed præfero tamen Latina priora. Nostri quoque majores *Handler* pro mercatore dicebant et nos adhuc hodie hanc vocem apponimus aliis, (nam simplici non æque utimur,) ut *Rauchhandler, Lederhandler*.

(18) Verti ac si legissem λέγων aut ἠχῶν Alias enim retenta vulgata non video, quis sit ὁ θριαμβευτὴς præter Justinianum alius.

(14) Scribendum esse Χαρσίου patet ex Du Cangii modo laudato libro p. 50. Videtur ex hodierna hujus portæ appellatione *Eari Capi, porta obliqua*, nomen ipsi olim fuisse non Χαρσίου, sed κάρσιος, quod idem Græcis est atque ἐγκάρσιος. Si tamen a viro nomen duxit, præferenda lectio Χαρσίου. Nam *Charisius* nomen fuit viri, non Χαρσίας. Lectionem Χαρισίου habet etiam (indice Du Cangio) Cantacuzenus III. 85. Idem Du Cange laudato loco hanc portam maritimam facit; at in notis ad Alexiadem p. 258 facit mediterraneam. Posset ex hoc loco ea lis dirimi, si addidisset auctor hujus historiæ nomen tractus aut urbis, unde Justinianus aut Justinus tum venerit.

(15) De more accendendi cereos et ardentes depangendi coram imaginibus sanctorum si commentari vellem, actum agerem. Res quoque nota est hunc morem gentilis idololatriæ reliquias esse; vid. Arrian. dissert. Epictet. p. 111. Salmas. ad Script H. Aug. t. II, p. 203. Vales. ad Ammian. Marcell. p. 357. Indidem quoque ritus manavit cum ardentibus cereis imperatoribus occurrendi. Nam imperatores olim pro diis habebant et divinis omnibus honoribus afficiebant: hinc neque cereorum et ignis prælati honorem ipsis negabant; vid. Theophan. p. 164.

ditorio Despœnæ seu Dominæ nostræ beatæ Virginis. Inde descendebat in Capitolium. In mesen deinceps, id est mediam, viam sic dictam, delato ipsi occurrebant domestici protectores et septem scholæ ; post eos tribuni et comites, omnes in candidis tunicis et cereos gestantes, seriatim ad dextram plateæ sinistramque stantes ; post eos magistriani, fabricences, ordo seu apparitio præfectorum [nempe prætoriorum], et præfecti [urbis], aurifabri et omnes negotiantes, omne corpus aut collegium ; verbo, a Capitolio inde usque ad chalcen palatii [portam] plena hominum erant omnia, adeo ut vix gressum promovere posset equus imperatoris. In chalcen tandem ut venerat, offendebat ibi stantem admissionalem, qui eum titulo protectoris et triumphatoris excipiebat, et clara voce carmen triumphale [Io triumphe] canebat. Ita nempe ordinaverat magister, ut fieret, propterea quod imperator per auream portam ingressus non fuisset. Omnes autem archontes et patricii pedibus euntes stipaverant imperatoris latera a SS. Apostolis inde ; cubicularii vero, etiam pedites, obsecuti fuerant.

Ἡ ἀπὸ τοῦ φοσσάτου μετὰ νίκης (19) ἔπάνοδος Βασιλείου τοῦ φιλοχρίστου βασιλέως ἀπὸ Τεφρικῆς καὶ Γερμανικίας.

A *Victoriosus e castris apud Tephricen et Germaniciam reditus Basilii Christum amantis imperatoris.*

Τοῦ βασιλέως ἐπανελθόντος μετὰ νίκης ἀπὸ τοῦ πολέμου Τεφρικῆς καὶ Γερμανικίας, διεπέρασεν ἐπὶ τὰ Ἡρία (20) ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, ὑπαντησάσης αὐτῷ ἐκεῖσε ἁπάσης ἡλικίας τῶν τῆς πόλεως μετὰ στεφάνων τῶν ἐξ ἀνθέων καὶ ῥόδων κατεσκευασμένων. Ὡσαύτως καὶ ἡ σύγκλητος πᾶσα ἡ ἐν τῇ πόλει ἐκεῖσε αὐτὸν ἐδέξατο, καὶ ὁ βασιλεὺς ἀπὸ στοματος αὐτοὺς ἐδέξατο. Εἰσελθὼν δὲ καὶ εὐξάμενος ἐν τῷ τοῦ Προδρόμου ναῷ τῷ ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, ἅψας κηροὺς ἐξῆλθεν, καὶ βαλὼν σκαραμάγγιον τριβλάτιον, ἅμα υἱῷ Κωνσταντίνῳ τῷ νέῳ

Imperator cum victoria in urbem rediens e bellica adversus Tephricen et Germaniciam expeditione trajiciebat ex Asiatico palatio Hieriæ in Hebdomum, ubi omnis ætas urbana ipsi occurrebat cum corollis e rosis aliisque floribus consertis. Ibidem quoque excipiebat ipsum omnis in urbe præsens senatus ; quos cum benignis verbis salutasset imperator, intrabat in ædem S. Joannis præcursoris, quæ in Hebdomo est, et post peractas ibi preces accensosque cereos egressus induebat scaramangium tribiat-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

(19) Symeon Logothetes p. 455, perhibet Basilium apud Tephricam semper victum fuisse et a Germanicia eum rebus infectis abiisse tradit Glycas p. 296, quam oppugnavit anno imperii sui 13, A. C. 879. Dicunt tamen Constant. Vit. Basil. p. 166, et Cedren. p. 570. Basilium, quamvis urbem Tephrice capere nequiverit, tamen totum suppositum agrum et multas in eo arces devastasse atque destruxisse et cum opulenta præda domum rediisse. [Agareni Tephrici commemorantur Script. post Theoph. p. 455, Germanicia a Basilio imp. bello petita Scr. p. Th. pag. 456. Germanica, Germanicopolis, Adata oppidum Syriæ, Glycas p. 295. Addatam, oppidum barbarorum, ab avo frustra obsessum, expugnat Constantinus Porphyr., Leonis filius. Vit. Basil. Maced. c. 34, ed. Allatii.]* Est ergo Germanicia, *al Hadath*, quam Geographus Nubiensis p. 292, uno modico die et una statione a Tarso abesse ait. Abulfeda quoque in Historia ad A. C. 636, eodem modo scribit, et sic probatiores auctores Græci et Arabes. Sunt tamen etiam libri haud pauci, qui *al Hadab*, ut Græci Ἀάπα, exarant ; vid. Cedren. p. 640. Ita Elmacinus p. 221, initio *obsidebat* [A. C. 947.] *Leo filius Bardæ Phocæ, al Hadabam, donec eam expugnaret.* Sic emendandus ille locus et interpretandus est. Præ cæteris memorabilis est locus Scholiastæ Motanabbii, qui ad poetæ hæc verba, *novitne Hadata rubra colorem suum*, hæc affert : *Hadat est nomen arcis notæ, quam condidit Saifoddaulah in solo Romano. Quod eam poeta rubram appellat, respicit eo, quod tincta fuerit sanguine Romanorum. Hi nempe surripuerant eam, et communiebant sibi in castrum tutum. Sed Saifdodaulah eos oppressos in ea arce trucidabat.* Hæc si vera sunt, nequit Adata vel Adapa et Germanicia idem esse. Nam Saifoddaulah, Basilio regnante aut nondum natus aut sane adhucdum puer erat. Forte igitur rectius scriptores alii aiunt. Germaniciam Arabibus *Tel Sauran* dici. Γερμανικία Συρίας ἡ νῦν Τελσαύρα legitur in fragmentuto geographico, quod Bandur. t. II, p. 10. notar. ad Constant. Themata edidit. Omisit librarius pro more novorum Græcorum ultimum ν, et leg. est Τελεσαύραν, ut apud

B Du Cangium ad Zonar. p. 71 exstat. Et ita quoque habet Abulfeda, e quo situm loci aliqualiter intelligere licet. Ait in notis marginalibus ad tab. VI, quæ de Syria agit, sic : *Ad al Awasem* [seu Cleisuras, castra limitanea] *refert Ibn Cardadebah multas, ut eparchias Mambeg et Tizin et Bales et Rosafah et Gumah, item Schaizar, Apamea Maarrat an Nomau, Sauran, al Athamaine, Tel Bascher, Capharthab, Salamiah, Gusiah, Libanum usque ad at Castel inter Hemus et Damascum.* Unde hauserit notitiam suam cl. Evodius Assemani, non novi. Scribit autem ille in notis ad Acta S. Simeonis Stylitæ pag. 402, sic : « Quæ Syris et Arabibus vulgo *Marhas*, dicitur, Latinis Germanicia. » diversa sunt Maresium et Hadata ut vel ex laudato loco Geographi Nubiensis constat, item ex Abulfeda, qui sub Marasch hæc habet : *al Hadath et Maresch sunt duæ parvæ urbes bene cultæ, aquarum et segetum divites arborumque. Ambæ sunt cleisuræ. Ait Abu Rihan al Birunius longitudinem al Hadatæ esse* 62 *gr. min.* 35, *et latitudinem* 37, *gr.* 30 *min. In al Azizico scriptum invenio, eam inter et Antiochiam interesse* 78 *millia, et ipsam inter atque Gihanum seu Pyranum fluvium intercedere mill.* 12. Procul dubio non multum dissitæ fuerunt Hadatha et Sauran. Sed illa in libris Arabicis celebrior est. In Germaniciæ situm inquirit quoque Guil. de l'Isle in annotationibus in chartam suam geographicam imperii Græci e Thematibus Constantini Porphyrog. concinnatam, ponitque eam in Syria Euphratesia. Vide sitne, quæ hodie *Germuk* audit et in tabulis geographicis, inter Diarbekir seu Amidam et Maresiam media locatur. Ubi autem collocanda sit Tephrice, non satis liquet. Forte est Theodorias in finibus Colchidis, corrupta pronuntiatione in Tephriki ex Thefdoriki ; nam Θευδωρίκη est idem atque Θεοδωρίκη et Θεφδωρίκη in pronuntiatione. Id si bene habet, haud parum disjunctæ spatiis terrarum erant ambæ hæ urbes.

(20) Marginalem notam in codice inveni, de meo non addidi, ut nunquam feci in ea operis hujus parte, quam curavi. Pro ἐπὶ autem legi debere ἀπὸ, facile liquet.

teum, et conscenso equo, abibat cum Constantino filio juniore [qui expeditionis comes fuerat], pariter equitante, in templum sanctissimæ Dei Genitricis in monasterio Abramitarum, præeunte toto senatu et populo urbano cum flamulis quibusdam puris seu purpura non prætextatis. Apud illam ædem descendebant ex equis ambo, pater et filius, intrabant in dictum Dei Genitricis templum, et post peractas sibi preces accensosque cereos desidebant in eo paulisper, donec spolia hostibus erepta in urbem ma-

A ἱππεύσαντες ἦλθον ἐν τῷ ναῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῶν Ἀβραμιτῶν, προηγουμένης πάσης τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ λαοῦ τῆς πόλεως ἅμα καὶ φλαμούλων τινῶν λιτῶν, καὶ καταβάντες τῶν ἵππων εἰσῆλθον εἰς τὸν ναὸν τῆς Θεοτόκου. Εὐξάμενοι καὶ ἄψαντες κηροὺς, ἐκαθέσθησαν μικρόν· ὁ δὲ ἔπαρχος τῆς πόλεως προητοιμάσατο καταστέψας τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς Χρυσῆς πόρτης μέχρι τῆς Χαλκῆς ἀπὸ δάφνης (21) καὶ δενδρολιβάνου καὶ μερσύνης καὶ ῥόδων καὶ λοιπῶν ἀνθέων, ἀλλὰ γε καὶ ἀπὸ σκαρ-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(21) Lauro redimitas et lucernis ardentibus illustratas fuisse domos jam florente re Romana in publico gaudio, discimus e Tertulliano ad uxorem, ubi ait : *Procedit de janua laureata et lucernata, tanquam de consistorio publicarum libidinum* ; (vid. Goar. ad Theophan. p. 11 ;) et e Xiphilino, qui introitum Severi in urbem Romam, p. 1242, sic describit : Αὐτῷ [βαδίζοντι] ὁ στρατὸς πᾶς καὶ οἱ πεζοὶ καὶ οἱ ἱππεῖς ὡπλισμένοι παρηκολούθησαν. Καὶ ἐγένετο ἡ θέα πασῶν, ὧν ἐώρακα [Dio loquitur] λαμπροτάτη· ἥ τε γὰρ πόλις ἄνθεσί τε καὶ δάφναις ἐστεφανωτο καὶ ἱματίοις ποικίλοις ἐκεκόσμητο, φωτί τε καὶ θυμιάμασιν ἔλαμπε. Καὶ οἱ ἄνθρωποι λευχειμονοῦντες καὶ γαννύμενοι πολλὰ ἐπευφήμουν, οἵ τε στρατιῶται ἐν τοῖς ὅπλοις ὥσπερ ἐν πανηγύρει τινὶ πομπῆς ἐκπρεπόντως ἀνεστρέφοντο, καὶ προσέτι καὶ ἡμεῖς ἐν κόσμῳ περιήειμεν. Mallem omnino cum cl. Reimaro προήειμεν, *processimus*. Quod si tamen recte habet vulgata, notabit senatores in gemina serie circa imperatorem processisse. Idem Dio p. 1028, describens aureum sic dictum diem quo Nero Tiridati diadema imponebat, ait : Πᾶσα ἡ πόλις ἐκεκόσμητο καὶ φωσὶ καὶ στεφανώμασι, ubi vid. citatos a cl. Reimaro auctores. Populum in candidis processisse et laureis sertis, ludos in theatro editos fuisse, eoque operto velo serico, ad arcendum solem, cui velo insutum acu aurea fuisse Neronem currum agitantem, stellis cinctum. Ab illo more theatro sericum velum obducendi videtur natus fuisse mos pannos sericos ductis super medias plateas et ad utriusque lateris ædes firmatis chordis insternendi, aliosque pannos pretiosos ex ipsis ædium tectis suspendendi, quibus in certis intervallis ardentes cerei et funalia et serta laurea aliaque interponebantur. Urbem eo modo ornare, ut nos, qui solis luminaribus utimur, *illuminare* dicimus, sic veteres a corollis suspensis στεφανοῦν ot *coronare* dicebant. Arabes, qui a Græcis acceperunt, pompam hanc *ornationem, paraturam* et *Zinah*, appellant. Talium *Zinarum* frequens mentio est apud Abulfedam. Meminit earum quoque passim et luculenter describit della Valle, et brevius Wansleb. in itinere Ægyptiaco p. 335. Exacte hæc congruunt illuminationibus aut coronationibus medio ævo Byzantii et in Italia usitatis, ut ex afferendis quibusdam exemplis constabit. Ex oriente morem hunc in Græciam venisse, constat e sacris Bacchicis. In his enim, quæ constat e Syria in Græciam transiisse, frequens usus erat tædarum ardentium, sub quibus Bacchus deducebatur. Et hinc intelligas illum Athænei locum l. iv, p. 148. de M. Antonio triumviro, Athenis luxuriæ indulgente et pro Baccho se gerente : μετέβαινε ἐνίοτε καὶ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, tanquam in Capitolium triumphantes sub comitatu funaliam, ἀπὸ τῶν τειχῶν λαμπάσι ὁαδουχουμένης πάσης τῆς Ἀθηναίων πόλεως [tecta urbis plana affixas sibi habebant tædas, aut dependentes a se lucernas oleo plenas], καὶ ἔκτοτε ἐκέλευσεν ἑαυτὸν Διόνυσον ἀνακηρύττεσθαι κατὰ τὰς πόλεις. Insignis est locus Odonis de S. Blasio apud Du Cangium v. *Coronari*, qui totum coronationis talis ritum complectitur. *Tota coronatur civitas*, ait, *tapetibus sertisque diversi generis et pretii compita illustrantibus, thure, myrrha aliisque speciebus odoriferis intus et extra civitatem redolentibus plateis.* Sed multo luculentior est Sabæ Malæspinæ locus l. iv Historiæ (editæ. t. VIII, Rer. Italic. p. 842), quo introitum et receptionem Conradini Suevi in urbe Roma anno 1268 describit ; neque continere me possum, quin eum, quamvis paulo longiorem, ascribam. *Tripudiantium militum agmina vestium pretiosarum divertorumque colorum desuper arma* [id est armis seu thoraci superindutarum] *habitus distinguebat. Quodque magnum est et auditu mirabile, mulierum choreæ ludentium intra urbem in cymbalis et tympanis, lituis et phiolis et in omni genere musicorum concinunt. Volentesque suarum pretiosarum rerum abundantiam, quam plerumque sequitur voluptas, ostendere, de domo in domum in oppositum consistentem jactatis ad modum arcus aut pontis chordis et funibus vias medias desuper non lauro, nan ramis arboreis, sed caris vestibus et pellibus variis,* [du vair] *velaverunt, pensis ad chordas strophæis,* [id est strophiolis, manipulis] *flectis,* [id est plectis, σειραῖς κατασείστοις, plexibus filorum sericorum, aureorum et margaritarum], *dextrocheriis* [seu armillis] *periscclidibus, grammatis, aurifrisiis et diversorum ac presiosorum annulorum appensione diadematum etiam et fibularum seu monilium, in quibus gemmæ fulgentissimæ relucebant, bursis sericis, cultris tectis de piancavo, samito, bysso et purpura, cortinis toraliis et linteaminibus contextis auro sericoque per totum, junctis velis et palliis deauratis, quæ doctus opifex citra et ultra mare de diversa et operosa materia curaque struxerat.* Ad istud exemplum recepta quoque urbe Roma fuit regina Sueciæ Christina, ut ex illo opusculo Italico apparet, quod ceremonias receptionis ejus describit, et legitur n. LXX Appendicis ad cl. Arkenholtzii Mémoires de la Reine Christine. Verba ejus sunt hæc : *Tutte le strade dal loco detto di Ponte Molle sino al palazzo di S. Pietro, che sono di longuezza di tre miglia, siano tutte apparate di panni d'arazzi finissimi et alle finestre damaschi e veluti rossi.* Nicetæ Choniatæ locum præterire non possum, quem primum omnium dare debueram. Exponens ille pompam triumphalem Joannis Comneni e Colchide cum victoria in urbem regiam redeuntis l. I, p. 13, sic ait : Ἐνστάσης τῆς ἡμέρας, καθ' ἣν ἡ πρόοδος ὥριστο, ἅπαξ πέπλος τὰσ ἁγυιὰς κατηγλάϊζε χρυσοῦφής τε καὶ περιπόρφυρος, οὐδὲ τὰ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων ἐκεῖθεν ἀπῆν ἀγάλματα, ὁπόσα ἱστουργικὴ χεὶρ ἐπίπλοις ἐνετυπώσατο, ἃ καὶ εἰρηκέν ἄν τις ἔμψυχα, οὐκ ἐνύφαντα. Ἦν δὲ καὶ τοῦ ἄγασθαι ἄξια καὶ τὰ περὶ τὴν πάροδον ἑκατέρωθεν πρὸς ὑποδοχὴν τῶν θεωμένων διὰ ξύλων πήγματα καὶ ἱκρία. Χῶρος δὲ τῆς πόλεως ἦν, ὃς αὐτωσὶ διεσκεύαστο, ὁ διήκων ἐκ τῶν ἑῴων πυλῶν τῆς πόλεως ἐς αὐτὸ τὸ μέγα παλάτιον. Καὶ δὴ τὸ μὲν τέτρωρον εὐτρεπὲς, καὶ εἶλκον τοῦτο πίσυρες ἵπποι καλλίτριχες, χιόνος λευκότεροι. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν τοῦ ἅρματος ἐπίβασιν παρεικώς, etc., quæ ilato ad pag. 352. Memorabile hoc in loco id est, alibi non lectum, fuisse CPli ad utrumque latus illarum pla-

μαγγίων δια φόρων καὶ σενδὲς καὶ πόλυκανδήλων· ὡσαύτως καὶ ἡ γῆ πᾶσα φιλοκαληθεῖσα κατέστρωτο ἄνθεσιν [2]· ἐν δὲ τῷ λιβαδίῳ τῷ ἔξω τῆς Χρυσῆς πόρτης ἐπήγησαν τένται, καὶ διεπέρασαν ἀπὸ Ἱερείας ἐκεῖσε τοὺς εὐγενεῖς καὶ ἐμφανεῖς τῶν αἰχμαλώτων Ἀγαρηνῶν καὶ τὰ ἐξαίρετα τῶν λαφύρων τοῦ πολέμου, φλαμούλων (22) τε καὶ ἁρμάτων, καὶ ἐν ταῖς τέντεσιν ἔνδον ἀποτεθέντα διηρέθησαν, καὶ δι᾽ ἦλθον ἐν τῇ μέσῃ θριαμβευόμενα ἀπὸ τῆς χρυσῆς πόρτης ἕως τῆς χαλκῆς τοῦ παλατίου, ἀνοιγείσης τότε τῆς μέσης καὶ μεγάλης Χρυσῆς πόρτης. Μετὰ δὲ τὸ τὰ

A gnifice exornatam præcessissent. Curaverat enim præfectus urbis domos illarum platearum, per quas pompæ transeundum erat, id est ab aurea inde porta usque ad æneam palatii, non tantum lauro, rosmarino, myrto, **288** rosis aliisque floribus, sed et scaramangiis variorum colorum et pannis sendes et polycandelis comptas atque illustratas esse. Neque domus tantum ornatæ erant, sed et omne platearum pavimentum verrendo prius mundatum fuerat atque deinceps floribus consitum. In tentoria vero, quæ fixa fuerant in eo prato, quod ante por-

VARIÆ LECTIONES.

[2] ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι δίκην νυμφικῶν παστάδων ἦν κατεσκευασμένη ἡ πόλις.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

tearum, per quas processio triumphalis incederet, compaginata asseribus tabulata cum gradibus, unde pompa conspici posset, quemadmodum, teste Keyslero, in urbibus Italicis talia pulpita eriguntur in Carnavallis ad spectandos equos de pernicitate certantes. Id ipsum non omittit in alius triumphi descriptione, quæ ad p. 83, ed. Venet. exstat, ubi tabulata illa binarum, imo ternarum quoque contignationum fuisse ait. Ipsi jam Athenienses olim viis, per quas pompa Minervæ in Panathenæis aliorumve numinum in aliis festis procedebat, præstruebant ad utrumque latus ἴκρια, in quibus starent spectatores ; de quibus hic agendi locus non est. Quandoquidem in conferendis locis auctorum ævi medii versamur, qui ritus triumphales sui temporis exsecuti sunt, neque hujus loci partem aliquam afferre pigebit, quo triumphus Manuelis Comneni de Pannonibus describitur : Ἅπας περιπόρφυρος πέπλος καὶ χρυσίῳ κατάστικτος ἀπηωρεῖτο — τὰ καθεκάτερα μέρη τῆς ἁγνιᾶς, καθ᾽ ἣν ἔμελλε τελεῖσθαι ὁ θρίαμ- C βος, παρυφιστάμενα δρύφακτα εἰς διώροφα καὶ τριώροφα παρυψούμενα πᾶσιν ἐνεποίει θαυμασμόν. Post currum, in quo sedebat imago B. V., quam dum negat Nicetas polymathiæ suæ ostentator Minervæ Pisistrati comparari debere, ipse comparat et ingerit lectori sententiam, quam ipse impiam pronuntiaturus fuisset, neque multi erunt, quibus detestabilis non videatur, sequebantur viri regiæ prosapiæ et magnates aulici, sequebatur tandem imperator Manuel in equo candido cum Contostephano, copiarum duce. Dixi superius, illustratas fuisse plateas urbium sic comtarum luminibus per certa intervalla dispositis. Verum etiam norant et solebant spectacula ignea in aquis edere. Hujus rei insigne documentum apud Cinnamum p. 120 : ὑγρῷ πυρὶ κατὰ τὸ ἔθος λέμβους καὶ ἀκατίους ἐνεπίμπρα. Apparet ex eo loco, artem pyrotechnicam non eo usque quidem perfectionis perductam fuisse, quo pervenit hodie ; fuisse tamen illis in more positum publicæ hilaritatis demonstrandæ gratia super aquis lembos et minora navigia comburere, a quibus picturæ tamen, inscriptiones aliaque ingenii litterati et dexteritatis pyrotechnicæ documenta videntur abfuisse. Apud ipsos orientales ignium artificiosorum invenio vestigia per dies festos in Abulfedæ insigni loco, e quo discitur, morem illum diebus festis ignes præ hilaritate accendendi fuisse Persis quoque notum, et forte ab illis, ut ignis summis cultoribus, ad Europæos venisse, deinde Persas quoque non ignorasse supplicium, quo nobiles nostri medio ævo solebant infamari, nempe *Sellæ equinæ portandæ*, de quo multis egit Du Cange V. *Sellæ gestatio*. Locus hic est ad Ann. 323 : *Anno* 323 *occisus fuit Mardawigj Dailomila, dominus Parthiæ et aliarum regionum, quod hac de causa et ratione contigit : jusserat nempe, quo splendidiorem celebraret diem suum natalem, per circumsitos Isfahanæ montes et colles lignorum ingentes acervos construi, per noctem proxime seculturam arsuros* B *et ope corvorum accendendos, quorum numerum ultra bis mille coegerat, et cum pyxidibus ardentis napthæ plenis ad eorum pedes religatis quo vellent avolare sinebat.* [Monstrosi ignes artificiales, gustus barbarici, sed grande quid produnt.] *Præterea apparatissimas epulas jusserat instrui, mille mactari equos, bis mille boves, pecudum vim incredibilem ; neque minus dulciariorum comparari. Posita coram tamen fastidiebat, ut majestate sua humiliora, graviterque in aulicos idcirco stomachabatur. Erat enim iracundus, et præ cæteris Turcas vexare solebat in suis castris merentes. Soluto convivio et exstincta illuminatione, cum altero mane in urbem redire vellet, (hæc enim omnia in processu in agrum Isfahanensem fiebant,) aderant in armis et equis ad heri tentorium. Equi, ut eumdem in locum multi conducti, cum hinnitus strepitumque ederent, fremens ira Mardawigj interrogabat, quorumnam essent illi equi, ad prætorium suum tam prope ausi accedere ; et Turcarum esse doctus, jubebat, quo puniret et infamaret exosam sibi gentem, Turcas ipsos ademptas equis sellas humeris tollere, eoque gestamine regiam urbem ingredi. Quod cum nequiret non fieri, multum addebat odio, quo Turcæ ardebant in hominem, ne gentilibus quidem Dailomitis admodum acceptum ; vultu teterrimum indoleque aspera*, etc. Sed erunt, quibus spectaculum hoc igneum non tam cum pyrotechnicis nostris, quam cum illo sacrificio Mithridatis, item Persæ aut Parthi, convenire existimabunt, de quo Appianus p. 215 ed. Henr. Stephani narrat inter alia his verbis : ἅπτουσι τὴν ὕλην (struem lignorum regiis manibus congestam) ἡ δὲ αἰθομένη διὰ τὸ μέγεθος τηλοῦ ἀπὸ χιλίων σταδίων τοῖς πλέουσι γίνεται καταφανής. Constat tamen inde barbaros quoque Orientales olim hilaria sua ignibus illustrasse. Id ipsum facicbant quoque Græci, sed multo, quam isti Hyrcani, elegantius, ut ex Athenæo disco, qui in convivio Carani enarrando l. v, initio p. 130, convivas ait introductos in cubiculum fuisse, Εἰς οἶκον, ἐν ᾧ κύκλῳ ὀθόναις διείληπτο D πάντα λευκαῖς, καὶ ἀναπετάσθεισῶν, ᾁδες ἐφαίνοντο λάθρα κατὰ μηχανάς, χασθέντων τῶν φραγμάτων, καὶ Ἔρωτες καὶ Ἀρτέμιδες, καὶ Πᾶνες, καὶ Ἑρμαῖ, καὶ τοιαῦτα πολλὰ εἴδωλα, ἀργυροῖς ᾁδουχοῦντα λαμπτῆρσι, *cujus omnes plagæ prætensæ erant candidis velis, quibus sursum regestis et subductis, in conspectum prodiisse transmicantes faces per hiatus pegmatum ligneorum, studio factos a quibusdam machinis, et quis eas tenerent super candelabris argenteis Cupidines, et Dianas, et Panes, et Mercurios, et alia sigilla.* En aliquid imaginibus pictis illuminationum nostratium jam temporibus regum Macedonum non absimile.

(22) Vario scriptam inveni hanc vocem in membranis nostris, modo enim, idque frequentius, geminabant λ, modo simplex dabant ; nunquam tamen geminum μ vidi. E quo mihi constitit, vocem hanc a *flabello* derivandam esse, e qua corrupta fuit.

tam auream est, translati fuerant e palatio Hieriæ nobiliores atque illustriores captivi Agareni et delecta præstantiora spolia bellica, ut flamula et arma, ibique deposita primum, et deinceps partim captivi ordinati in processionem, partim spolia inter bajulos, qui ea in urbem, triumphale spectaculum, ferrent, distributa fuerant. Itaque per medias aureæ portæ valvas, quæ in gratiam istius solennis actus aperiebantur, intrabant ea in urbem, et pergebant usque ad chalcen. Postquam ergo spolia cum captivis in triumphali pompa in urbem intrassent, surgebant laudati supra dominie templo S. Dei Genitricis, et induebant,

A λάφυρα διελθεῖν (23) ἀναστάντες οἱ δεσπόται καὶ ἐκβαλόντες τὰ σκαραμάγγια, ἐφόρεσαν ὁ μὲν αὐτοκράτωρ καὶ μέγας βασιλεὺς ἱμάτιον ἐπιλώρικον (24) χρυσοῦφαντον διόλου καγκελωτὸν διὰ μαργαριτῶν καὶ ἐν ταῖς ὑρναις ἠμφιεσμένον διὰ μαργαριτῶν τελείων, ζωσάμενος καὶ σπαθίον ζωστίκιον [a], φορέσας καὶ διαδημα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ καισαρίκιον (25)· ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος ἐφόρεσε κλιβάνιον χρυσοῦν (26) καὶ σπαθίον ζωστίκιον, ποδόψελά τε χρυσᾶ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ ἔλαβε λόγχην χρυσᾶν διὰ μαργαριτῶν ἠμφιεσμένην. Ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ἐφόρεσεν φακιόλιον (27) δίκην προπολώματος (28).

VARIÆ LECTIONES.

[a] ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι ὁ χιτὼν οὗτος λέγεται ὁ ῥοδόβοτρυς.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(23) Chrysostom. t. VIII, p. 573 : Καθάπερ βασιλέως εἰς πόλιν εἰσιόντος οἱ στρατιῶται προλαμβάνοντες τὰ λεγόμενα σίγνα βαστάζουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτῶν προαγγέλλοντες τὴ εἴσοδον αὐτοῦ.

(24) *Tunicam loratam* verti ad loros recogitans, non recte; debueram *Tunicam loricæ superinductam*; vid. Du Cange h. v. Idem mihi ad pag. 291. dictum esto.

(25) Infulæ Cæsarum erant diversæ formæ ab infulis imperatorum, ut constare potest ex imagine imperatoris cum imagine Cæsaris apud Rhamnusium initio historiæ captæ a Venetis CPleos collata. Imperator in sua infula gerebat interdum crucem, Cæsar in sua nunquam, ut neque in laudata modo imagine gerit, quicum concinit locus Nostri p. 412, ubi ait Cæsaris insigne esse στέφανον (id est στέμμα χωρὶς σταυρικοῦ τύπου. Nescio, an huc referam locum e vita msta S. Melanæ Romanæ (apud Du Cangium v. Καῖσαρ), ut in quo non satis clarum est, nullæne infulæ, an diversæ ab imperatoriis tribuantur : Τοῦτο δὲ τὸ Καίσαρος ἀξίωμα] ὁ λαβὼν ἕτερός ἐστιν, ὡς ἂν εἴποι τις ὑποβασιλεύς· ἀλουργίς τε γὰρ αὐτῷ κατάχρυσος καὶ τἆλλα τῆς βασιλείας παράσημα ὅτι μὴ μόνον τῆς χρυσῆς στεφάνης ἅπαντα ἔχει τὰ τῆς βασιλείας ὑμβολα.

(26) *Clibanum ferreum inauratum*. Diversa esse loricam et clibanum constat; qui autem fuerint, mihi quidem non liquet, Sunt qui clibana fuisse putant πιλωτά, talia coactilia, qualia describit Chronicon Colmaniense ad an. 1298 : *wambasia, id est tunicam spissam e lino et stuppa vel veteribus jannis consutam*. Sed illi satis ex eo refutantur, quod hic loci *clibania aurea*, seu ferro inaurato confecta, et alibi ὁλοσίδηρα appellantur. Indicat quoque nomen ipsum *clibanus*, quod idem est atque *chalybinus*, e chalybe, durissimo ferro, factus. Duxerunt me ad hanc etymologiam Glossæ Basilicorum : Οἱ κλιβανάριοι ὁλοσίδηροι. Κλίβανα γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ σιδηρᾶ καλύμματα καλοῦσιν ἀντὶ τοῦ καλαμῖνα. Leg. χαλυβῖνα.

(27) Manavit hæc vox a *faciali*, velo, quo vultus olim velari et abstergi sudor, lacrymæ, sordes solebant. Dependebat super humeros, ad medium fere pectus. Frequens talis figura in antiquis imaginibus, ut in illis Mariæ Virginis, quas Du Cange Gloss. Lat. t. III, in fine tab, III et VII dedit. Facialia hæc, cum deinceps aliter formarentur, et circa pileum acutum aut hemisphæricum obvolverentur, evaserunt ex eo tulbani seu cidares, quales hodie gestant Turcæ Græcorum exemplo. Quando mos illas cidares gestandi fuerit invectus, non liquet. Si mores vetusti sæculi e suo mensus non fuit Georgius Alexandrinus in vita Chrysostomi, sæculo jam quarto fuerunt turbani in usu apud Græcos. Ait enim ille cap. 41 : Ἐκρότουν αὐτὸν ὑψοῦντες εἰς τὸν ἀέρα, οἱ μὲν τὰς χλανίδας ἑαυτῶν, οἱ δὲ τὰ πτερύγια τῶν κουτζούλων, ἕτεροι δὲ ἐγχειρίδια, ἄλλοι δὲ τὰ φακιόλια. Sed jam olim Græmi gesta-

B bant, ut ex imaginibus Mercurii. Castoris et Pollucis, pileo Phrygio et aliis constat; vid. quæ de camelaucio infra dicam. Disputat quoque multis de antiquitate hujus gestaminis Du Cange Gl. Gr. v., qui conferri meretur. Forte invectum fuit a Scythis. Nam in columna Theodosiana apud Bandurium Scythæ almucias gestantes frequentes conspiciuntur, ut tab. I. 4, 8, 9, 12, etc.

(28) *Propoloma* est modiolus seu infula turrita, rotunda, in imo angustior, in summo latior, προπάλλον vel potius aliquid, quod factum est προπάλλειν, *eminere et in oculos incurrere*, qualis in Augustarum Byzantinarum imaginibus apud Rhamnuscum, Du Cangium ante gloss. Gr. tab. V. et pone Gloss. Lat. tab. VI et VII conspiciuntur. Vid. idem v. Τυμπάνιον. Facete Nicetas Choniates p. 282, tamen galericulum καθέδραν ἀμφινέφαλον appellat. Veteres talia στεφάνας appellabant. Nam στεφάνη diversum erat a στεφάνῳ, ut bene monuit C Casaub. ad Athen. p. 352. Hic enim est totus rotundus æqualiter, permodicæ altitudinis, at στεφάνη est procerus circulus, neque semper æqualis per omnia amplitudinis, ut specie turres in mœnibus exstantes referat, itidem στεφάνας dictas. Juvat scitam talis modioli descriptionem e Busbekio addere, qui Epist. I, ait, se in Bulgaricis feminis talem capitis ornatum vidisse. *Nihil*, ait, *tam novum occurrebat, quam turritum caput, et galeri (si sic vocari potest) plane inusitata forma. Est ille ex stramine inducta tela, figura plane contraria ei, qua apud nos utuntur rusticanæ mulieres. Hic enim in humeros demittitur et qua infimus* [id est capiti proximus] *est, ibi latissimus est, deinde in pyramidem fastigiatur; contra ille infima parte est angustissimus, deinde supra caput surgit in turbinem, fere ad dodrantem; qua vero supinus cœlum spectat, capacissimus est et apertus, ut non minus videatur ad imbrem et solem accipiendum factus, quom noster ad* D *arcendum, esse. Eo vero spatio, quod est inter ejus inferiorem et superiorem oram, numuli et imagunculæ et frusta vitri diversi coloris et quidquid nitet, quamvis vile, pro ornamento dependet. Hujusmodi galeri cum ad proceritatem adjuvant, tum ad gravitatem, quamvis levi jactatione ad casum faciles et parati. Ita ergo se inferunt, ut Clytæmnestram aliquam aut Hecubam, sed Troja florente, in scenam prodire putes.* Acceperunt Bulgari pariter atque Turcæ a Græcis. Nam etiam Turcis familiare esse hoc galeri genus apparet ex imagine Seraglii CPtani apud Bandur. p. 1016. Ut vero hi a Græcis, sic Græci a Romanis acceperant. Qualia enim tympania modiosve aut galeros Græci aut Græcæ serico aliisve subtilibus pannis indutos capite gerebant, tales Romanæ olim crinibus factos gestabant, ut ex illo noto Tertulliani loco *de cultu feminarum* constat : *affigitis præterea nescio quas enormitates sutilium atque textilium capillamentorum nunc in*

λευκὸν χρυσούφαντον, ἔχων ἐπὶ τοῦ μετώπου ὁμοίωμα στεφάνου χρυσοϋφάντου (29). Ἐπέβησαν δὲ ἀμφότεροι ἱππεύσαντες ἐν ἵπποις λευκοῖς ἐστρωμμένοις χιώμασιν διαλίθοις. Ἐν ᾧ ἔστησαν ἔφιπποι δεξάμενοι τοὺς δημάρχους καὶ τὰ δύο μέρη, φορούντων τῶν δημότων καμίσια καὶ στεφάνια σημεντίνα (30) ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῶν, ἐν δὲ τοῖς τραχήλοις αὐτῶν ἕτερα στεφάνια ἀπὸ ῥόδων καὶ ἀνθέων κατεσκευασμένα, ταῖς δὲ χερσὶν ἐγχείρια (31) βασταζόντων· τῶν δὲ δημάρχων φορούντων τὰ νικητικὰ αὐτῶν σαγία, καὶ τῶν ἀρχόντων αὐτῶν (32) καμίσια καὶ χλανίδια. Ἐν οἷς ἐξεφωνήθη ἐν πρώτοις οὕτως· « Δόξα Θεῷ τῷ ἀποδόντι ἡμῖν μετὰ νίκης τοὺς ἰδίους δεσπότας· δόξα Θεῷ τῷ μεγαλύναντι ὑμᾶς, αὐτοκράτορες Ῥωμαίων· δόξα σοί, παναγία Τριάς, ὅτι εἴδομεν νικήσαντας τοὺς ἰδίους δεσπότας· καλῶς ἤλθετε νικήσαντες, ἀνδρειότατοι δεσπόται. » Καὶ λοιπὰ ἐπευφημήσθησαν νικητικά, καὶ ἀπελατικοὶ στρατηγικοὶ (33) ἐλέχθησαν, ἔμπροσθεν περιπατούντων τῶν δύο μερῶν. Ἀπὸ δὲ τῶν Ἀβραμιτῶν ἐλθόντες ἐν τῇ Χρυσῇ πόρτῃ (34). ὡς εἴπομεν, ἀνοιγείσης αὐτοῖς,

A sui quidem juris et magnus imperator, Basilius, vestimentum loratum auro pertextum et ubique filis margaritarum cancellatum, et in oris præcipue prætextatum filis margaritarum plenæ et primæ magnitudinis: accingebatque sibi spatham e cingulo dependentem, et imponebat capiti diadema, quale cæsaricium appellari solet, Constantinus autem, ejus filius, gestabat clibanium seu loricam auream, et spatham e cingulo dependentem, et podopsela seu circulos pedum aureos; in manu tenebat hastam auream margarítis amictam; in capite gerebat tiaram, ad modum propolomatis seu ornatus turriti capitis muliebris, compositam, candidam, auro intertextam, habentem in fronte aliquid coronæ simile auro intertextæ. Ambo equis singulis inequitabant candidis, B quibus stragulæ gemmis conspicuæ instratæ fuerant. Super talibus equis et in eo paratu consistentes excipiebant primo loco demarchos seu factionum præfectos et ipsas ambas factiones apud ipsum protinus Abramitarum monasterium. Gestabant factiones camisia, et in capite infulas e

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

galeri modum, quasi vaginam capitis et operculum verticis, nunc in cervicem retro suggestum. Vos plane adjicitis ad pondus collyridas quasdam scutorum umbilicos cervicibus astruendo. Galeros Tertulliano dictos, vaginas capitum, non crinibus quidem exstructos, at pileis in acutum conum abeuntibus et subtilibus telis indutos gestabant feminæ Latinæ vel occidentales medio ævo, ut videre est in imagine Valerii Maximi Francice versi in membranis Lipsiensibus. Collyrides, quas Tertullianus appellat, erant texta crinium orbicularia plana cum exstante acuto cono, velut scuti umbilico. Has, sed pannis factas, sæculo XVI, feminis in usu fuisse, testatur loco paulo ante citato Busbekius, et testantur quoque vetustæ imagines, qualis fere est illa Mariæ Burgundicæ apud Scriverium in Vitis Comitum Hollandiæ t. II, p. 441. Tales collyrides umbonatas auribus appositas ibidem videre est p. 319, in imagine infelicis illius Jacobæ Comitissæ. Κόμβους hos, tumores inanes, *liripipia*, id est *leere Pipen*, dolia aut canales inanes appellabant medio ævo; vid. Du Cange v. *Liripipium*. De κεκρυφάλοις veterum esset quidem hic agendi locus. Sed nimium ea res nos a proposito abduceret. Propolomatis igitur imago conspicitur quoque in tabulæ XLI, fig. 2, t. III Ant. Explic. Montfauconii, ubi e Begero duo capita redduntur, viri et feminæ. Credidit Begerus, ut sunt antiquarii faciles ad omnia sibi persuadendum, ea capita Batti, regis Cyrenarum, et Pheretimæ uxoris esse. Sed sunt procul dubio capita regis alicujus Longobardici aut Hungarici et talis reginæ, aut denique imperatoris et imperatricis Germanorum e medio ævo, quod habitus vultuum, longi capilli et stemma seu infula viri aliaque satis probant. Præstant imaginem propolomatis quoque nummi et lapides ærave vetusta, in quibus imago τῆς πυργοφόρου Ῥείης (ut in Anthолog. p. 457 est) conspicitur.

(29) Pro *auro intextæ* malim in Latinis reponi *auro contextæ*. Referebat hic aureus circulus coronam veterum impp., nisi quod forte dentibus aut radiis per ambitum careret. Aut erat loco frontalis. Sugerius apud Du Cangium v. *Phrygium* appellat *ornamentum imperiale instar galeæ circulo aureo circumcircinatum*. Locus hic integer est: *ipsi* [Callisto II] *more Romano — circumdantes capiti ejus frigium* [hoc est calanticam phrygionico opere breudatam], *ornamentum imperiale* [allas βασιλείαν, *regnum*, dictum] *instar galeæ circulo aureo circumcircinatum imponunt*. Fueritne hic circulus aureus totus aureus, metallo solo et solido, an aureis filis contextus, non liquet. In ordine ad benedicendum ducem Aquitaniæ appellatur *garlanda aurea: princeps debet venire baronum comitatus caterva et capite suo garlanda* [tænia] *redimitus aurea, cujusmodi circulus: aureus a capite ejus, cum ibi advenerit, amovebitur*. De circulo aureo patriciorum alibi ago.

(30) Facta segmentis seu serico villoso, quod secando resecando fila paratur; unde nomen. Vid. Du Cange v. *Segmentum*. Dixi jam alibi non minus commode ab hac voce *segmentum* derivari posse vocabulum *Sammet* [velours], quam ab *hexamito*, unde vulgo repetitur.

(31) Sunt ἐγχείρια manucciola, sudaria, facialia, oraria, abstergendæ faciei et ori. Glossæ Basilicor.: Ὀδόνια καὶ ὀδονάρια [sic scribebant pro ὀθόνια καὶ ὀθονάρια], ὑφάσματα ἐπιμήκη, ἃ καὶ ὡράρια παρὰ τισιν λέγεται. Ταῦτα δὲ οἱ εἰς τὸ παλάτιον εἰσιόντες συγκλητικοὶ ἐπιφερόμενοι ἐν αὐτοῖς καὶ ἀπεμύττοντο καὶ ἀπέπτυον. Lucem aliquam hic locus alteri dat apud Œcumenium ad Acta apostolor.: τὰ σημικίνθια ἐν ταῖς χερσὶν κατέχουσιν οἱ μὴ δυνάμενοι ὡράρια φορέσαι, οἷοί [nempe oraria gerentes] εἰσιν οἱ φοροῦντες ὑπατικὰς στολὰς καὶ τουβία. Quæ nos hodie in boxeis circumferimus sudaria, veteres in manibus gestabant, ut latius dico, ubi de *acacia* vel *anexicacia* disputo.

(32) Male in Latinis ad rectores militares retuli, quorum certe gestamen non erat camisia et chlanidia; αὐτῶν pertinet ad factionales; magistratus eorum demarchis subminores designantur, quorum frequens fit in hoc codice mentio.

(33) Subintell. ὑμνοι. De apelaticis sententiam alibi jam dixi, et Latina quoque satis declarant, quid penes me quidem fuit.

(34) Per hanc enim portam recipiebantur in urbem imperatores, sive recens electi et e castris pro prima vice in urbem venientes, sive veteres ab expeditione redeuntes cum solemni pompa. Nicephorus Patr. CPtanus in Breviar. pag. 163: Ὡς ἦν ἔθος βασιλεῦσι διὰ προπομπίου δοχῆς διὰ τῆς Χρυσῆς καλουμένης πύλης εἰς τὸ Βυζάντιον εἰσελαύνει, καὶ ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ γενόμενος ἐκεῖσε τὸν τῆς βασιλείας ἀνεδήσατο στέφανον.

segmentis confectas, et in collo consertas e rosis aliisque floribus corollas, in manibus manucciola. Factionum magistri gerebant saga sua victorialia, seu quibus utuntur victoriam in ludis circensibus adepti; archontes tandem seu duces militares ab expeditione reduces gerebant camisia et tunicas. Acclamationes, quibus imperatorem excipiebant, primæ erant hæ: « Laus Deo, qui nobis dominos nostros cum victoria restituit; laus Deo magnificanti vos, imperatores Romanorum; laus tibi, sanctissima Trinitas, propterea quod victoriosos videmus nostros dominos; benevenerítis victores, fortissimi domini. » Reliquas mitto faustas acclamationes victoriales, et apelatica strategica seu prosecutoria ducalia [vel hymnos, **289** quibus victores imperatores militares prosequi mos est], et quos præcedentes coram dominis ambæ factiones a monasterio Abramitarum inde usque ad Auream portam recitabant. Coram Aurea vero porta, quæ, ut diximus, aperta ipsorum intromittendorum

ἔστησαν πρὸ τῆς εἰσόδου αὐτῆς εὐφημησθέντες ὁμοίως. Δεξάμενοι ἐκεῖσε τὸν ἔπαρχον τῆς πόλεως καὶ τὸν ἀπομονέα, οἵτινες πεσόντες προσεκύνησαν, καὶ προσήνεγκαν τῷ αὐτοκράτορι στέφανον χρυσοῦν (35) κατὰ τὸν παλαιὸν τύπον, καὶ ἑτέρους ἀπὸ δαφνῶν, ὡς τῆς νίκης σύμβολα· ἔλαβον (36) δὲ εἰ αὐτοὶ παρὰ τοῦ βασιλέως νομίσματα χάραγμα τὴν τιμὴν, καὶ πλείω, τοῦ χρυσοῦ στεφάνου. Τῶν δὲ μερῶν πληρωσάντων, εἰσῆλθον τὴν Χρυσῆν μεγάλην πόρταν δηριγευόμενοι, καὶ ἦλθον ἐν τῷ σίγματι, καὶ διὰ τῶν ἀριστερῶν ἐν τῷ ἐξακιονίῳ καὶ ξηρολόφῳ, αὐτίκα τὸν βοῦν καὶ τὸ καπετώλιον, φιλαδελφίῳ τε καὶ ταύρῳ, ἀρτοπουλίῳ τε καὶ τῷ φόρῳ [38]. Ἐπὶ δὲ τοῦ φόρου ἐλθόντες κατέβησαν τῶν ἵππων (37), καὶ εἰσῆλθον εἰς τὸν ναὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, προσαπαντήσαντος αὐτοὺς ἐκεῖσε τοῦ πατριάρχου μετὰ λιτῆς τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας. Ἐν ᾧ (38) λαβόντες κηροὺς παρὰ τοῦ πραιποσίτου καὶ εὐξάμενοι, ἐξελθόντες καὶ ἐκβαλόντες τὰ στρατηγικὰ, ἐφόρεσαν διδητήσια τριβλάτια καὶ χλαμύδας χρυσοϋφάντους

VARIÆ LECTIONES.

[38] ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι ἐν τοῖς ἐξονομασθεῖσι τόποις δοχαὶ τῶν μερῶν καὶ εὐφημίαι γίνονται.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(35) De corona aurea triumphanti imperatori ab urbe oblata elegantem locum habet Themistius p. 181: Τὸν μὲν ἀπὸ τοῦ πλούτου [paulo ante dixerat τοῦ χρυσοῦ] στέφανον εἰς τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἡ καλλίπολις εὐτρεπίζεται, καθ' ἣν ἀναδήσεται λαμπρῶς ἐπανήκοντα τροπαιοφόρων ἀπὸ τῶν δυσωνύμων βαρβάρων. De *auro coronario* vid. Harduin. ibid., Vales. ad Amm. Marcell. p. 461. et Casaubon. ad Scr. H. Aug. t. I, p. 54. Non igitur retractabo pervulgatum locum de coronis triumphalibus, sed tantum hac occasione exponam et emendabo locum Trebellii Pollionis, ad quem Cl. Salmasius egregia quidem nonnulla notat, nescio tamen, an vera omnia. Narrat laudatus auctor t. II, Scr. II. Aug. p. 322, de imagine quadam, *in qua Aurelianus pictus est utrique* [Tetrico victo victor ipse] *prætextam tribuens et senatoriam dignitatem, accipiens ab his sceptrum, coronam civicam picturatam de museo.* Cum in Palatino codice Salmasius hic loci reperiret *coronam, cycli picturiæ de museo*, efficiebat inde *coronam cyclum, picta omnia de museo*, per *cyclum* intelligens *scutum*. Facit conjecturæ suæ speciem, sed veritatem non conciliat. Si omnino reprobanda est vulgata lectio, quod non putem, potius esset servare lectionem codicis Palatini, mutata tantum unica littera *picturis* pro *picturiæ*: *coronam cycli, picturis* (id est *in picturis*, picta) *de museo* (vel musivo). Est autem *corona cycli* idem atque *circulus patricialis*, cognominatus, quod patriciorum Romanorum insigne esset, et in sola rotunda lamina aurea vel orbe consistebat, absque radiis. Radiatæ enim coronæ imperatorum erant. Differentiam ambarum coronarum, imperialis radiatæ et patricialis λιτῆς, prodit Leo Ostiensis apud Du Cangium v. *Circulus: eidem Henrico IV, patriciatus honorem Romani contribuunt, eumque præter imperialem coronam aureo circulo uti decernunt*; item ille locus Arnoldi Lubecensis ibidem de uxore Philippi Suevi imp.: *regina regio diademate, non tamen coronata, sed circulata processit.* Credam equidem coronas triumphales absque radiis, adeoque similes fuisse dictis posteriore ævo *circulis* et *coronis cycli*; verum dictionem *corona cycli* jam tempore Pollionis fuisse usitatam difficile probatu esset. Interea non diffiteor, difficile quoque conceptu esse, qui possit hostis victus victori coronam civicam dare. Quamvis enim hostis civis esset, quo servato victor coronam civicam merebatur, attamen populus Romanus debebat civicam dare, non poterat victus. Expediant hunc nodum doctiores.

(36) Convenit cum hoc exemplo illud Antonini Pii apud Spartian. t. I, Scr. H. A. p. 256: *aurum coronarium, quod adoptionis suæ causa oblatum fuerat, Italicis totum, medium provincialibus, reddidit.* Vid. supra p. 286. [Olim mos erat dona vel etiam tributa in coronis aureis offerendi. Neque contemnendæ erant coronæ tales. Procopius Gothic. I. p. 172. antep. ed. Hœsch. narrat, Petrum Magistrum ita pepigisse cum Theodato, rege Gothorum in Italia, ut hic sponderet præter Siciliam Justiniano quotannis se missurum coronam auream valentem 300 libras auri. Sed an imperatores Græci regibus exteris quoque coronas, et quidem non στεφάνους, sed stemmata, qualia ipsi gerebant, εἰς φιλοτιμίας ἐπίδοσιν donabant? Asseverant Hungari, qui regni sui coronam se aiunt a CPtano quodam Imperatore in præmium præstiti officii accepisse; vid. Gabriel de Juxta Hornad, Initia christianæ religionis inter Hungaros eccles. orient. asserta. *Ex Addend.*]

(37) Veteres imperatores Romani reverentia urbis Romæ ante ejus portas descendebant. Xiphilinus de Severo p. 1242. init: εἰς Ῥώμην ἐσῆει μέχρι μὲν τῶν πυλῶν ἐπί τε τοῦ ἵππου καὶ ἐν ἁρματείῳ ἱππικῇ ἐλθών, ἐντεῦθεν δὲ τήν τε πολιτικὴν ἀλλαξάμενος καὶ βαδίσας.

(38) Non satis accurate Latina hic loci *in isto templo*. Ἐν ᾧ notat *quo tempore aut loco, quando, ubi* vel *ibi, quod dum fit*, vel *hoc modo*, Ἐν ᾧ eo sensu sæpe usurpat Thucydides, ut p. 118, ubi non recte interpres; vult enim dicere: *difficile est modum in dicendo tenere ibi, ubi vel odumbratæ tantum verbis veritati fides conciliari ægre potest*, χαλεπὸν τὸ μετρίως εἰπεῖν ἐν ᾧ (id est ἐνταῦθα, ὅπου) μόλις καὶ ἡ δόκησις τῆς ἀληθείας βεβαιοῦται. Vid. Aristid. t. I, p. 114, Diogenes Laert. p. 597. § 104, Dio Cassius p. 287, et alii multi. Est enim pervulgata dictio. Conf. Viger. de idiotismis L. Gr. novissimæ edit. p. 468. Dicunt quoque ἐν οἷς, si præcessit aut sequitur pluralis. Ita certe ἐν οἷς pro *ubi* accipi potest, si quis velit, p. 320.

καὶ καμπάγια, καὶ στεφθέντες διῆλθον τὴν μέσην τοῦ φόρου, ἱσταμένων καὶ προπορευομένων ἔμπροσθεν αὐτῶν τῶν σκευῶν, λαβούρων, σίγνων καὶ βάνδων καὶ τῶν μεγάλων σκήπτρων καὶ τῶν χρυσῶν φλαμούλων καὶ τοῦ τιμίου σταυροῦ τοῦ μεγάλου τε καὶ διαλίθου, καὶ διελθόντες τὴν μέσην ἕως τοῦ μιλίου εἰσῆλθον διὰ τοῦ ἐμβόλου τοῦ μιλίου εἰς τὸ ὡρολόγιον, καὶ ἀπέθεντο τὰ στέμματα ἐν τῷ ἔνδον τῆς Ὡραίας πύλης μητατωρίῳ, καὶ εἰσῆλθον ἐν τῷ νάρθηκι εὐξάμενοι μετὰ κηρῶν εἰς τὴν μέσην ἁγίαν πύλην, εἰσοδεύσαντες μετὰ τοῦ πατριάρχου καὶ τὰ λοιπὰ τῆς θείας λειτουργίας, καὶ ἡ εἴσοδος ἡ πρὸς τὸ παλάτιον ἐτελέσθησαν καθ' ὃν τρόπον ἐν ταῖς ἐμπράττοις προελεύσεσιν· προετέθη δὲ καὶ κλητώριον μέγιστον ἐν τῷ Ἰουστινιανοῦ τρικλίνῳ, καὶ εὐφρανθέντες δεδώκασιν πᾶσιν τοῖς τῆς συγκλήτου βεστομιλιαρήσια (39). Ἰστέον δὲ, ὅτι τὴν μὲν κατάστασιν τῆς πόλεως καὶ φιλοκαλίαν ἡτοιμάσατο ὁ ἔπαρχος, τὴν δὲ τῆς προελεύσεως τάξιν καὶ ἁπαντὴν τῆς συγκλήτου καὶ τῶν μερῶν τὰς ἐπινικίους φωνὰς καὶ προόδους καὶ τῶν δοχῶν τὰς τοποθεσίας ὁ πραιπόσιτος διωρίσατο, ὑπουργούντων αὐτῷ τοῦ τε τῆς καταστάσεως καὶ τῶν σιλεντιαρίων καὶ τοῦ κουβουκλείου παντός· Ὁ τοίνυν ἐναπομείνας μετὰ τοῦ μαγίστρου καὶ τοῦ ἐπάρχου, ὁ καὶ διέπων τὴν ἐκ προσώπου τοῦ βασιλέως δουλείας ἀρχὴν Βαάνης ἦν, ὁ πατρίκιος πραιπόσιτος καὶ σακελλάριος, καθὼς τὸ παλαιὸν ἐνράτει τοῖς βασιλεῦσιν ἔθος, ἐξερχομένου τοῦ βασιλέως ἐπὶ φοσσάτου τὸν πραιπόσιτον παρεῖν τὴν ἑαυτοῦ ἀρχῆς ἐπικράτειαν, καὶ τῷ μαγίστρῳ καὶ τῷ ἐπάρχῳ τὴν τῆς πολιτείας καὶ τοῦ κοινοῦ τὴν διοίκησιν, Ἐπανιόντι τοίνυν τῷ βασιλεῖ ἀπὸ τοῦ φοσσάτου ἀντικήψεις πλεῖσται καὶ δώρεῶν παροχαὶ

causa fuerat, subsistebant sub faustis acclamationibus excipientes præfectum urbis et apomoneum seu vicarium regium, qui humi procidentes primum adorabant, et dein offerebant seniori summo imperatori auream coronam secundum veterem ritum aliasque lauro factas, ut victoriæ indices. Hi pro aurea corona nummos aureos ab imperatore accipiebant non tantum æquantes et compensantes, sed etiam excedentes impensi auri pretium. Post absolutas factionum faustas acclamationes intrabant domini per magnas Aureæ portæ valvas, et abibant porro, stipati a proceribus, ad sigma, et dein conversi ad sinistram in hexacionium, in xerolophum, bovem, capitolium, philadelphium, taurum, artopolium et forum. In forum autem ut venerant, descendebant ex equis, et intrabant in templum sanctissimæ Dei Genitricis, occurrente ibi patriarcha cum toto ordine Magnæ Ecclesiæ ad modum supplicantium procedente. In isto templo accendebant domini cereos a præposito traditos, et peractis precibus, exibant, exuebant vestimenta, qualia hactenus gestaverant, militaribus imperatoribus congrua, et induebant contra dibetesia triblattia et chlamydas auroiintextas et campagia ; et sic porro, præcedentibus coram ipsis sacris vasis, labaris, signis, bandis, magnis sceptris, aureis flamulis et venerabili cruce, quæ magnitudine gemmarumque numero spectabibis est, trajecto medio foro, procedebant usque ad millium ; per cujus porticum ingressi in horologium, deponebant infulas et coronas in metatorio, quod est intra Formosam portam [Magnæ Ecclesiæ seu S. Sophiæ], et intrabant in narthecem, peragebant preces cum

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

(39) Vid. supra ad p. 267, ubi de vocibus ad hunc modum compositis ab interprete resolvendis et per insertum *et* jungendis dixi. Significat enim *vestes et milliaresia*. Tam pervulgatus olim mos erat in aulis Persica et orientalibus Muhammedanis omnibus, Russica, Christianis Europæis omnibus, et adhuc est in Turcica, et tam plena ejus monumenta, ut pene supervacaneum sit de illo exponere. Cum tamen toties ejus in nostro codice fiat mentio religioni duco eum plane intactum præterire. Jam antiquissimis temporibus vestes dono dari consuevisse, apparet e Diodoro Siculo, in cujus l. XXI, Eclog. pag. 491, edit. Wesseling. hæc leguntur : ἀσμένως δεξάμενος τὸν νεανίσκον [Agathoclis filium] στολὴν περιθεὶς βασιλικὴν καὶ δῶρα δοὺς μεγαλοπρεπῆ ἀπέστειλεν. Apud Nostrum sæpe fit mentio vestium ad exteros λόγῳ ξεναλίων missarum, item τοῖς πρόσφυξι, principibus exteris sui juris et ducibus militaribus alterius ditionis ad imperatorem Græcum venientibus, aut in castra ejus transeuntibus, item rectoribus militum strenue se gerentibus honori datarum ; ut et vestium, quibuscum recens honorati investiebantur. Luitprandus in historia l. VI, recenset quot vestes cum nummis solemni ante festum Paschatis largitione summi quique aulæ CPtanæ proceres acceperint. Pachymeres VII, 29 : ὑπερθαυμάτας τὸν ἄνδρα πολλοῖς δωρεῖται, ὀφέλλων [id est αὐξάνων] τὴν ἐκείνου τιμὴν, οὐκ ἀλλαγαῖς μόνον ἱματίων, ἀλλὰ καὶ χρυσῷ καὶ ἵπποις αὐτὸν δεξιούμενος. Idem XII, 10 : τοῦτον βασιλεὺς μετ' εὐμενείας δέχεται καὶ ἀλλαγαῖς ἀγάλλει et cap. 29 : τοῖς ναυάρχοις [Januensibus nempe] τὰ τῶν ἀναβολῶν, ὧν εἶχον, παρὰ βασιλέως φιλοτιμότερον μετημφίαστο. Chronic. Cassinense III, 39 : Michael Parapinacius *pro salute animæ suæ per præceptum* [sacram κέλευσιν] *aurea bulla bullatum constituit, ut per unumquemque annum monasterium* [Cassinense] *accipiat de palatio CPtani imperii auri libras viginti quatuor et pallia quatuor ad nostræ congregationis sustentationem.* Caffarus Annal. Genuens. (t. VI Script, Rer. Ital. Murat.) pag. 265, ait, anno 1154 pacem cum legato imperatoris Manuelis Comneni hanc initam fuisse, ut *deinceps in perpetuum per unumquemque annum ducentos perperos et duo pallia a curia imperatoris commune haberet, et insuper archiepiscopus per annum in perpetuum perperos sexaginta et unum pallium haberet, dictumque commune unum fundicum et ecclesiam in CPli.* Obtineret ille mos apud nos hodie quoque, nisi vestitum veterem et pallii gestandi morem abjecissemus. Quæ enim nationes aut olim dabant aut adhuc hodie dant vestes in donis, earum dona consistunt in palliis vastis, quæ cuivis staturæ congruunt,et tantummodo injiciuntur reliquis vestibus easque contegunt. Nos autem strictis utimur Tam. appetentes hodie sunt talium donorum Turcæ, ut vestes sericas aureis muneribus præferant quod e Busbekii Epistolis constat. De more adhuc apud nos superstite et olim, in curia tam Byzantina, quam Francica observato *liberationes* [id est *livrées*] distribuendi inter aulæ ministros, erit alibi agendi locus. Interea vid. Du Cange v. *Liberatio*.

cereis apud mediam sacrarum portarum, intrabant deinceps in bema cum patriarcha, et sic porro reliqua divini officii et ingressus in palatium peragebantur eodem modo, quo peragi solent in solemnibus formalibus processionibus. In fine exponebantur dapes, et fiebat convivium maximum in magno Justiniani triclinio, eaque finita hilaritate, donabant domini senatui vestes et miliaresia. Adhuc notandum, cerimonialem quidem apparitionem et mundationem urbis opus fuisse præfecti urbis ; ordinationem vero processionis et **290** occursum senatus et factionum clamores triumphales atque processus et loca receptionum a præposito constituta fuisse, cui eam in rem cerimoniarius et silentiarii totumque cubiculum adjutrices manus præstabant et mandata perficiebant. Regius vicarius, qui, imperatore in Orientem ea vice profecto, una cum magistro et præfecto urbis in urbe manserat et loco imperatoris imperium, sed ut subditus, administraverat, is Baanes erat, patricius, præpositus sacellarius ; idque ex antiquo imperatorum more, qui in castra exeuntes præposito quidem administrationem imperii sui permittebant et commendabant, magistro autem et præfecto urbis curam civilis regiminis et rerum communium. Reduce in hunc modum e castris facto imperatore, contingebant largitiones plurimæ, et, prout ejus fieri poterat, impertiebantur dona et præmia tam illis, qui expeditioni cum ipso interfuissent, quam qui domi seu in urbe mansissent.

A πᾶσιν κατὰ τὸ δυνατὸν τοῖς τε μετ' αὐτοῦ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει ἐδίδοντο.

Reditus e fossato Theophili imperatoris, cum Saracenorum Cilicum, qui e Tarso, e Mopsuestia, ex Adana, ex Irenopoli, ex Anazarbo et aliunde adversus ipsum coiverant et consurrexerant valida manu, viginti millia cecidisset.

B Ἡ ἀπὸ τοῦ φοσσάτου (40) ἐπάνοδος Θεοφίλου βασιλέως, ὅτε ἐνίκησεν κατὰ κράτος τοὺς ἀπὸ Κιλικίας στρατοπεδεύσαντας κατ' αὐτοῦ Ταρσίτας, Μομψονεστίτας, Ἀδανίτας, Εἰρηνουπολίτας (41), Ἀπαζαρβήτας, καὶ λοιποὺς, χιλιάδας κ'.

Rediens itaque Theophius e bello, quod ipsi cum Agarenis in Cilicia fuerat, intrabat in urbem hoc modo. Ut pervenerat in palatium Hieriæ, exibant ad ipsum ex urbe Augusta et Diepon seu vicarius regni per imperatoris absentiam administrator et magister et præfectus urbis et totus, qui tum in urbe aderat, senatus, relictis intus exarchis seu præfectis tagmatum pro urbis custodia. Et senatus quidem, ut parum aberat imperator a palatio, humi procidens adorabat eum; Augusta vero occurrebat ipsi, ut modo ex equo descenderat, intra cancellum chamætriclinii seu triclinii humilis et solo proximi, et adorans ipsum cum osculo beneventabat. Imperator dein mandabat, ut senatus secum in Hieria seu Hieriæ palatio, velut in processu seu rusticatione suburbana, in septiduum ageret, donec Agarenorum bello captorum numerus compedibus illigatus advenisset ; et ut senatorum uxores ex urbe eodem convenirent Augustæque sodalitium præstarent. Quo facto, septimo die post excedebat ex Hieria, et transferebat se per fretum in navi ad S. Mamantis palatium, in quo triduum cum senatu exigebat. Inde rursus enavigans appellebat ad Blachernas ; **291** egressusque dromone inscendebat in equum ; in quo intra murum exte-

Ἐπανελθόντος τοίνυν Θεοφίλου τοῦ βασιλέως ἀπὸ τοῦ πολέμου τῶν ἀπὸ Κιλικίας κατ' αὐτοῦ στρατοπεδευσάντων Ἀγαρηνῶν, ἐγένετο ἡ πρὸς τὴν βασιλεύουσαν πόλιν εἴσοδος αὐτοῦ τοιαύτη, Φθάσαντος αὐτοῦ ἐν τῇ Ἱερείᾳ, ἐξῆλθεν ἡ Αὐγούστα ἀπὸ τῆς πόλεως καὶ ὁ διέπων σὺν τῷ μαγίστρῳ καὶ τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως, καὶ ἡ ἐν τῇ πόλει σύγκλητος ἅπασα, παρεάσαντες τοὺς τῶν ταγμάτων ἐξάρχους εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως. Καὶ ἡ μὲν σύγκλητος ὑπήντησαν τῷ βασιλεῖ ὡς ἀπὸ διαστήματος μικροῦ πρὸ τοῦ φθάσαι εἰς τὸ παλάτιον, καὶ πεσόντες προσεκύνησαν. Ἡ δὲ Αὐγούστα ἔνδον τοῦ καγκέλλου τοῦ χαμαιτρικλίνου τοῦτον ὑπήντησεν ἀποβάντι τοῦ ἵππου, καὶ προσκυνήσασα τοῦτον ἠσπάσατο· ὁ δὲ βασιλεὺς διωρίσατο ὡς ἐπὶ προκίνσου τὴν σύγκλητον διάγειν σὺν αὐτῷ ἐν τῇ Ἱερείᾳ μέχρις ἡμερῶν ἑπτὰ, ὅπως καὶ οἱ δέσμιοι τῶν αἰχμαλώτων Ἀγαρηνῶν φθάσωσιν. Ἐκέλευσε δὲ καὶ τὰς γυναῖκας τῶν συγκλητικῶν ἐξελθούσας τῆς πόλεως διάγειν σὺν τῇ Αὐγούστῃ ἐκεῖσε. Μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν ἀποπλεύσας τῶν ἐκεῖσε ἦλθεν εἰς τὸν Ἅγιον Μάμαντα, καὶ ἐποίησεν ἅμα τῇ συγκλήτῳ ἡμέρας γ'. Ἀπὸ δὲ τῶν ἐκεῖτε διαπλεύσας ἔφθασεν ἐν Βλαχέρναις, καὶ ἐξελθὼν τοῦ δρόμονος ἐπιβὰς ἵππῳ διὰ τοῦ ἔξω τείχους ἦλθεν εἰς τὴν προετοιμασθεῖσαν κόρτην ἐν τῷ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(40) Non dubito auctorem Nostrum de illa expeditione loqui, quam ipsi quoque Arabum historici, ut Elmacinus pag. 142, et Abulfeda ad A. C. 838 celebrant, (vid. Leon. Grammat. p. 453, et Symeon. Logothet. Annal. p. 441,) qua Zapetram vel Sozopetram et alia expugnavit, sed vicissim ita in iram concitavit Chalipham Bagdadicum, Almotasemum, Almamonis fratrem et successorem, ut biennio post, nempe A. C. 838, numerosissimo exercitu Romaniam invaderet, et Amorium deleret. Triumphum hoc capite enarratum breviter sic describit Symeo l. c. : Ἐκεῖθεν [e Brya] εἰς τὴν πόλιν ἀφικόμενος καὶ τὸ πρῶτον βαΐον παίξας, ἅρματι λευκῷ ἐποχησάμενος καὶ τὰ λάφυρα θριαμβεύσας ἐστεφανώθη τῶν δήμων ἐπιβοώντων · Καλῶς ἦλθες. ἀσύγκριτε φακτιονάρη.

(41) Ita menbranæ. Irenopolin designant, sed incertum quam, illamne Ciliciæ, *Neroniadem* alias dictam, an aliam Isauriæ, an denique *Medinat as Salami*, (Medina Cœli, ut cognominem in Hispania vulgus nostrate appellat,) urbs pacis ; quo nomine Bagdadum, capitalem Assyriæ et imperii Saracenici scriptores Græci et Arabici celebrant. Ego quidem de hac postrema puto hic loci sermonem fieri, quamvis vicinia reliquarum urbium hic memoratarum, Mopsuhestiæ vel Massisæ, Adanæ, Anazarbi. Tarsi, Ciliciæ totius, potius indicare Irenopolim Cilissam videatur.

λιβδδίῳ τοῦ κομβινοστασίου. Ἐφθασαν δὲ τῇ αὐτῇ A ἡμέρᾳ καὶ οἱ τοὺς δεσμίους φέροντες ἐν Χρυσοπόλει, καὶ βαλόντες αὐτοὺς εἰς πλοῖα, διεπέρασαν αὐτοὺς ἔνθα καὶ ὁ βασιλεὺς παρῆν· ὁ δὲ τῆς πόλεως ἔπαρχος ἦν προετοιμάσας καὶ καταστέψας τὴν πόλιν δίκην νυμφικῶν παστάδων (42) ἀπὸ σκαραμαγγίων διαφόρων καὶ σενδὲς καὶ ἀργύρου πολυφότων τε καὶ ἀνθέων καὶ ῥόδων ποικίλων ἀπὸ τῆς Χρυσῆς πόρτης μέχρι τῆς Χαλκῆς, καὶ διελόντες οἱ τῶν τάξεων ἰδίᾳ καὶ χωρὶς κατὰ τάξιν τοὺς δεσμίους, τὰ λάφυρα τὰ ἅρματα, ἐθριάμβευσαν μέσον τῆς πόλεως. Μετὰ ταῦτα δὲ ἀναστὰς ὁ βασιλεὺς ἐφόρεσεν χιτῶνα χρυσοῦφαντον ἐπιλώρικον τὸν ῥοδόβοτρυν, ζωσάμενος καὶ σπαθίον, βαλὼν καὶ τιάραν (43) ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ. Ἐπάβη δὲ ἵππῳ λευκῷ ἐστρωμμένῳ χιώματι διαλίθῳ, λαβὼν ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ σκῆπτρον. Ὁ δὲ B

riorem provehebatur equitans versus magnam Auream portam ; in cujus vicinia descendens equo intrabat in cortem sibi præparatam in prato combinostasii [seu stationis combinationum circensium], donec captivi et spolia a militibus triumphantibus in urbem inducta essent. Eodem ipso nempe die ad Chrysopolin venerant, qui captivos ducebant, impositosque in naves eum in locum trajecerant, in quo imperator tum agebat, ut diximus. Hos itaque et hæc suas in classes dirempta taxeotæ seu milites præsidiarii captivos et spolia et arma introducebant triumphantes mediam in urbem, quam præfectus urbis antea curaverat ad instar thalamorum genialium variis scaramangiis, pannis sendes, argento, candelabris multas lampades sustinentibus, rosis aliisque variorum colorum

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(42) Aliquoties recurrit hoc in codice hæc comparatio urbis illuminatæ (ut nos loquimur) cum παστῷ vel παστάδι nuptiali; ut pag. 288 fine in scholio. Est παστάς, item θαλάμη, umbella aut uraniscus, baldachinus, formæ aut quadratæ aut rotundæ, velis et pannis sericis superne tectus et a latere undique dependentibus cinctus, ope aliquot perticarum gestatilis, sub quo olim quidem imagines deorum, hodie interdum monstranzia circumgestatur, reges et reginæ in solemnibus pompis procedunt, (*vid.* Mémoires de la reine Christine par Msr. Arkenholz t. I. p. 534,) et sponsæ Turcicæ ex more a Græcis derivato in domum mariti deducuntur. Et quia lectus genialis, in quo sponsus et sponsa primum concumbunt, prorsus eodem modo constructus et adornatus est, etiam ipse C παστὸς appellatur. Priscus in Eclegis Hœschellanis pag. 51, describens lectum Attilæ, appellat eum εὐνὴν κολυπτομένην ὀθόναις καὶ ποικίλοις παραπετάσμασι κόσμου χάριν, καθάπερ ἐπὶ τῶν γαμούντων Ἕλληνές τε καὶ Ῥωμαῖοι κατασκευάζουσι. Quia igitur tensis per medias plateas chordis insternebantur in tali στεφανώσει seu coronatione et illuminatione urbis regiæ telæ sericæ pretiosissimæ, aliæ de parietibus ædium ex utroque platearum latere dependebant, adipiscebatur urbs hoc modo speciem umbellæ nuptialis; vid. ad pag. 351. Παστάδος imaginem videre licet in illo grandi Heraclii nummo, quem Du Cange in Familiis Byzantinis p. 112. et diss. de nummis med. ævi tab. 4 exhibet.

(43) Vocem hanc Scholion marginale reddit τούφα. Vicissim p. 48, τὴν τόγα ἤγουν τὴν τιάραν legimus. Est autem *tog*, *tug*, τόγα et τούφα idem vox Arabica. *tog* vel *tug*. Persis est πῖλος ὀρθοπαγής, ἀκλινής, D super quo fasciculus pennarum seu plumarum pretiosissimarum auro vel aliunde factarum eminet et velut libella nutat. Libellam dico omne oscillans : λιβέλλιον a *librando* appellant quoque novi Græci. Variis modis corrupta hæc vox a Græcis Latinæ originis ignaris. Modo enim λιβρίον exhibet Tacticum Constantini Meursianum, modo διβέλιον ; vid. Du Cange utraque voce et in *Liberatio*. Inter insignia imperialia numerat Codinus c. XV. n. 20. prælatum in ecclesias procedenti imperatori ὑπὸ τοῦ Τζαγγᾶ (id est a τζαγγαρίου, a calceario imperiali) τὸ διβέλλιον ἐπὶ τῶν ὤμων. Idem vid. n. 63, omnes Barangos gestasse libellium, idque imperatori in castra procedenti prælatum fuisse ait. Vides originem caudæ equinæ, insignis militaris Turcici quod Græci post sæculum decimum a Bulgaris assumpsisse (vid. Du Cange Famil. Byzant. p. 311.) et ad Turcas transmisisse videntur. Nisi potius Turci, eadem Hunnica origine cum Bulgaris nati, id a patribus, traditum retinuerint. Vides quoque, ut Janitzari a Barangis acceperint gestamen libellæ seu fasciculi pennarum, super calantica sua e cono argenteo exsurgentis, qualium in lunam cornutam conformatarum imaginem videre est in collectione Ferriolensi tabularum æri incisarum edita Parisiis 1714, tab, 16. in imagine Sulack Baschi seu Capitanei protectorum magni, domini, et tab. 30, in imagine Tschorbadschi seu Capitanei Janissarorum, *Oscilarium regale signum* hanc libellam appellat Joannes Thwroczius apud Du Cangium v. *Ostillarium* (sic ille male exhibet) : *dextrarii solemnes cum armis et operimentis omnibus ipsorum gloriosissimis, seu attinentiis, cum Sartanea currus* [ita videtur legendum esse, non curru,] *seu mobili aut oscillario regnali. signo desuper forma avis struthionis deaurato et gemmato dicto monasterio dati et concessi exstiterent*. Viderint Hungari, verane tradiderit civis suus, libellam, qualem diximus, Hungarice *Sartaneam* appellari. Tufia, qualia vult Tacticum Constantini Meursianum in postica sellarum equinarum figi, sunt setarum aut pennarum fasciculus in imo angustus, in summo latus in orbem. Pro tufa *tyfa* dixit Zonaras, ut locum inveniret etymologiæ suæ. Κατήγαγε θρίαμβον, ait, de Basilio imp. loquens, τιάρᾳ ταινιωθεὶς ὀρθίᾳ, ἣν τύφαν καλεῖ ὁ δημιώδης καὶ πολὺς ἄνθρωπος, τῦφον οἶμαι ὠνομασμένην, ὡς τετυφῶσθαι ποιοῦσαν τοὺς ταύτῃ ἀναδουμένους. Putat nempe non recte a vulgo τύφαν dici, idque depravatum esse ex antiquo nomine τῦφος, quo rectam hanc acuminatam tiaram veteres ideo appellarint, quod homines τύφου, fastus plenos faceret. Sed est vox Persica a *tug* vel *tog* corrupta. Solent Græci γ in φ et vicissim mutare. Ita σαῦμα (id est *safma* secundum ipsorum pronuntiationem) dicunt pro σάγμα ; εὐλυτροῦν pro ἑκλυτροῦν ; Χρίπος pro Εὔριπος, *Efripus*, Adhuc hodie Turcæ vexillum cauda equina e sarissa suffixa factum, *tug*, appellant, contra veteres Germani, Angli vel Anglosaxones et ab illis Romani vexilli genus e confertis pilorum plumarum ve fasciculis constans *tufam* appellabant: vid. Du Cange v. *Tufa*, Frisch. in Lex. Germ. v. *Zopff*. Lexicographi Francici v. *Toupet*. *A tufa* vel *tupa* venit *tutupa*, honnetum quadratum clericorum, ut a *cufa cucufa* ; vid. Du Cange h. v. [De tupha imp. corona vid. Du Cange n. 17, dissert. de infer. ævi nummis, Wachterus v. *Zopff*, et specimen codicis, quo antiquus poeta continetur a Scheidio Hannoveræ imprimendus p. 138. Τούφα est genus tiaræ, qua usus Basilius, cum triumphum duceret de Bulgaris. Dufresne ad Joinville p. 292, ubi ex Tzeize locus adducitur.]* Talem tulam seu galerum conicum vel pyramidalem cum crista inter insignia regni numerat Georg. Acropolita Chronic. c. 11, ubi vid. Georg. Dusa.

floribus indui, coronari et illustrari. Militibus in triumpho urbem ingressis, exsurgebat imperator e corte, indutus tunica auro pertexta, loros habente, qualem rhodobotryn [seu rosuveam] appellant, spatham ad latus habens e cingulo dependentem, et in capite tiaram seu, ut vulgari sermone appellant, tufam ; eoque in apparatu inscendebat in equum candidum, cui phaleræ stragulæque gemmatæ de cervicibus et dorso dependebant, in quo provehebatur, dextra manu sceptrum gerens. Qui ad latus ipsi equitabat Cæsar, [Alexius Moseli, gener ejus,] etiam in equo candido gemmatis phaleris illustri, gerebat corpore loricam auream, armillas aureas in manibus, podopsella seu genualia aurea in cruribus, in capite cassidem cum capitali seu redimiculo aureo, ad latus spatham, et in dextra manu hastam auream. Ad exiguam ab Aurea porta distantiam delatus descendebat imperator ex equo, procidebat humi, vultu ad orientem converso, et adorabat Deum ter. Deinde resurgens rursus conscendebat equum, et sic tandem intrabat in auream portam. Per cujus magnas medias valvas intranti afferebant, magister et diepon seu vicarius imperii administrator et præfectus urbis auream coronam, gemmis et margaritis magni pretii ornatam ; quam acceptans dextro suo brachio circumponebat. Et protinus obventabant ipsi factiones haud aliter, quam in processionibus dierum festorum fieri solet, accinentes hymnos triumphales. Inde pergente imperatore per sigma et plateam, quæ ad ædem Sancti Mocii ducit, usque ad millium, descendebant senatores in millio ex equis, et procedebant coram ipso in pedibus ad usque puteum vel cisternam Iustralem Sanctæ Sophiæ. At qui cum imperatore in urbem e castris et expeditione redibant, illi aureis cum loricis et spathis et contis seu hastis intrabant equites, **292** ordo quisque seorsim, hoc ordine. Coram imperatore præcedebant præpositi et ad cubiculum pertinentes in aureis loricis ; pone eos autem et pone imperatorem ad quinque ferme orgyarum distantiam protospatharii eunuchi, itidem cum aureis loricis et spathobacliis. Ut ergo in ea processione proveneral imperator ad S. Saphiam, descendebat ex equo, intrabat in templum per aream sancti putei, faciebat ibi preces, factis-

A Καῖσαρ ἐφόρεσεν χρυσοῦν κλιβάνιον σὺν μανικελλίων καὶ ποδοψέλλων καὶ αὐτῶν χρυσῶν, βαλὼν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ καὶ κασίδα σὺν περικεφαλαίᾳ χρυσῇ, ζωσάμενος καὶ σπαθίον, ἐπιβὰς καὶ αὐτὸς ἵππῳ ὁμοίως λευκῷ σὺν χιώματι διαλίθου. Ἔλαβεν δὲ καὶ τῇ χειρὶ λόγχην χρυσᾶν· μικρὸν δὲ τῆς πόρτης πεφθακὼς (44) κατέβη τοῦ ἵππου ὁ βασιλεὺς, καὶ ἔπεσεν πρὸς ἀνατολὰς προσκυνήσας τρίτον. Εἶθ' οὕτως ἀναστὰς ἐπέβη τῷ ἵππῳ. Καὶ εἰσερχομένῳ αὐτῷ τὴν μεγάλην Χρυσῆν πόρταν, προσήνεγκαν αὐτῷ ὁ μάγιστρος καὶ ὁ διέπων καὶ ὁ ἔπαρχος τῆς πόλεως χρυσοῦν στέφανον κατεσκευασμένον ἐκ λίθων τιμίων καὶ μαργάρων πολυτίμων, ὃν καὶ λαβόμενος ὁ βασιλεὺς, ἐφόρεσεν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ βραχίονος, καὶ εὐθὺς τὰ μέρη αὐτὸν ὑπήντησαν ἐμπράττως, ὡς ἐπὶ ἑορτασίμου προκένσου, εὐφημοῦντες ἐπινίκια. Καὶ

B διοδεύσας ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε διὰ τοῦ σίγματος καὶ τῆς πρὸς τὸν Ἅγιον Μώκιον μέχρι τοῦ μιλίου. Ἐν ᾧ μιλίῳ ἀπέβησαν τῶν ἵππων οἱ τῆς συγκλήτου καὶ πεζεύοντες δηρίγευσαν ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως ἕως τοῦ φρέατος τῆς Ἁγίας Σοφίας. Πλὴν οὖν οἱ ἀπὸ τῶν ἔξω συνεισελθόντες τῷ βασιλεῖ ἐν τῇ πόλει, μετὰ χρυσῶν κλιβανίων καὶ σπαθίων καὶ κονταρίων εἰσῆλθον ἔφιπποι, τάξις ἑκάστη ἰδίᾳ καὶ χωρίς· ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως οἱ πραιπόσιτοι καὶ τὸ κουβούκλειον, χρυσοκλίβανοι· ὄπισθεν δὲ ὡς ἀπὸ ὀργυιῶν πέντε πρωτοσπαθάριοι εὐνοῦχοι μετὰ χρυσῶν κλιβανίων καὶ σπαθοβακλίων. Ἐν δὲ τῇ χαλκῇ τοῦ παλατίου ἔστη ἔμπροσθεν τῆς πύλης πούλπιτον (45), καὶ εἰς τὸ ἓν μέρος τὸ χρυσοῦν ὄργανον τὸ λεγόμενον πρωτόθαυμα, εἰς δὲ τὸ ἕτερον μέρος σέντζον χρυσοῦν καὶ

C διάλιθον, μέσον δὲ τούτων ὁ χρυσοῦς σταυρὸς καὶ διάλιθος ὁ μέγας· Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀποβὰς τοῦ ἵππου εἰσῆλθεν διὰ τοῦ φρέατος εἰς τὴν Ἁγίαν Σοφίαν, καὶ εὐξάμενος ἐξῆλθεν πάλιν διὰ τῆς αὐτῆς πύλης, καὶ πεζεύων ἦλθεν ἐν τῇ Χαλκῇ, καὶ ἀνελθὼν (46) κατεσφραγίσατο ἐπὶ τοῦ σέντζου, καὶ ἔκραζαν τὰ μέρη· « Εἷς ἅγιος (47). » Καὶ καθίσας, προσήνεγκαν αὐτῷ τὸ πολίτευμα τῆς πόλεως χρυσοῦς βραχιόλους, καὶ λαβὼν τούτους ὁ βασιλεὺς ἐφόρεσεν ἐπὶ τῶν βραχιόνων αὐτοῦ, καὶ ἀπεδέξατο αὐτοὺς εὐχαριστῶν, δημηγορήσας ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ περὶ τῆς ἐπιτυχίας τοῦ πολέμου. Καὶ πάντες ἐπινικίως αὐτὸν εὐφήμησαν· ἀναστὰς δὲ τοῦ σέντζου ἐπέβη τῷ ἵππῳ, καὶ διῆλθε διά τε τῶν διαβατικῶν τοῦ Ἀχιλλέως καὶ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(44) Est *parum ultra portam evectus*. Eamdem quidem sententiam, sed ambigue in Latinis expressi. Illud alterum, ut clarius, supponi malim.

(45) Ante palatium erat pulpitum seu suggestus, etiam Zosimi jam tempore, qui l. IV, c. 6, τὸ πρὸ τῆς αὐλῆς βῆμα appellat.

(46) Nempe in pulpitum, quod coram chalce exstructum erat et in thronum super isto pulpito collocatum. Est autem pulpitum idem, quod βῆμα, suggestus excelsus, e quo magistratus aut imperator verba faciebat. Latini me lii ævi *arengariam* appellabant ab *arengando* seu *perorando*. *Luogo dinanzi al palazzo, dove, quando entrava la Signoria, il Podesta saliio in bigoncia, che cosi si chiamava quel pulpito di pergamo d'entrel quale arengava e faceva un' orazione*. Vid. Du Cange Gl. L. v. *Arengaria*.

D Hoc est illud παράθυρον προσκήνιον, quod memorat Nicetas pag. 203 : Ὁ βασιλεὺς τραπόμενος εἰς ἑστίασιν πᾶσαν τῶν ἀρχαίων ἀνῆκε πύλην αὔλειον καὶ παράθυρον προσκήνιον, ὥστε τοὺς βουλομένους εἰσιέναι καὶ θεᾶσθαι αὐτὸν τροπαιοῦχον. Coram palatio regum Persicorum esse tale pulpitum, asylum illuc confugientibus, memini apud Sansonum legere. Et morem fuisse Latinorum quoque medii ævi pulpita coram foribus ædium suarum struendi, patet e Chronico Laurisham. anno 948 : *paradisum totum plumbo cooperuit, pulpita ante portas ejusdem paradisi fabricavit.*

(47) Ita mihi visus fui in membranis reperisse. In superioribus sæpe est εἷς ἅγιος, *es sanctus*, vel *venerabilis*, quod forte præferendum ; ἅγιος enim est titulus imperatori competens.

των πλαγίων τοῦ Ζευξίππου, καὶ ἐξῆλθεν εἰς τὸν ἀσκέ- A
παστον ἱππόδρομον (48), καὶ ὁποκάτω τοῦ καθίσματος
εἰσελθὼν κατέβη διὰ τῆς δάφνης εἰς τὸν κάτω σκεπα-
στὸν ἱππόδρομον, καὶ καταβὰς τοῦ ἵππου εἰσῆλθεν εἰς
τὰ σκῦλα ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ ἐγένετο αἴτησις δεξί-
μου (49). Καὶ τῇ ἐπαύριον ἐτελέσθη τὸ δέξιμον, καὶ
προετέθησαν ἀντιλήψεις πλεῖσται ἀναβιβαζόμεναι
ἀπὸ τῆς τῶν βασιλικῶν μανδατόρων ἀξίας μέχρι τῆς
κυριωνύμου (50) πατρικιότητος, καὶ δωρεαὶ πλεῖ-
σται τοῖς πολιτάρχαις, καὶ τὸ πολίτευμα παρὰ τοῦ
βασιλέως ἐδόθησαν, καὶ ἱππικὰ ἐτελέσθησαν, κἀκεῖ
πάλιν τοὺς δεσμίους καὶ τὰ λάφυρα ἐθριάμβευσαν,
ἐφ' ἱκανὰς δὲ ἡμέρας ἐκράτησεν ἡ δεξίωσις τῶν δω-
ρεῶν διὰ χειρῶν τοῦ βασιλέως διδομένων. Ἰστέον δὲ
καὶ τοῦτο, ὅτι πάλιν ἐκ δευτέρου (51) ἐξελθόντος
τοῦ αὐτοῦ Θεοφίλου ἐπὶ φοσσάτου, ἐν τῷ ὑποστρέφειν B

que, rursus egrediebatur per eamdem portam per quam intraverat, et sic procedebat porro pedes usque ad chalcen. In chalce vel ænea, porta palatii stabat coram porta pulpitum, ejusque in una parte aureum organum, protothauma seu miraculum primum et præcipuum dictum; in altera aenzum seu sessum, id est solium, aureum gemmatum: inter ambo media crux illa ingens aurea et gemmata. In hoc pulpitum et in illum thronum enitebatur imperator, et stans super solio signabat se crucis signo; quod videntes factiones acclamabant: *Unus est sanctus.* Tunc desidenti offerebat urbanus magistratus aurea brachialia, quæ acceptans ille brachiis circumponebat, et dimittebat eos, qui exhibuerant, cum gratiarum actione. Dein enarrabat publica oratione non per quæsto-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(48) Videtur *non tectum* vel *apricum*, sub nudo Jove positum, addere, respectu habito ad porticus circi. Vult ergo mediam aream, in qua decurrunt equi certantes, designare. Sed ut verum fatear, locum hunc non intelligo, ut multos alios, qui topographiam CPtanam spectant, quos nemo unquam intelliget, nisi qui loca ipsa spectaverit. Cum vero loca illa destructa et prorsus mutata sint, facile liquet, magnam partem hujus codicis in æternum mysterium fore. Potest quoque id ex hoc loco non sine maxima probabilitate effici, duo fuisse circos CPli, unum superiorem dictum, velis per circum medium super chordas diductas tentis et instratis non tectum, τὸν ἀσκέπαστον, alium inferiorem dictum, velis tectum. Sed hæc res ad circensem disputationem pertinet, quam in superioribus attulimus. C

(49) Si quid ab imperatore cuperet populus, id claro clamore in Circo flagitabat. Quando igitur flagitarent se ad venerandam sacram purpuram admitti gratulandi gratia ob natum hæredem, ob felicem ab hoste victo reditum, ob ductam Augustam thori sociam, ob natales imperii et nativitatis renovatos, et alia talia, tunc dicebatur αἴτησις τοῦ δεξίμου, *flagitatio exceptionis* vel *exspectationis* fieri. Nam τὸ δέξιμον idem est atque δοχή, *receptio advenientis* aut *præstolatio adventuri*, aut idem quod δεξιωσις τοῦ προσελθόντος, *beneventatio coram advenientis*. Et fieri δέξιμον dicebatur, quando imperator proceres et senatum urbanum et magistros factionum ad se adorandum et sibi gratulandum admitteret.

(50) Patriciatus dicitur sic, quia post Augustum patriciis proprie competebat titulus κύριος. Legi in Procopii Anecdot. locum, unde hoc probari possit. Sed non enotavi, neque nunc quærenti succurrit. D
Cl. Corsini in Append. ad notas Græcas diss. I. p. 9. demonstravit quoque pluribus exemplis, etiam consules simplices, qui neque Cæsares, neque Augusti essent, fuisse *dominos nostros* et δεσπότας ἡμῶν dictos. Du Cange in notis ad Alexiadem p. 283, citat inscriptionem statuæ Dominico Sylvio, Paci Venetiarum, positæ ob victoriam ab ipso in Robertum Guiscardum apud Dyrrhachium partam. Est autem hæc anno 1081:

Obsesso repuli Guiscardum Marte Robertum
Dyrrachio: hinc dominum me vocat præsul Alexis.

Notat Du Cange in margine, voce *dominum* designari, titulum *Despotæ* Duci Veneto attributum fuisse. Nimis illustris erat Despotæ titulus, quam ut eum imperatores Græci aliis, suo sanguine non cretis, communicarent. Vult potius dicere, ducem illum Venetum ob præstitam egregiam operam ab Alexio Patricium nuncupatum et κυρίου, *domini*, titulo cohonestatum fuisse. Fateor tamen rarius aut forte nunquam hoc sensu κυριώνυμος sic occurrere. Notat enim in se vox illa eum, qui hoc vel illud nomen proprie et vere gerit, respectu habito ad illos, qui improprie id gerunt, aut falso sibi arrogant, τοὺς ἀκυρωνύμους aut ψευδωνύμους. Ita apud Pachymerem VII, 28, ἡμέρα τῆς τυρινῆς κυριώνυμος vocatur Dominica Caseivorii, quamvis multi alii dies per annum esui casei dicati sint, sic tamen in specie dicta. Apud Nicetam Chon. p. 300. dies Dominica ἡ κυριώνυμος appellatur, *de Domino dicta*. Secutus fuissem hanc interpretandi rationem, si mihi constitisset fuisse Patricios veros et alios titulares tantum, cum dignitas patricialis non esset officium, sed merus titulus, mera dignitas. Intelligunturne, qui præter dignitatem patricialem muneribus aulicis aliis omnibus vacabant?

(51) Secunda Theophili adversus Saracenos expeditio, de qua hic sermonem esse vix dubitari debet, contigit anno post illam superiorem secundo, sc. A. C. 838, habuitque successus triumpho certe non dignos, amissa Amorio: πολέμου γενομένου ἠττηθεὶς ὁ βασιλεὺς ἔφυγε καὶ μετ' αἰσχύνης ὑπέστρεψε μόλις διασωθείς, ait Symeon Logothetes Annal. p. 423. Quem ille Γούνδεπ nominat, (ita enim legendum, non Γουδεή, ut editur,) eum Abulfeda *Afschin Chaidsar* appellat; quæ discrepantia librariis debetur. Parum enim Arabice differunt, demptis punctis diacriticis, *Giondub* et *Chaidsard*. Præferenda tamen procul dubio lectio posterior, non ideo tantum, quod Abulfeda, singulas litteras nominatim dictans, velut inculcat *Chaidsar*, non aliter, legendum, sed etiam, quod *Chaidsar* Persicum nomen est Persæ conveniens. Afschinus enim Persa erat. *Giondob* autem est nomen Arabicum adeoque minus aptum. Juvat illius belli historiam ex Abulfeda repetere, cum ut comparari Græcis auctoribus, tum ut Elmacini de eodem locus pag. 141, hinc emendari et recte intelligi possit. Habent autem Abulfedæ verba sic t. II, p. 170: *Hoc anno* [æræ Muhammedanæ 223, A. C. 838.] *Amuriæ contigit expugnatio. Nempe Theophilus, Romanorum imperator, eædem et rapinas ad Zabethrum* [Sozopetram] *usque circumtulerat per Moslemicam ditionem, et ita fideles habuerat, quotquot in ejus manus inciderent, ut horrori spectantibus et audientibus esset. Quod quamvis ægerrime ferret al Motasem, tamen ipsum maxime pupugit, aliquam Haschemitidem* [prophetæ cognatam] *dum rapitur a Romanis, alta voce Proh Motasem exclamasse* [absentis auxilium et vindicias flagitantem]. *Quo ille percitus adeo fuit indigno et intolerabili facinore, ut coactis confestim copiis die* vigesimo

rem, sed ipse, res sibi eo in bello feliciter et ex animi sententia gestas, gratulationes et fausta omnia omnibus acclamantibus. Desurgens tandem de solio, rursus inscendebat in equum ; et transibat per porticus thermarum Achillis et præter latera Zeuxippi, intrabatque in circum non tectum ; ubi ingrediens infra cathisma descendebat per daphnem id inferiorem contectum circum, et equo relicto, intrabat per scyla in palatium ; quo tempore fiebat regatio deximi, quod altero die contingebat ; et fiebant gratificationes atque promotiones longe plurimæ a dignitate regiorum mandatorum inde usque ad dignitatem patriciatus, cui cyrii seu domini titulus competit. Accipiebant quoque urbani magistratus et communitas urbana largitiones ; peragebantur certamina equestria ; et rursus producabantur ibidem, in circo puta, captivi atque spolia ; et in multos dies obtinebat largitio donorum ex augustis manibus venientium. Cum altera vice revertes e fossato Theophilus in eo esset, ut urbem triumphans ingrederetur, imperabat, ut pueri urbani corollis variorum florum ornati sibi occurrerent. In cæteris erat hic alter introitus illi priori similis.

A αὐτὸν καὶ μέλλειν τὴν πόλιν εἰσέρχεσθαι ὡροσίταξεν τοὺς τῆς πόλεως παῖδας ἐξελθεῖν πάντας εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ μετὰ τῶν ἐξ ἀνθέων κατεσκευασμένων στεφάνων, εἰσελθὼν ὁμοίως τοῦ προτείρου σχήματος.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

octavo mensis quinti hujus anni moveat tanto cum armorum et scorteorum tentoriorum aliarumque rerum apparatu, quantus Chalifarum nulli ante eum diem comparatus, quantus conspectus nulli fuerat. Agitabat enim animo urbis, Amorii puta, eversionem, quam oculum Christianismi penesque Romanos majore in loco, quam ipsam CPlin, esse et ab Islamismi natalibus inde Arabibus intactam mansisse acceperat. Ea igitur mente procedebat ad Motasem usque ad fluvium mari vicinum, sic ut a Tarso ad diei iter abesset, ubi copiis trifariam distributis, dextro cornu præficiebat Afschinum Chaidzarum, filium Cavusi, sinistrum addebat Aschnaso, medium ipse ducebat. Hæc ita dimissa castra, ut singula binis

B *parasangis a se abessent, quod jussi fuerant. flammis pagos et Romanum omne solum devastabant. Quo facto ad Amorium primus Aschnas, tum ad Motasem, postremus Afschin provehuntur. Quam castra die septimo noni mensis hujus anni juncta cingunt corona et machinis impetunt. Certatum Græcos inter et Moslemos fuit acerrime. Moslemi tandem perforatis mœnibus expugnabant urbem, cædebant viros, opes et debilem sexum diripiebant prædamque ingentem et captivos undecunque ad principem convehebant, cujus jussu redacta urbs in cineres et solo æquata fuit. Quibus intra quintum et quinquagesimum a cœpta obsidione diem peractis redibat ad Motasem ad Marchiam Syriæ.*

ΠΙΝΑΞ (52) ΣΥΝ ΘΕΩ
ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

INDEX CAPITUM
LIBRI SECUNDI.

263. 1. *Quæ oportet observare, quando palatium quotidie reseratur, et quando quotidiana processio fit.*

C α'. Ὅσα δεῖ φυλάττειν, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀνοίγοντος τοῦ παλατίου, καὶ τῆς καθημερινῆς ἱσταμένης (53) προελεύσεως.

2. *Quæ oportet observare in processione, quæ singulis diebus Dominicis instituitur.*

β' Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐν τῇ προελεύσει τῇ καθεκάστῃ Κυριακῇ τελουμένῃ.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(52) Indicem capitum generalem etiam primo libro fuisse olim præfixum, liquet ex ejus reliquiis, sed corruptis, de quibus alibi dixi. Libri hujus secundi indicem jam olim cl. Viri Jo. Henr. Majus in Catalogo Biblioth. Uffenbach. et Jo. Alb. Fabricius t. VI Biblioth. Græcæ publicaverant, interdum ab ipsis titulis capitum, qui medio in opere leguntur, abeuntem. Consuevisse veteres libris suis tales capitum indices præfigere, demonstravit exemplis Henr. Valesius initio notarum ad Eusebii Histor. eccles.

(53) *Stante*, id est succedente, contingente, vel etiam *instante*. Proprie ἵστασθαι pro *incipere, adesse, instare, imminere* ponitur, ut infra p. 442, ἵσταται τὸ κλητώριον, *incipit* vel *adest sacrum epulum*, p. 161, ἵσταται ἡ προέλευσις, *incipit processio*, et ἵσταται τράπεζα, *convivium incipit*. Ita, quoque καθ' ἱσταμένην βασιλείαν dixit Nicetas p. 5. ed. Venet. pro *incipiente*, nascente, coeunte imperio. Nota formula μηνὸς ἱσταμένου : καθισταμένης ἔτι τῆς ἀρχῆς, *incipiente imperio*. Nicetas p. 5 ; ἱσταμένου τοῦ ἔαρος, *instante* vel *incipiente vere*, Appianus p. 224.

γ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, τοῦ βασιλέως προβαλλομένου δομέστικον τῶν σχολῶν, ἢ στρατηγοὺς, ἢ δρουγγάριον τῶν πλοίμων, ἢ σακελλάριον, ἢ τοῦ σακελλίου, ἢ λοιποὺς ὀφφικιαλίους.

3. *Observanda, quando imperator domesticum scholarum aut strategos aut drungarium classis, aut sacellarium, aut sacellio præfectum reliquosve officiales creat.*

δ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ ῥαίκτωρος.

4. *Observanda in promotione rectoris.*

ε'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ συγκέλου.

5. *Observanda in promotione syncelli.*

ς'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, ὡς τὰ νῦν ἐπιτελεῖται ἡ τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου ἐτήσιος μνήμη, καὶ τὰ ἐγκαίνια τῶν ἱδρυνθέντων τιμίων σταυρῶν ἐν τῷ νέῳ παλατίῳ τοῦ Βόνου.

6. *Observanda in annua, qualis nunc peragitur, celebratione memoriæ sancti et magni Constantini, et in encæniis sanctarum crucium in novo palatio Boni fixarum.*

ζ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τῶν ἁγίων πάντων.

7. *Observanda in festo eique adjuncta processione sanctorum omnium.*

η'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ πρώτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς, τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ ἐξερχομένου.

8. *Observanda Kalendis Augusti, quando venerabilis et vivifica crux prodit.*

θ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν Βλαχέρναις μηνὶ Αὐγούστῳ ιε'.

9. *Observanda in festo dormitionis sanctissimæ Deiparæ in Blachernis mensis Augusti die decimoquinto.*

ι'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ δευτέρᾳ τῆς πρώτης ἑβδομάδος, τοῦ βασιλέως δημηγοροῦντος ἐπὶ τοῦ σιλεντίου τῆς μανναύρας.

10. *Observanda in feria secunda septimanæ primæ (sanctæ quadragesimæ), quando imperator in silentio seu conventu procerum in magnaura verba facit.*

ια'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, τῶν τιμίων σταυρῶν μελλόντων ἐξιέναι τῇ μέσῃ ἑβδομάδι τῆς ἁγίας μ'.

11. *Observanda, quando sanctæ cruces in media septimana tessaracostæ seu quadragesimæ circumferendæ in publico sunt.*

ιβ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, τῶν δεσποτῶν ἀπιόντων λούσασθαι ἐν Βλαχέρναις.

12. *Observanda, quando Domini lotum ad Blachernas eunt.*

ιγ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ παγανῇ Κυριακῇ, ἢ ἐν ἄλλῃ κοινῇ ἡμέρᾳ, μελλόντων τῶν δεσποτῶν ἀπιέναι εἰς τοὺς Ἁγίους Ἀποστόλους εἴτε εἰς ἕτερον ναὸν εὔξασθαι.

13. *Observanda in pagana Dominica [id est tali, in quam magnum festum aut processio solemnis non incidit,] aliove die profesto, volentibus dominis ad Sanctos Apostolos aliudve templum devotionis gratia ire.*

ιδ'. Ὅσα δεῖ παραφυλαττειν ἐπὶ χειροτονίᾳ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως.

14. *Observanda in electione patriarchæ Constantinopolitani.*

ιε'. Ὅσα δεῖ (54) παραφυλάττειν, δοχῆς γινομένης ἐν τῷ μεγάλῳ τρικλίνῳ τῆς μανναύρας, τῶν δεσποτῶν καθεζομένων ἐπὶ τοῦ Σολομωντείου θρόνου. Περὶ τῆς δοχῆς τῆς γενομένης ἐν τῷ αὐτῷ τρικλίνῳ ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τῶν παρὰ τοῦ ἀμεριμνῆ ἀπὸ Ταρσοῦ ἐλθόντων πρέσβεων περὶ τοῦ ἀλλαγίου καὶ τῆς εἰρήνης, μηνὶ Μαΐῳ λα' ἡμέρᾳ α' ἰνδικτιῶνι δ'· Ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς τῶν Ἱσπανῶν δοχῆς καὶ περὶ τοῦ γεγονότος τότε ἱπποδρομίου. Ὡσαύτως καὶ περὶ τῆς ἑορτῆς τῆς τοῦ Κυρίου μεταμορφώσεως καὶ τῆς τοῦ Δελεμίκη δοχῆς. Ἔτι τῆς ἡγεμόνος καὶ τῆς ἀρχοντίσης Ἕλγας τῶν Ῥῶς. Ὁποίως ταῦτα πάντα ἐτελέσθησαν.

15. *Observanda in exceptione vel audientia, quæ datur in magno triclinio magnauræ, dominis throno Salomoneo insidentibus. In specie exceptione illa, cum Constantinus et Romanus legatos Amerimnæ, qui Tarso permutandorum captivorum et constituendæ pacis gratia in urbem advenerant, die Maii trigesimo primo, feria prima seu die lunæ, indictione quarta exceperunt. Eodem capite quoque agitur de admissione Hispanorum et edito tum ludo equestri curuli; item de festo transfigurationis Domini; nec non de admissione Delemici; tandem et de receptione Elgæ, quæ fuit hegemon seu ducissa et principissa Russorum. Quæ omnes ad colloquium imperatoris admissiones, exponitur, quibus cum cerimoniis contigerint.*

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(54) Titulus hujus capitis in ipso medio opere ab hoc variat, ubi conferri potest.

16. *Observanda, quando magistratus quatuor tagmatum in circum veniunt.*

17. *De inauguratione Romani Porphyrogeniti, filii Constantini imperatoris.*

18. *Observanda in celebratione brumalium tam eorum, quæ imperator senior, quam quæ junior, et tandem, quæ Augusta, edunt.*

19. *Observanda quando triumphus de hostibus devictis in foro cum solemne processione celebratur et imperator cervices magnatis Agarenorum calcat.*

20. *Observanda in celebratione triumphi in circo.*

21. *Observanda, quando imperatori filius nascitur.*

22. *Observanda in baptismo filii imperatoris.*

23. *Observanda in tonsione capillorum filii imperatoris.*

24. *De promotione cubiculariæ.*

25. *De promotione cubicularii.*

26. *De iis, quæ diversis temporibus conligerunt, mutationibus antiquæ consuetudinis [seu tributi honorarii] Magnæ Ecclesiæ olim solvi solitæ.*

27. *Quomodo Heraclius a suo patre a dignitate Cæsaris ad schema seu ornatum imperialem evectus, et quomodo David, frater ejus, Cæsar creatus fuerit.*

28. *De processione in Magnam Ecclesiam.*

29. *Quomodo die quodam ludi curulis Heraclius senatores, præsente quoque patriarcha, exceperit.*

30. *De sepultura patriarchæ.*

31. *Quibuscum ritibus imperator donaria Magnæ Ecclesiæ offerat.*

32. *Quomodo, instante die festo, ambæ factiones deximum, sive salutatum ad Dominum admitti, rogent.*

295 33. *De promotionibus ad dignitates, quæ fiunt diebus annuis, quibus natalis, aut suscepti primum imperii, aut coronationis, aut nativitatis, aut nuptiarum imperatoris celebratur.*

34. *De promotionibus, quæ fiunt, diebus natalibus aliisve talibus annuatim recurrentibus.*

35. *De saximo seu pyrrhicha.*

36. *De introductione expræfecti die ludi curulis circensis, qui creatus fuit in deximo ejusdem ludi.*

37. *Quomodo accepti ab imperatore fuerint rebelles quidam, qui defecerant, sed in ordinem fuerant redacti.*

ις'. Ὅσα δεῖ (55) παραφυλάττειν, προερχομένων τῶν ἀρχόντων τῶν δ' ταγμάτων εἰς τὸν ἱππόδρομον.

ιζ'. Ἀναγόρευσις Ῥωμανοῦ τοῦ Πορφυρογεννήτου υἱοῦ Κωνσταντίνου βασιλέως.

ιη'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, βρουμαλίου ἐπιτελουμένου, εἴτε τοῦ μεγάλου βασιλέως, εἴτε τοῦ μικροῦ, εἴτε τῆς Αὐγούστης.

ιθ'. Ὅσα δεῖ γενέσθαι, θριάμβου ἐπινικίων (56) τελουμένου ἐν τῷ φόρῳ μετὰ λιτῆς, μέλλοντος τοῦ βασιλέως πατῆσαι Ἀγαρηνῶν μεγιστάνον.

κ'. Ὅσα, δεῖ παραφυλάττειν, θριάμβου τελουμένου ἐπινικίων ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ.

κα'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, ὅταν τεχθῇ ἄῤῥεν παιδίον τῷ βασιλεῖ

κβ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ βαπτισμῷ ἄῤῥενος παιδὸς βασιλέως.

κγ'. Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ κουρεύματι παιδὸς βασιλέως.

κδ'. Ἐπὶ προαγωγῇ κουβικουλαρέας.

κε'. Ἐπὶ προαγωγῇ κουβικουλαρίου.

κς'. Περὶ τῶν· κατὰ διαφόρους καιροὺς συμβάντων γενέσθαι περὶ τῆς παλαιᾶς συνηθείας τῆς τελουμένης ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ.

κζ'. Ὅπως Ἡράκλειος ὑπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς ἀπὸ τῆς τοῦ Καίσαρος ἀξίας ἀνήχθη εἰς τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας, καὶ πῶς Δαβὶδ, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, γέγονε Καῖσαρ.

κη'. Περὶ προκένσου ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ.

κθ'. Πῶς ἐν ἡμέρᾳ ἱπποδρομίου ἐδέξατο Ἡράκλειος τοὺς τῆς συγκλήτου, παρόντος καὶ τοῦ πατριάρχου.

λ'. Περὶ κηδείας πατριάρχου.

λα'. Πῶς δεῖ προσφέρειν τὸν βασιλέα ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ ἀναθήματα.

λβ'. Περὶ αἰτήσεως δεξίμου τῶν δύο μερῶν, ἑορτῆς παρούσης.

λγ'. Περὶ προαγωγῆς ἀξιωμάτων ἐν ἡμέρᾳ αἰτησίῳ αὐτοκρατορίας καὶ στεψίμου καὶ γενεθλίου καὶ στεφανώματος.

λδ'. Περὶ προαγωγῆς ἀξιωμάτων ἐν ἡμέρᾳ αἰτησίῳ γεννήσεως καὶ ἑτέρων τοιούτων.

λε'. Περὶ σαξίμου.

λς'. Περὶ εἰσαγωγῆς ἀπὸ ἐπάρχων ἐν ἡμέρᾳ ἱπποδρομίου προβληθέντος ἐν τῷ δεξίμῳ τοῦ αὐτοῦ ἱπποδρομίου.

λζ'. Περὶ τινων ἀποστατησάντων καὶ πάλιν δουλωθέντων, πῶς ἐδέχθησαν παρὰ τοῦ βασιλέως.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(55) Capitis hujus finis, totum sequens caput et initium capitis 28, desiderantur in codice Lipsiensi, ad minimum folia duo. Utinam rapax manus vel soli capiti 17 pepercisset. Studio factam hanc vim fuisse et ab intelligente quid raperet, fere colligas ex eo, quod etiam caput 42 desideretur, in quo series imperatorum CPtanorum habebatur olim.

(56) Bene habet hæc dictio et elegans est. Nam θρίαμβος est pomposa in publicum productio et traductio rei cujuscunque. Ergo θρίαμβος ἐπινικίων est ostentatio processionalis spoliorum hostibus victis ademptorum.

λη'. Περὶ τῆς χειροτονίας Θεοφυλάκτου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου.

38. *De electione Theophylacti, sanctissimi patriarchæ.*

λθ'. Περὶ τοῦ πατριάρχου, ὅτι τὸ πλαιὸν ἴδιον εἶχε πραιπόσιτον.

39. *Quod patriarcha suum antiquitus habuerit præpositum.*

μ'. Περὶ τοῦ τίνι τρόπῳ τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Κυριακῇ τοῦ Πάσχα περιβάλλονται τοὺς λώρους δ' τε βασιλεὺς καὶ οἱ μάγιστροι καὶ ἀνθύπατοι καὶ πατρίκιοι.

40. *Quomodo et quare in sancta et magna Dominica Paschatis dominus et magistri atque proconsules et patricii loros induant.*

μ'. Τὰ ἐν τῷ ναῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ Φάρου κείμενα σκεύη καὶ λοιπὰ, καὶ τὰ εἰς τὸν ἅγιον Στέφανον ἐν τῇ Δάφνῃ.

40*. *De vasis et reliquiis in sanctissimæ Deiparæ Phari templo conditis. Item de illis, quæ in æde S. Stephani Daphnes jacent.*

μα'. Ὅσα εἴδη τῶν ἀλλαξίμων.

41. *De variis generibus mutatoriorum.*

μβ'. Ὑπόμνημα (57) ἐν συντόμῳ τῶν βασιλευσάντων βασιλέων ἐν τῇδε τῇ μεγάλῃ καὶ εὐτυχεστάτῃ Κωνσταντινουπόλει ἀπὸ τοῦ μεγάλου καὶ εὐσεβεστάτου καὶ ἁγίου Κωνσταντίνου.

42. *Indiculus imperatorum, qui a magno piissimo et sancto Constantino inde in hac magna et felicissima Constantinopoli aulam tenuerunt.*

μγ'. Περὶ τῶν τάφων (58) τῶν βασιλέων τῶν ὄντων ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων ἐν τῷ ἠρῴῳ τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου· ἠρῷον τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ. Εὐφημία ὑπὸ τῶν στρατοπέδων, νίκης καὶ θριάμβων ἀγομένων. (Ἰστέον δὲ, ὅτι ἡ αὐτὴ εὐφημία ᾄδεται καὶ παρὰ τοῦ λοιποῦ στρατοπέδου, ἡνίκα φιλοτιμίᾳ τις, ἢ μαϊουμᾶς παρὰ τοῦ βασιλέως αὐτοῖς παρασχεθῇ.) Ἡ παρὰ τῶν Σάρδων ᾀδομένη εὐφημία τοῖς βασιλεῦσιν.

43. *De sepulcris imperatorum, quæ sunt in templo SS. Apostolorum. Heroum S. et M. Constantini, heroum Justiniani M. Læiæ et honorificæ acclamationes atque benedictiones exercituum in triumphis ob hostes devictos peractis. (Tenendum easdem formulas quoque a toto exercitu cantari, quando imperator ipsis munusculi gratuiti erogationem aut majumam præstat.) Fausta Sardorum erga imperatores acclamatio.*

μδ'. Ἡ γενομένη ἐξόπλισις καὶ ἔξοδος καὶ τὸ ποσὸν τῆς ῥόγας καὶ τοῦ λαοῦ τοῦ ἀποσταλέντος κατὰ τῆς θεολέστου Κρήτης μετὰ τοῦ πατρικίου Ἡμερίου καὶ λογοθέτου τοῦ δρόμου ἐπὶ Λέοντος τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου.

44. *De armatura, impensis in eam factis numeroque rogæ seu stipendiorum et populi missi adversus Cretam, quam Deus perdat, duce classis Himerio patricio et logotheta dromi, sub Leone Christum amante domino.*

με'. Ἡ κατὰ τῆς αὐτῆς θεολέστου Κρήτης γενομένη ἐκστρατεία καὶ ἔξοδος ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ τῶν Πορφυρογεννήτων εἰς ἰνδικτίονα ζ'.

45. *De expeditione adversus eamdem maledictam instituta sub Constantino et Romano Porphyrogenitis, indict.* VII.

μς'. Οἷς ὀφείλει ὁ βασιλεὺς ὀνόμασι τιμᾷν τοῖς μεγιστᾶσιν καὶ πρώτοις τῶν ἐθνῶν.

46. *Quibus appellationibus imperator magnates et primates aliarum gentium honorare debet.*

μζ'. Οἱ τῶν ἀπὸ διαφόρων ἐθνῶν ἐρχομένων πρέσβεων πρὸς τὸν βασιλέα χαιρετισμοί.

296 47. *Formulæ, quibus a variis gentibus advenientes legati imperatorem salutant.*

μη'. Τὰ ἄκτα τῶν εἰς τοὺς ἐθνικοὺς γενομένων ἐπιγραφῶν.

48. *Formulæ titulorum sacris litteris ad aliarum gentium principes inscribendæ.*

μθ'. Εἰσὶν τὰ ἐκτεθέντα δίδοσθαι παρὰ τῶν ὀφειλόντων τιμᾶσθαι (59) ἔν τε ἀξιώμασι καὶ ὀφφικίοις. Καθὼς ὑπῆρχον ἐπὶ Λέοντος τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου.

49. *Expositio taxæ seu statutorum tributorum, quæ pendere debent ad axiomata seu dignitates, et ad officia seu functiones palatinas promoti, qualis erat tempore Leonis, Christum amantis domini.*

ν'. Εἰσὶν αἱ κατὰ τύπον ῥόγαι τῶν στρατηγῶν καὶ κλεισουραρχῶν, καθὼς ἐῤῥογεύοντο ἐπὶ Λέοντος τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου.

50. *Expositio rogarum seu stipendiorum, quæ statuta ex formula strategis et cleisurarchis dabantur tempore Leonis ejusdem.*

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(57) Totum hoc caput deest. Quod suspicionem movet ab homine non indocto fuisse ablatum, qui membranarum suarum veram ætatem voluerit celare. Constitisset enim hoc ex indice, non avum Constantinum, Leonis filium, sed nepotem, Romani filium, hoc opus condidisse.

(58) Exhibui titulum hunc, qualem inveni. Alium ex ipso medio opere expromptum dare maluit Majus apud Fabricium Bibl. Græcæ t. VI. p. 618., cujus editionem horum titulorum cum nostra comparari velim.

(59) Dedi *promoti*. Strictius ad litteram est *promovendi*.

51. *Observanda, quando imperator in curru procedit horrea strategii visitatum.*

52. *Accurata expositio constitutionis sacrorum conviviorum, et ordinis secundum quem unaquæque dignitas introvocatur et gradum præ altera habet; collecta ex antiquis cletorologiis seu libris cerimonias convivales et nomenclaturarum ordinem exponentibus tempore Leonis Christum amantis Domini. Simul etiam agitur de consuetudine seu tributo omnis dignitatis majoris et patriciorum, qui ad secundam classem convivarum pertinent.*

53. *De ratione pias largitiones imperatoris per brumalia et diebus annuis, quibus memoria inaugurationis et coronationis celebratur, distribuendi.*

54. *Epiphanii, episcopi Cypri, expositio præsessionum patriarcharum, metropolitarum, archiepiscoporum et episcoporum.*

55. *De distributione combiorum, quæ consuetudinibus patriciorum confiunt; item de consuetudinibus quas præpositi accipiunt a tagmatibus hippodromii, seu militia circi.*

56. *Vita Alexandri Macedonis, historice enarrata per facta nonaginta quatuor.*

57. *Physiologi tractatus de admiranda cujusque animalis indole. Sursum ad Deum cordis elevatio. De moribus in humana vita gratis et decoris. Sermonibus quinquaginta.*

να'. Ὅσα δεῖ παραφιλάττειν, ὅταν ἐν ὀχήματι προέλθῃ ὁ βασιλεὺς θεωρεῖν τὰ ὁρρία τοῦ στρατηγίου.

νβ'. Ἀκριβόλογία (60) τῆς τῶν βασιλικῶν κλητωρίων καταστάσεως, καὶ ἑκάστου τῶν ἀξιωμάτων πρόσκλησις καὶ τιμή, συνταχθεῖσα ἐξ ἀρχαίων κλητωρολογίων ἐπὶ Λέοντος τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου. Ἐν ᾧ καὶ περὶ συνηθείας παντὸς ἀξιώματος καὶ πατρικίων κειμένων εἰς τὸ δεύτερον φῦλον τῶν κλητόρων.

νγ'. Περὶ διανομῶν τῶν εὐσεβιῶν τοῦ βασιλέως ἔν τε τοῖς βρουμαλίοις καὶ στεψίμοις καὶ αὐτοκρατορίαις.

νδ'. Ἐπιφανίου, ἐπισκόπου Κύπρου, ἔκθεσις πρωτοκλησιῶν πατριαρχῶν τε καὶ μητροπολιτῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων καὶ ἐπισκόπων.

νε'. Περὶ τῆς διανομῆς τῶν κομβίων τῶν συνηθειῶν τῶν πατρικίων· περὶ τῶν συνηθειῶν τῶν πραιποσίτων, ὧν λαμβάνουσιν ἐν τοῖς τάγμασι τοῦ ἱπποδρομίου.

νζ'. Βίος Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος (61), καθ' ἱστορίαν ἔχων φάκτα ϛδ'.

νζ'. Τοῦ Φυσιολόγου ἡ τῶν ἑκάστου θηρίου θαυμαστικὴ ἔξις (62), πρός τε Θεὸν ἀναγωγὴ, καὶ τῶν ἐν βίῳ εὐαρεστούντων λόγοι ν'.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(60) Titulum hunc aliter exhibet Fabricius l. c.

(61) Caput hoc, vel potius liber hic, cum sequenti prorsus perlit, et videtur secundum hujus miscellanei codicis volumen constituisse. Dictio καθ'ἱστορίαν φάκτα idem valet atque φάκτα τῆς ἱστορίας vel ἐκ τῆς ἱστορίας *facta*, hoc est *narrationes*, *historiæ*, consentaneas historiæ, ex historia petitas, ergo veras, non fictas, Romanticas, ad quas respicitur, et quarum magnus apud Græcos, Arabes, Europæos numerus est. Quamvis, ut verum fatear, maxima pars historiæ Alexandri Magni quæ pro vera circumfertur, ut Arrianea illa, mihi quidem pro lepida fabella Græcorum, omnia sua in majus tollere natorum, semper habita fuerit. Legat modo tantilla quis cum attentione Arrianum, et protinus Romanistam deprehendet, qui nullam chronologiæ, nullam geographiæ, nullam ordinis, quo natura res humanas agere solet, rationem habet. Φάκτα appellant novi Græci *narrationes*. Vid. Salmas. Script. H. A. t. II. p. 85.

(62) Subintellige πραγμάτων: *rerum uniuscujusque animalis habitus admirationem movens*. Ὁ Φτσιολόγος alias est libri inscriptio, hic ipsius ignoti auctoris designatio. Et hinc pondus accedit ad eorum sententiam, qui non Epiphanio, sed anonymo cuidam, et forte vetustiori, quam Epiphanius est, auctori tribuunt. Editus tamen est hic Physiologus in operibus Epiphanii. Vid. Fabricii Bibl. Græc. vol. VII, p. 427.

CONSTANTINI IMP.

PORPHYROGENITI

DE CERIMONIIS AULÆ BYZANTINÆ

LIBER SECUNDUS.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ὁ περὶ τῆς βασιλικῆς καὶ συγκλητικῆς τάξεως λόγος, ἐπείπερ πολυσχεδής τίς ἐστιν καὶ μὴ ῥᾳδίως τοῖς πολλοῖς καταλαμβανόμενος, μεταπιπτόντων πάντως καὶ μεταβαλλομένων ταῖς κατὰ καιρούς τῶν πραγμάτων μεταποιήσεσι καὶ τῶν τάξεων· ὅσα μὲν αὐτῶν συγγραφῆς, παρά τισιν ἔτυχεν, οὐκ ἐμμελῶς οὐδὲ κεκριμένως, ἀλλὰ χύδην τε καὶ σποράδην ἐκτεθειμένα, ἐξίτηλά τε ὄντα ἤδη καὶ τῷ γέροντι χρόνῳ συγγεγηρακότα, καὶ ὅσον οὔπω πρὸς ἀνυπαρξίαν περιστήσεσθαι μέλλοντα, ἡμετέραις ἐπιμελείαις φιλοπόνως συναθροισθέντα ἐν τῇ πρὸ τῇσδε βίβλῳ εἱρμῷ τινι καὶ τάξει λελογισμένῃ περιελήφθη τε καὶ συντέτακται. Ὅσα δὲ ἡ παροῦσα βίβλος ἐμπεριέχει, ἔτυχεν μὲν συγγραφῆς ὑπό τινος οὐδαμῶς (65), εἴτε ἀμελείᾳ τῶν πάλαι εἴτ' ἴσως καὶ τῷ μὴ ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς τὰ τοιαῦτα. Ταῖς μνήμαις μέντοι διασωζόμενα καὶ παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἀκολούθως τοῖς νεωτέροις παραπεμπόμενα τὸν φθόνον (64) ἤδη διαφυγόντα μέχρις ἡμῶν ἴσχυσε καταντῆσαι. Οὐ δίκαιον οὖν ᾠήθημεν κόσμον τοσοῦτον τάξεων ἀσύντακτον παριδεῖν, καὶ ὅσον δήπου τὸ ἐφ' ἡμῖν, τὰ τῆς βασιλικῆς δόξης καταλιπεῖν ἀκρωτηριάζεσθαι καίρια. Ὡς γὰρ, ἐν σώματί τινι τῆς κεφαλῆς πονηρῶς ἐχούσης, ὃ γε μὴ τὰ πρὸς θεραπείαν πάντα προσαγαγὼν κατὰ τοῦ παντὸς ἔτυχε τὸν κίνδυνον ἰπιφέρων, οὕτως οἶμαι καὶ ὁ τοῦ κοινοῦ τοῦδε τῆς καθ' ἡμᾶς πολιτείας σώματος τῷ μεγαλειοτέρῳ μέρει καὶ ὑπερέχοντι κακῶς ἔχοντι μὴ τὰ πρὸς θεραπείαν τε καὶ ὁλοκληρίαν προσενεγκὼν καὶ τὰ παρὰ τὴν ἀταξίαν κάμνοντα συνάγων καὶ συγκροτῶν τοῦ τε δήμου κοινῇ καὶ τῆς πολιτείας ἡμελημένως ἔσται καὶ τὸ σύμπαν ἅμα καθηρημένως. Διὰ ταῦτα δὴ καὶ πρὸς τὴν παροῦσαν συλλογὴν ταύτην καὶ μή τισι πονηθεῖσαν ἄλλοις τῆς τακτικῆς διανέστημεν (65) μεθόδου, τὴν μὲν βασιλείαν

A

B

C

PROŒMIUM.

297 Cum multiplex et multifida sit de ordine regio atque senatorio tractatio vulgoque haud facile percipienda (quandoquidem, ut cæteræ res a decursu temporum alias identidem aliasque formas induunt, sic etiam humanarum dignitatum ordines vices suas patiuntur terminosque suos migrant), studuimus primo quidem hujus operis, et, qui hunc præcedit, libro contexta quodam velut filo sapienterque et consulte digesta coordinatione tradere et complecti ea omnia, quæ studium nostrum congregare et eruere e veterum monumentis scripto consignatis ad hoc argumentum spectantia potuit. Neque enim illud a vetustis prorsus derelictum fuit; at ita tamen tractatum, ut, cum illi neque cura, neque delectu et judicio usi fuissent, neque serio rem egissent, sed sua potius, ut tulerat, effudissent atque sparsissent, obsolescere inciperent ab ipsis tradita temporique senescenti consenescere, et tantum non ex usu hominum rerumque circulo excidere minarentur. Quæ vero liber, quem nunc ordimur, complectitur, ea litteris quidem a nemine mandata fuerunt, sive id incuria priscorum hominum contigerit, sive natura minus idonei talibus commentandis illi fuerint: at memoria tamen ea conservavit et a majoribus ad juniores propagavit, potiorque invidia et adversis casibus ad nostra usque tempora transmisit. Iniquum ergo judicavimus nostraque persona indignum permittere, ut tantus et tam pulcher mundus atque ordo subordinationum et constitutionum politicarum inordinatus porro jaceret, et ut (quod socordiæ non dediti potueramus impedire), membra velut capitalia imperialis gloriæ, necemque et ruinam imperio, si vulnerentur, illatura contrucarentur unumque post alterum defluerent. **298** Ut enim, si

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(63) Hæc non nimis stricte ad litteram accipienda. Insunt enim quoque volumini, quæ auctor non de suo dedit, sed ex antiquis codicibus Bibliothecæ Palatinæ excerpsit, ut est Epiphanii Notitia episcopatuum, Cletorologium Philothei Articlinæ, item capita 27, 28, 29, 37, 44, 49, 50, 51 et forte alia quædam.

(64) Id est τὸν φθῖνον, ut ita dicam, *interitum*. Quidquid enim vetustatis interiit, id fortuna rerum humanarum nobis invidet et subtrahit ex oculis.

(65) *Nos accinximus*, consurreximus, agressi sumus. Frequentes sunt in hac voce novi Græci; vid. Theophan. p. 78, Cedren. 591, 593, 601, 633; Nicet. p. 200. Habet tamen inter veteres etiam Polybius p. 158. ed. Gron. et ἐπανίστασθαι eodem sensu Arrian. Dissert. Epict. p. 233.

quis capiti male affecto medelam, quam potest, omnem non afferat, totum corpus in excidii periculum conjicit: ita etiam quisquis communis hujus nostræ rerum civilium gubernationis corpus ita negligit, ut ejus eminentiori atque capitaliori parti ægrotanti ea omnia, quæ vitium sanare et integritatem conservare valent, non applicet, defluviumque minantia et ob turbatum ordinem resoluta pendentia non cogat et compingat: ille meo quidem judicio populum destruit. Primi nos itaque ad hanc tentatam hactenus nemini partem ejus disciplinæ, quæ de vicibus muniisque civilium ordinum tradit, nos accinximus, ea ratione imperio quidem eo plus majestatis et terroris addituri; senatorio autem cœtui totique in universum parenti multitudini vitæ atque consuetudinis mutuæ in decoro ordine atque tranquillitate transigendæ copiam facturi, quo spectabiliores honestioresque redditi, principum suorum amorem civiumque et æqualium venerationem mereantur, exteris autem in ore atque admiratione sint.

A ταύτῃ βασιλικωτέραν καὶ φοδερωτέραν ἀποδεικνύντες· τῷ δὲ συγκλητικῷ πληρώματι καὶ παντὶ τῷ ὑπηκόῳ τὸν μετὰ τῆς εὐταξίας βίον καὶ τὴν διαγωγὴν νέμοντες, ὑφ' ἧς σεμνότεροί τε καὶ κοσμιῶτεροι καθιστάμενοι εἶναι ἂν καὶ βασιλεῦσιν ἐπέραστοι, αἰδέσιμοί τε ἀλλήλοις καὶ παντὶ ἔθνει θαυμαστοὶ καὶ περίδοξοι.

299 CAPUT PRIMUM.

Observanda, quando palatium quotidie sese recludit, et processio in palatium diebus profestis seu quotidiana orditur.

Post absolutum orthrum seu officium matutinarum descendit hetæriarcha cum cæteris magistratibus hetæriæ et cum ejusdem hebdomariis [seu per illam septimanam servitii vices obeuntibus], ut et papias cum hebdomariis diætariorum [vel septimanariis atriensium] horumque primicerio, et aperiunt portam eburneam; et intrant parhebdomarii [seu vicarii septimanariorum] hetæriæ, et ascendunt per cochleam, et descendunt per cochleam, quæ ducit ad portam ganotam [seu polita lamina marmorea incrustatam], per quam aditus ad lausiacum patet. Et per hanc portam intrant in lausiacum. Tum induunt hetæriarcha atque papias sua scaramangia, prætereuntque cum diætariis chrysotriclinium et horologium, et aperiunt portam, quæ ex horologio in lausiacum ducit. Deinde aperiunt cum maglabitis et parhebdomariis hetæriæ Justiniani triclinium et scyla et portam, quæ in circum patet. Et ibi quidem in scylis sinuntur remanere atque residere, qui ad mediam hetæriam pertinent. Hetæriarcha vero atque papias et qui ad magnam hetæriam pertinent atque diætarii revertuntur. Hetæriarcha quidem residet in lausiaco ante portam æneam, quæ in culinam ducit. Papias autem intrat in chrysotriclinium clavesque deponit in scamno, quod stat intra velum camaræ vel fornicis ad occidentem spectantis sinistræ. Duo autem diætarii unusque maglabita abeuntes illinc aperiunt secretarias et portam, quæ ad idicum seu fiscum domini peculiarem ducit. Hebdomarii autem cœtonis acceptum a vestiario scaramangium imperatoris deponunt in scamno, quod est extra portam argenteam cætonis illam, quæ in chrysotriclinium educit. Decursa prima hora, venit diætariorum primicerius, et cum clave obicis

B ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν καθ' ἑκαστην ἡμέραν, ἀνοίγοντος τοῦ παλατίου καὶ τῆς καθημερινῆς ἱσταμένης προελεύσεως.

Μετὰ τὴν τοῦ ὄρθρου ἀπόλυσιν κατέρχεται ὁ ἑταιρειάρχης μετὰ τῶν ἀρχόντων τῆς ἑταιρείας καὶ τῶν τῆς ἑταιρείας ἑβδομαρίων, ὁμοίως καὶ ὁ παπίας μετὰ τῶν ἑβδομαρίων διαιταρίων καὶ τοῦ πριμικηρίου αὐτῶν, καὶ ἀνοίγουσιν τὴν ἐλεφαντίνην, καὶ εἰσέρχονται οἱ παρεβδομάριοι τῆς ἑταιρείας, καὶ ἀνέρχονται διὰ τοῦ κοχλιοῦ, καὶ κατέρχονται τοῦ κοχλιοῦ τοῦ κατάγοντος εἰς τὴν γανωτὴν πύλην τὴν εἰσάγουσαν εἰς τὸν λαυσιακὸν, καὶ δι' αὐτῆς τῆς πύλης εἰσέρχονται εἰς τὸν λαυσιακόν. Ὁ δὲ ἑταιρειάρχης μετὰ τοῦ παπίου ἀλλάσσουσιν τὰ ἑαυτῶν σκαραμάγγια, καὶ μετὰ διαιταρίων διέρχονται διὰ τοῦ χρυσοτρικλίνου καὶ τοῦ ὡρολογίου, καὶ ἀνοίγουσιν τὴν ἐξάγουσον πύλην ἀπὸ τοῦ ὡρολογίου εἰς τὸν λαυσιακόν. Εἶθ' οὕτως μετὰ τῶν μαγλαβιτῶν καὶ τῶν παρεβδομαρίων τῆς ἑταιρείας ἀνοίγουσι τὸν Ἰουστινιανοῦ τρίκλινον καὶ τὰ σκύλα καὶ τὴν ἐξάγουσαν εἰς τὸν ἱππόδρομον πύλην, καὶ οἱ μὲν τῆς μέσης ἑταιρείας ἐῶνται καθέζεσθαι εἰς τὰ σκύλα [4]. Ὁ δὲ ἑταιρειάρχης καὶ ὁ παπίας καὶ οἱ τῆς μεγάλης ἑταιρείας μετὰ τῶν διαιταρίων ὑποστρέφουσιν, καὶ ὁ μὲν ἑταιρειάρχης ἐρχόμενος καθέζεται εἰς τὸν λαυσιακὸν πρὸ τῆς χαλκῆς πύλης τῆς ἀνοιγούσης εἰς τὸ μαγειρεῖον. Ὁ δὲ παπίας εἰσέρχεται εἰς τὸν χρυσοτρίκλινον, καὶ τίθησι τὰ κλειδία εἰς τὸ σκάμνον τὸ ἱστάμενον ἔνδον τοῦ βήλου τῆς πρὸς δύσιν ἀριστερᾶς καμάρας. Δύο δὲ διαιτάριοι μετὰ μαγλαβίτου ἀπέρχονται, καὶ ἀνοίγουσιν τά τε ἀσηκρητεῖα καὶ τὴν ἐξάγουσαν εἰς τὸ εἰδικὸν πύλην· οἱ δὲ τοῦ κοιτῶνος ἑβδομάριοι αἴρουσιν ἀπὸ τοῦ βεστιαρίου τὸ τοῦ βασιλέως σκαραμάγγιον, καὶ ἀποφέροντες τιθέασιν αὐτὸ εἰς τὸ σκάμνον τὸ ἔξω τῶν ἀργυρῶν πυλῶν τοῦ κοιτῶνος ἱστάμενον, δηλονότι τῶν ἐξαγόντων εἰς τὸν χρυσοτρίκλινον. Καὶ τῆς πρώτης ὥρας πληρουμένης, ἔρχεται ὁ τῶν

C

D

VARIÆ LECTIONES.

[4] ΣΧΟΛ, Ἰστέον, ὅτι τῆς μεγάλης ἑταιρείας ἑβδομάριοι ἐῶνται καθέζεσθαι ἐπὶ τοῦ ῥαφείου (66).

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(66) Id est ῥαφείου. Puto locum fuisse, ubi sartores imperiales officinam habebant, ubi vestes aulicæ et donariæ consarciebantur.

μνὸν χρυσοῦφαντον, πλάτος ἔχον ὡσεὶ δακτύλων δ', καὶ μικρόν τι ἐπὶ τοῖς ὤμοις ἐπεκτεινόμενον μετὰ καὶ ἀκρομανίκων χρυσοῦφάντων σεμνῶν καὶ ὄρνας χρυσοῦφάντους. Γονάτεια δὲ οὐκ ἔχει, καθὼς καὶ τὰ τῶν εὐνούχων πρωτοσπαθαρίων καὶ τὰ τῶν μαγίστρων στιχάρια. Καὶ τοῦτο ἐκ χειρὸς τοῦ βασιλέως δεξάμενος ἐπὶ τῆς γῆς προσκυνεῖ, καὶ φιλεῖ τοὺς πόδας τοῦ βασιλέως καὶ τὰ γόνατα, ὁμοίως καὶ τοῦ μικροῦ βασιλέως· καὶ μετὰ ταῦτα ἐξάγουσιν αὐτὸν οἱ πραιπόσιτοι εἰς τὸ βῆλον τὸ πρὸς τὸ ἀριστητήριον (87), ἤγουν ἔμπροσθεν τοῦ κοιτῶνος, κἀκεῖσε ἐνδύουσιν αὐτὸν τὸ τοιοῦτον ἱμάτιον, καὶ πάλιν εἰσάγουσιν αὐτὸν εἰς τὸν βασιλέα, καὶ πίπτων προσκυνεῖ καὶ φιλεῖ τοὺς πόδας καὶ τὰ γόνατα τοῦ μεγάλου βασιλέως, ὁμοίως καὶ τοῦ μικροῦ, καὶ ἐπιδίδει αὐτὸν ὁ βασιλεὺς τὸ χρυσοπερίκλειστον μαντίον, καὶ περιβάλλεται αὐτὸ παρὰ τοῦ πραιποσίτου, καὶ πάλιν πίπτων προσκυνεῖ καὶ φιλεῖ τοὺς πόδας καὶ τὰ γόνατά τοῦ μεγάλου βασιλέως, ὁμοίως καὶ τοῦ μικροῦ. Εἶτα ἐπιδίδωσιν αὐτὸν ὁ βατιλεὺς μαφόριον (88) ὀξὺν πορφυροῦν, ἔχον δι' ὅλου χρυσοκέντητα ῥόδα δίκην λουπηναρίων. Ἰστέον, ὅτι καὶ τὸ μαντίον καὶ τὸ μαφόριον ὁ πραιπόσιτος ἐπιδίδει τὸν βασιλέα. Τὸ δὲ τοιοῦτον μαφόριον ἐν τῇ προβολῇ πρὸς ἅπαξ καὶ μόνον. Οὐ περιβάλλεται δὲ οὔτε ἐν τῇ προελεύσει, οὔτε ἐν ἄλλῃ ᾗτινι ἂν [6] οὖν ἡμέρᾳ. Καὶ περιβάλλεται τὸ τοιοῦτο μαφόριον παρὰ τῶν πραιποσίτων ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, ὥστε τὸ πᾶν αὐτοῦ σῶμα συγκαλύπτεσθαι ὑπὸ τοῦ τοιούτου μαφορίου. Καὶ πάλιν πίπτων προσκυνεῖ καὶ φιλεῖ τοὺς πόδας καὶ τὰ γόνατα τοῦ μεγάλου βασιλέως, ὁμοίως καὶ τοῦ μικροῦ, καὶ εἶθ' οὕτως ἐξάγουσιν αὐτὸν οἱ πραιπόσιτοι διὰ τοῦ ὡρολογίου εἰς τὸν λαυσιακὸν, καὶ ἀπευχαριστεῖ πᾶσα ἡ σύγκλητος τὸν βασιλέα, καὶ ἀσπάζεται αὐτὸν, καὶ συγκαθέζεσθαι δεῖ αὐτὸν ἐν τῷ λαυσιακῷ τοῖς πραιποσίτοις ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ τάξει. Ἰστέον, ὅτι ἀεὶ ὁ ῥαίκτωρ τοῖς πραιποσίτοις συγκαθέζεται ἐν τῇ προελεύσει τοῦ λαυσιακοῦ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς προελεύσεσι.

mentum, quod rectoricium appellatur, ipsi tradit. Est autem illud candidum, habens phialium [seu tegmen capitis] perquam splendidum, auro textum, ad quatuor digitorum latitudinem, in humeris nonnihil largius excurrens. Habet idem quoque manicarum extremitates, auro textas perquam splendidas, et limbos vestis auro textos. Genualia non habet, quemadmodum neque eunuchorum protospathariorum, neque magistrorum sticharia ea habent. Indumentum hoc e manu imperatoris senioris nactus, adorat eum humi, pedesque et genua ipsius osculatur, et deinceps idem quoque juniori imperatori facit; et sic educunt ipsum præpositi in velum, quod ad aristeterium seu pransorium spectat, aut quod ante cœtonem est. Ibi postquam induerunt ipsi, quod modo descripsimus, indumentum, introducunt eum rursus ad imperatorem. Cujus ille, humi jacens, pedes osculatur atque genua, senioris primum et consequenter junioris quoque. Tum tradit ipsi dominus auro circumseptum mantium vel pallium, quod ipsi protinus a præposito circumjicitur. Quo facto, procidit humi, adorat, et osculatur pedes atque genua senioris imperatoris et junioris pariter. Deinde tradit ipsi imperator maphorium [seu humerale] purpureum vividi luminis, totum rosis aureis acu pictis, velut lupinis totidem, obsitum. Hoc maphorium et mantium tradit præpositus imperatori; induitque honoratus maphorium tantummodo semel, in promotione nimirum; deinceps autem neque in processione, neque ullo alio die id induit. Sic autem id ipsi tunc circumvolvunt præpositi circa caput, ut totum ejus corpus eo veletur. Hoc facto, rursus procidit et osculatur pedes et genua imperatorum successive amborum; et tum tandem educunt ipsum præpositi per horologium in lausiacum. Totus senatus **306** ad hæc gratias agit imperatori pro dato rectore, et salutat honoratum, qui sua in sede et ordine præpositis in lausiaco assidet. Semper enim assidet rector præpositis, tam in conventu in lausiacum, quam in aliis processionibus.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ συγκέλλου.

Κελεύει ὁ βασιλεὺς τῷ παραδυναστεύοντι, καὶ εἰσάγει τὸν ὀφειλόμενον προβληθῆναι σύγκελλον,

CAPUT V.

Observanda in creatione Syncelli.

Jussu imperatoris introducit paradynastenon [seu imperii consors] eum, qui debet syncellus creari.

VARIÆ LECTIONES.

[6] Sic. conj. R., ἄλλῃ τοίνυν ἂν cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

tur. — *Amictus, quo sacerdos caput obnubilat.* Corrigatur hinc locus Innocenti III, de mysteriis Missæ apud Du Cangium l. c. Legitur ibi : *duo vasculi, quibus amictus ante pectus ligatur*, etc. Durandus *funiculos aut chordulos* appellat. Ergo legendum est *duo nastuli. Nastel* est longum et tenue lorum coriaceum, quo e. c. calcei apud rusticos, item pectoralia juvenum et mitræ costis balænarum differtæ, quibus domicellæ mamillas castigant, *die Schnierleiber*, per foramina utrinque crebra trajecto constringuntur. Hinc *Nestel Knüpfen*, nodum in loro facere; *die Nestel* pro reste patibulari olim dicebatur. Vid. Du Cange Gloss. Lat. v. *Nastuli* et Frisch. Lexic. German. v. *Nestel*.

(87) *Pransorium* ἀριστηριον, ut apud Du Cangium ad Alex. p. 411, et CPl. Christ. p. 121 et 123.

(88) Est depravatum ex ὠμοφόριον. Apparet ex paulo post sequentibus, vestem hanc fuisse pallam, quæ totum corpus ambiret, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τὸ πᾶν αὐτοῦ σῶμα συγκαλύπτεσθαι. Adeoque fuit id, quod Latini *cloccam* appellabant. Est autem *cloccа* vox Germanica, campanam notans, et ad ejus instar factum pallium circa collum angustius, infra latius et per orbem ambiens; vid. Du Cange ad Alex. ad p. 329, 330, ubi quod aliis est ὠμοφόριον τῆς Θεοτόκου, aliis est μαφόριον, item Salmas. ad Script. II. Aug. t. II, p. 542.

Hic ut primum intravit in conclave Augusti, genubus flexis adorat eum, et tum accedit propius. Cui dominus postquam mandavit et injunxit, quæ tandem voluerit, subjungit : « In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nostra per Dei gratiam imperialis majestas creat te syncellum. » Protinus procumbit humi pedesque domini senioris, et deinceps junioris quoque osculatur. Tum tradit ipsum imperator cœtonitis, qui eum ad patriarcham ducunt, significantque ipsi nomine et ex persona imperatoris : « Majestas nostra hunc præsentem hominem syncellum nuncupavit. » Patriarcha pro more gratias agit imperatori, et signo crucis confirmat novum syncellum, advocatque metropolitas et archiepiscopos, quotquot eo tempore in urbe regia adsunt, significatque ipsis : « Venerabilis et sanctus imperator noster a Deo directus et illuminatus hunc virum syncellum creavit. » Id audientes omnes imperatori gratias agunt et exeunt. Deinde jubet patriarcha scamnum parvum ad suam sinistram collocari separatum a scamnis metropolitarum. Quod si vero adhuc alius adsit syncellus [alterius patriarchæ], collocatur illud scamnum a dextra patriarchæ seorsim. Semper enim, ut prius ingrediuntur syncelli in patriarchale, quam metropolitæ, ita etiam sedent ab iis seorsim. Magnis in processionibus resident syncelli non in parvis scamnis, sed in suis sellis ; scilicet in secretis patriarchæ tantum, imperatore non præsente. At eo præsente, sedent infra magistros in macroscamnis vel longis scamnis. Et quando in eo sunt metropolitæ, ut in secretum veniant, eurgunt syncelli e scamnis suis, et occurrunt intrantibus metropolitis in ipsis foribus secreti, et deinceps rursus a patriarcha jussi considerent. Et deinceps rursus ingressuris metropolitis,

καὶ ἅμα τῷ εἰσιέναι αὐτὸν προσκυνεῖ τὸν βασιλέα, εἶτα πλησιάζει τῷ βασιλεῖ, καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, ὅσα καὶ βούλεται. Καὶ εἶθ' οὕτως λέγει· « Ἐπὶ ὀνόματος Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος προβάλλεταί ἡ ἐκ Θεοῦ βασιλεία ἡμῶν σύγκελλον. » Ὁ δὲ πίπτει, καὶ φιλεῖ τοὺς πόδας τοῦ μεγάλου βασιλέως, ὁμοίως καὶ τοῦ μικροῦ, καὶ παραδίδωσιν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς κοιτωνίταις, καὶ ἀποστέλλει αὐτὸν πρὸς τὸν πατριάρχην. καὶ δηλοῖ αὐτὸν, ὡς ὅτι « Ἡ βασιλεία ἡμῶν προεβάλετο τοῦτον σύγκελλον. » Ὁ δὲ πατριάρχης κατὰ τὸ εἰωθὸς ἀπευχαριστεῖ τὸν βασιλέα, καὶ εὐθέως σφραγίζει τὸν προβληθέντα σύγκελλον, καὶ προσκαλεῖται τοὺς μητροπολίτας καὶ ἀρχιεπισκόπους τοὺς κατὰ τὸν τότε καιρὸν ἐνδημοῦντας τῇ πόλει, καὶ λέγει πρὸς αὐτοὺς· « Ὁ βασιλεὺς ἡμῶν ὁ ἅγιος θεόθεν ὁδηγηθεὶς τοῦτον προεβάλετο σύγκελλον. » Καὶ ἀπευχαριστοῦσι πάντες καὶ ἐξέρχονται. Εἶτα κελεύει ὁ πατριάρχης τεθῆναι [7] σκαμνίον μικρὸν εἰς τὸ εὐώνυμον αὐτοῦ μέρος ἀποκοπτὸν (89) τῶν σκάμνων τῶν μητροπολιτῶν. Εἰ δὲ τύχῃ εἶναι ἕτερον σύγκελλον, τίθεται τὸ τοιοῦτον σκαμνίον εἰς τὸ δεξιὸν μέρος ἀποκοπτόν 'Αεὶ γὰρ οἱ σύγκελλοι προισέρχονται τῶν μητροπολιτῶν (90) εἰς τὸ πατριαρχεῖον καὶ καθέζονται ἀποκοπτοι. Ἰστέον, ὅτι ἐν ταῖς μεγάλαις προελεύσεσιν οὐκ εἰς μικρὰ σκαμνία καθέζονται οἱ σύγκελλοι, ἀλλ' ἐν τοῖς ἰδίοις σελλίοις, δηλονότι ἐν τοῖς τοῦ πατριάρχου σεκρέτοις, οὐχὶ δὲ τοῦ βασιλέως παρόντος. Ἐπὶ γὰρ παρουσίᾳ βασιλέως κάτωθεν τῶν μαγίστρων (91) καθέζονται ἐν τοῖς μακροσκαμνίοις. Καὶ ἐν τῷ μέλλειν εἰσιέναι τοὺς μητροπολίτας τὴν τοῦ σεκρέτου πύλην, ἀνίστανται τῶν σκαμνων οἱ σύγκελλοι, καὶ τῶν μητροπολιτῶν εἰσερχομένων, εὑρίσκουσιν αὐτοὺς ἐκεῖσε, καὶ κελεύει ὁ πατριάρχης καθεσθῆναι τοὺς συγκέλλους, Καὶ πάλιν εἰσέρχονται οἱ μητροπολῖται καὶ οἱ ἀρχιε-

VARIÆ LECTIONES.

[7] τεθῆναι conj. R., τεθεῖνα cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(89) Sæpe occurrit hæc vox in nostro Cerimoniali, præsertim dictio τράπεζα ἀποκοπτή, *mensa sequestrata*, ut Latini medii ævi loquebantur, id est aliquando spatio semota, separata, distans a reliquis, *remotior*, ut dixit Juvenal. Satyr. VIII, 176 : *communia pocula lectus Nonalius cuiquam, nec mensa remotior ulli.* Ita. p. 346 : ἵσταται ἀποκοπτὸς ὡς ἀπὸ ὀργυιᾶς μιᾶς. Solebant illæ sequestratæ mensæ et subsellia sequestrata altiora esse, idque ex oriente ductum. Parthorum enim reges ἐφ' ὑψηλῆς κλίνης κατέκειντο, et vocati amici seu convivæ χαμαὶ ὑποκαθήμενοι τὸ παραβληθὲν κυνιστὶ ἐσιτοῦντο, ut ait Athenæus p. 152. Hic autem sequestratum scamnum syncelli humilius est, quam patriarchæ ; et si quidem syncellus unus esset, sedebat in sinistra patriarchæ, si vero adhuc alius adesset, (nam cum tempore vulgabatur ille titulus et multi metropolitæ eum adipiscebantur,) sedebat recens honoratus in dextra. Nam semper habebatur recens honorato prærogativa τῆς προβολῆς seu collocationis in superiore loco præ aliis ejusdem ordinis jam veteranis. De mensa sequestrata imperatorum alibi agendi erit locus. Hic tantum notabo, in Russia quoque, cum adhuc gauderet patriarcha, hunc præsedisse in throno quatuor gradus altiori, quam reliquorum prælatorum throni essent. V. *Verändert Busslandt* p. 137.

(90) Sæpe agitata videtur fuisse controversia de præsidentia vel præcedentia inter syncellos et metropolitas, et quamvis hic definita videatur fuisse, tributusque illis super hos gradus, recruduit tamen sub Romano Argyro, ut patet e Scylitze p. 723 : Ἐγένετο κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς ταραχὴ διὰ τὴν καθέδραν ἐν τῇ λειτουργίᾳ, μὴ καταδεξαμένων τῶν μητροπολιτῶν προκαθίσαι τοὺς συγκέλλους ἐν τῷ συνθρόνῳ.

(91) Erat quædam proportio dignitatum ecclesiasticarum in aula Byzantina cum aulicis, ut quædam illarum quibusdam harum essent pares : quod argumentum latius persequitur Cletorologium : sic tamen, ut semper aulicæ dignitates iis ecclesiasticarum, quæ sibi gradu analogæ essent, præirent. Melius ergo Græcus clerus, quam Latinus, memor erat præcepti Christi de humilitate et imitatione simplicitatis puerilis et contemnendo ambitu pompæ mundanæ, quamvis paupertatem non professus ; aut potius Græcos, natura non minus ambitiosos et, si libertate non caruissent, eadem ausuros cum Latinis, repressit præsentia imperatorum. Quæ sequuntur obscurius tradita non parum negotii mihi fecerunt vertenti. Quod si recte perfecero, lætabor, sin autem sinistre, non mirum. Conjectura enim magis quam certa scientia hic utendum mihi erat.

πίσκοποι κατὰ τὸ εἰωθὸς τῇ ἐκκλησιαστικῇ καταστάσει. Τῶν δὲ μητροπολιτῶν τὴν πύλην τοῦ σεκρέτου μελλόντων εἰσιέναι, ἀνίστανται ἀπὸ τῶν σκάμνων οἱ σύγκελλοι, καὶ ἵστανται· καὶ εἰσέρχονται πάντες, καὶ κελεύσει τοῦ πατριάρχου καθέζονται οἵ τε σύγκελλοι καὶ οἱ μητροπολῖται, καὶ περί τινων ἐκκλησιαστικῶν ὑποθέσεων συναίρει λόγον ὁ πατριάρχης μετ' αὐτῶν, οἷα καὶ ὅσα βούλονται, καὶ μετὰ μικρὸν κελεύσει τοῦ πατριάρχου ἀνίστανται καὶ ἐξέρχονται πάντες.

A sed simul cum archiepiscopis **807** secundum ordinem ecclesiasticarum constitutionum, assurgunt quidem syncelli e scamnis [non autem occurrunt ipsis, sed suo in loco], persistunt, donec, omnibus ingressis, patriarcha considere omnes jusserit. Ut deinceps consederunt pariter eodem tempore tam syncelli, quam metropolitæ, instituit patriarcha collationem aut colloquium de argumentis ad Ecclesiam pertinentibus, quot et qualibus cœtui placuerit. Paulo post jussu patriarchæ assurgunt omnes et exeunt.

ΚΕΦΑΛ. ζ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, ὡς τανῦν ἐπιτελεῖται ἡ τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου ἐτήσιος μνήμη (92) καὶ τὰ ἐγκαίνια (93) τῶν ἱδρυθέντων τιμίων σταυρῶν (94) ἐν τῷ νέῳ παλατίῳ τοῦ Βόνου (95).

Πρὸ ἡμερῶν, ὅσων ἂν κελεύσωσιν οἱ δεσπόται, γίνεται πρόκενσον ἐν τῷ νέῳ παλατίῳ τῷ τοῦ Βόνου, καὶ τῇ παραμονῇ (96) τελεῖται οἰκειακῶς ἡ παννυχὶς εἰς τοὺς τιμίους καὶ ἁγίους σταυρούς (97). Καὶ αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ περὶ ὥραν β' περιβάλλονται οἱ δεσπόται τὰ ὀξέα τούτων σκαραμάγγια καὶ τὰ τούτων σπαθία, καὶ ἱππεύουσιν ἀπὸ τῶν ἐνεῖσε, καὶ ἀπέρχονται εἰς τοὺς Ἁγίους Ἀποστόλους διὰ τῆς ἀπαγούσης ὁδοῦ εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸ ξηροκήπιον (98), κἀ-

CAPUT VI.

Observanda (prout nunc quidem ritus est) in celebratione annua memoriæ sancti et magni Constantini, et encæniorum sacrarum crucium in novo palatio Boni dedicatarum.

Tot diebus ante, quot voluerit imperator, fit processio [seu transit imperator e magno palatio] in novum palatium Boni ; et in vigiliis festi, quem diximus, diei peragitur privatim [in gratiam solius Dominicæ devotionis et procul vulgo] pervigilium in honorem venerabilium et sanctarum crucium. Ipso autem illo festo die circa horam secundam induunt domini purpurea sua scaramangia et spathas suas, et illinc avecti in equis tendunt ad ædem

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(92) ***Memoriæ***, μνῆμαι, appellabantur solemnes cum supplicationibus et agapis seu silicerniis appositis et distributis inter pauperes et apud tymbos martyrum aut in porticibus ecclesiarum consumptis celebrationes emortualium mortis martyrum aut suorum cuique affinium annuatium iteratæ. Vid. Du Cange utroque Gloss. h. v. et Muratorius in Anecdotis Græcis dissert. de Agapis veterum. Cum itaque Constantinus M. die 22 Maii obierit, institutum fuit ab ejus excessu illo die annuum ejus memoriæ sacrum festum, idemque simul matris Helenæ memoriæ dicatum ; vid. Menologia Græca ad istum diem. "[In codice Græco Basileensi N. T., scripto in usum alicujus ecclesiæ, additur in margine : εἰς τὴν μνήμην τοῦ Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης, quæ duo postrema festa a Constantino et Helena instituta fuisse, ex Cerimoniali Constantini apparet. Wetsten. Prolegom. in N. T. p. 19.]" Sintne Wetstenii an Leichii hæc verba, non expediam, cum ad manum non sint illa Prolegomena. Vellem clarius et uberius exposita, mihi certe non omnino pervia.

(93) Dixi de verbo ἐγκαινίζειν ad p. 27. Quando autem *encænia* non primam quamque dedicationem : sed dedicationis renovatam memoriam notat, positum est pro ἀνακαίνια. Sæpius celebrabant encænia, non tantum urbium aut ecclesiarum, sed etiam natalium aliorumve dierum, quibus cuique lætum aliquid contigisset. Hinc *encæniare*, hilaria agere, *encænia*, munera, quæ occasione talis hilaritatis ad amicos mittuntur ; *encæniare*, *aliquem*, hilariter aliquem excipere et in lautis habere, de quibus vid. Du Cange h. v.

(94) Crucem figere, depangere in aliqua ecclesia, est eam dedicare, cultui divino aptam declarare, celebrandi veniam dare et initium facere. Fiebat hæc crucis fixio plerumque sub initia structuræ, interdum quoque ædc jam exædificata. Vid. Du Cange v, *Crucem figere* et Σταυροπήγιον. Celebratio igitur natalium *fixarum crucium in aliqua ecclesia* (nam una pluresve pro lubitu depangebantur) est idem atque celebratio natalis dedicationis ejus.

(95) Est in hoc loco argumentum, Constantinum Seniorem, Leonis filium, non Juniorem, Romani, auctorem esse hujus Cerimonialis. Nam Romanus Senior vel Lecapenus, teste Cedreno p. 644, palatium prope cisternam Boni et in vico Boni construxit, idem illud, quod hic loci non ab auctore, sed a vicinia palatium Boni novum appellatur. Novum ergo potuit dici sub Constantino Semore, at sub Constantino Juniore jam vetustum illud erat. Accedit, quod paulo post Leonis Sapientis et Basilii Macedonis sepulcra, non recentiora, memorantur.

(96) Sic dictus fuit dies proxime festum antecedens, quia fideles eo inclinante in sacras ædes conveniebant et tota nocte ibi παρέμενον, *manebant*, id est, vigilabant et exspectabant adventum festi.

(97) Non de crucibus illis magnis, spectabilibus, pretiosis et insignita veneratione olim cultis, quæ circumferri per urbem lustrandi causa solebant et in quibus vera crux jactabatur esse, sed de crucibus ecclesiæ palatii Boni propriis intelligendum esse puto. Nam istæ supra dictæ processionales cruces majores asservabantur in ecclesia palatina Deiparæ Phari. Obstat tamen, quod p. 308, dicitur magna Constantini crux, id est illa, quam Helena, mater ejus, invenit, aut sane illa, quam juxta visionem crucis cœlestis fabrefieri curaverat, in æde palatii Boni stetisse.

(98) Non ignobilis in historia Byzantina locus, de cujus situ fatisque agere mei non est instituti. Tantum rationem appellationis reddere animus est. Scilicet ξηροκήπιον notat *hortum nudum*, absque palatio nempe hortensi aut suburbano, duæ alias adesse hortis imperialibus solebant. Ξηρὸν Græcis id notat, quod nostratibus *drucken* in dictione *drucken Brodt*, *panis siccus*, absque obsonio quocunque tandem. Ita ξηροὶ λίθοι sunt *rudia*, *agrestia saxa*, absque arte, ut creverunt sua sponte, ferro non cæsa, ut vult Du Cange ad Alex. p. 268, aut *nullo cæmento*, *juncta*, ut statuit Goar. ad Theophan. p. 329. Ita ξηρὸν ἔδαφος, *durum solum*, est

SS. Apostolorum per viam, quæ ad ædes S. Joannis, in xerocepio ducit. Ut prope venerunt ad SS. Apostolos, descendunt ex equis, et intrant per magnam portam baptisterii in narthecem, declinantesque ad sinistram versus orientem ejusdem narthecis intrant intra velum ibi suspensum, retro quod sellæ imperiales positæ stant, et præparata ipsis jacent sua mutatoria, induuntque ibi dibetesia sua et chlamydes, et sic deinceps intrant in naum seu navim SS. Apostolorum. Ibi ante sanctam portam ter cum cereis adorant laudibusque celebrant Deum genubus flexis, tum declinant ad sinistram versus orientem bematis seu tribunalis, quod in illo templo est, et procedunt versus sepulcra, id est versus S. Constantinum. Ibi, intra portam ad ea sepulcra ducentem, excipit eos patriarcha ; rursusque Deo in bemate, quod ibi est, trina cum cereis adoratione gratum et devotum testantur animum ; traditque patriarcha seniori domino thymiatum seu thuribulum ; quicum ille et sanctum bema et tymbum Leonis orthodoxi domini [patris Constantini Porphyrogeniti], et sanctæ imperatricis Theophanonis **308** [quæ Leonis uxor fuit], et Basilii, imp. orthodoxi atque boni, et tandem primi Christiani magnique imperatoris Constantini, sancti illius et gloriosi principis, tymbum incensat. Post hæc peracta revertitur imperator cum patriarcha. Et hic quidem intrat in bema SS. Apostolorum, facitque benedictionem, et psaltæ incipiunt troparium, quod ab his verbis orditur : « Crucis tuæ imaginem in cœlo contemplatus, » etc. Imperator autem valedicit et osculum pacis impertit patriarchæ, et inter supplicationes atque cantica procedit una cum magistris et patriciis reliquoque senatu, transitque per atrium fornicis Sanctorum omnium et per viam, quæ illinc in palatium Boni ducit, intrat in aulam palatii. Resident ibi ambo imperatores in sellis per archontogennemata seu valetos allatis et ibi depositis, exspectantes, quoad patriarcha cum ecclesiastica supplicabunda proces-

κεῖσε τῶν ἵππων ἀποβάντες εἰσέρχονται διὰ τῆς μεγάλης πύλης τοῦ λουτροῦ ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ ἐκνεύουσιν ἀριστερὰ πρὸς ἀνατολὴν τοῦ αὐτοῦ νάρθηκος ἐν τῷ ἐκεῖσε κρεμαμένῳ βήλῳ. Ἐκεῖσε γὰρ καὶ τὰ βασιλικὰ ἵστανται σελλία καὶ τὰ τούτων ὑπόπτερίσματα ἀλλάξιμα, καὶ ἀλλάσσουσιν τὰ τε διβητήσια αὐτῶν καὶ τὰς χλαμύδας, καὶ εἰσέρχονται ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ πρὸ τῶν ἁγίων θυρῶν διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσιν τῷ Θεῷ, καὶ ἐκνεύουσιν ἀριστερᾷ πρὸς ἀνατολὴν τοῦ αὐτοῦ βήματος, καὶ ἀπέρχονται πρὸς τοὺς τάφους (99), ἤγουν εἰς τὸν Ἅγιον Κωνσταντῖνον. Κἀκεῖσε ἔνδον τῆς εἰσαγούσης πύλης δέχεται τούτους ὁ πατριάρχης, καὶ πάλιν ἐν τῷ ἐκεῖσε βήματι διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσιν τῷ Θεῷ, καὶ ἐπιδίδωσιν ὁ πατριάρχης θυμιατὸν τῷ πρώτῳ βασιλεῖ, καὶ θυμιᾷ εἴς τε τὸ ἅγιον βῆμα καὶ τὸν τάφον Λέοντος τοῦ ὀρθοδόξου δεσπότου καὶ τῆς ἁγίας καὶ βασιλίδος θεοφανοῦς καὶ Βασιλείου τοῦ ὀρθοδόξου καὶ ἀγαθοῦ βασιλέως, καὶ εἰθ' οὕτως εἰς τοῦ πρώτου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου βασιλέως. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιστρέφει ὁ βασιλεὺς μετὰ τοῦ πατριάρχου, καὶ ὁ μὲν πατριάρχης εἰσέρχεται ἐν τῷ βήματι ποιῶν τὴν εὐχήν, καὶ ἀπάρχονται οἱ ψάλται τὸ τροπάριον· « Τοῦ σταυροῦ σου τὸν τύπον ἐν οὐρανῷ θεασάμενος. » Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀποχαιρετίσας τὸν πατριάρχην, τοῦτον ἀσπάζεται, καὶ λιτανεύουσιν (1) μετά τε τῶν μαγίστρων καὶ πατρικίων καὶ τῶν λοιπῶν τῆς συγκλήτου, διέρχεται διὰ τοῦ ἑξαέρου τῆς κόγχης τῶν Ἁγίων Πάντων καὶ τῆς ἐκεῖσε ἀπαγούσης ὁδοῦ, καὶ εἰσέρχεται εἰς τὴν αὐλὴν τῶν παλατίων, καὶ σελλίων τιθεμένων τῶν ὑπὸ τῶν ἀρχοντοφεννημάτων (2) βασταζομένων, καθέζονται, μέχρις ἂν ὁ πατριάρχης μετὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς λιτῆς καταλάβοι. Ἰστέον, ὅτι ἡ λιτή, μέχρις ἂν εἰσέλθῃ τὴν πύλην τῆς αὐλῆς τῶν παλατίων, ψάλλει τὸ τροπάριον· « Τοῦ σταυροῦ σου τὸν τύπον ἐν οὐρανῷ θεασάμενος· » καὶ μετὰ τὸ εἰσελ-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

Cedren. p. 493 ; ἐπὶ ξηροῖσι καθῆσθαι nempe λίθοις, Idyllio primo Theocriti, super duris lapidibus sedere, nullo stragulo, vellere virgultisve substratis. Gloss. : χαμευνία ἡ ξηροκοιτία, *humicubatio*, cubatio in sicca dura humo, nulla substrata stragula. *Sicum vehiculum* est apud Script. Hist. Aug. t. II, p. 37, stragulis aut stramine non stratum ; πνεῦμα ξηρόν apud Cinnamum pag. 12, *ventus solitarius*, quem nulla pluvia comitatur ; λόφοι ξηροὶ, colles terrei aut arenacei, nullis saxis, nullis venis metallicis intermisti, sed mera terra aggesti, e quibus fluentem aquam Hippocrates maxime probat ; vid. Casaubon. ad Athen. l. II. c. 8, p. 93. Suidas v. Διονύσιος θεοφάντωρ : μάλιστα Πρόκλος θεωρήμασι πολλάκις τοῦ μακαρίου Διονυσίου κέχρηται καὶ αὐταῖς δὲ ξηραῖς ταῖς λέξεσι. Ξηροπυρῖται iidem panes atque οἱ αὐτόπυροι, tritico solo, absque alterius admixtione. Cæterum adhuc notandum το ξηροκήπιν, sic nude positum esse pro εἰς τὸ ξηροκήπιν, quod in Latinis expressi. Sæpe omittitur εἰς vel ἐν et similes præpositiones ; vid. ad 308.

(99) Nam in æde SS. Apostolorum sepulti erant plurimi imperatores et in his, qui hoc loco memorantur, Leo, Basilius, Constantinus M., ut capite 42 libri secundi constat.

(1) Est pro λιτανεύει. Sic paulo post καθέζονται pro καθέζεται. De hoc desultorio schemate, quod singularem et pluralem promiscue habet, alibi jam in superioribus egi.

(2) Sunt ἀρχοντογεννήματα, quos posterior ætas ἀρχοντοπούλους nominavit, filii magnatum, interdum quoque sanguinis regii juvenes ad ministeria minora, non tamen ignobilia, peragenda destinati. Vid. Du Cange h. v. et ad Alexiad. p. 337, et v. *Adelingi*. Sic enim eos, item *scutiferos* et *servientes armorum* appellabant ; item *pædagogianos*, de quibus omnibus conf. Du Cange Gl. Lat. Ut hic loci archontogennemata sellas imperatori in processione deferebant, sic etiam in Ceremon. Romano *faldistorium cum suis attinentiis portant servientes armorum, ut moris est*. Veterum quoque tyrannorum aliqui ἠνάγκαζον τῶν πολιτῶν τοὺς μὲν διφροφορεῖν, τοὺς δὲ ῥαβδουχεῖν. etc., teste Athenæo p. 259, quo in loco διφροφορεῖν sitne sellam gestare, ut pedisequus, quam procedenti domino et alicubi sedere cupienti substernat ad mandatum, an sit dominum in lectica ferre, in medio relinquo.

θεῖν τὴν πύλην ἀρχεται ψάλλειν τῶν ἐγκαινίων, ἤγουν τὸ, « Δόξα σοὶ, Χριστὲ ὁ Θεὸς, ἀποστόλων καύχημα. » Καὶ δὴ τοῦ πατριάρχου πλησιάσαντος ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ καθέζονται οἱ δεσπόται, ἀνιστάμενοι οἱ δεσπόται δέχονται τοῦτον· Καὶ εὐθέως τελεῖται ἡ ἀκολουθία (3) τῶν ἐγκαινίων, καθὼς εἴθισται τῇ ἐκκλησιαστικῇ καταστάσει, καὶ τῶν ἀνοίξεων (4) τελεσθέντων, εἰσέρχονται οἱ δεσπόται μετὰ τοῦ πατριάρχου, καὶ ἀπάρχονται ἐν τῷ βήματι τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου (5)· (τὰ γὰρ ἐκεῖσε βήματα, τὸ μὲν ἕν τῆς ἁγίας Ἑλένης ὑπάρχει, τὸ δὲ ἕτερον, ἐν ᾧ καὶ τὸ ἀργυροῦν κιβώριον, τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου τυγχάνει·) κἀκεῖσε διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσιν τῷ Θεῷ, καὶ ὑποστρέφοντες ἐξ ἀριστερᾶς ἀνέρχονται τὰ βάθρα, καὶ ἵστανται ἔμπροσθεν τοῦ μεγάλου σταυροῦ τοῦ ἁγίου Κωνστάντίνου, ἐκδεχόμενοι τὴν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν, καὶ τὴν τῆς ἐκτενοῦς ἀπόλυσιν, ἀνέρχονται ἐν τῷ ἐκεῖσε παλατίῳ, καὶ μετὰ τὴν τῆς λειτουργίας ἀπόλυσιν συνεστιῶνται τῷ πατριάρχῃ καὶ τῇ συγκλήτῳ καὶ μητροπολίταις, οἷς ἂν κελεύσωσιν.

sione eodem advenerit. Intrante illa processione in portam aulæ palatii, sonat adhuc troparium modo memoratum : « Crucis tuæ, » etc., ea vero porta transita, incipit troparium cani diei encæniorum vel dedicationis proprium, scilicet illud, quod incipit a verbis : « Gloria sit tibi, Christe Deus, qui es argumentum gloriationis apostolorum. » Patriarchæ tum ad illum locum appropinquanti, in quo sedent imperatores, assurgunt hi, et beneventant ipsum. Protinusque perficitur ritus encæniorum seu dedicationis, sanctarum nempe crucium, quemadmodum secundum constitutiones ecclesiasticas fieri mos est; et post peractas anœxes [seu cerimonias, quæ præcedunt apertionem templi], intrant domini cum patriarcha [in ædes sacras, quæ sunt in palatio Boni], proceduntque ad bema S. Constantini. (Sunt enim ibi duo bemata, unum S. Helenæ, alterum S. Constantini, argenteo ciborio ornatum.) Ter ibi cum cereis adorant Deum, et redeunt deinceps a sinistra parte, ascendunt gradus et magnam crucem S. Constantini ducentes ; et consistunt coram ea, præstolantes recitationem sancti Evangelii, et, extensa finita, ascendunt in palatium templo contiguum, peractaque liturgia seu divino officio, epulantur cum patriarcha et senatu et metropolitis, delectis nempe et invitatis.

ΚΕΦΑΛ. Ζ.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ καὶ προελεύσει τῶν Ἁγίων πάντων (6).

Ἰστέον, ὅτι ἡ προέλευσις τῶν Ἁγίων πάντων ἐπιτελεῖται κατὰ τὸν τύπον τῆς μεσονηστίμου (7), καὶ ὡς τὰ νῦν ἐπιτελεῖται ἥ τε δευτέρα τῆς διακαινησί-

309 CAPUT VII.

Observanda in festo et processione Sanctorum omnium.

Processio Sanctorum omnium peragitur secundum ritum mesonestimi seu medianæ vel mediæ quadragesimarum hebdomadis, et secundum ritum,

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(3) Jam sæpius vidimus, hanc vocem pro tota serie, ordine liturgiæ occurrere. Latinis medii ævi est *sequentia* et *officium*. Ordo Rom. in ritibus Paschalis convivii : *cantores ex præcepto domini pontificis cantant sequentiam, quæ sit conveniens Paschæ, modulatis organis*. Vid. Du Cange Gloss. Lat. h. v., qui tamen aliter derivat. Neque vetustis Græcis ignota fuit vox hoc sensu. Alciphro p. 408, τῆς ἑστιάσεως τὴν ἀκολουθίαν dixit, et *ordinem convivii* Petronius. Medii quoque Latini *consequentia* pro *serie* dicebant. Lambertus Vita S. Heriberti : *favet in id ipsum tota curia una consequentia.*

(4) *Apertio*, ἄνοιξις, τὰ ἀνοίξια sunt ritus dedicationis ecclesiæ. Ad dedicationem et inaugurationem ecclesiæ requiritur primum τὰ ἐγκαίνια, ea, quæ in nova nondum consecrata ecclesia fieri debent, preces et consecratio ecclesiæ cum trinis processionibus, cum laudibus et gloria, ut loquebantur, seu hymnis et funalibus circa ecclesiam adhuc clausam ; alterum ἡ ἄνοιξις, quando ad flagitationem episcopi vel presbyteri alteriusve dedicantis, extra portam narthecis cum reliquiis deponendis in ecclesia stantis, aperitur porta ab illis, qui intus sunt ; tertium ὁ ἐνθρονισμὸς, quando dedicans sacerdos semetipsum, aut alium ecclesiæ illi præfuturum in throno seu sede presbyteriali in summa tribunæ collocat ; vid. Du Cange v. Ἄνοιξις et auctores, qui de ritibus Græcorum sacris scripserunt. Interim juvat quæ Durandus Rationalis divinor. offic. l. I, c. VI, de ritibus, quibus Latini ecclesiam dedicant, tradit, pro parte ascribere. *Quarto*, ait *dicendum est, qualiter ecclesia dedicetur. Et quidem omnibus de ecclesia ejectis, solo diacono ibi remanente recluso, episcopus cum clero ante fores ecclesiæ aquam non sine sale benedicit ; interim intrinsecus ardent duodecim luminaria ante duodecim cruces in ecclesiæ parietibus depictas. Postmodum vero, clero et populo insequente, circumeundo ecclesiam exterius cum fasciculo hysopi parietes aqua benedicta aspergit et qualibet vice ad januam ecclesiæ veniens percutit superliminare cum baculo pastorali, dicens : Attollite portas, principes, vestras etc. Et diaconus deintus respondet : Quis est iste rex gloriosus ? Cui pontifex : Dominus fortis. Tertia vero vice reserato ostio ingreditur pontifex ecclesiam cum paucis ex ministris, clero et populo foris manente, et dicit litanias*, etc. Longam tractationem de sacra æde dedicanda habet Symeo Thessalonicensis a p. 114 — 125, multis capitibus, quorum indicem habet Fabricius Bibl. Gr. t. ultimo p. 64, 65, ubi inter alia cap. 118 quæritur, quare claudantur portæ, διὰ τί κλείονται αἱ πύλαι καὶ τὸ, Ἄρατε πύλας ᾄδεται ; c. 120 : τί δύναται ἡ πρὸ τῶν πυλῶν ἐγκαινίων εὐχή ; Caput 124 est περὶ τῆς τάξεως τῶν ἐγκαινίων, quod, nisi brevitati studendum esset, totum transcriberem.

(5) Pro sancto habere Græcos Constantinum M. et dies festus ejus memoriæ sacer. et aræ ipsi dedicatæ testantur. Nihil ergo, quamvis Christianus, Augusto deterioris in apotheosi conditionis fuit. Cum autem in una ecclesia multas aras habeant Græci, necesse est, ut tribunas quoque totidem, quot aras habeant.

(6) Festum Sanctorum omnium incidebat in festum S. Trinitatis more nostro seu in octavas Pentecostes.

(7) Est omnino ἡ μεσονήστιμος *mediana* seu hebdomas Quadragesimarum media ; vid. Du Cange h. v. utroque Gloss. Rectius tamen hic quidem præcipuam istius hebdomadis partem, Dominicam ejus diem, intelligas, eamque nomine totius appellatam existimes, ut partem capitalem.

quo nunc celebrantur tam secunda feria diacænesimi vel septimanæ renovationis, id est Paschalis, quam Dominica antipascha, vel quæ proxime festum Paschatis sequitur. Descendunt domini ex equis in porta sanctorum Apostolorum ad horologium ejusdem ecclesiæ ducente, et inde, stipati a cubiculo et consuetis proceribus, declinant versus dextram, trajectoque narthece templi sanctorum omnium, ascendunt in catechumenia ejusdem templi, et intrant intra velum ibi suspensum, fiuntque cætera, quemadmodum mos est fieri in reliquis processionibus, per quas domini ad sanctos Apostolos in equis vehuntur. Adveniens interim cum turba processionale patriarcha consistit intra ædem SS. Apostolorum extra cancellos sacrificatorii, temporeque opportuno ingruente, intrant præpositi ad Augustos, et amiciunt eos ipsorum tunicis. Exeuntes extra velum dominos excipiunt et venerantur magistri et patricii, fitque ibi doche seu exceptio et consalutatio dominorum et procerum, qua peracta, clamat cerimoniarius, nutu præpositi admonitus : « Celeusate » [seu : « velitis movere »]. Sic descendunt per cochleam et narthecem ; et egredientes e narthece Sanctorum omnium excipit atque veneratur peraticus demus [seu suburbana e Pera factio] Venetorum cum domestico scholarum dominis odorata serta rosis implexa tradente. Paulo illinc antequam ingrediantur domini in horologium, excipiunt eos in atrio demarchus Venetorum cum factione alba, serta et ipse quoque porrigens. Dominos jam ipsam horologii SS. Apostolorum portam intrantes excipit excubitus (seu præfectus excubitorum) cum demo peratico Prasinorum, et ipse quoque corollas tradens. Et tandem intrantes dominos in portam gynæconitæ seu stationis mulierum in æde SS. Apostolorum, excipit demarchus Prasinorum cum factione russa, tradens et ipse, quæ cæteri. Sic porro libere absque impedimento procedentes dominos excipit patriarcha extra cancellos sancti bematis (vel tribunalis), osculoque pacis invicem dato, intrant simul in sacrificatorium, **310** ubi domini endytam seu tapetem altari instratum et sacrum Evangelium osculantur, patriarcha utrumque protendente et ori admovente. Exinde ordiuntur supplicabundam processionem, clero canente illud : « Gloria tibi, Christe Deus. » Domini hac in processione e bemate egredientes accipiunt a præpositis cereos processionales, et sic, comitante patriarcha, procedunt cantantes Deoque supplicantes usque ad ædem Sanctorum omnium ; ubi post peractum anœxeon seu apertionum, vel, quod idem est, encæniorum officium, (id est post dictas preces, quæ in annuatim renovanda dedicatæ istius ædis memoria dici solent, et per quas nemini ad clausam ædem

μου καὶ ἡ Κυριακὴ τοῦ Ἀντίπασχα. Κατέρχονται δὲ οἱ δεσπόται ἀπὸ τῶν Ἵππων ἐν τῇ πύλῃ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων τῇ εἰσαγούσῃ πρὸς τὸ ὡρολόγιον τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, κἀκεῖθεν δηριγευόμενος (8) ὑπὸ τοῦ κουβουκλείου καὶ τῶν ἐξ ἔθους ἀρχόντων ἐκτεύουσι δεξιὰ, καὶ διέρχονται διὰ τοῦ νάρθηκος τῶν Ἁγίων πάντων, καὶ ἀνέρχονται ἐν τοῖς κατηχουμενίοις τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, καὶ εἰσέρχονται ἔνδον τοῦ ἐκεῖσε κρεμαμένου βήλου, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπιτελεῖται καθὼς καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς προελεύσεσιν, ἐν αἷς ἀπέρχονται οἱ δεσπόται ἔφιπποι εἰς τοὺς Ἁγίους Ἀποστόλους. Ὁ δὲ πατριάρχης μετὰ τῆς λιτῆς καταλαβὼν ἵσταται ἔνδον τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων ἔξω τῶν κιγκλίδων τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ τοῦ καιροῦ καταλαβόντος, εἰσέρχονται οἱ πραιπόσιτοι καὶ περιβάλλουσι τοὺς δεσπότας τὰς ἑαυτῶν χλανίδας· ἐξερχομένων δὲ τῶν δεσποτῶν τοῦ βήλου, δέχονται τούτους οἵ τε μάγιστροι καὶ πατρίκιοι, καὶ γίνεται ἐκεῖσε δοχὴ, καὶ ἀπὸ νεύματος τοῦ πραιποσίτου λέγει ὁ τῆς καταστάσεως. « Κέλευσατε.» Καὶ κατέρχονται διά τε τοῦ κοχλιοῦ καὶ τοῦ νάρθηκος, καὶ ἐκβαινόντων τὸν νάρθηκα τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων (9), δέχεται τούτους ὁ περατικὸς δῆμος τῶν Βενέτων μετὰ καὶ τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν, καὶ ἐπιδίδωσιν ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν τοῖς δεσπόταις τὰ ῥοδόπλακα ὀσφράδια. Καὶ μετ' ὀλίγον πρὸ τοῦ εἰσελθεῖν εἰς τὸ ὡρολόγιον δέχεται εἰς τὸ ἐξάερον ὁ δήμαρχος τῶν Βενέτων μετὰ τοῦ δήμου τοῦ λευκοῦ, καὶ αὐτὸς ἐπιδιδοὺς ὁμοίως τοῖς δεσπόταις. Καὶ εἰσιόντων τῶν δεσποτῶν εἰς τὴν θύραν ὡς πρὸς τὸ ὡρολόγιον τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, δέχεται ὁ ἐξκούβιτος, μετὰ τοῦ περατικοῦ δήμου τῶν Πρασίνων, καὶ ἐπιδίδωσι καὶ αὐτὸς ὁμοίως. Καὶ πάλιν εἰσιόντων τῶν δεσποτῶν εἰς τὴν θύραν τοῦ γυναικίτου τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, δέχεται ὁ δήμαρχος τῶν Πρασίνων μετὰ καὶ τοῦ δήμου τοῦ ῥουσίου, καὶ ἐπιδίδωσι καὶ αὐτὸς ὁμοίως. Καὶ εἶθ' οὕτως ἀπέρχονται οἱ δεσπόται, καὶ δέχεται τούτους ὁ πατριάρχης ἔξω τῶν κιγκλίδων τοῦ ἁγίου βήματος, καὶ ἀσπάζονται ἀλλήλους, καὶ εἰσέρχονται ἅμα εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἀσπάζονται οἱ δεσπόται τὴν ἐνδυτὴν καὶ τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, δηλονότι ὑπὸ τοῦ πατριάρχου προσφερόμενα, καὶ αἴρουσιν ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε τὴν λιτὴν, ψάλλοντος τοῦ κλήρου τὸ, « Δόξα σοὶ, Χριστὲ ὁ Θεός. » Τῶν δὲ δεσποτῶν ἐξερχομένων τὸ βῆμα, λαμβάνουσι παρὰ τῶν πραιποσίτων κηρία λιτανίκια, καὶ ἅμα τοῦ πατριάρχου λιτανεύουσι μέχρι τῶν Ἁγίων πάντων, καὶ τῆς ἀκολουθίας τῶν ἀνοίξεων τελεσθείσης, ἤγουν τῶν ἐγκαινίων, εἰσοδεύουσι καὶ εἰσέρχονται ἐν τῷ βήματι, καθὼς ἡ συνήθεια ἔχει, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε διὰ τοῦ πρὸς ἀνατολὴν δεξιοῦ μέρους εἰσέρχονται ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λέοντος, κἀκεῖσε διὰ τῆς τρίσσης μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσιν τῷ Θεῷ, καὶ εὐθέως ἀποχαιρετίζουσι τὸν πατριάρχην, τοῦτον ἀσπαζόμενοι. Καὶ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(8) Ita est in membranis pro δηριγευόμενοι, quod præcedentia et sequentia pluralia flagitant.

(9) Ita membranæ. Contextus tamen monstrat, legendum esse ἁπάντων, ut in Latinis dedi. Nam imperator ex æde SS. Omnium in ædem SS. Apostolorum procedebat, patriarcha vero e patriarchee vel S. Sophia protinus ad SS. Apostolos.

ὁ μὲν πατριάρχης ἀπέρχεται εἰς τοὺς Ἁγίους πάν- A aditus patet,) inferunt pedem, et progrediuntur in
τας. Οἱ δὲ δεσπόται διὰ τοῦ ἔνδον τοῦ βήματος κυ-
κλίου ἀπέρχονται εἰς τὸ εὐκτήριον τῆς ἁγίας καὶ
βασιλίδος Θεοφανοῦς. Κἀκεῖσε ἀπαλλάσσουσι τὰ χλα-
νίδια, καὶ καθέζονται ἐκδεχόμενοι τὴν τοῦ ἁγίου
Εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν. Τοῦ δὲ ἁγίου Εὐαγγελίου
μέλλοντος ἀναγινώσκεσθαι, ἐξέρχονται ἔξω τοῦ αὐτοῦ
εὐκτηρίου, καὶ ἵστανται (10) ἔνδον τοῦ ἐλεῖσε ἀπο-
κρεμαμένου βήλου ὡς πρὸς τὸ βῆμα, καὶ ποιοῦνται
τὴν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἀκρόασιν, καὶ μετὰ τὴν
τελείωσιν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου εἰσέρχονται πάλιν ἐν
τῷ αὐτῷ εὐκτηρίῳ τῆς ἁγίας Θεοφανοῦς, καὶ καθ-
εζόμενοι στοιχοῦσι τὸ κλητώριον, καὶ εἶθ' οὕτως πε-
ριβάλλονται τὰ χρυσοπερίκλειστα σαγία, καὶ διέρχον-
ται διὰ τοῦ νάρθηκος τοῦ εὐκτηρίου τοῦ Ἁγίου
Ὑπατίου καὶ τοῦ ἐκεῖσε ἐξάγοντος ἐζαέρου, καὶ ἀπὸ B
τῶν ἐκεῖσε ἀνέρχονται διὰ τῆς ξυλίνης σκάλας τῆς
ἐξαγούσης ἔξω τοῦ Ἁγίου Κωνσταντίνου τῆς ἀναγού-
σης εἰς τὰ κατηχούμενα τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων,
καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε διέρχονται διὰ τῶν κατηχουμε-
νίων τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ εἰσέρχονται εἰς
τὰ παλάτια. Κἀκεῖσε κυτρέπισται ἡ τιμία αὐτῶν
τράπεζα· Τὰ δὲ ἐπὶ τῆς τραπέζης τελούμενα καὶ τὰ
τῆς δειλινῆς προελεύσεως, καθὼς προείρηται, ὁμοίως
τῆς δευτέρας τῆς διακαινησίμου καὶ τῆς νέας Κυ-
ριακῆς, καθὼς, τὰ νῦν ἐπιτελοῦνται.

ditus patet,) inferunt pedem, et progrediuntur in ejus ædis bema, prout mos est; et exinde per dextram tribunalis orientalem plagam intrant in oratorium, quod ibidem est, S. Leonis martyris, et trina cum cereis adoratione Deum ibi venerati, protinus valedicunt et osculum pacis dant patriarchæ. Et patriarcha quidem abit in ædem Sanctorum omnium : domini autem per cyclium, quæ est intra bema, abeunt ad eucterium sanctæ imperatricis Theophanonis [quod est in æde SS. Apostolorum], ibique depositis tunicis, exspectant tempus, quo recitari sanctum Evangelium debet. Eo instante, exeunt oratorio, et stant intra velum ibidem ea parte, quæ bema respicit, suspensum, audiuntque [a nemine conspecti] lectionem sancti Evangelii. Qua finita, redeunt in idem sanctæ Theophanonis eucterium, ibique residentes ordinant cletorium [id est nominatim designant et a nomenclatore citari jubent, quos eo die sibi volunt convivas accumbere]. Tum induti sagis auro septis transeunt per narthecem eucterii seu sacelli S.Hypatii et per atrium illi prætensum ; inde oscendunt per scalam ligneam, quæ ex æde S. Constantini exeuntes in catechumenia SS. Apostolorum ducit ; trajectisque modo dictis SS.Apostolorum catechumeniis, intrant in palatium [isti ædi adstructum] ; ubi parata ipsis est sacra mensa. Ritus autem in prandio, item in processione pomeridiana, observandi sunt, ut nunc quidem fiunt, [similes illis,] quos in descriptione processionis feriæ secundæ diacænesimi [seu proximæ a Paschatis festo], et novæ Dominicæ [seu, ejus, quæ in albis dicitur,] exposuimus.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ πρώτῃ τοῦ Αὐγού-
στου μηνὸς, τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ
ἐξερχομένου.

Ἰστέον, ὅτι, αἱ μὲν λάχῃ ἡ πρώτη τοῦ Αὐγούστου
ἐν Κυριακῇ, ὀφείλει ἐξέρχεσθαι ἀπὸ τοῦ σκευοφυλα-
κίου τοῦ μεγάλου παλατίου (11) ὁ τίμιος σταυρὸς τῇ
ὄπισθεν Κυριακῇ, ἤγουν πρὸ ἑπτὰ ἡμερῶν τῆς πρώ-
της τοῦ Αὐγούστου, Ἐξέρχεται δὲ ψάλλοντος τοῦ ὄρ-
θρου περὶ τρίτην ἢ καὶ ἕκτην ᾠδὴν, καὶ ἀποτίθεται
ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ, καὶ ὑπὸ τοῦ πρωτοπάπα βαλ-
σαμιζόμενος (12) προτίθεται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰς
προσκύνησιν πάντων. Καὶ μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ
ὄρθρου παρίσταται ἅπας ὁ βασιλειος κλῆρος ψάλλων
τὰ συνήθη σταυρώσιμα, καὶ ὅτε κελεύσουσιν οἱ δε-
σπόται, εἰσέρχονται καὶ ἀσπάζονται αὐτὸν, καὶ
ἀπερχόμενοι καθέζονται ἐπὶ τοῦ χρυσοτρικλίνου εἰς D

CAPUT VIII

Observanda Kalendis Augusti, prodeunte in publicum venerabili et vivifica cruce [in qua Christus passus fuit].

Si Kalendas mensis Augusti in diem Dominicum incidere contingat, debet sancta crux proxime præcedente die Dominica seu die retro septimo e sceuophylacio [vel custodiario pretiosorum vasorum et sacrarum reliquiarum] magni palatii expromi et produci, quo tempore matutinas canunt, intra tertiam sextamve odam. Et primum depromptus e sede sua et depositus humi in sceuophylacio, balsamisatur vel inungitur sacris unguentis a [cleri regii] protopapa ; dein proponitur sic in ecclesia [magni palatii, Deiparæ Phari, ut videtur, aut et nea] communi omnium adorationi. Tum post finitum officium matutinum accedit ad eam sanctam crucem, et coram

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

(10) Stetisse ad Evangelii lectionem imperatores, e variis Nostri locis patet ; vid. p. 308 fin. Fideles quoque idem fecisse, demonstravit Valesius ad Philostorg. III, 6. Conf. Leo Allatius de libris Græc. Eccles. Bibl. Gr. Fabr. t. V, p. 24.

(11) Magnum palatium est ordinaria residentia imperatorum et opponitur aliis urbanis et suburbanis. Quia vero sceuophylacium est tantummodo ædium sacrarum, debet hic quoque ecclesia palatina intelligi, et quidem Deipara Phari, ut e p. 312, patet. Quapropter verba *aut et Nea* in Latinis hujus paginæ 311, deleri velim.

(12) Magnam curam adhibet Græca Ecclesia in idolorum suorum cultu, neque minus Latina. Tergebant, ungebant ea singulis annis, novam quoque stolam annuatim induunt, concedere gentilibus impium ducentes. Ordo Roman. p. 572 : *Crux es desuper inuncta balsamo et singulis annis eadem unctio renovatur, quando dominus Papa cum cardinalibus facit processionem in Exaltatione S. Crucis.* Sic quoque pagani, qui, teste Artemidoro p. 122, c. 34, idola sua solebant ἐκμάσσειν, siccis pannis laneis aut linteis extergere, καθαίρειν, aqua, sapone, scalptris, setis porcinis sordes abluere et revellere, ἀλείφειν, ungere, quod Noster βαλσαμίζειν appellat, σαροῦν τὰ πρὸ τῶν νεῶν καὶ τὰ πρὸ τῶν ἀγαλμάτων. Quibusdam gentilis ea erat dignitas et cura ungendi et lavandi idola. Sic Phidiæ ἔκγονοι erant φαιδρυνταὶ Jovis Olympii, teste Pausania in Eleis, quorum erat statuam illam celeberrimam semel per annum abstergere et ornare.

ea consistit totus clerus palatinus,canens consueta staurosima vel cantica in laudem crucis. Domini,si volunt,[exeuntes e sacro cubiculo, ante consuetam processionem] intrant [in ecclesiam] et venerati crucem abeunt,residentque in chrysotriclino et peragunt ea,quæ in consueta quotidiana processione vel conventu procerum in aulam peragi mos est. Papias tum sublatam in capite gerens sanctam crucem,indutus scaramangio et sago purpureo stipatusque obsequio cleri palatini et protopapæ S. Stephani, Daphnes et diætariorum tam Stephani quam palatii,et horum quidem omnium cereos gestantium,procedit[ex ecclesia palatii]per heliacum seu solarium[illi prætensum], et præter chrysotriclinum. Inde ulterius prolata crux deponitur et exponitur communi totius senatus adorationi in lausiaco,et quidem in ejus sinistra parte ante portam eucterii S. Basilii. Adoratam itaque ibi crucem rursus attollit papias,et procedit eodem in obsequio,deponitque in palatio Daphnes in templo Sancti Protomartyris Stephani. Die vero vigesimo et octavo mensis Julii incipit crux obire atque sanctificare omnem locum omnemque domum regiæ hujus urbis, quam Deus conservare velit; neque ædificia tantum,sed et ipsos urbis muros obit atque sanctificat; quo et ipsa urbs et ei circumjecta gratia et sanctificatione impleantur. Illa Crucis obitio continuatus usque ad diem Augusti mensis decimam tertiam. Ea enim die mane redit in sacrum palatium, et proponitur super senzo[id est sessu vel throno],qui stat in chrysotriclino. Diætarii ad hæc consueta staurosimata seu troparia in laudem crucis canunt,factaque extensa a protopapa, Daphnæ **312** addunt ipsi benedictionem, figentes pro more [id est,voventes concepta consuetaque formula: Velit Deus et urbem,et in ea sanctam crucem, στερεὰν, fixam, immobilem nullaque calamitate percellendam esse jubere]. Et protinus rursus attollitur crux a papia, circumlataque in obsequio protopapæ Daphnes et diætariorum obit atque sanctificat cubicula palatii ipsumque totum. Deinceps deponitur in oratorio S. Theodori. Sub vesperam infert eam papias et deuterus in Pharum,ubi sceu-

A τὴν συνήθη καὶ καθημερινὴν προέλευσιν. Καὶ εἶθ' οὕτως αἴρων ὁ παπίας τὸν τίμιον σταυρὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, δηλονότι φοροῦντος αὐτοῦ σκαραμάγγιον καὶ σαγίον ἀληθινὸν, ὀψικευόμενος ὑπὸ τοῦ βασιλείου κλήρου καὶ τοῦ πρωτοπάπα τῆς Δάφνης τοῦ Ἁγίου Στεφάνου καὶ διαιταρίων τοῦ Ἁγίου Στεφάνου καὶ τοῦ παλατίου, πάντων κηροὺς βασταζόντων, διέρχεται διά τε τοῦ ἡλιακοῦ καὶ τοῦ χρυσοτρικλίνου, καὶ ἀπαγόμενος προτίθεται εἰς προσκύνησιν πάσης τῆς συγκλήτου ἐν τῷ λαυσιακῷ ἐν τῷ ἀριστερῷ μέρει πρὸ τῆς πύλης τοῦ εὐκτηρίου τοῦ Ἁγίου βασιλείου. Καὶ μετὰ τὴν προσκύνησιν πάλιν βαστάζεται παρὰ τοῦ παπίου, δηλονότι ὀψικευόμενος ὑπὸ τῶν προειρημένων, καὶ ἀποτίθεται ἐν τῷ παλατίῳ τῆς Δάφνης ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἁγίου Πρωτομάρτυρος Στεφάνου. Τῇ δὲ κη' τοῦ Ἰουλίου μηνὸς ἄρχεται περιπολεύειν (13)
B καὶ ἁγιάζειν πάντα τόπον καὶ πᾶσαν οἰκίαν ταύτης τῆς θεοφυλάκτου καὶ βασιλίδος πόλεως, ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὰ τὰ τείχη, ὡς ἂν καὶ αὐτὴ ἡ πόλις καὶ τὰ περὶ αὐτὴν πάντα τῆς χάριτος καὶ τοῦ ἁγιασμοῦ πληρωθῶσιν, μέχρι τῆς ιγ' τοῦ Αὐγούστου μηνός. Ἐν αὐτῇ γὰρ τῇ ιγ' τοῦ αὐτοῦ μηνὸς πρωΐ εἰσέρχεται ἐν τῷ ἱερῷ παλατίῳ καὶ προτίθεται ἐπάνω τοῦ σέντζου τοῦ ἱσταμένου ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ. Οἱ δὲ διαιτάριοι ψάλλουσι τὰ συνήθη σταυρωσίματι, καὶ ἐκτενοῦς γινομένης ὑπὸ τοῦ πρωτοπάπα τῆς Δάφνης, ἀποδιδοῦσιν τὴν εὐχὴν, στερεοῦντες (14) κατὰ τὸ εἰωθός. Καὶ εὐθέως αἰρόμενος ὁ σταυρὸς πάλιν ὑπὸ τοῦ παπίου καὶ ὀψικευόμενος ὑπὸ τοῦ πρωτοπάπα τῆς Δάφνης καὶ τῶν διαιταρίων περιέρχεται ἁγιάζων
C τούς τε κοιτῶνας καὶ ἅπαν τὸ παλάτιον. Καὶ εἶθ' οὕτως ἀποτίθεται ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ Ἁγίου Θεοδώρου, καὶ τῇ ἑσπέρᾳ εἰσφέρει αὐτὸν ὁ παπίας καὶ ὁ δεύτερος εἰς τὸν Φάρον, παραδιδόντες αὐτὸν τῷ σκευοφύλακι, καὶ τῇ ἑωθεν, ψάλλοντος τοῦ ὄρθρου τρίτην ἢ καὶ ἕκτην ᾠδὴν, ἐκμασσομένου παρά τε τοῦ πρωτοπάπα καὶ τοῦ σκευοφύλακος, ἀποτίθεται ἐν τῷ ἱερῷ σκευοφυλακίῳ. Εἰ δὲ ἐν δευτέρας (15) λάχῃ ἡ πρώτη τοῦ Αὐγούστου, ὀφείλει ἐξέρχεσθαι τῇ ὅπισθεν Κυριακῇ, ἤγουν πρὸ γ' ἡμερῶν τῆς α' τοῦ Αὐγούστου. Εἰ δὲ ἐν τρίτῃ λάχῃ ἡ πρώτη τοῦ[a] Αὐγού-

VARIÆ LECTIONES

[a] ἡ πρώτη τῇ ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(13) Describit Christianorum ambarvalia, qui cruce et Sanctorum reliquiis circum urbis muros et per plateas circumgestatis putabant mala omnia se averruncaturos esse. Vita S. Aniani Episcop. Aurelian. (apud Du Cangium v. *Ambulatorium*) : *pontifex fisus in Domino per muri ambulatorium* [est τὸ μεσοτείχιον, *pomœria*; nos *Zwinger* appellamus] *Sanctorum gestans pignora*.

(14) Quid sit στερεοῦν et sicne simpliciter, an στερεοῦν τὴν εὐχὴν dicatur, fateor me nescire. Quod in Latinis dedi, non certa scientia, sed conjectura ductus dedi, ne omnino præterirem intactum, et quod videretur locus imputatam sententiam, si non flagitare, saltem ferre. Favet ei certe conjecturæ id, quod inter acta seu laudes et acclamationes festivas votaque felicitatis unanimi voce cantari solita esset etiam hæc formula : στερεώσει ὁ Θεὸς τοὺς βασιλεῖς ἡμῶν : vid. e. c. p. 376 : item hæc; τοῦτο τὸ βασίλειον Κύριε, στερέωσον ut p. 164.

D Et pondus tandem certitudinemque addit Goarus ad Eucholog. p. 26, claris verbis tradens στερεοῦν esse preces recitare, quibus Deus rogatur, ut reges confirmet, ipsamque precum formulam recitans : ἐπουράνιε βασιλεῦ etc., et tandem addens, Græcos sacerdotes de hujus orationis vi loquentes dicere se στερεοῦν τοὺς βασιλεῖς *confirmare reges*, hoc est, ut Deus eos confirmet, rogare.

(15) Sic paulo post recurrit ἐν παρασκευῆς. Non insolens novis Græcis est ἐν cum genitivo componere. Infra p. 373, habemus ἐν χαμοσωρίου pro ἐν χαμοσωρίῳ *in humili et parva arcula*. Supra p. 162, ἐν κυριακῆς est in membranis, quod Editor credidit refingendum esse. Procopio perquam frequens est ἐν γειτόνων pro ἐν γειτοσι vel ἐκ γειτόνων, *in vicinia*. Malalas t. II, p. 226 : γενεθλίου ἀγομένου ἐν Βυζαντίῳ ἀμιξία [id est ἀταξία, *tumultus*] ἐγένετο ἐν ἀμφοτέρων τῶν μερῶν.

στου, ὀφείλει ἐξέρχεσθαι αὐτῇ τῇ Κυριακῇ τῆς τρίτης ἤγουν πρὸ δύο ἡμερῶν τῆς α' τοῦ Αὐγούστου. Εἰ δὲ ἐν δ' λάχῃ ἡ πρώτη τοῦ Αὐγούστου, ὀφείλει ἐξέρχεσθαι αὐτῇ τῇ Κυριακῇ τῆς τετράδος, ἤγουν πρὸ τριῶν ἡμερῶν τῆς πρώτης τοῦ Αὐγούστου. Εἰ δὲ ἐν ε' λάχῃ ἡ πρωτη τοῦ Αὐγούστου, ὀφείλει ἐξέρχεσθαι αὐτῇ τῇ Κυριακῇ τῆς ε', ἤγουν πρὸ δ' ἡμερῶν τῆς πρώτης τοῦ Αὐγούστου. Εἰ δὲ ἐν Παρασκευῆς λάχῃ ἡ πρώτη τοῦ Αὐγούστου, ὀφείλει ἐξέρχεσθαι αὐτῇ τῇ Κυριακῇ τῆς Παρασκευῆς, ἤγουν πρὸ ε' ἡμερῶν τῆς α' τοῦ Αὐγούστου. Εἰ δὲ ἐν Σαββάτῳ λάχῃ ἡ πρώτη τοῦ Αὐγοὺστου, ὀφείλει ἐξέρχεσθαι αὐτῇ τῇ Κυριακῇ τοῦ Σαββάτου, ἤγουν πρὸ ἓξ ἡμερῶν τῆς α' τοῦ Αὐγούστου.

A ophylaci seu custodi vasorum eam tradunt. Altero mane tandem, dum cantatur matutinum officium, circa tertiam aut et sextam odam, extersa et repurgata crux a protopapa et sceuophylace reponitur rursus in sacro sceuophylacio. Quod si vero kalendæ mensis Augusti in secundam feriam incidant, efferri debet sacra crux penultima retro die Dominica seu octavo die ante Kalendas Augusti. Si porro illæ Kalendæ in feriam tertiam seu diem Martis incidant, debet Sancta crux efferri ipsa illa die Dominica, quæ illam tertiam feriam proxime antecedit, hoc est secundo die ante Kalendas Augusti. Si deinceps incidant illæ Kalendæ in tetrada [seu quartam feriam vel diem Mercurii], debet Sancta crux efferri die Dominica illam tetrada proxime antecedente, seu die tertio ante Kalendas. Ita quoque si Kalendæ in pemptada [seu quintam in feriam vel diem Jovis] incidant, debet Sancta crux die Dominica illam quintam feriam proxime præcedente seu quarto die ante Kalendas efferri. Si denique in Parasceuen [id est sextam in feriam vel diem Veneris] incidant Kalendæ, debet Sancta crux die Dominica Parasceuen illam proxime præcedente seu die quinto ante Kalendas efferri. Si tandem in sabbatum incidant Kalendæ Augusti, debet Sancta crux die Dominica septimam illam feriam seu Sabbati diem antecedente vel die ante Kalendas sexto efferri.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

CAPUT IX.

B

Observanda in festo obdormitionis sanctissimæ Deigenitricis die Augusti decimoquinto.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν τῇ ἑορτῇ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου μηνὶ Αὐγούστῳ ιε'.

(31) Sic solent novi Græci, ut imagini Mariæ Virginis dextram manum argenteam porrectam et extra superficiem picturæ eminentem addant, ut intelligitur e Gerlachi Itinerario p. 63, cujus verba hæc sunt: *Circa altare in choro* [seu tribuna] *picti conspiciuntur sancti Gregorius, Basilius, Chrysostomus, vultu macilento: item Nicolaus Damascenus et alii doctores Ecclesiæ. In summo super omnes eminet* ὁ παντοκράτωρ *sive J. C. cum duobus discipulorum suorum. Semper in tabulatis chori* [super foribus, quibus sanctarum nomen est] *ad dextram conspicitur imago* τοῦ παντοκράτορος *sive D. J. Christi cum argentea manu, e qua laminæ et massulæ argentæ, integros homines, nec non brachia, manus, pedes et alia membra referentes pendent. In medio stat imago Deiparæ cum puerulo Jesu, dextra quoque manu argentea dives, e qua pariter tales laminæ et massulæ argenteæ filaque aurea dependent. Ad sinistram stant imagines mulierum, quæ speciem plorantium præbent, e quibus etiam donaria suspendi solent.* Conferat cum his qui volet illos, qui de donariis veterum scripserunt, et neget deinceps, si audebit, Christianismum Græcorum esse veterem paganismum idolorum mutato nomine.

Illinc abeunt ad sinistram, ubi manus Deiparæ marmore expressa sui exhibet formam, argenteo margine circumsepta. Cereos et ibi accendunt : et primus seu major imperator propria manu aleiptum seu suffimentum in thuribulum, quod ibi adest, injicit, a præposito traditum nactus. Illinc revertentes domini, ingrediuntur in sacellum S.Photini. quod est in interiore tholo. Illinc degressi accensos figunt cereos coram marmorea imagine Deiparæ, quæ sanctis suis e manibus ipsa effundit hagiasma seu aquam benedictam. Post accensos ibi cereos accipit præpositus traditam a balnearita sacram stacten seu sacrum lixivium, et dominis communicat. Hi suis manibus eo sese cruciatim signant, et lavantur, egressis cæteris. Loti exeunt in minorem exteriorem tholum, positisque suis linteis, induunt alia auro intexta. Protembatarius autem seu solii magister stans coram colymbo facit benedictionem; **321** quæ dum dicitur, introducunt lustæ a sinistra colymbi parte duodecim bastactas seu aquigerulos, qui postquam transierunt coram inferiore concha orientale, ordinant sese in stationem in dextra regione colymbi. Quo intrantes domini subsistuunt, et primus maximusque imperator dat singulis bajulis singulos aureos nummos. Debet autem præpositus manum cujusque bastactæ seu bajuli prius in eam formam composuisse, ut cum decore atque gratia nummum inditum a domino accipiat. Post finitam hanc nummorum elargitionem atque distributionem sanctificat protembatarius lacum natatorium sua cruce, et cum eadem porrigit dominis e colymbo hagiasma seu sanctificatam aut benedictam aquam. Domini, hagiasmate accepto, intrant in colymbum, et dum fit extensa, immergunt sese ter; dein exeunt e colymbo et ascendunt in apodyta, rursusque suis solitis vestibus amicti exeunt cum mystico seu privato sui corporis ministerio. Dum vero exeunt domini per portam singularem, coram qua paulo ante dicebamus solere præpositos fausta dominis apprecantes subsistere, astat ibidem quoque gerocomus hospitalis Eugenii, impertiens dominis prætereuntibus eulogias seu benedictiones. Dominis autem apud quemque ordinem eorum, quos in apodyta ingressuri fores stantes reliquerant, prætereuntibus, incipiunt hi se quoque simul commovere et coram abeuntibus dominis præcedere eo ex loco

A χόμενοι ἅπτουσιν κηροὺς ἔμπροσθεν τῆς μαρμαρίνης εἰκόνος τῆς Θεοτόκου, ἥτις ἐκ τῶν τῆς αὐτῆς ἁγίων χειρῶν προχεῖ τὸ ἁγίασμα. Καὶ μετὰ τὸ ἅψαι τοὺς κηροὺς λαμβάνει τὴν ἁγίαν στακτὴν ὁ πραιπόσιτος παρὰ τοῦ βαλνιαρίτου, καὶ ἐπιδίδωσι τοῖς δεσπόταις. Οἱ δὲ δεσπόται οἰκείαις χερσὶν ἑαυτοὺς ἐπισφραγίζουσιν, καὶ ἐξιόντες λούονται. Καὶ μετὰ τὸ λούσασθαι ἐξέρχονται εἰς τὸν ἐξώτερον μικρὸν θόλον, καὶ ἀλλάτσοντες τὰ τούτων λέντια περιβάλλονται ἕτερα χρυσοΰφαντα. Ὁ δὲ προτεμβατάριος ἱστάμενος πρὸ τοῦ κολύμβου, λέγει τὴν εὐχήν. Ἱστέον, ὅτι, τῆς εὐχῆς λεγομένης, οἱ λοῦσται εἰσάγουσιν τὰ ιβ' βαστακτὰ (32) ἀπὸ τοῦ ἀριστεροῦ μέρους τοῦ κολύμβου, καὶ διέρχονται πρὸ τῆς κάτω [12] ἀνατολικῆς (33) κόγχης, καὶ ἵστανται εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ κολύμβου, Οἱ δὲ δεσπόται εἰσιόντες ἵστανται, B καὶ ὁ πρῶτος βασιλεὺς ἐπιδίδωσιν ἑκάστῳ τῶν βαστακτῶν ἀνὰ νομίσματος ἑνός. Χρὴ δὲ τὸν πραιπόσιτον τὴν χεῖρα τοῦ βαστακτοῦ προευτρεπίζειν (34) πρὸς τὴν τῆς βασιλικῆς δωρεᾶς ὑποδοχήν. Καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς διανομῆς ἁγιάζει μετὰ τοῦ σταυροῦ ὁ πρωτεμβατάριος τὸν κόλυμβον, ἐπιδιδοὺς τοῖς δεσπόταις ἀπὸ τοῦ κολύμβου ἁγίασμα μετὰ τοῦ αὐτοῦ σταυροῦ (35). Οἱ δὲ λαμβάνοντες τὸ ἁγίασμα εἰσέρχονται εἰς τὸν κόλυμβον, καὶ τῆς ἐκτενοῦς γινομένης, καταδύουσι τρίτον, καὶ ἐξερχόμενοι ἀνέρχονται ἐν τῷ ἀποδύτῳ, καὶ ἀμφιασθέντες κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐξέρχονται μετὰ τῆς μυστικῆς αὐτῶν τάξεως. Ἱστέον, ὅτι ἔξω τοῦ μονοθύρου, ἐν ᾧ ἵστανται οἱ πραιπόσιτοι ἐπευχόμενοι τοὺς δεσπότας, ἵσταται ὁ τῶν Εὐγενίου γηρωκομος, ἐπιδιδοὺς τοῖς δεC σπόταις διερχομένοις τὰς εὐλογίας. Γῶν δὲ δεσποτῶν διερχομένων, συγκινοῦσι προπορευόμενοι τῶν δεσποτῶν, ἀφ' ὧν τόπων ἵστανται, οἱ τοῦ κουβουκλείου καὶ οἱ μαγλαβῖται καὶ τῆς ἑταιρείας. Οἱ δὲ δεσπόται εἰ μὲν κελεύουσιν ἱππεῦσαι καὶ ἀπελθεῖν εἴτε ἐν τῇ πηγῇ, εἴτε ἀλλαχοῦ, τοῦτο ποιοῦσιν· εἰ δὲ μήγε, εἰσερχόμενοι εἰς τὸν δρόμονα εἰσέρχονται εἰς τὸ παλάτιον, ἢ καὶ ἀλλαχοῦ, ὅπου βούλονται, ἀπέρχονται.

VARIÆ LECTIONES

[12] κάτω conj. R., κατὰ cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(32) Aut sic positum fuit pro τοὺς ιϐ' βαστακτὰς, *bajuli*, aut τὰ βάστακτα sunt idem atque τὰ βάστακτρα, *vectes*, quibus res deferuntur (v. ad p. 267 dicta). Posteriore modo si explices, habebit metonymia locum, *instrumentum* pro *utente* nominans. Hi bajuli possunt jam esse aut aquigeruli, qui aquam in lacum congerunt aut egerunt, νεροφόρους Græcis dictos, *vid.* du Cange v. *Aquarius*, aut qui corpus Augusti et Augustæ deferunt in lecticis, aut mulos lecticarios agunt, et in universum τῇ βασταγῇ sarcinas imperiales et impedimenta sacra onerant, exonerant, curant, observant; vid. de bastagis et bastagariis Guther. p. 730, du Cange Gl. Lat. h. v. et Vales. ad Ammian. Marcell., p. 83, ubi βασταγὴν exponit « *sarcinalia principis jumenta.* »

D (33) Ita est in membranis. Sed leg. aut κάτω ἀνατολικῆς aut κατὰ ἀνατολήν. Incertus quodnam horum amplecterer, prius arripui in Latinis.

(34) *Ad aurum* nempe *cavatis dexteris accipiendum*, ut ait Amm. Marcell. p. 16 (19) ed. Lindenbr. Alias enim protenso vestis sinu accipiebant oblata.

(35) Ergo crux illa sic erat formata, ut in summo extremo haberet parvam patinam nonnihil cavam, qua aqua hauriretur. Russi a Græcis docti talem patinam adhuc adhibent in lustratione aquæ die Luminum, ut ex allato Angli cujusdam loco pag. 6 horum Commentariorum constat, qui nostrum hunc egregie illustrat et conferri meretur.

et statione, quam quisque obtinet, primi cubicularii e sua, tum maglabitæ, tandem hetæriæ ascripti, e suis quique stationibus. Illinc porro, si placet, avehuntur domini in equis ad pegam [id est ad palatium peganum et Deiparam fontis], aliove, quo libuerit; quodsi vero equitare noluerint, aut alio quo ire libuerit, abeunt.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

"Οσα δεῖ παραφυλάττειν ἐν παγανῇ Κυριακῇ, ἢ ἐν ἄλλῃ κοινῇ ἡμέρᾳ, μελλόντων τῶν δεσποτῶν ἀπιέναι εἴτε εἰς τοὺς Ἁγίους Ἀποστόλους, εἴτε εἰς ἕτερον ναὸν εὔξασθαι.

Πρὸ μιᾶς ἡμέρας δίδοται μανδάτα τῷ πραιποσίτῳ καὶ τῷ κατεπάνω τῶν βασιλικῶν, τῇ ἑωθεν ἐλθεῖν ἅπαντας ἀπὸ σκαραμαγγίων, ὁπόθεν ἂν κελεύσωσιν οἱ δεσπόται ἱππεῦσαι. Καὶ τῇ ἑωθεν προέρχονται ἅπαντες ἀπὸ σκαραμαγγίων, καὶ εἰσέρχονται οἱ πραιπόσιτοι μετὰ τοῦ κουβουκλείου, εἴτε ἀπὸ τὸν καβαλλάριον, εἴτε ἀπὸ τὴν τοῦ Κυρίου ἐκκλησίαν, εἴτε ἀπὸ τὸν ἱππόδρομον, εἴτε ἀπὸ τὸ τζουκανισδήριον, εἴτε ἀπὸ τῆς Δάφνης. Ἀπὸ τούτων γὰρ τῶν εἰσοδων εἰώθασιν ἀεὶ ἱππεύειν οἱ δεσπόται [13]. Οἱ δὲ δεσπόται ἐξέρχονται ἀπὸ σκαραμαγγίων φοροῦντες καὶ τὰ τούτων σπαθία, καὶ δηριγευόμενοι ὑπό τε τῶν πραιποσίτων καὶ τοῦ κουβουκλείου ἱππεύουσιν. Οἱ δὲ πραιπόσιτοι καὶ οἱ τοῦ κουβουκλείου καὶ αὐτοὶ ἱππεύοντες προπορεύονται τῶν δεσποτῶν. Οἱ δὲ μαγλαβῖται καὶ οἱ βασιλικοὶ πάντες ἄνθρωποι μετὰ σκαραμαγγίων καὶ σπαθίων εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἕκαστος προπορεύεται τάξιν. Οἱ δὲ μάγιστροι καὶ ἀνθύπατοι καὶ πατρίκιοι καὶ ὀφφικιάλιοι ὄπισθεν τοῦ ἅρματος μετὰ τοῦ δρουγγαρίου τῆς βίγλης καὶ τοῦ δρουγγαρίου τῶν πλοΐμων, ἐπακολουθοῦσι τοῖς δεσπόταις. Καὶ δὴ τῶν δεσποτῶν ἀπιόντων εἰς τὸν ναὸν καὶ τῶν ἵππων ἀποβαινόντων, τίθενται σελλία, δηλονότι τὰ ὑπὸ τῶν ἀρχοντογεννημάτων βασταζόμενα, εἴτε ἐν τῷ προπυλαίῳ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, εἴτε ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ ἐν τούτοις καθέζονται οἱ δεσπόται, καὶ ὑπὸ τῆς μυστικωτέρας τῶν κοιτωνιτῶν τάξεως κυκλευόμενοι πρὸς τὸ μὴ ῥᾳδίως τῶν [14] πολλῶν ὁρᾶσθαι, ἀλλάσσουσιν ἅπερ φοροῦσιν ὑποδήματα, περιβαλλόμενοι στρίκτα. Ἰστέον, ὅτι ἐν τῷ νάρθηκι τῆς ἐκκλησίας καὶ οἱ πραιπόσιτοι περιβάλλονται τὰ αὐτῶν σαγία. Καὶ εἶθ' οὕτως ἀνιστάμενοι καὶ τὰ ἑαυτῶν χρυσοπερίκλειστα περιβαλλόμενοι σαγία, ἔρχονται πρὸς τὰς βασιλικὰς πύλας, καὶ ὑπὸ τῶν πραιποσίτων λαμβάνουσι κηροὺς, καὶ ἀπευχαριστοῦσιν τῷ Θεῷ διὰ τῆς τρισσῆς μετ' αὐτῶν προσκυνήσεως. Καὶ εἶθ' οὕτως εἰσέρχονται, καὶ διέρχονται διὰ μέσου τοῦ ναοῦ κἀὶ τῆς σωλαίας, καὶ ἱστάμενοι ἔξω τῶν ἁγίων τοῦ βήματος θυρῶν πάλιν λαμβάνουσιν ἑτέρους κηροὺς παρὰ τῶν πραιποσίτων, καὶ ὁμοίως ποιοῦσιν. Εἶτα εἰσερχόμενοι εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον ἀσπάζονται τὴν τὴν ἁγίαν ἐνδυτήν. Εἶθ' οὕτως λαμοάνει ὁ πρῶτος βασιλεὺς ἐκ χειρὸς τοῦ πραιποσίτου τὸν θυμιατὸν καὶ ἀλειπτὰ, καὶ οἰκείᾳ χειρὶ ἐπιτιθεὶς τῷ ἀνθρακιᾷ [15] (36) θυμιᾷ πέριξ τῆς

CAPUT XIII.

Observanda, quando in Dominica pagana aut alia die communi domini volunt aut ad SS. Apostolos aut ad aliud aliquod templum devotionis peragendæ causa ire.

Præcedente die dantur mandata præposito et catepano basilicorum, ut altero mane omnes in scaramangiis illuc conveniant, unde domini decreverunt et edicunt exequitare. Itaque conveniunt omnes in scaramangiis statim mane, et præpositi una cum cubiculo 222 e palatio prodeunt, sive ad caballarium [id est catadromum vel domitorium equorum], sive ad Domini Ecclesiam, sive ad circum, sive ad tzucanisterium [id est aream exercendæ equestris pilæ], sive ad Daphnen. Ab his enim ad palatium aditibus solent imperatores, quando exequitant, semper avehi, ipsi autem domini procedunt in scaramangiis, gestantes spathas suas, et in obsequio præpositorum et cubiculi caballicant, præpositis nempe atque cubiculo in equis dominos præeuntibus; at maglabitæ et basilici omnes homines cum scaramangiis et spathis, suo quisque in ordine, præambulant. Magistri tandem, proconsules patricii et officiales, itemque drungarius vigiliæ et drungarius ploimorum seu classiariorum sequuntur dominos pone armatum seu spatharocandidatos scutigeros, proximos dominorum satellites. Domini itaque ad ecclesiam delati descendunt ex equis, et residen! in illis sellis, quas attulerunt et aut in propylæo istius templi, aut in narthece, deposuerunt archontogennemata seu nobiliores valeti juvenes. Sic considentes eos circumstat facta velut testudine, et impedit, ne a vulgo conspiciantur, intimus cœtonitarum ordo; intereaque domini pone hoc quasi velum mutant, quos gerunt, calceos, et induunt stricta. (Ibidem quoque, in narthece puta, induunt præpositi sua saga.) Calceati surgunt domini, et induunt auro septa sua saga, et accedunt ad portam basilicam, ubi cereos a præpositis accipiunt; quibuscum ter Deum adorant. Eo facto, intrant per eam portam in ecclesiam, transeunt per eam mediam et per soleam, et consistunt extra sacras bematis fores, ubi rursus accipiunt a præposito cereos alios, quibuscum eosdem ritus devotionis, quos cum præcedentibus, peragunt. Dein sacrum in sacrificatorium intrant, ubi sacram endytam osculo venerantur. Dein accipit maximus imperator e manu præpositi thuribulum, et suffimenta suis ipse manibus imponit prunis ardentibus, sacram mensam circumcirca incensat, eoque facto, rursus reddit

VARIÆ LECTIONES.

[13] ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι ὁ βασιλεὺς ἄνευ σκαραμαγγίου καὶ χιώματος πρωῒ ἐδ ἐκκλησίᾳ ἀποστόλων οὐχ ἱππεύει. [14] ὑπὸ τῶν ed. [15] ἄνθραξ cod. pro ἀνθρακιᾷ.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(36) Cum in membranis reperirem ἄνθραξ, quod non esse ἄνθραξ, *carbo*, et sensus et dectus accentus monstrabant, liquebat mihi litteram ultimam non simplicem, sed compositam

præposito thuribulum, et transit [per bema] ea parte, qua eum exire congruit. Tandem his peractis, si volunt in eo templo prandere, fit illud ; 323 sin minus, redeunt equitantes in palatium eodem ordine, quo, ut diximus, illinc in templum pariter equitantes excesserant. Si in Quadragesima domini volunt abire ad ecclesiam, tunc fit metastasimum, seu indicitur discedendi e curia et negotiis curialibus venia, quo tempore tritohecte in lausiaco, et quidem in oraculo S. Basilii, quod ibi est, canitur. Data licentia, abeunt omnes illuc, unde futurum est, ut domini exequitent. Congregatis, inscendunt domini in equos, et abitur. Mensis Martii die nono celebratur memoria SS. Quadraginta Martyrum, dominis in eorum ecclesiam venientibus, eodem ritu, qui observatur, quando domini ad ecclesiam aliquam urbanam caballicant, et quem modo exposuimus. Kalendis mensis Julii celebratur memoria SS. Anargyrorum, dominis ad venerabilem eorum ecclesiam, quæ est in vico Paulini, prout placuerit, sive in equis, sive in dromone, pergentibus. Ordo et series processionis est ut supra. Notandum tamen de hoc festo præterea, quocunque tandem modo domini in vicum Paulini pergant, sive in equis, sive in dromone, semper eos scaramangis uti ; deinde hoc, dominos, postquam coram sacris cancellorum foribus devotionem suam cum cereis peregerint, in bema quidem non intrare (id enim eo die fieri mos non est), sed coram cancellis sacras SS. Anargyrorum reliquias adorare, et post accensos ibi fixosque cereos in exaerum seu atrium exire, ubi conscendunt in equos et reditum ad palatium instituunt ; sive jam in equis redeant, sive in dromone. Sæpe autem fit in hac quidem processione, ut cum proceribus in palatio blachernarum epulentur, et sic demum vesperæ in palatium redeant. Mensis Julii die vigesimo septimo similiter peragitur memoria S. Pantelcemonis, dominis in venerabilem ejus ecclesiam, quæ est in monasterio vel tractu Narsetis, caballicantibus. Quodsi vero dominis placuerit navi illuc ire, fit ordo atque series in hunc modum : Mane procedit totus senatus et cubiculum in scaramangiis in tractum vel monasterium Caniclei dictum, et imperator e palatio intrat in imperialem dromonem cum privato suo ministerio et logotheta [dromi] et protoasecreta, magistro supplicationum et hetæriarcha

ἁγίας τραπέζης, εἶτα ἐπιδίδωσι τῷ πραιποσίτῳ τὸν θυμιατόν. Διέρχεται δι' οἱου μέρους ἁρμόζει τοῦτον ἐξιέναι. Καὶ εἰ μὲν κελεύσωσιν οἱ δεσπόται ἐκεῖσε γεύσασθαι (37), γίνεται τοῦτο καθως βούλονται. Εἰ δὲ μήγε, ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἱππεύοντες ὑποστρέφουσιν κατὰ τὴν προειρημένην, ὡς ἔφαμεν, τῆς προόδου τάξιν εἰς τὸ παλάτιον. Ἰστέον, ὅτι, εἰ ἐν τεσσαρακοστῇ κελεύσωσιν ἀπιέναι οἱ δεσπόται ἐν ἐκκλησίᾳ, ἀπὸ τὴς ψαλλομένης τριτοέκτης ἐν τῷ λαυσιακῷ ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου Βασιλείου, γίνεται μεταστάσιμον, καὶ ἀπέρχονται πάντες, ὅπου δεῖ τοὺς δεσπότας ἱππεῦσαι. Καὶ εἶθ' οὕτως ἱππεύουσιν οἱ δεσπόται καὶ ἀπέρχονται. Μηνὶ Μαρτίῳ θ' Ἰστέον, ὅτι κατὰ τὸν προῤῥηθέντα τύπον τῆς ἀφίξεως τῶν δεσποτῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ταῖς ἐν ταῖς πόλεσι ἐπιτελεῖται καὶ ἡ μνήμη τῶν ἁγίων μ' Μαρτύρων, τῶν δεσποτῶν ἀπιόντων ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτῶν ναῷ. Μηνὶ Ἰουλίῳ α'. Ἰστέον, ὅτι ὁμοίως ἐπιτελεῖται καὶ ἡ μνήμη τῶν ἁγίων Ἀναργύρων (38). Τῶν δεσποτῶν ἀπιόντων εἰς τὸν σεβάσμιον αὐτῶν ναὸν εἰς τὰ Παυλίνου (39), ἀπέρχονται οἱ δεσπόται, κελεύουσιν ἔφιπποι, κελεύουσιν πλοῖ. Τὰ δὲ ἐξῆς τῆς προελεύσεως ἐπιτελεῖται, καθὼς προείρηται. Ἰστέον, ὅτι οἱ δεσπόται ἀπιόντες εἰς τὰ Παυλίνου καὶ πλοῖ καὶ ἔφιπποι μετὰ σκαραμαγγίων ἀπέρχονται. Ἰστέον, ὅτι μετὰ τὸ εὔξασθαι μετὰ τῶν κηρῶν τοὺς δεσπότας ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, εἶθ' οὕτως προσκυνοῦσιν τὰ ἅγια λείψανα, ἅπτοντες κηροὺς, καὶ ἐξερχόμενοι ἔξω εἰς τὸ ἐξάερον, ἐκεῖθεν ἱππεύουσιν, καὶ ὑποστρέφουσιν ἐν τῷ παλατίῳ, κελεύουσιν ἔφιπποι, κελεύουσιν πλοῖ. Ὁλλάκις δὲ συνεστιῶνται τοῖς ἄρχουσιν ἐν τῷ παλατίῳ τῶν βλαχερνῶν, καὶ δείλης εἰσέρχονται εἰς τὸ παλάτιον. Ἰστέον, ὅτι ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐκ εἰσέρχονται οἱ δεσπόται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον. Μηνὶ Ἰουλίῳ κζ', ἰστέον, ὅτι ὁμοίως ἐπιτελεῖται καὶ ἡ μνήμη τοῦ ἁγίου Παντελεήμονος (40), τῶν δεσποτῶν ἀπιόντων εἰς τὸν σεβάσμιον τούτου ναὸν εἰς τὰ Ναρσοῦ. Εἰ δὲ βουληθῇ ὁ βασιλεὺς ἀπελθεῖν πλοῖ, γίνεται ἡ ἀκολουθία καὶ ἡ τάξις οὕτως. Πρωὶ προέρχεται πᾶσα ἡ σύγκλητος καὶ τὸ κουβούκλειον ἀπὸ σκαραμαγγίων εἰς τὰ Κανικλείου, καὶ ὁ βασιλεὺς εἰσέρχεται ἀπὸ τὸ παλάτιον εἰς τὸν βασίλειον δρόμονα μετὰ τῆς οἰκείας αὐτοῦ θεραπείας καὶ τοῦ λογοθέτου καὶ τοῦ πρωτοασηκρήτου καὶ τοῦ ἐπὶ τῶν δεήσεων καὶ τοῦ ἑταιρειάρχου καὶ τοῦ δρουγγαρίου τῆς βίγλας,

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

seu scripturæ compendium esse, quod ᾓνθρακιά interpretabar : aptius nihil inveniens ; vid. dicta ad p. 256.

(37) Græci veteres γεύεσθαι *jentare* dicebant et γεῦμα *jentaculum*, novi pro *prandere* et *prandio* adhibent ; v. Salmas. t. II, pag. 615. Hist. Aug. Palairet. Observ. ad N. T. ad Acta XX, 11.

(38) *Anargyri* dicti sancti aliquot, et inter eos præcipue Cosmas et Damianus, qui pauperibus medicinam gratis faciebant : v. Du Cange Gloss. Gr. h. v. et Ricaut Etat présent de l'Eglise grecque, p. 148.

(39) In tractu, in vico, in insula Paulini dicta, vel de ædibus quondam Paulini sic appellata ; vid. Codren. p. 502, Theophan. p. 318, et ibi Goar. et Du Cange CPl. Christ. l. IV, p. 184. [Anargyrorum templa Dei Genitrici et Blachernis proxima erant. Wagnereck. ad sanctorum Cosmæ et Damiani Vitam p. 28.] Templum hoc erat in ipsis Blachernis seu suburbio sic dicto. In dictione εἰς τὰ, quando hoc sensu debet accipi, subintelligitur οἰκήματα vel συνοίκια vel simile quid.

(40) Fuit et hic sanctus medicus ; vid. Menolog. Basil. t. III, ad diem Julii 27. Script. post Theophan. p. 269, ubi dicitur Romanus Lecapenus ipsius nomini ecclesiam et monasterium condidisse, vid. Du Cange CPli Christ. IV, p. 173 fine.

καὶ ἐξέρχονται οἱ δεσπόται εἰς τὰ Κανικλείου. Ὁρμώντων δὲ τῶν δεσποτῶν [16], δέχονται τούτους οἵ τε μαγλαβῖται καὶ οἱ τῆς ἑταιρείας ἅμα τῶν πραιποσίτων καὶ τοῦ κουβουκλείου καὶ τῶν ἀρχοντογεννημάτων. Καὶ ἐξερχόμενοι ἀπὸ τοῦ δρόμονος, διέρχονται καὶ ἀπίασιν εἰς τὴν αὐλήν, καὶ ἐκεῖσε δέχονται τούτους οἱ βασιλικοί, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἱππεύουσιν οἱ δεσπόται καὶ ἀπέρχονται μέχρι τοῦ ἔξω προπυλαίου τοῦ εἰς τὸν ἔμβολον, καὶ τῶν ἵππων ἐκεῖσε ἀποβάντες, ἀνέρχονται τὰ σκαλία, καὶ διέρχονται διὰ τοῦ πρὸς ἀνατολὴν δεξιοῦ μέρους τοῦ λουτῆρος· Ἐκεῖσε γὰρ ἵστανται καὶ δέχονται τοὺς δεσπότας οἵ τε μάγιστροι καὶ πατρίκιοι καὶ οἱ λοιποὶ συγκλητικοὶ καὶ βασιλικοὶ ἄνθρωποι, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε εἰσέρχονται οἱ δεσπόται εἰς τὸν νάρθηκα, καὶ περιβαλλόμενοι τὰ χρυσοπερίκλειστα σαγία, ἅπτουσιν κηροὺς εἰς τὰς βασιλικὰς πύλας. Καὶ εὐθέως εἰσέρχοντα καὶ διέρχονται διὰ μέσου τοῦ ναοῦ καὶ τῆς σωλαίας καὶ πάλιν ἅπτουσιν ἔξω κηροὺς τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ εἰσέρχονται εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, καὶ ἀσπάζονται τὴν ἐνδυτὴν καὶ τὴν τοῦ μάρτυρος ἁγίαν κάραν (41), καὶ διέρχονται διὰ τοῦ πρὸς ἀνατολὰς τοῦ βήματος ἀριστεροῦ μέρους, καὶ ἐν τῷ ἐκεῖσε τετρασέρῳ εἰσέρχονται, καὶ πάλιν ὑπὸ τῶν ἱερέων προσφέρεται ἡ ἁγία κάρα, καὶ πάλιν μετὰ κηρῶν ὑπὸ τῶν δεσποτῶν προσκυνεῖται, καὶ ἀπ' αὐτῆς λαμβάνουσιν ἅγιον ἀπομύρισμα (42), καὶ ἐξερχονται εἰς τὸ ἐξάερον εἰς τὸ ἐκεῖσε ἀναδενδράδιον, κἀκεῖσε σκεπαζόμενοι (43) ἐκβάλλουσι τὰ σκαραμάγγια, καὶ κολόβια περιβαλλόμενοι ὑποστρέφουσιν, κελεύουσιν ἔφιπποι, μέχρι τοῦ παλατίου, κελεύουσι πλοῖ, ὃν

et drungario vigiliæ. Cum his pergunt domini [per sinum Ceratenum] ad dictum monasterium Caniclei. **324** Appellentes autem ad continentem excipiunt maglabitæ, hetæria, præpositi, cubiculum et archontogennemata. Transeunt hinc in aulam monasterii, ubi eos basilici excipiunt. Illinc inscendunt domini in equos, et procedunt equitantes usque ad propylæum vel portale, quod in embolum seu porticum ducit. Ibi descendentes ex equis ascendunt per scalam, et transeunt per dextram orientalem plagam luteris seu baptisterii, ubi a magistris et patriciis reliquisque senatoriis et imperialibus hominibus excipiuntur. Illinc intrant in narthecem ; ubi induti saga sua auro septa accendunt cereos in porta basilica, eoque facto, intrant in ecclesiam, transeunt per naum et per soleam, rursus accendunt cereos coram sanctis foribus, intrant in thysiasterium, osculantur endytam et sanctum martyris caput ; tum transeunt per sinistram orientalem plagam bematis et intrant in tetraserum, quod ibi est [seu cellam quatuor seris munitam]. Illuc ipsis denuo præsentatur a sacerdotibus sancta cara seu sanctum caput ; quod domini rursus cum accensis cereis adorant ; et ab ipso accipiunt sanctum apomyrisma [seu destillantem rorem sanctitatis unctuosum]. Tum exeunt per atrium in anadendradium [quincuncem seu arboretum], quod ibi est, et sub testudinis ambitu exuunt scaramangia, et induunt colobia, et in hoc apparatu revertuntur in palatium, sive in equis, sive in dromone ; quod posterius si fiat, eodem modo fit in abitu, atque in adventu di-

VARIÆ LECTIONES.

[16] ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι καὶ οἱ μαγλαβῖται ἴδιον ἔχουσι χελάνδιον, καὶ αὐτοὶ προπορευονται τῷ βασιλεῖ ἀπιόντι εἰς τὸν δρόμονα.

JOAN. JAC. REISKII. COMMMENTARIUS.

(41) Retinui vocem *cara*, id est *caput*, in Latinis, quandoquidem Latini quoque scriptores ea utuntur ; *Vid.* Du Cange v. *Cara*. Rhamnusius p. 133, capitis S. Joannis portionem CPli a Latinis expugnata Venetias pervenisse, quod olim sub Valente Cilicia in viciniam Chalcedonis, et dein sub Theodosio majore CPlin pervenerit et in Hebdomo fuerit dedicatum.

(42) Liquor vel udor e reliquiis sanctorum exstillans. Vita Theophanis p. 9 circa fin. et p. 362, ubi de capite sancti Joannis Baptistæ apud Edessam asservato hæc narrat Theophanes : ἡ κάρα — μέχρι τῆς σήμερον ὑπὸ τῶν πιστῶν προσκυνουμένη εὐωδίᾳ σωματικῇ τε καὶ πνευματικῇ τιμᾶται βλύζουσα πᾶσι τοῖς προστρέχουσι ἰάματα. Ita e sepulcro sancti Demetrii apud Thessalonicam ἀναολύον μύρον memorat Cedren. p. 748, et Anna Comnena Alex. p. 60. Cyrilli, Gortynæ in Creta episcopi, sanguinem μύρον stillare, quod incolæ spongiis excipiant, ait Contin. Theophan. p. 48. S. Nicolaus in Myris, oppido Lyciæ, ἀναβλύζει τὰ μύρα κατὰ τὸ τῆς πόλεως ὄνομα, ut perhibet Constantin. Porphyrog. de Themat. p. 16. Tales imagines uvescentes dicebantur μυροδοτεῖν, Theophan. p. 370, eoque procedebant erroris Græci, ut vel arcas humido forte in loco positas, et λιβερὰς, ut ait Hippocrates, id est udas, uvescentes, pro signo haberent, intus positum sanctum esse ; vid. Scylitz Curopal. p. 812, et Du Cange v. Ἀπομύρισμα Μύρον, Μνάνα et *Manna* et *Oleum S. Crucis*. Manavit hæc superstitio e paganismo, aut potius, ut ejus alia multa apud hodiernos paganos Græcos, Christianos dictos, remansit. Veteres enim optabant quibus bene volebant, vita defunctis, ut ex eorum tumulis largo proventu flores suave fragrantes exsurgerent, per quos ipsa eorum corpora viderentur bene olere, et quibus id contingeret, eos pro hominibus habebant, qui, dum viverent, cari diis fuerint. Clare de illa persuasione testatur elegans Græca inscriptio apud Murator. Thesaur. p. 1693, cujus hæc est particula :

Ἀλλὰ σὺ, γαῖα, πέλοις ἀγαθὴ κουφή τ' Ἀκυλίνῳ
καὶ δὲ παρὰ κλευρὰς ἄνθεα λαρὰ φύοις,
Ὅσσα κατ' Ἀραβίους τε φέρεις, ὅσα τ' ἐστὶ κατ' Ἰνδοὺς,
ὡς ἂν ἀπ' εὐόδμου χρωτὸς ἰοῦ σα δρόσος
Ἀγγέλῃ τὸν παῖδα θεοῖς φίλον ἐνθάδε κεῖσθαι,
λοιβῇς καὶ θυέων ἄξιον, οὐχὶ γόων·

Tu igitur, terra, Aquilino bona esto et levis,
et ad ejus latera suavis odoris ferto flores
quæcunque apud Arabes profers, quæcunque apud
Indos reperiuntur,
quo de corpore bene fragrante exsudans ros
significet, ibi jacere puerum diis carum,
libationibus et suffimentis [aut sacrificiis], *non*
lamentis dignum.

(43) Accepi de testudine, de qua supra dixi in ritibus Coronationis Augustorum, et Noster p. 322 admonet. Potest tamen sensu ordinario de infula induta accipi, quam imperatores in ingressu in ecclesiam deponebant, in exitu rursus in capite reponebant.

cium fuit. Si per sinum maris domini revertantur, intrant ipsorum ex mandato in dromonem simul cum ipsis quotquot ipsi voluerint jusserintque procerum eo die secum epulari. Mensis Septembris die vigesimo sexto similiter celebratur memoria S. Joannis Theologi, dominis eo die ad venerabilem ejus ecclesiam, quæ in dihippio est, abeuntibus. Kalendis mensis Novembris peragitur simili modo memeria SS. Anargyrorum, dominis ad venerabilem eorum ecclesiam, quæ in tractu vel monasterio Basilisci est, abeuntibus. Mensis Augusti die vigesimo nono similiter celebratur memoria decapitationis S. Joannis Præcursoris, 325 dominis ad venerandam ejus ædem, quæ in monasterio Studii est, abeuntibus eodem ritu, quem in memoria seu festo S. Panteleemonis supra exposuimus. Nam totus senatus in scaramangiis convenit mane in monasterium Studii; magistrique et patricii et officiales stant extra portam, quæ ad mare respicit; cubiculum autem et basilici et maglabitæ et hetæria et archontogennemata stant in portu, ubi dromo appellit. Monachi autem illius monasterii stant in serie gemina, dextra sinistraque, ab illa inde extima porta usque ad portum. In quo appellentes domini cum eodem comitatu et eodem ordine, quem in memoria S. Panteleemonis diximus, egressique e nave, procedunt in obsequio cubiculi et maglabitarum et heteriæ, præcedentibus monasterii Studiani hegumeno thuribulum fumans gerente et monachis cum cereis ardentibus. Dominos, ut ad eam portam appropinquarunt, in qua stant magistri, patricii et officiales, adorant hi humo procidentes, et relevati prosequuntur eos iidem. Sic præeuntes domini per atrium ascendunt et transeunt porticus quæ ibi sunt, et sic perveniunt in dextram orientalem partem narthecis, ubi saga sua auro septa induunt, et accensos figunt cereos; porroque interius una cum sacerdotibus [intra navim] pergunt, ubi rursus cereos accendunt. Quo facto, protinus fit introitus [seu initium divini officii]; præpositus thuribulum tradit imperatori seniori, qui id tenens incensat; inde pergunt ad dextram partem tribunæ, ubi caput sancti Præcursoris expositum est; quod religiose venerati exeunt in metatorium, quod ibi est, exuunt scaramangia, induunt colobia, trajectaque parte feminarum, consistunt in dextra orientali plaga bematis, accenduntque ibi cereos pro excipienda S. Evangelii lectione. Dein exeunt rursus in viridarium quod ibi est, sub quo mistum celebrant, adhibitis proceribus pro lubitu delectis, monachis interea pocula et dapes ministrantibus. Post mistum finitum surgunt, et per eadem, qua venerant,

A τροπον εἰρήκαμεν τὴν τούτων ἄφιξιν. Ἱστέον, ὅτι, πλοῖ ὑποστρεφόντων τῶν δεσποτῶν, ὅσους ἂν κελεύσωσιν συνεστιαθῆναι τῶν ἀρχόντων, τῇ τούτων κελεύσει συνεισέρχονται αὐτοῖς εἰς τὸν δρόμονα. Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ κς' ἱστέον, ὅτι ὁμοίως ἐπιτελεῖται καὶ ἡ μνήμη τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου, τῶν δεσποτῶν ἀπιόντων ἐν τῷ σεβασμίῳ αὐτοῦ ναῷ τῷ ἐν τῷ διιππίῳ. Μηνὶ Νοεμβρίῳ α' ἱστέον, ὅτι ὁμοίως ἐπιτελεῖται καὶ ἡ μνήμη τῶν ἁγίων Ἀναργύρων, τῶν δεσποτῶν ἀπιόντων εἰς τὸν ἅγιον αὐτῶν ναὸν εἰς τὰ Βασιλίσκου. Μηνὶ Αὐγούστῳ κθ' ἱστέον, ὅτι ὁμοίως ἐπιτελεῖται καὶ ἡ Ἀποτομὴ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου, τῶν δεσποτῶν ἀπιόντων ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ ναῷ εἰς τὰ Στουδίου κατὰ τὸν προῤῥηθέντα τύπον ἐν τῇ μνήμῃ τοῦ ἁγίου Παντελεήμονος. Τῇ ἑωθεν γὰρ προέρχεται B πᾶσα ἡ σύγκλητος ἀπὸ σκαραμαγγίων εἰς τὰ Στουδίου. Καὶ οἱ μὲν μάγιστροι καὶ πάτρίκιοι καὶ ὀφφικιάλιοι ἵστανται ἔξω τῆς πρὸς θάλασσαν πόρτης· οἱ δὲ τοῦ κουβουκλείου καὶ οἱ βασιλικοὶ καὶ οἱ τοῦ μαγλαβίου καὶ τῆς ἑταιρείας καὶ τὰ ἀρχοντογεννήμάτα εἰς τὸν ὅρμον, ἔνθα ὁ δρόμων ὁρμᾷ. Ἱστέον, ὅτι οἱ τῆς μονῆς ἀββάδες ἀπὸ τῆς πόρτης ἕως τοῦ ὅρμου ἵστανται στιχηδὸν δεξιᾷ καὶ ἀριστερᾷ. Τῶν δὲ δεσποτῶν πλοῖ ἐρχομένων κατὰ τὸν προῤῥηθέντα τύπον τοῦ ἁγίου Παντελεήμονος καὶ τῆς νηὸς ἐκβάντων, δηριγεύονται ὑπό τε τοῦ κουβουκλείου καὶ τῶν μαγλαβιτῶν καὶ τῶν τῆς ἑταιρείας, δηλονότι τοῦ ἡγουμένου προπορευομένου μετὰ θυμιατοῦ καὶ ἀββάδων μετὰ κηρῶν. Τῶν δὲ δεσποτῶν πλησιασάντων τῇ πόρτῃ, ἔνθα ἵστανται οἵ τε μάγιστροι καὶ C πατρίκιοι καὶ ὀφφικιάλιοι, πίπτουσιν οἱ αὐτοὶ προσκυνοῦντες τοὺς δεσπότας, καὶ ἀνιστάμενοι συνακολουθοῦσιν ὄπισθεν αὐτῶν. Οἱ δὲ δεσπόται προπορευόμενοι διὰ τοῦ ἐξαέρου ἀνέρχονται, καὶ διὰ τῶν ἐκεῖσε διαβατικῶν εἰσέρχονται διὰ τοῦ πρὸς ἀνατολὴν δεξιοῦ μέρους τοῦ νάρθηκος, κἀκεῖσε περιβαλλόμενοι τὰ ἑαυτῶν χρυσοπερίκλειστα σαγία, ἅπτουσιν κηροὺς, καὶ εἰσοδεύουσιν μετὰ τῶν ἱερέων, καὶ πάλιν ἅπτουσιν κηρούς. Ἱστέον, ὅτι εὐθέως γίνεται ἡ εἴσοδος τῆς λειτουργίας, καὶ ὑπὸ τοῦ πραιποσίτου λαβὼν ὁ πρῶτος βασιλεὺς θυμιατὸν, θυμιᾷ, καὶ δεξιᾷ τοῦ βήματος ἐρχόμενοι (κἀκεῖσε γὰρ πρόκειται ἡ τοῦ Προδρόμου ἁγία κάρα), ἅπτουσιν ἐκεῖσε κηροὺς, καὶ ταύτην ἀσπάζονται, καὶ ἐξερχόμενοι εἰσέρχονται εἰς τὸ ἐκεῖσε μητατώριον, καὶ ἐκβάλ- D λουσιν τὰ σκαραμάγγια, καὶ περιβαλλόμενοι κολόβια εἰσερχόμενοι ἵστανται εἰς τὸν γυναικίτην εἰς τὸ δεξιὸν πρὸς ἀνατολὰς μέρος τοῦ βήματος, καὶ ἅπτουσιν κηροὺς εἰς τὴν τοῦ Εὐαγγελίου ἀκρόασιν. Εἶθ' οὕτως ἐξερχόμενοι εἰς τὸ ἐκεῖσε ἀναδενδράδιον κραματίζουσι (44) μεθ' ὧν ἂν κελεύσωσιν ἀρχόντων,

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

(44) Sæpius hoc in codice τοῦ κράματος καὶ τοῦ κραματίζειν fit mentio. Est autem κραμα et *mixtum* dejejunatio, jentaculum, et *mixtare* κραματίζειν, dejejunare; vid. Du Cange v. *Mixtum*, ubi multa hujus significationis exempla attulit. Solebant nempe Græci jejuni ad celebrationem divini cultus et missæ præcipue accedere; quia cibum gustare ante sumptam communionem pro magno crimine habent. Ne igitur nimis diu jejunando sese fatigent, solent, antequam ex ecclesia decedant, buccellas panis aliquot et vini poculum, seu meri, seu aqua mixti, seu aromatibus, quæ Latini sequiores *pigmenta* appellabant (vid. Du Cange h. v.), conditi et fructus horæos atque dulciaria in porticus eccle-

διακονούντων ἐπὶ τοῦ κράματος τῶν ἀδδάδων. Ἀπὸ δὲ τοῦ κράματος ἀνιστάμενοι ἀπέρχονται δι' ἧς διῆλθον ὁδοῦ εἰς τὸν δρόμονα, δηριγευόμενοι καθὼς εἰρήκαμεν.

A viam remeant ad dromonem prædictis cum directione et cerimoniis.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

siæ inferre, iisque sese reficere ad positas ibi longas tabulas, antequam domum quisque suam discedant. Imperatores Græci, cum adhuc essent, proceres suos in metatorio suo seu capella imperiali proposito et exhibito hoc mixto seu jentaculo excipiebant, et quando die quodam festo deberent procerum aliquos ad sacras epulas adhibere, debebat tempore cramatis Atriclinus nominatim singulos, quos secum prandere aut cœnare vellet imperator, invitare, ut ex p. 421, patet, ubi memorabilia hæc verba leguntur: δεῖ ὁμᾶς, ὦ φίλοι, ἐν τῇ βασιλικῇ τραπέζῃ *sub regiis epulis cramatis*, τοῦ κράματος τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας καλεῖν εἰς συνεστίασιν τῶν βασιλέων μεγιστᾶνας. Hæc est brevis idea cramatis. Jam de origine et rei et vocabuli aliquando uberius dicendum est. Ego quidem puto, B crama esse reliquias, imaginem et successionem veterum agaparum. Sentit quidem aliter Joannes Belethus c. 119 Explicationis divini officii, qui *mixtum* hoc aut *parvum prandiolum* (ita appellat) perhibet metu institutum fuisse, ne acceptæ eucharistiæ quidquam cum saliva exspuant qui communicaverint, sed collutione hac oris omnia sacra probe detersa in ventriculum descendant. Digna sunt quæ hic legantur ejus verba, neque pigebit ascribere. . . . . .

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. C
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

Exponendum modo est, ait, *de parvo quodam pranponendum modo est* ait, *de parvo quodam prandiolo, quod fieri debet ante magnum prandium in Paschate, quando communicatum est. Statutum enim est in quibusdam ecclesiis, et ubique terrarum sic deberet fieri, ut illo die panis et vinum in ecclesia haberetur, et, cum homines communicaverint, detur statim unicuique buxea panis, priusquam redeat, et paulum vini, ne forte quidpiam de sacramento in ore* D *remanserit, quod exspuendo facile emitti queat. Posset enim facile contingere, si non statim comederetur. Quæ sane laudata consuetudo omnibus probatur, sumpsitque originem ex institutione B. Benedicti. Instituit namque vir ille sanctissimus ob eamdem causam, ut illi, qui aliis fratribus debent in prandio post communionem ministrare, aliquid prius comederent. Atque hoc quidem prandium mixtum appellant.* H. T. Locum hunc cum primum pone Durandum (nam ejus Rationali subjunctus est Belethus in edit. Lugdunensi) et deinde apud Du Cangium v. *Mixtum* quoque legerem: non poteram satis novitatem sententiæ mirari, quæ censet, mixta fuisse ideo instituta, ut saporem et reliquias omnes sacramenti ex ore abstergeret, ejusque nihil quidquam sineret perire. Sed inveni deinceps auctorem antiquum et gravem Chrysostomum, qui, teste in ejus Vita Palladio, p. 66, πάρῃνει πᾶσι μετὰ τὴν κοινωνίαν ἀπογεύσασθαι ὕδατος καὶ παστίλου, ἵνα μὴ ἀκουσίως τῷ σιέλῳ ἢ τῷ φλέγματι συνεκπτύσωσί τι τοῦ συμβόλου. . . . . .

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

. . . . . Primi Patres Ecclesiæ. cum viderent, neque Judæos, neque Græcos absque ritibus pontificalibus traduci suos in partes posse, indulserunt ipsis et hostiam et sacrificium et epulas sacrificiis adhærentes. Inde remansit in Ecclesia mos in templis epulandi, de quo cum aliquoties fuisset ad nostrum Ceremoniale disserendi occasio, hic oblatam non dimittemus. Adjuncta nempe erant majoribus ecclesiis, in quas solemniter procedere statis diebus solebant imperatores, palatia, aut ipsis potius ecclesiis sic intexta, ut partem earum efficerent. Erat ibi metatorium, in quo desideret imperator, quo tempore nihil ipsius præsentia opus, aut ipsi nihil in ecclesia peragendum esset, audiens hymnos et sermones, si qui recitarentur. In hoc ipso quoque metatorio crama celebrabat seu jentabat cum proceribus, antequam ex ecclesia in palatium reverteretur pransurus. Adhærebat huic metatorio triclinium, in quo aut solus, aut proceribus, quibus vellet, epulabatur, si nempe vesperas in eadem ecclesia celebrare vellet et prandendi causa in palatium reverti nollet. Conf. p. 308. c. fin., 310 c. fin., 323, et alibi. Tandem erat ibi quoque Cœton seu cubiculum, dormitorium, si pernoctare in ecclesia vellet imperator. Huc respiciunt illa Nicetæ Choniatæ de Andronico verba p. 175 ult.: Ἀνεγείρας κατὰ τὸν νεὼν τῶν τεσσαράκοντα μαρτύρων πολυτελῆ οἰκήματα ἑαυτῷ ἀφώρισεν εἰς ἐνοίκησιν, ἡνίκα ἂν ἀφίκοιτο πρὸς τὸ τέμενος. Istius moris imperatorum in ecclesiis prandendi exstant alibi quoque exempla, quorum non pauca Du Cange exhibuit in CPlis Christianæ l. II. p. 136. quibus addo Leonem Grammaticum, apud quem p. 480, hæc leguntur: προφασισάμενος ὁ βασιλεὺς ἀπελθεῖν καὶ δειπνῆσαι εἰς τὸν Ἅγιον Λάζαρον, et Joannem Diaconum in Chronico Neapolitano, p. 304: *Constantinus Augustus Romam venit, — dominico die processit ad Sanctum Petrum cum exercitu suo. Omnes cum cereis exiverunt ei obviam, et obtulit super altare ipsius unum pallium auro textilem et celebratæ sunt missæ. Sabbato sequenti venit ad Lateranum, lavit et ibidem pransit in basilica Vigilii.* Clerici quoque in ecclesiis convivabantur, et hoc convivium κυριακὸν appellabatur, teste Phavorino, in cujus lexico hæc glossa legitur: Κυριακὸν τὸ ἔγκληρον ἐν ἐκκλησίᾳ δεῖπνον, epulum soli clero destinatum et ab eo solo celebrari solitum in ecclesia. Saxius in notis ad Landulphi historiam Mediolan. ait vestigia veterum agaparum seu conviviorum ad fovendam charitatem mutuam institutorum vestigia usque ad sæculum XIV in ecclesia Mediolanensi perdurasse, epulas nempe in ecclesiis soli clero sacra facienti indultas, amoto luxu omni et vulgi promiscui intemperantia. Solent adhuc hodie Græci epulas funebres propinquorum suorum memoriæ sacras, aut illorum martyrum natalitias, quibus ecclesia quæque dedicata est, in porticibus ecclesiæ seu in narthece celebrare, ubi longa mensa una aut plures stant, quibus dapes imponuntur et assidetur a convivantibus. *Vid.* Gerlach. Itinerar. p. 206, et Ricaut, *De l'état de l'Eglise grecque* p. 288.

329 CAPUT XIV.

Observanda in electione et ordinatione patriarchæ Constantinopolitani.

Vivis exempto patriarcha, significat imperatque

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ χειροτονίᾳ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως (45).

Τελευτῶντος τοῦ πάτριάρχου, δηλοῖ ὁ βασιλεὺς

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

cujus verba, quoniam crama nostrum illustrant, apponam. *Au bout de huit jours* [ab exsequiis] *on leur rend une visite de charité pour les consoler de leur perte et pour les accompagner à l'église, où il se fait des prières pour le repos de l'âme du mort. Les hommes mangent et boivent encore dans l'église tandis que les femmes renouvellent leurs lamentations ; — à la fin de la cérémonie on donne aux amis du bled et du ris bouilli, du vin et des fruits secs. Cette pratique connue par le nom de* τὰ σπερνα *passe parmi eux pour être d'une très grande antiquité*, etc. Est sane, ut e dictis hactenus patet, mos antiquus, qui natales debet cramati et agapis. Cerlach. hunc morem sic describit p. 63, cujus verba Latine reddam. *Post celebratum cultum divinum et distributam Agapen fiebant exsequiæ feminæ cujusdam, id est cantabatur ; quem cantum populus sæpe suo*, Κύριε, ἐλέησον *interpolabat. Sacerdos dicebat preces, incensabat fructus, uvas passas, amygdala, legumina alia, dulciaria, in magnis lancibus in superiore parte coram tribuna exposita, interea dum Psaltes cum suis discipulis antiphonas caneret. Postremo fructus illi consecrati cum delicatissimo vino rubro inter concionem distribuebantur. Quo facto, missæ datæ, et discessum fuit.* Dona hæc, lances inquam saturas dulciariis et vino et bellariis onustas et in memoriis martyrum aut aliorum fidelium ecclesiæ oblatas et in concione distribuendas, κανίσκια, *sportulas* olim appellabant. Balsamo ad canon. 4 Apostol. : Τὰ ἐπὶ ταῖς μνήμαις τῶν ἁγίων καὶ τῶν κατοιχομένων προσφερόμενα καὶ κανίσκια λεγόμενα διὰ πολυειδῶν ὀπωρῶν κοσμούμενα τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρονται. Sed redeo ad inceptum de cramate sermonem. Manavit ab hoc cramate seu distributione buccellæ panis cum haustu vini aut buccellæ vino intinctæ aut cochlearis vini cum intrito vel injecto panis frusto, antequam ex ecclesia discederetur, mos laicis poculum negandi. . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

Venit tandem successu temporis etiam crama in desuetudinem, et sic factum, ut laici prorsus calice exciderent, atque pro sacramento id unum retinerent, quod Græci ἀγάπην aut ἀντίδωρον appellant, frustum panis consecrati, quod in Ecclesia Græca solet non communicantibus distribui. Cramatis quoque species est illa largitio monachorum, de qua Goarus ad Euchologium p. 715 refert solere eos die Paschatis, peractis missæ solemnibus, panes, caseum et ova in ecclesia benedicere et consistentibus in narthece ante lautiorem cibum degustanda cum benedictione apponere Ordinarie crama consistebat in frusto uno panis et haustu vini, interdum quoque addebantur τρωκτὰ, *ficus, dactyli, amygdala*, item saccharata. Menologium (apud Du Cangium Gl. Gr. p. 752) : Λαμβάνουσιν οἱ ἀδελφοὶ κλαστὸν καὶ πρὸς ἓν κρασοβόλιον ἐν τῷ νάρθηκι, καὶ πλέον οὐδέν, *accipiunt fratres crustutum et singulos cyathos vini in narthece et nihilo plus*. Triodium in Sabbato Sancto : Εἰσέρχεται ὁ κελλαρίτης, καὶ ἐπιδίδωσι τοῖς ἀδελφοῖς ἀνὰ κλάσμα τοῦ ἄρτου καὶ ἀνὰ ἓξ ἰσχάδων ἢ φοινίκων καὶ ἀνὰ ἑνὸς κρασοβολίου οἴνου. Huc quodammodo etiam pertinet ille mos (de quo vid. Casalium de Ritibus *veter.* Christian. p. 61) lac et vinum dulce mixtum recens baptizatis dandi. Nam ut hæc refectio conclusio rituum baptismi et velut gratiarum actio sacerdotis ad baptizatum pro suscepta fide erat : sic erat quoque crama conclusio divini officii, eoque clerus profitebatur quasi populo gratum animum ob præstitam sibi operam, et hoc quasi præmium studii dabat. Si quæritur, unde panis, vinum, bellaria, totus apparatus jentaculi talis sumptus fuerit, conjicio procuratores ecclesiæ cujusque illas species e reditibus ecclesiæ comparasse : consuevisse quoque fideles portiones panis, vini, aliarum rerum secum in ecclesiam afferre, quorum partem sacerdos sumeret sacrificio inde conficiendo, aliam agapæ seu antidoro aliam cramati destinatam. Transeamus nunc ad indagandam nominis etymologiam. Crama potuit vel ideo sic dictum fuisse, quod miscellaneis in speciebus et velut in satura quadam lance consisteret : vel quod κεκραμμένον id est *infusum*, nempe vinum, exhiberetur, aut quod misceretur, id est infunderetur in eo vinum : vel denique quod vinum daretur aqua mixtum et temperatum. Habent omnes tres etymologiæ speciem, sed maximam duæ posteriores. *Mixtum* opponi solet *mero* et κρᾶμα τῷ ἀκράτῳ : vid. Du Cange v. *Merus*. Suadet quoque primorum Christianorum, a quibus hic mos manavit, nota sobrietas, vinum, quod in agape fidelibus daretur, aqua mixtum et ideo κράμα dictum fuisse, quod miscendum esset aqua et misceretur, idque Christianos maluisse, quam Græcorum gentilium ἄκρατον, vinum merum, quo illi in suis ἀκράτοις vel ἀκρατισμοῖς, *dejejunationibus*, utebantur. Clare id patet e loco Justini Martyris in Apologia : Ἀλλήλους φιλήματι ἀσπαζόμεθα παυσάμενοι τῶν εὐχῶν, ἔπειτα προσφέρεται τῷ προεστῶτι τῶν ἀδελφῶν ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος καὶ κράματος. Est hic crama vinum meracum, sed aqua miscendum : propterea paulo post pro ea voce οἶνον substituit : Οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν ἀπὸ τοῦ εὐχαρισ[τη]θέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος. Patrocinatur huic etymologiæ quoque vox εὔκρατον, de qua vid. Du Cange Gl. Gr. p. 455. Est autem εὔκρατον εὐκρὰς more novorum Græcorum υ pro γ usurpantium idem, quod ἔγκρατον et σύγκρατον. Potest tamen a vino vel maxime meraco dictum fuisse. Nam quamvis *mixtum* notat illud vocabulum, usurpatur tamen κεραννύειν Græcis et *miscere* Latinis pariter pro *infundere* liquorem in vas quemcunque tandem. Exempla dedit Du Cange v. *Miscere*. Homerus : Ἔλαιον θυμῆρει κεράσασα κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων, *defundens oleum super caput et humeros*. Hinc κρᾶσις est novis Græcis omne vinum, merum perinde ac mixtum, et quia meri haustu solebant dejejunare, propterea κρᾶσιν πίνειν ipsis est jentari, γεύεσθαι. Gloss. Græcobarb. (apud Du Cangium v. Πίνειν) : γεύεται, ἢ γεύγεται, ἢ πίνει κρᾶσιν. Constitisse autem ipsorum ἄκρατον seu jentaculum in haustu vini, patet ex loco Cinnami p. 158 fine, ubi Dionysius, Hunnorum dux, in arma suos ire et σὺν εἰρωνείᾳ πολλῇ ἀκρατίζεσθαι ἐκέλευσεν, εἰς ὑγίειαν τῶν Ῥωμαίων προσιεμένους τὸ ἔκπομα, οἱ δὲ ἀναστάντες ἐπιόν τε καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις ἐγίνοντο. Unum adhuc est quod addam de versione Leichiana hujus vocabuli. Quæ etsi mihi non probatur, potuit tamen V. D., ut κραματίζειν pro *confabulari* acciperet, inducere usus verbi *miscere* apud Latinos medio ævo, quando *miscere* simplex idem erat atque *miscere sermones* ; vid. Du Cange Gl. Lat. h. v.

(45) De ritibus electionis patriarchæ CPtani multi

τοῖς θεοφιλεστάτοις (46) μητροπολίταις ψηφίσασθαι τρεῖς, οἳ καὶ αὐτοῖς [17] δόξουσιν εἶναι ἄξιοι εἰς πατριάρχην. Καὶ δὴ τούτων συναθροισθέντων ἐν τοῖς κατηχουμενίοις τῆς ἁγιωτάτης Μεγάλης ἐκκλησίας (47), καὶ ψηφισάμενοι οὕς ἂν βουληθῶσι, ἀντιδηλοῦσι τῷ βασιλεῖ τούτους, καὶ κελεύει ὁ βασιλεὺς εἰσελθεῖν τούτους (48) εἰς τὸ παλάτιον. Καὶ δὴ τούτων εἰσελθόντων καὶ στάντων ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, διδοῦσιν ἐγγράφους (49) οὕστινας ἐψηφίσαντο. Ὁ δὲ βασιλεὺς εἰ μὲν συλκατατίθεται καὶ ἀρεσθῇ εἰς ὃν ἂν εὐδοκήσῃ· εἰ δὲ καὶ μήγε (50), λέγει· « Ἐγὼ

A imperator Deo charissimis et Dei amantissimis metropolitis, tres ut candidatos, quos ipsi patriarchatui aptos et dignos reputent, denominent. Conveniunt ergo in catechumeniis sanctissimæ Magnæ ecclesiæ, et vota edunt sua iis, quibus visum fuerit, et electorum a se virorum nomina ad imperatorem renuntiant. Ergo convenire illos jubet imperator in palatium. Ingressi et coram domino collocati porrigunt ipsi scripto designata eorum trium, quos ipsi elegerint, nomina. Quos inter si etiam ille fuerit, quem imperator cupiat, aut in quo acquiescat,

VARIÆ LECTIONES.

[17] οἳ καὶ αὐτοῖς conj. R., οἵς αὐτοὺς cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

multa, ut Habertus in Pontificali, et Du Cange v. Μήνυμα et Πρόβλησις, quos hic exscribere nolo. De voce *Patriarcha* id unum adhuc noto, repetendam eam esse inde, quod ille sit πάρχω τῶν πατρίων, institutorum patriorum rituum a majoribus ad posteros transmissorum » ἐξήγητὴς καὶ φύλαξ, *ordinator, præitor et custos*. Notum τά πατρια ceremonias, instituta genti cuidam aut familiæ propria notare. Plutarch. in Numa p. 24 : ἕνια τῶν Νουμᾶ πατρίων ἀποῤῥήτον ἔχει τὸν λόγον. Caput nostrum de reliquo illustrat, et non inutile erit conferre caput hujus ipsius secundi libri 38, quod agit de electione Theophylacti in patriarcham.

(46) Hominum sacri ordinis et Deo dicatorum hic titulus est, clericorum et monachorum. Reddidi « Deo charissimis et Dei amantissimis, » ne vim vocabuli non exhaurirem. Inest sane utraque idea. Poteram tamen posterius omittere. Græci enim quando de talibus loquuntur, θεοφιλεῖς appellant non tam ad eorum amorem erga Deum quam ad amorem Dei erga ipsos respicientes, et observavit Hœschelius ad Vitam sancti Antonii, Deum amantes θεοφίλους et φιλοθέους, a Deo amatos autem θεοφιλεῖς appellari. Quamvis enim clarum sit, θεοφιλὴς πάροδος apud Nicetam p. 32 esse « transitum Dei amantem » qui propter amorem Dei fit, et neutri opinioni repugnet analogia, favet tamen posteriori magis. Ut πορνογενὴς est » a scorto natus, » Basilicor. l. XLIX, tit. 4, c. 18, ita θεοφιλὴς « a Deo amatus. » Hoc sensu Aristides T. I, p. 48, c. fin. poetas θεοφιλεῖς dixit : Οἱ ποιηταὶ μόνοι θεοφιλεῖς εἰσι, « soli sunt Deo » vel « diis chari, » καὶ παρὰ τούτων οἱ θεοὶ ἡδιστα δέχονται τὰ δῶρα. Pariter eumdem eodem loco θεοφιλῆ et Θεῷ κεχαρισμένον appellat Alexander Trallianus V, 4, Jabocum Psychristam, medicum sic dictum, quod diæta refrigerante uteretur, μεγάλου ἀνδρός, ait, καὶ θεοφιλεστάτου περὶ τὴν τέχνην γενομένου, « cui Deus ex ingenti amore præclaram in arte medica fortunam et dexteritatem raram indulsit, » ἦν γὰρ θεοφιλὴς καὶ ἐπιεικὴς ὁ ἀνὴρ καὶ Θεῷ τῷ ὄντι κεχαρισμένος. De quo loco vid. Schurtzfleisch. ad Eusebii Chronicon p. 91. Olim tribuebatur ille titulus etiam imperatoribus ; deinde clerus eum in peculium accepit, titulo τῶν φιλοχρίστων imperatoribus permisso. Athanasius in Apologia ad Constantium imp. σὺ δὲ, ὦωθεοφιλέστατε Αὔγουστε, ζήσαις πολλαῖς ἐτῶν περιόδοις καὶ τὰ ἐγκαίνια ἐπιτελέσαις. Deinde inter alios titulos, quibus compellabatur patriarcha coram et in scriptis, erat quoque ἡ σὴ θεοφίλεια, ut e jure Græco Romano constat. In nostro præsenti loco datur prædicatum θεοφιλέστατοι metropolitis. In formula vero renuntiandi patriarcham, quam Du Cange Gl. Gr. p. 927 e Malaxo refert, datur iisdem prædicatum θεοφιλέστατοι ; episcopis autem πανιερώτατοι ; vid. paulo post ad 336 dicenda.

(47) *Magna ecclesia* est eadem atque Sancta Sophia, et quia olim sedes patriarchatus CPlani penes eam erat, dicebantur qui ad patriarchatum illum promoverentur « ad excelsissimum et magnum patriarchalem thronum Magnæ Christi ecclesiæ promoveri. » Sic in laudata modo formula apud Du Cangium Jeremias e metropolita Larissæ in patriarcham CPtanum sublimatur his verbis, quæ referre haud piget neque a re præsenti alienum est. Ἡ θεία καὶ ἱερὰ σύνοδος τούτους τῶν πανιερωτάτων μητροπολιτῶν, θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, τῶν τιμιωτάτων κληρικῶν, τῶν εὐγενεστάτων ἀρχόντων καὶ παντὸς τοῦ Χριστωνύμου λαοῦ προσκαλοῦνται τὴν ἀρχιερωσύνην σου ἀπὸ τὸν θρόνον τῆς ἁγιωτάτης μητροπόλεως Λαρίσσης εἰς τὸν ὑψηλότατον καὶ μέγαν θρόνον τὸν πατριαρχικὸν τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Χριστοῦ Μεγάλης ἐκκλησίας.

(48) Hoc primum τούτους pertinet ad *electos*, denominatos, secundum vero proxime sequens τούτους ad *electores*, denominatores. Maluissem tamen pro primo τούτο aut περὶ τούτου ; « renuntiant ad imperatorem, se mandata perfecisse. » Quorsum enim opus erat nomina eorum in scripto exhibere, quæ jam orali relatione significassent? Nihil tamen ausus hic fui in Latinis movere, aut a Græcis discedere. De more ternos viros ad episcopatum denominandi, quorum unum primis temporibus ordinator, et deinceps imperator eligeret, egit Habertus p. 459.

(49) Syntagma patriarchale (apud Habertum p. 477 : Ὡρίσθησαν οἱ ἄρχοντες τοῦ πατριαρχείου καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἐγγράφως γνωμοδοτῆσαι, καὶ προεβλήθη διὰ προστάγματος Μάξιμος. Vocem πρόσταγμα non recte accepit ibi Habertus. Est enim non, quod ipse vult, designatio nominum candidatorum patriarchatus imperatori a proceribus patriarchei scripto exhibita, sed ipsa προβλησις, renuntiatio ex imperatoris ore profecta, ἡ ὁμολογία τοῦ βασιλέως διὰ στόματος οἰκείου, ὡς στέργει τὸν ἐκλεγέντα παρ' αὐτῆς ἐψηφισμένον etc., ut ait Symeon Thessalonicensis apud Du Cangium v. Πρόβλησις.

(50) Apparet ex hoc capite et hoc præcipue loco, τὴν πρόβλησιν seu renuntiationem imperatoris non fuisse meram, ut Symeon Thessalonicensis vult. συγκατάθεσιν, assensionem et contestationem suæ acquiescentiæ in proposito candidato, sed pleno cum jure constitutionem ejus, quem pro suo libero arbitrio, a clero commendatum nec ne, velit jubeat patriarcham esse. Voluerunt quidem Græci sacerdotes jugum hoc dependentiæ suæ a potestate sæculari excutere, verbisque captiosis illuc viam sibi sternere studuerunt : sed æque illis atque Latinis non successit. Verba Symeonis hæc sunt. Ait imperatorem hunc Ecclesiæ honorem habere ut profiteatur ore suo, in actu renuntiationis, ὡς στέργει τὸν ἐκλεγέντα παρ' αὐτῆς ἐψηφισμένον, τὴν Ἐκκλη-

bene res habet, et renuntiat illum : quod si vero præter ibi scriptos alium aliquem patriarcham creatum velit, significat se hunc vel illum, nominatim citans, velle patriarcham creatum habere. Metropolitis, ut par est, imperiali mandato atque optioni acquiescentibus atque cedentibus (modo dignus et aptus muneri sit a domino denominatus), fit metastasimon, vel exitur e palatio, totusque senatus et metropolitæ omnes, ecclesiastici omnes, proceres et presbyteri reliquique sacerdotes abeunt ad magnauram; quo etiam imperator in scaramangio et sago aurea prætexta septo pergit, et coram ibi astans alloquitur senatum et metropolitas his verbis : « Divina gratia et nostra, quæ illi debetur, imperialis majestas creat hunc » [quem videtis et monstro] « virum piissimum Constantinopoleos patriarcham. » (Adest enim coram honorandus.) Acquiescunt omnes et acceptant domini judicium, eique pia vota ingerunt, et alia significant, quæ vo-

A τὸν ὁ δεῖνα θέλω γενέσθαι. » Καὶ τῶν μητροπολιτῶν ἐπὶ τούτῳ συγκαταθεμένων καὶ τῇ βασιλικῇ προστάξει καὶ κρίσει κατὰ τὸ δίκαιον ὑπεικόντων, εἰ ἄρα ἄξιος εἴη, γίνεται μεταστάσιμον, καὶ ἀπέρχεται ἐν τῇ μανναύρᾳ πᾶσα ἡ σύγκλητος καὶ οἱ μητροπολῖται πάντες καὶ πάντες οἱ τῆς Ἐκκλησίας ἄρχοντες καὶ πρεσβύτεροι καὶ λοιποὶ ἱερεῖς. Καὶ ἐξέρχεται ὁ βασιλεὺς ἀπὸ σκαραμαγγίου, φορῶν καὶ τὸ χρυσοπερίκλειστον σαγίον, καὶ ἵσταται, καὶ λέγει πρὸς τε τὴν σύγκλητον καὶ τοὺς μητροπολίτας· « Ἡ θεία χάρις (51) καὶ ἡ ἐξ αὐτῆς βασιλεία ἡμῶν προβάλλεται τὸν εὐλαβέστατον τοῦτον (52) πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως. » Καὶ αὐτὸς γὰρ ἐκεῖσε πάρεστιν ὁ μέλλων χειροτονηθῆναι. Καὶ πάντων ἀποδεξαμένων, ἐπεύχονται τὸν βασιλέα, καὶ ἄλλα, ὅσα βούλονται, λέγουσι πρὸς αὐτόν. Εἶθ' οὕτως ὁ βασιλεὺς παραδίδωσιν αὐτὸν τῷ πραιποσίτῳ καὶ ἄρχουσι τοῖς τοῦ κουβουκλείου καὶ σιλεντιαριοις, καὶ ὑπὸ τοῦ πραιποσίτου καὶ σιλεντιαρίου παρακρατούμενος (53) καὶ

B

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

σίαν ποιμαίνειν καταδεξάμενον, καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ Γριάδι τῇ δωρησαμένῃ τούτῳ τὴν βασιλείαν, ἔχει [gratum et acceptum habet,] καὶ αὐτὸς ἀρχιεπίσκοπον ΚΠ νέας Ῥώμης καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην, οὐ μὴν ἐνεργεῖ αὐτὸν αὐτὸς, οὐδὲ δίδωσί τούτῳ τι ἀλλὰ συμφρονεῖ καὶ ἐπακολουθεῖ τῷ ἔργῳ. Falsa sunt hæc postrema : « Non tamen in functionem et exercitium muneris enm ipse imperator immittit, neque dat ipsi quidquam, sed consentit et acquiescit rei jam antea perfectæ ab aliis, velut pedissequus pone sequens. » Si vera hæc sunt, nemini unquam ullam dignitatem sæcularem contulit imperator, sed ab ipsis honoratis arreptam tantummodo consensu suo, quem negare non potuerit, confirmavit. Eadem enim formula, qua dignitates et officia quæcunque alia conferebat : « Nostra per Deum majestas creat et renuntiat te talem vel talem, » patriarchatum quoque conferebat. Quæ mentiendi impudentia illud affirmare ad clerum pertinere, et a solo clero tribui, quod ni quis ab imperatore acceperit, nunquam obtineat ; cujus collationi sola voluntas et edictum imperatoris intercedere valet. Aliquanto modestius et verius Nicephorus Gregoras l. III : Ἀρσένιος ἱερᾶται καὶ πατριάρχης χειροτονεῖται κοινῇ τῶν τε ἀρχιερέων γνώμῃ καὶ ψήφῳ, καὶ τοῦ βασιλέως τὰ μέγιστα συναινοῦντος καὶ ἐπικυροῦντος, ὡς ἔθος ἐστὶ, τὴν ἀρχιερωσύνην. Recte vero addit τὰ μέγιστα *quod rei caput est*. Nam in voluntate et assensu imperatoris vertebatur totius negotii cardo.

C

(51) Solemnis formula in ordinationibus seu promotionibus ecclesiasticis, et tanti ponderis, ut absque ea ordinatio irrita et nulla sit ; Habet. Pontif. p. 116. Unde apparet, apud Cedrenum p. 449 post ἐκπεφώνηται, non post ἐπίσκοπον, ponendam esse majorem distinctionem. Habet tamen Codinus aliam, cui hæc formula deest, hanc nempe : Ἡ ἁγία Τριὰς διὰ τῆς παρ' αὐτῆς δωρηθείσης ἡμῖν βασιλείας προβάλλεταί σε ἀρχιεπίσκοπον ΚΠ., νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸν πατριάρχην.

D

(52) A pronuntiante hæc verba debebat identidem pro varia qualitate subjecti addi character ordinandi patriarchæ quem hactenus quisque gesserit, ἱερέα aut ἱερομόναχον aut πρεσβύτερον, ἐπίσκοπον, ἀρχιεπίσκοπον, μητροπολίτην, aut denique σύγκελλον. Titulus εὐλαβέστατος erat minoribus gradibus ecclesiasticis proprius. Concil. VI, Act. 12 : οἱ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι καὶ οἱ εὐλαβέστατοι κληρικοὶ οἱ ὑπὸ τὸν θρόνον τυγχάνοντες τῆς Ἀντιοχέων πόλεως.

(53) Verbum παρακρατεῖν significat aliquem medium interceptum a lateribus tenere, ut elabi nequeat. Eleganter M. Antoninus Philosoph. imp. XI, : 18 τὸ πνευμάτιόν σου καὶ τὸ πύρωδες πᾶν ὅσον ἐγκέκραται παρακρατεῖται ἐνταῦθα ὑπὸ τοῦ συγκρίματος. Hoc modo quos honorare vellent, deducebant comites, præsertim si quis ad imperatorem adducendus esset, medius interceptus a duobus brachia ejus tenentibus coram sistebatur ; quod honoris sub specie vere erat imperatoris securitati prospicere. Hodieque mos ille in aula Turcica observatur, in quam e Græca cum multis aliis traductus fuit. « Singuli, » ait Busbekius Epist. I. p. 71, de se suisque comitibus ad Solimannum deductis, « ut ingressi sumus, ad eum a cubicularis ejus deducti sumus, brachia nostra tenentibus. (Ita enim fert eorum consuetudo ab eo tempore, quo Croata quidam in vindictam domini sui interfecti, Marci, despotæ Serviæ petito colloquio Amuratem occidit.) Posteaque, veluti deosculata ejus manu, ad parietem oppositum cessim ita sumus reducti, ne illi tergum aut ullam posterioris corporis partem obverteremus. » Potest illa ratio, quam allegat Busbekius, Turcas cautos fecisse, et eo magis hunc morem suasisse. Sed procul dubio manavit in aulam Turcicam e Græca. Illa enim se ad hujus exemplum plurimis in rebus formavit. Sæpius apud Nostrum fit mentio patriarchæ a silentiariis tam in accessu ad imperatorem, quam in recessu, παρακρατουμένου ; p. 18, Luitprandus Histor. VI, 2, se ipsum ait « duorum eunuchorum humeris incumbentem ante imperatoris præsentiam deductum fuisse. » Id idem in se quoque instituebant Romani pontifices. [Ordo Roman. I, de missa pontificia p. 15 : *Descendit pontifex de sede cum primicerio notariorum et primicerio defensorum tenentibus ei manus*, et p. 141 : *Tunc surgit dominus pontifex a duobus sustentatus in processione progrediens, sicut mos est.*]* In collectione tabularum Ferriolensium tab. 87, exhibetur imago sponsæ Armenicæ, quam duæ amicæ paranymphæ mediam interceptam ad ecclesiam deducunt marito copulandam, tenentes eam utroque brachio, sed manibus non nudis, sed pretioso manucciolo velatis. Vita sancti Nili junioris p. 152 : Κρατήσαντες αὐτὸν ἀμφοτέρωθεν τῶν χειρῶν ἀνήγαγον εἰς τὸ πατριαρχεῖν καθίσαντες αὐτὸν μέσον. Sed præcipue elegans et memorabilis est locus Sguropuli in Hist. Concilii Florent. sect. IV, c. 5 : Διερχομένων οὖν ἡμῶν τὰς ὁδοὺς ἐκρατεῖτο ὁ πατριάρχης ἀπὸ τῶν ἀγκαλῶν ἀπὸ μὲν τοῦ ἑνὸς μέρους παρὰ τοῦ Κορώνης Χριστοφόρου εὐπρεπέστερον, ἀπὸ δὲ θατέρου παρὰ τοῦ Πορτουγάλου ἄκροις

ὑπὸ τῶν ἐκκλησιαστικῶν δηριγευόμενος, ἀπάρχεται ἐν τῷ πατριαρχείῳ. Ὁ δὲ βασιλεὺς ὑποστρέφει καὶ εἰσέρχεται ἐν τῷ παλατίῳ. Καὶ ἑορτῆς ἐνιστάμένης ἢ Κυριακῆς, γίνεται πρόκεντον ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καθὼς ἡ συνήθεια ἔχει, καὶ δέχεται τούτους ὁ ὑποψήφιος (54) μετὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πάσης τάξεως. Καὶ δὴ κατὰ τὸν εἰωθότα τύπον εἰσοδεύσαντες, καὶ τῶν ἐξῆς ἐπιτελεσθέντων κατὰ τὰς λοιπὰς προελεύσεις, ἀπάρχονται οἱ θεοφιλεῖς μητροπολῖται τῆς τιμίας χειροτονίας. Οἱ δὲ φιλόχριστοι βασιλεῖς μικρόν τι ὀπισθοποδοῦσιν (55), ἕως ἂν τελεσθῇ παρὰ τῶν μητροπολιτῶν τὰ τῆς χειροτονίας, καὶ εἶθ' οὕτως διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους τοῦ βήματος καὶ τοῦ κυκλίου εἰσέρχονται ἐν τῷ εὐκτηρίῳ, ἐν ᾧ καὶ ἡ ἀργυρᾶ ἵδρυται σταύρωσις, καὶ διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστοῦσιν τῷ Θεῷ, καὶ τὸν πατριάρχην ἀποχαιρετίσαντες, ἐξελθόντες, εἰ μὲν ἔστιν μεγάλη Κυριακὴ ἢ Πεντηκοστή, εἴτε ἄλλη ἑορτή, ἐν αἷς ἀπέρχονται οἱ δεσπόται ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, εἰσέρχονται ἐν τῷ μητατωρίῳ, καὶ τὰ ἐξῆς ἐπιτελεῖται, καθὼς καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς προελεύσεσιν. Εἰ δὲ ἄλλη ἑορτή, ἐν ᾗ οὐκ ἀπέρχεται ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ἢ παγάνῃ Κυριακῇ, ἀνέρχονται διὰ τοῦ κοχλιοῦ τοῦ πρὸς τὸ μέρος τοῦ ἁγίου Φρέατος ἐν τοῖς πρὸς ἀνατολὴν δεξιοῖς

luerint. Tum præsentat et committit imperator novum patriarcham præposito et proceribus cubiculi et silentiariis : et sic utrinque brachio sublevatus deducitur a præposito et uno quodam silentiario in patriarcheum seu residentiam patriarchæ, ecclesiasticis dirigentibus et obsequentibus ; imperator autem revertitur in palatium. Proxime illinc instante die festo Dominicove fit processio in Magnam ecclesiam, prout illuc processiones fieri solent. Electus aut præpositus, unaque cum eo totus ecclesiasticus ordo, imperatores ibi cum comitatu excipit. Intratur in navim, et officium fit secundum formulam consuetam, fiuntque omnia deinceps ea serie iisque ritibus, qui aliis in processionibus obtinent. Tum, peractis illis, incipiunt Deo cari metropolitæ electionem et ordinationem patriarchæ. Imperatores autem Christi amantes parum retro in vestigia sua recedunt, et exspectant donec a metropolitis ea quæ ad ordinationem pertinent peracta fuerint. Tum intrantes per dextram regionem tribunæ et per cyclium in sacellum, in quo argentea dominicæ passionis imago conspicitur, adorant ter Deum cum cereis, et salvere jusso patriarcha, exeunt in metatorium, fiuntque reliqua, ut in consuetis processionibus, si nempe solemnis

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

δακτύλοις, καθὼς εἰώθασιν οἱ Λατῖνοι πρεσενταρίζειν. Ergo minus decorum reputabatur Græcis alicui tantum extremos manus articulos non tam apprehendendos, quam tangendos, solummodo, in speciem, Latino more, porrigere, decentius autem, ut Græci ipsi faciebant, suum brachium alterius brachio subjicere et circumplicare et sic ipsum ducere. Vetustus ille mos est et ad Byzantinos a Romanis venit. Legitur enim in vita Caracallæ T. I Script. Hist. Aug. p. 710, eum e Capitolio, ubi pro suscepto recens imperio Jovi Capitolino gratias egerat et vota fecerat, in palatium rediisse *innitentem* [παρακρατούμενον] *Papiniano et Chiloni*, ambobus præfectis prætorio. Plerumque qui alterum sic deducerent, ipsi erant dignitate suppares ; interdum etiam æquales, ut apud nostrum pag. 363 Heraclius junior, e despotæ dignitate in Cæsarem evehendus, dicitur in solemni ad ecclesiam processione ivisse ad latus majoris fratris sui Constantini, ab eodem παρακρατούμενος. Significetne idem Gervasius verbo *Subascellatus* apud Du Cangium Gl. Lat. h. v., viderint quibus volupe et locus ille ad manus fuerit integer.

(54) Sic appellatur, quem Latini *electum* dicunt, id est suffragiis et spe muneri alicui sacro civilive, seu sacro præcipue, destinatus, nondum tamen ordinatus, renuntiatus aut investitus, ille, ad quem pertinet ἡ ὑποψήφισις vel τὸ ὑπεψηφίσθαι, altera denominatio, priori subjecta et submissa. Clericorum enim denominatio ψῆφος *suffragium*, simpliciter dicitur, et ψηφίζεσθαι, *votare*, ut sic dicam, dicuntur clerici, quando candidatos tres denominant et proponunt imperatoris delectui velut habiles et dignos. Imperator autem dicitur ὑποψηφίζεσθαι, *subvotare*, id est *postvotare*, quando unum aliquem a clero denominatorum aut alium aliquem ipse denominat et ordinari jubet ; et talis denominatus ὑποψήφιος, id est *subvotarius*, *postvotarius*, secundo voto designatus dicitur. Usus hic, quem dixi, verbi ὑποψηφίζεσθαι clare patet in illis Joannis Cantacuzeni, p. 859 : τοιγαροῦν ζητήσεως προκειμένης περὶ πατριάρχου τὴν ἀρχαίαν ἐλευθερίαν ἀποδίδωμι οὐχ ὑμῖν μᾶλλον ἢ Θεῷ, ᾧ μελήσει μάλιστα τὸν καλῶς τῆς Ἐκκλησίας προστησόμενον ἀποκαλύπτειν· ὕστερον δὲ καὶ αὐτὸς ἕνα τῶν τριῶν ὑποψηφιοῦμαι ὥσπερ ἔθος. Est ergo ὑπό in hoc compositione idem quod ἐπὶ, *super*, *post* aliud quidquam præcedens.

(55) « Cessim se recipiunt, » ut ait Busbekius loco modo laudato, ne posticam præbeant venerabili consessui spectandam. Quorsum autem et quoad cesserit imp., patet ex p. 367, ubi dicitur imp. parumper retro cessisse μέχρι τοῦ ἀργυροῦ κίονος τοῦ κιβωρίου. Ergo intra altare et cancellos tribunæ perficiebant ordinationem sacerdotes. Mos idem adhuc a Turcis observatur, Græcorum exemplo doctis, ne honoratiori, aut cui quis honorem habere velit, tergum obvertat, sed retro in vestigia sua vultu irretorto eat. Idem Busbekius alio loco p. 14 salutationem Ganizarorum sic describit. « Ubi in cænaculum erant admissi, ait, capite demisso me salutabant. Inde propere et pæne cursim accedentes vestem mihi aut manum, veluti deosculaturi, tangebant, fasciculumque hyacinthorum vel narcissorum obtrudebant [ὁσφράδια Nostro sunt], et mox pari fere celeritate recessim ad fores, ne mihi tergum obverterent, regrediebantur ; id enim institutis eorum habetur indecorum. Ibi summa cum modestia compositis sinum manibus [χερσὶ δεδεμέναις] terramque intuentes tacite adstabant, magis ut in iis monachos nostros agnosceres, quam milites. « Noster id ὀπισθοποδεῖν uno verbo et ὀπισθοφανῶς ἀπέρχεσθαι dicit p. 101, item p. 85, et p. 353, habet ὀπισθοφανῶς ἀπάγειν. Xenophon, si bene memini, ἀναποδηδὸν et ἀναποδίζεσθαι dixit. Cæterum non licebat imperatoribus electioni interesse, ne auctoritate sua scilicet clerum terrerent et ad electionem vitiosam pertraherent aut cogerent ; clerus vicissim nolens volens alium quam vellet et jussisset imperator non eligebat, libere tamen eligebat. Sic mimum ludimus, sacrum hi, profanum alii. Conf. Sigon de regno Italiæ p. 22, v. 49, ad A. 595.

hæc actio aut in magnam Dominicam seu festum ipsum Paschatis, aut in festum Pentecostes aliumve diem festum incidat, in quo dominos **327** ad Magnam ecclesiam abire obtinet. Quodsi vero hæc actio in diem festum alium, quo dominus de more non abit, aut in Dominicam paganam [qua processio solemnis celebrari alias non solet] incidat, ascendunt per cochleam, quæ est in regione sancti putei, ad partem ad orientem, versus dextram catechumeniorum, et ibi exspectant audiuntque sancti Evangelii recitationem.

A μέρεσιν τῶν κατηχουμενίων, ἐκδεχόμενοι τὴν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν.

CAPUT XV.

Observanda, quando [legati exteri] exceptio fit in magno triclinio magnauræ, dominis super throno Salomoneo residentibus.

Exceptio si fieri debet in magnaura, non recluditur palatium eo, ut ibi matutina constet atque celebretur quotidiana processio et conventus : sed procedit totus senatus mane in magnauram, ibique mutant vel induunt mutatoria. Finita ferme hora B secunda, cum omnia parata sunt intrant [in dominorum cubiculum] præpositi et cubicularii omnes per ecclesiam Domini. Imperatores autem, induti dibetesia et saga auro prætextata, exeunt per porticus SS. Quadraginta et per sigma, stipantibus cubiculo et maglabitis et hetæria ; per viam intrant in ecclesiam Domini, accendunt ibi cereos, transeunt inde per sacellum et ovatum et angiportum, qui ad magnauræ solarium ducit. Illinc ingrediuntur in magnum triclinium, in quo Salomoneus thronus collocatus est. Ibi enim in dextra, si ad orientem respicias, parte infra concham stant aureæ sellæ, et exposita jacent paludamenta et infulæ. Domini autem [trajecto triclinio] in cœtonem, qui a sinistra parte est, intrant [opportunum publicæ

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, δοχῆς γενομένης ἐν τῷ μεγάλῳ τρικλίνῳ τῆς μανναύρας, τῶν δεσποτῶν καθεζομένων ἐπὶ τοῦ Σολομωντείου θρόνου (56).

Ἰστέον, ὅτι δοχῆς μελλούσης γίνεσθαι ἐν τῇ μανναύρᾳ, οὐκ ἀνοίγει τὸ παλάτιον πρὸς τὸ πρωῒ στῆναι τὴν καθημερινὴν προέλευσιν, ἀλλὰ προέρχεται πᾶσα ἡ σύγκλητος πρωὶ ἐν τῇ μανναύρᾳ, καὶ ἀλλάσσει ἐκεῖσε τὰ ἀλλάξιμα. Καὶ περὶ πλήρωμα τῆς δευτέρας ὥρας, ὅταν πάντα ἑτοιμασθῶσιν, εἰσέρχονται οἱ πραιπόσιτοι καὶ οἱ τοῦ κουβουκλείου πάντες διὰ τῆς τοῦ Κυρίου ἐκκλησίας, καὶ περιβαλλόμενοι οἱ δεσπόται τὰ διβητήσια καὶ τὰ χρυσοπερίκλειστα σαγία, ἐξέρχονται διὰ τῶν διαβατικῶν τῶν Ἁγίων Μ' καὶ τοῦ σίγματος, δηριγευόμενοι ὑπό τε τοῦ κουβουκλείου καὶ τῶν μαγλαβιτῶν καὶ τῆς ἑταιρείας, καὶ ἐξέρχονται εἰς τοῦ Κυρίου, καὶ ἅπτουσιν κηροὺς, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε διέρχεται διὰ τῆς σακέλλης καὶ τοῦ ὠάτου καὶ διὰ τοῦ ἀνιόντος στενωποῦ πρὸς τὸ τῆς μανναύρας ἡλιακόν. Καὶ εἰσέρχονται εἰς τὸν μέγαν τρίκλινον, ἐν ᾧ καὶ ὁ Σολομώντειος ἵδρυται θρόνος. Κἀκεῖσε γὰρ εἰς τὸ πρὸς ἀνατολὴν δεξιὸν μέρος κάτωθεν τῆς κόγχης ἵστανται τὰ χρυσᾶ σελλία, καὶ ἀπόκεινται αἵ τε χλαμύδες καὶ τα στέμματα, καὶ οἱ μὲν δεσπόται

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(56) Ita dictum fuit solium, super quo sedentes imperatores legatis exteris aures præbebant, ob leones per ejus gradus ad instar throni a Salomone, rege Judææ, facti et usurpati, utrinque dispositos. Thuanus ad ann. 1606, de pseudo-Demetrio, Russiæ tyranno, narrat, objectum inter alia ipsi fuisse, « quod thronum ex argento inauratum sibi fabricari jusserit, cujus latera seni leones hinc inde gradibus divisi ambiebant, quo fastu nullus decessorum fuerat usus. » Potuit in hac appellatione simul quoque partem habuisse illius ævi mos, quo miranda quævis et spectabilia opera *Solomonea* appellabant. Ita Nicetas l. III Isaacii Angeli, declaraturus ejus opulentiam et largitatem in distributione dapum, mensam ipsi tribuit Salomoneam, inter alia thrasonica et ampullosa dicens : εἶχεν ἀτεχνῶς τράπεζαν Σολομώνειον. Vid. Du Cange Gl. Lat. v. *Salomo*, ubi inter alia citat ex Guilielmo Bibliothecario, Stephano VI, locum hunc : « Contulit ibidem cantharam exauratam unam, Salomonem unum, regnum aureum unum cum gemmis pretiosissimis, » etc. Fallitur procul dubio Du Cange, quando hoc in loco, *Salomonem* significare ait librum Salomonis, Proverbia forte, aut alium, et *regnum* libros Regum. *Regnum* est corona, de qua significatione alias agimus ; *Salomo* autem idem est atque *amula*. *Salam* Arab., est situla μόνωτος. Est ergo vox Arabica. Ex altero autem quem Du Cange proxime citat, loco monastici Anglicani clarius patet, medio ævo pretiosa et artificiosa quæque opera Salomoniaca appellari consuevisse. Est autem ille : *Duas patenas argenteas cum duobus urceolis pretiosissimis ex operibus Salomonis.* Tertium, quem ibidem, sed contractius, integrio- C rem sub voce *Fortera* ex Antonii Yepez Chronico Ord. sancti Benedicti citat, non possum facere quin illustrem. *Vendant illos vasos vel forteras Salomonaticas in duplum pro plata, et illas alias illo valente, et toto pretio donent illud ad dona Auria et illa dispendat illud in opera de sancta Maria pro mea anima, et meo seniore.* In his barbaricis *vasi* valent opera aurea et argentea cælata et pretiosa. *Forteræ* autem per transpositionem dictæ sunt pro *fotreræ* vel *fodreræ*, *fourrures*, panni pretiosi foderati, pellibus murium exoticorum pretiosis et unionibus ornati. Hæc *Salomonatica* appellat ista charta, quod et pretio rerum exoticarum et artificio compositionis essent rara atque admiranda, et viro, qualis Salomo tunc temporis habebatur, digna. Sensus autem istius loci hic est, si quis aliquando meliore Latinitate reddere velit : *Vendant illa vasa et pellitas vestes pretiosiores duplo pretio materiæ eorum, sic ut ars operum et raritas tantidem redimatur atque ipsa materia valet : cætera vero minus artificiosa vendant pretio suo, quoniam ingenium artificis nativo eorum valori nihil addidit. Nummos inde confectos omnes exhibeant Dominæ Auriæ, quæ in ecclesia S. Mariæ et Domini nostri dedicet, in salutem animæ meæ.* More itaque sæculi sui locutus fuit Muhammed in Alcorano, quando miranda quæque et stupenda opera Salomoni tribuit, eaque illum non sine geniorum opera confecisse fabulatur. Quod secuti Arabes imitati deinceps fuerunt. Testatur de illo more locus quoque Lamberti Ardensis apud Du Cangium v. *Platura* (pro quo reponendum est *plastura*, gypsatum tectorium, *Stuccaturarbeit.*). *Capellam* ille memorat *Salomoniaco tabernaculo in plastura et pictura assimilitam.*

εἰσέρχονται ἐν τῷ ἐκεῖσε ἐξ ἀριστερᾶς κοιτῶνι. Καὶ ὅτε πάντα καλῶς εὐτρεπισθῶσιν ὑπό τε τοῦ τῆς καταστάσεως καὶ τῶν πραιποσίτων καὶ τοῦ λογοθέτου τοῦ δρόμου, εἰσέρχονται οἱ πραιπόσιτοι καὶ ὑπομιμνήσκουσι τοὺς δεσμώτας. Καὶ εὐθέως ἐξέρχονται οἱ δεσπόται καὶ ἀπέρχονται ἔνθα αἱ χλαμύδες καὶ τὰ στέμματα ἀπόκεινται, καὶ περιβαλλόμενοι τὰ αὐτὰ ὑπὸ τῶν πραιποσίτων, ἀνέρχονται καὶ καθέζονται ἐπὶ τῶν θρόνων, καὶ ὁ λαὸς, ἔξω ἑστὼς τῶν δύο πρὸς δύσιν συρτῶν βήλων, λέγει μεγάλως τὸ πολυχρόνιον· Καὶ εἶθ' οὕτως ἐξερχόμενοι οἱ πραιπόσιτοι εἰσάγουσι τοῖς (57) τοῦ κουβουκλείου διὰ τῶν δύο μερῶν δεξιᾷ καὶ ἀριστερᾷ, καθὼς ἡ συνήθεια ἔχει. Καὶ ἐν τῷ τούτους στῆναι νεύει ὁ πραιπόσιτος τῷ ὁστιαρίῳ τῷ τὴν χρυσῆν βέργαν κατέχοντι, καὶ ἐξέρχεται καὶ εἰσάγει βῆλον α', τοὺς μαγίστρους. Καὶ πάλιν διὰ νεύματος τοῦ πραιποσίτου ἐξέρχεται ἕτερος ὁστιάριος, καὶ εἰσάγει τῷ αὐτῷ σχήματι βῆλον β', τοὺς πατρικίους. Καὶ πάλιν διὰ νεύματος τοῦ πραιποσίτου ἐξέρχεται ὁ ἕτερος ὁστιάριος, καὶ εἰσάγει τῷ αὐτῷ σχήματι βῆλον γ', τοὺς συγκλητικοὺς, καὶ ἁπλῶς ὅσα ἂν βῆλα ἔχει ἡ συνήθεια καὶ ἡ τάξις τῶν δοχῶν. Καὶ εἶθ' οὕτως εἰσέρχεται ὁ κατεπάνω μετὰ καὶ τοῦ δομεστίκου καὶ τῶν χρυσοτρικλινιτῶν, καὶ ἵστανται δεξιᾶ καὶ ἀριστερᾷ πρὸ τῶν δύο πρὸς δύσιν συρτῶν βήλων, καὶ μετὰ τὸ στῆναι αὐτοὺς νεύει ὁ πραιπόσιτος τῷ ὁστιαρίῳ τῷ τὴν χρυσῆν βέργαν κατέχοντι, καὶ εἰσάγει τὸν ἐθνικὸν, δηλονότι κρατούμενον ὑπὸ τοῦ κατεπάνω τῶν βασιλικῶν ἢ καὶ ὑπὸ τοῦ κόμητος τοῦ σταύλου ἢ καὶ ὑπὸ τοῦ πρωτοστράτωρος, συνόντος αὐτοῖς καὶ τοῦ ἑρμηνευτοῦ, προπορευομένου δηλονότι καὶ τοῦ λογοθέτου τοῦ δρόμου. Καὶ δὴ τούτου εἰσελθόντος, πίπτει ἐπ' ἐδάφους προσκυνῶν τοὺς δεσπότας, καὶ εὐθέως αὐλοῦσι τὰ ὄργανα· εἶτα εἰσέρχεται καὶ ἵσταται ἀπὸ διαστήματος τοῦ βασιλικοῦ θρόνου καὶ εὐθέως παίουσι τὰ ὄργανα. Ἰστέον, ὅτι, τοῦ φίλου ἀποκινοῦντος πρὸς τὸν βασιλέα, εἰσέρχονται οἱ προκριτώτεροι τούτου ἄνθρωποι, καὶ προσκυνοῦντες ἵστανται ἔνδον τῶν δύο συρτῶν βήλων. Καὶ ποιοῦντος τοῦ λογοθέτου τὰς συνήθεις ἐρωτήσεις εἰς αὐτὸν ἄρχονται βρυχᾶσθαι οἱ λέοντες (58) καὶ τὰ ὄρνεα τὰ ἐν σέντζῳ,

A præsessioni et legati exceptioni tempus præstolantes]. Omnibus itaque rite præparatis tam a cerimoniario, quam a præpositis et rationali cursus publici, intrant præpositi [in cœtonem] et significant ea de re dominis; qui protinus exeunt, et illuc ascendunt, ubi chlamydes et stemmata jacent; quæ a præpositis induti ascendunt in thronum, et in eo resident; **328** quo facto, turba, quæ extra gemina versus occidentem vela attractilia stat, magna voce clamat polychronium seu votum vitæ diuturnæ. Dein exeunt præpositi et introducunt cubiculi ministros ex ambabus plagis, dextra sinistraque, ut consuetudo secum fert. Ut hi constiterunt, exit ostiarius auream virgam tenens, præpositi mutu monitus, et introducit velum seu missum vel corpus admittendorum procerum primum, magistros
B puta. Eo facto, rursus exit, sed alter ostiarius, et is quoque præpositi nutu admonitus, et introducit eodem modo velum secundum, nempe patricios. Rursus deinceps monet præpositus illum priorem ostiarium, et is egressus introducit tertium velum; et hoc alternatim ita fit, donec intraverint vela omnia, quotquot intrare consuetudinis est et cerimoniale receptionum flagitat. His factis, intrant catepano basilicorum et domesticus [chrysotriclinitarum, ut videtur] et chrysotriclinitæ, et consistunt hinc illinc ad dextram et sinistram coram ambobus attractilibus velis. Ut hi constiterunt, exit ostiarius cum aurea virga, præpositi nutu monitus, et introducit ethnicum seu legatum alienigenam;
C quem catepano basilicorum aut et comes stabuli aut et protostrator ex brachio tenent, comitante interprete et præeunte logotheta dromi. Legatus [intra velum] ingressus humi statim procidit, et adorat dominos; et simul sonant organa flatilia. Ut surrexit et processit ulterius, consistit ad aliquam ab imperiali throno distantiam, et protinus intonant organa pulsatilia [naccaræ]. Amico, id est legato extraneo, ad imperatorem itaque accedente, intrant honoratiores hominum seu familiarum ejus factaque erga dominum adoratione, subsistunt inferius apud et intra ambo attractilia vela. Logo-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(57) Pro τούς. Idiotismus ille est novæ Græciæ, dativum pro accusativo usurpantis; vid. ad p. 390.

(58) De spectaculis, quæ hic commemorantur, aureis, vel potius ligneis deauratis, organis, leonibus rugientibus, arbore aurea et insidentibus ipsi aviculis variis varie cantilantibus, videndi Cedrenus 544, collata p. 568, du Cange ad Zonar. p. 76, et CPli Christ. p. 128, a quo allatos locos Constantini Manassis et Luitprandi præcipue insignem, qui puerilem hanc comœdiam ipse spectavit et audivit, non exscribam, contentus unum citasse Leonem Grammaticum, qui p. 450, nominat inter alia δένδρον χρυσοῦν, ἐν ᾧ στρουθία ἐφεζόμενα διὰ μηχανῆς μουσικῶς ἐκελάδουν. Ita ibi legendum est. Sed addam insignem Abulfedæ locum, e quo apparet ineptias illas Chalifarum quoque Bagdadicorum aulam invasisse et aut illuc a Græcis, aut illinc ad Græcos transmigrasse, aut eodem tempore utramque regiam sedem corripuisse. Unde mirum non est, si porro a Græcis ad aulas quoque principum occidentalium pervasit puerilis ille sapor.
D Narrat autem Abulfeda, anno æræ Muhammedanæ 305, seu Christi 917, venisse legatos imperatoris Græci, id est Constantini nostri porphyrogenneti, quos nominat Leo Magister p. 476, in aulam, ubi excepti fuerint haud vulgari pompa, quam sic describit: *Eodem anno Bagdadum veniebant imperatoris Romanorum legati, quos incredibili cum splendore excepit suarumque divitiarum admiratione implevit Al Moctader. Nam quo die illos ad se venerandum evocabat et admittebat, jusserat exercitum in acie et armis stare. Totum palatium et armorum et variæ pompæ instructum collucebat ostentatione. Totus exercitus, pedestris cum equestri, sic in Armate stans conficiebat centum et sexaginta capitum millia. Adstabant Aguri cubicularii* [designat protospathariosetprotectores] *in splendidissimis mutatoriis et cingulis auro gemmisque illustribus. Pariter adstabant eunuchi numero septies mille, quorum quater mille candidi, reliqui nigri coloris erant. Tandem*

theta vero consuetas interrogationes erga legatum instituente, incipiunt aurei leones rugire avesque aureæ tam in sacro throno, quam in aureis arboribus circumpositis sedentes, harmonice cantillare. Feræ autem in throno conspicuæ incipiunt sese suis e basibus in altum et in pedes suos erigere. Interea dum hæc peraguntur, infertur a protonotario dromi legati sportula vel donum, quod imperatori nomine heri sui offert. Paulo post sonant organa pulsatilia, et conquiescunt a rugitu leones, desinuntque aves cantillare, et feræ sua in fulcra se rursus demittunt. Post finitam sportulæ ostentationem monetur legatus a logotheta, regemque veneratus exit. Eo ad exitum consurgente et procedente, sonant organa flatilia **329** et leones avesque, sua quæque voce et ratione, feræque suis e gradibus exsurgunt. Legato autem extra velum egresso, pulsantur organa, et aves omittunt cantum, et feræ suas in sedes redeunt. Si præter hunc alius adhuc adest amicus, quem videre volunt domini, intrat ille atque exit iisdem cum cerimoniis eodemque agendorum ordine, ut modo diximus. Et in universum, quotquot sint amici, contingunt eorum unicuique quæ diximus. Egressis amicis, pro-

A ὁμοίως καὶ τὰ ἐν τοῖς δένδρεσι, ᾄδειν ἐναρμονίως· τὰ δὲ ζῶα τὰ ἐν τῷ θρόνῳ ἀπὸ τῶν ἰδίων βαθμῶν ἀνορθοῦνται. Καὶ ἐν τῷ ταῦτα οὕτως τελεῖσθαι εἰσάγεται τὸ τοῦ ἐθνικοῦ κανίσκιον ὑπὸ τοῦ πρωτονοταρίου τοῦ δρόμου, καὶ πάλιν μετ' ὀ..λίγον παίουσι τὰ ὄργανα, καὶ οἱ λέοντες ἠρεμοῦσι, καὶ τὰ ὄρνεα τοῦ ᾄδειν παύονται, τά τε θηρία τοῖς ἰδίοις τόποις ἐγκατέζονται. Καὶ δὴ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τοῦ κανισκίου ὑπὸ τοῦ λογοθέτου προτραπεὶς ὁ ἐθνικὸς προσκυνήσας ἐξέρχεται, καὶ ἐν τῷ τοῦτον ἀποκινῆσαι ἐξελθεῖν (59) τά τε ὄργανα αὐλοῦσιν καὶ οἱ λέοντες καὶ τὰ ὄρνεα τὴν ἰδίαν ἕκαστον ἀποπληροῦσι φωνὴν, καὶ τὰ θηρία πάντα τῶν ἰδίων βαθμίδων διανίστανται. Καὶ ἐν τῷ ἐξιέναι τὸν ἐθνικὸν τοῦ βήλου παίουσι τά τε ὄργανα, καὶ τὰ ὄρνεα καὶ τὰ θηρία ταῖς ἰδίοις τόποις ἐγκαθίζονται. Εἰ δὲ καὶ ἔστιν ἕτερος φίλος καὶ κελευουσιν

B οἱ δεσπόται τοῦτον εἰσελθεῖν, πάλιν ἐν τῷ εἰσέρχεσθαι αὐτὸν καὶ ἐξέρχεσθαι ἡ αὐτὴ τάξις καὶ ἀκολουθία φυλάττεται, ὃν τρόπον εἰρήκαμεν, καὶ ἁπλῶς ὅσοι ἂν θέλωσιν φίλοι (60), ἐφ' ἑνὶ ἑκάστῳ τελεῖται, ὡς προείρηται. Ἰστέον, ὅτι, τῶν φίλων ἐξελθόντων, λεγει ὁ πραιπόσιτος μεγάλως· « Κελεύσατε, » Καὶ ἐξέρχονται οἵ τε μάγιστροι καὶ πατρίκιοι καὶ συγκλητικοὶ ἐπευχόμενοι τὸν, « Εἰς πολλοὺς χρόνους. »

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

etiam processerant ostiarii septingenti. Dromonia et chelandia splendidissimo in apparatu missa fuerant in Tigridem. Quantum ad ornatum palatii Chalifici, suspensa ibi fuerant velorum 38 *millia, quæ inter blattea aurifrisiata erant duodecies mille et quingenta. Tapetum instratorum numerabantur bis et vicesies mille. Conspiciebantur ibi centum leones,* C *singuli cum singulis suis magistris. Inter reliquam pompæ supellectilem erat aurea partim et partim quoque argentea arbor in octodecim ramos majores diducta, per quos et reliquos minores aves diversæ formæ sedebant, aureæ et argenteæ. Folia pariter hujus arboris ex utroque metallo erant facta. Ut rami machinis acti librati certa lege nutabant, sic etiam aves, demensis quoque et indilis arte organica modulis, pipulabant, Hæc et alia plura magnarum opum illustria documenta, quæ singula percensere nimium et tædio esset, postquam vidisset Græcæ legationis princeps, exponebat mandata sua coram al Chalifa, internuntium Waziro agente.* Hactenus Abulfeda. Facile liquet hanc arborem esse reliquias platani aureæ Xerxis, olim Græcis tantopere celebratæ, sive ea manserit in aula regum Persarum et cum ipsorum regno ad Saracenicos Chalifas immediate et ab his ad Græcos, sive inverso ordine a Persis ad Græcos primos et ab his ad Saracenos transierit. Id certum est, a Græcis in ulteriorem Occidentem, in ipsam nostram Germaniam penetrasse hanc pompæ et divitiarum ostentationem. Lego enim in historia Saxonica, Henricum Illustrem anno 1265, in torneamento apud Nordhausen instituto arborem argenteam spectatum exposuisse. Chronicon Veterocellense t. II Scriptor. Rer. German. Menkenii col. 405 : « Hic princeps inclytus, magna laude dignissimus, inter omnes principes Alemanniæ ditissimus et virtute famosissimus, quoddam forestum arboribus viridibus consitum, in Thuringia prope civitatem regiam Northusen mirabili pulchritudine construi fecit, ubi tanquam alter Assuerus cunctis regni Alemanniæ optimatibus convocatis divitias regni sui ostendit. Nam arte fabrili ex auro et argento arborem factam miræ pulchritudinis ibidem collocari fecit et si quis comitum, baronum, militum in hastiludio hastam suam super alio fregit, mox folium argenteum de arbore in signum virilitatis pro merito obtinebat : quisquis vero socium seu comparem de equo dejecerat, ipso persistente, mox folium aureum de dicta arbore in signum virtutis assequebatur. » Sed aberant ab hac arbore ridicula et puerilia ludicra, cantilantes aviculæ et rugientes ad risum leones. Dixi paulo ante, ab his leonibus dictum fuisse hoc solium Salomoneum. Et dubitari ea de re non debet. Erat tamen in more positum gentibus vel illis quoque, quibus Salomonis et Judæorum prorsus ignota erant instituta, Persis puta et Græcis, ut thronis regum suorum protomas ferarum apponerent pro sustentaculis. A Persis docti imitati fuerunt Græci, ab his Romani. Didici hoc ex insigni loco Diodori Siculi, t. II. p. 278, quo solium illud magnificum, sive castrum doloris aut lectum paraturæ malis appellare, Alexandro M. vita defuncto ab ejus ducibus dedicatum, copiose describit. Quem locum utinam transferre huc totum et ad Nostri Cerimoniale applicare et uberius exponere per instituti mei rationes possem! Allegabo igitur tantummodo locos illos dictæ periochæ, qui proprie ad rem præsentem faciunt. Ait igitur Diodorus, fuisse ibi conspicuum solium aureum, θρόνος χρυσοῦς, τετράγωνος, ἔχων τραγελάφων προτομὰς ἐκτύπους, ἐξ ὧν ἥρτηντο κρίκοι χρυσοῖ. Aliquanto post addit : παρὰ τὴν εἰς τὴν καμάραν εἴσοδον ὑπῆρχον λέοντες χρυσοῖ, δεδορκότες πρὸς τοὺς εἰσπορευομένους. Tandem, τῶν δ' ἀξόνων τὰ προέχοντα χρυσᾶ κατεσκεύαστο, προτομὰς ἔχοντα λεόντων, σιδόνην ὁδὰξ κατεχούσας. Thronum Julianæ apud Lambecium et Du Cangium diss. de nummis ævi medii t. II, sustinent aquilæ duo, sellam consulis, in diptycho ibid. t. I, rictus leonum.

(59) Videri possit posterius scholion esse prioris verbi. Sed non opus ea suppositione. Commode enim subintelligitur ὥστε : ἐν τῷ ἀποκινῆσαι αὐτόν, « dum procedit e loco suo, » ὥστε ἐξελθεῖν, « ea mente, ut palatio exeat. »

(90) Aut excidit e membranis, aut tacite supplendum est εἶναι ὅσοι ἂν θελωσιν [id est μέλλωσιν] εἶναι φίλοι. De usu verbi βούλεσθαι et θέλειν pro μέλλειν dixi ad p. 173, et de v. φίλοι pro *hospites* p. 82.

Καὶ μετὰ τὸ τούτους ἐξελθεῖν πάλιν λέγει ὁ πραιπόσιτος· « Κελεύσατε. » Καὶ ἐξέρχονται οἵ τε χρυσοτρικλινῖται καὶ οἱ τοῦ κουβουκλείου, ἐπευχόμενοι· « Εἰς πολλοὺς χρόνους. » Καὶ πάντων ἐξελθόντων, κατίασιν οἱ δεσπόται ἀπὸ τῶν θρόνων, καὶ τὰ τούτων ἐκβάλλοντες στέμματά τε καὶ χλανίδια, περιβάλλονται τὰ χρυσοπερίκλειστα αὐτῶν σαγία. Καὶ εἰσέρχονται μυστικῶς ἐν τῷ θεοφυλάκτῳ παλατίῳ δι' ἧς καὶ ἀνῆλθον ὁδοῦ, δηριγευόμενοι ὑπὸ τοῦ κουβουκλείου· τοῦ δὲ κουβουκλείου στάντος ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ, ἐν τῷ διέρχεσθαι τὸν βασιλέα ἐπεύχονται· « Εἰς πολλοὺς χρόνους, » καὶ τὰ ἑξῆς.

A nuntiat præpositus sonora voce: « Celeusate » [seu « placeat vobis]; » et exeunt magistri atque patricii et senatores cum boni voti, « Multos in annos, » recitatione. Illis egressis, rursus clamat præpositus: « Celeusate, » et exeunt chrysotriclinitæ et cubicularii, et ipsi quoque eadem vota facientes. Itaque digressis omnibus, descendunt domini de throno, infulisque atque tunicis depositis, induunt auro prætextata saga, et mystice seu absque solemne pompa et comitativa redeunt in palatium, quod Deus conservare velit, eadem via qua venerant, stipati a cubiculariis; qui cum dominus in chrysotriclinum venit, ibi restitant et velut valedicentes ipsi multos annos apprecantur.

Περὶ τῆς γενομένης δοχῆς ἐν τῷ περιβλέπτῳ καὶ μεγάλῳ τρικλίνῳ τῆς μανναύρας ἐπὶ Κωνσταντίνου (61) καὶ Ῥωμανοῦ τῶν Πορφυρογεννήτων ἐν Χριστῷ βασιλέων Ῥωμαίων, ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ τῶν παρὰ τοῦ Ἀμεριμνῆ ἀπὸ τῆς Ταρσοῦ ἐλθόντων πρέσβεων περὶ τοῦ ἀλλαγίου (62) καὶ τῆς εἰρήνης, μηνὶ Μαΐῳ λα', ἡμέρᾳ α', ἰνδικτ. δ'.

De receptione facta in illustri et magno triclinio magnauræ tempore Constantini et Romani Porphyrogenitorum, in Christo imperatorum Romanorum, ob præsentiam legatorum Amerumnæ, qui Tarso advenerant negotiandæ permutationis captivorum et pacis causa. Contigit ea recpetio die trigesimo primo mensis Maii, feria prima, indictione quarta.

B

Ἱστέον, ὅτι ἐκρεμάσθη ἐν τῷ μεγάλῳ τρικλίνῳ τῆς μανναύρας, ἐν ᾧ ὁ Σολομώντειος ἵσταται θρόνος,

Suspendebantur in magno triclinio magnauræ, in quo thronus Salomoneus stat, catenæ cupreæ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(61) Cum dicatur horum ex aula Bagdadica legatorum receptio contigisse mense Maio indictionis IV, regnantibus Constantino patre et Romano filio, Porphyrogennetis, efficitur, id contigisse A. C. 946, adeoque jam tum coronatum fuisse Romanum, quem Du Cange demum anno 948 collegam imperii a patre fuisse renuntiatum perhibet in Familiis Byzantinis. Chalifa, qui tunc temporis apud Bagdadum sedebat, erat *Almothius*. Sed legatio sub Al Mostæfio, Bagdado excesserat; si modo unquam Bagdado et non potius Tarso recta excesserit. Ad quem autem spectabat tunc temporis Tarsus seu Cilicia? Quandoquidem Tarsenses hi legati non a minore quodam Amiro, sed nomine Amiril Mumenine vel Chalifæ missi leguntur, necesse est Tarsum tunc temporis ad Buiidas et quidem ad Mœzzoddaulam, Chalifatus Bagdadici procuratorem vel Amiralomaraum, pertinuisse. Absque hoc loco esset, credidissem alias Tarsum tunc temporis sub ditione aut Hamdanidarum aut Achschidi, reguli Ægypti, fuisse.

C

(62) Negotiandæ, id est conciliandæ et efficiendæ causa permutationis captivorum utriusque partis. De hoc pacto permutandorum captivorum et colendæ pacis procul dubio narrat Continuator Theophanis Constantinianus p. 275, dicens Constantinum, exstincto Romano Lecapeno et amotis usurpatoribus, solum imperio gaudentem cogitasse de redimendis Christianis ex ærumnis vinculorum apud Saracenos. Propterea Joannem Curcuam et Cosmam magistrum in Asiam ad Marsenses misisse, qui negotium hoc confecerint apud fluvium Lamum. Pulchre concordant hæc chronologiæ nostræ. Romanus senior decessit exeunte a. 944. Sub initio anni 945 deturbavit et in exilium egit Constantinus Romani filios, rivales et usurpatores imperii sui. Credibile est eum eodem anno paulo post id factum Romano filio stemma imposuisse firmandi regni sui causa; et liberum his curis cogitasse de redimendis Christianis, legatosque suos eam ob rem Tarsum expediisse æstate aut autumno anni 945, cum quibus redeuntibus vicissim Tarsenses CPlin migraverint vere anni 946 redimendorum captivorum causa suorum gentilium. Cæterum vocem ἀλλάγιον varie vertunt interpretes. Goaro ad Codinum p. 32, n. 53, *globum*, *agmen militum*, (qua de significatione paulo post plura dicentur), Fabrotto Gloss. Cedren. *permutatio pecuniarum*, interpreti Leonis Grammatici p. 491, vertitur *fœdus*, quod videtur etiam ibi significare; sed p. 505, est procul dubio *permutatio captivorum*, ut in nostro hoc loco et apud Cedren. p. 540. Interdum simul hoc est et illud. Cohærere enim solent captivorum permutatio et fœdus. De archonte allagii, de quo disputant Goarus l. c. et Du Cange v. Ἀλλάγιον, breviter monendum est, eum fuisse præfectum τοῦ ἀλλαγίου, illius cohortis quæ ad custodiam palatii et sacri corporis semel per diem et noctem, aut quoties placuerit principi ordinatumque fuerit, ἀλλάσσει, cum altera, quæ defuncta hactenus fuit eodem officio, *vices permutat* easque, usque dum ab alia succedente suum in locum liberetur, usque ad tempus τῆς ἀλλαγῆς καὶ διαδοχῆς, gerit. Franci *la garde* et ἀλλάσσειν, *monter la garde*, nos *die Wache* et *die Wache ablösen*, *auf die Wache ziehn* dicimus. Hinc facile est intelligere quare vox λόχος a scholiaste Oppiani l. I Halieutic. per ἀλλάγιον reddatur. Arabes exacte ad Græcam vocem *Annubat*, id est τὴν ἀλλαγήν, *vicem*, appellant, quam vocem non Turcæ solum, sed etiam Latini assumpserunt; *vid.* Du Cangium v. *Anubda* et *Anupda*, Leunclav. Pandecte Turcica, qui more Turcico *Neubet* effert. Noster ταξείδιον quoque appellat l. II, c. 19 et 20. Non reperio, quoties mutatæ per diem et noctem fuerint vices excubiarum in aula Byzantina, nisi forte ex Nostri capite libri secundi primo concludi posset, semel per diem id factum fuisse. Putem tamen id potius saltem bis factum. Nam Codinus τοῦ ἡμεροδιγλίου meminit. Attamen apud Romanos quoque semel per diem et noctem mutabantur excubiales cohortes; vid. Julii Africani locus apud Du Cangium Gl. Gr. p. 199. Principes Muhammedani solebant olim ant bis per diem, mane et vespere, aut quinquies, sub precum quina tempora, suas excubias mutare. Par illud Nubarum vel Nubtarum, sub diei principium et finem in armis cum tympanis et tubis explicitisque vexillis procedens, *Nubat Dzil Carnein*, *allagium Alexandri M.* appellabant. Insignis hac de re locus est apud Abulfedam, quem, quia dictionem quoque Nostri: αὐλοῦσι τὰ ὄργανα, *sonant instrumenta flatilia*, quo

D

inargentatæ e monasterio sanctorum Sergii et Bacchi, quod est in tractu Hormisdæ, depromptæ, septem a dextra et totidem a sinistra,

A ἀλυσίδια ἀσπρόχαλκα (63) τῆς μονῆς τῶν ἁγίων Σεργίου καὶ Βάκχου τῶν Ὀρμίσδου, ζ εἰς τὸ δεξιὸν μέρος καὶ ἑπτὰ εἰς τὸ εὐώνυμον, καὶ εἰς τὰ δ'

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

pertinent organa stricte sic dicta et tubæ atque tibiæ, et alteram : παίουσι τὰ ὄργανα, *sonant instrumenta pulsatilia*, tympana nempe et abenotympana vel naccaræ, illustrat, non pigebit ascribere : *His quatuor filiis quotidie pro more Selgukidarum principum* [quorum successores Chorezimschahi et erant et videri volebant] *quinæ fiebant Nubæ* [vel alternantium excubiarum processiones armatæ] *sub instantia quinarum precum momenta. Sibi vero peculiarem nubam reservabat pater, illam, quæ Nuba Dxil Carnaine* [seu Alexandri Magni vel potius τοῦ δικέρωτος] *appellatur et bis per diem, oriente sole et occidente, celebratur. His destinata nubis instrumenta numero erant viginti septem tympana aurea, gemmis variis ornata, quæ, quo die primum institutum fuit, ut pulsarentur a totidem primi ordinis principibus, Solthanico sanguine cretis, percutiebantur.*

(63) Toto hoc sparsa capite habemus exempla vasorum pretiosorum, e monasteriis et ædibus sacris depromptorum et ostentationis causa spectatum expositorum. Quod clare monstrat, illorum si quid vasorum imperatores in ecclesiis dedicarent, non eo consilio factum id fuisse, ut ecclesiis omni ex parte donarent, suumque omne in eam supellectilem jus ecclesiis permitterent atque transcriberent, sed deponebant ea tantummodo in ecclesiis, ut ipsis ornamento, interdum quoque usui essent, tantisper donec necessitas veniret eam inde repetendi ; quando licebat imperatoribus et ipsis, qui deposuissent, et eorum successoribus, ablata vel restituere, si vellent, vel servare, nummos inde cudere alioque modo in usus suos convertere. Neque tamen legimus patriarchas obmutuisse. Unum illum (non succurrit nunc nomen) Alexio Comneno, ni fallor, exprobrantem extracta e sacris ædibus vasa Deo dicata et Saracenis monstrata eoque polluta, minantemque tantum non imperatori anathema, facile regia majestas in ordinem coegit, insolescentem ultra sacerdotis modum et rebus non suis cupidos oculos immittentem et ad Latini cleri exemplum tyrannidi insidiantem. Latini enim, procul a telis imperatoriæ potestatis positi et dominis non tam parentes, quam dominantes, a quibus ob litterarum ignorantiam impetrari poterant omnia, inulto malas has artes exercebant, quibus non Christianæ rei opes, sed ignavi rerum publicarum turbatores et scelesti hypocritæ, innocenti simplicitati illudere et insultare nati, crescebant. Cum enim, Italia barbaris gentibus obundata exstirpatisque bonis omnibus artibus et paulo humanioribus civilibus institutis omnibus exactis, rudes Gothi et Longobardi æraria, in quibus nummos suos conderent, privati homines et parva municipia non haberent, neque litteris mandarent rerum memorias, sed eorum fidei sua omnia, qui verbis magis et astutis strophis, quam ipsa re sanctimoniæ magnam apud imperitos opinionem de se faciebant, eo fiebat, ut creduli et simplices homines, decedentes de vita aut etiam vegeti adhuc, si quid opum collegissent, quod furibus servatum vellent, id apud monachos et in ecclesiis, tutiora loca, quibus committeretur, nescientes deponerent, mandato, ut sibi servarent atque redderent, si vel ipsi, vel illi, ad quos eorum hæreditas et dominium deinceps esset perventurum, sibi reddi essent postulaturi. Servata initio per paulum tempus fuit ea fides ; deinde vacillante et evanescente gestorum a majoribus traditionali memoria, clerique aucta per laicorum stuporem et opes potentia, quando aut liceret latere prævaricantibus, aut ad reddendum aliena cogi a veris dominis non possent, cœperunt innatam cupiditatem, abjecta dissimulatione, exercere majorumque deposita, ecclesiarum fidei commissa, sibi arrogare, repetentesque per vim arcere et ad silentium redigere. Cujus nequitiæ exemplum habes in Chronico Cassinensi I, 26. Consuevisse olim nummos et supellectilem in ecclesiis, ut in loco tuto, deponi repetendos a proprietariis iisque reddendos, patet ex loco Gregorii M. L. II, Ind. II, ep. 49, ubi inter alia (locum integrum dat Du Cange v. *Desuscepta*) hæc habet : *Clericis ejus* [ecclesiæ] *a pari* [ἀπὸ τοῦ ἴσου, *ex copia*] *aliud facere desusceptum* [hodie dicimus *Recepisse*] *te convenit, in quo tua fraternitas fateatur, qui desusceptum de iisdem rebus in scrinio nostro emiserat,* [forte vult dicere : fatearis, te ab hoc vel illo hoc vel illud in scenophylacio ecclesiæ deponendum accepisse] *quatenus, dum necesse fuerit, competenti personæ res omnes possint sine detrimento restitui,* et I. III, ep. 16 : *Omnium rerum non solum desuscepta eos, qui eas tradunt, percipere volumus, sed etiam a te notitias earum subtiliter* [id est sollicite] *retineri.* Adhuc hodie solere Græcos in solo non patrio decedentes suas opes monachorum suorum fidei committere, eosque hortari, ut hæredibus flagitantibus reddant, hoc est caprum hortularium facere, testatur Gerlach. in Diario Itineris CPtani p. 477. Eadem olim in Italia et occidente nostro erat facies, idem agendi mos atque apud Colchos vel Mingrelios Rusbekii ætate, hoc est ante duo fere sæcula, de quibus ille Ep. III, p. 153, sic narrat : *Argenti signati minimum penes eos est, argenteum nummum norunt pauci, aureum pauciores, habent fere nulli. — Eatenus tamen argento honos est, ut, si quod e peregrinorum commercio redactum fuit, ut fieri necesse est, id omne ad usum templorum conferatur, crucibus aut calicibus aut aliis templorum ornamentis conflandis : quæ rex ubi visum, per publicæ necessitatis speciem omnia convasat, ad seque avertit.* Sic quoque narrat Athenæus p. 337, de aliquo divite Atheniensi paulo post bellum Persicum, qui ἤτησεν Ἀθηναίους ποτὲ ἐν ἀκροπόλει τόπον, ἵν' οἰκοδομήσεται τοῖς χρήμασιν ὅπου κείσεται, λέγων, ὡς οὐκ ἀσφαλῶς ὂν ἐν ἰδιωτικῇ οἰκίᾳ πολλὰ χρήματα εἶναι· καὶ ἔδοσαν Ἀθηναῖοι. Exercuisse Græcos imperatores jus suum in sua et deprompsisse vasa ex ecclesiis ad usum, cordatos nempe illos et vere viros, muliercularum et monachorum torriculamentis non obnoxios, constat cum hoc e loco et multis aliis hujus Cerimonialis, tum e Leonis Chazari exemplo, qui depositum ab Heraclio in Magna ecclesia stemma ex ara depromebat et in processione quadam gerebat. A qua cum haud multo post fato suo decederet, clamabant infruniti Græculi clerici et æque fatuus Theophanes, eum in capite, quo peccasset, visibiliter et e vestigio punitum a Deo fuisse enato carbone, et phrenesi correptum. Ἀπηνθρακώθη, dicunt, ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ κακὴν κακῶς τὴν ψυχὴν ἀπέρρηξε, τῆς ἱεροσυλίας κομισάμενος τὰ ἐπίχειρα. Non sacrilegium commisit, o boni, Leo, sed non sinebat vos alienis, ad vos nihil quidquam pertinentibus, incubare. Hodie ineptæ ejusmodi ratiocinia ridemus. Sed corollæ hæ sunt virtutis præmia, quas Leo non tulisset, si mollis et indulgens ignavis et nequam agyrtis fuisset. Conf. Constantin. de admin. Imp. p. 63, 64, ed. Bandur. [Aurea vasa e templis sumit et non reddit Isaacius Angelus, Nicet. p. 200. seqq., item p. 233, n. 7, 253, 1. Conf. p. 294, 296. Mos dedicata in templis usus tempore promendi derivatus a gentilibus, vid. Diodor, Sicul. t. II, p. 73, 68, Gregor. Turon. apud Cangium v. *Palla.*

μεγάλα κιόνια ἀπὸ τῆς αὐτῆς μονῆς δ', καὶ ἔξω τοῦ τρικλίνου εἰς τὴν μεγάλην τροπικὴν (64) ἀπὸ τῆς αὐτῆς μονῆς ἓν καὶ ἐν τούτοις ἁλυσιδίους ἐκρεμάσθησαν τὰ τῆς Νέας μεγάλα ἀργυρᾶ πολυκάνδηλα. Ἔστησαν δὲ ἐν τῷ αὐτῷ τρικλίνῳ τῆς μανναύρας ἐν μὲν τῷ δεξιῷ μέρει μέσον τῶν μελάλων κιόνων τὸ χρυσοῦν ὄργανον ἔξω τῶν ἐκεῖσε κρεμαμένων βήλων, καὶ ἄνωθεν αὐτοῦ ὡς πρὸς ἀνατολὴν τὸ τοῦ Βενέτου ἀργυροῦν ὄργανον, ὁμοίως καὶ ἐν τῷ εὐωνύμῳ μέρει τὸ τοῦ Πρασίνου ἀργυροῦν ὄργανον. Ἰστέον, ὅτι τὸ ἀναδενδράδιον ὅλον ἐποίησαν οἱ παστοποιοὶ δίκην τροπικῆς ἀπὸ σενδές· ἔνθεν δὲ κἀκεῖσε τῶν κιονίων ἀπὸ τῶν σενδὲς μέχρι τοῦ ἑδάφους ἐκρεμάσθησαν σκαραμάγγια μεγάλα τὰ καὶ δοθέντα ἀπὸ τοῦ παλατίου. Ἰστέον, ὅτι, τῶν Ἱσπανῶν (65) ἐλθόντων, γέγονεν δοχὴ κατὰ πάντα ὁμοίαν

A et quatuor aliæ ex eodem monasterio petitæ et quatuor magnis columnis ; et extra triclinium in magna tropica seu trichila una ex eodem monasterio. Ex his catenis dependebant argentea Novæ ecclesiæ polycandela seu candelabra multorum cereorum hastis seu foveolis et cantharis multisque cereis in ambitum instructa. **330** Collocaverant quoque in eodem triclinio magnauræ a dextra parte medium intra magnas columnas auraum organum extra vela ex illis columnis dependentia, et ab utraque ejus parte ad dextram quidem superius versus orientem organum argenteum Venetæ factionis, ad sinistram vero inferius organum argenteum Prasinæ factionis. Arboretum vel atrium triclinii arboribus obsitum

B efformaverant aulærii e pannis sendes ad instar

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(64) Verti *trichila*, id est porticus curva, hemisphærium pensile, ambulacrum cujuscunque formæ, sive in longum productum, sive rotundum esset, quacunque tandem re, seu vitibus, seu palliis sericis, tectum et obumbratum. Ad Athenæi exemplum p. 148, σχεδιάν et ἄντρον, *une grotte, antrum factitium, cito structile* appelles. Conf. ejusd. p. 196 et p. 200. Ut Latini *curvam* et *curvulam*, sic Græci τροπικὴν appellabant a τρέπω, *verto, curvo, volvo, volutam, une voûte*. Propterea recte Combefis. in Contin. Theophan. p. 87, vertit *apsis*. P. 273 vertit *tropica, sic dictus palatii locus*. Forte induxit eum, ut locum palatii sic dictum crederet, (in quo falsum eum fuisse nolim equidem asseverare), locus Theophanis p. 373 fine, ubi de Niceta patriarcha imaginibus inimico hæc habet : τὰς ἐν τῷ πατριαρχείῳ εἰκόνας τοῦ μικροῦ σεκρέτου διὰ μουσείου οὔσας ἔξεσεν, καὶ τοῦ μεγάλου σεκρέτου τῆς τροπικῆς ἐξ ὑλογραφίας οὔσας κατήνεγκεν, *exstantes in patriarcheo imagines, musivo quidem opere factas in parvo secreto abradi, in magno autem secreto tropicæ in ligno pictas tolli curavit*. In quo loco interpretando instituta a Goaro ratio mihi quidem non placet. Potuit quidem Tropica nomen proprium alicujus structuræ in palatio fuisse, eique id nomen adhæsisse ab adjuncta curva porticu. Sed in hoc quidem loco Theophanis tropica non palatii, sed patriarchei memoratur, et *secretum tropicæ* dictum ideo mihi videtur, quod curvulam adjunctam haberet. Consuevisse tales porticus vitibus obumbratas palatiis et basilicis seu ecclesiis apponi, constat e Du Cangio v. *Lobia* et *Laubia* [vox est Germanica], unde duo tantum hosce locos excerpere juvat, unum chartæ veteris apud Puricellum : *Peto, ut tectum seu lobiam moveant penitus et auferant, quam fecerunt vel fieri fecerunt, juxta murum ecclesiæ*, et alterum alterius chartæ Ludovici IV Imp. apud Ughellum, quæ data dicitur *in palatio, quod est fundatum juxta basilica beatissimi principis Apostolorum, in laubia majore ipsius palatii*. Talem porticum, lobiam (a *Laub*, id est frondibus et virgultis dictam) Marcus carmine in S. Benedictum appellat *silvam comis domatam*, id est in domæ, tholi seu cuppolæ modum arcuatum :

C illam κουρβούλα a Latino *curva, curvula*, nempe porticus, quam a κούρμος pro κόρμος, *truncus*, derivare malim. Præter exempla hujus vocis, quæ Du Cange Gl. Gr. 1618, in serie protulit, habet idem quoque aliud in v. Παρακέλλιον, *latrina*, p. 630. Concludo ex hactenus dictis, tropicam nostri loci fuisse deambulacrum, porticum, curvam, pergulam aut vitibus revera obumbratam et palliis sericis ad breve tempus pompæ causa tantum amictam ; aut porticum ad talis pergulæ modum factam, non tamen vitibus perplexam, sed pompæ causa tantummodo asseribus aut schidiis tumultuario opore constructam, quo amiciri posset palliis sericis, sub quorum velo et umbra consideri et deambulari, auraque libere perspirans captari posset. Differt igitur τὸ ἀναδενδράδιον a tropica. Illud est seris arborum erectarum, stantium et liberum cœli aspectum permittentium, certo ordine dispositarum. In hac vero vites aut aliæ arbores flexiles coactæ in apsidem demunt adspectum cœli. Quando igitur paulo post dicit Noster, anadendradium vel topiarium injectis pannis sericis fuisse ad imaginem tropicæ conformatum, significat eo, fuisse topiario superimpositas camaras e lattis seu longis schidiis factas pro sustinendis palliis sericis, quæ insterni debebant. Fuisse morem ævi medii talibus pergulis e lattis concamaratis pannos sericos in ostentationem insternendi aut eos de armariis ad parietes erectis suspendendi, probant non tantum loci auctorum, quos ibi citavi, ubi de triumphalibus processionibus egi, sed etiam hi duo a Du Cangio v. *Mutatoria* citati, unus S. Bernardi : *Quid juvant tot mutatoria vel extensa in perticis vel plicata in manticis*, alter Jacobi de Vitriaco : *Mimus et histrio ad mensam cantat, multa vestium mutatoria ad ostentationem vanitatis in pertica extenduntur, et Christi pauperes fame et frigore cruciantur*.

Pomiferisque viret silva domata comis.

De *porticu curva* vid. Salmas. ad Sor. H, Aug. I, p. 656, de *trichila* idem p. 86, ubi tamen vulgatam ego quidem servare malim. Curvulas quoque dictas fuisse pergulas tales vitibus obumbratas et perplexas, conjicio e loco quodam Joannis Canani p. 189 : Κατέκαυσε καὶ ἐνεπύρισε πᾶν ζύλον κάρπιμον καὶ δένδρον εὔκαρπον, καὶ τὰς κουρβούλας τῶν ἀμπελώνων ἐκ ῥίζης ἀπέτεμον, ubi vocem

D (65) Utinam addidisset auctor, a quo rege Hispano et cujus Hispanici regni domino (tunc enim adhuc Saraceni Hispaniam obtinebant et minuta regna in unum corpus nondum coierant), et quando et ad quem Græcum imperatorem hæc legatio missa fuerit. Concludas fere ex eo, quod horum nihil nos docuit auctor, et quod hæc legatio in rebus memoratur sub Constantino, hujus operis auctore, gestis, haud diu ante scriptum hoc opus eam legationem CPlin venisse ; quapropter crediderit auctor nihil amplius et propius de ea, ut re nuper gesta et in recenti lectorum memoria adhuc hærente, narrare. Ego quidem non dubito, sermonem hic esse de illis legatis Hispanis, de quibus Luitprandus Hist. VI, 2, memorat, dicens paulo post adventum suum CPlin eodem quoque venisse nuntios Hispanos. Ait autem ipse XIV Cal. Octobris illuc appulisse. Cum igitur temporum ratio utrinque concordet,

tropices seu ambulacri fornicati. Ab utraque autem parte columnarum e pannis sendes inde fornicem sursum tegentibus usque ad fundum suspendebantur scaramangia magna, a palatio suppeditata. Legati Hispani cum adessent, recipiebantur eodem prorsus modo, atque illi Tarsenses, ea tantum differentia, quod anadendradium vel viridarium magnauræ non pannis sendes, sed totum scaramangiis coornatum fuerit. Suspendebantur quoque tunc opera materiæ pretiosæ, smaltita vel incausto picta, e phylace seu ærario dominico deprompta. Hispani, quos dixi, admissi fuerunt die 24 Octobris. Sed redeo ad cœptam narrationem de legatis Tarsensibus. In illa itaque tropica e pannis sendes confecta suspendebantur catenæ quatuordecim æneæ inargentatæ, ex Hormisdæ (vel S. Sergii) monasterio petitæ, et totidem polycandela argentea ex Nea. In fornice autem, qui in triclinium candidatorum ducit, suspensa erat catena una cum uno polycandelo. Triclinium candidatorum instructum et ornatum fuerat a sacellario magnis blatteis scaramangiis variisque argenteis imperialibus operibus, et habebat quinque catenas, e quibus totidem argentea Novæ ecclesiæ polycandela dependebant. Spatium, quod extra stabulum mulorum est, et primam scholam ornaverat præfectus urbis pannis sericis et haplomatibus seu vastis altarium mappis et sindicis prætereaque affabre factis et exsculptis operibus argenteis, ad varia hospitalia peregrinorum et senum et ecclesias pertinentibus, et alias ibi depositis. Et coram stabulo mulorum quidem dependebant quinque polycandela e suis catenis, in prima vero schola dependebat tantum unum e medio trullo. In triclinio excubitorum dependebant e sex catenis totidem argentea polycandela ex ecclesia Nova petita. **331** Tribunal [seu triclinium XIX accubituum] ornaverat præfectus urbis eo modo, ut fieri solet in processionibus, nempe blatteis, haplomatibus et sendes pannis, item operibus aureis encausto artificiose pictis argenteisque eleganter exsculptis, quæ cambiatores suppeditaverant. Ibidem dependebant duodecim argentea polycandela e totidem catenis. Hæc ad Novam ecclesiam pertinebant.

A ταύτης, πλὴν τὸ ἀναδενδράδιον τῆς μανναύρας οὐ κατεκοσμήθη ἀπὸ σενδὲς, ἀλλ' ὅλον διὰ σκαραμαγγίων, μεγάλων καὶ ἐκρεμάσθησαν ἐν αὐτῷ καὶ τὰ χειμευτὰ ἔργα τοῦ φύλακος (66). Γέγονε δὲ ἡ τῶν Ἰσπανῶν δοχὴ μηνὶ Ὀκτωβρίῳ κδ' Ἰστέον, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ τροπικῇ τῇ ἀπὸ τῶν σενδὲς κατασκευασθείσῃ ἐκρεμάσθησαν ἁλυσίδια ἀσπρόχαλκα ιγ' ἀπὸ τῶν Ὁρμίσδου καὶ πολυκάνδηλα ἀργυρᾶ ἀπὸ τῆς Νέας ἐκκλησίας. Καὶ εἰς τὸ φουρνικὸν τὸ ἐξάγον εἰς τὸν τρίκλινον τῶν κανδιδάτων ἕτερον ἁλυσίδιον α' καὶ πολυκάνδηλον α'. Ἰστέον, ὅτι ὁ τρίκλινος τῶν κανδιδάτων ἐξωπλίσθη παρὰ τοῦ σακελλαρίου ἀπὸ βλαττίων σκαραμαγγίων μεγάλων καὶ ἀπὸ βασιλικῶν διαφόρων ἀργυρῶν ἔργων, καὶ ἐκρεμάσθησαν ἐν αὐτῷ ἁλυσίδια ε' καὶ πολυκάνδηλα ἀργυρᾶ ἀπὸ τῆς Νέας
B ἐκκλησίας ε'. Ἰστέον, ὅτι τὸ ἔξω τοῦ σταύλου τῶν ἡμιόνων καὶ τὴν πρώτην σχολὴν ἐξώπλισεν ὁ ὕπαρχος ἔνθεν κἀκεῖθεν ἀπὸ βλαττίων καὶ ἁπλωμάτων καὶ σενδὲς, καὶ ἀπὸ τῶν ἐναποκειμένων ἀναγλύφων ἀσημίων ἐν τοῖς ξενῶσι καὶ γηροκομείοις καὶ ταῖς ἐκκλησίαις. Ἐκρεμάσθησαν δὲ ἁλυσίδια ἔξωθε μὲν τοῦ σταύλου των ἡμιόνων ε'· ἐν δὲ τῇ πρώτῃ σχολῇ μέσον τοῦ τρούλλου α'· ἐν δὲ τῷ τρικλίνῳ τῶν ἐξκουβίτων ἐκρεμάστησαν ἁλυσίδα ς', καὶ ἐν τούτοις ἐκρεμάσθησαν πολυκάνδηλα ἀργυρᾶ ἀπὸ τῆς Νέας ἐκκλησίας. Ἰστέον, ὅτι τὸ τριβουνάλιον ἐξώπλισεν ὁ ὕπαρχος κατὰ τὸ εἰωθὸς τῆς προελεύσεως ἀπό τε βλαττίων ἁπλωμάτων καὶ σενδὲς καὶ ἀπὸ ἔργων χρυσῶν καὶ χειμευτῶν καὶ ἀναγλύφων ἀργυρῶν, δηλονότι τῶν ἀργυροπρατῶν ταῦτα παρεχόντων. Ἐκρεμάσθησαν δὲ ἁλυσίδια ιβ' καὶ πολυκάνδηλα ἀρ-
C γυρᾶ ἀπὸ τῆς Νέας ἐκκλησίας δώδεκα. Ἰστέον, ὅτι τὸον τρίκλινον τῶν σχολῶν ἐξώπλισεν ὁ ὕπαρχος ἔνθεν κἀκεῖθεν ἀπὸ βλαττίων καὶ ἁπλωμάτων καὶ σενδὲς καὶ ἀπὸ τῶν ἐναποκειμένων ἀσημίων ἔν τε τοῖς ξενῶσι καὶ γηροκομείοις καὶ ταῖς ἐκκλησίαις· ἐκρεμάσθησαν δὲ ἁλυσίδια ι' καὶ πολυκάνδηλα ἀργυρᾶ ἀπὸ τῆς Νέας ἐκκλησίας ι'. Ἰστέον, ὅτ. ἔσωθεν τῆς χαλκῆς πύλης οὐδὲν ἀπὸ βλαττίου ἢ ἁπλώματος ἢ σενδὲς γέγονεν ἐξόπλισις, ἀλλ' ἢ μόνον ἐκρεμάσθησαν ἁλυσίδια δ' καὶ πολυκάνδηλα ἀργυρᾶ ἀπὸ τῆς Νέας ἐκκλησίας δύο. Ἰστέον, ὅτι, ἔξω τῆς χαλκῆς πύλης ἐξώπλισεν ὁ ὕπαρχος ἔνθεν κἀκεῖθεν

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

non dubito quin legationem et Luitprandi et Hispanorum in unum commemoravit, majorem negligens et minutiarum consectator, prorsus ut Noster infra quoque pag. 343, « *Die Kal. Augustarum*, ait, *Papia egressus*, » sed annum reticet, « *Venetias veni*, » quo nempe CPlin iret, a Berengario secundo, qui anno 947 Italiæ regnum recuperaverat, illuc legatus. « *Ubi*, pergit, *et Salomonem comitem* (forte *comitis* appellatione *protospatharium* voluit exprimere), *Græcorum nuntium*, κοιτωνίτην, *eunuchum*, *reperi ab Hispania et Saxonia regressum*, » etc. At quid egerat Salomo in Hispania et Saxonia? Videtur Romanus Lecapenus expeditionem contra Cretenses Saracenos animo agitans in societatem belli regem aliquem Christianum in Hispania, forte Arragonium, sollicitare voluisse, qui e mari Mediterraneo eos adoriretur, aut regulum Valentiæ Mubammedanum armis vexaret, eoque prohiberet, ne ille Saracenis Cretensibus, suis civibus, succurreret. Saraceni

D enim Hispani e regno Valentiæ Cretam imperante Theophilo rapuerant. Quid autem in Saxonia egerit tum quidem, non exputo. Volebatne Othonem I imperatorem in societatem belli adversus rebelles Campagniæ regulos pertrahere, aut adversus Hungariæ regem armare? Quis verum dixerit? Quidquid autem hujus rei sit, videntur Hispani legati, quorum hic fit mentio missi ab illo Hispano rege, ad quem Romanus miserat, ut responsum ejus ad Græci legationem referrent. Aliam post hoc tempus in Hispaniam misisse legationem ipsum Constantinum A, C. 948., forte ex eo patet, quod infra p. 383, regiæ classi adversus Cretam destinatæ computantur cum aliis tria navigia, et hæc dicitur ostiarius et nipsistiarius Stephanus cum regia commissione in Hispaniam missus secum sumpsisse. Illa autem classis adversus Cretam expedita fuit, teste nostro Ind. VII, A. C. 949. V. dicenda ad p. 383.

(66) Vide supra not. 54. col. 113.

ἕως τοῦ ἐξάγοντος ἐκεῖσε καγκέλλου ἀπὸ βλαττίων καὶ ἁπλωμάτων καὶ κενδὲς, ἐκρεμάσθη, δὲ ἁλυσίδιον ἓν καὶ τὸ μέγα πολυκάνδηλον τὸ ἀργυροῦν τῶν Βλαχερνῶν. Ἰστέον, ὅτι ὁ τρίκλινος, ἐν ᾧ καὶ τὸ καμελαύκιον ἵσταται (67) καὶ οἱ μάγιστροι, γίνονται, καὶ τὸ λεγόμενον ὀνοπόδιον ἐξωπλίσθη παρὰ τοῦ σακελλαρίου ἀπὸ βλαττίων καὶ ἀπὸ βήλων τοῦ χρυσοτρικλίνου. Ἰστέον, ὅτι ὁ πόρτης τοῦ αὐγουστέως, ἤγουν ἡ χρυσῆ χεὶρ, ἐξωπλίσθη παρὰ τῶν ὀξέων βήλων τοῦ χρυσοτρικλίνου. Ἰστέον, ὅτι τὰ ἀπὸ τοῦ αὐγουστέως διαβατικὰ ὡς πρὸς τὴν ἀψῖδα ἐξωπλίσθησαν ἀπὸ διαφόρων βήλων κεντητῶν. Ἰστέον, ὅτι ὁ ἱππόδρομος ἐξωπλίσθη παρὰ τοῦ ὑπάρχου ἀπὸ βλαττίων καὶ ἀπὸ βασιλικῶν διαφόρων βήλων. Ἰστέον, ὅτι ἐγραμίστησαν ἀπὸ δαφνῶν κατὰ τὸ εἰωθὸς τῶν προελεύσεων, οἷον σταυρία (68) καὶ στεφάνια τὰ λεγόμενα σκιαστὰ, δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ ἐν τοῖς τοίχοις (69) ὑπὸ καγκέλλων τῶν λεγομένων ποταμίων, καὶ τῶν ὀρθίως ἱσταμένων τῶν λεγομένων δένδρων, ἀλλὰ καὶ λοιπῶν ἀνθῶν, ὧν ὁ τότε καιρὸς παρεῖχεν· ἀλλὰ καὶ τὰ τούτων ἐδάφη κατεράνθησαν κισσοῦ τε καὶ δάφνης, τὰ δὲ οἰκειότερα ἀπὸ μυρρίνης καὶ δενδρολιβάνου. Ἰστέον, ὅτι, μετὰ τὸ εἰσελθεῖν τὰ βῆλα ἐν τῷ μεγάλῳ τρικλίνῳ τῆς μανναύρας, κατεράνθη ὅλος ὁ τρίκλινος ἀπὸ ῥόδου. Ἰστέον, ὅτι ἐν τῷ ὅλῳ ἐδάφει τοῦ ἀναδενδραδίου καὶ τοῦ ἀνάγοντος πουλπίτου εἰς τὸν μεγατρίκλινον ἠπλώθησαν ἁπλώματα πέρσικα τολύτιμα. Ἰστέον, ὅτι οἱ μάγιστροι καὶ οἱ εὐειδέστεροι τῶν ἀνθυπάτων ἐφόρεσαν τοὺς λώρους (70)·

A Triclinium scholarum ornaverat idem præfectus urbis ab utraque parte blatteis et haplomatibus et pannis sendes operibusque argenteis in variis hospitalibus, senicuriis et ecclesiis dedicatis, et decem argenteis Novæ ecclesiæ polycandelis e totidem catenis dependentibus. Intra chalcen nullæ suspendebantur blatteæ, mappæ aut panni sendes, sed tantum duæ catenæ et totidem polycandela e Nova ecclesia. Verum extra chalces portam suspendi curaverat præfectus urbis ab utraque parte usque ad cancellos, per quos illuc intratur, blatteas et pallia et pannos sendes et dependens ex sua catena unicum magnum illud e Blachernis argenteum polycandelum. Sacellarius exornaverat triclinium, in quo camelaucium stat magistrique creantur, et, quod ita dicitur, onopodium blatteis et velis chrysotriclinii. Porticus augusteonis aut manus aurea sic dicta compta fuerat purpureis velis chrysotriclinii; porticus ab augusteone inde usque ad apsidem instructæ variis erant velis acu pictis. Circum ornaverat præfectus urbis blatteis variisque imperialibus velis. Lauro, ut mos est facere in processionibus, nec non cancellis sic dictorum potamiorum, et illis erecte stantibus vulgo sic dictis arboribus, imo et aliis quibusdam, quos illa ferebat anni tempestas, floribus configuratæ, veluti parvæ cruces et corollæ, (vulgo ea sciasta solent appellari) ad dextram pariter atque sinistram parietum affixæ erant: sparsaque illius tractus humus hederis et

B

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(67) Vide supra not. 57, col. 271.

C

(68) Perticas lauro implicitas cum trabe in summo transversa quo crucem referant, adhuc sua ætate circumgestari in Græcis ecclesiis consuevisse easque se vidisse, testatur Gerlach. in Diario p. 64, his verbis: *Vor ihnen* [loquitur de sacerdotibus e tribuna procedentibus et Venerabile per ecclesiam circumferentibus] *gingen her zwecn Knaben mit Wachskertzen, und noch zween andere mit gezierten Lorberstangen, welche fast den Crucifixen, wie man sie im Pabstum hoch auffgerichtet trägt, gleich sind*: [et paulo post]: *Zur Seiten begleiteten sie zween Knaben, welche zween vergülte Spies oder Stangen mit Loberkräntzen umwunden, und oben fast wie ein Creutz waren, und wie ein Spigel gläntzten trugen.*

(69) Ita membranæ pro τοίχοις et καγκέλλο pro καγκελλῳ, Fluctuavi diu quomodo locum hunc redderem, et prius verteram sic: *Lauro, ut mos est facere in processionibus, et aliis quibusdam, quos illa ferebat anni tempestas, floribus configuratæ — ad dextram pariter atque sinistram parietum a cancellis inde Potamiorum sic dictorum, et ab illis e recte stantibus vulgo sic dictis Arboribus affixæ erant.* Deinde mutavi, malo fato, procul dubio. Quamvis enim nescio quid Potamia, quid Arbores fuerint: non dubito tamen hanc, quam modo attuli, interpretationem illi præferendam esse, quæ Græcis verbis apposita fuit. Sed sæpe contingit nobis homuncionibus, ut per trepidationem omissis et abjectis melioribus, quæ in promptu et in manibus erant, deteriora arripiamus. Τὰ δένδρα videntur arbores opere topiario factæ, buxus vel taxus in arborum speciem concisa, fuisse. Τὰ ποτάμια vero forte fuerunt metæ marmoreæ cum lineis undantibus, coram illis cancellis positæ; vid. Du Cange v. Ποταμοί, et quæ supra dixi ad p. 271 de *thalassis*; aut fuerunt genus aliquod materiæ seu ligneæ seu marmoreæ, cujus aut asseres aut tabulæ saxeæ sic pictæ naturave formatæ essent, ut undantes rivos exhiberent, id est haberent lineas serpentino more fluctuantes. Scilicet ea, quæ γραδωτῶς, *per gradus*, sed non recte, verum undatum parallelos procedunt, ea novi Græci ποτάμια appellant. Contin. Theophanis L. III, n. 42: Ὁ Καριανὸς οὕτω φέρει τὴν κλῆσιν διὰ τὸ ἀπὸ τῆς γραδώσεως ἔχειν ἀπὸ λίτου Καριανοῦ οἷον πλατύν τινα ποταμόν: vid. Du Cange h, v. et dicta a nobis ad p. 302 de umbilicis,

D

(70) Quamvis de loris, de scipionibus et anexicaciis vel acaciis, de quibus hic sermo fit, ample disseruerit Du Cange in dissertationis de nummis ævi medii ingressu, reliquum tamen nihilominus nobis quoque, quod diceremus, fecit. Tria, quæ diximus, loros et scipiones et acacias vetustis consulibus Romæ propria fuisse, si non ipsa iisdemque nominibus, at res tamen admodum similes, aliquantum mutatas longo temporum cursu, et invadente superstitione, morum atque sacrorum diversitate, et antiquitatis denique ignoratione, constabit protinus e nostra disputatione. Sed prius dicendum, quid lorus aut lorum fuerit. Est autem perquam difficile definitionem aut descriptionem dare locis omnibus auctorum, qui lororum mentionem faciunt, aut lororum generibus omnibus congruam. Non enim idem appellatum fuit temporibus omnibus, sed diversissima figura lori antiquioris a loro recentiore; neque potest hæc res perspicue sic describi, ut percipiatur, nisi nummi et vetustæ imagines ad manum sint et inspiciantur, e quibus et diversitatem formarum, et quomodo successu temporis magis compositæ atque φορτικαί et affectatæ simplicibus antiquioribus successerint, intelligas. Gestabant, ut notum est, veteris Romæ consules trabeas. Ilæ erant lati clavi purpurei, togæ intexti aut assuti aut denique libere superinjecti, ad instar trabis aut si

καμίσια καὶ τὰ χρυσόταβλα χλανίδια. Οἱ δ' εὐνοῦχοι πρωτοσπαθάριοι μετὰ τὰ ἑαυτῶν στιχάρια καὶ σαβάνια καὶ χρυσᾶ μανιάκια ἐβάστασαν τὰ χρυσᾶ διάλιθα σπαθοβάκλια. Οἱ λοιποὶ εὐνοῦχοι πρωτοσπαθάριοι ἐφόρεσαν τὰ ἑαυτῶν στιχάρια καὶ μανιάκια. Οἱ πριμικήριοι ἐφόρεσαν τὰ ἑαυτῶν στιχάρια ἄνευ χλανιδίων. Οἱ μάγιστροι, ὡς φορέσαντες τοὺς λώρους, δεδώκασι τὰ ἑαυτῶν στιχάρια τοῖς μὴ ἔχουσι πριμικηρίοις ἴδια στιχάρια. Οἱ ὁστιάριοι ἐπάνω τῶν καμισίων ἐφόρεσαν τὰ χρυσᾶ παραγαύδια καὶ ἐβάστασαν τὰ χρυσᾶ διάλιθα βεργία. Οἱ λοιποὶ ὁστιάριοι οἱ μὴ ἔχοντες χρυσᾶ παραγαύδια ἐφόρεσαν ἐπάνω τῶν καμισίων τὰ ἑαυτῶν χλανίδια. Οἱ σπαθαροκανδιδᾶτοι καὶ οἱ ἀπὸ τῶν σχολῶν ἐφόρεσαν τὰ ἑαυτῶν στιχάρια καὶ σαβάνια καὶ χρυσᾶ μανιάκια. Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν τάξεων ἐφόρεσαν τὰ ἑαυτῶν στιχάρια καὶ σαβάνια καὶ ἐβάστασαν τὰ χρυσᾶ διάλιθα σπαθοβάκλια. Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν δρουγγαρίων τῆς βίγλης ἐφόρεσαν τὰ ἑαυτῶν στιχάρια καὶ σαβάνια καὶ ἐβάστασαν τὰ χρυσᾶ διάλιθα σπαθοβάκλια. Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν βάνδων ἐφόρεσαν τὰ ἑαυτῶν στιχάρια καὶ σαβάνια καὶ ἐβάστασαν τὰ χρυσᾶ διάλιθα σπαθοβάκλια. Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν κομήτων τῶν τάξεων ἐφόρεσαν τὰ ἑαυτῶν στιχάρια καὶ σαβάνια καὶ ἐβάστασαν τὰ χρυσᾶ διάλιθα σπαθοβάκλια. Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν κομήτων τῶν ἀρίθμ

contos in summo lata romphæa præferratos]. Cæteri eunuchi protospatharii sua strictoria et torques tantummodo gerebant. Primicerii gerebant strictoria sua absque tunicis ; et, si qui eorum propria non haberent strictoria, induebant illa magistrorum, utpote loros gerentium. Ostiarii super camisiis gerebant aurea paragaudia virgasque aureas gemmatas. Sed si qui horum aurea paragaudia non haberent, illi super camisiis suis gerebant suas tunicas. Spatharocubicularii gerebant super camisiis suis aurea paragaudia et spathas honoratorum aureo manubrio instructas. Qui autem eorum aurea paragaudia non habebant, illi gerebant sua camisia et spathas suas. Cubicularii omnes gerebant sua camisia, et pars quidem præterea, quales diebus festis gestare solent, tunicas aureis tabliis instructas, illas fundatas patriciorum nempe proprias ; pars autem tunicas acu argentea pictas et similia contomanica et purpurea contomanica [seu tunicas brevium manicarum]. Protospatharii, qui simul officiales essent, gerebant sua camisia et fundatas festales tunicas magistrorum proprias. Protospatha-

A κουβικουλάριοι ἐφορεσαν ἐπάνω των καμισίων αὐτῶν χρυσᾶ παραγαύδια καὶ τὰ χρυσόκανα σπαθία τῶν ἀξιωμάτων. Οἱ λοιποὶ σπαθαροκουβικουλάριοι οἱ μὴ ἔχοντες χρυσᾶ παραγαύδια ἐφόρεσαν τὰ ἑαυτῶν καμίσια καὶ σπαθία. Οἱ κουβικουλάριοι πάντες ἐφόρεσαν τὰ ἑαυτῶν καμίσια. Καὶ οἱ μὲν ἐξ αὐτῶν ἐφόρεσαν τῶν ἑορτῶν τὰ χρυσόταβλα χλανίδια τὰ φουνδάτα, ἤγουν τῶν πατρικίων· οἱ δὲ τὰ ἐξαργυροκέντητα χλανίδια καὶ τὰ ἀργυροκέντητα κοντομάνικα καὶ τὰ ὀξία κοντομάνικα. Οἱ πρωτοσπαθάριοι οἱ ἀφφικιάλιοι ἐφόρεσαν τὰ ἑαυτῶν καμίσια καὶ τὰ φουνδάτα τῶν ἑορτῶν χλανίδια, ἤγουν τῶν μαγίστρων. Οἱ τοῦ χρυσοτρικλίνου πρωτοσπαθάριοι ἐφόρεσαν τὰ χρυσᾶ σπέκια καὶ χρυσᾶ μανιάκια· ὅσοι δὲ σπέκια οὐκ εἶχον, ἐφόρεσαν σκαραμάγγια καὶ σαγία ροῆς. Οἱ τῶν σεκρέτων χαρτουλάριοι καὶ νοτάριοι ἐφόρεσαν τὰ ἑαυτῶν καμίσια καὶ σαγία

B ἀληθινά. Οἱ ἀσηκρῆται καὶ οἱ νοτάριοι τῶν ἀσηκρητειῶν καὶ λοιποὶ σεκρετικοὶ ἐφόρεσαν τὰ ἑαυτῶν καμίσια καὶ τὰ φουνδάτα χλανίδια τῶν ἑορτων, ἤγουν τὰ ἔχοντα ὀξέα ταβλία. Πλησίον τοῦ βασιλικοῦ θρόνου ἔνθεν κἀκεῖθεν, ἤτοι δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ, ἔστησαν τὰ Ῥωμαϊκὰ σκῆπτρα (72) καὶ πτυχία (73) καὶ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(72) Romana hic sunt Græca ; novi enim Græci se Romanos ferebant, ut notum est. Sceptra vero sunt genus aliquid vexilli, longi conti laminis et clavis aureis vel argenteis confixi, et, ut mihi quidem videtur, ad crucis formam comparati, puri seu absque ferro vel mucrone, sed dependentibus velis, ut colligi potest : Ἐκεῖσε γὰρ ἵστανται... τοὺς δεσπότας ἐκδεχόμενα Ῥωμαϊκὰ σκῆπτρα, τὰ λεγόμενα βῆλα, ὁμοίως καὶ τὰ εὐτύχια, καὶ τὰ ἕτερα σκῆπτρα, πρὸς τούτοις τὰ σκεύη τῶν προτικτόρων. *Vide* not. 92 col. 139.

(73) Sic solet plerumque hæc vox in nostro codice efferri ; interdum tamen integre et incorrupte scribitur εὐτύχια, ut in loco Nostri paulo ante laudato pag. 7, quo absque loco fuisset nunquam conjectando veram rationem ptychiorum fuissem assecutus. Nam cum primum hanc vocem legerem, suspicabar (neque enim aliud poteram) iilam codices Evangeliorum significare, quales grandes, ponderosos in membranis nitidissimis summa calligraphices venustate litteris grandibus exaratos rubro holoserico indutos et umbonibus et laminis augularibus, item agrafiis seu uncis aureis et argenteis firmatos atque ornatos præferre e contis suspensos solebant. Vid. Garbelli Epistol. ad Josephum Blanchinum in Prolegomenis ad Evangeliarium quadruplex, p. 6, et cl. Leich. de Diptychis p. XL. Sane de nihilo non erat hæc conjectura. Nam p. 342 dicitur πτυχία τῶν Εὐαγγελίων res inter alias pretiosas publice coram legatis Saracenicis exposita spectatum fuisse. Thuanus quoque describens processionem, qua Pseudo Demetrius a. 1605 Moscoviam ingressus est imperator salutatus : *Proxima secundum principem*, ait, *incedebat clericorum turba cum vexillis quadratis, in quorum singulis appensa erat aut Divi alicujus imago, aut Evangeliorum liber.* In illo loco libri Mubachiani, quem p. 6 horum Commentar. citavimus, vidimus apud Russos prælatos quoque codices Evangeliorum in publica processione festi Luminum. Accedit huc, quod ævo medio pontifici Romano in processionibus publicis pugillares præferrentur ; *vid.* Du Cange v. *Pugillares* ; quos puto codices evangeliarios fuisse, neque aliud *pugillum*, quam codicem Evangelii, memoratum illo in loco, quem idem v. *Pugillus* citat.

In multis quoque nummis imperatorum CPtanorum dubium videri queat, labarumne an codex Evangelii quadratus e conto dependeat. A Græcis Saraceni quoque mutuati sunt morem al Corani codices e contis dependentes in acie pro vexillis præferendi, quo de more ad Abulfedam dico. Cum tamen primi imperatores Byzantini plurima veteris Romanæ curiæ imperialis instituta retinerent, quæ secuta sæcula aut additamentis Christianismi auxerunt, aut ineptiis suis deformarunt ; et inter vexilla veterum imperatorum signa Fortunæ quoque fuerint, ipsi quoque in cubiculis suis aurea Fortunæ simulacra, velut majestatis et felicitatis imperii pignora, haberent et colerent ; et in primorum imperatorum Byzantinorum nummis alata Victoria frequens conspiciatur : et infra, p. 415 domesticus scholarum inter officiales suos habere dicatur εὐτυχιοφόρους et σκηπτροφόρους, quod procul dubio ad imitationem aulæ imperialis factum fuit. (Neque enim putandum, domesticum vexilla et vexilliferos habuisse, quibus imperator careret.) Conf. p. 427. Nullus dubito vocem πτυχία, εὐτύχια vel εὐτυχεῖα esse corruptam et vexilla significare, quorum aut contis in summo superimposita, aut bandis vel pannis intexta essent Fortunæ vel Victoriæ simulacra, νικάρια, *victoriolæ*, ut appellat Cedrenus p. 322, ubi exponit *CONOB.*, solemnem nummorum Byzantinorum subscriptionem, quæ mihi quidem videtur *Constantinopolis olim Byzantium*, significare. Nullo tempore Byzantinis desiisse usum Victoriæ in signis constat e loco Codini Offic. VI, 20, p. 79, ubi memorat flamullum Archistrategum dictum. Hic Archistrategus seu Angelus Michael aliud nihil erat quam Victoria. Græci superstitiosi credentes angelos alatos esse, quia in vexillis retentam ex antiquo figuram alatam videbant, ignorantes eam Victoriam esse, e pagano numine angelum Michaelem efficiebant. Et excusandi profecto sunt. Sane pictores nostri non aliter pingunt angelos, quam victoria in nummis primorum imperatorum efficta conspicitur ; e. c. nummos Constantini apud Du Cangium Fam. Byz. p. 56, et Theodosii p. 61. A Græcis vexillum hoc Latini medii ævi quoque assumebant, ut alia multa, et *Angelum* appellabant ; *vid.* Du Cange v. *Angelus*, ubi inter alia e Wittekindo hæc citat : *In quinta acie, quæ erat maxima, et dicebatur regi*,

λοιπὰ χρυσᾶ σκῆπτρα, κρατούμενα ὑπὸ τῶν κανδι- A
δάτων, δηλονότι φορούντων σκαραμάγγια καὶ τὰ

rii chrysotriclinii gerebant specia aurea et aureos torques. Qui autem eorum non haberent specia,

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

ipse princeps vallatus lecta ex multis millibus alacrique juventute, coramque eo angelus, penes quem victoria, denso agmine circumseptum. Credebant igitur boni nostri majores ex male intellecta ambigua traditione, victoriam ibi esse, ubi angelus esset. Et erat revera. Nihil enim aliud angelus quam victoria. numen fictitium paganismi, novo Christiano angeli et archistrategi nomine donatum. Consideremus nummum Longobardicum, quem Horatius Blancus ad Paulum Warnefridum in eadem tabula ære expressa, qua coronam ferream Modoetiensem exhibuit, cum inscriptione *Sanctus Michael* eumque comparemus cum nummis victoriatis; nullam reperiemus differentiam inter ambos, nisi hanc, quod victoria nudo aut laureato capite est, S. Michael autem non pileum, ut videtur, sed nimbum circa caput habet. Moris hujus signa victoriæ in processionibus circumferendi vestigia supersunt adhuc in eclesia Græca. Refert enim Stephanus Gerlach. in Diario CPtano p. 474, ubi ritus processionis paschalis Græcorum describit, sic processisse litaniam. Primum venisse protosyncellum cum codice Evangelii S. Joannis, lamina aurea, tecto, secundum hieromonachum cum cruce stationali, tertium psaltum cum imagine Christi e sepulcro surgentis, quarto loco processisse duo hieromonachos, quorum unusquisque gestaverit e conto rotundam latam deauratam laminam, super qua effictus cherubinus senis alis instructus. Mitto reliqua. Aliquando post describens idem processionem sacrorum donorum e tribuna in naum, sic ait: *Darauf finge die grosse Procession oder der Umgang an, da, sechs oder sieben zu der hintern Thüre des Chors* [porta sancta parva ad dextram bematis laterali] *heraus, und in der Kirche gar langsam herum gingen. Da beneigten sich alle* B *Anwesenden, elliche fielen gar darnieder, audere erwischten der herumgehenden Priester Kleider und küsten sie. Der erste trug das Brod zum Abendmahle auf dem Kopf mit einem rothen leinen Tuche bedekt. Zween andere trugen zween Kelche, einen voll, den anderen leer: der vierte und fünfte die zwey Vorbilder Cherubim und Seraphim, denen allen zwey Leser mit Kertzen voran gingen.* Hi cherubini et seraphini successerunt in locum Fortunæ vel Victoriæ, ut S. Elias in possessionem templi, quod olim Solis erat, apud Malalam t. II, p. 40. Quod olim τοῦ Ἡλίου fuerat, jam Christiani jubebant τοῦ ἁγίου Ἡλίου esse. Statuam Matris deum tenentem manibus leonem mutilabant Constantini M. tempore leonibus, manus in speciem orantis aut benedicentis urbi conformabant, ut deinceps Christianum vulgus idem illud idolum, quod olim *Mater Deum* nominabatur, mutato paululum nomine pro *Matre Dei* adoraret, teste Zosimo II, 31; *vid.* ad p. 336 dicenda. E *Semone sanco* fabulam de *Simone sancto* producit Eusebius Hist. Eccles. II. 13. Insignis est locus apud Athenæum p. 497 F 1., e quo patet, jam Ptolemæorum tempore fuisse victorias in pompis publicis prægestatas. Locus hic est: Ἐπηκολούθουν σάτυροι, καθ' ἕκαστον τοῦ σταδίου μέρος εἴκοσι, λαμπάδας σείροντες κισσίνας διαχρύσους [id est inauratas et cum hederæ ambientis helicibus cælatas; non recte Casaubonus emendat ibi], μεθ' οὓς Νῖκαι χρυσᾶς ἔχουσαι πτέρυγας [nam cætera lignea erant vestibus aureis induta], ἔφερον δὲ αὗται θυμιατήρια ἐξαπήχη κισσίοις [κισσίνοις καταχρύσοις aut χρυσοῖς στέμμασι καὶ ῥοδῶσι· sic videtur leg. esse] διακεκοσμημένα ζωωτοὺς ἐνδεδυκυῖαι χιτῶνας. Possunt innumera talia exempla retentæ paganæ superstitionis et idololatriæ, sed Christianis nominibus dissimulatæ et mysticis ridiculis expositionibus incrustatæ referri, si id ageremus. Suboluit etiam cl. Leichio hujus rei. Veteres imperatores usurpabant divinos honores, et curabant sibi ignem, ut numinibus, præferri. Novis quoque prælatus ignis fuit ex veteri instituto. *[Imperatori Græco præferebatur lampas præter sceptrum et spatham propter illud: *Luceat lux vestra*, Codin. p. 101. Sed fuit potius ignis ille, qui Augustis præferri solebat.]*

Superest nunc, ut, qui manaverit πτυχία ex εὐτυχία, demonstretur. Tenendum ergo, vulgus Græcum et novum et vetus consuevisse ε et alias vocales initiales abjicere et υ ut *b* vel etiam ut *f* pronuntiasse. Pronuntiabant igitur vocem εὐτυχία, ut *ftychia* vel *ptychia*, ut σιδροκάψιά, πλεῦσις, φτηνία, σιδηροκαύσια, *Schmelzhütten*, officinæ metallorum fusoriæ, βλέψις, *plaga quo respicitur*, εὐθηνία, *uberlas et prosperitas rerum omnium*, item βημερία pro εὐ- B
ημερία, *felix rerum suarum status*, βγενικός pro εὐγενικός, *nobilis*, βγαίνειν pro εὐγένειν. Dicunt autem εὐγένειν pro ἐκγένειν, et hoc pro ἐκγενέσθαι· πεύχια pro ἐπεύχια (v. cl. Hemsternus. ad Aristophan. Plut. p. 159), πιτιμία pro ἐπιτιμία. *Pityncha-nus* in inscriptionibus pro *Epityncha-nus*; vid. Salmas. ad Hist. Aug. t. II p. 99, ξάρτιον pro ἐξάρτιον *navalis apparatus*, πίσκοπος pro *episcopo*, φρύδι pro ὀφρύδιον, *supercilium*, βλογεῖν pro εὐλογεῖν, λάδι et λάδιν pro ἐλάδιον, *oleum*, λάμνειν pro λάβνειν et hoc pro ἐλαύνειν, *agere*, λάργυρος pro ὁλάργυρος, λάφος pro ἔλαφος, *cervus*, λαφρὸς pro ἐλαφρὸς, λεήμων pro ἐλεήμων, λίγος pro ὀλίγος, λιτροβούλης pro ἁλιτροβούλιος, μάτιν pro ἱμάτιον, ματομένος pro ἡματωμένος, *cruentatus*, μέρα pro ἡμέρα, μιερεὺς pro ἡμιερεὺς, μοιάζειν pro ὁμοιάζειν, νικοκυρία pro ἐνοικοκυρία, πάγειν pro ἀπάγειν, πίον pro *opium*. πίσω pro ὀπίσω, πιτήδειος pro ἐπιτήδειος, πιτύχερος pro ἐπιτύχερος, ἐπιτύγχανος, ἐπιτυγχάνειν πεφυκὼς, εὔστοχος, ῥέγειν pro ὀρέγεσθαι, *cupere*, ῥημάζειν pro ἐρημοῦν, *vastare*, ῥίφος pro ἔρῖφος, *hædus*, ῥωτᾶν pro ἐρωτᾶν, *interrogare*, σάζειν pro ἰσάζειν *æquare*, σχουρία pro ἰσχουρία, σκάζειν pro ἡσυχάζειν, *præ tristitia silentium agere, tristem et taciturnum esse*, σόδημα pro εἰσόδημα, εἴσοδος, *ingressus* vel *reditus*, σφαλίζειν pro ἀσφαλίζειν, *claudere*, σχάριν pro ἐσχάριον, ἐσχάρα, *foculus*, τισάνη pro *ptisana*, φίδι pro ὀφίδιον, ὄφις, *anguis*, φόδος pro ἄφοδος, *stercus* χνάρον pro ἴχνάριον, *vestigium*, ψηλός pro ὑψηλός *altus*, ψοῦνι pro ὀψώνιον, *panis quotidianus*, Possent plaustra talium congeri. Sed ohe jam satis est. [Πτυχές pro codicibus Evangeliorum, et inter thesauros ecclesiæ recensentur Nicetæ Choniat, p. 233, quos Isaacius Angelus spoliasse ipsi dicitur: Ἐκ σίνου τὰ ἱερὰ σκεύη κἀκ τῶν θείων αὐτὰ ναῶν ἀποσπῶν ταῖςἑαυτοῦ τραπέζαις παρεισέφερεν. — Ἀφαιρῶν καὶ ἀπὸ τῶν τιμίων σταυρῶν καὶ πτυχῶν τῶν ἀκηράτων Χριστοῦ λογίων κόσμους πο- D
λυτελεῖς, περιδέραια καὶ στρεπτοὺς ἐτίθετο ἐξ αὐτῶν. *Die Russen tragen nock in ihren Processionem Seraphinen oder Cherubinen (wie sie es nennen) herum Stat von Groot-Russland* p. 337. Imperatores Romani olim in suis cubiculis habebant signa victoriæ, ut pignora felicitatis imperii, et quo essent imperatores collegæ, tot etiam erant signa victoriæ, ut constat non tantum e Spartiani loco in Vita Severi p. 637, quo narrat, in podio sedis imperatoriæ circensis stetisse tres gypseas victorias, mediam Severi patris, duas hinc illinc, amborum filiorum, Bassiani et Getæ tenentes manibus palmas et orbes vel scuta cum inscriptis cujusque imperatoris nominibus sed etiam ex illo loco, quo ait p. 640: *Fortunam regiam quæ comitari principes et in cubiculis poni solebat, geminare statuerat, ut sacratissimum simulacrum utrique relinqueret filiorum. Sed cum videret se perurgeri, sub hora mortis jussisse fertur, ut alternis diebus apud filios imperatores in cubiculis Fortuna*

gestabant illi scaramangia et saga russa. Secretorum chartularii et notarii gestabant camisia sua et saga purpurea. Asecretæ et notarii asecretiarum et reliqui secretici camisia sua, et præterea fundatas festales tunicas, illas nempe, quæ tabulas purpureas habent, gestabant. Prope thronum imperialem stabant ad dextram et sinistram Romana sceptra, Romani imperii signa et ptychia [seu signa fortunæ secundæ], et reliqua aurea sceptra seu vexilla, quæ omnia candidati tenebant, gestantes scaramangia et sic dicta candidatica seu vestes candidatorum. Reliqua autem vasa, campiductoria, labara, signa stabant infra prædicta instrumenta, et tenebantur a remigibus primi drominii gestantibus fundata tagmaticorum mutatoria. **333** Extra vela supra gradus stabant maglabitæ gestantes scaramangia

A

B

κανδιδατίκια. Τὰ λοιπὰ σκεύη (74), τά τε καμπιδικτόρια (75), καὶ λάβουρα (76), καὶ σίγνα (77), ἔστησαν ὑποκατιῶν (78) τῶν προρρηθέντων σκευῶν, δηλονότι καὶ αὐτὰ κρατούμενα ὑπὸ τῶν ἐλατῶν τοῦ πρώτου δρομονίου. Οἱ δὲ αὐτοὶ ἔλαται ἐφόρεσαν τῶν ταγματικῶν τὰ φουδάτα ἀλλάξιμα. Ἔξωθεν τῶν βήλων ἄνωθεν τῶν ἀναβάθρων ἔστησαν οἱ μαγλαβῖται φοροῦντες σκαραμαγγια καὶ τὰ ἑαυτῶν σπαθία. Καὶ μετὰ τοὺς μαγλαβίτας εὐθὺς ἔστησαν οἱ τῆς μεγάλης ἑταιρείας Μακεδόνες ἀπὸ ἐσωφορίων, φοροῦντες σπαθία ζωστίκια καὶ ἀργυρᾶ μετὰ καὶ λωρίων διαχρύσων καὶ ἀργυρῶν, βαστάζοντες καὶ σκουτάρια χρυσᾶ καὶ χαλκόχρυσα καὶ σιδηρᾶ καὶ μονοπέλυκα (79) καὶ τζικούρια. Κάτωθεν δὲ τῶν αὐτῶν ἀναβάθρων ἔστη ἡ μεγάλη ἑταιρεία, ὁμοίως καὶ ἡ μεσαία, μετὰ καὶ τῶν Φαργάνων (80) καὶ Χαζάρων (81), πάντων φο-

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

ponerctur. Sic loquebatur illorum sæculorum infantia pro: *ut alternis diebus, hoc in Bassiani, altero in Gretæ cubiculo hæreret*. Argumentum inscitiæ antiquitatum, quod, Niceta teste, p. 339, statuam Constantini M. equestrem quidam pro Pegaso et Bellerophonte, alii pro Josua, filio Nave, haberent Conf. ejusdem Fragm, t. VI. Bibl. Gr. Fabrici p. 107. *Ex Addend.*]

(74) Videtur hic et similibus in locis σκεύη nihil aliud quam vexilla notare. Satis hoc apparet cum ex adjectivo λοιπά, *reliqua*, quod supponit, præcedentia idem cum sequentibus esse, et e versu paginæ hujus ultimo; τὰ προρρηθεντα σκεύη, *prædicta vasa*, sunt sceptra, victoriæ, signa, etc. Verti tamen *vasa* respiciens ad p. 341, ubi inter τὰ σκεύη quædam referuntur, quæ vexilla non sunt, ut magna crux et virga Mosis.

C

(75) *Campiductoria* erant signa, qualia campiductores gererent, aut qualia manipuli haberent, quorum unusquisque a campiductore vel doctore regeretur. De campidoctoribus vel campiductoribus γυμνασταῖς τῶν στρατιωτῶν, non repetam a Valesio ad Amnian. Marcell., a Guthorio, a Du Cangio Gl. Lat. et aliis dicta.

(79) *Labara* quid fuerint, notum est, et multi multa de eo. Conf. Du Cange Gl. Lat. h. v. De etymologia tantum monebo, linguæ Græcæ esse vocabulum, et non barbaricæ originis: mihi videri a λαπαρά repetendum esse, et λαπαρόν initio dictum fuisse hoc velum vel vexillum, quod duplo panno aut corio paratum et intus cavum atque vacuum esset, ut vento tumescere atque detumescere posset. Scribitur autem hic λάουρα pro λάβωρα. Nam λάβαρον et λάβωρον perinde dicitur atque scribitur. Atqui ω et ου sæpe permutari exemplis demonstravi, ubi de terminatione ούριον (ut ὀρνατούριον pro *urnatorium*, etc.) dicerem.

(77) Erant olim nomen generale insignium militarium omnium. In nostro tamen codice vexilla tantummodo illa denotant, in quibus protome imperatoris purpureo panno insuta esset. Colligo e locis glossarum et commentarii msti Apocryphi de Vita Jesu Christi, quos dedit Du Cange v. Προτομή. Conf. quæ idem Gl. Gr. p. 1343 de sebastophoris habet. Nicetas, p. 126, D 8: Σημεῖαι, αἳ τοὺς βασιλεῖς; εἰκονίζουσι.

(78) Id est ὑποκατιόντος vel ὑποκατιόντι, *si quis descendat*, et quoad sensum ὑποκάτω, *infra*, *vid.* dicta ad p. 313.

(79) Sunt alias ἡμιπέλεκκαι dictæ secures unipennes, ut ita dicam, non bipennes. Nam bipennes sunt proprie αἱ πελέκεις, hic autem loci τζικούρια. Græci ἡμιπέλεκκαν vocabant τὸ ἥμισυ τοῦ πελέκεως, τὸ ἐκ τοῦ ἑνὸς μόνον μέρους ἔχον τὴν ἀκμήν, ὅ καὶ δεξτρά-

D

λιον καλοῦσι, ait vetus interpres Homeri; v. Du Cangium ad Alexiad. 257. et Gloss. Gr., ubi locum hunc citat. [De dextralibus *vid.* locus veteris Homeri interpretis apud Salmasium ad Simmiæ securim p. 200.] Est idem ille modo allatus. Videor mihi discrimen harum duarum vocum μονοπελύκου et τζικουδίου in isto Wilhelmi Britonis versu, quem Du Cange l. c. citat, deprehendere:

Ascia dum dextris, bisacuta securis et ensis Fulminat.

Et huc conformavi Latinam interpretationem. Potuissem quoque pro *ascia dextrale* dare; *vid.* ad. p. 87.

(80) *Phargani* sunt genus militiæ seu protectorum corporis Augusti aut ex Ægypto aut e provincia Transoxana, Fargana, oriundi. Frequens eorum apud historicos orientales mentio, sed illi plerumque non *alfaraghnah* per Gain punctatum *Farganos*, sed *alfarannah Pharaones* appellant, tanquam si non a provincia patria *Fargana*, sed a *Pharaonibus*, Ægypti regibus, sic fuissent appellati, ob ferociam et indomitos spiritus. Omnem enim immanem, trucem giganteum hominem Arabes *Pharaonem*, aut rem immanem *Pharaonicam*, ut Græci *Titanicum*, appellant. Ultra scriptio, præferenda sit, ambigo, Posterior videri queat præferenda esse. quia principes orientales plerumque Turcas, quorum patria Fergana erat, in corporis protectoribus habebant. Attamen non minus famosi a ferocitate allectique in custodes Augustorum corporum fuere Afri quoque et Misrenses seu Ægyptii, qui de antiquis Ægypti dominis, Pharaonibus, quorum insolentiam et immanitatem vel etiam staturam referrent potuere *farahnah Pharaones* dicti fuisse. *Les Egyptiens appellent tout ce qui est d'une grandeur extraordinaire du nom de Pharaon, s'imaginant qu'ils* [les vieux roys d'Egypte] *ont tous été des géants:* verba sunt Wanslebii *Voyage d'Egypte* p. 266. c. fin. Erunt ergo hi Faraones reliquiæ istorum Copthorum

(81) Nomen *Chazororum* notum in historia Byzantina, neque habeo quod de iis addam, nisi hoc, apud Arabes et Orientales cæteros inolevisse, ut *chozaros* per *o* pronuntient. Hinc celeber ille liber. a Buxtortho vulgatus, *Cosri* vel *Cosari*, quasi dicas disputatio Cosarica. Venit tandem nomen hujus gentis olim a fortitudine celebre in latrociniorum infamiam, ut latrones et sicarii Χοσιάριοι fuerint appellati *Vid.* Du Cange v. Χοσιάριοι. [Græci Chazaros in Chersoneso Cimbrica collocant, Arabes autem in Iberia vel Circassia. Et sic quoque Matthias a Michow de Sarmatia utraque p. 457. qui insignis est locus, in specie ait novos Græcos eius gentes *Abgaros* et *Abgazetos* nominare.

ρούντων σπαθία καὶ βασταζόντων σκουτάρια. Οἱ οἰ- A
κειακοὶ πρωτοσπαθάριοι ἔστησαν εἰς τὴν σωλαίαν (82)
ἔνθεν κἀκεῖθεν φοροῦντες σκαραμάγγια πρασινορό-
δινα (83) καὶ σπαθία. Καὶ μετ' αὐτοὺς ἔστησαν οἱ
σπαθαροκανδιδάτοι φοροῦντες σκαραμάγγια πολύ-
χροα καὶ σπαθία καὶ τὰ σπαθαροκανδιδατίκια. Καὶ
μετ' αὐτοὺς ἔστησαν οἱ σπαθάριοι φοροῦντες καὶ
αὐτοὶ πολύχροα σκαραμάγγια καὶ τὰ ἑαυτῶν σπαθία,
βαστάζοντες καὶ διστράλια. Καὶ μετ' αὐτοὺς ἔστη-
σαν οἱ στράτωρες φοροῦντες σκαραμάγγια λευκο-
λέοντας (84), καὶ ἑτέρων χροιῶν καὶ ἐξεμπλίων.
βαστάζοντες καὶ τὰ στρατωρίκια (85). Δεξιὰ δὲ πρὸς
δύσιν εἰς τὴν σύμπηξιν τῶν δύο βήλων ἔξωθεν ἄνω-
θεν τῶν ἀναβάθρων τοῦ μεγάλου τρικλίνου τῆς μαν-
ναύρας ἔστη τῆς (86) μεγάλης ἑταιρείας βαστάζων
τὸ χρυσοΰφαντον σενδὲς βασιλικὸν φλάμουλλον. Ἔν- B
θεν δὲ κἀκεῖθεν τῶν αὐτῶν ἀναβάθρων τοῦ αὐτοῦ
μεγάλου τρικλίνου τῆς μανναύρας ἔξωθεν τῶν αὐτῶν

suasque spathas. Statim post eos stabant Macedones magnæ hetæriæ, gerentes interulas et spathas cingulares vel a cingulo et femoribus dependentes argenteas cum loris inauratis argenteis, item scuta aurea et alia ænea inaurata et ferrea quoque; item secures unius ferri et bipennes. Infra autem illos gradus stabant utraque hetæria, magna et media, et Fargani et Chazari: omnes una manu spathas, altera scuta gerentes. Domestici protospatharii stabant in solea hinc et illinc, gestantes scaramangia gemino colore, viridi et roseo, distincta spathasque. Post eos stabant spatharocandidati gestantes spathas et scaramangia multicoloria et spatharocandidaticia. Post eos stabant spatharii, gestantes et hi quoque multicoloria scaramangia et spathas suas et dextralia. Dein stabant stratores, gestantes scaramangia leonibus albis aliisque variis tam coloribus quam figuris rerum picta. Gestabant hi

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

pthorum rebellium et indomitorum, Baschinusritarum suo nomine dictorum, quos Renaudot, Hist. Patr. Alex. p. 281 ait Almamunum, cum domare non posset Bagdadum transtulisse et in militiam suam abdidisse. Certe apud Hamzam Ispanensem invenio genus militiæ equestris in aula Bagdadica, *Misrense* dictum. Idem quoque Hamzah aliud genus militiæ pedestris in aula Bagdadica memorat, qui nulli alii possunt esse quam Cyrenæenses seu Afri e provincia Africa desumpti: *Incidebat tumultus inter pedites nigros et Alcarawenasi* [seu Cyrenæos] *multisque utrinque cæsis, tandem nigri superiores evadebant.* Et Abulfeda adann. 255 [Chr. 869] de casu Al-Motazzi chalifæ narrans, tres diversos ordines protectorum seu militiæ palatinæ in aula Bagdadica hos recenset Almagarebah seu Magrabinos, vel occidentales, C
Afros, Mauritanos et Turcas, Farganenses nempe et Transoxanos, et Pharaones. De *Almogarabis* et *Almogawaris*, genere militiæ etiam Latinis et Græcis medii ævi non ignoto, agendi hic locus non est.

(82) Ergo etiam extra ecclesiam erat solea, quandoquidem hic loci solea triclinii Magnauræ commemoratur. De solea fusius egi ad caput primum hujus codicis.

(83) Vestes sic dictas a gemino colore, prasino et roseo, constat; quomodo autem hi duo colores misti aut dispositi fuerint in tali panno, non item constat. Potuerunt enim misti et in maculis, talis, orbibus aliisve figuris sparsi per totum pannum fuisse, ut fundus e. c. roseus, maculæ autem virides essent, aut potuerunt striæ roseæ et prasinæ per vices ductu parallelo una apud alteram decurrisse; aut denique potuit una dimidia vestis pars toto rosea colore non misto, et altera item tota prasina fuisse; quemadmodum hodie e. c. orphani D
in urbibus Belgii una dimidia, corporis parte pullati, altera pyrrhati vel rubri procedunt, aut in quibusdam urbibus Germaniæ, quod ipse vidi, præcones in certaminibus arcubalisticis (*Vogelschiessen*) pallium gerunt una parte dimidia bruni, altera crocei coloris. Vestes tales *partitæ* et *divisæ* (ita appellabant), hoc est *diversæ*, ævo medio admodum frequentis usus erant. Generis autem alterius vestes, quarum colores misti per totam telam essent, *mistas* appellabant. Joannes Signiensis (apud Du Cangium v. *Joculatoris*): « *Alii, quod propriejocularium est, ab utroque latere divisis coloribus, item mistis, vestimenta variabant* » Henricus de Knygthon de Eventibus Angliæ. l. IV (apud Du Cangium v. *Liripipium*) ait *dominas vestitas fuisse vestibus partitis.* Ipse Du Cange dubitavit, quomodo vocem ἀσπροκόκκινος redderet. Dat enim in Gl. Gr. h. v. *partim albus, partim coccineus* vel *coccineus subalbidus.* At in Latino *leucoporphyrus* vertit *ex purpura alba.* Voluit purpuram dilutiorem dicere (nam purpura alba est ἀσύστατον), ut patet ex addito *leucorhodinus*, quod vertit *ex roseo colore dilutiore.*

(84) Sunt intextæ pannis fundo coloreo imagines candidæ leonum rectorum stantium, vel et incedentium, aut etiam leonum imagines coloreæ in fundo candido intra circulum comprehenso. Conspicere vestem hanc licet in eunucho ad dextram imperatoris stante in illa imagine, quam Cerimoniali nostro præfiximus, item in illa magni ducis Apocauci, quam notis suis ad Nicephorum Gregoram inseruit cl. Boivinus p. 52. Latini tales leones in alea rotunda circulo circumscripta leones *inrotatos* vel *circumrotatos* appellabant. Histor. Episcopor. Antisidor. (apud Du Cangium v. *Circumrotatus*): *Tria præstantissima pallia mille solidorum pretio constantia, quorum unum viridis coloris, leonibus multicoloribus circumrotatis fulget, secundum imaginibus regum pariter circumrotatis regali modo equitantium pollet, tertium quoque leonibus auricoloribus circumrotatis aspicientibus arridet.* Solebant quoque leones et oviculas in textura jungere. Du Cange v. *Scapolus*, quæ oviculam notat, *caligas breudatas cum scapolis et leonibus* habet.

(85) Juxta formam et terminationem suam deberet hæc vox vestitum stratorum notare, ut καισαρίκιον, σπαθαρίκιον, etc.; quia tamen stratores non φορεῖν, quod verbum vestitui proprium est, sed βαστάζειν τὰ στρατωρίκια dicuntur, quod de re gestatili inter manus et libratili, ut est scutum, hasta, bipennis, etc., tantum dicitur credidi me rectius facturum, si interpretarer *virgas sibi peculiares.* Forte debueram idem consilium secutus esse ~~paulo~~ ante p. 332, et reddidisse non *vestes*, sed *virgas candidatorum.* Forte κανδιδατίκια, σπαθαρίκια, σπαθαροκανδιδατίκια sunt virgæ candidatorum, spathariorum, spatharocandidatorum. Certe infra, sectione secunda capitis 40, stratoricia, candidaticia, spatharocandidaticia referuntur inter τὰ σκεύη, a quibus diversa sunt, et ut diversa paulo post seorsim recensentur mutatoria. Sed isto quidem in loco eam interpretandi rationem dissuadebat appositum verbum φορεῖν, quod, ut dixi, de rebus usurpatur toto corpore gestabilibus, non de iis, quæ βαστάζεται, manibus librantur.

(86) Ita membranæ. Aut excidit ὁ, aut tacite est supplendum.

prælerea stratoricia seu peculiares sibi suas virgas. Ad dextram versus occidentem apud compagem duorum cancellorum, et quidem extra eos, stabat in summo graduum, per quos ad magnum triclinium magnauræ ascenditur, magister magnæ hetæriæ, gerens aura pertextum e panno sendes factum imperiale flamullum. Ab utraque vero parte eorumdem graduum extra eadem vela stabant duo protelatæ seu primicerii remigum, gestantes aurea sacra flamulla. Immediate post ambo protelatas stabant ad dextram et sinistram omnia aurea chrysoclaba [est vexilli species ex aureo panno cum

Βήλων ἔστησαν οἱ δύο πρωτοελάται βαστάζοντες τὰ χρυσᾶ βασιλικὰ φλάμουλλα. Καὶ εἶθ' οὕτω καθεξῆς τῶν δύο πρωτοελατῶν δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ ἔστησαν πάντα τὰ χρυσᾶ αὐρόκλαβα καὶ σενδὲς καὶ λοιπὰ βασιλικὰ φλάμουλλα, ὑπὸ τῶν ἐλατῶν τοῦ βασιλικοῦ δρομονίου βασταζόμενα, δηλονότι φορούντων αὐτῶν τῶν ἐλατῶν τῶν ταγματικῶν τῶν δ' χροιῶν (87) τὰ ἀλλάξιμα. Οἱ δὲ δημόται τῶν δύο μερῶν καὶ οἱ ἀποστολῖται ψάλται (88), ὁμοίως καὶ οἱ ἀγιοσοφῖται, ἔστησαν ἐπὶ σκάμνων ὑψηλῶν ἔνθεν κἀκεῖθεν τῶν αὐτῶν ἀναβάθρων εὐφημοῦντες καὶ ᾄδοντες βασιλίκια (89). Καὶ οἱ μὲν δημόται ἐφόρεσαν τὰ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(87) Veneti, prasini, russi et albi. Videntur ergo hi tagmatici seu præsidiarii diversi a quatuor palatii tagmatibus fuisse, nisi putes tagmata hæc palatina, scholas puta, excubitores, hicanatos et numeros, per urbem regiam distributos fuisse obeundis vigiliis et stationibus et illinc unicuique de quatuor factionibus attributum atque deputatum fuisse numerum, qui ejus necessitatibus inserviret et custodiæ præesset.

(88) *Cantores ædis Sanctorum Apostolorum.* ut ἀγιοσοφῖται *cantores ædis Sanctæ Sophiæ.* Olim enim non omnes ædes sacræ cantores sibi suos habebant, ut neque hodie habent, sed tantum præcipuæ. Cæteras curabat schola cantorum. *Vid.* Du Cangium Gl. L. v. *Cantores.*

(89) Carmina in laudem imperatoris et familiæ augustæ; quale illud est p. 223, per alphabeti litteras digestum, ubi etiam aliqua de more talia carmina recitandi dixi. Subintelligitur στιχηρὰ, τροπάρια, μέλη, vel simile quid. Pari modo ἀποστολικὰ dicta fuerunt carmina in laudes apostolorum cani solita in ecclesia, θεοτόκια carmina in laudem Deiparæ. Morem hunc reges occidentales transsumpserunt ab Orientalibus. Hodevenus in Richardo I: *Hic ad argumentum* [f. *augmentum*] *et famam sui nominis emendicata carmina et rhythmos adulatorios comparabat et de regno Francorum cantores et joculatores muneribus allexerat, ut de illo canerent in plateis, et jam dicebatur ubique, quod non erat ei similis in orbe.* Etiam in aula Attilæ Hunni post finitas epulas δύο ἀντικρὺ τοῦ Ἀττίλα παρελθόντες βάρβαροι ᾄσματα πεποιημένα ἔλεγον, νίκας αὐτοῦ καὶ τὰς κατὰ πόλεμον ἄδοντες ἀρετάς, teste Risco Rhetore in excerptis Legation. Hœschel. p. 52: Καὶ οἱ μὲν ᾖδοντο τοῖς ποιήμασιν, continuat, οἱ δὲ τῶν πολέμων ἀναμιμνησκόμενοι διεγείροντο τοῖς φρονήμασιν, ἄλλοι δ' ἐχώρουν ἐς δάκρυα, ὧν ὑπὸ τοῦ χρόνου ἠσθενέι τὸ σῶμα καὶ ἡσυχάζειν ὁ θυμὸς ἠναγκάζετο. Successerunt hæc carmina in locum illorum veterum panegyricorum, e quorum immani numero superstites habemus duodecim a Cellario postremo editos. Græci morem hunc dominos suos quacunque occasione carminibus in plena curia decantatis vel recitatis laudandi, ut ad Occidentales, ita ad Arabes quoque transmiserunt. Persæpe legas apud Abulfedam fragmenta aut saltim memoriam factam carminum, quæ hic vel ille Arabicus poeta in hujus vel illius principis Saracenici diem natalem, aut diem natalem Muhammedis, aut in Pascha Muhammedicum, aut alia occasione, non sine lauto præmio in frequentissimo conventu recitavit. Non injucundum spero lectoribus fore, si locum inde vel unicum repetam, e quo, qualis fuerit illorum poetarum Arabicorum ratio, qui in aulis principum orientalium pascebantur, quæ ipsorum stipendia, quod recitandi tempus, cognoscantur. Lucem inde illa accipient, quæ supra ad. p. 8, dixi de λιβελλαρίῳ seu carmine gratulatorio, imperatori in diebus festis a quavis factione per suum democratem exhiberi solito. Narrans igitur Abulfeda ad a. 469 [Chr. 1076], de principibus, qui tum erant, Halepensibus, hæc tradit: *Mahmudo, filio Nasri, filii Salehi, de gente Mardasidarum, eo, quo diximus anno vivis exempto succedebat filius Nasr, quem poeta Ibn Goiusch* [male apud Elmac. p. 282 *Habus* legitur, ubi hi iidem versus et plures, sed misere depravati, habentur] *illo carmine laudavit, cujus hæc est particula:*

Octo sunt, quæ, ex quo comparasti, nunquam separati fuerunt, neque separabuntur unquam:
Mens tua et Dei timor, liberalitas tua et divitiæ, dictio tua et elegantes sensus; prudentia tua et victoria.
Mahmudo, Nasri filio [patri tuo], *mos erat quidam, quem aut nullum fallor, aut restituet Nasr.*

Mos ille hic erat. Quoties potea Mahmudum carmine celebraret, mille nummos aureos ferebat. Tantumdem Nasr quoque largiebatur, addito, si poeta non est tuet, *sed* duplicabit *dixisset, duplum se daturum fuisse.* Paulo post subjici hæc: *Die primo mensis decimi a.* 468, *celebrabat Nasr festum Rupturæ* (quo nempe jejunium menstruum rumpitur, κατάλυσιν novi Græci appellant], *quod cum eo anno in vernam tempestatem incideret, fiebat, ut omnes in splendidissimis, quibus quisque potuisset, mutatoriis maximoque numero ad principem gratulandi causa confluerent. Aderat tum quoque Ibn Giojusch illudque carmen recitabat, cujus hæc sunt,* etc. *instructis inde epulis potabat Nasr usque ad vesperam.* — Igitur festis tantummodo diebus illi Arabici poetæ carmina sua non exhibebant scripta, ut Græci, sed ore ipsi recitabant, ut die principis natali, die natali Muhammedis, die Rupturæ seu Paschalis minoris, item Paschate seu Bairam majore, et quando imperium adisset princeps, aut hostem ferasve venando stravisset. Sed redeamus ad nostros Græcos. Morem perantiquum, principes in hilariis et epulis eorum carminibus celebrandi præter Homerum aliosque veteres poetas testatur etiam Athenæus IV, p. 155, exemplo Antiochi Magni, qui cum ederet epulas solemnes, quas armata saltatio sequebatur, habebat in comitatu illum Hegesianacten historicum. Quem cum ordo saltandi tangeret, deprecabatur hoc insuetum spectaculum de se edere et offerebat potius carmina in ejus laudem recitare: Ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς Ἡγησιάνακτα — τὸν τὰς ἱστορίας γράψαντα ἡ τῆς ὀρχήσεως τάξις ἐγίνετο, ἀναστὰς εἶπε· « Πότερον, ὦ βασιλεῦ, κακῶς ὀρχούμενον ἐμὲ θεάσασθαι βούλει, ἢ καλῶς ἀπαγγέλλοντός μου ἴδια ποιήματα θέλεις» ἀκροᾶσθαι; Κελευσθεὶς οὖν οὕτως ᾆσε τὸν βασιλέα, ὥστ' ἐράνου τε ἀξιωθῆναι καὶ τῶν φίλων εἷς γενέσθαι. In his verbis memorabilis est significatio vocabuli ἴδια ποιήματα, propria non poetæ, sed regi Antiocho, ἰδίως εἰς αὐτὸν πεποιημένα· deinde ἐράνου ἀξιωθῆναι, convivas omnes collata stipe donasse; tertio poetam inter τοὺς φίλους, familiares et commensales regis fuisse numeratum. Antiquius exemplum et fragmentum talis

ἑαυτῶν ἀλλάξιμα καὶ χρυσᾶ στεφάνια, βαστάζοντες καὶ τὰ ἑαυτῶν ἐγχείρια. Οἱ δὲ ἀποστολῖται καὶ ἁγιοσοφῖται ἐφόρεσαν τῶν ταγματικῶν τὰ φουνδάτα ἀλλάξιμα καὶ τοῦ σκέπτου (90) τὰ ὁλόβλαττα καὶ ὑπὸ φιάλιον καμίσια (91), καὶ τῶν ὑπουργούντων εἰς τὰς καμάρας τῶν ιθ' Ἀκουβίτων. Ἰστέον, ὅτι ὁ λογοθέτης τῇ ἡμέρᾳ τῆς δοχῆς καὶ αὐτὸς ἐφόρεσεν λῶρον. Ἰστέον, ὅτι εἰς τὴν ἐξάγουσαν πύλην ἐν τῷ τρικλίνῳ τῶν κανδιδάτων ἔστησαν ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν οἱ τοῦ ἀριθμοῦ ἄρχοντες, καὶ αὐτοὶ μετὰ σκαραμαγγίων, φοροῦντες καὶ τὰ ἑαυτῶν σπαθία, βαστάζοντες καὶ σκουτάρια. Ἰστέον, ὅτι, αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ τῆς δοχῆς πάντες οἱ προρρηθέντες ἀπό τε πρωτοσπαθαρίων καὶ ἕως ἐσχάτου ἀνθρώπου τοῦ φοροῦντος σκαραμάγγιον ἔστησαν ἕκαστος πρὸς τὸ ἴδιον τῆς χροιᾶς καὶ τοῦ ἐξεμπλίου σκαραμάγγιον, ἦγουν οἱ τοὺς πρασινοροδίνους ἀετοὺς (92) φοροῦντες ἔνθεν κἀκεῖθεν, οἱ τοὺς βόφους (93) καὶ τοὺς πολυγύρους ἀετους (94), ὁμοίως οἱ τὰς θαλάσσας, καὶ τοὺς λευκολέοντας ὁμοίως. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, καθὼς εἴρηται, ἕκαστος πρὸς τὸ ἴδιον σκαραμάγγιον ἔστη. Οἱ δὲ κανδιδάτοι ἔστησαν ἐν τῷ ἰδίῳ τρικλίνῳ ἔνθεν κἀκεῖθεν μετὰ τῶν ἰδίων σκαραμαγγίων, φοροῦντες τὰ κανδιδατίκια, καὶ ὄπισθεν τῶν αὐτῶν κανδιδάτων ἔστησαν ἔνθεν κἀκεῖθεν οἱ τοῦ ἀριθμοῦ μανδάτορες μετὰ σπαθίων καὶ σκουταρίων. Οἱ δὲ ἐλάται τῶν βασιλικῶν δρομονίων ἔστησαν ἔνθεν κἀκεῖθεν ἐν τῷ αὐτῷ τρικλίνῳ τῶν κανδιδάτων ὡς πρὸς τὸ μέρος τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Κυρίου καὶ εἰς τὸν τρίκλινον, ἐν τῷ τὸ καμελαύκιον ἵσταται καὶ οἱ μάγιστροι γίνονται, καὶ εἰς τὸν ὀνόποδα. Καὶ μετὰ τούτους εἰς τὸν πόρτηκα τοῦ αὐγουστέως, ἦγουν εἰς τὴν χρυσῆν χεῖρα, ἔστησαν ἔνθεν κἀκεῖθεν τὰ ἀρχοντογεννήματα καὶ οἱ σαπωνισταὶ (95) τοῦ βεστιαA aureis clavis [et alia panno sendes facta vexilla et reliqua sacra flamulla, a remigibus regii dromonii gestata, gestantibus mutatoria tagmaticorum omnium quatuor colorum. Duarum autem factionum plebeii et cantores apostolitæ 334 [seu e templo Sanctorum Apostolorum] et hagiosophitæ [seu cantores e templo Sanctæ Sophiæ] stabant super altis scamnis ab utraque parte eorumdem graduum, cantibus et carminibus, quæ basilicia, id est regalia, ut in laudem regum facta, dicuntur, et benedictionibus prosequentes imperatorem. Et factionarii quidem gestabant sua mutatoria et aureas coronulas et suos manipulos. Apostolitæ autem et hagiosophitæ gestabant tagmaticorum fundata mutatoria, et ad sceptum [Augustæ] pertinentia camisia holoblatta [seu vestes solide serica absque alterius materiæ mistura] et assuto instructa caputio indusia, item illa ministrantium in fornicibus novemdecim Accubituum. Logotheta quoque isto die receptionis gerebat lorum. In porta, per quam in triclinium candidatorum intratur, stabant intus et extus magistratus arithmi, gestantes scaramangia, et spathas, et scuta. Illi autem, quotquod scaramangia eo die gestarent, omnes a protospatharis inde usque ad extremum famulum ita stabant, ut colorum unusquisque et exemplorum vestibus intextorum unumquodque corpus unum efficeret. Exempli causa hinc illinc consistebant uno aliquo loco illi, qui aetos seu aquilas [sagi genus ita dicitur] prasinoroseas gestabant; alio, qui sic dictos boves; alibi, qui multis gyris vel canaliculis rugatos aetos; qui thalassas seu maria; alibi, qui leucoleontes seu albos leones gestabant. Verbo, unusquisque stabat ibi, ubi cæteri stabant ejusdem secum coloris

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

basilicii, quod Neoptolemus tragœdus in convivio Philippi, regis Macedoniæ, patris Alexandri Magni cecinit, affert Diodorus Siculus XVI, 92, p. 152, t. II ed. Wesseling.

(90) Conjicio, scepti nomine fuisse dictam militiam pompaticam Augustæ propriam, eunuchis constantem, ἀπὸ τοῦ σκέπειν, quod illi eam procedentem ambirent, cingendoque a conspectu publico tegerent.

(91) Sic solebant membranæ nostræ pro ὑπὸ φιαλίν. Pariter quando ἀνά distributivum occurreret, nunquam separabant, sed jungebant nominibus, ut ἀναδύο, ἀναέξ, *bini*, *seni*; vid. p. 336 ubi προσδύσιν exhibui ad præscriptum membranarum. Sunt autem τὰ ὑπὸ φιάλιν καμίσια idem atque τὰ ἀπό vel μετὰ φιαλίου καμήσια, ut ἡ ὑποκαμπάγιν σύγκλητος idem atque ἡ ὑπό vel ἀπό vel μετὰ καμπαγίων σύγκλητος, *camisia, quæ simul secum habent phiala seu capucia, cucullos. Senatus, qui cum campagiis incedit.* Infra p. 418, est ὑποβλαττωμένον καμίσιον σχήματι φιαλίου, id est καμίσιον μετὰ ῥάμματος βλαττίου, δίκην φιαλίου ἐσχηματισμένου. Dicta autem sunt *phialia* a phialis vel cymbiis, quia similitudinem phialæ, cymbii vel ollæ gerunt, in quam caput immittitur. Phialæ autem novis Græcis idem sunt atque vetustis αἱ πύελοι, *bassini*, lacus, ingentia vasa rotunda hemisphærica cava, recipiendæ aquæ.

(92) Quod hic in Latinis addidi *sagi genus, ita dicitur* respicit ad vestem militarem *aquilam* ideo dictam, quod undans in aura volantem expansis alis aquilam referret. Potest tamen quoque vestis cum intextis aquilarum imaginibus designari. De utroque genere supra dixi.

(93) Id est *vestes cum intextis, boum vel bubalorum imaginibus.* Tales quoque confido fuisse quos Anastasius in Leone III, *cum bubilo*, quasi *cum bubalo*, nominat: *Fecit velum rubeum cum bubilo.*

(94) Incertum est, sintne vestes, quibus multæ institæ ad Mæandrorum modum multis gyris, flexibus, ambagibus, modo ascendentibus, modo descendentibus assutæ fuere, an tutulatæ vel tubulatæ, plicis et recessibus panni frequentibus, unis ad alteros appositis, de quibus dico ad vocem χρυσοσωληνοκέντητος, p. 48.

(95) Sunt qui vestes sapone mundant et lavant. Latini hos *candidatores* et *candidarios* appellabant, et tales feminas *candidatrices*, ut apparet e Petri Bellunensis epist. 14, si modo recte ibi editum est *candidatrices*. Puto enim potius *cantatrices* reponendum esse. Recenset enim damnosam curiarum catervam, pestem principum, in qua *candidatores*, ut necessarii vitæ communi, numerari non possunt. Cantores autem eunuchi et cantatrices ad recrementa curiæ et luxuriæ apparatum pertinent. Hic locus est: judicet quisque, *Regis curiam sequuntur assidue histriones, candidatrices, aleatores, dulcorarii, caupones, nebulatores* [pistores nebularum, qui parent tenues cancellatas placentulas, *Wafflen, des gauffres* dictas], *mimi balatrones, barbatores et hoc genus omne.* Necessarii autem erant candidatores in aula Byzantina propterea maxime, quod color

scaramangium et in eo ejusdem rei simulacra gestantes. Candidati stabant in suo triclinio, Candidatorum nempe dicto, hinc et illinc, cum suis scaramangiis etiam candidaticia gestantes. Pone hos stabant ab utraque parte mandatores arithmi cum spathis et scutis. Remiges imperialium dromoniorum stabant hinc et illinc in eodem Candidatorum triclinio versus tractum Ecclesiæ Domini ; stabant quoque iidem in illo triclinio, in quo camelaucium stat et magistri creantur ; uti etiam in onopode. Post eos stabant in porticu augusteonis seu, quod idem est, in aurea manu, ab utraque parte archontogennemata seu valeti nobiliores, et saponistæ vel candidatores lintearii vestiarii et famuli sacræ mensæ. Horum archontogennemata quidem gerebant scaramangia sua et spathas suas ; saponistæ vestiaritæ autem tunicas atrabaticas. Mensales tandem contomanica pseudoxea seu vestes cum curtis manicis colore dilute purpureo. Extra portam æneam triclinii Candidatorum stabat hinc et illinc drungarii ploimorum seu classiariorum usia [vel familia], et magnus pamphylus seu

A ρίου καὶ οἱ τοῦ τραπεζίου, φοροῦντες τὰ μὲν ἀρχοντογεννήματα τὰ ἑαυτῶν σκαραμάγγια καὶ σπαθία. οἱ δὲ σαπωνισταὶ βεστιαρῖται τὰ ἀτραβατικὰ χλανίδια, οἱ δὲ τοῦ τραπεζίου τὰ ψευδοξέα κοντομάνικα. Ἔξωθεν δὲ τῆς Χαλκῆς πύλης τοῦ τρικλίνου τῶν κανδιδάτων ἔστη ἔνθεν κἀκεῖθεν ἡ τοῦ δρουγγαρίου τῶν πλοΐμων οὐσία (96) καὶ ὁ μέγας πάμφυλος (97), βαστάζοντες δόρκας (98) καὶ τὰ ἑαυτῶν φοροῦντες σπαθία. Ἐν δὲ τῇ πρώτῃ σχολῇ καὶ τῷ τρικλίνῳ τῶν ἐκσκουβίτων ἕως τοῦ αὐτοῦ τριβουναλίου ἔστησαν ἔνθεν κἀκεῖθεν αἱ οὐσίαι τῶν παμφύλων, βαστάζοντες δόρκας καὶ τὰ ἑαυτῶν φοροῦντες σπαθία. Οἱ δὲ ἄρχοντες τῶν πλοΐμων ἔστησαν καὶ αὐτοὶ ἔνθεν κἀκεῖθεν, ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν οὐσίαν. Ἐν δὲ τῷ τριβουναλίῳ ἔστη ἔνθεν κἀκεῖθεν ἡ πολιτικὴ μετὰ τῶν

B συστημάτων (99) καὶ τῶν ἰδίων ἀρχόντων, φορούντων τῶν μὲν ἀρχόντων τὰ ἓξ χλανίδια τῶν σεκρετικῶν τὰ πλατώνια (1), οἱ δὲ λοιποὶ πάντες τὰ λευκὰ χλανίδια τῶν ταγματικῶν. Καὶ ὄπισθεν αὐτῶν πλόϊμοι βαστάζοντες δόρκας, φοροῦντες καὶ τὰ ἑαυτῶν σπαθία. Εἰς δὲ τὸν τρικλινον τῶν σχολῶν ἔνθεν κἀκεῖθεν ἔστησαν πλόϊμοι βαστάζοντες δόρκας, φοροῦν-

JAON. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

aulæ quotidianus candidus esset, et non tantum protectores sacri corporis in candidis lineis apparere (unde candidatorum nomen acceperunt), sed etiam proceres omnes candidas vestes gerere deberent, traducto more ex antiqua Roma, qua honestiores togas candidas gerebant. Quod igitur olim fullones Romæ creta perficiebant in togis Romanorum candidis, utpote laneis, id saponistæ apud CPlin sapone et siligine perficiebant, ut in candidis magnam partem lineis. Consuevisse enim jam illo tempore linteа lota glutine siligineo inspissari et rigidari, quod Franci ab *inspissando empeser*, nos *starken* a *rigidando* appellamus, patet ex loco Petri Damiani Opusc. 42, Landulph. c. 7 : *Hic itaque nitidulus et semper ornatus et conspicuus incedebat, ita ut caput ejus nunquam nisi gibellina* [id est *zobelina*] *pellis obtegeret, indumenta carbasina atque niventia siligo per artem fullonis* [id est saponistæ, candidatoris] *inficeret.* Hinc inteliigas illud Ugutionis : *Candidarius, fullo, qui parat* [id est *ornat, comit*] *pannos et excandidat et eos fulgere facit.* Potest tamen hic Ugutionis locus æque de fullone cretatore, quam de fullone saponista intelligi. Veteres Franci et Germani artem hanc lintea roborandi et ad nitorem lævigandi *glissire* appellabant, vocabulo Germanis hodiernis non prorsus ignoto. Habemus enim adhuc et, quamvis rarius, usurpamus verbum *gleissen* pro *splendere, nitere ; vid.* Du Cangium v. *Glissum* et locum Monachi Sangallensis l. 1, 3, 6, de rebus Caroli M. supra ad p. 7, in disputatione de candidatis allatum. *Lavanderos* porro appellabant hos homines Latini sequiores, a nominativo *lavander*, quod nihil aliud est quam *lavator*, et inter officiales aulæ quoque numerabant; *vid.* Du Cangium v. *Lavandarius*, ubi versus hos citat :

Ille est sinscalcus, vere buticlarius ille,
Ille lavander adest ; etiam focarius ille.

Numerat horum versuum auctor inter aulicos *sinscalcum, senescalcum* magistrum sacrorum officiorum, sic dictum, quod *sino* vel *sindo* (nos hodie dicimus *dem Gesinde*, familiæ, comitativæ regiæ) præesset ; secundum *buticularium* seu *pincernam* vel *cellarium*, tertium *lavatorem*, qui vestium lavandarum, parandarum, id est ornandarum, et in vestiario condendarum gereret curam. Denique *focarium*, id est calfactorem simul et coquum. Hinc putem saponistas fuisse eosdem cum *magistris lineæ vestis* aut certe iis affines ; *Vid.* Du Cangium v. *Magister.*

(96) *Familia, quæ alicui est*, quam aliquis possidet, ut ἡ περιουσία eodem sensu, qua de voce supra dixi, *familia quæ circa aliquem est.* In specie dicebatur οὐσία de familia nautarum, qui sacrum corpus in dromoniis ad suburbana palatia et alio vectitabant. Hinc legas apud Constantin. de admin. imperio p. 140, B, 4, ἡ μία οὐσία pro *unum de duobus dromonium cum nautis ad id pertinentibus*, C Conf. infra p. 383. D. 2, et apud Nostrum οἱ τῆς βασιλικῆς οὐσίας ἐλάται, *regii dromonii* vel *navigii remiges. Vid.* ad p. 355.

(97) Puto præfectum fuisse pamphylorum, et hæc pamphyla navigia vehentia pamphylos seu milites nauticos ex omnibus nationibus non Græcis, ut Italis, Russis, Turcis, Mardaitis, Sclavis, etc.

(98) *Scuta* in universum omnia, sed præcipue *coriacea.* Vox est Arabicæ originis. *Darcah* vel *Dorcah* et cum præposito articulo *al*, *Addarca*, idem notat. Non est *pellis cervina*, ut vertitur apud Constantin. de Imp. admin. p. 81, C. 7 ; *vid.* Menag. Orig. L. Franciæ v. *Targe* et Du Cangium v. *Targa.* Hinc venit in nostrum sermonem vox *Tartsche*, sed hodie obsoleta, in versione Germanica Bibliorum adhuc superstes ; v. Frischii Lexic. Germ. v. *Tartsche*, et Du Cangium v. *Testina*, ubi locum hunc e testamento regis Ranimiri in historia Pinatensi adducit, : *Do meas autem armas, quæ ad* D *varonez* [virilem sexum hæreditate] *pertinent — espatas et adarcas et gelmos* [id est *helmos*, cassides] *— demitto ad filium meum Sanctium.*

(99) Collegia urbana artificum et opificum designat, ut mercatorum, aurificum, sutorum, sartorum et aliorum talium.

(1) Ita scripta in membranis hic erat et semel aut bis deinceps hæc vox. Inferius autem et p. 370 reperi in membranis nostris πλατάνιον. Reddidi ubique et in Græcis et in Latinis hanc vocem qualemqualem codex dabat, nescius utra lectio melior et unde derivanda. Πλατάνιον possit vel a platani foliis intextis dictum fuisse videri, vel ἀπὸ τῶν πλατῶν, quasi *scapulare* vel *humerale* fuisset. Alteram vero lectionem si præferas, possis ab intextis platoniis, hoc est damis vel cervis, repetere ; *vid.* Du Cangium v. Πλατώνιον.

τες καὶ τὰ ἑαυτῶν σπαθία. Εσωθεν δὲ τῆς Χαλκῆς πύλης ἔστησαν ἔνθεν κἀκεῖθεν οἱ Τουλμάτζοι (2) μετὰ φλαμούλλων, βαστάζοντες δόρκας, φοροῦντες τὰ ἑαυτῶν σπαθία καὶ τοξοφάρετρα. Ἔξωθεν δὲ τοῦ καγκέλλου τῆς χαλκῆς ἔστησαν πάχωμα (3). οἱ μὲν πρὸς τὸ μέρος τῶν νουμέρων, οἱ δὲ πρὸς τὴν καμάραν τοῦ μιλίου. Οἱ λοιποὶ πλόϊμοι καὶ οἱ περισσοὶ τῶν Ταλματζίων καὶ οἱ βαπτισμένοι Ῥῶς μετὰ φλαμούλλων, βαστάζοντες σκουτάρια, φοροῦντες καὶ τὰ ἑαυτῶν σπαθία. Ἰστέον, ὅτι ὁ τρίκλινος Ἰουστινιανὸς καὶ ὁ λαυσιακὸς οὐδὲν ἕτερον ἐξωπλίσθησαν, οἱ μὴ κατὰ τὸ εἰωθὸς ἔκρεμάσθησαν ὁλόφωτα (4), καὶ ἀνελλιπῆ τὰ τούτων πολυκάνδηλα. Ἐν δὲ τῷ πόρτηκι τοῦ χρυσοτρικλίνου, ἤτοι ἐν τῷ ὡρολογίῳ, ἔστησαν τὰ δύο χρυσᾶ ὄργανα τὰ βασιλικὰ καὶ τὰ δύο ἀργυρᾶ ὄργανα τῶν μερῶν. Ὁ δὲ χρυσοτρίκλινος ἐξωπλίσθη, καθὼς εἴωθε τὸ Πάσχα ἐξοπλίζεσθαι, ἤγουν διὰ τοῦ πενταπυργίου (5) καὶ τῶν βασιλείων θρόνων,

A præfectus pamphylorum [id est militum navalium], gestantes dorcas [seu scuta coriacea] et spathas suas. In prima schola et in triclinio excubitorum usque ad tribunal stabant hinc et illinc familiæ pamphylorum, gestantes dorcas et spathas suas. Magistratus ploimorum seu classiariorum stabant hinc et illinc, quisque penes familiam et cohortem suam. **335** In tribunali stabat hinc et illinc politice seu corpus magistratus urbani cum systematibus seu corporibus collegiorum urbanorum et uniuscujusque collegii præfectis; quorum hi quidem sex tunicas secreticorum, platonia dictas, cæteri omnes candidas tagmaticorum tunicas gestabant. Post eos stabant ploimi vel nautæ, gestantes dorcas et spathas suas. In triclino scholarum stabant ab utraque parte ploimi, gestantes dorcas et

B spathas suas. Intra chalcen seu portam æneam stabant hinc et illinc Tulmatzæ [vel Dolbatschi aut

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(2) Videntur iidem atque *Dalmatæ* esse; quos novellæ publicæ sæpius nuperrimo belle nomine *Talpatschorum* citabant. Quo accedit propius altera lectio paulo post occurrens Ταλμάτζιοι. Utramque scriptionem, qualem in membranis inveni, exhibendam duxi.

(3) Videtur τὸ παχύ, *crassum, fœx, amurca* veluti plebis nauticæ esse.

(4) Reddidi ex conjectura *trabes ad instar crucium factæ, dependentibus polycandelis gravidæ*. De hoc genere luminarium *vid.* Du Cangium ad Pauli Silentiarii Ecphrasin p. 558 et 559. Sed quem ibi citat locum Pauli non recte cepit. Est part. II, vers. 440:

> Ἐς δὲ βαθυ κρηπῖδος ἐὐέθλιον ἁδρὰ νοήσεις
> Δούρατα, δικραίροιο μέσον τροχάοντα σιδήρου,
> Ὧν ἐπι νηοπόλοιο φάλαγξ διανείσσεται αἴγλης
> Ἰθυπόροις κανόνεσσιν ἐρευθομένοισι δεθεῖσα·

Nihil hic poeta da clericis, nihil de regulis canonicis, sed dithyrambi hi aliud nihil dicere volunt, quam lampades in illis crucibus vel arboribus holofotis sic esse in altum et latum, vel perpeudiculariter et horizontaliter dispositas, ut in duabus sese transversim ad rectos angulos secantibus rubro colore tinctis lineis ardeant:

> *In imo fundo molis videas robustas*
> *Trabes, medium ferrum biceps dividentes,*
> *Super quibus phalanx* [series longum porrecta]
> *lucis per templum vagantis*
> *Transit, rectis lineis rubris illigata.*

Erat ergo talium arborum vel crucium luminosa- D rum scapus ligneus, brachia vero ambo efficiebat pertica ferrea per illum ligneum scapum medium trajecta. Quod etiam apparet ex eleganti descriptione Leonis Ostiensis III, 31. *Trabem fusilem ex ære cum candelabris numero quinquaginta, in quibus utique totidem cerei per festivitates præcipuas ponerentur, lampadibus, subter in æneis unus ex eadem trabe* 36 *dependentibus, quævidelicet æneæ trabes æneis æque brachiis ac manibus sustentatæ trabi ligneæ, quam pulcherrime sculpi et auro colorumque fucis fecerat exornari, commissa est.* Locum debes addendis notarum ad Paulum, in quibus errorem suum ipse Du Cange agnoscit et revocat. Idem Paulus partis secundæ v. 411 holofotum cruciatum sic describit:

> Καὶ μεγάλου σταυροῖο τύπον πολύωπα νοήσεις
> Γείτονα μὲν δίσκοιο [polycandeli cum cantharo supposito] πολυτρήτοισι δὲ νώτοις
> Ἄγγος ἐλαφρίζοντα σελασφόρον.

Ut in nostro præsente loco dicitur ὁλόφωτον, ita κανδήλαν πάμφωτον dixit Auctor Actorum sancti Eliæ junioris p. 194: Οἱ μὲν κανδήλαν πάμφωτον ἔλεγον βλέπειν ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς λάμπουσαν, *Lucernæ scapum multis inde prodeuntibus lucernulis instructum, omnibus ardentibus et lucem spargentibus.*

(5) Quid *Pentapyrgium* fuerit, cujus non infrequens Nostro et aliis mentio fit, non constat. Du Cange CPli Chr. p. 128 putat, ædificium quinque turribus constans et partem palatii Magnauræ fuisse. Neque dubium est, pentapyrgium in Magnaura conditum a Theophilo imp. fuisse, testantibus id Cedreno p. 513, et Leone Grammatico C p. 450, quos Du Cange ibi citavit. Verum nostro hoc in loco, p. 42 Cletorologio apparet, Pentapyrgium non ædificium, sed ornatum mobilem fuisse, qui non solum in Magnaura, sed etiam in Chrysotriclinio fuisset, qui per dies maxime solemnes spectatum exponeretur. Sic enim habent Cletorologii I. I, verba: Ἐπὶ δὲ τῆς προκειμένης ἐν τῷ περιβλέπτῳ χρυσῷ τρικλίνῳ χρυσῆς τραπέζης, ἐν ᾧ καὶ τὸ περιφανὲς κτῆμα τοῦ χρυσοῦ πενταπυργίου ἐς τιμὴν προετέθη. Veni primum in eam cogitationem, fuisse pentapyrgium machinam ligneam ad instar castelli cum turribus, mœnibus, portis structam (*castrum honestatis* appellabant), in quod domicellæ includi et panni pretiosi suspendi solebant, ut expugnata tali arce a militibus nobilissimis cujusque esset quod rapuisset; quale imitamentum velut missilium veterum in usu fuisse apud Occidentales ævo medio, apparet e Rolando Patavino, cujus locum cl. Muratorius *Ant. Ital.* t. II, p. 416 et 837, retulit, et ex Henrici VIII, regis Angliæ, vita quoque, quem simili modo castrum ligneum mobile ludicri causa expugnandum suis proceribus proposuisse, tradunt Angli scriptores. Verum cum p. 118 nostri codicis dicatur sub Pentapyrgio stetisse grabbatum imperialem, et p. 336 describatur ut armarium, habens diversa tabulata, e quo pretiosa quæque cimelia dependerent: liquet armarium fuisse quinque constans arcis, singulis turritis, tribus forte in frontem porrectis, duobus autem lateralibus, sub quorum medio, ut maximo et celsissimo, steterit grabbatus imperialis, non semper expositum conspectui, sed tantum in præcipuis diebus festis, quandoquidem ei p. 339: τὸ ἀδιάλειπτον καὶ καθ' ἡμέραν ἱστάμενον πυργίον opponitur, *turricula seu armarium turritum indesinenter et quotidie prostant.* Solebant veteres quoque Græci arculas rerum pretiosarum et eximiarum ad modum tur-

Dalmatæ] cum flamullis, gestantes doreas et spathas et pharetras cum sagittis. Extra cancellum chalces vel æneæ portæ stabat pachoma [id est turba miscella, ut videtur], pars in tractu versus numeros, pars versus camaram aut fornicem milli, reliqui nempe ploimi et superabundantes Talmatzæ, quos capere sua statio non potuerat, item Rossi baptizati cum flamullis, gestantes scuta et spathas. Triclinium Justiniani et lausiacum palatium nullum habebant alium ornatum, quam hunc. Holofota [seu trabes ad instar crucium factæ, dependentibus ex se gravidæ polycandelis], ibi pro more suspensa erant, plenis candelabris et nullum suorum cereorum desiderantibus. In porticu chrysotriclinii seu in horologio stabant ambo aurea dominicalia organa et ambo argentea organa factionum. Chrysotriclinium exornatum erat eo modo, quo solet per festum Paschatis; nempe pentapyrgio ibi exposito et imperialibus thronis seu sellis et grabbatis et aurea mensa reliquisque, quæ sub festum Paschatis exponi solent. (Quo tempore legati Hispanorum aderant, non ornabatur chrysotriclinium; quia die audientiæ non convivabantur dominis; ideoque opera metalli pretiosi artificiose encausto picta, quæ solent in phylace vel ærario principali asservari, suspendebantur in viridario magnauræ in tropica vel porticu arcuata, quæ a tapetiariis e vastis scaramangiis confecta fuerat.) Per octo autem camaras vel fornices chrysotriclinii suspensa erant stemmata vel infulæ ex templo Sanctissimæ Deiparæ Phari cæterisque templis palatii, variaque

A τῶν κραβάττων τε καὶ τῆς σρυσῆς τραπέζης καὶ τῶν λοιπῶν, μεθ' ὧν τὸ Πάσχα κοσμεῖται. (Ἰστέον, ὅτι ὁ χρυσοτρίκλινος ἐν τῇ ἐλεύσει τῶν Ἱσπανῶν οὐ κατεκοσμήθη, ἐπειδὴ οὐ συνεστιάθησαν τοῖς βασιλεῦσι τῇ ἡμέρᾳ τῆς δοχῆς οἱ ἀπὸ Ἱσπανίαν ἐλθόντες πρέσβεις, καὶ τῷ τρόπῳ τούτῳ τοῦ φύλακος χειμευτὰ ἔργα ἐκρεμάσθησαν ἐν τῷ ἀναδενδραδίῳ τῆς μανναύρας ἐν τῇ τρόπικῇ τῇ παρὰ τῶν παστοποιῶν διὰ μεγάλων σκαραμαγγίων γεγονυίᾳ.) Εἰς δὲ τὰς ὀκτὼ καμάρας τοῦ χρυσοτρικλίνου ἐκρεμάσθησαν τὰ τοῦ ναοῦ τῆς Ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ Φάρου στέμματα καὶ τῶν ἑτέρων ἐκκλησιῶν τοῦ παλατίου, καὶ ἔργα διάφορα χειμευτὰ ἀπὸ τοῦ φύλακος, καὶ τὰ βασιλικὰ καὶ αὐγουστιακὰ χλανίδια οὕτω· τοῦ Ἁγίου Πέτρου τὸ ὁλόχρυσον καὶ διὰ μαργαριτῶν πλατάνιον· τοῦ

B ἁγίου Θεοδώρου τὸ χοροσαγχόριον (6) μετὰ τοῦ γρυπολέοντος (7) καὶ τοῦ γρυπαρίου τοῦ ἀριστητηρίου· τὸ πλατάνιον τὸ τριβλάττιον τοῦ πανθέου, ὁ καβαλλάριος, τὸ αὐγουστιακὸν ἡπλησίον τῆς καμάρας τοῦ ἀριστητηρίου· ὁ τάων, τὸ αὐγονστιακὸν μανδίον τοῦ διαιταρικίου· ὁ καβαλλάριος, τὸ καισαρίκιον τῶν πρὸς δύσιν ἀργυρῶν πυλῶν· τὸ ταώνιον καὶ ὑπισθεν αὐτοῦ τὸ ἀετάριον. Ἄνω δὲ τῶν ἀργυρῶν πυλῶν τοῦ αὐτοῦ χρυσοτρικλίνου ἐκρεμάσθη τὸ χρυσοῦν σαγίον τὸ λεγόμενον καισαρίκιον. Ἰστέον, ὅτι τὰ στέμματα καὶ τὰ χειμευτὰ ἔργα ἓν παρ' ἓν ἐκρέμαντο, ἦγουν μέσον στέμμα καὶ ἔνθεν κἀκεῖθεν ἔργα χειμευτά· ἐν δὲ τῇ ἀνατολικῇ καμάρᾳ οὐκ ἐκρεμάσθη ἔργα χειμευτά. ἀλλ' ὅλη ἀπὸ στεμμάτων ἦν κεκαλλωπισμένη. Ἰστέον, ὅτι εἰς τὰς ζ καμάρας τοῦ χρυσοτρικλίνου· πολυκάνδηλα ἄργυρᾶ μετὰ ἁλυσιδίων ἀργυρῶν ἀπὸ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

rium comparare et πυργίσκους ex eo appellare. Artemidorus I, 76, p. 64, 1, κίστας καὶ πυργίσκους καὶ θησαυροφυλάκια jungit. Et in angulis atriorum tales arcas turritas collocari solitas fuisse, auctor est Chronic. Cassinense III, 34, cujus hæc sunt verba: *Ædiculæ illæ quas instar turrium in atrii diximus angulis constitutas.* Thecæ propterea, in quibus Venerabile, ut appellant, et Sanctorum reliquiæ asservantur, olim habebant turriculæ formam. Glossæ Gr. Lat. πυργίσκοι atque πυργισκάρια *turriculæ* et *armaria* reddunt; *vid.* Du Cangium ad Silentiar. p. 574. *Vid.* ad p. 42, D. 7, dicta. Juvat hac occasione morem, cubicula, tentoria, porticus, in quibus explicitum suum luxum et opes ostentare vellent veteres, vestibus pretiosis, item missoriis seu, vetustiori tempore, scutis, quæ a missoriis figura parum differunt, aureis et argenteis ornandi, ex antiquitate repetere et cum loco hoc nostro illum Athenæi comparare, quo tentorium describit illud, quo Ptolemæus Philadelphus aliquando Alexandriæ convivas excipiebat. Cujus partem tantummodo exiguam referam, totum legi velim. Est. I. v, p. 196: Ἐν ταῖς ἀνὰ μέσον χώραις [inter columnas nempe] πίνακες τῶν Σικυωνικῶν ζωγράφων, ἐναλλὰξ δ' ἐπίλεκτοι εἰκασίαι παντοῖαι καὶ χιτῶνες χρυσοῦφεῖς, ἐφαπτίδες δὲ κάλλισται, τινὲς μὲν εἰκόνας ἔχουσαι τῶν βασιλέων ἐνυφασμένας, αἱ δὲ μυθικὰς διαθέσεις· ὑπεράνω δὲ τούτων θυρεοὶ περιέκειντο ἐναλλὰξ ἀργυραῖ τε καὶ χρυσαῖ.

(6) Retinni in Latinis, ut par est in tam obscuris, ipsam vocem, cum de probitate lectionis et significatione non constet. Putem tamen χυροσαγχόριν fuisse ab auctore profectum, hoc est χοιροσαγχόριν. Nam οι et υ permutare solent Græci librarii, ut alio loco demonstravi. Posset autem χοιροσαγχόριν significare vestem cum intextis porcis vel apris, et accipitribus vel vulturibus. Accipiter enim vel vultur Arabibus *Sacar* et *Soncor* vel *Sungur* appellatur, unde celebris illius Bursekini cognomen *Acsungur*, *accipiter candidus*, quod Wilhelmus Tyrius et alii æquales scriptores, ut fit in barbaricis nominibus, forte quoque librariis in culpæ partem venientibus, *Assungur* efferunt. Hoc ipsum est illud animal συγκούριον dictum in Orneosophio Michaelis imp., quod Du Cange h. v. interpretatur *avis venaticæ genus*. Inde quoque canes cum accipitribus venari docti Græcis ζαγάρια dicuntur, quasi *accipitrini*. *Sacre* in sermone Francico ex Arabismo adhuc superest, ut notum. Quid fuerit *aliphases vulturini* in charta Hispanica, exposui ad p. 271.

(7) Ita edidi, cum in membranis esset γρυψολέοντος π supra ψ imposito quod interpretabar emendationem ejusdem librarii peccatum suum corrigentis et jubentis π pro ψ substituere. Nescio tamen an satis recte fecerim. Dicunt certe novi Græci γρυψός pro *gryphe*, ave fabulosa. Favet tamen mihi γρυπόναγροι, quod infra legitur p. 340. Monstrosa animalia τραγελάφους, ἱππαλεκτρύονας aulæis intexendi mos a Persis venit; v. cl. Wesseling. ad Diodor. Sicul. t. II, p. 278, 60. Si modo tragelaphi et ἱππαλεκτρύονες fuerunt compositiones monstrosæ et non potius cervi et hirci seorsim, item equi et galli quoque seorsim quique picti, non in unam massam commisti. Ἱμάτια στρουθωτά *cum aviculis inlextis*, jam apud antiquissimos Græcos reperio in Athenæo.

τοῦ ναοῦ τῆς Ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ Φάρου ἐκρεμάσθησαν. Εἰς δὲ τὴν ἀνατολικὴν κόγχην ἀντὶ τῶν τριῶν κανδήλων ἐκρεμάσθησαν τρία στέμματα· ἔμπροσθεν μὲν τὸ πράσινον στέμμα τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων Ἀποστόλων μετὰ καὶ τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς περιστερᾶς (8) αὐτοῦ· δεξιᾷ δὲ τὸ βένετον στέμμα τῆς Ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ Φάρου μετὰ καὶ τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς περιστερᾶς αὐτοῦ. ἀριστερᾷ δὲ τὸ βένετον στέμμα τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Δημητρίου μετὰ καὶ τοῦ σταυροῦ καὶ τῆς περιστερᾶς αὐτοῦ. Ἰστέον, ὅτι ταῦτα τὰ τρία στέμματα παρὰ Κωνσταντίνον τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου κατεσκευάσθησαν. Ἰστέον, ὅτι ἐν τοῖς τέσσαρσι μεσοκάρδιοις τοῦ μεσοπυργίου τοῦ πενταπυργίου καὶ εἰς τὸ ἔμπροσθεν μεσοκάρδιον τοῦ ἔμπροσθεν πυργίου καὶ εἰς τοῦ δεξιοῦ καὶ ἀριστεροῦ πυργίου τὰ ἔμπροσθεν μεσοκάρδια ἐκρεμάσθησαν διάφορα ἐργομούκια (9) ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ Ἁγίου μεγαλομάρτυρος Δημητρίου καὶ ἐκ τῶν ἐναποκειμένων εἰς τὸν φύλακα. Ἐν δὲ τοῖς ξυλίνοις ἐκδίταις τοῖς ἀπὸ τὸ πενταπύργιον ἐν τοῖς τοίχοις ἐκδεδεμένοις συνεδέθησαν τὰ νυμφικὰ ζωνάρια (10) τὰ ἐκ λίθων καὶ μαργάρων ἡμφιεσμέ-

A pretiosa opera smaltita seu chymice picta e phylace, tunicæque tam basilicæ seu ordinis regii viris, quam augustiacæ vel solis Augustabus propriæ. Erant autem illæ vestes hæ, quas recensebimus. Erat platanium holochrysum et margaritis obsitum ex æde Sancti Petri, quæ in palatio est, depromptum. Erat chorosanchorium e sancto Theodoro cum grypoleonte seu pallio, cui imagines vulturum et leonum erant intextæ; item gryparium seu pannus figuris vulturum refertus ; et hæc quidem e pransorio. Tum erat platanium triblatteum seu sericum ter tinctum e pantheo. **336** Caballarius porro seu pannus equorum imaginibus obsitus, augustiacum heplesium vel tapetium e fornice pransorii. Item pavo [seu pannus pavones exhibens], pallium au-

B gustiacum et diætaricio vel triclinio diætariorum. Caballarius cæsaricium seu pannus ad Cæsares proprie pertinens e porta argentea, quæ versus occidentem est ; pavonarium, pone hoc aquilarium, ambo panni. Super argenteam vero ejusdem chrysotriclinii portam suspensum erat aureum sagum, quod cæsaricium appellatur. Sic autem erant dispo-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(8) Infulæ imperatorum habebant interdum in vertice crucem et super ea columbam expansis alis velut volantem. Tractum hoc a Romanis, quorum morem Græci novi, antiquitatum ignari, partim quoque Christiano mysterio sanctificare, quod aiunt, volentes, imitando vel retinendo obscurarunt. Pro scipione veterum consulum successores et imitatores eorum, imperatores Byzantini, substituebant crucem, et pro aquila, quam consules super eburneo scipione gestabant, ad morem veterum regum Græcorum et barbarorum (*vid.* Aristoph. Aves v. 510, seqq.) columbam reponebant,

C vel potius Græcum nugax vulgus aviculam super cruce videns, imperii Romani insigne, non id quod erat, aquilam, sed columbam putabat esse. Inspiciat ectypa diptychorum consularium, qui scipiones tales cum aquila videre cupit, ut e. c. tab. I, ad dissert. Du Cangii de nummis medii ævi, et nummum Philippici in Famil. Byzant. p. 116, et famosum illum nummum Sallustii Crispi, Constantini M. filii, Cæsaris, cujus ectypum nuperrime renovavit Franciscus Blanchinus, V. Cl., in fine præfationis ad Anastasium Bibliothecarium, credens eum mirifici momenti et præstantiæ esse. Miror ergo profecto, qui potuerit viro doctissimo de illius fraude et improbitate non suboluisse ; et quare, qui nummum illum corrupit, falsarius e scipione crucem non fecerit, quod facile potuerat transversa trabe addita. In aversa certe nummi parte luculenta se produnt fraudis indicia. Nummus ipse quidem

D antiquus et probus est ; verum interpolavit eum nova manus in favorem ecclesiæ Romanæ. Nunquam enim defuerunt Romæ, qui sedis Romanæ auctoritatem, cum idoneis argumentis non possent, suppositiis chartis, nummis et aliis similis farinæ monumentis stabilire laborarunt, sed incassum, apud eos quidem, qui scientes volentes sibi non patiuntur illudi. Insculptus olim fuerat isti nummo Constantinus Magnus, in throno sedens, crucem sinistra tenens, aut scipionem cum manubrio transverso, dextra perorans, capite laureato. Sed falsarius dextram pro schemate perorantis composuit in figuram illam, qua pontifex populo benedicit, et pro corona laureata, tonsam et nimbo cinctam supposuit. Tandem in vetusta inscriptione nummi : SALUS ET SPES R. PVBLICAE, inter litteras S et R seu inter tertiam et quartam vocem super capite sedentis in throno intersit litteram X, tanquam si sedens ille Christus esset. Verum Christi nomen ibi loci opportunum non est et turbat sententiam, ipsique patroni nummi istius non Christum, sed Petrum in eo repræsentari aiunt. Quis autem unquam aut Christo aut Petro aliive Sancto in nummis et reliquis monumentis milites prætorianos ad latus apposuit ? Debuerat saltim milites in apostolos mutare lepidum illud caput. De obscuratis vafritie cleri et stupore vulgi antiquitatibus jam supra dixi, quum mihi de acacia et ptychiis sermo esset. Morem hunc columbas super sceptris gerendi Angliæ quoque reges imitati fuerunt ævo medio. Bromton (apud Du Cangium v. *Baculus*, ubi plura prostant Anglorum au ctorum testimonia) : *Vilhelmus Marescallus portans sceptrum regale, in cujus summitate signum crucis aureum erat, et alter — portans virgam regalem, habentem columbam in summitate.* Videntur hæ columbæ exemptiles et forte cochlearum ope crucibus adaptatæ fuisse ; *vid.* ad p. 339. Superest alia quoque ratio vocem περιστερά exponendi nostro hoc in loco. Scilicet περιστερόν appellant novi Græci laciniam infulæ in scapulas dependentem easque tegentem ad instar caudæ columbinæ ; quo modo si quis hic malit accipere, non intercedam. Notat hunc vocabuli usum Ricaut in descriptione ecclesiæ Græcæ p. m. 208 : *Ils portent desbonnets doublés de blanc, d'ou pend derrière le dos une queue de même étoffe, qu'ils appellent* περιστερά, *une colombe, prétendant, qu'elle est l'emblème de l'innocence de leur vie, etc.* ; *vid.* Du Cangium v. *Liripipium* et περιστερά. Talis columbæ seu laciniæ cervicem tegentis videre est imaginem in titulo libelli, quem P. M. Paciaudi de umbellæ gestatione Romæ anno superiore 1752 edidit, in gemma Musei Victoriani, in qua pontifex conspicitur equo vectus, populo benedicens, quem sequitur apparitor cum umbella.

(9) Quid hæc vox sibi velit, non assequor. Liquet quidem opera arte et materie eximia designari, qualia ἔργα χειμευτὰ sunt, et stemmata, et auro atque gemmis facta omnia, at illa terminatio μούκια male me habet, neque exputo, unde veniat.

(10) In cingulis, ut viri, sic feminæ quoque Orientales maximum exercent luxum adhuc hodie.

sita opera pretiosa smaltita et coronæ, ut vicissim unum alterum exciperet, opus aureum, tum corona, tum rursus opus smaltitum, et sic porro. At in fornice orientale suspensa nulla erant opera chymice picta, sed infulis tantum erat exornatus. E septem reliquis camaris vel fornicibus chrysotricli-

να καὶ τὰ ἐναποκείμενα ἐν τῷ φύλακι. Ἰστέον, ὅτι εἰς τὸ μέσον πολυκάνδηλον τοῦ χρυσοτρικλίνου ἐκρεμάσθησαν τὰ δύο αὐγουστιακὰ στηθοκαράκαλα (11) καὶ αἱ δύο διακοπταὶ (12), μία ἡ νυμφικὴ καὶ ἑτέρα ἡ ἐν τῷ φύλακι ἀποκειμένη, καὶ τὰ δύο αὐγουστιακὰ πικτά

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

Turcæ et Arabes vocem hanc a Græcis retinuerunt, *zunnar* appellantes latum cingulum, quod Christiani utriusque sexus super ventre gerunt. Nam quod Muhammedani gerunt, est *Uschach*. Peraptus est locus Teixeiræ in libro Hispanico de regibus Persiæ p. 25–28, ubi multis de cingulis Orientalium disputat ; unde hæc decerpere juvat : *Siempre en la Persia, fueron las cinturas sennal de honra y dignidad ; y aun oy lo son, y segun la materia y obra, dellas se conosce, qual es de mas o menos preeminencia, — porque mas noble es la de oro, menos la de plata ; mas la guarnecida con ciertas piedras, y menos la de menos hechura : de suerte que segun cada qual tiene el lugar en palacio, ansy trahe la cintura.*

(11) Verti *cuculli pectorales*, sed malim *cappæ* vel *pænulæ pectorales*. Nam cuculli pectori non conveniunt. Caracallæ sunt vestes villosæ talares ; quare autem στῆθος ingrediatur hanc compositionem, non exputo. Nam sane caracalla nulla erat, quæ cum trunco corporis pectus quoque simul non velaret.

(12) Vocem hanc cl. Antecessor meus p. 172 per *excisas vestes* reddidit, respiciens procul dubio ad vestes fissas vel scissas, quæ per certa intervalla fissuras et hiatus amplos habebant arte factos, præsertim in manicis et femoralibus, quales vestes in usu Latinis erant ævo medio et adhuc sæculo XVI., ut ejus superstites picturæ testantur. Vestes has *cultellatas*, id est cultello sectas, et *fractilatas* appellabant : *vid.* Du Cangium his verb. et, ut idem vult, quoque *frepatas*, nisi potius *frepatæ* fuerint contortæ, contortiliatæ, rugatæ, a *wrapp*, Anglico verbo, quod *torquere* notat. Franci veteres *copées*, id est *coupées*, appellabant, ut e loco Assisarum Hierosolymit. patet, quem Du Cange v. *Epidecen* citat. Non itaque negavero, δικοπτὰς vestes excisas vel fissas significare posse. Quominus tamen hanc interpretandi rationem sequerer, effecit hoc, quod nullo in monumento Byzantinæ antiquitatis vestitum sic excisum usquam hactenus conspexerim. Ergo malui *radiatæ* reddere. Κοπὴν esse *radiaturam* vel *striaturam* panni, supra p. 270 demonstravi. Et quidem duplici modo potuerunt panni tales διακοπτοί, *secti*, fuisse, virgis vel deorsum parallele decurrentibus, aut sese decussantibus ; *cancellatas* tales vestes appellabant eo ævo. Charta vetus apud Du Cangium v. *Apoplacius* memorat vela *apoplattia coccoprasina cancellata*, id est serica coccineis et prasinis virgis sese decussantibus, et epistola Basilii Macedonis ad Hadrian. II. Pontific. *esophorin dicitrinum cancellatum*. Vestes has utroutro modo sectas, sive parallelis, sive decussatis virgis, ἐντετμημένας appellabant veteres. Sophro apud Athenæum p. 48 στρουθωτὰ ἐλίγματα ἐντετμημένα habet (non ἐντετιμημένα, ut vulgares editiones præferunt), *fascias aviculis intextiis et radiis sectas*.

(13) Fuerunt, mea quidem sententia, fila margaritarum, quæ in nummis Byzantinis aliisque imaginibus conspiciuntur ab auribus Augustorum Augustarumque dependere, ἀπὸ τοῦ σείειν, a quassatione, jactatione, nutando, oscillando, sic dicta. Omne laxe pendens, ut impelli et oscillare possit, est σειρά et σειστόν. Anonymus de templo S. Sophiæ p. 258 : Ὁ σταυρὸς τοῦ ἄμβωνος ἔστενε (*pendebat*) χρυσίου λίτρας β', εἶχε δὲ καὶ σειστὰ καὶ

λυχνίτας σὺν μαργαρίτων ἀπιδωτῶν, *habebal ex se dependentes catenulas lychnos suslinentes cum margaritis pyrorum similibus*. Recte *catenulas* vertit ibi interpres, quidquid Du Cange (Gl. Gr. p. 1345. en contradicat. Σειρά apud Theophanem anno Mauricii 7, p. 207, est *dependens de camelaucio lacinia* (*eine Troddel, ein Zipffel*). Idem quod σειστά sunt quoque σεῖα ; *vid.* Goar. ad Codin. p. 47 et Du Cangium v. Σεῖα. Latini medio ævo *pendentes* appellabant ; *vid.* Du Cangium h. v. et Salmas. ad II. Aug. t. II, 23, unde etiam Gallicum *pendant d'oreilles* item *plectas* et *flectas*. Græci quoque κρεμαστῆρας appellant et κρεμαστάρια. Achmet Oneirocr. c. 248 : Ἐὰν ἴδῃ τις βασιλεὺς, ὅτι τὰ ἐνώτια, ἤτοι κρεμαστάρια τοῦ στέμματος αὐτοῦ ἀπεκόπη, τὸ βασίλειον αὐτοῦ ὀλιγόκοσμον καὶ ὀλιγοχρόνιον ἔσται : *vid.* Du Cange v. *Clamastarit*, item χαλανδάρια, unde Latinorum *calendaria* : Tertull. de habitu mulierum : *Saltus et insulas tenera cervix fert, graciles aurium cutes calendarium expendunt*, ἀπὸ τοῦ χαλᾷν. Anna Comnena ὁρμαθούς appellat et sic describit : Ἑκατέρωθεν γὰρ τῶν κροτάφων ὁρμαθοί τινες ἀπαιωροῦνται διὰ μαργάρων καὶ λίθων καὶ τὰς παρειὰς ἐπιξέουσι. Καὶ ἔστι τοῦτο ἐξῃρημένον τι χρῆμα τοῖς βασιλεύουσι στολῆς. Inaures et dextrocheria regum insignia esse monstrat Du Cange v. *Dextrocherium*. Heraclius apud Nicephor. Patr. CPtanum Breviar. p. 47. : Ὃν περιέκειτο στέφανον τῆς κεφαλῆς λαῶν τῇ τοῦ Τούρκου κεφαλῇ περιέθετο [de principe Turcorum circa Colchidem loquitur, quicum amicitiam contrahebat Heraclius], συμποσιάσας τε αὐτῷ, πάντα τὰ εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ συμποσίου σκεύη ἅμα καὶ στολὴν βασιλικὴν, καὶ ἐνωτίοις ἐκ μαργάρων κεκοσμημένοις δωρεῖται αὐτὸν, ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἄρχοντας τοῖς ὁμοίοις ἐνωτίοις ἐκόσμει. Imagines talium κατασειστῶν videre est in nummis quibus apud Du Cangium in Famil. Byz. persæpe, ut p. 67. v. 2. pag. 92 . v. 3. p. 97, 136, 152 et alibi, in aliis autem monumentis apud Alemann, ad Procop. p. 47. et Bandur. T. II p. 633. in imagine Helenæ crucem invenientis, et apud Montfaucon. t. III *Ant. Explic.* tab. 26, quæ exhibet reginam quamdam Franciæ, ut puto, cum filis margaritarum tam ex inauribus, quam e pallio dependentibus. Ut autem recentiores Græci κατασειστά, *deorsum* velut *oscillantia* vel *laxata*, appellant plexus hos humeros aut scapulas flagellantes sive crinium purorum, sive margaritarum purarum, sive amborum in se gemmisque implicitorum, ita veteres Græci eosdem ἐπίσειστα vocabant, et qui ea gererent ἐπισείστους. Hinc a Polluce in personis comicis appellantur ἐπίσειστος et ἐπίσειστος δεύτερος. Antequam hinc discedam, exponendum mihi est, quid sit σειρομάστης. Appellant sic Græci *hastam longam teretem* ; omne recte porrectum, teres, longum, nutans, oscillans Græcis est σειρά, ut Arabibus *Salab* et *Sabil*. Et ut Arabes hastas cum funibus comparant, ita quoque Græci hastam σειρομάστην et σαλίβαν appellarunt, similitudine et ipsa voce ab Arabibus transsumpta. Codinus Offic. IV, 40 : Φέρει οὗτος ἀπὸ τοῦ ἀριστεροῦ μέρους τῆς ζώνης αὐτοῦ σειρομάστην, ὃν κοινῶς καλοῦσι σαλίβαν. Erit forte, volente Deo, locus hac de voce plura dicendi ad Anthologiæ ineditæ, quam paro, editionem, ubi ad carmen Jensianum 23 : Στᾶλαι καὶ σειρῆνες ἅμαι, ubi σειρῆνας esse aut *corollas dependentes*, aut

ρια (14)· ἐν δὲ τῷ μεγάλῳ κοσμήτῃ (15) τοῦ αὐτοῦ χρυσοτρικλίνου εἰς τοὺς ἐκεῖσε δαυγίτας (16) ἐκρεμάσθησαν μινσούρια καὶ μεσοσκούτελλα (17) ἀργυρᾶ μεγάλα ἀνάγλυφα (18) ἐκ τῶν ἐναποκειμένων ἐν τῷ βεστιαρίῳ τοῦ Καριανοῦ. Ἄνωθεν δὲ εἰς τὰς ις' φωταγωγούς καμάρας τοῦ τρούλλου τοῦ αὐτοῦ χρυσοτρικλίνου ἐκρεμάσθησαν τὰ μικρὰ σκουτέλλια τῶν προειρημένων μινσουρίων καὶ μεσοσκουτέλλων κατὰ καμάραν ζ'. καὶ αὐτὰ ὄντα ἀνάγλυφα.

A nii dependebant argentea polycandela ab argenteis catenis e templo Sanctissimæ Deiparæ Phari petita : in concha orientale vero suspensa erant loco trium polycandelorum tres infulæ ; in medio quidem Prasinæ factionis concolor e Sanctis Apostolis cum superstante cruce et columba ; ad ejus autem dextram pendebat infula Veneti populi coloris e Sancta Deipara Phari, cum cruce et columba; ad ejus tandem sinistram infula Veneta ex æde sancti et magni martyris Demetrii cum cruce et columba. Tres hæ infulæ confectæ fuerunt jussu Constantini Christum amantis Domini. In quatuor meditulliis seu mediis loculis vel tabulatis mediæ turris pen-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

prandeas dicam. Videtur mos ille elenchos aut pendulos cremasteresve tales gerendi ex Oriente venisse. Certe reges et magnates Persarum eos gestabant. Ita narrat auctor libri Arabici *Riyhân elabâb* inscripti et rebus historiisque scitis referti, in descriptione prælii, quod Arabibus *iaum dhy qâr* appellatur, eum, qui Persicum imperatorem occidit, B *cepisse vestem ejus sericam auro pictam et utrumque tremasterem et armillas ejus. Nam eum fuisse ornatum imperatorum Persicorum.* » Quod idem Brissonius quoque in libro De regno Persarum ex auctoribus Græcis demonstravit.

(14) Conjicio idem fuisse, quod hodie dicimus *Schnierbruste*, strictoria mamellarum, sive jam ea costis balænarum rigidata, sive alio modo comparata fuerint.

(15) Videtur triclinium aut sala fuisse, in qua aut ornarentur, pararentur augustæ (*Paratorium* appellant Latini sequiores), aut in qua ὁ κόσμος, mundus, jocalia, gemmæ, margaritæ asservarentur; eoque idem fuit cum τῷ μαργαρίτῃ, cujus mentionem facit Leo Grammat. p. 473. Si exercitia gymnastica medio ævo in usu fuissent CPli, conjicerem, τὸν κοσμήτην fuisse palæstram, gymnasium. Sane ædes *Mariæ in Cosmedin* apud Romam, de C qua Radevicus in Vita Friderici I, 17 et 22. et Keislerus Itinerar. p. 519, nihil aliud olim fuit, quam palæstra, ut etiam alterum ejus nomen *Schola Græca* satis indicat. Juvenes Romani illuc ad discenda corporis exercitia juxta morem Græcum ibant (*der griechische Fecht und Tantzboden*). Forte idem cum *stadio Græcorum*, quod memorat Capitolinus in Antonino Pio c. 8. Ita enim ibi leg., non *Græcostadium*, ut vulgo editur. Posteriora sæcula *parituriam* appellabant. Descript. regionum urbis, edit. Mabillonii : *A porta Flaminea usque parituriam*, id est *paratorium*, quod natum e sinistra acceptione verbi κοσμεῖν, quod hic aliud, quam *ornare, parare* notat κοσμεῖν. Græcis idem est atque ἀσκεῖν, γυμνάζειν. Hinc jungit Arrian. disserl. Epict. sæpe ὁπλίσαι καὶ κοσμῆσαι, *vid.* p. 304, 305 et 310, ubi Alexandrum M. ait fuisse τάξαι καὶ ὁπλίσαι καὶ κοσμῆσαι δαιμονέστατον, *scientissimum ordinandi militis in aciem et armandi et exercendi.* D Maximus Tyrius serm. 22. p. 222. ed. Heins. : Τί δὲ οἱ Κρῆτες ; οὔ σοι δοκοῦσιν ὑπὸ βασιλεῖ τῷ Μίνῳ κοσμηθέντες καλῶς, non tantum *pulchris legibus instructæ* sed etiam *cursu, jaculo, arcu aliisque exercitiis probe exercitii* ἀγασθέντες τῆς ἀρετῆς διδάσκαλον αὐτῷ ἐπιφημίσαι τὸν Δία ; In Græcis gmnasiis magister exercitiorum erat ὁ κοσμήτης. Vid. Cors. Fast. Attic. T. II. Hinc intelligas et emendes illud Antagoræ apud Diogenem Laertium p, 24 : καθαρὸς βίοτος σοφίας ἐπὶ θεῖον ἐκόσμει ἀγῶνα (non αἰῶνα), *pura vita exercebat ad divinum sapientiæ certamen.* »

(16) Quid hoc sit, non capio. An διαυγίτας, *fenestras?* Illuc certe respexi in versione. Melius hunc non succurrit. Ad sequentia conferri potest Constantini de Thematibus locus p. 4. A, ubi male Banduri dedit ἀργά, melius Meursius ἀργυρά, neuter recte vertit.

(17) Non a μέσος, sed a μέσα, hoc est μένσα, repedendum est hoc vocabulum. Medio ævo haud pauci *mesa* pro *mensa* efferebant et *mesis* pro *mensis*. Atto Episcopus (Apud Du Cangium v. *Confertum*) vocat *commessalia*, quæ Isidorus Mercator *commensalia*. *Pesa* pro *pensa*, pensatione, et *pesare* pro *pensare*, ponderare. Itaque omittebant *n* ubi non debebant, et contra præter rem et necessitatem inferciebant, ut in proxime præcædente voce μινσούρια pro *missoria*, quæ sic dicta, quod in illis missus inferrentur. Joannes Episcopus Citri p. 330. Juris Græco-Romani non male observat, vocem μίνσον, *missum*, significare κατὰ τὴν Ἰταλικὴν γλῶσσαν τὸ πεπραγματευμένον τοῖς ὀψοποιοῖς ἐδεστόν.

(18) Verti interdum *levata opera*. Sic enim cælata in figuras exstantes appellabant Latini, Monast. Anglic. t. III. p. 310 : *Unum vas argenteum ad aquam benedictionis cum opere levato de imaginibus et interlaqueato de vineis*, id est in quo pampini discurrentes distinguerent imagines protuberantes. Appellabant quoque *interrasilia*, quia spatia inter imagines rasa, abrasa essent, quamvis non negem, *interrasile* etiam esse *perforatum et tralucens*, ut patet e loco auctoris incerti (apud Du Cangium v. *Interrasilis*) de Theodorico : *Laminam auream jussit interrasilem fieri, quatuor litteras LEGI* [sic leg., non *Regis*, ut editur] *habentem*. Missoria lances et reliquus apparatus convivalis veterum solebat levato sculptus opere esse. Hinc ait Sidonius Appollinar. l. IX :

> *Geruli* [nempe ferculorum] *caput plicantes.*
> *Anaglyphico metallo.*
> *Epulas superbiores.*
> *Humeris gestant onustis.*

Vid. quæ Salmas. ad t. II Script. Hist. Aug. p. 401, ad *boletar halieuticum* notat. Effigiem talis boletaris aut saltem disci halieutici, seu piscatorum pisces hamo extrahentium imaginibus distincti videre est apud Ciampini, t. II, Monum. Veter. tab. I. Scyphi anaglyphi elegans et nota est descriptio initio Theocriti, quam comparare licet cum illis chartæ veteris (apud Du Cangium v. *Crucibolum*) : *Scyphum meum deauratum et per totam partem exteriorem vinitoribus ad dracones pugnantibus cælatum.* Hinc intelligatur, quid sit *thuribulum de opere pinonato* apud Du Cangium v. *Pinonatus*, nempe cum figuris pinearum seu strobilorum incælatis. Item quid *opus scapolatum* apud eosdem h. v. ubi locum hunc citat : *Calix argenteus deauratus cum pede cocleato et scapolato et pineato*, id est in quo cochleæ et scapulæ seu oviculæ et pineæ seu strobii essent cælatæ. Appellabant ævo medio talia opera quoque *gravellata*, quod hodie *gravé* dicunt Francogalli, Histor. Episcop. Antisidor. (apud Du Cangium v. *Missorium*) : *Dedit missorium anacteum gravellatum*, ubi Du Cange non audiendus est.

tapyrgii seu structuræ quinque scrinia habentis, et in anteriore meditullio anterioris scrinii et anterioribus meditulliis dextræ sinistræque turris seu scrinii pendebant varia ergomucia e templo sancti magni martyris Demetrii, et alia e phylace deprompta. Et ligneis paxillis e parietibus pentapyrgii eminentibus dependebant alligata sponsalia zonaria, gemmis et margaritis distincta, e phylace deprompta. E medio polycandelo chrysotriclinii dependebant duo augustiaca stethocaracala seu caracallæ aut cuculli pectorales et duæ diacoptæ seu vestes radiatæ, una sponsalis, altera in phylace deposita, et duo augustiaca cataseista [seu fila margaritarum, qualia solent ex utroque capitis latere in humeros dependere], et duo augustiaca pnictaria [seu mamellarum strictoria]. In magno cosmeta [vel paratorio] ejusdem chrysotriclinii e fenestris dependebant missoria et scutellæ mensales, argenteæ magnæ anaglyphæ e vestiario Cariani depromptæ. Superius e sedecim fornicibus fenestratis trulli vel cupolæ chrysotriclinii pendebant minores scutellæ ad illa modo memorata missoria et mensales scutellas pertinentes, etiam ipsæ anaglyphæ seu figuris exstantibus protuberantes, in singulis fornicibus septenæ.

337 *De ipsa receptione ejusque formalitatibus.* Domino e palatio egresso et in metatorium magni triclinii magnauræ ingresso, significabatur Saracenis, ut adessent et coram domino comparerent. Amici ergo Saraceni, egressi e chryseone [suo hospitio] primum per cochleam, quæ versus augustiacum stabulum spectat, descendebant, et fornicem, qui Anetha dicitur ; inde transmisso Sacro Puteo, descendebant extra cancellos chalces ex equis, et transmissis chalce, triclinio scholarum atque tribunali, versi ad dextram, considebant in fornice, qui ibi est (erat enim blatteis circumamictus et septo cinctus), donec imperator adesset in triclinium exceptionis cum omnibus illi actui necessariis. Quo tempore imperator e palatio veniens in metatorium magnauræ intrabat, incipiebant psaltæ seu cantores cum popularibus carmina basilicia seu imperialia et imperatorum canendis laudibus dicata canere. Imperator autem, amictus octangulari tunica magnaque candida infula, ascendebat in thronum Salomoneum, et residebat in eo. Quo facto, polychronium omnes acclamabant, psaltæque tam apostolitæ, quam hagiosophitæ, incipiebant basilicia canere : et introducebantur vela scundum ritum consuetum, et postremi tandem amici Saraceni, prehensi a catepano basilicorum et comite stabuli. Hi duo, catepanus et comes, gesta-

A Περὶ τῆς δοχῆς.

Τοῦ βασιλέως ἀπὸ τοῦ παλατίου ἐξελθόντος καὶ ἐν τῷ μητατωρίῳ τοῦ μεγάλου τρικλίνου τῆς μανναύρας εἰσελθόντος, ἐδηλώθησαν οἱ Σαρακηνοὶ τοῦ ἐκθεῖν καὶ τὸν βασιλέα θεάσασθαι. Οἱ δὲ αὐτοὶ φίλοι Σαρακηνοὶ τὸν χρυσιῶνα (19) ἐξελθόντες, κατῆλθόν τὸν κοχλιὰν ὡς πρὸς τὸν αὐγουστιακὸν στάβλον καὶ τὴν καμέραν τὴν λεγομένην τὸν Ἀνηθᾶν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε διῆλθον διὰ τοῦ Ἁγίου Φρέατος, καὶ ἔξωθεν τοῦ καγκέλλου τῆς χαλκῆς τῶν ἵππων ἀποβάντες διῆλθον διά τε τῆς χαλκῆς καὶ τοῦ τρικλίνου τῶν σχυκῶν καὶ τοῦ τριβουναλίου, καὶ ἐκνεύσαντες δεξιὸν (τὸ ἐκεῖσε γὰρ φουρνικὸν διὰ βλαττίων ἦν ἐξωπλισμένον καὶ περιπεφραγμένον), ἐκαθέσθησαν ἐκεῖσε, ἕως ἂν συνέφθασεν ὁ βασιλεὺς καὶ πάντα τὰ τῆς δοχῆς. Ἱστέον, ὅτι, τοῦ βασιλέως ἀπὸ τοῦ παλατίου ἐλθόντος εἰς τὸ μητατώριον τῆς μανναύρας B καὶ εἰσελθόντος ἐκεῖσε, ἤρξαντο οἱ ψάλται μετὰ τῶν δημοτῶν ᾄδειν τὰ βασιλίκια. Ἱστέον, ὅτι ὁ βασιλεὺς περιβαλλόμενος τὸ ὀκτάγωνον χλανίδιον (20) καὶ τὸ μέγα λευκὸν στέμμα, ἀνῆλθεν ἐν τῷ Σολομωντείῳ θρόνῳ, καὶ ἐκαθέσθη. Καὶ μετὰ τὸ καθεσθῆναι πάντες ἐπηύξαντο πολυχρόνιον. Οἱ δὲ ψάλται, οἵ τε ἀποστολῖται καὶ οἱ ἁγιοσοφῖται, ἤρξαντο ᾄδειν τὰ βασιλίκια, καὶ εἰσήχθησαν κατὰ τὸν εἰωθότα τύπον τὰ βῆλα, καὶ τελευταῖον οἱ φίλοι Σαρακηνοὶ κρατούμενοι παρά τε τοῦ κατεπάνω τῶν βασιλικῶν καὶ τοῦ

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

(19) Scribitur χρυσὼν, χρυσεών et χρυσιών. Credidi aliquando Chrysonem fuisse forum, in quo essent officinæ auroclavariorum, in quibus C panni pretiosissimi, frisiati auro et argento prostarent. Quo me induxit Theophanes p. 395, sic narrans : ἀνήφθη καὶ μέρος τοῦ βασιλικοῦ ἐργοδοσίου τῶν χρυσοκλαβαρίων κατὰ τὸν χρυσεῶνα, conflagravit pars fabricæ imperialis auroclavariorum in Chryseone. » Posset omnino, quo dixi, inde colligi, sed potest etiam hoc, in Chryseone non solas officinas pannorum sericorum ditissimorum, sed etiam alia peragenda fuisse. Satis igitur clare significat Nicetas Chrysonem fuisse non unum, sed plures, et omnes grandes ædes, in quibus aurum et argentum aut in fiscum imperialem quocunque nomine inferrentur, aut inde efferretur et expenderetur, *la douane*. Σμήνει ἐψκεισαν μελισσῶν, ait p. 31, ἐκ πέτρας γλαφυρῆς βομβηδὸν ἱπταμένων, οἳ οὐδὲν τῶν ἐπ' ἀγορᾶς εἱλουμένων διενηνόχεισαν, ὅσοι τοὺς βασιλικοὺς χρυσῶνας εἰσήεσαν ὁποιουδήτινος φιλοτιμήματος ἀπολαύσοντες, ὡς τοὺς περὶ ταῖς πύλαις συνθλίβεσθαι καὶ πράγματα παρέχειν καὶ λαμβάνειν ἀμοιβαδὸν, τοὺς μὲν ἐπειγομένους εἰσιέναι, τοὺς δὲ τὴν ἔξοδον ἐπισπέρχοντας, Aparet ex hoc loco, fuisse Chrysones domos, in quibus stipendia iis, quibus assignata essent, solverentur. Idem ex initio cap. 6. l. III. Manuelis Comneni apparet, ubi ait : Δῶρα πολλὰ καὶ λαμπρὰ ἐκ τῶν βασιλικῶν χρυσώνων ὁ Σουλτάνος ἀπαρυσάμενος... χαίρων ἐπανέζευξεν ἔμφορτος· item ex ejusdem p. 174 : Τὴν τῶν ἀναλωμάτων τιμὴν οἷς τὸ πολλαπλάσιον ἐκέλευσε καταθέσθαι τοὺς ἐπὶ τῶν χρυσώνων τῶν βασιλικῶν : p. 278 : Ὡς ἡ ἄνθη τῆς ὀπώρας πάλαι τοὺς γενάρχας ἐδουλαγώγησεν, οὕτω καὶ τοῦ χρυσίου τὸ πυρωπὸν τοὺς ἐπὶ τῶν βασιλείων χρυσώνων εἰς τὴν ἐκείνου τρυγὴν ἐφείλκυσεν.

(28) Quomodo formatum hoc fuit ? Novi pallium quadratum regum Francorum, de quo Du Cange ad Joinvill. et supra dixi p. 271. An ergo ut illud scissum erat ad utrumque femur, et præterea inter crura ab antica et postica, ut quatuor fissuras et octo angulos haberet ? Sic sane quidem videtur.

κόμητος τοῦ στάβλου. Ἐφόρεσαν δὲ καὶ αὐτοὶ σπέκια, οὐ τὰ ἑαυτῶν, ἀλλ' ἕτερα κάλλιστα καὶ ἀναγκαῖα (21), καὶ μανιάκια ἡμφιεσμένα ἀπὸ λίθων τιμίων καὶ μαργαριτῶν μεγάλων. Οὐκ ἔστιν δὲ τύπος, βαρβάτον περιβάλλεσθαι τοιοῦτον μανιάκιον ἢ μετὰ μαργαριτῶν ἢ καὶ λίθων τιμίων, ἀλλὰ δι' ἔνδειξιν καὶ μόνον τότε ὡρίσθησαν παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου ἡμῶν ταῦτα περιβάλλεσθαι. Καὶ τῆς εἰωθυίας τάξεως τελεσθείσης, οἱ μὲν Σαρακηνοὶ ἐξελθόντες διῆλθον διὰ τοῦ ἀναδενδραδίου καὶ τοῦ τρικλίνου τῶν κανδιδάτων καὶ τοῦ τρικλίνου ἐν ᾧ τὸ καμελαύκιον ἵσταται καὶ οἱ μάγιστροι γίνονται, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε διὰ τοῦ ὀνόποδος καὶ τοῦ πόρτηκος τοῦ αὐγουστέως, ἤτοι τῆς χρυσῆς χειρὸς, εἰσῆλθον ἐν τῷ τρικλίνῳ τοῦ αὐγουστέως; καὶ ἐκαθέσθησαν ἐκεῖσε, ἕως οὗ εἰσῆλθεν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ ραλατίῳ· μετὰ δὲ τὸ εἰσελθεῖν τὸν βασιλέα ἐν τῷ παλατίῳ προσεκλήθησαν μετὰ τινα ὥραν καὶ οἱ φίλοι Σαρακηνοὶ ἀπὸ τοῦ αὐγουστέως καὶ διῆλθον διὰ τῶν ἔνδοθεν διαβατικῶν τοῦ αὐγουστέως καὶ τῆς ἀψίδος εἰς τὸν ἱππόδρομον, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε διῆλθον μέχρι τῶν σκυλῶν, καὶ εἰσελθόντες ἐκαθέσθησαν ἐν τῷ δυτικῷ μέρει τοῦ Ἰουστινιανοῦ τρικλίνου ἐν τοῖς ἐκεῖσε σκαμνίοις. Καὶ εἶθ' οὕτως ἀπεστάλη αὐτοῖς παρὰ τοῦ βασιλέως διὰ κοιτωνίτου ἱμάτια ἐρράμμένα καὶ λοιπὰ ἀλλάξιμα αὐτῶν. Ἰστέον, ὅτι ἔστησαν ἔνθεν κἀκεῖθεν, ἤγουν δεξιᾷ καὶ ἀριστερᾷ, τὰ χρυσᾶ Ῥωμαϊκὰ σκῆπτρα καὶ τὰ πτυχία καὶ τὰ ἕτερα χρυσᾶ σκῆπτρα, δηλονότι ὑπὸ τῶν κανδιδάτων κρατούμενα, φορούντων σκαραμάγγια καὶ τὰ ἴδια κανδιδατίκια. Διήρκεσαν δὲ δι' ὅλου τοῦ κλητωρίου (22) ἱστάμενα. Ἰστέον, ὅτι ἐν τῷ κλητωρίῳ οἱ μάγιστροι ἐφόρεσαν τὰ ἑαυτῶν μαγιστράτα στιχάρια καὶ βαλτίδια καὶ χλανίδια κατὰ τὸν τύπον τοῦ Πάσχα. Ὁ δὲ παρακοιμώμενος [18] ἐφόρεσεν σπέκιον, ὁμοίως καὶ ὁ λογεθέτης καὶ οἱ λοιποὶ πατρίκιοι ἐφόbant et ipsi quoque specia, non sua quidem, at alia multo pulcherrima et pretiosa, et torques distinctos lapidibus pretiosis, et unionibus primæ magnitudinis. Talem torquem, sive gemmis, sive margaritis distinctum, moris non est, ut barbatus gestet, sed tunc tantummodo, ut eum in solemni pompa ostentationis gratia gestarent, jussi fuerunt. ab amante Christi domino Constantino. Peracta secundum consuetos ritus exceptione, exibant Saraceni, et transibant per viridarium et triclinium candidatorum et triclinium illud, in quo camelaucium stat magistrique creantur; inde per onopodem, et porticum augusteonis sive auream manum, tandem intrabaut in triclinium augusteonis, in quo desidebant, donec revertisset imperator in palatium. Aliquanto post reditum imperatoris in palatium arcessebantur amici Saraceni 338 ex augusteone. Transibant tunc per interiores porticus augusteonis et per apsidem in circum usque ad scyla; ubi ingressi desidebant in occidentali plaga triclinii Justinianei in scamnis ibi stantibus. Illuc ipsis mittebantur ab imperatore per cœtonitam vestes jam consutæ et indutui habiles, aliaque pro ipsis mutatoria [telæ non consutæ; et sic invitabantur ad coepulandum imperatori]. Stabant [in cleterio seu triclinio convivali] ab utraque parte, dextra sinistraque, aurea Romana sceptra seu vexilla et ptychia [vel signa Fortunæ] et reliqua aurea sceptra, quæ candidati tenebant, scaramangiis propriisque suis candidaticiis induti. Hæc sceptra cum suis sceptrigeris per totum triclinium ab uno termino ad alterum usque pertinebant. In eo convivio gestabant magistri sua magistrata seu magisterialia strictoria, et balteos et tunicas, ut mos est illos per festum Paschatis gestare. Paracœmomenus seu accubitor et logothetes et reliqui patri-

VARIÆ LECTIONES.

[18] παρακυμώμενος cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(21) *Pretiosa.* Græci aliquando recentiores ἀναγκαῖος pro *pretioso* usurpant. Ita Palladius in H. Laus: Ἦν ἐν νεότητι αὐτοῦ λιθουργὸς (gemmarum sculptor), ὃν λέγουσι καβιδάριον (*cavatorem*, cælatorem, ut Salmasius vult, a *cavando*), καὶ ἀπελθὼν λέγει αὐτῇ· Λίθοι ἀναγκαῖοι, σμάραγδοι καὶ ὑάκινθοι ἐμπεπτώκασί μοι, *obligerent*, occurrerunt, *mihi lapides necessarii*; id est pretiosi. Epiphanius de Lapidibus pretiosis: Ὅσῳ γὰρ εὑρίσκεται ὁ λίθος βαθὺς [id est βαθύτερος, ὀξύτερος, *vividior*, ardentior, saturatior] τῇ χροιᾷ, τοσούτῳ ἀναγκαιότερός ἐστι τῶν ἄλλων. Ambo locos debeo Salmasio, illum notis ad Scriptor. Hist. Aug. t. II, p. 730, hunc notis ad Tertulliani Pallium p. 136. Habet idem alios in addendis p. 449. Veteres Glossæ: Βεστιάριον παρὰ Ῥωμαίοις τόπος, ἔνθα ἡ ἀναγκαία ἀπόκειται ἐσθής. Manavit hæc notio pretiositatis ex eo, quod ἀναγκαῖος veteribus *charum*, *jucundum*, *utile* significaret, *vid.* Theophan. p. 126 370 403. Apud Procop. Anecdot. p. 18. Antonina quædam appellatur Theodoræ τῇ βασιλίδι φιλτάτη καὶ ἀναγκαιοτάτη ἐν τοῖς μάλιστα τυγχάνουσα, *amicissima et charissima*, tam ut ea careri nequiverit. Aristides t. II, p. 174, τὰ ἀναγκαιότατα καὶ κάλλιστα, *charissima et pulcherrima*, ut Canterus recte ibi vertit. Unde Latini quoque, quos quis caros haberet, *necessarios* dixerunt una cum Græcis. Polybius l. II: Πάσας ἐξελέγχουσι τὰς σφετέρας ἐλπίδας πρότερον ἢ παραχωρῆσαί τινος τῶν ἀναγκαίων. Reperio apud Du Cangium v. *Anax*, *missorium anacleum*, *bacconicam* [Beeken, bassin, pelvim] *anacleam*, *scutellam anacleam*. Posset ergo in mentem alicui venire, *ananceam* debere legi, id est *pretiosam*. Sed recte habet *anacleam*, quas dicas *dominicam* vel *regiam*, imperialem. Latini medii ævi *anax* pro *rege* dicebant. Ut porro Græci *pretiosa* et proinde cara sibi ἀναγκαῖα appellabant, eoque titulo ex pretiosis metallis, auro, argento, gemmis et margaritis confecta comprehendebant, sic ad eorum imitationem Latini sequiores illa ipsa *jocalia*, res caras, quibus jocetur, delectetur aliquis, ἀγάλματα, ἀθύρματα, παίγνια appellabant; vid. Salmas. ad Solin. p. 790. Nostri majores *Kleinodia* appellabant, hoc *klein næthige Dinge*, res minutas necessarias, h. e. charas.

(22) Potest κλητώριον pro triclinio, in quo convivatur, accipi, et eo sensu bene habent Latina nostra: quod si tamen malis a κλητωρίου vulgari significatione non recedere, vertendum erit *stabant per totum convivium.*

cii gestabant specia. Amicis Saracenis ad sacram mensam assidentibus, canebant psaltæ, apostolitæ quidem intra velum in camara vel fornice, qui ad sacrum cœtonem spectat, hagiosophitæ autem intra velum in camara, quæ ad pantheum spectat, stantes. Canebant hi per totum convivium carmina in laudem imperatoris, excepto quod, sub introitum, missuum seu ferculorum pausarent. Tunc enim sonabant organa flatilia. Finito convivio dominoque a mensa relevato, antequam amici Saraceni e triclinio exirent, distribuebantur ipsis et eorum comitatui munera imperialia per præfectum mensæ. Et duo quidem amici seu legati accipiebant in aureis gemmatis scutellis, unusquisque pro portione sua quingentena milliaresia, reliqui autem homines seu comites et famuli ipsorum accipiebant in universum simul omnes ter mille. Egressi e cœnaculo amici desidebant in Justiniani triclinio in ejus tractu orientali, qui ad hortum medium spectat,

A ρεσαν σπίκια. Τῶν δὲ φίλων Σαρακηνῶν συνεστιωμένων τοῖς δεσπόταις, ἔστησαν οἱ ψάλται ἀποστολῖται ἔσωθεν τοῦ βήλου εἰς τὴν καμάραν τὴν πρὸς τὸν βασιλικὸν κοιτῶνα· οἱ δὲ ἁγιοσοφῖται ἔστησαν ἔσωθεν τοῦ βήλου ἐν τῇ καμάρᾳ τῇ πρὸς τὸ πάνθεον, δι' ὅλου (22*) τοῦ κλητωρίου ᾄδοντες βασιλίκια, μόνον εἰς τὰς εἰσόδους τῶν μινσῶν ἡρεμοῦντες διὰ τὸ τὰ ὄργανα αὐλεῖν. Ἰστέον, ὅτι μετὰ τὸ ἀναστῆναι τῆς τραπέζης τὸν βασιλέα πρὸ τοῦ ἐξελθεῖν τοὺς φίλους διὰ τοῦ τῆς τραπέζης ἐδόθησαν ἐν χρυσοῖς διαλίθοις σκουτελλίοις (23), τοῖς μὲν δυσὶ φίλοις ἀνὰ μιλιαρησίων πεντακοσίων, τοῖς δὲ λοιποῖς ἀνθρώποις αὐτῶν μιλιαρήσια γ' Ἐξελθόντες δὲ οἱ αὐτοὶ φίλοι ἐκαθέσθησαν ἐν τῷ Ἰουστινιανοῦ τρικλίνῳ ἐν τῷ ἀνατολικῷ μέρει τῷ πρὸς τὸ μεσοκήπιον (24), ἐν τοῖς ἐκεῖσε σκάμνοις, καὶ ἀπέστειλεν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς διὰ B κοιτωνίτου οἰνάνθια καὶ ῥοδοστάγματα, γάλαια τε καὶ λοιπὰ μυριστικά. Καὶ διὰ τῶν προευτρεπισθέντων ἐκεῖσε ἀναγλύφων (25) χερνιβοξίστων νιψάμενοι καὶ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(22*) Traductus forte ille mos hinc in aulas regum Persiæ fuit, de quorum inter convivia musica vivendi della Valle, Olearius et alii peregrinatores. Canebant autem musici imperatorum CPtanorum laudes eorum, ut noster appellat βασιλίκια, pro more istorum temporum, quibus principes Europæ, ad exemplum aulæ Byzantinæ, nutrire solebant immanem copiam mimarum, scurrarum, musicorum, quos omnes *ministellos* appellabant (unde nati *les ménestreux* et *ménestriers*) velut sequioris ordinis ministros, comitativæ fæces, quorum munus erat principes non spectaculis tantum ludicris oblectare, sed et eorum aures variis C avorum adeoque ipsorum principum laudibus non sine assentatione cum cantilenis et musicis instrumentis demulcere. Verbis utor Du Cangii, cujus locus Gloss. Lat. v. *ministelli* conferri meretur, item notæ ejus ad Joinvill. p. 161. Hagiosophitæ autem ad hoc impurum genus hominum non pertinent, et musica eorum non erat petulans, non voluptuosa, sed temperata et pene sacra, ut decet homines ecclesiasticos. Musicam thymelicam intemperantem, flagitiosam aversabatur aula CPtana.

(23) Mos olim erat si quid nummorum alicui donare vellent, in scypho id aut in scutula porrigendi. Vetustus ille mos est et Herodoto jam commemoratus eleganti illo loco III, 130 : Ὑποτύπτουσα ἑκάστη φιάλῃ τοῦ χρυσοῦ σὺν θήκῃ ἐδωρέετο τὸ Δημοκήδεα, οὕτω δή τι δαψιλέϊ δωρεῇ, ὡς τοὺς ἀποπίπτοντας ἀπὸ τῶν φιαλέων στατῆρας, etc. Olympiodorus apud Photium p. 108, describens nuptias D Athaulfi cum Placidia, sponsæ ait a sponso donatos fuisse quinquaginta juvenes *formosos*, εὐειδεῖς, ἐνδεδυμένους σηρικὴν ἐσθῆτα, φέροντος ἑκάστου ταῖς χερσὶν ἀνὰ δύο μεγίστων δίσκων, ὧν ὁ μὲν χρυσίου πλήρης, ὁ δὲ τιμίων λίθων, μᾶλλον δὲ ἀτιμήτων, *serica veste indutos, ferentes singulos bina scutula, quorum unum plenum erat auro, alterum lapidibus æstimabilibus, imo vero inæstimabilibus* (seu pretium omne excedentibus). Symmachus Ep. X, 28 : *Merito vobis solemnes pateras cum quinis solidis, ut numinibus integritatis, offerimus, quibus nec vester pudor, nec noster census oneratur.* De strenis loquitur. Gualfaneus de Flamma apud Murator. *Ant. Ital.* t. II, p. 862, describens festivos ritus, quibus olim Mediolani festum Epiphanias celebrabatur, inter alia ait : *Sanctos tres reges coronatos aureis coronis, tenentes in manibus scyphos aureos cum auro, thure et myrrha processisse.* Morena in historia Laudensi p. 967, t. VI, Scr. Rer. Ital : *Mediolanenses unam cuppam auream et ex denariis plenam ipsi regi portaverunt, quatenus gratiam suam et bonam voluntatem recuperarent.* Francorum reges olim, teste Du Cangio ad Joinvill. p. 88, quando largitiones vellent festis diebus inter proceres distribuere, afferri curabant in medium scyphos nummis plenos, unde sumebant, clamante præcone : *Largesse, largesse.* In Cerimoniali Romano Cencii Camerarii l. II dicitur pontifici a Camerario argenteum scyphum cum nummis præsentari. Angli in banapis offerebant munera annua seu tributa sua. Est autem *hanap.* (*a Nap, ein nap*, aut id, quod nobis hodie vox illa, Nap. notat, patera paulo profundior, aut idem quod scyphus. Sane Francicus interpres Petri Crescentii l. v, verba : *Azerus optime convenit scyphis et paropsidibus et incisoriis faciendis*, sic vertit : *est très bon pour faire hanaps* [scyphos], *escuelles* [scutula] *et plateaux* ; *vid.* Du Cange v. *Hanappus* et *Incisorium*. Hinc factum est, ut manuscula *scutellæ* dicerentur ex eo, quod in scutellis porrigerentur, quemadmodum sportulæ enim dicebantur a sportelliis, in quibus offerebantur, Anastasius in Bonifacio II : *Hic presbyteris scutellas de adeptis hæreditatibus obtulit*, id est ἀπαρχάς, particulas, gustus hæreditatum, quas nactus fuerat.

(24) Medius hortus ideo dicitur, quod in ipso palatio interceptus et structuris undique septus esset, ut ejus nihil conspici posset.

(25) Recenseretur hic aliquot species olfactoriæ et unguentariæ. Ut hodie gestamus nobiscum pyxides tabaci in pulverem comminuti, ita olim non in Oriente tantum, sed et in Occidente pyxides odoriferas secum ferebant. Agnellus Pontific. Ravenn. p. 155, describens magnum luctum *projecerunt a se matronæ inaures*, ait *et annulos et dextralia et pereselidas, et monilia, et olfactoria, et acus, specula*, etc. Rolandinus Patavinus in Chronico l. I. c. 10, memorat inter alia, quibus *castrum honestatis* sic dictum expugnari olim consuevit, etiam *jactatas ampullas balsami*. Vox οἰνάνθια posset quidem de illo vini genere sumi, quod medio ævo *claretum* appellabant. Id enim post epulas et secundum lotionem fuisse inter species seu dulcia ministratum, apparet ex Ordine Romano Gregorii X, § 14, malo tamen de odoramento aut unguento accipere, cum ejusdem generis sint, quæ deinceps memorantur. Vid. ad p. 269.

διὰ πολυτίμων χειρομάκτων (26) ἀπομαξάμενοι καὶ τῶν μυριπνόων (27) καὶ εὐώδων σταγμάτων καὶ ἀλημματων ἀφθόνως ἐμπλησθέντες, πάλιν διὰ τοῦ λαυσιακοῦ καὶ τοῦ ὡρολογίου καὶ τοῦ χρυσοτρικλίνου ἐξίεσαν τὰς ἀνατολικὰς πύλας τοῦ Χρυσοτρικλίνου, καὶ διὰ τοῦ ἡλιακοῦ τοῦ Φάρου ἐξελθόντες, κατῆλθον διὰ τοῦ ἡλιακοῦ τῆς νέας καὶ τοῦ μεγάλου τρικλίνου εἰς τὸ τζυκανιστήριον· ἐκεῖσε οὖν ἱππεύσαντες ἀπῆλθον ἐν τῷ ἰδίῳ ἀπλήκτῳ, ἤτοι εἰς τὸν χρυσίωνα. Ἰστέον, ὅτι ἀνάγλυφα μινσούρια καὶ σκουτέλλια ἐν τῷ μεγάλῳ κοσμήτῃ τοῦ χρυσοτρικλίνου ἀκμὴν ἐκρέμαντο, καὶ τὰ μικρὰ ἀνάγλυφα σκουτέλλια ἐν ταῖς φωταγωγοῖς καμάραις τοῦ τρούλλου ἐκρέμαντο. Ἰστέον, ὅτι, ἡμερῶν διελθουσῶν οὐκ ὀλίγων, ἠτήσαντο οἱ φίλοι Σαρακηνοὶ θεᾶσασθαι καὶ συντυχεῖν τὸν βασιλέα, καὶ ἐπεὶ ὁ χρυσοτρίκλινος ἀπεγραμίσθη τῆς προῤῥηθείσης γραμμῆς (28), ἐν τῷ ἀδιαλείπτῳ καὶ καθ' ἑκάστην ἱσταμένῳ ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ πυργίῳ ἐκρεμάσθησαν, ἐν τοῖς τοῦ αὐτοῦ πυργίου μεσοκαρδίοις, τὰ τρία στέμματα· πρὸς ἀνατολὴν μὲν τὸ τῶν Ἁγιων Ἀποστόλων πράσινον στέμμα, δεξιᾷ δὲ τὸ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ Φάρου βένετον στέμμα, ἀριστερᾷ δὲ τὸ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Δημητρίου βένετον στέμμα μετὰ καὶ τῶν σταυρῶν αὐτῶν. Αἱ δὲ τῶν τριῶν στεμμάτων τρεῖς περιστεραὶ (29) ἐκρεμάσθησαν ἐν τῷ πρὸς δύσιν μεσοκαρδίῳ τοῦ αὐτοῦ πυργίου, Ἔνθεν δὲ κἀκεῖσε τοῦ αὐτοῦ πυργίου ἔστησαν θρόνοι δύο· δεξιὰ μὲν πρὸς ἀνατολὴν ὁ τοῦ Ἀρκαδίου, ἐν ᾧ ἐκαθέσθη Ῥωμανὸς ὁ Πορφυρογέννητος καὶ θεόστεπτος βασιλεύς· εὐώνυμα δὲ ὁ τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου θρόνος. Ἔνθεν δὲ κἀκεῖθεν, ἤτοι δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ τοῦ χρυσοτρικλίνου, ἔστησαν οἱ λοιποὶ βασίλειοι θρόνοι καὶ τα δύο χρυσᾶ κραβάττια καὶ τὰ δύο ἀργυρᾶ ἱστοπόδια, ἐν οἷς καὶ τὸ δυτικὸν αἴρεται βῆλον· ἔστησαν δὲ

A in scamnis ibi positis. Illuc mittebat ipsis imperator per cœtonitam œnanthia [genus unguenti est], et aquam rosarum stillaticiam et gallas et alia unguenta et odoramenta. Postquam ibi in paratis levati operis pelvibus sese lavarant, et pretiosis mantilibus manus absterserant atque siccaverant, unguentisque et liquoribus suave spirantibus corpus probe delibutum habebant, exibant rursus per lausiacum et horologium et chrysotriclinium, portam orientalem chrysotriclinii et solarium Phari, de scendebantque per solarium Novæ ecclesiæ et magni triclinii in tzucanisterium. Ibi conscendebant rursus in equos suos, et sic avehebantur in mansionem suam, id est in chryseonem. **339** Tenendum adhuc, interrasilia missoria et scutellas suspensa tum fuisse in magno cosmeto chrysotriclinii : parvæ autem anaglyphæ scuttellæ dependebant e fenestratis fornicibus trulli. Non paucis diebus post rogabant amici Saraceni denuo veniam videndi imperatorem eique colloquendi. Quandoquidem vero chrysotriclinium pictu cultuque illo, quem supra descripsimus, fuisset exutum, suspendebantur in turricula, quæ quotidie et nunquam non ibi stat, ex ejus mediis tabulatis orientalibus tres infulæ, in medio stemma SS. Apostolorum viride; ad ejus dextram venetum sanctissimæ Deiparæ Phari; et ad sinistram venetum stemma sancti et magni martyris Demetrii. Habebant illa tria stemmata suas totidem cruces; at tres columbæ ad ea pertinentes dependebant ex ejusdem turriculæ seu scrinii meditulliis occidentalibus. Ab utraque ejusdem parte stabant throni duo, hinc unus, versus orientem nempe, et a dextra thronus Arcadii, in quo Romanus Porphyrogenitus et a Deo coronatus imperator sedebat; illinc autem a sinistra stabat

B

C

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(26) Membran. ἀνογλύφων et l. II, χειρομάκτων pro ἀναγλύφων et χειρομάκτρων; *vid.* ad p. 267. Sic ἀνυμένειν dicunt hodierni pro ἀναμένειν. [At quare toto libro nihil de cameis seu gemmis anaglyphis cavatisve memoratur? Credo, quia rudis illa bonarum artium ætas non æstimabat, nedum faceret tam subtilis et doctæ manus opera. Juvat hac occasione vocem *cameo* explicare, de cujus etymologia video disceptari. Est Græca, non Arabica vox Posset quidem ab Arabico *gamah*, *punxit acuto ferro*, repeti. Sed est, si verum volumus, a καμεῖον, *fabrica*. Sic appellant novi Græci et officinam, in qua pretiosum, artificiosum, rarum quidque fit, et subtiliter aliquid efficere κάμνειν dicunt. *Ex Addend.*]

(27) De more veterum Græcorum unguentis fragrantibus post epulas sese lavandi et imbuendi vid. Athen. p. 409 c. fin.

(28) Γραμμὴ est *pictura*, *lineatura*, ut dicebant medio ævo, ut γραμμίζειν, *pingere* γραμμιστής *pictor*, in celebri loco Theophanis p. 247. Hi tales sunt, quos Themistius p. 223, ποικίλλοντας appellat, qui parietes ædium ab extus dealbant aut calcario incrustant opere, intus autem pingunt coloribus et figuris, item qui opere tessellato vel musivo ἐδάφη ἄνθινα efficiebant, de quibus *vid.* Salmas. ad Script. Hist. Aug. t. II. p. 559 et 710, ubi ait, eos dealbatores, coloratores et ἰνδικοπλάστας dictos, quod indigo vel glasto parietes inficerent. Pingebant quoque in luctu parietes nigro colore; vid, Du Cange Gl. lat. v. *Litra*. Sunt quoque γραμμισταί, qui non tantum in parietibus, ligno, linteis coloribus et penicillo rerum imagines, sed etiam in arboribus forcipe resectis exprimebant. Sic supra p. 331 habebamus γραμμίζειν ἀπὸ δαφνῶν σταυρία καὶ στεφάνια, lauris in crucium formam sectis et in serta contortis pingere et exornare triclinia, deambulacra, etc.

(29) Paulo superius mentem meam de columbis infularum exposui, fuisse nempe figuras columbarum crucibus quibus ornati erant infularum vertices, impositas. Infixæne fuerint et immobiliter iis inhæserint, ibi dubitabam. Hoc e loco apparet, columbas has demi ab infulis potuisse. Fueruntne ergo crucibus ope cochlearum adaptatæ? An potius fuerunt infularum capsulæ? Certe solebant medio ævo capsulas pro rebus sacris, pane consecrato, reliquiis condendis ad instar columbarum conformare, volentes eo significare, vim Spiritus sancti conditis intus reliquiis incubare easque conservare et sanctificare; *vid.* Du Cange ad Pauli Silentiarii Ecphrasin S. Sophiæ p. 575, et Gloss. Lat. v. *Columba* et Gr. v. Περιστερά. Apparet e locis ibi citatis columbæ imaginem in ciboriis super altaribus et super baptisteriis pependisse, e quorum pedibus ex unco vel catenula dependebant cruces.

thronus S. Constantini. Ab ipsius autem chrysotriclinii ambabus partibus, dextra sinistraque, stabant reliqui throni imperiales et duo aurea grabbatia et duo argentea histopodia [seu crassi et proceri styli, ad formam malorum navalium efficti], e quibus occidentale velum dependet. Infra idem velum stabant tria magna missoria. Suspensa quoque erant in eodem chrysotriclinio aurea vela, quæ per festum Paschalis suspendi solent. Solum ejusdem conspersum erat myrto et dendrolibano [seu rosmarino] et rosis. At aurea mensa tum ibi non prostabat. Magistri et proconsules et patricii gestabant sua, ut ritus ferebat, mutatoria ; itemque cubicularii : at qui ad chrysotriclinium pertinebant, omnes gestabant saga russa. Secretici omnes gestabant vera seu purpurea saga. Præpositi stabant in sua statione. Imperator amictus aquila, tunica puta sic dicta, et alba magna infula, sedebat. Cœtonitæ, catepano [basilicorum] et mysticus in propriis mutatoriis stabant in proprio velo chrysotriclinii. Saraceni intrabant per circum et scyla, transmissoque Justiniani triclinio et lausiaco, intrabant ad imperatorem, a logotheta introducti pro consueto more, collocatique coram sacro throno alloquebantur et componebant cum domino, quæ volebant. Illorum homines vel famuli introducti stabant versus occidentem intra velum, quod e duobus illis histopodiis vel proceris malis argenteis dependebat, **340** id est retro tria illa magna missoria aurea ; ubi exspectabant, donec amici, valere jusso imperatore, abirent. Legati abeuntes cum pervenissent ad mediam chrysotriclinii partem, incipiebant ipsorum homines imperatori bona verba dicere et cum ipsis simul exire. Per eamdem, qua venerant, viam, nempe per lausiacum, Justiniani triclinium, scyla, circum et apsidem remeabant domum in chryseonem, suum hospitium.

A κάτωθεν τοῦ αὐτοῦ βήλου τὰ τρία μεγάλα μινσούριε. Ἐκρεμάσθη δὲ καὶ τὰ χρυσᾶ τοῦ Πάσχα βῆλα ἐν τῷ αὐτῷ χρυσοτρικλίνῳ. Κατεράνθη δὲ καὶ τὸ τούτου ἔδαφος ἀπὸ μυρσίνης καὶ δενδρολιβάνου καὶ ῥόδου· Ἡ δὲ χρυσῆ τράπεζα οὐκ ἔστι. Οἱ δὲ μάγιστροι, καὶ ἀνθύπατοι, καὶ πατρίκιοι ἐφόρεσαν τὰ ἑαυτῶν ἐκ τύπου ἀλλάξιμα, ὁμοίως καὶ οἱ τοῦ κουβουκλείου· Οἱ δὲ τοῦ χρυσοτρικλίνου πάντες ἐφόρεσαν σαγία ῥοῆς. Οἱ δὲ τῶν σεκρήτων πάντες ἐφόρεσαν τὰ ἀληθινὰ σαγία. Οἱ δὲ πραιπόσιτοι ἔστησαν ἐν τῇ ἰδίᾳ στάσει. Ὁ δὲ βασιλεὺς περιβαλλόμενος τὸν ἀετὸν, τὸ χλανίδιον καὶ τὸ ἄσπρον μέγα στέμμα, ἐκαθέσθη. Οἱ δὲ κοιτωνῖται καὶ ὁ κατεπάνω καὶ ὁ μυστικὸς μετὰ τῶν ἰδίων ἀλλαξίμων ἔστησαν ἐν τῷ ἰδίῳ τοῦ χρυσοτρικλίνου βήλῳ· οἱ δὲ Σαρακηνοὶ εἰσῆλθον διὰ B τοῦ ἱπποδρόμου καὶ τῶν σκύλων, καὶ διελθόντες διὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ καὶ τοῦ λαυσιακοῦ καὶ παρὰ τοῦ λογοθέτου εἰσαχθέντες κατὰ τὸ εἰωθὸς πρὸς τὸν βασιλέα καὶ πλησίον τοῦ βασιλείου θρόνου γενόμενοι, συνέτυχον μετὰ τοῦ βασιλέως ὅσα ἐβούλοντο. Οἱ δὲ ἄνθρωποι αὐτῶν εἰσαχθέντες ἔστησαν ἐν τῷ πρὸς δύσιν τόπῳ τῷ ἐν τοῖς δυσὶν ἱστοποδίοις αἰρομένῳ, δηλονότι ὄπισθεν τῶν τριῶν μεγάλων χρυσῶν μινσουρίων, καρτερήσαντες ἐκεῖσε, μέχρις ἂν καὶ οἱ φίλοι ἀποχαιπετίσαντες τὸν βασιλέα ἐξίεσαν. Τῶν δὲ φίλων πρὸς τὴν μέσην τοῦ χρυσοτρικλίνου γενομένων, εὐφημήσαντες οἱ τούτων ἄνθρωποι συνεξίασιν αὐτοῖς, καὶ πάλιν διὰ τοῦ λαυσιακοῦ καὶ τοῦ Ἰουστινιανοῦ, τῶν τε σκύλων καὶ τοῦ ἱπποδρόμου καὶ τῆς ἀψίδος ἀπῆλθον ἐν τῷ ἰδίῳ τοῦ χρυσίωνος C ἀπλήκτῳ.

De ludo equestre instituto in gratiam amicorum Saracenorum, qui conciliandæ pacis et permutandorum captivorum gratia venerant, indict. IV [A. C. 946], *sub Constantino et Romano Porphyrogenitis imperatoribus.*

Περὶ τοῦ γεγονότος ἱπποδρομίου ἐπὶ τῇ ἐλεύσει τῶν φίλων Σαρακηνῶν, διὰ τὴν εἰρήνην καὶ τὸ ἀλλάγιον, εἰς ἰνδ, δ' ἐπὶ Κωνστάντίνου καὶ Ῥωμανοῦ τῶν Πορφυρογεννήτων βασιλέων.

In demo seu gradibus circensibus Veneti [seu factionis Venetæ] stabat numerus [seu domesticus vel magister numerorum] vice domestici scholarum, gerens ejus auream Venetam tunicam. In demo Prasini stabat domesticus castri, gerens auream Prasinam tunicam domestici excubitorum. In gradibus factionis albæ stabat demarchus factionis Venetæ ; et in gradibus factionis rusæ stabat demarchus factionis Prasinæ. In gradibus Veneti pariter atque Prasini suspensa erant vela rosea, segmentis cancellatis prætextata, terna in unaquaque factione. In gradibus autem albæ russæque factionis suspensa erant vela purpurea chrysotriclinii, in quibus figuræ gryponagrorum seu vulturum feris asinis commistorum conspiciebantur. Factionarii et cantores tam e templo Sanctorum Apostolorum, quam e

Εἰς τὸν δῆλον τοῦ Βενέτου ἔστη ὁ νούμερος ἀντὶ τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν, φορῶν τὸ χρυσοῦν Βένετον χλανίδιον τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν· εἰς τὸν δῆμον τοῦ πρασίνου ἔστη ὁ δομέστικος τοῦ τείχους, φορῶν τὸ χρυσοῦν Πράσινον χλανίδιον τοῦ δομεστίκου τῶν ἐξκουβίτων [19]. Εἰς τόν δῆμον τοῦ Λευκοῦ ἔστη ὁ δήμαρχος τῶν βενέτων· εἰς τὸν δῆμον τοῦ Ῥουσίου ἔστη ὁ δήμαρχος τῶν Πρασίνων. Εἰς D δὲ τοῦ Βενέτου τὸν δῆμον καὶ εἰς τὸν τοῦ Πρασίνου ἐκρεμάσθησαν τὰ ἀπὸ φημίντων διακοπτῶν ἡμφιεσμένα διρόδινα βῆλα, κατὰ δῆμον ἀνὰ τριῶν. Εἰς δὲ τὸν τοῦ Λευκοῦ δῆμον καὶ εἰς τὸν τοῦ Ῥουσίου δῆμον ἐκρεμάσθησαν τὰ ὀξέα βῆλα τοῦ χρυσοτρικλίνου οἱ γρυπόναγροι· οἱ δὲ δημῶται πάντες καὶ οἱ ψάλτοι, οἵ τε ἀποστολῖται καὶ ἁγιοσοφῖται, ἔστησαν εἰς τοὺς δ' δήμους· καὶ οἱ μὲν δημῶται φιρυῦντες τὰ

VARIÆ LECTIONES.

[19] ΣΧΟΛ. Ἴντιον, ὅτι παρῆν τῷ τότε καιρῷ ἐν τῇ πόλει ὁ ἐξκούβιτος, καὶ αὐτὸς ἔστη ἐν τῷ δήμῳ τοῦ Πρασίνου, οὐχὶ δὲ ὁ τειχεώτης.

ἑαυτῶν καμίσια καὶ τὰ ἀπὸ σημέντων στεφάνια, βαστάζοντες καὶ τὰ ἴδια δγχείρια· οἱ δὲ ἀποστολῖται καὶ ἁγιοσοφῖται ἐφόρεσαν τὰ ὁλόβλαττα καμίσια τοῦ σκεπτοῦ καὶ τὰ ὑπὸ φιαλίον καὶ τὰ ἕτερα τῶν ὑπουργούντων εἰς τὰς καμάρας τῶν ιθ' ἀκουβίτων. Οἱ δὲ δημῶται οἱ στάντες εἰς τοὺς δύο μεγάλους δήμους τοῦ τε Βενέτου καὶ τοῦ Πρασίνου ἐβάστασαν τοῦ σαξίμου τὰ φεγγία (30). Οἱ δὲ δ' ἡνίοχοι ἐφόρεσαν τὰ χρυσᾶ δημόσια τοῦ χρυσοῦ ἱπποδρομίου· τὰ δὲ ἕτερα δημόσια ἐφόρεσαν δ' βιγάριοι. Οἱ δὲ λπιποὶ βιγάριοι ἐφόρεσαν γυμναστίκια. Οἱ δὲ δ' εἱκασταὶ καὶ οἱ ἐργάται πάντες ἐφόρεσαν τὰ χρυσᾷ ὁλοσήμεντα κοντομάνικα. Ἡ δὲ πολιτικὴ ἐφόρεσεν τὰ λευκὰ χλανίδια τῶν δ' ταγμάτων. Τοῦ δὲ Βενέτου μέρους νικήσαντος, ἐγένετο σάξιμον κατὰ τὸν τύπον τοῦ λαχανίκοῦ ἱπποδρομίου, δηλονότι ὀψικευθέντων τῶν νικησάντων ὑπὸ τῶν δ' εἱκαστῶν καὶ ὅλων τῶν ἐργατῶν τῶν δύο μερῶν τῶο φορεσάντων τὰ ὁλοσήμεντα κοντομάνικα, καὶ τῶν δημωτῶν τῶν δύο μερῶν βασταζόντων καὶ τὰ τοῦ σαξίμου φεγγία. Ὁ δὲ δήμαρχος τῶν Βενέτων, ὡς νικήσας, κατὰ τὸν τύπον τοῦ λαχανικοῦ ἱπποδρομίου ἐφόρεσεν τὸ ἀληθινὸν σαγίον, καὶ ὀψίκευσεν καὶ αὐτός. Διὰ γὰρ ἔνδειξιν τῶν φίλων Σαρακηνῶν ὡρίσθη, ἀψικεῦσαι καὶ τοῦ ἑνέρου μέρους τοὺς δημώτας καὶ τοὺς εἱκαστὰς καὶ τοὺς ἐργάτας. Ὁ γὰρ παλαιὸς τύπος τοῦτο οὐκ ἔχει, εἰ μὴ μόνον τοὺς δημώτας καὶ εἱκαστὰς καὶ ἐργάτας τοῦ νικήσαντος μέρους ὀψικεύειν. Οἱ δὲ ἡνίοχοι καὶ ὁ δήμαρχος καὶ οἱ δημῶται καὶ εἱκασταὶ καὶ ἐργάται σάξαντες κατὰ τύπον, εἰς τὸ Π στάντες καὶ σύφημήσαντες, διῆλθον τὴν μέσην, καὶ ἀπῆλθον εἰς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἐκκλησίαν εἰς τὴν ὑπεραλίαν Θεοτόκον εἰς τὰ διακονίσσης κατὰ τὸν τύπον τοῦ λαχανίκοῦ ἱπποδρομίου. Τῇ δὲ ς' τοῦ Αὐγούστου μηνὸς, ἤγουν τῇ ἑορτῇ τῆς λαμπρᾶς μεταμορφώσεως τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐτελέσθη ἡ ἑορτὴ κατὰ τὸν ἐξ ἀρ-

templo Sanctæ Sophiæ, stabant per quatuor demos seu gradus circenses totidem factionum : illi quidem, factionarii puta, in suis camisiis, gerentes coronulas e segmentis et sua manucciola : hi autem, apostolitæ et hagiosophitæ cantores, gerebant holoblatta seu integra sericea, camisia scepti et hypophialia [vel subcaputia] et cætera pallia ministrare seu appendi solita in fornicibus XIX accubituum. Demotæ stantes in magnis duobus demis seu divisionibus graduum circensium. Venetæ scilicet atque Prasinæ factionis, gestabant phengia seu baculos cum lunulis, quales in ludo saltatorio gestare solent. Aurigæ quatuor primarii gerebant aurea demosia vel vestes factionis cujusque publicas, ad aureum sic dictum circense pertinentes. Reliqua demosia gestabant quatuor præcipui bigarii. 341 Cæteri bigarii gerebant gymnastica. Quatuor pictores et operæ fabriles omnes gestabant aurea holosementa [vel tota ex segmentis facta] brevibus manicis. Magistratus urbanus gestabat candidas tunicas quatuor tagmatum. Veneta itaque factione tunc vincente, fiebat saximum [vel saltatio] eo ritu, qui in hippodromio lachanico [seu eo ludo equestri, per quem olera et alia esculenta spargi solent], observatur. Scilicet victores comitabantur quatuor pictores et omnes operæ fabriles ambarum factionum, gestantes holosimenta brevibus manicis, et populares ambarum factionum; gestantes phengia saximi, Demarchus autem Venetæ factionis, ut victor, gestabat verum seu purpureum sagum, ut mos est in ludo curuli olerario, et comitabatur in obsequio suam factionem. Dixi, ambas factiones in obsequio tum processisse. Jussum nempe fuerat ostentationis erga hospites Saracenos gratia, ut alterius quoque victæ factionis, Prasinæ, factionarii plebeii et pictores et fabri processioni interessent. Alias id non

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(30) Puto phengia fuisse baculos cum manubrio seu fulcro manuum utrimque recurvo ad instar litteræ Græcæ Ψ, ita ut manubrium dimidiæ lunæ duo cornua referret. Similem adhuc hodie gerit baculum patriarcha CPtanus δικανίκιον dictum, in eo tantum differentem ab ista figura, quod in summo adhuc transversam trabem argenteam habeat, quemadmodum ipsa quoque cornua vel manubrium argentea sunt. Aut fuisse φεγγία nostra tale baculos, qualem habere conspicitur ille Basck Giauschorum aut capitaneus ostiariorum in collectione Ferriolenei tabularum æneearum, tab. 14 in hunc modum conformatum :



Græci lunam olim σελήνη et ἀστήρ vocabant, hodierni φέγγος et φεγγήν, hoc est φεγγίον, appellant. Patet igitur, quare baculos bicorni manubrio instructas *lunas* vel *lunulas* appellarint. Pari modo σεληνίδας olim vocabant illas senatorum calceis assutas ad instar dimidiæ lunæ acutas utrinque et in media cavas corrigias, item ἐπισφύρια μηνοειδῆ, et tales calceos appellat Herodes Atticus in dedicat. statuæ Regillæ ἀστερόεντα πέδιλα, *lunatos calceos*. Nam ὁ ἀστήρ *luna* est ; *vid.* Salmas. ad illum locum p. III. 152. Hæc mihi optima et verissima videtur exposicio vocis nostræ esse. Nunc proponam alias duas mea quidem sententia minus probabiles, sed statuant de illis eruditi. Primam quidem hanc. Appellabant veteres Græci σελήνια *calvas* ; *vid.* Salmas. Dialog. de Coma inter Cæsarium et Curtium p. 36. Fueruntne ergo *phengia* baculi cum capitulis virorum calvis ebore factis, aut argento aurove, quales in baculis nostris hodie gerimus, Socrates aut Æsopos a quibusdam dictos ? Secunda hæc est. Φεγγίον notat novis Græcis *nimbum*, quales circa sanctorum capita pinguntur. Veteres eos a luna pariter μηνίσκους appellabant. Quid si ergo baculi *phengia* vel *nimbi* dicti habuerint in summo vertice nimbos tales seu latas rotundas tabulas argenteas? Quemadmodum scutiferi apud Latinos pilea seu pileos super baculis gerebant. Ceremoniale Romanum l. I, sect. 2, illorum pileorum mentionem facit his verbis : *Hos sequuntur quatuor nobiles pilea quatuor de cremesino supra baculos quosdam deferentes, qui scutiferi honorarii vocantur cubicularii.* Sane infra p. 418, dicitur ostiariorum brabeum seu insigne esse ῥάβδος περικεφαλαίαν ἔχουσα, *baculus cum capitello.* Illud capitellum non videtur aliud, quam tegmen rotundum latum ad pilei aut disci plani formam factum fuisse.

habet ritus antiquus, vi cujus factionarii et pictores et fabri victricis tantummodo factionis processionem celebrabant. Ut venerant in II, consistebant ibi aurigæ, et demarchus, et populares et pictores, et operæ fabriles, desultabantque suas choreas, dictisque imperatori laudibus, abibant per mesam in propriam suam ecclesiam, in Sanctæ Deiparæ ædem puta, quæ in diaconissarum monasterio est; prout fieri solet in ludo curuli olerario. Sexto die Augusti, seu festo splendidæ Transfigurationis Domini nostri Jesu Christi, peragebatur festum secundum antiquum ex remotis temporibus traductum ritum, nisi quod domini in gratiam Saracenorum hospitum loros corpore, cruces et acasias manibus gestabant. Magistri autem et proconsules et patricii gestabant et ipsi quoque loros, absque tamen scipionibus et absque acaciis. Producebantur sceve seu vasa pretiosa et reliquiæ sanctorum, omnia in obsequio pro more consueto, ut magna crux, virga Mosis sceptra [seu vexilla] Romana, eutychia [vel signa Fortunæ] et aliæ quæcunque reliquiæ in templo Domini depositæ. Aderant cum factionibus psaltæ apostolitæ et hagiosophitæ ibi, ubi transeuntes dominos salutare bonis verbis et venerari mos est, fausta illis acclamantes et induti mutatoriis iisdem, quæ illos in exceptione legatorum gestasse antea dicebamus. Tribunal, in quo stare amicos et spectare imperatorem mos est, **342** tam ad ecclesiam in processione euntem, quam inde redeuntem, exornatum erat eodem modo, quo diximus in exceptione eorum. Magnum Sanctæ Sophiæ templum ornatum erat eo modo, quo solet per festum Paschatis esse. In catechumenis seu supra portam regiam suspensa erant aurea vela columnarum ciborii aliaque vela et instrata, tam e Sancta Sophia quam ex Nova ecclesia petita: item catenæ variis ex ecclesiis depromptæ, e quibus dependebant magna Novæ ecclesiæ polycandela; item infulæ et varia ergomucia crucesque aureæ gemmatæ, codices evangeliorum quoque ibi collocabantur. Reliqua processionis fiebant secundum consuetam formam. Die nona Augusti eademque Dominica celebrabatur cletorium seu sacrum solenne convivium in triclinio Justiniani. Producebatur tum anaglypha seu exstante cælatura conspicua suppellex argentea, quæ in vestiario Cariani solet asservari, in eaque inferebantur dapes fiebatque reliquum omne circa mensam ministerium. Spectacula simul ludebant seu edebantur omnis generis scenica. Convivabantur tum ambo amici seu legati et hospites Tarsenses, unaque co-

A χαίων χρόνων παρακολουθήσαντα τύπον αὐτῆς, πλὴν διὰ τοὺς φίλους Σαρακηνοὺς ἐφόρεσαν οἱ βασιλεῖς τοὺς λώρους, βαστάσαντες καὶ τοὺς σταυροὺς καὶ τὰς ἀκακίας. Οἱ δὲ μάγιστροι, καὶ ἀνθύπατοι, καὶ πατρίκιοι ἐφόρεσαν καὶ αὐτοὶ τοὺς λώρους, οὐ μέντοι δὲ σκεπεῶνας ἢ ἀκακίας ἐβάστασαν. Ἐξῆλθον δὲ καὶ πάντα τὰ σκεύη καὶ ὠψίκευσαν κατὰ τὸ εἰωθὸς, ἤτοι ὁ μέγας σταυρὸς, ἡ τοῦ Μωσέως ῥάβδος, τὰ Ῥωμαϊκὰ σκῆπτρα, τὰ πτυχία καὶ ὅσα ἕτερα ἐν τῷ τοῦ Κυρίου ἀπόκεινται ναῷ. Ἀλλὰ καὶ οἱ ψάλται, ἀποστολῖται καὶ ἁγιοσοφῖται, συνῆσαν τοῖς δήμοις ἐν ταῖς δοχαῖς εὐφημοῦντες, δηλονότι τὰ προῤῥηθέντα ἐν τῇ δοχῇ φοροῦντες ἀλλάξιμα. Τὸ δὲ τριβουνάλιον, ἐν ᾧ κατὰ τύπον ἵστανται οἱ φίλοι καὶ θεωροῦσιν τὸν βασιλέα, ἀπιόντος ἐν τῷ προκένσῳ τῆς ἐκκλησίας καὶ πάλιν ὑποστρέφοντος, ἐξωπλίσθη B κατὰ τὴν προῤῥηθεῖσαν τῆς δοχῆς ἐξόπλισιν. Ὁ δὲ τῆς ἁγίας Σοφίας μέγας ναὸς ἐξωπλίσθη κατὰ τὸ εἰωθὸς τοῦ Πάσχα. Εἰς δὲ τὰ κατηχούμενα, ἦγουν ἄνωθεν τῶν βασιλικῶν πυλῶν, ἐκρεμάσθησαν τὰ χρυσᾶ βῆλα τῶν κιόνων τοῦ κιβωρίου καὶ ἕτερα βῆλα καὶ ἐνδυταὶ ἀπό τε τῆς ἁγίας Σοφίας καὶ τῆς Νέας ἐκκλησίας· ἀλλὰ καὶ ἅλυσίδια πλεῖστα ἀπὸ διαφόρων ἐκκλησιῶν, καὶ τὰ τῆς Νέας πάντα μεγάλα πολυκάνδηλα. ἀλλὰ καὶ στέμματα καὶ διάφορα ἐργομούκια, σταυροί τε χρυσοῖ διάλιθοι καὶ πτυχία Εὐαγγελίων ἐκεῖσε ἱδρύνθησαν. Τὰ δὲ ἐξῆς τῆς προελεύσεως ἐκελέσθη κατὰ τὸν εἰωθότα τύπον. Τῇ δὲ ἐννάτῃ τοῦ Αὐγούστου μηνὸς, ἡμέρᾳ Κυριακῇ, ἐγένετο κλητώριον ἐν τῷ τρικλίνῳ τοῦ Ἰουστινιανοῦ, ἐξῆλθεν δὲ τὸ ἀνάγλυφον ἀσήμιον [20] τὸ ἐναποκείμενον ἐν τῷ βεστιαρίῳ τοῦ Καριανοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ γέγονεν ἡ πᾶσα ὑπηρεσία τοῦ τραπεζίου· ἔπαιξαν δὲ καὶ τὰ θυμελικὰ πάντα παίγνια. Ἔφαγον δὲ ἐν τῷ αὐτῷ κλητωρίῳ οἱ δύο φίλοι Ταρσῖται καὶ οἱ ἄνθρωποι αὐτῶν, καὶ δέσμοι (31) ἀπὸ τοῦ πραιτωρίου Ταρσῖται μ'. Ἔλαβον δὲ ἐν χρυσοῖς σκουτελλίοις οἱ μὲν δύο φίλοι ἀνὰ μιλιαρησίων φ', οἱ δὲ λοιποὶ ἄνθρωποι αὐτῶν μιλ. γ, οἱ δὲ μ' δέσμιοι μιλ. α. Ἀπεστάλησαν δὲ καὶ τοῖς ἐν τῷ πραιτωρίῳ ἐναπομείνασιν δεσμίοις μιλ. Τοῦ δὲ βασιλέως ἀναστάντος, ἐκαθέσθησαν πάλιν οἱ αὐτοὶ φίλοι ἐν τῷ δέξιῳ μέρει τοῦ αὐτοῦ τρικλίνου, καθ' ὃν προείρηται τρόπον. Καὶ ἀπεστάλησαν πάλιν αὐτοῖς διὰ κοιτωνιτῶν μυριστικὰ, στάγματά τε καὶ ἀλείμματα εὐώδη, καὶ νιψάμενοι καὶ εὐωδιασθέντες διῆλθον πάλιν διὰ τοῦ C χρυσοτρικλίνου καὶ τῶν ἀνατολικῶν πυλῶν, καθ' ὃν τρόπον προειρήκαμεν. D

VARIÆ LECTIONES.

[20] ἀσίμην cod. et ed., ut sæpius. Cf. ad pag. 7.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(31) Captivi Saraceni servabantur olim in prætorio, ut hodie in septem sic dictis turribus CPli, aut ut in urbium Africæ balneis hodie Christiani servantur et in balneis Genuæ atque Livorni Turcæ capti. Multo humanius illi captivi Saraceni a Græcis impp. habebantur, quam captivi Christiani hodie habentur a Turcis. Non tantum enim singulis diebus Dominicis liberabantur vinculis et operis, *vid.* Du Cange v. *Humanitas*, sed etiam tota septimana paschali liberi erant; *vid.* Durand. p. 545. c. 117, et spectabant ludos circenses non minus quam ipsi cives: *vid.* infra p. 359, et interdum adhibebantur sacris epulis et refectionem in nummis et vestibus accipiebant, ut e variis locis nostri codicis constat; vid. ad p. 353 dicenda.

mites eorum et captivi Saraceni e præfectura Tarsense olim sbrepti, nunc e prætorio arcessiti, velut captivitate recens liberati, numero quadraginta. Hi omnes accipiebant muneris nomine nummos in scutellis argenteis. Amborum quidem amicorum in suam unusquisque personam accipiebat quingentena miliaresia, reliqui ejus comites in universum accipiebant ter mille miliaresia, mille tandem miliaresia accipiebant illi quadraginta captivi sacris epulis adhibiti. Sed et captivis Saracenis, qui in prætorio et vinculis remanserant, mittebatur numerus miliaresiorum. Finitis epulis, cum surgeret imperator, jubebantur amici Saraceni rursus in dextra parte ejusdem triclinii secundum prædictum modum desidere. Illuc et tum quoque mittebantur ipsis per cœtonitas odorati liquores et unguenta, quibus cum loti probe se imbuissent, abibant domum, præter chrysotriclinium transeuntes et portam orientalem, et sic porro ut prædiximus.

Δοχὴ ἑτέρα τοῦ Δελεμίκη (32).

Ἰστέον, ὅτι τῇ λ' τοῦ Αὐγούστου μηνὸς, ἡμέρᾳ Κυριακῇ, ἐπὶ τῇ ελρύσει τοῦ Δελεμίκη τοῦ Ἀμηρᾶ τοῦ Ἔμετ καὶ ἀποκρισιαρίου τοῦ Ἀποχαβδᾷ ἐγένετο δοχὴ κατὰ τὴν προειρημένην δοχὴν κατὰ πάντα ὅμοια. Καὶ ἔστησαν μέσον τοῦ μεγάλου τρικλίνου τῆς μανναύρας σελλία χρυσᾶ, ἐν οἷς ἐκαθέσθησαν οἱ βασιλεῖς, οἱ τοῦ κουβουκλείου δὲ οὐκ εἰσῆλθον παραστῆναι. Παρέστησαν δὲ οἱ κοιτωνῖται μόνοι καὶ ἑβδομάριοι πάντες μετὰ τῶν ἰδίων ἀλλαξίμων. Ἱσταντο δὲ

A *Alia receptio, nempe delemici [vel dilemitæ].*

Mensis Augusti die trigesimo eodemque Dominico fiebat admissio ob adventum Delemici, Amiræ Emet [vel Amidæ] ejusdemque apocrisiarii seu legati mandatarii, Abu Chabdani [vel Hamdanidæ]. Hæc receptio similis in omnibus erat præcedenti. Stabant in medio magni triclinii magnauræ sellæ aureæ, in quibus domini residebant. Cubicularii ibi non astabant, sed soli cœtonitæ cum hebdomariis in suis mutatoriis. **343** Astabant quoque candi-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(52) Id est Δελεμικίου. Sic novi Græci ad Latinorum exemplum genitivum formant. Ubi Latini *Il* duplex, sed solutum iota habent, quod in unum contractum majore littera solent exprimere, ibi Græci ponunt duplex iota, sed in medio transversa trabe copulatum H. Δελεμίκη est ergo idem atque *Delemicl* seu Delemicii. Sic infra p. 379 est Συμβατίκη, *Symbaticl*, et p. 379, ὁ τοῦ Παγκράτη, *Theodorus de gente Pancratl* P. 385 est: ἡ παραλία τοῦ Θρᾳκήση, *ora maritima Thracesl*, pro Θρακησίου, nempe θέματος. V. ad. p. 371 dicenda. Cedrenus p. 702 Χρυσοβέργη habet, *Chrysoverg l*, pro Χρυσοβεργίου, Leo Grammaticus p. 458, Ἀρμένη pro Ἀρμενίου. Anna Comnen. in Alexiad. p. 230 habet: τόπον τινὰ καλούμενον τοῦ Λεβούνη, quem p. 232, τοῦ Λεβουνίου vocat. Nicetas p. 125, ed. Ven. τὸ τοῦ Παντεχνῆ Θεοδώρου περικαλλὲς οἴκημα ἐπάρχου ὄντος τῆς πόλεως memorat, id est Παντεχίου, quod ibi nomen familiæ est. Hinc intelligatur et emendetur marmor, quod Aringhius t. I. l. III. c. 22, et Corsinius Append. ad Notas Græcorum p. 39 habent: Βάρη βαλέρη est *Varl Valer l*, non recte prima vox *gravi* redditur. Ibidem leg. Ἀντωνίς, id est Ἀντωνίαι, et τέκνων μητῆρι (pro μητρὶ), *e qua liberos suscepit*, Φιλία non est vox Græca *amicitiam* notans, sed Latina vox *filia*, Græcis litteris scripta. Præterea leg. βίον ἀλυπῆ. Sed hoc in transitu. Non dubito bene Græcam et vetustis quoque Græcis usitatam genitivi terminationem illam fuisse, Latinosque illam a Græcis accepisse. Non dubito Græcos sic olim formasse: Ἐρέτρης e. c. pro Ἐρέτριος, Ἐρέτρη pro Ἐρετρίου, Ἐρέτρην pro Ἐρέτριον, Sane ταῦρον Ἐρέτρην exstat apud Diogen. Lrert. p. 153, ubi metrum Ἐρέτριον non admittit. Terminationem ης in nominativo aliud nihil quam ιος contractum esse, alibi demonstro. Pari modo ην contracte pro ιον dicebant interdum, exigente necessitate, aut ferente casu. Ita est βραβὴν pro βραβίον in illo epigrammate veteri apud Demosthenem de corona versus finem; qui locus sic emendandus est:

Μαρνάμενοι δ' ἀρετῆς καὶ δείγματος, οὐκ ἐσάωσαν
Ψυχὰς, ἀλλ' Ἀΐδην κοινὸν ἔθεντο βραβῆν.

Virtutis et monstrandi sui ergo pugnantes non tuebantur vitam suam, sed tumulum sibi ducebant (aut *sumebant*) *commune omnibus brabeum.*

B Quo loco ἀρετῆς καὶ δείγματος (non δείματος, ut vulgo editur) μάρνασθαι idem est atque ὑπὲρ ἀρετῆς καὶ ἐπιδείξεως αὐτῆς ἑφ' ἑνὸς ἑκάστου μάχεσθαι.

Quis autem ille *Delemicius* fuerit, quem codex noster ab Abu Hamdano ad Constantinum Porphyrogenn. ait legatum fuisse, non constat. Nam *Delemicius* vel *Delemicus* non est verum viri nomen, sed gentile. Sic ille dictus fuit, quia natione Dilemita erat. Videtur non sui juris regulus sed *amirus*, hoc est dux vel strategus vel castellanus (ut appellare malis), fiduciarius urbis et tractus Amidæ fuisse, provinciamque Amidensem ut timarium vel feudum ab Hamdanida tenuisse. Dilemica gens æque celebris est in historia cum Græca posteriore, tum Arabica, atque urbs *Emet* vel *Amida*, hodie *Diarbekir* vel brevius *Diarbek*. Dominabantur Ciliciæ parti, Mesopotamiæ et Syriæ Emiri Arabici, *Hamdanidæ* de gentis conditore Hamdano dicti. C Horum unusquisque *Abu Hamdan*, id est *Hamdanides*, de gente Hamdani, appellabatur. Nam neque id proprium, sed gentile nomen est. Grammaticos Arabes si consulas, præcipiunt illi non *Abu Hamdan*, sed *Ibn Chamdan* vel *Hamdan* dicere. Et sic semper atque ubique in libris scriptis legitur. Usus tamen vulgaris hanc regulam non curat, sed *Abu*, quod proprie *patrem* notat, indifferenter in nominibus gentilibus pro *Ibn* seu *filio*, adhibent. Memorant della Valle et Teixeira in suis Itinerariis principis Arabici sibi æqualis *Abu Risch*. Erat ille *unus de gente Rischi*, quem libri *Ibn Raiesch* dicunt. Nil frequentius et celerius olim nomine *Avicennæ*. *Abu Sina*, vulgus dicebat pro *Ibn Sina*, ut in libris omnibus exaratur. *Aberroes*, *Abu Roschd*, *Ibn Roscha*. Sic ergo quoque Ἀποχαβδᾶ (id est Ἀβου Χαμδᾶν) pro Ἰβν Χαμδᾶν. Recta enim scriptio est Χαμδᾶν et Χαμβδᾶν. Qui autem Χαβδᾶν exhibent, permutarunt ignoratione Arabismi β et μ litteras in codd. mss. valde sibi D dissimiles. Deficientis in fine ν denique defectum quodammodo supplet, saltem indicat circumflexus; *vid.* quæ ad p. 319 dixi. Ille Abuchamdan, qui hic commemoratur, vix potuit alius fuisse quam Naseroddaulah, frater natu major illius Saifoddaulæ, quem Nicephorus Phocas apud Berrhœam et in Cilicia aliquoties fudit.

dati a dextra atque sinistra parte ejusdem triclinii, A in scaramangiis et candidaticiis, tenentes Romana sceptra et eutychia et reliqua pretiosa vasa. Primum quidem introducebat logotheta Tarsenses amicos, qui cum satis de suis rebus imperatori collocuti fuissent, exibant, vale dicto, et desidebant in triclinio trulli, qui vulgo oatos seu ovatum appellari, sed male, solet. Oatos enim est scrinium chartarum sacelli. Digressis itaque Tarsensibus, amiciebatur imperator octangulari tunica, et induebat capiti magnam candidam infulam, et sic considebat in throno Salomoneo, fiebatque ipsa, de qua dicere cœpimus, receptio eodem per omnia modo, quo diximus receptionem Tarsensium amicorum factam fuisse. Egressus et ille [apocrisiarius Hamdanidæ puta] collocabatur extra Domini ecclesiam eo in loco, ubi domini solent infulas induere, quando in B equis procedere volunt ad templum Sanctorum Apostolorum feria secunda septimanæ renovationis [aut, quod idem, secundo die festo Paschatis], et Dominica nova seu in albis. Eodem ipso die fiebat cletorium in magno triclinio novemdecim accubituum secundum ritum et ordinem dodecahemeri [seu convivii per duodecim a festo Nativitatis Christi proximos dies celebrari soliti]. Aderant enim præfectus sacelli et vestiarii et comes rei privatæ, cum suis quisque notariis; uti et omnes ad cubiculum pertinentis in suis mutatoriis secundum typum dodecahemeri. In dextra autem versus occidentem regione stabat paratrapezium [seu mensula lateralis, credentia], rotunda; rotunda vero erat ea ideo, ne amico- C rum Saracenorum unus in sessione sibi præhaberi putaret eoque injuriam pati. Assidebant illi credentiæ magister et paracœmomenus Cosmas et duo Tarsenses amici et apocrisiarius Hamdanidæ.

καὶ οἱ κανδιδάτοι δεξιᾷ καὶ ἀριστερᾷ τοῦ αὐτοῦ τρικλίνου μετὰ σκαραμαγγίων καὶ [τῶν κανδιδατικίων, κρατοῦντες τά τε Ῥωμαΐκα σκῆπτρα καὶ τὰ πτυχία καὶ λοιπὰ σκεύη, καὶ εἰσήγαγεν ὁ λογοθέτης τοὺς φίλους Ταρσίτας Σαρακηνοὺς, καὶ ἐθεάσαντο τὸν βασιλέα, καὶ ὅσα ἐβούλοντο εἰπεῖν, ἐλάλησαν, καὶ ἀποχαιρετίσαντες ἐξίεσαν, καὶ ἀπελθόντες ἐκαθίσθησαν ἐν τῷ τρικλίνῳ τοῦ τρούλλου, τόν παρὰ πολλοῖς κακῶς ὠάτον λεγόμενον· ὠάτος γὰρ τὸ ἐκεῖσε χαρτοθεσίον τῆς σακέλλης ὀνομάζεται. Καὶ εἶθ' οὕτως περιβαλλόμενος ὁ βασιλεὺς τὸ ὀκτάγωνον χλανίδιον καὶ τὸ ἄσπρον μέγα στέμμα, ἐκαθίσθη ἐπὶ τοῦ Σολομωντείου θρόνου, καὶ πάντα τὰ τῆς δοχῆς γέγονεν κατὰ τὴν προῤῥηθεῖσαν δοχὴν τῶν φίλων Ταρσιτῶν. Τούτου δὲ ἐξελθόντος, ἐκαθίσθη καὶ αὐτὸς ἔξω τῆς τοῦ Κυρίου ἐκκλησίας ἐν ᾧ τόπῳ στέφονται οἱ βασιλεῖς, μέλλοντες ἀπιέναι ἔφιπποι ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, τῇ δευτέρᾳ τῆς διακαινησίμου καὶ τῇ καινῇ Κυριακῇ. Τῇ δὲ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐγίνετο κλητώριον ἐν τῷ μεγάλῳ τρικλίνῳ τῶν ιθ' ἀκουβίτων κατὰ τὸν τύπον καὶ τὴν τάξιν τῆς δωδεκαημέρου. Παρεστησαν γὰρ ὅ τε τοῦ σακελλίου καὶ ὁ τοῦ βεστιαρίου καὶ ὁ εἰδικὸς μετὰ τῶν ἰδίων νοταρίων, ὁμοίως καὶ οἱ τοῦ κουβουκλείου, πάντες μετὰ ἀλλαξίμων κατὰ τὸν [τύπον τῆς δωδεκαημέρου. Ἐν δὲ τῷ δεξιῷ πρὸς δύσιν μέρει ἔστη παρατραπέζιον στρογγύλον διὰ τὸ μὴ δόξαι τοὺς φίλους Σαρακηνοὺς ἕτερος τοῦ ἑτέρου προκαθέζεσθαι. Ἐκαθίσθησαν δὲ ἐν αὐτῷ τῷ παρατραπεζίῳ ὁ μάλιστρος Κοσμᾶς καὶ ὁ παρακοιμώμενος καὶ οἱ δύο Ταρσῖται φίλοι καὶ ὁ τοῦ Ἀποχαμβδᾶν ἀποκρισιάριος.

Alia receptio Elgæ Russæ.

Mensis Septembris die nono, feria quarta, fiebat receptio similis præcedenti ob adventum Elgæ, archontissæ vel principissæ Rosiæ vel Russiæ. Ipsa intrabat archontissa cum agnatis suis feminis principalis sanguinis et conditionis et famulabus honestioribus. Prima ducebat chorum ipsa archontissa; reliquæ sequebantur in ordine, una post alteram. Stabat Elga in eo loco, e quo logotheta solet nomine imperatoris legatos, quibus admissio indulgetur, interrogare. Pone eam intrabant principum Russiæ 344 apocrisiarii et negotiatores [CPli habitare soliti]. Hi restitabant interius apud vela. D Cætera fiebant secundum modum prædictarum receptionum. Egressa rursus e conspectu domini, transibat archontissa viridarium, triclinium candidatorum, triclinium illud in quo camelaucium stat et magistri creantur; per onopodem porro et auream manum seu porticum augusteonis, ubi considebat. Imperatore in palatium [magnum e magnaura] pro more consueto reverso, fiebat secunda receptio in hunc modum. In triclinio Justiniani stabat pul-

Ἑτέρα δοχὴ τῆς Ἕλγας τῆς Ῥωσένης.

Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ θ', ἡμέρᾳ δ', ἐγένετο δοχὴ κατὰ πάντα ὁμοία τῆς προῤῥηθείσης· δοχῆς ἐπὶ τῇ ἐφόδῳ Ἕλγας τῆς ἀρχοντίσσης Ῥωσίας, καὶ εἰσῆλεθν αὐτὴ ἡ ἀρχόντισσα μετὰ τῶν οἰκείων αὐτῆς συγγενῶν ἀρχοντισσῶν καὶ προκρειτοτέρων θεραπαινῶν, ἐκείνη μὲν προηγουμένη πασῶν τῶν ἄλλων γυναικῶν, ἐκεῖναι δὲ ἐνορδίνως ἑτέρα τὴν ἑτέραν ἀκολουθοῦσαι, καὶ ἔστη ἐν ᾧ τόπῳ εἴωθεν ὁ λογοθέτης τὰς ἐρωτήσεις ποιεῖσθαι. Ὄπισθεν δὲ αὐτῆς εἰσῆλθον οἱ τῶν ἀρχόντων Ῥωσίας ἀποκρισιάριοι καὶ πραγματευταὶ, καὶ ἔστησαν κάτωθεν εἰς τὰ βῆλα, καὶ τὰ ἐξῆς ἐτελέσθη κατὰ τὴν προῤῥηθεῖσαν δοχήν. Καὶ ἐξελθοῦσα πάλιν διὰ τοῦ ἀναδενδραδίου καὶ τοῦ τρικλίνου τῶν κανδιδάτων, τοῦ τε τρικλίνου, ἐν ᾧ τὸ καμελαύκιον ἵσταται καὶ οἱ μάγιστροι γίνονται, διῆλθεν διὰ τοῦ ὀνόποδος καὶ τῆς χρυσῆς χειρὸς, ἤτοι τοῦ πόρτηκος τοῦ αὐγουστέως, καὶ ἐκαθίσθη ἐκεῖσε. Τοῦ δὲ βασιλέως κατὰ τὴν εἰωθυῖαν τάξιν εἰσελθόντος ἐν τῷ παλατίῳ, γέγονεν ἑτέρα δοχὴ τρόπῳ τοιῷδε. Ἐν τῷ τρικλίνῳ τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἔστη πούλπιτον ἀπὸ ὀξέων δινσίων (33) βλαττίων ἐσκεπασμένον, καὶ ἐν αὐτῷ ἔστη

JOAN. JAC. REISKII COMMENTRAIUS.

(33) Forte sic appellatæ fuerunt vestes sericæ in Ægypto, et quidem in urbe *Tennis* vel *Tinnis* (sic enim Arabes efferunt veterum *Tanis*), aut contextæ, aut inde certe advectæ. Nam omnis mercatura

ὁ μέγας θρόνος Θεοφίλου τοῦ βασιλέως, καὶ ἐκ πλαγίου σελλίον χρυσοῦν βασιλικόν. Τὰ δὲ δύο ἀργυρᾶ ὄργανα τῶν δύο μερῶν ἔστησαν κάτωθεν, ἔσωθεν τῶν δύο βήλων. Τὰ γὰρ αὐλοῦντα ἔξω τῶν βήλων ἔστησαν. Καὶ προσκληθεῖσα ἡ ἀρχόντισσα ἀπὸ τοῦ αὐγουστέως, τῆς τε ἀψίδος καὶ τοῦ ἱπποδρόμου τῶν ἐνδοτέρων διαβατικῶν τοῦ αὐτοῦ αὐγουστέως διῆλθεν, καὶ ἐλθοῦσα ἐκαθέσθη εἰς τὰ σκύλα. Ἡ δὲ δέσποινα ἐκαθέσθη ἐν τῷ προρρηθέντι θρόνῳ, καὶ ἡ νύμφη (34) αὐτῆς ἐν τῷ σελλίῳ, καὶ εἰσῆλθεν τὸ κουβούκλειον ἅπαν, καὶ διὰ τοῦ πραιποσίτου καὶ τῶν ὀστιαρίων εἰσήχθησαν βῆλα· βῆλον α', αἱ ζωσταί. βῆλον β', αἱ μαγίστρισσαι· βῆλον γ', αἱ πατρίκιαι· βῆλον δ', αἱ ὀφφικιαλίαι πρωτοσπαθαρέαι· βῆλον ε', αἱ λοιπαὶ πρωτοσπαθαρέαι· βῆλον ς', αἱ σπαθαροκανδιδάτισσαι· βῆλον ζ', αἱ σπαθαρέαι καὶ στρατώρισσαι καὶ κανδιδάτισσαι. Εἶθ' οὕτως εἰσῆλθεν ἡ ἀρχόντισσα διὰ τοῦ πραιποσίτου καὶ τῶν δύο ὀστιαρίων, αὐτὴ μὲν προηγουμένη, ἐπακολουθοῦσαι δὲ, καθὰ προείρηται, αἵ τε συγγενεῖς αὐτῆς ἀρχόντισσαι (35) καὶ αἱ προκριτότεραι τῶν θεραπαινῶν αὐτῆς. Καὶ γέγονεν παρὰ τοῦ πραιποσίτου ἐρώτησις πρὸς αὐτὴν, ὡς ἐκ τῆς Αὐγούστης, καὶ ἐξελθοῦσα ἐκαθέσθη εἰς τὰ σκύλα. Ἡ δὲ δέσποινα ἀναστᾶσα ἀπὸ τοῦ θρόνου διῆλθεν διὰ τοῦ λαυσιακοῦ καὶ τοῦ τριπέτωνος, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν καινούργιον (36), καὶ δι' αὐτοῦ εἰς τὸν ἑαυτῆς κοιτῶνα, καὶ εἶθ' οὕτως ἡ ἀρχόντισσα μετὰ τῶν συγγενῶν αὐτῆς καὶ θεραπαινῶν, εἰσῆλθεν διὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ καὶ τοῦ λαυσιακοῦ καὶ τοῦ τριπέτωνος εἰς τὸν καινούργιον, καὶ ἀνεπαύσατο. Εἶτα καθεσθεὶς ὁ βασιλεὺς μετὰ τῆς Αὐγούστης καὶ τῶν πορφυρογεννήτων αὐτοῦ τέκνων, προσεκλήθη ἡ ἀρχόντισσα ἀπὸ τοῦ καινουργίου τρικλίνου, καὶ κελεύσει τοῦ βασιλέως καθεσθεῖσα, ἐλάλησεν, ὅσα ἐβούλετο, πρὸς τὸν βασιλέα. Τῇ δὲ αὐτῇ ἡμέρᾳ γέγονεν κλητώριον ἐν τῷ αὐτῷ τρικλίνῳ τοῦ Ἰουστινιανοῦ. Ἐκαθέσθη ἐν τῷ προρρηθέντι θρόνῳ ἡ δέσποινα καὶ ἡ νύμφη αὐτῆς, ἡ δὲ ἀρχόντισσα ἐκ πλαγίου (37) ἔστη· ὑπὸ δὲ τοῦ τῆς τραπέζης κατὰ τὸν εἰωθότα τύπον εἰσελ-

A pitum, purpureis blatteis diniciis instratum. Super eo stabat magnus thronus Theophili imperatoris et a latere aurea sella imperialis. Inferius intra duo vela stabant argentea duo factionum organa; nam flatilia organa extra vela stabant. In dicto itaque throno considebat imperatrix; ad quam arcessita archontissa ex augusteone, facto per apsidem et circum et interiores porticus ejusdem augusteonis transitu, deponebatur in scylis. Interea introducebantur a præposito et ostiariis vela ad imperatricem in prædicto throno residentem, cui nurus ejus in apposita laterali sella assidebat, astante toto cubiculo. Velorum, quæ introducebantur, primum efficiebant zostæ; secundum magistrissæ seu magistrorum uxores; tertium patriciæ; quartum officiales protospathariæ; quintum reliquæ protospathariæ; sextum spatharocandidatissæ; septimum spathariæ, stratorissæ et candidatissæ. His congregatis, tandem intrabat archontissa Russica, introducta a præposito et ostiariis. Ipsa præibat; sequebatur, ut prædictum, reliquus comitatus muliebris archontissæ, agnatæ ipsius et selectiores famulæ. Præpositus tum nuntiabat aliquid archontissæ, clam in aurem dicens, nomine imperatricis, et archontissa protinus exibat atque considebat in scylis. Imperatrix autem, surgens de throno, transibat per lausiacum et tripetonem in cænurgium [seu novas ædes], et illinc in suum cœtonem. Eo facto, intrabat archontissa quoque per Justiniani triclinium, lausiacum et tripetonem in cænurgium, ibique respirabat aliquantulum sistens gradum. Interea veniebat imperator in cœtonem et considebat ibi cum Augusta liberisque suis porphyrogenitis, et tum arcessebatur archontissa e cænurgio, jussuque imperatoris considebat, et collequebatur ipsi quæ tandem volebat. Eodem die fiebat cletorium seu sacrum convivium **345** in triclinio Justiniani. Residebat ibi imperatrix in throno, de quo supra diximus; ejus nurus ipsi assidebat. Archontissa primum astabat ex

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

orientalis olim a mari Rubro per Ægyptum et aut Alexandriam, aut ostium Taniticum vel Pelusiacum Nili in Europam veniebat. Vid. supra quæ dixi de vestibus Ægyptiacis p. 273. Forte tamen potius sunt panni *Tenesici*, sic dicti ab urbe Indiæ *Tenah* vel *Tanah*, quam mercatoribus olim frequentatam et mercatura præsertim pannorum celebrem fuisse disco ex Abulfeda, cujus in Geographia tab. XIV sunt hæc: *Teneh pertinet ad provinciam ad Guzuratte, capitali urbi et cognomini Guzuratæ ad orientem sita, et ad occidentem Mibadi. Filius Saidi ait eam esse ultimam urbem provinciæ Lar, celebratam sermonibus mercatorum. Littoris hujus Indici incolæ omnes sunt infideles. — Gentile inde est Tenesi; unde panni Tenesici.* Vide quæ supra dixi de vestibus Sendes.

(34) *Nurus* hic loci. Alias quoque *fratris uxorem* notat. Evitandæ confusionis ergo interdum ἐφ' υἱῷ et ἐπ' ἀδελφῷ additur; *vid.* Theoph. p. 131, ubi male *sponsæ* vertitur. Per *Augustam* intelligitur Helena, Romani Lecapeni filia, Constantini Porph. uxor; per *nurum* ejus autem Theophano, Romani junioris uxor.

(35) Id est *principissæ*, quia Elgæ consanguineæ erant; alias posset quoque *dominæ* vel *domicellæ* reddi. Novi Græci enim id, quod nos *matronam* vel *dame* appellamus, ἀρχόντισσαν dicunt, *vid.* Du Cange v. Ναγαρίδες, et ἄρχοντα id, quod nos *Noble, von Adel.*

(36) De Cænurgio, quasi dicas novo opere, *vid.* Script. post Theoph. p. 91 et 204. Novi tamen Græci καινούργιον dicunt pro œco seu cœnaculo; *vid.* Du Cange v. Ἀσβεστομένος.

(37) Id est *ad aliqualem distantiam*, non ex æquali, non in recta linea. Observavimus supra, imperatores CPanos nemini principi extero ad se venienti permisisse, ut secum ex æquali sederet, sæpe quoque flagitasse, ut astarent; saltim ipsos venientibus et coram se stantibus non assurrexisse, neque capitis inclinationem alia sua compensasse, Boemundo Normanno flagitanti inter conditiones, quibus ad Alexium admitti volebat, ut hic sibi in tentorium Augustum intranti assurgeret de throno et occurreret, seque stare ad caput throni sineret neutrum concedebat Alexius, ut Anna Comnena p. 401 refert. Locum supra ad p. 55 attulimus. Vid. et quæ diximus p. 6.

dati a dextra atque sinistra parte ejusdem triclinii, in scaramangiis et candidaticiis, tenentes Romana sceptra et eutychia et reliqua pretiosa vasa. Primum quidem introducebat logotheta Tarsenses amicos, qui cum satis de suis rebus imperatori collocuti fuissent, exibant, vale dicto, et desidebant in triclinio trulli, qui vulgo oatos seu ovatum appellari, sed male, solet. Oatos enim est scrinium chartarum sacelli. Digressis itaque Tarsensibus, amiciebatur imperator octangulari tunica, et induebat capiti magnam candidam infulam, et sic considebat in throno Salomoneo, fiebatque ipsa, de qua dicere cœpimus, receptio eodem per omnia modo, quo diximus receptionem Tarsensium amicorum factam fuisse. Egressus et ille [apocrisiarius Hamdanidæ puta] collocabatur extra Domini ecclesiam eo in loco, ubi domini solent infulas induere, quando in equis procedere volunt ad templum Sanctorum Apostolorum feria secunda septimanæ renovationis [aut, quod idem, secundo die festo Paschatis], et Dominica nova seu in albis. Eodem ipso die fiebat cletorium in magno triclinio novemdecim accubituum secundum ritum et ordinem dodecahemeri [seu convivii per duodecim a festo Nativitatis Christi proximos dies celebrari soliti]. Aderant enim præfectus sacelli et vestiarii et comes rei privatæ, cum suis quisque notariis ; uti et omnes ad cubiculum pertinentis in suis mutatoriis secundum typum dodecahemeri. In dextra autem versus occidentem regione stabat paratrapezium [seu mensula lateralis, credentia], rotunda ; rotunda vero erat ea ideo, ne amicorum Saracenorum unus in sessione sibi præhaberi putaret eoque injuriam pati. Assidebant illi credentiæ magister et paracœmomenus Cosmas et duo Tarsenses amici et apocrisiarius Hamdanidæ.

A καὶ οἱ κανδιδάτοι δεξιᾷ καὶ ἀριστερᾷ τοῦ αὐτοῦ τρικλίνου μετὰ σκαραμαγγίων καὶ [τῶν κανδιδατικίων. κρατοῦντες τά τε Ῥωμαϊκὰ σκῆπτρα καὶ τὰ πτυχία καὶ λοιπὰ σκεύη, καὶ εἰσήγαγεν ὁ λογοθέτης τοὺς φίλους Ταρσίτας Σαρακηνοὺς, καὶ ἠθεάσαντο τὸν βασιλέα, καὶ ὅσα ἐβούλοντο εἰπεῖν, ἐλάλησαν, καὶ ἀποχαιρετίσαντες ἐξῆσαν, καὶ ἀπελθόντες ἐκαθίσθησαν ἐν τῷ τρικλίνῳ τοῦ τρούλλου, τόν παρὰ πολλοῖς κακῶς ὠάτον λεγόμενον· ὠάτος γὰρ τὸ ἐκεῖσε χαρτοθεσίον τῆς σακέλλης ὀνομάζεται. Καὶ εἶθ' οὕτως περιβαλλόμενος ὁ βασιλεὺς τὸ ὀκτάγωνον χλανίδιον καὶ τὸ ἄσπρον μέγα στέμμα, ἐκαθίσθη ἐπὶ τοῦ Σολομωντείου θρόνου, καὶ πάντα τὰ τῆς δοχῆς γέγονεν κατὰ τὴν προῤῥηθεῖσαν δοχὴν τῶν φίλων Ταρσιτῶν. Τούτου δὲ ἐξελθόντος, ἐκαθίσθη καὶ αὐτὸς ἔξω τῆς τοῦ Κυρίου ἐκκλησίας ἐν ᾧ τόπῳ στέφονται οἱ βασιλεῖς, μέλλοντες ἀπιέναι ἐφιππoι ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, τῇ δευτέρᾳ τῆς διακαινησίμου καὶ τῇ καινῇ Κυριακῇ. Τῇ δὲ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐγίνετο κλητώριον ἐν τῷ μεγάλῳ τρικλίνῳ τῶν ιθ' ἀκουβίτων κατὰ τὸν τύπον καὶ τὴν τάξιν τῆς δωδεκαημέρου. Παρεστησαν γὰρ ὅ τε τοῦ σακελλίου καὶ ὁ τοῦ βεστιαρίου καὶ ὁ εἰδικὸς μετὰ τῶν ἰδίων νοταρίων. ὁμοίως καὶ οἱ τοῦ κουβουκλείου, πάντες μετὰ ἀλλαξίμων κατὰ τὸν [τύπον τῆς δωδεκαημέρου. Ἐν δὲ τῷ δεξιῷ πρὸς δύσιν μέρει ἔστη παρατραπέζιον στρογγύλον διὰ τὸ μὴ δόξαι τοὺς φίλους Σαρακηνοὺς ἕτερος τοῦ ἑτέρου προκαθέξεσθαι. Ἐκαθίσθησαν δὲ ἐν αὐτῷ τῷ παρατραπεζίῳ ὁ μάλιστρος Κοσμᾶς καὶ ὁ παρακοιμώμενος καὶ οἱ δύο Ταρσῖται φίλοι καὶ ὁ τοῦ B Ἀποχαμβδᾶν ἀποκρισιάριος.

C

Alia receptio Elgæ Russæ.

Mensis Septembris die nono, feria quarta, fiebat receptio similis præcedenti ob adventum Elgæ, archontissæ vel principissæ Rosiæ vel Russiæ. Ipsa intrabat archontissa cum agnatis suis feminis principalis sanguinis et conditionis et famulabus honestioribus. Prima ducebat chorum ipsa archontissa ; reliquæ sequebantur in ordine, una post alteram. Stabat Elga in eo loco, e quo logotheta solet nomine imperatoris legatos, quibus admissio indulgetur, interrogare. Pone eam intrabant principum Russiæ **344** apocrisiarii et negotiatores [CPli habitare soliti]. Hi restitabant interius apud vela. Cætera fiebant secundum modum prædictarum receptionum. Egressa rursus e conspectu domini, transibat archontissa viridarium, triclinium candidatorum, triclinium illud in quo camelaucium stat et magistri creantur ; per onopodem porro et auream manum seu porticum augusteonis, ubi considebat. Imperatore in palatium [magnum e magnaura] pro more consueto reverso, fiebat secunda receptio in hunc modum. In triclinio Justiniani stabat pul-

Ἑτέρα δοχὴ τῆς Ἕλγας τῆς Ῥωσίνης.

Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ θ', ἡμέρᾳ δ', ἐγένετο δοχὴ κατὰ πάντα ὁμοία τῆς προῤῥηθείσης· δοχῆς ἐπὶ τῇ ἐφόδῳ Ἕλγας τῆς ἀρχοντίσσης Ῥωσίας, καὶ εἰσῆλεθν αὐτὴ ἡ ἀρχόντισσα μετὰ τῶν οἰκείων αὐτῆς συγγενῶν ἀρχοντισσῶν καὶ προκρειτοτέρων θερσπαινῶν, ἐκείνη μὲν προηγουμένη πασῶν τῶν ἄλλων γυναικῶν, ἐκεῖναι δὲ ἐνορδίνως ἑτέρα τὴν ἑτέραν ἀκολουθοῦσαι, καὶ ἔστη ἐν ᾧ τόπῳ εἴωθεν ὁ λογοθέτης τὰς ἐρωτήσεις ποιεῖσθαι. Ὄπισθεν δὲ αὐτῆς εἰσῆλθον οἱ τῶν ἀρχόντων Ῥωσίας ἀποκρισιάριοι καὶ πραγματευταὶ, καὶ ἔστησαν κάτωθεν εἰς τὰ βῆλα, καὶ τὰ ἐξῆς ἐτελέσθη D κατὰ τὴν προῤῥηθεῖσαν δοχήν. Καὶ ἐξελθοῦσα πάλιν διὰ τοῦ ἀναδενδραδίου καὶ τοῦ τρικλίνου τῶν κανδιδάτων, τοῦ τε τρικλίνου, ἐν ᾧ τὸ καμελαύκιον ἵσταται καὶ οἱ μάγιστροι γίνονται, διῆλθεν διὰ τοῦ ὀνόποδος καὶ τῆς χρυσῆς χειρὸς, ἤτοι τοῦ πόρτηκος τοῦ αὐγουστέως, καὶ ἐκαθίσθη ἐκεῖσε. Τοῦ δὲ βασιλέως κατὰ τὴν εἰωθυῖαν τάξιν εἰσελθόντος ἐν τῷ παλατίῳ, γέγονεν ἑτέρα δοχὴ τρόπῳ τοιῷδε. Ἐν τῷ τρικλίνῳ τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἔστη πούλπιτον ἀπὸ ὀξέων δινσίων (33) βλαττίων ἐσκεπασμένον, καὶ ἐν αὐτῷ ἔστη

JOAN. JAC. REISKII COMMENTRAIUS.

(33) Forte sic appellatæ fuerunt vestes sericæ in Ægypto, et quidem in urbe *Tennis* vel *Tinnis* (sic enim Arabes efferunt veterum *Tanis*), aut contextæ, aut inde certe advectæ. Nam omnis mercatura

ὁ μέγας θρόνος Θεοφίλου τοῦ βασιλέως, καὶ ἔκ πλαγίου σελλίον χρυσοῦν βασιλικόν. Τὰ δὲ δύο ἀργυρᾶ ὄργανα τῶν δύο μερῶν ἔστησαν κάτωθεν, ἔσωθεν τῶν δύο βήλων. Τὰ γὰρ αὐλοῦντα ἔξω τῶν βήλων ἔστησαν. Καὶ προσκληθεῖσα ἡ ἀρχόντισσα ἀπὸ τοῦ αὐγουστέως, τῆς τε ἀψίδος καὶ τοῦ ἱπποδρόμου τῶν ἐνδοτέρων διαβατικῶν τοῦ αὐτοῦ αὐγουστέως διῆλθεν, καὶ ἐλθοῦσα ἐκαθέσθη εἰς τὰ σκύλα. Ἡ δὲ δέσποινα ἐκαθέσθη ἐν τῷ προῤῥηθέντι θρόνῳ, καὶ ἡ νύμφη (34) αὐτῆς ἐν τῷ σελλίῳ, καὶ εἰσῆλθεν τὸ κουβούκλειον ἅπαν, καὶ διὰ τοῦ πραιποσίτου καὶ τῶν ὀστιαρίων εἰσήχθησαν βῆλα· βῆλον α', αἱ ζωσταί. βῆλον β', αἱ μαγίστρισσαι· βῆλον γ', αἱ πατρίκιαι· βῆλον δ', αἱ ὀφφικιαλίαι πρωτοσπαθαρέαι· βῆλον ε', αἱ λοιπαὶ πρωτοσπαθαρέαι· βῆλον ς', αἱ σπαθαροκανδιδάτισσαι· βῆλον ζ', αἱ σπαθαρέαι καὶ στρατώρισσαι καὶ κανδιδάτισσαι. Εἶθ' οὕτως εἰσῆλθεν ἡ ἀρχόντισσα διὰ τοῦ πραιποσίτου καὶ τῶν δύο ὀστιαρίων, αὐτὴ μὲν προηγουμένη, ἐπακολουθοῦσαι δὲ, καθὰ προείρηται, αἵ τε συγγενεῖς αὐτῆς ἀρχόντισσαι (35) καὶ αἱ προχειτότεραι τῶν θεραπαινῶν αὐτῆς. Καὶ γέγονεν παρὰ τοῦ πραιποσίτου ἐρώτησις πρὸς αὐτὴν, ὡς ἐκ τῆς Αὐγούστης, καὶ ἐξελθοῦσα ἐκαθέσθη εἰς τὰ σκύλα. Ἡ δὲ δέσποινα ἀναστᾶσα ἀπὸ τοῦ θρόνου διῆλθεν διὰ τοῦ λαυσιακοῦ καὶ τοῦ τριπέτωνος, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν καινούργιον (36), καὶ δι' αὐτοῦ εἰς τὸν ἑαυτῆς κοιτῶνα, καὶ εἶθ' οὕτως ἡ ἀρχόντισσα μετὰ τῶν συγγενῶν αὐτῆς καὶ θεραπαινῶν, εἰσῆλθεν διὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ καὶ τοῦ λαυσιακοῦ καὶ τοῦ τριπέτωνος εἰς τὸν καινούργιον, καὶ ἀνεπαύσατο. Εἶτα καθεσθεὶς ὁ βασιλεὺς μετὰ τῆς Αὐγούστης καὶ τῶν πορφυρογεννήτων αὐτοῦ τέκνων, προσεκλήθη ἡ ἀρχόντισσα ἀπὸ τοῦ καινουργίου τρικλίνου, καὶ κελεύσει τοῦ βασιλέως καθεσθεῖσα, ἐλάλησεν, ὅσα ἐβούλετο, πρὸς τὸν βασιλέα. Τῇ δὲ αὐτῇ ἡμέρᾳ γέγονεν κλητώριον ἐν τῷ αὐτῷ τρικλίνῳ τοῦ Ἰουστινιανοῦ. Ἐκαθέσθη ἐν τῷ προῤῥηθέντι θρόνῳ ἡ δέσποινα καὶ ἡ νύμφη αὐτῆς, ἡ δὲ ἀρχόντισσα ἐκ πλαγίου (37) ἔστη· ὑπὸ δὲ τοῦ τῆς τραπέζης κατὰ τὸν εἰωθότα τύπον εἰσελ-

pitum, purpureis blatteis dinisiis instratum. Super eo stabat magnus thronus Theophili imperatoris et a latere aurea sella imperialis. Inferius intra duo vela stabant argentea duo factionum organa; nam flatilia organa extra vela stabant. In dicto itaque throno considebat imperatrix; ad quam arcessita archontissa ex augusteone, facto per apsidem et circum et interiores porticus ejusdem augusteonis transitu, deponebatur in scylis. Interea introducebantur a præposito et ostiariis vela ad imperatricem in prædicto throno residentem, cui nurus ejus in apposita laterali sella assidebat, astante toto cubiculo. Velorum, quæ introducebantur, primum efficiebant zostæ; secundum magistrissæ seu magistrorum uxores; tertium patriciæ; quartum officiales protospatbariæ; quintum reliquæ protospathariæ; sextum spatharocandidatissæ; septimum spathariæ, stratorissæ et candidatissæ. His congregatis, tandem intrabat archontissa Russica, introducta a præposito et ostiariis. Ipsa præibat; sequebatur, ut prædictum, reliquus comitatus muliebris archontissæ, agnatæ ipsius et selectiores famulæ. Præpositus tum nuntiabat aliquid archontissæ, clam in aurem dicens, nomine imperatricis, et archontissa protinus exibat atque considebat in scylis. Imperatrix autem, surgens de throno, transibat per lausiacum et tripetonem in cænurgium [seu novas ædes], et illinc in suum cœtonem. Eo facto, intrabat archontissa quoque per Justiniani triclinium, lausiacum et tripetonem in cænurgium, ibique respirabat aliquantulum sistens gradum. Interea veniebat imperator in cœtonem et considebat ibi cum Augusta liberisque suis porphyrogenitis, et tum arcessebatur archontissa e cænurgio, jussuque imperatoris considebat, et collequebatur ipsi quæ tandem volebat. Eodem die fiebat cletorium seu sacrum convivium **345** in triclinio Justiniani. Residebat ibi imperatrix in throno, de quo supra diximus; ejus nurus ipsi assidebat. Archontissa primum astabat ex

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

orientalis olim a mari Rubro per Ægyptum et aut Alexandriam, aut ostium Taniticum vel Pelusiacum Nili in Europam veniebat. Vid. supra quæ dixi de vestibus Ægyptiacis p. 273. Forte tamen potius sunt panni *Tenesici*, sic dicti ab urbe Indiæ *Tenah* vel *Tanah*, quam mercatoribus olim frequentatam et mercatura præsertim pannorum celebrem fuisse disco ex Abulfeda, cujus in Geographia tab. XIV sunt hæc: *Teneh pertinet ad provinciam ad Guzuratte, capitali urbi et cognomini Guzuratæ ad orientem sita, et ad occidentem Mibadi. Filius Saidi ait eam esse ultimam urbem provinciæ Lar, celebratam sermonibus mercatorum. Littoris hujus Indici incolæ omnes sunt infideles. — Gentile inde est Tenesi; unde panni Tenesici.* Vide quæ supra dixi de vestibus Sendes.

(34) *Nurus* hic loci. Alias quoque *fratris uxorem* notat. Evitandæ confusionis ergo interdum ἐφ' υἱῷ et ἐπ' ἀδελφῷ additur; *vid.* Theoph. p. 131, ubi male *sponsæ* vertitur. Per *Augustam* intelligitur Helena, Romani Lecapeni filia. Constantini Porph. uxor; per *nurum* ejus autem Theophano, Romani junioris uxor.

(35) Id est *principissæ*, quia Elgæ consanguineæ erant; alias posset quoque *dominæ* vel *domicellæ* reddi. Novi Græci enim id, quod nos *matronam* vel *dame* appellamus, ἀρχόντισσαν dicunt, *vid.* Du Cange v. Ναγαρίδες, et ἄρχοντα id, quod nos *Noble*, *von Adel*.

(36) De Cænurgio, quasi dicas novo opere, *vid.* Script. post Theoph. p. 91 et 204. Novi tamen Græci καινούργιον dicunt pro œco seu cœnaculo; *vid.* Du Cange v. Ἀσβεστομένος.

(37) Id est *ad aliqualem distantiam*, non ex æquali, non in recta linea. Observavimus supra, imperatores CPanos nemini principi extero ad se venienti permisisse, ut secum ex æquali sederet, sæpe quoque flagitasse, ut astarent; saltim ipsos venientibus et coram se stantibus non assurrexisse, neque capitis inclinationem alia sua compensasse, Boemundo Normanno flagitanti inter conditiones, quibus ad Alexium admitti volebat, ut hic sibi in tentorium Augustum intranti assurgeret de throno et occurreret, eoque stare ad caput throni sineret neutrum concedebat Alexius, ut Anna Comnena p. 401 refert. Locum supra ad p. 55 attulimus. Vid. et quæ diximus p. 6.

obliquo, donec per magistrum mensæ introductæ reliquæ principalis sanguinis feminæ adorassent imperatricem ; ipsa deinceps archontissa, capitis aliquali inclinatione suam ipsi submissionem testata, considebat in eo loco, ubi stabat, ad mensam ad aliqualem ab imperiali distantiam positam una cum zostis, prout mos est. Illi convivio aderant psaltæ apostolitæ et hagiosophitæ, canentes carmina in laudes regiæ familiæ. Ludebant quoque ludiones thymelici generis omnis. Fiebat eodem tempore in chrysotriclinio aliud convivium, quo excipiebantur omnes apocrisiarii principum Russiæ et homines et agnati archontissæ et negotiatores ejus. Post epulas accipiebant illi munera ; triginta quidem miliaresia avunculus archontissæ ; octo autem ejus amici privati et confidentes accipiebant singuli vicena miliaresia ; viginti ejus apocrisiarii duodena ; quadraginta tres negotiatores duodena pariter ; papas Gregorius accipiebat octo ; ambo interpretes duodena ; homines Sphendosthlabi [is Elgæ filius Russis tum imperabat], quina ; sex homines apocrisiariorum terna ; interpres archontissæ tandem quindecim accipiebat miliaresia. Ut surrexerat imperator a convivio, fiebat dulcium, id est apponebantur placentæ et bellaria in pransorio super ibi posita parva aurea mensa, quæ in pentapyrgio stare solet, in scutellis gemmatis et smaltitis. Ibi considebat imperator [Constantinus] et Romanus Porphyrogenitus imperator, et amborum liberi porphyrogeniti et nurus imperatoris et archontissa. Huic pro munere dabantur in aurea gemmata scutella miliaresia quingenta. Sex ejus intimis amicabus dabantur vicena miliaresia, et octodecim ejus famulabus octona. Mensis Octobris die decimo et octavo eodemque Dominico fiebat aliud convivium in chrysotriclinio, in quo imperatori Russi convivabantur, et rursus aliud in pentacubiclio Sancti Pauli, in quo despœna vel imperatrix cum porphyrogenitis suis liberis et nuru sua et archontissa convivabatur. Accipiebat archontissa tum in munus ducenta miliaresia, ejus avunculus viginti papas [vel confessionarius] Gregorius octo ; sedecim ejus intimæ familiares duodena ; octodecim ejus famulæ sena ; viginti duo apocrisiarii duodena ; quadraginta quatuor negotiatores sena, et dena bina ambo interpretes.

A θουσῶν τῶν ἀρχοντισσῶν καὶ προσκυνησάντων, ἡ ἀρχόντισσα τὴν κεφαλὴν μικρὸν ὑποκλίνασα, ἐν ᾧ τόπῳ ἵστατο, ἐκαθέσθη εἰς τὸ ἀποκοπτὸν μετὰ τῶν ζωστῶν κατὰ τὸν τύπον. Ἰστέον, ὅτι οἱ ἀποστολῖται ψάλται καὶ οἱ ἁγιοσοφῖται παρῆσαν ἐν τῷ αὐτῷ κλητωρίῳ ᾄδοντες τὰ βασιλίκια. Ἔπαιξαν δὲ καὶ τὰ θυμελικὰ πάντα παίγνια. Ἐν δὲ τῷ χρυσοτρικλίνῳ γέγονεν ἕτερον κλητώριον, καὶ ἔφαγον πάντες οἱ ἀποκρισιάριοι τῶν ἀρχόντων Ῥωσίας καὶ οἱ ἄνθρωποι καὶ συγγενεῖς τῆς ἀρχοντίσσης καὶ οἱ πραγματευταί, καὶ ἔλαβον ὁ μὲν ἀνεψιὸς αὐτῆς μιλ. λ', οἱ η' ἴδιοι (38) αὐτῆς ἀνὰ μιλ. κ', οἱ κ' ἀποκρισιάριοι ἀνὰ μιλ. ιβ', οἱ μγ' πραγματευταὶ ἀνὰ μιλ. ιβ', ὁ παπᾶς Γρηγόριος μιλ. η' (39), οἱ δύο ἑρμηνευταὶ ἀνὰ μιλ. ιβ', οἱ ἄνθρωποι τοῦ Σφενδοσθλάβου ἀνὰ B μιλ. ε', οἱ ς' ἄνθρωποι τῶν ἀποκρισιαρίων ἀνὰ μιλ. γ'. ὁ ἑρμηνεὺς τῆς ἀρχοντίσσης μιλ. ιε'. Μετὰ δὲ τὸ ἀναστῆναι τὸν βασιλέα ἀπὸ τοῦ κλητωρίου ἐγένετο δούλκιον ἐν τῷ ἀριστητηρίῳ, καὶ ἔστη ἡ χρυσῆ μικρὰ τράπεζα ἡ ἐν τῷ πενταπυργίῳ ἱσταμένη, καὶ ἐτέθη ἐν αὐτῇ δούλκιον διὰ χειμευτῶν καὶ διαλίθων σκουτελλίων, καὶ ἐκαθέσθη ὁ βασιλεὺς καὶ Ῥωμανὸς ὁ Πορφυρογέννητος βασιλεὺς καὶ τὰ πορφυρογέννητα τούτων τέκνα καὶ ἡ νύμφη καὶ ἡ ἀρχόντισσα, καὶ ἐδόθη τῇ ἀρχοντίσσῃ ἐν χρυσῇ διαλίθῳ σκουτελλίῳ μιλ. φ', καὶ ταῖς ἐξ ἰδίαις αὐτῆς ἀνὰ μιλ. κ', καὶ ταῖς ιη' θεραπαίναις αὐτῆς ἀνὰ μιλ. η'. Μηνὶ Ὀκτωβρίῳ ιη', ἡμέρᾳ Κυριακῇ, ἐγένετο κλη- C τώριον ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ, καὶ ἐκαθέσθη ὁ βασιλεὺς μετὰ τῶν Ῥῶς. Καὶ πάλιν γέγονεν ἕτερον κλητώριον ἐν νῷ πεντακουβουκλείῳ τοῦ Ἁγίου Παύλου, καὶ ἐκαθέσθη ἡ δέσποινα μετὰ τῶν πορφυρογεννήτων αὐτῆς τέκνων καὶ τῆς νύμφης καὶ τῆς ἀρχοντίσσης, καὶ ἐδόθη τῇ μὲν ἀρχοντίσσῃ μιλ. σ', τῷ δὲ ἀνεψιῷ αὐτῆς μιλ. κ', τῷ παπᾷ Σρηγορίῳ μιλ. η', ταῖς ις' ἰδίαις αὐτῆς ἀνὰ μιλ. ιβ', ταῖς ιη' δούλαις αὐτῆς ἀνὰ μιλ. ς', τοῖς κβ' ἀποκρσιαρίοις ἀνὰ μιλ. ιβ', τοῖς μδ' πραγματευταῖς ἀνὰ μιλ. ς', τοῖς δύο ἑρμηνευταῖς ἀνὰ μιλ· ιβ'.

346 CAPUT XVI.

Observanda quando magistratus quatuor tagmatum in circum procedunt.

Quatuor tagmata si sunt in urbe, quam Deus custodiat, procedunt et conveniunt quotidie in circum eorum magistratus. Et primi quidem ingrediuntur domesticus scholarum et excubitus seu domesticus excubitorum et hicanatus seu domesticus hicanatorum per illud ostium, per quod intrare solent magistri et patricii, salutatoque drungario vigiliæ, desident

ΚΕΦΑΛ. Ιζ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, προερχομένων τῶν ἀρ- D χόντων τῶν τεσσάρων ταγμάτων εἰς τὸν ἱππόδρομον.

Ἰστέον, ὅτι, τῶν ταγμάτων ὄντων ἐν τῇ θεοφυλάκτῳ πόλει, καθ' ἡμέραν προέρχονται εἰς τὸν ἱππόδρομον οἱ τῶν δ' ταγμάτων ἄρχοντες καὶ ὁ μὲν δομέστικος τῶν σχολῶν καὶ ὁ ἐξκούβιτος καὶ ὁ ἱκανάτας εἰσέρχονται, ἔνθα καὶ οἱ μάγιστροι καὶ πατρίκιοι, καὶ πρῶτα μὲν χαιρετίζουσιν τὸν δρουγγάριον τῆς βίγλας, καὶ εὐθέως καθέζονται εἰς τὰς τάξεις αὐ-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(38) Novis Græcis sunt *familiares*, *amici*, quibus præcipue quis utitur. Ita in Menol. Basil. t. II, p. 196 fine : Ἰδὼν τὸν Κλεόνικον τὸν ἴδιον αὐτοῦ πλησίον ἑστῶτα, εἶπε, etc.

(39) Hic et paulo post scriptus erat hic numerus littera majore, quæ significaretne *octo* et essetne *ὀκτώ*, an quinquaginta, et esset *νε*, dignosci non poterat, tam exaraverat librarius ambigue. Secutus fui quod maxime probabile videbatur.

τῶν, καὶ εἶθ' οὕτως εἰσέρχεται ἐκ πλαγίου ὁ τοποτηρητὴς τῶν σχολῶν, φορῶν σκαραμάγγιον καὶ σπαθίον, καὶ μετ' αὐτοῦ οἱ πρῶτοι καὶ δεύτεροι ἄρχοντες τῶν σχολῶν, ἤγουν κόμητες καὶ δομέστικοι, φοροῦντες καὶ αὐτοὶ σκαραμάγγια καὶ σπαθία. Καὶ ὁ μὲν τοποτηρητὴς ἵσταται ἀποκοπτὸς ὡς ἀπὸ ὀργυίας μιᾶς· οἱ δὲ κόμητες καὶ δομέστικοι στιχηδὸν ἀπὸ ἄκρου ἕως ἄκρου, καὶ μέχρι τῶν γονάτων προσκυνοῦντες χαιρετίζουσι τὸν δρουγγάριον τῆς βίγλας. Ὁ δὲ ἀντιχαιρετίζων αὐτοῖς λέγει· » Καλὴ ἡμέρα ὑμῖν, ἄρχοντες. » Καὶ μετὰ ταῦτα ἵσταται ὁ πρόξιμος (40) μέσον τῆς προελεύσεως, καὶ λαμβάνει νεῦμα παρὰ τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν καὶ διὰ τῆς χειρὸς αὐτοῦ νεύει ὑπαναχωρεῖν. Οἱ δὲ πάλιν κροτκυνοῦντες κατὰ τὸ εἰρημένον σχῆμα ἐξέρχονται· Καὶ κατὰ πόδας εὐθέως εἰσέρχεται ὁ τοποτηρητὴς τῶν ἐξκουβίτων μετὰ σκριβωνας καὶ δρακοναρίους, φοροῦντες καὶ αὐτοὶ σκαραμάγγια καὶ σπαθία, καὶ χαιρετίζουσιν καὶ αὐτοὶ καθὼς καὶ οἱ τῶν σχολῶν ἄρχοντες, καὶ νεύμενος ὁ πρωτομανδάτωρ τοῦ ἐξκουβίτου παρὰ τοῦ ἐξκουβίτου, καὶ αὐτοὶ διὰ χειρὸς τοῦ πρωτομανδάτωρος νευόμενοι ἐξέρχονται. Καὶ μετὰ τούτων εἰσέρχεται ὁ τοποτηρητὴς τοῦ ἀριθμοῦ μετὰ κομήτων καὶ κεντάρχων [21]... βίου (41) καὶ τῆς ἑταιρείας παρεβδομάριοι προέρχονται καὶ ἀνέρχονται διὰ τῆς ἐλεφάντίνης, καὶ κατὰ τὸν εἰωθότα τύπον ἀνοιγείσης τῆς προελεύσεως, εἰσέρχονται, καὶ ἕκαστος καθίζεται ἐν τῇ ἰδίᾳ τάξει, καὶ εἶθ' οὕτως κατέρχονται καὶ εἰσέρχονται ἐν τῇ τοῦ τρικόγχου μυστικῇ φιάλῃ. Εἶτα ἐξέρχεται ὁ βασιλεὺς, καὶ τοῦ παρακυπτικοῦ κρεμαμένου ἐν τῷ τοῦ προκύμματος μέσῳ, ἐν ᾧ τόπῳ εἴθισται τοῖς βασιλεῦσιν ἐπὶ θρόνου καθέζεσθαι, τελουμένου δεξίμου ἅπτουσι κηροὺς, δηλονότι παρὰ τοῦ εἰδικοῦ τούτους λαμβάνοντες, πάντες οἱ προρρηθέντες τῆς συγκλήτου ἀπό τε μαγίστρων καὶ ἕως ἐσχάτου ἀνθρώπου, καὶ γυρόθεν τοῦ σίγματος σάσσωσι χορεύοντες καὶ ᾄδοντες, οἱ μὲν μάγιστροι καὶ οἱ ἀνθύπατοι καὶ πατρίκιοι καὶ οἱ ὀφφικιάλιοι καὶ οἱ λοιποὶ τῆς συγκλήτου μετὰ τῶν βασιλικῶν ἀνθρώπων, ἴδια βασιλίκια τοῦ βρουμαλίου· οἱ δὲ τοῦ κουβουκλείου ἅμα τῶν ἐπὶ τῆς τραπέζης εὐνούχων ᾄδουσιν καὶ αὐτοὶ ἴδια βασιλίκια τοῦ βρουμαλίου, Ἰστέον, ὅτι, ἡνίκα ἄρξονται οἱ τῆς συγκλήτου καὶ τοῦ κουβουκλείου ᾄδειν τὰ τοῦ βρουμαλίου βασιλίκια καὶ χορεύειν, καθὼς προείρηται, κατέρχεται διὰ τῶν βάθρων εἰς ἐκ τῶν βασιλικῶν ἐν τῇ φιάλῃ καὶ ὀρχεῖται· ἀμφότεροι δὲ, οἵ τε μάγιστροι καὶ λοιποὶ καὶ οἱ τοῦ κουβουκλείου μετὰ τῶν ἐπὶ τῆς τραπέζης εὐνούχων ἐκ τρίτου, καθὼς προείρηται, κυκλεύσαντες ἐν τῷ τῆς φιάλης περιπάτῳ, ἵστανται κατὰ τὸ πρὸς

in sua quisque classe et ordine. Deinde ingreditur per introitum lateralem topoteretes vel locum tenens scholarum in scaramangio et cum spatha; et cum eo primi secundique ordinis magistratus aut tribuni scholarum, ut comites et domestici, similiter et hi tam scaramangia, quam spathas gerentes. Lociservator ab ipsis seorsim stat ad disiantiam orgyæ ferme, comites autem et domestici in unam seriem collocati occupant conclave ab uno termino usque ad alterum. Drungarium vigiliæ et hi quoque salutant inclinato ad genua usque capite. Drungarius autem salutem ipsis reddens ait: « Bonus dies vobis, archontes. » Postea surgit proximus et abit in medium processionis vel conventus, acceptumque nutu signum a domestico scholarum reddit illis astantibus manu sua commota, monetque, abeundum esse. Quo concepto, adorant illi æque profunde sese inclinantes atque antea fecerant, ut dictum est, et abeunt. Digressis illis, protinus adest lociservator excubitorum cum scribonibus et draconariis. Ili gestantes pariter scaramangia et spathas, ut magistratus scholarum salutant [drungarium nempe, dictaque vicissim salute] accipit protomandator excubiti ab excubito signum nutu capitis: quod ipse motitatione manus prædictis lociservatori excubitorum cæterisque astantibus reddit. Hi, eo percepto, exeunt. Tum intrant tertii lociservator arithmi, comites arithmi et centuriones maglabitarum, et hetæriæ septimanarii laterales procedunt seu conveniunt et ascendunt per portam eburneam et intrant in palatium, ubi illud reclusum more consueto processionem admiserit; tum occupant sedes quisque suas ex ordine. Deinceps descendunt et intrant in secretam phialam triconchii. Deinde prodit imperator in conspectum, suspensaque cortina in medio procymmatis **347** [seu mœniani, vel editioris tribunalis in quo imperatores, quando deximum seu receptio circensis peragitur, præsidere solent] accendunt prædicti senatores omnes a comite rei privatæ traditos nacti cereos, a magistris inde usque ad ultimum hominem imperialem; et tripudiant circumcirca sigma choream ducentes et cantantes, magistri quidem et proconsules et patricii et officiales cæterique senatores et homines imperiales, basilicia brumalio propria; cubicularii autem et eunuchi ad mensam servientes canunt et ipsi, sed propria sibi, basilica brumalii. Quando incipiunt tam senatores quam cubicularii brumalii basilicia canere et saltare, ut prædictum est, descendit per gradus [prædicti pro-

VARIÆ LECTIONES.

[21] *Hic desiderantur finis capitis* 16, *caput* 17 *totum, et initium capitis* 18.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(40) In scriniis epistolarum, libellorum et memoriæ qui primi erant inter homines ordinis sui *proximi* dicebantur, ait Salmas. ad Script. Hist Aug. t. II, p. 239, aut, ut Gutherus ait p. 556, proximi scriniorum sunt, qui secundum a magistris locum ac dignitatem in scriniis obtinent, et qui, dum magistrorum vices agerent, *promagistri* vocabantur. Vid. idem p. 694, ubi de proximis rationalium, et Vales. ad Amm. Marcell. p. 138 et 276, et Du Cange Gloss. utroque. Est ergo *proximus* hic loci proximus a drungario vigiliæ et ejus absentis vicarius; *vid.* p. 415.

(41) Videntur mihi hæ reliquiæ vocis Μαγλαβίου esse, idque in Latinis expressi.

cymmatis aut tribunalis] aliquis basilicorum in phialam et saltat ibi. Omnes autem, tam magistri puta et reliqui senatores quam cubicularii et mensales eunuchi, ter obeunt, ut dictum est, saltando phialæ ambitum vel aream; tum consistunt ad ejus latiorem plagam, et pia vota pro salute imperatoris dicunt. Descendit tum protinus e sigmate per ligneum styracium [seu rotundam, intus

A εὖρος αὐτῇ μέρος, καὶ ἐπευφημοῦσι [22] (42) τὸν βασιλέα· καὶ εὐθέως κατέρχεται ἀπὸ τοῦ στίγματος διὰ τοῦ ξυλίνου στυρακίου ὁ τοῦ βασιλέως πρωτοβεστιάριος μετὰ τοῦ ἀποκομβίου, καὶ ἡνίκα πλησίον αὐτῶν γένηται, προσκυνοῦσι πάντες, καὶ τούτων ἀνισταμένων, ὁ α' μάγιστρος λαμβάνει ἐκ χειρὸς τοῦ πρωτοβεστιαρίου τὸ ἀποκόμβιον λίτρας κ', εἰς δὲ τὸ τοῦ μικροῦ βασιλέως βρουμάλιον (43) λίτρας ι', εἰς δὲ τὸ

VARIÆ LECTIONES

[22] ἐπεφημοῦσι cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(42) Sic est in membranis; vid. dicta ad p. 11. Novi nempe Græci υ ut φ propemodum efferunt. Hinc librarii pro sua socordia litteras geminandas semel tantummodo et vicissim simplices bis exhibentes, scribebant ἐφημεῖν pro εὐφημεῖν, quoniam hoc εὐφημεῖν ipsis non aliter sonabat, quam ἐφφημεῖν. Similiter ἐφήμησαν pro ἐφφήμησαν et hoc pro εὐφήμησαν exstat apud Malal. t. II, p. 214.

(43) Apparet ex hoc loco et infra e Cletorologio p. 452, brumale Augusti senioris et junioris et Augustæ seorsim fuisse celebratum. Sed quo id ordine factum fuerit, omnesne illi uno die, sed successive, brumalia dederint, an die quisque suo, et quo mense quove mensis die aut diebus id factum, subobscurum est, et studebimus hac disputatione, quid ejus rei fuerit, indagare. Præcipuæ partes brumalium erant, ut tam in urbe cives, quam in aula hilares essent, epularentur, cantarent, saltarent coram Augustis, et hi vicissim ipsis nummos, vestes, bellaria alia donarent. Insignis est locus Continuatoris Constantiniani in Scriptor. post Theophan. p. 284, ubi brumale Constantini Porphyrogenniti enarratur his verbis: Τὴν δεξίωσιν τοῦ βρουμαλίου τοῦ Πορφυρογεννήτου δεῖ ἐξειπεῖν. Ἔθος γὰρ τοῖς πάλαι βασιλεῦσι τελούμενον [hic excidit τίως ἡμέλητο *vel simile quid*] καὶ ὁ Πορφυρογέννητος τοῦτο [αὖθις] ἐξήνεγκεν. Consentiunt hæc illis, quæ Noster p. 350. tradit. Pergit Anonymus: τὴν γὰρ ἡμέραν, ἐν ᾗ τὸ τῆς κλήσεως αὐτοῦ στοιχεῖον Κάππα ἀποκεκλήρωται, λαμπροτάτην ἑορτάζων πανήγυριν, πολυάνθρωπον ταύτην δεικνύει· ταῖς γὰρ πολυτελέσι καὶ πολυόψοις ἐκείναις τραπέζαις τὴν σύγκλητον ἅπασαν δεξιούμενος, χορηγίαις εὐεργετικωτέραις τὸ φαιδρὸν τῆς ἑορτῆς ἐπολλαπλασίαζεν σηρικῶν περιβολαίων ἐπιδίδων, ἀργυρίων πολλῶν καὶ ἀπείρων, ἐσθημάτων ἀλουργῶν, ξύλων ἰνδίκων εὐωδίας, ἃ οὔτις ἀκήκοεν, ἢ γεγονότα τεθέαται. *Diem* (sic vertit Combefisius), *cui nominis ejus* [Constantini] *initialis littera Kappa addita est, celeberrimæ festivitatis sibi loco ducens ingenti celebrandum conventu indicebat.* [Maluissem sic propemodum vertere: *Diem enim illum, quo eorum ad sacras epulas vocare ex sorte litteræ, quæ nomini ejus initialis est, Kappa puta, debebat, maxime festum apparatus splendore et hominum frequentia exhibuit.*] *Lautissimis enim largissimisque dapibus senatum omnem excipiens beneficientiæ majoris muneribus festivitatis lætitiam ac splendorem multis partibus cumulabat, sericarum vestium ac prætextarum abunde largitione, vis magnæ pecuniæ et innumerabilis purpurissarumque vestium ac trabearum Indicarum arborum fragrantia recreans; quæ et quanta nemo antea audiverat neque viderat.* In his verbis maxime memorabilis est dictio: ἡμέρα, ἐν ᾗ τὸ τῆς κλήσεως αὐτοῦ στοιχεῖον Κάππα ἀποκεκλήρωται, *dies, quo vocare suo nomine proceres ad sacras epulas ex sorte litteræ Kappa debebat.* Nam κλῆσις ibi non est *nomen*, ὄνομα, sed *invitatio ad epulas.* Designat igitur diem, quo ipse suum Brumale debebat edere Constantinus. Huis diei litteram Kappa ait ἀποκεκληρῶσθαι. Dubium est, verbum ἀποκεκληροῦσθαι num hic loci significet, *per sortes ante brumalia ductas ordinari*, an potius *fortuito*, etiam absque ductis sortibus, *incidere.* Patebit ex illis, quæ statim dicentur, posterius hic obtinere et ἀποκεκλήρωται nihil aliud, quam συντυγχάνει, συμβαίνει, ἀποτίτακται notare et sortes locum hic non habuisse. Habebat nempe res brumalium hoc modo. Per viginti tres dies, quot sunt litteræ Græci alphabeti, continuabant Brumalia, quorum singuli litteris alphabeticis, juxta earum ordinem a grammaticis constitutum, appellabantur; primus α', secundus β', tertius γ' et sic porro usque ad ω'. Quando ergo Cletorologium infra, p. 452, dicit, Leonem imperatorem, sub quo illud litteris mandatum fuit, et Alexandrum, ejus fratrem, et Zoen, Leonis uxorem, Brumalia egisse, die quemque suo, ἐφ' ἑκάστου κλήσει, uno eorum quoque senatum ad epulandum secum nomine suo evocante et invitante: liquet, Alexandri brumale in diem primum, Zoes in septimum, Leonis in duodecimum brumalium diem incidisse. Pariter, quando capite nostro dicuntur Constantinus pater et Romanus filius et Augusta Helena brumalia quique sua egisse, egit Constantinus suum die ab initio brumalium undecimo. Helena quinto, Romanus octavo et decimo. His diebus imperator major et minor et Augusta proceres conviviis et donis excipiebant. Num minori quoque Augustæ, Theophanoni, Romani uxori, et filiabus Augusti, quæ etiam Augustarum nomen gerebant, licuerit brumalia suo nomine edere, in dubio positum relinquam, cum editorum ab iis brumalium mentio nusquam fiat. Cæteris brumalium diebus procerum maximi quique imperatorem et familiam augustam penes se convivio excipiebant ex ordine litterarum, quæ cujusque nomini essent initiales. E. c., si proceres interessent Basilii, Gregorii, Theodori, Joannes, Petri, Symeones, Philothei etc., vocabant illi augustam gentem ad se diebus illis, quorum numerum valeret littera cujusque nomini initialis, ut secundo Basilius aliquis, tertio Gregorius, nono Theodorus, decimo Joannes, septimo et decimo Petrus, nono et decimo Symeo, vigesimo secundo Philotheus, et sic de cæteris. Ex eo est, quod December in Anthologia libri primi fine de se ait:

Δαῖτα φέρω χαρίεσσαν ἐς οὔνομα φωτὸς ἑκάστου.

« *Epulas fero jucundas in nomen hominis cujusque.* »

Inter plebeios idem mos observabatur. Ditiores ad se vocabant amicos humiliores illo die, cujus littera responderet litteræ initiali sui nominis, aut, quod idem est, illo die, a quo ad diem brumalium primum retrogradiendo tot effluxissent dies, quot essent litteræ alphabeti ante litteram sui nominis initialem. Iisdem quoque brumalibus natales celebrabant virorum ex ultima antiquitate celebrium, ut Homeri, Archilochi, aliorum, qui quo die nati aut vita defuncti fuissent, nemo scire poterat. Ita qui Homeri natalem agere vellet, epulas ejus in honorem die brumalium aut XIV aut XV instituebat. Non enim certe constat, signum ϛ', quod *sex* notat,

τῆς Αὐγούστης βρουμάλιον λίτρας η'. Καὶ μετὰ τὸ λαμβάνειν τὸ ἀποκόμβιον ἐπεύχονται ἅπαντες τοὺς

A cavam et scala cochleare instructam columnam] imperatoris protovestiarius cum apocombio: qui

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

inter litteras computaverint in hoc brumalium computo, nec ne. Intelligas hinc illud Anthologiæ p. 173:

Σήμερον Ἀρχιλόχοιο καὶ ἅρσενος ἦμαρ Ὁμήρου
Σπένδομεν.

Ne quid tamen dissimulem, adversari videtur nostræ interpretationi hic locus. Poeta enim uno die celebratos Archilochi et Homeri natales ait; quod ex hypothesi nostra non procedit. Inveniat, qui melius novit, rationem aptiorem natales celebrandi virorum, quorum natales neque nativitatis neque funeris noti erant. Mense certe Novembri et ex magna parte quoque Decembri alphabetica hæc, ut ita dicam, convivia celebrantur, quæ Agathias τὰ ὑπὲρ τῶν ὀνομάτων συμπόσια appellat, insigni B loco p. 140. Ille codex editionis Vulcanianæ Agathiæ, quo utor, non integer (sola enim Græca tenet) ascriptam a nescio quo viro docto velut emendationem in margine ostendit οἰνωμάτων pro ὀνομάτων. Cujus ea sit conjectura, Vulcaniine, an alius, non novi; notæ enim Vulcanii ad manus non sunt. Casaubonus quidem T. I Hist. Aug. p. 275 *festum vindemiale* τὴν τῶν οἰνωμάτων ἑορτὴν appellat, quo jure et quo auctore, non dixerim, neque hujus est loci inquirere. Concesso etiam, ita eum recte appellasse, non tamen huc ad Agathiam quadrat, neque de vindemialibus epulis cogitari hic debet, sed recte habet scriptio τὰ ὑπὲρ τῶν ὀνομάτων συμπόσια, et significat epulas institutas ob litteras initiales nominum litteris dierum brumalium respondentes. Ipse locus demonstrat, non de vindemialibus, quæ Septembri mense celebrabantur, sed de alia quadam hilaritate sermonem esse, quæ in ipsum anni exitum incideret. Ait enim *epulas ob nomina* celebratas fuisse illo tempore, cum immanis C ille terræ motus, qui CPlin anno Justiniani 31, Christi 557 misere afflixit, ingrueret. Contigit tristis ille casus die XIV Decembris, teste Theophane p. 196. Ergo *convivia ob nomina* celebrata fuerunt mense Decembri. Verba Agathiæ ipsa tempus satis accurate designant: ἡνίκα γὰρ ἐκείνου τοῦ ἔτους ἡ τοῦ φθινοπώρου ἔληγεν ὥρα, *autumni desineret tempestas* (atqui mense Septembri non desinit, sed incipit), ἔτι δὲ τὰ ὑπὲρ τῶν ὀνομάτων συμπόσια ἐτελεῖτο, ἅπερ τοῖς Ῥωμαίοις νενόμισται, κρύος μὲν ἤδη ὑπῆρχεν, ὁποῖον εἶναι εἰκὸς τοῦ ἡλίου ἐπὶ τὰς τροπὰς ἐλαύνοντος τὰς χειμερινὰς [solstitium hibernum in diem Decembris 21 aut 22 incidit] καὶ πρὸς τὸν αἰγοκέρωτα φερομένου [ipso solstitii hiberni die sol in Capricornum intrat] — τότε δὴ ἀμφὶ μέσην τὴν νύκτα ἐνέπεσε τὸ δεινὸν, καὶ ἅπαντα εὐθὺς ἐκ τῶν βάθρων αὐτῶν ἐδονεῖτο. Ex hoc itaque loco patet, brumalia (nam D de illis, neque aliis, hilariis Agathias loquitur) die XIV Decembris ἔτι, quod vocabulum pondere non caret, *adhuc* fuisse celebrata. Fuerint ergo non uno, non duobus acta, sed pluribus continuata diebus. Neque pugnat locus Agathiæ Cletorologio nostro, quod l. c. brumalia in mensem Novembrem reponit. Cum enim per 23 aut 24 dies continuarentur, incipiebant versus finem Novembris et desinebant medio fere Decembri. Certius adhuc epocha illa constitui potest ex insigni loco Vitæ S. Stephani junioris, ubi dicitur ille mortuus fuisse μηνὶ Νοεμβρίῳ εἰκὰς ὀγδόῃ, ἐν ᾧ τὸ στοιχεῖον τοῦ Ε παρὰ τῶν φιλοδαιμόνων ἐκπομπεύεται βρουμαλιστῶν, *mense Novembri, die* XXVIII, *quo tempore ab amantibus dæmonum* [id est gentilibus, idololatris] *brumalistis littera E solemni cum pompa celebratur.* Si ergo in diem Novembris 28 littera E incidit seu numerus 5, necesse est, ut in diem Novembris XXIV initium Brumalium inciderit, et si per 23 aut 24 continuata illa fuerint, necesse est, ut die XVII aut XVIII Decembris desierint. Conficitur ex hoc Vitæ S. Stephani loco, singulis brumalium diebus singulas alphabeti Græci litteras ordine ab initio inde alphabeti ad finem usque continuo fuisse imputatas. Sed clarius id patet ex loco Alexandrini Chronici p. 268, ubi quamvis quæ de Romulo narrat, vera non sint, et reliqua ejus obscura sint, mire tamen rem nostram illustrat: Τούτου ἕνεκεν ὁ Ῥῶμος ἐπενόησεν τὰ βρουμάλια [Romulus non brumalia, sed Ruminalia instituit] εἰρηκώς, φησι, ἀναγκαῖον εἶναι τὸν κατὰ καιρὸν βασιλέα τὴν ἑαυτοῦ σύγκλητον πᾶσαν τὰς ἔνδον τοῦ παλατίου οὖσας στρατείας ὡς ἐντίμως ἐο τῷ καιρῷ τοῦ χειμῶνος, ὅτε τὰ πολεμικὰ ἔνδοσιν ἔχει. Καὶ ἤρξατο πρώτους καλεῖν καὶ τρέφειν τοὺς ἀπὸ τοῦ α' ἔχοντας ὄνομα, καὶ λοιπὸν ἀκολούθως ἕως τοῦ ω', κελεύσας καὶ τὴν ἑαυτοῦ σύγκλητον θρέψαι τῷ αὐτῷ σχήματι. Καὶ ἔθρεψαν καὶ αὐτοὶ τὸν ὄχλον ἅπαντα ἕκαστος ὡς ἐβούλετο. Οἱ οὖν ἑκάστου ἀριθμοῦ πανδουροὶ ἀπὸ ἑσπέρας εἰς τοὺς οἴκους ἀπιόντες τῶν καλούντων οὓς ἤθελον ἐπ' ἀρίστῳ εἰς τὴν ἐξῆς, ἠὔλουν πρὸς τὸ γνῶναι ἐκεῖσε ὅτι παρ' αὐτῷ τρέφονται αὔριον. Καὶ κατέσχε τὸ ἔθος τῶν βρουμαλίων παρὰ τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ ἕως τοῦ νῦν. Sui sæculi, non Romuli, instituta tradidit auctor Chronici. Sic recte postrema capio, significant, panduristas seu tibicines cujusque cohortis in ædes ejus, qui alios in alterum diem vocare vellet, sub vesperam diei convivium instituendum præcedentis abire, et acceptis vocandorum nominibus abire ad vocandi cujusque ædes, concentuque tibiarum musico illi significare consuevisse, altero proximo die ipsi apud τὸν δεῖνα epulandum esse. Conferatur locus *des veränderten Russlandes* p. 59, quem supra ad p. 222, ubi de ludis Gothicis dixi, attuli. Reliquias illas esse veterum Saturnalium, facile liquet, et hilaria illa non tam Romulo, quam ipsi rerum et hominum naturæ tribui debent. Homines litterarum rudes et longas hibernas noctes fallere voluptatibus eruditis nescientes torporeque et desidia videntes vigorem corporis minui, epulando, saltando, jocando, ridendo longas vesperas ducebant breviandas esse. Hinc nata tot nominibus diversa, re eadem, et temporibus quoque vicina hilaria, Brumalia, Saturnalia, Kalendæ Januariæ, Vota, ludi Gothici, etc. Fuerintne cum brumalibus his, mense Novembri et Decembri actis, iidem *brumatici* sic dicti, nempe *dies*, in Capitul. Pipini regis apud Du Cangium v, *Brumatici*, non liquet. Diversi forte fuerint, verum non re, sed tantum tempore. Juvat, cum in eo argumento versemur, ad locum illum observationem aliquam aspergere: *De bravis illis hominibus* (ita præcipit rex Pipinus) *qui brumaticos cotunt, et de hominibus suis sublus maida cereos accendunt, et votos vovent.* Dicuntur hic aliqui *de hominibus suis cereos sub maida accendere et votos vovere.* Quid hæc sibi volunt? *De hominibus* est procul dubio idem atque *pro hominibus, pro salute hominum*, gentilium, familiarium, domesticorum suorum. *Maida* vero est vox antiqua Germanica aut Francica, *betulam* significans. Nos adhuc aliquanto brevius *Meye* dicimus. Solebant autem pagani cereos ardentes sub arboribus ponere aut de ramis arborum appendere. Charta vetus apud Salmas. t. II Script. Hist. Aug. p. 802: *Nullus Christianus ad fana, vel ad petras, aut ad fontes, vel ad arbores, aut ad cancellos vel per trivia luminaria faciat, aut vota reddere suscipiat.*

In brumalibus consuevisse proceres convivio excipi et nummis, vestibus, bellariis aliisque

ubi prope ad eos accesserit, adorant omnes. Ubi se rursus in directum elevarunt, accipit protomagister e manu protovestiarii apocombium constans litris viginti, et in brumali minoris vel junioris imperatoris aliud continens decem litras, et tandem in brumali Augustæ aliud octo litrarum. Post accepta illa dona gratuita benedicunt omnes dominis et exeunt per caldarium vel vaporarium, et ad sua quisque abeunt. Remiges imperialium dromoniorum qui sacra corpora dominorum in utriusque continentis suburbana vectitare solent, descendunt in bucoleontem et ibi consistunt, ubi dromonium imperiale stat, laudibus et benedictionibus cumulantes dominum et canentes basilicia brumalii. Ad illos ex editioribus dejicitur apocombium ducentorum miliaresiorum. Tempore Constantini autem, Christum amantis domini, addebantur adhuc tercentum miliaresia : ita utab eo tempore in universum quingenta miliaresia acceperint. Idem ille Christi amans dominus addidit antiquis moribus hanc constitutionem, ut agrariarum quoque seu lenunculorum imperialium remiges illuc descenderent et simili modo canerent acciperentque projectum ex

A δεσπότας, καὶ ἐξέρχονται διὰ τῆς θερμάστρας, καὶ ἀπέρχεται ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια. Οἱ δὲ ἐλάται τῆς περιουσίας, ἤτοι τῶν βασιλικῶν δρομονίων, κατέρχονται ἐν τῷ βουκολέοντι, καὶ ἵστανται ἔνθα τὸ βασιλικὸν δρομόνιον ἵστατοι, εὐφημοῦντες καὶ αὐτοὶ καὶ ᾄδοντες βασιλίκια τοῦ βρουμαλίου. Ῥίπτεται δὲ αὐτοῖς ἄνωθεν ἀποκόμβιον μιλ. σ'. Ἐπὶ δὲ Κωνσταντίνου τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου προσετέθη ἕτερα μιλ. τ', ὁμοῦ φ'. Προσετέθη δὲ παρὰ τοῦ αὐτοῦ φιλοχρίστου δεσπότου, κατέρχεσθαι καὶ τοὺς τῶν ἀγραρίων (44) ἐλατὰς καὶ ᾄδειν καὶ αὐτοὺς ὁμοίως, καὶ ῥίπτεσθαι αὐτοῖς ἀποκόμβιον μιλ. σ'. Ἰστέον, ὅτι ἐπὶ Λέοντος τοῦ φιλοχρίστου καὶ ἀειμνήστου βασιλέως οὐκ ἤνοιγε δείλης τὸ παλάτιον· ἀλλ' οἱ προῤῥηθέντες ὥρᾳ τῆς ἡμέρας θ' εἰσήρχοντο διὰ τῆς θερμάστρας ἐν τῇ τοῦ σίγματος μυστικῇ φιάλῃ, καὶ ἐτελεῖτο

B πάντα, καθὼς προείρηται. Τῇ δὲ ἑσπέρᾳ, ὥρᾳ τῆς ἡμέρας ια', ἵσταται τραπέζιον ἐν τῷ ἀριστητηρίῳ, καὶ συνεστιῶνται τῷ βασιλεῖ οἱ κατὰ συνήθειαν συνεστιώμενοι, μάγιστροι, πραιπόσιτοι πατρίκιοι, ὀφφικιάλιοι, εἰ τύχωσιν δὲ, καὶ στρατηγοί, καὶ λοιποὶ, μᾶλλον δὲ οἱ πρὸς συγγένειαν ὄντες τοῦ βασιλέως. Εὐφημοῦσι δὲ πάντες οἱ παριστάμενοι, ᾄδοντες βα-

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

(ut Latini appellant. Græci ea ἀντιλήψεις dicebant), donari, patet ex hoc Nostri loco et toto hoc capite, quo brumalium ritus describuntur. Alii quoque moris hujus mentionem faciunt. Continuator Theophanis p. 91 nomen cubiculi Porphyra dicti derivat ex eo, quod Augustæ consueverint ibi τὸ ὀξὺ, *vestem purpuream*, inter uxores procerum aulæ distribuere : ἤτις, ait, οὕτω λέγεται διὰ τὸ τὴν δέσποιναν ἐκεῖσε ἔκπαλαι διανέμειν τὸ ὀξὺ ταῖς ἀρχοντίσσαις κατὰ τὸν τῶν βρουμαλίων καιρόν. Idem auctor loco supra citato Constantinum Porphyrogennetum in suo brumali dedisse proceribus serica pallia, argenti cusi immane quantum, vestes ἀλουργεῖς, purpureas aut potius lana marina factas, et ligna Indica fragrantia (καπνίσματα Noster appellat). Idem Auctor p. 87, tempore Deximorum, cum liceret populo imperatorem in Circo excipere et venerari, quod etiam in brumalibus fiebat, ait Phialam seu lacum Circi plenum fuisse pistaciis, amygdalis, pineis, item condito, id est vino medicato, odoribus vel pigmentis (ut loquebantur medio ævo) seu aromatibus infecto, quod efflueret e cucuma ænea, siphone in imo instructa, et ad strobili modum conformata, eoque phialam illam miscuisse, id est profudisse (respicit ad conditum) et præbuisse argumentorum hilaritatis et unde genio indulgeatur abunde. Verba sunt : Ἡ φιάλη κατὰ τὸν καιρὸν τῶν δεξίμων πιστακίων καὶ ἀμυγδάλων, ἀλλὰ μὴν καὶ κουναρίων πεπληρωμένη, κονδίτου ἐκ στροβίλου ἐκδιδομένου πᾶσιν ἐκίρνα καὶ παρεῖχε τρυφᾶν τοῖς ὅσοι δι' ἐφέσεως εἶχον τῶν ἑστηκότων ἐκεῖ. Manavit hoc ex antiquo more imperatorum, qui diebus sui consulatus, id est Calendis Januariis, proceres convivio excipiebant, ipsis solatia dabant et in populum missilia spargebant. De Heliogabalo narrat Lampridius t. I, p. 811 : *Quum consulatum iniisset, non nummos vel aureos vel argenteos vel bellaria vel minuta animalia, sed boves opimos, et camelos, et asinos et servos populo diripiendos objecit, imperatorium id esse dictitans.* Sed desierunt deinceps missilia. Incidit hac occasione locus codicis Theodosiani, quem Gutherus p. 499 tractat : *In præfectura prætorii patroni fisci die festivitatis Kal. Ianuar. ipsius anni, per quem tale peragunt officium, inter spectabiles sacri consistorii comites imperatoris manu puncti solatia consequuntur.* Speciosa est Gutheri explicatio *puncti* pro notati, signati. Forte tamen rectius accipias pro *icti*, *percussi*, νυττόμενοι, quos imperator manu sua tetigit. Nam ex ipsis imperatoris manibus accipiebant munera : *vid.* p. 368 et 351.

Antequam ab hoc argumento decedam, dicendum mihi de festis veterum nominalibus esse existimo. Celebrasse veteres dies festos ob nomina amicorum, possit e loco Gregorii Nazianzeni paulo post citando concludi. Num autem præter rationem superius expositam in brumalibus nominalia celebrandi etiam aliis temporibus eadem celebraverint, non constat. Putem tamen omnino aliis quoque diebus natales sui quemque nominis egisse. At quomodo vel quando hoc fiebat ? Sane tunc non calendaria habebant cum attributo diei cuique suo nomine. Necesse igitur est, ut natalem nominis sui gentiles quidem octavo post nativitatem suam, Christiani autem baptismi sui die celebrarent. Tunc enim hi novum nomen accipiebant. Locus Gregorii hic est in orat. de Baptismo : Καὶ γὰρ ἔπρεπε χαρμόσυνα θέσθαι τῆς σωτηρίας ἡμῶν καὶ πολὺ μᾶλλον ἡ γαμήλια, καὶ γενέθλια, καὶ ὀνομαστήρια τοῖς τῆς σαρκὸς φίλοις, κουρόσυνά τε καὶ κατοικέσια καὶ ἐτήσια. Possit ex hoc loco concludi, dies natales nominum quotannis renovatos fuisse. Sed quum cæterorum simul recensitorum quædam siut, ut τὰ κουρόσυνα et τὰ κατοικέσια, quæ plus semel celebrata fuisse vix videntur, etiam ὀνομαστήρια satius fuerit pro festo accipere celebrari tum solito, semel per totam cujusque vitam, quum primum et a primis ipsi nomen imponeretur, quemadmodum γαμήλια festum significat occasione nuptiarum, γενέθλια occasione nati infantis, κουρόσυνα occasione capilli et barbæ primæ positæ, κατοικέσια occasione immigrationis in ædes, in quibus manendum et habitandum sit, celebratum semel, neque sæpius. Officit tamen huic interpretationi appositum καὶ ἐτήσια, quo, ni fallor, urbium dies natales annuatim renovati designantur.

(44) *Agrariæ* erant genus aliquod lenunculorum, ita, ut videtur, appellatum, quod in agros vel rusticatum in suburbia peratica euntes imperatores vehèrent.

σιλίκια τὰ τῷ βρουμαλίῳ ἁρμόζοντα, ὁμοίως δὲ καὶ οἱ καθεζόμενοι, ᾄδουσιν καὶ αὐτοὶ ὁμοίως. Τοῦ δὲ δουλκίου εἰσερχομένου ὀλίγοι τινὲς τῶν ἐπὶ τῆς τραπέζης καταλέγουσιν τὸ· « Πολλὰ τὰ ἔτη, » καὶ ἀποκρίνονται οἵ τε καθεζόμενοι εἰς τὴν τράπεζαν φίλοι καὶ οἱ παριστάμενοι λοιποὶ τοῦ τραπεζίου, καὶ πρὸ τοῦ τὸν βασιλέα ἐπονομάσαι (45)· « Εἰς τὴν πρεσβείαν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, » λαμβάνουσι πάντες οἱ καθεζόμενοι παρὰ τῶν τοῦ βασιλέως χειρῶν μιλ, (46). Καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῆς ἐπιδόσεως τῶν μιλιαρησίων εὐφημοῦσιν οἱ παριστάμενοι, ὁμοίως καὶ οἱ καθεζόμενοι, τὸν βασιλέα, καὶ εὐθὺς ὀνομάζει ὁ βασικεὺς· « Εἰς τὴν πρεσβείαν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, » καὶ πάντων κατὰ τὸ εἰωθὸς πινόντων, λαμβάνουσι πάντες οἱ καθεζόμενοι διὰ χειρὸς τοῦ τῆς τραπέζης ἀνὰ φατλίου α', δηλονότι παρὰ ἀρτοκλίνου ταὐταλαμβάνων. Καὶ ἀνίστανται [23] τῆς τραπέζης καὶ

A editioribus apocombum ducentorum miliaresiorum. Sub Leone, Christi amante et æterna memoria digno domino mos erat, ut palatium vesperæ non aperiretur; sed magistratus supra recensiti intrabant hora diei nona **3 4 S** per thermastram seu caldarium in mysticam sigmatis phialam; et fiebant deinceps omnia, ut prædiximus. Vesperæ, hora diei undecima, collocatur mensa in pransorio, convivantur cum imperatore qui id facere ex ritu recepto solent, magistri, præpositi patricii, officiales et interdum quoque strategi et alii, maxime vero assident ad imperialem mensam, qui dominum necessitudine sanguinis attingunt. Astantes omnes laudibus et benedictionibus cumulant dominos et canunt carmina in laudem dominorum, qualia brumali con-

B gruunt. Similiter etiam, qui mensæ assident, canunt. Dulcium ut infertur seu missus dulciariorum, exor-

VARIÆ LECTIONES

[23] Sic em. R., ἀνίστ. τῆς τραπέρης, ἐξερχόμενοι — ἐλεφεαντίνης, ἀπέρχ. cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(45) Ἐπονομάζειν εἰς τὴν πρεσβείαν τῆς Θεοτόκου est *invocare protectionem et intercessionem Deiparæ*, aut saltem *verbis conceptis profiteri, se hoc vel illud in ejus nomine ipsiusque auctoritate et in honorem ejus facere.* Ita parasitus aliquis, narrante Athenæo p. 252, quoties pranderet, regi Thraciæ cuidam, quem captabat, παρετίθει τράπεζαν χωρίς, *statuebat mensam sequestratam prope illam, e qua ipse epularetur*, absentique quamvis, ὀνομάζων τῷ δαίμονι τοῦ βασιλέως, *conceptis verbis profitens, eam se genio regis sacram esse velle atque jubere*, vel ipsi eam se propinare. Apud eumdem p. 426 initio, Ulpianus Citucitus poculum accipiens, *Hoc ego*, aiebat :

τήνδ' ἐγὼ
Μεστὴν ἅπασαν, ἐπονομάσας προπίομαι
Συγγενέσι, πίστωμα φιλίας·

totum plenum hauriam, propinans cognatis postquam clara voce nomina eorum singula citavero in amicitiæ testificationem. Hoc est quod alius poeta apud eumdem p. 432 :

Προπόσεις ὀρέγειν ἐπιδέξια καὶ προκαλεῖσθαι
Ἐξονομακλήδην ᾧ προπίνειν ἐθέλεις.

Hoc est ἐξ ὀνόματος καλοῦντα, ἐπονομάζοντα. Propterea καλεῖν καὶ ὀνομάζειν jungit Appianus de B. Parthico p. 136 init. de Ateio, tribuno plebis, Crassi in Parthis expeditioni intercedenti : δεινούς τινας καὶ ἀλλοκότους θεοὺς ἐπὶ ταῖς ἀραῖς καλῶν καὶ ὀνομάζων. Non possum, quin hoc loco, quid sit δαὶς ἐπωνομασμένη apud Sophoclem Electr. v. 268, exponam. Est cœna, ad cujus mentionem δεῖ ἐπονομάζειν τοὺς προστροπαίους καὶ ἀλεξικάκους θεούς, *oportet deos malorum averruncatores invocare* ut nos a simili tutos servent. Ὀνομάζειν novis Græcis est *citare, invocare, appellare*, Ita Concil. Laodic. c. 35 : Οὐ δεῖ Χριστιανοὺς ἀπιέναι καὶ ὀνομάζειν ἀγγέλους·, καὶ συνάξεις ποιεῖν, *non decet Christianos clara voce citare angelos et in eorum nomine communiones facere.* Ita quoque Herodianus V, 5 : Προσέταξε πάντας τοὺς Ῥωμαίων ἄρχοντας καὶ εἴ τινες δημοσίας θυσίας ἐπιτελοῦσι πρὸ τῶν ἄλλων θεῶν οὓς δὴ ἐπουρανίους [id excidit] καλοῦσιν, ἱερουργοῦντας ὀνομάζειν τὸν νέον θεον Ἐλαιαγάβαλον. Hic loci intelligitur invocatio Mariæ, quæ fiebat apud finem convivii, cum ultimum poculum circumferretur. Nam quod veteribus Græcis erat poculum τοῦ ἀγαθοῦ δαίμονος (Batavi hodie dicunt *het groeyen en bloeyen*), id novis est poculum Mariæ, ultimum convivii; *vid.* Heinecc. de statu eccles. Græc. III p. 465. Habent quoque bucellam B. V., quam παναγίαν appellant. Multa et de hac bucella, post quam absumptam poculum Mariæ bibitur, et de more in honorem et intercessionem sanctorum bibendi habet Du Cange v. Παναγία et Πρεσβεία et *Bibere in amore Sanctorum*, unde non possum quin saltem unum et alterum locum repetam, ut appareat, quibus ritibus et quem in finem biberint in honorem aut, ut tum dicebant, *in amore sanctorum*, S. Joannis, Michaelis Archangeli, Mariæ Virginis et aliorum. Ducas p. 133 narrat : Ὁ χυδαῖος καὶ ἀγοραῖος ὄχλος ἐξελθόντες ἐκ τῆς αὐλῆς τοῦ μοναστηρίου ἐν καπηλίοις κρατοῦντες ἐν χερσὶ τὰς φιάλας πλήρεις ἀκράτου ἀνεθεμάτιζον τοὺς ἐνω ι-

C κοὺς [Latinos et Græcos Latinis faventes], πίνοντες εἰς πρεσβείαν τῆς εἰκόνος τῆς Θεομήτορος καὶ παρακαλοῦντες αὐτὴν γενέσθαι οροστάτις καὶ ἀρωγὸς τῆς πόλεως. Christianus de Scala in vita S. Wenceslai : *Locum convivii petens, calice accepto, pocula coram omnibus portans, alta præfatur voce In nomine beati archangeli Michaelis bibamus hunc calicem, orantes et deprecantes, quo animas nostras introducere nunc dignetur in pacem exsultationis perpetuæ. Cui cum quique fideles respondissent Amen, hausto potu, universos exosculans hospitium repetivit.* Hinc intelligatur, quid sibi voluerit mos veterum Germanorum et aliorum populorum septentrionalium medii ævi, in honorem, amorem et salutem Dei bibendi, de quo vid. Keisleri Itinerar. p. 1305. Scilicet accepto calice cum invocatione divini nominis, eoque suppliciter rogato velit sibi fautor et protector adesse resque suas secundare, bibebant. Unde patet, morem illum in salutem Dei

D immortalis bibendi adeo absurdum non esse, quam prima fronte videatur. Narrat Mabillonius in Itinere Germanico, cauponem aliquem in Alsatia, ad quem diverterat, abeunti sibi poculum in honorem S. Joannis propinasse, et idem solere cauponem istius tractus omnes hospitibus a se abeuntibus offerre.

(46) Dubium mihi natum, unumne miliarense, an plura notet hoc compendium. Certe si reputo morem librarii, ubi pluralis significandus est litteras geminandi (quod hic non fecit : non enim μι, cum gemino superimposito, pluralis nota, sed μι scripserat), videtur prius suaderi, singula singulis data fuisse miliarensia. Verum mihi quidem nimis minutum visum fuit tantillum munusculum pro majestate tanti imperii.

combium. Laudes itaque atque benedictiones in Michaelem congerebant, quales mos est congeri in imperatores, et canebant poematia illi brumaliorum diei congrua, et abibant tandem, sed absque cereis ob tempestatem. Scholarum domesticus autem et domesticus excubitorum et domesticus hicanatorum una cum magistratibus quatuor tagmatum [id est ordinum procerum militarium] descendebant vel conveniebant inferius in thermastra vel vaporario. Drungarius vigiliæ autem servabat suam stationem in circo. Sacellarius ergo descendebat in vaporarium; at tradebat domestico scholarum [seu vertici militarium] apocombium; quo facto, dominum celebrabant omnes prædicti laudibus et benedictionibus erga imperatores consuetis, et canebant poemata diei brumalium congruo. Et sic deinceps abibant magistri, proconsules, patricii et senatorii omnes, item cubicularii quisque ad ædes suas: cohortales autem suas ad stationes abibant. Hec circa brumalia constitutio mutabatur aut potius prorsus tolle-

A μαλίζειν νομίσας, ταῦτα σχολάζειν ἐκέλευσεν, οὐ κατὰ νοῦν λαβὼν τοὺς μεγάλους ἐκείνους καὶ ἀοιδίμους βασιλεῖς οἷον οὐ τὸν μέγαν ἐκεῖνον καὶ ἀοίδιμον Κωνσταντῖνον, οὐ Θεοδόσιον, οὐ Μαρκιανόν, οὐ Λέοντα τὸν Λεομακέλλην, οὐκ Ἰουστινιανόν, οὔτε τοὺς ἄλλους φιλοχρίστους, οὓς καὶ ἡμιθέους εἴποιμι ἄν, ἀλλ' ὅπερ ἔδοξεν αὐτῷ, νόμος καὶ κανὼν καὶ εὐθύτης καὶ εὐλάβεια νενόμιστο. Ἐπὶ δὲ Κωνσταντίνου τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου τὴν παλιμβιωσιν ἡ τῶν βρουμαλίων εὕρατο τάξις. Διὸ ἐν μὲν τῷ τοῦ μεγάλου βασιλέως βρουμαλίῳ ἐδίδοτο τὸ παλαιὸν ἀποκόμβιον λίτραι κ', ἐν δὲ τῷ τοῦ μικροῦ βασιλέως λίτραι ι', ἐν δὲ τῷ τῆς Αὐγούστης λιτ. η'. Οὗτος δὲ Κωνσταντῖνος ὁ φιλόχριστος βασιλεὺς ἐτύπωσεν δίδοσθαι ἀντὶ πάντων τούτων τῶν βρουμαλίων ἐν τῷ τοῦ μεγάλου

B βασιλέως βρουμαλίῳ ἀποκόμβιον χάραγμα λίτρας ν', Ἐπὶ δὲ τῆς τραπέζης διὰ τῆς οἰκείας χειρὸς τοῖς συνεστιωμένοις αὐτῷ φίλοις οὕτως, ἤγουν ἀνὰ διπλατὰ (53) μιλαρήσια· τοῖς μὲν μαγίστροις ἀνὰ μιλ, ρξ' καὶ ἀνὰ χασδίου βηλαριου (54) ἑνός· τοῖς

VARIÆ LECTIONES.

[35] Αὐστόνων cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

rog. *De themat.* n. 29; Ignatius in Vita S. Nicephori apud Du Cange ad Cinnam. p. 492. Ipsi quoque Latini sequiores *Ausonium* pro Italia ponunt. Chronicon Cassinens. IV, 97: *Ingens interea pavor et ebitudo mentis corripit Ausonium, et quid dicerent vel facerent, unus ab alio inquirebat.* Ne exempla poetarum et prosaicorum vetustiorum commemorem, quæ in libris natant. Attamen Basilius patricius, cujus *Naumachica* Fabricius Biblioth. Gr. t. VIII, p. 136 sqq. eddidit, *Ausones* pro C Græcis dixit, forte putans Thraces suos, ut Romanorum nomen sibi arrogaverant, ita Ausonum quoque nomen mereri. Αὐσονίων σοφίης διδιδαγμένος ἔξοχα ἔργα, ait initio dedicationis, *tu, cum excellentia Græcæ sapientiæ opera doctus noris.* Et ne quis dubitet, Græcos, non Latinos, designari, appellat eum, cui librum suum inscribit, v. 5:

Αὐσονίων στρατιῆς πανυπέρτατον ἀρχόν.
Exercitus Græci summum imperatorem.

Dedicavit autem librum suum Basilio imperatori, si credimus versui penultimo, qualem Muratorius dissertat. XXVI, *Antiq. Italic.* p. 540. exhibuit:

Ἔνθεν δή, Βασίλειε, πέδον Κρήτης ἀλαπάξεις,
Καὶ γενεὴν ὀλέσεις Καρχηδονίων μεγαθύμων.

Carthaginenses appellat Saracenos Afros, eo quod e Creta Græcos incursionibus affligebant. Quis autem D Basilius ille sit, Macedone an Bulgaroctonus, non liquet. Illum quidem, Macedonem, adversus Saracenos in Longobardia bella gessisse, sociatis cum Ludovico Balbo viribus, constat; vid. Annal. Symeon. Logothetæ p. 458. De basilio Bulgaroctono non constat, ei rem cum Saracenis Cretensibus fuisse. Non tamen obstat temporum ratio, quemcunque tandem Basilium putes hac dedicatione compellari, quominus auctor ejus paracœmomenus Constantini Porphyrogenneti fuerit, ut fuisse a Naudæo perhibetur. Nam si Basilio Macedoni juvenis *Naumachica* sua inscripserit Basilius hic patricius, potuit senior factus Constantino, Leonis filio, accubitor fuisse. Quod si autem Basilio Bulgarectono librum suum dedicaverit, potuit apud fratrem ejus Constantinum accubitoris officio functus fuisse. Videtur tamen, si posterius statuatur, Constantino juniori potius, quam fratri ejus opus suum inscripturus fuisse. Quapropter lectionem Fabricii ἔνθεν δὴ βασιλεὺς πεδίον, quam aliquando damnabam, præferre Muratorianæ nunc non dubito et Basilii titulo Constantinum Porphyr. imp., Leonis filium, appellari. Quod confirmare videtur illa in præfatione Basilii patricii ad fortissimum ducem allocutio, quem quamvis uberrimis et summis quibusque laudibus efferat, tamen non nominavit. Ego vero Nicephorum Phocam fuisse nullus dubito. Sed hac de re viderint alii. Ausones pro Græcis etiam dixit Nicetas in fine l. IV rerum Manuelis Comneni et in Anthologia Græca H. Steph. p. 360. Anonymus describens τὴν βασιλικὴν τῶν παιδευτηρίων ἐν Βυζαντίῳ, ait, ibi effundi πηγὴν ἄφθονον Αὐσονίων νομίμων. Scilicet novi Græci ut *Romani*, sic etiam *Ausones* affectabant appellari.

(35) Ita membranæ. Mallem aut διπλωτά, aut potius διπλάτα, *duplata*, retracto accentu.

(54) Vocabulum χασδίον notat novis Græcis *sametum villosum*, nobis *Sammet*, vel etiam *Plüsch*, deterius examiti genus; *vid.* Goar. ad Codin. p. 60, n. 30; Du Cange Gloss. Gr. h. v. Occurrit sæpius in Arsenii, episcopi Elassonis, Itiner. in Moscoviam, quod nuper prodiit in Catalogo manuscriptorum codd. Bibl. Regiæ Taurinensis. Videtur Arabicæ aut Persicæ originis esse. Sane *Chazz* et *Cazz*, est sericum nondum laboratum, præsertim grossius, eaque vox neque Latinis medii ævi ignota; Du Cange v. *Alchazz*, ubi e charta vetere Hispanica citat locum, in quo nominantur ignorabiles multæ species pannorum, in quibus paucas agnosco, et has duas pene solas, *Barragan* et *planetas urtiones*. Prius est vox Arabica, significans pannum variorum colorum, ἀλλάσσοντα, qui pro vario situ varios luminis radios oculis ingerit, momento mutabiles. *Planetæ* autem *urtiones* sunt *rosei coloris*, ab *urd* vel *ord* et *orod*, *rosa*. Hinc intelligas, quid sint *casulæ episcopales de orodonas* apud Du Cangium v. *Orodona*. Sunt nempe *rosei coloris*. Marayce videtur Arabicum *Maroysch*, *plumatus*, esse, id est auro et opere Phrygio pictus. *Orale* idem est atque ἐπεύχιον, tapes. Sed redeo ad chagdium, cujus mentio quoque fit in epistola Basilii Maced. ad Hadrian. II PP. fine octavæ synodi: *Transmisimus Sanctitati vestræ vestimenta diaspratria, esophorium dicitrinum cancellatum unum, chagdium orobeum unum, cassidin dirodinum.* Forte *orobeum* est habens colorem oroborum aut cicerum.

ἀνθυπάτοις καὶ πατρικίοις ἀνὰ μιλ. ρμ', καὶ ἀνὰ ἐσωφορίου λωρωτοῦ Σαρακηνικοῦ (55), εἴτε καὶ ὁλοβήρου ἑνός· τοῖς πρωτοσπαθαρίοις ἀνὰ μιλ. ρκ' καὶ

batur sub imperatore Romano; qui per speciem pietatis erga Deum et iniquum reputans, si Romani secundum ritum veterum Ausonum [seu Italorum]

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

De voce βηλαρίου dubito, sitne nomen proprium, an appellativum, idemque cum *villoso* et a *villo*, non a *velo* derivanda. Sane χασδίον villosum est sericum seu exametum, et in epistola Basilii Macedonis modo laudata Latinus interpres *vilarin prasinum* reddidit per *vellus prasinum*, unde *velu* Francicum et *velours*, quasi dicas *vellus* et *vellerosus*, venit. At cum locum hunc latine verterem, eram in ea opinione, pannum sericum significari de urbe Indica *Belari* aut *Balori*, ut alii efferunt, dictum, sive quod sericum inde afferretur, sive quod ipse pannus ibi fieret. Nemo miretur, me tot vestium aut pannorum nomina ex Oriente petere. Cum pretiosissimæ quæque telæ nullo non tempore illinc petitæ et ad nos translatæ fuerint, facile potuerunt cum ipsis telis nomina earum quoque orientalia in linguas et oras nostras immigrasse. Paulo post habebimus vocem Μουλχουμάτ Arabicæ haud dubie originis. Supra habebamus Δινίσια de Tinis, Ægypti urbe, dicta. Occurrent deinceps λωρωτὰ Σαρακηνικά, unde patet, eum pannum a Sarecenis petitum fuisse. Mercaturam exercuisse Constantinum Porphyrogennetum in Arabiam felicem et Indiam, patet ex eo, quod infra p. 399, occurit formula inscriptionis litterarum, Εἰς τὸν ὑπερέχοντα κυριεύοντα τῆς Ἰνδίας, et, Εἰς τὸν κύριεύοντα τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. Patet id quoque ex continuatione Theophanis Constant. p. 284, cujus locum illustrationis egentem huc apponam. Narrat ibi Ægypti Amiram (fuit aliquis de gente Achschiddidarum) Constantino amicitiam per legatos et litteras obtulisse. Persidis quoque Amiram, Bujidarum aliquem designat, fœdus cum illo iniisse. simultatibus sublatis, καὶ ὁ αὐτοκράτωρ ὄψιδας πρὸς αὐτὸν ἐκπέμπει, οἵτινες πρὸς τὴν κατάξηρον γῆν ἐκείνην ἀφικόμενοι τοῦ ἀποστολου Θωμᾶ τὸν τάφον προσκυνήσαντες καὶ κατασπασάμενοι, καὶ τὰς βασιλικὰς κατασταλείσας λαμπάδας ὑπανάψαντες καὶ ἐμπορευσάμενοι λίθων τιμίων καὶ μαργαριτῶν ἐπανῆεσαν. Ultima vox, aut alia similis desideratur in editione Combefisii, qui lectionem τὴν κατάξηρον γῆν frustra sollicitat. *Aridam terram* Indiam esse sponte patet.

Cæterum jam aliquoties significavimus, munera nummaria et vestiaria proceribus aulæ Byzantinæ ab imperatoribus in majoribus diebus festis et hilariis, ut brumalibus, festo nativitatis Christi et Paschatis fuisse data, aut potius nomine munerum pensiones annuas, rogas dictas, ipsis fuisse partim in nummis, partim in telis pretiosis solutas et erogatas. Olim id calendis Januariis fiebat, quapropter Paulus Silentiarius illum mensem parte secunda v. 182, τὸν χρυσοχίτωνα appellat. Deinde translatus fuit ille mos in brumalia. Reges Occidentales quotannis festo nativitatis Christi suas liberationes inter officiales suos distribuebant, id est novas robas, (hodie *livrée* dicimus, voce inde retenta,) de quibus v. Du Cange v. *Liberatio*. Idem in v. *Muntum* e Grammatico quodam deterioris ævi hunc cum aliis versum citat:

Qui dedit in bruma mihi mantellum sine pluma.

Vult dicere qui mihi mantellum non plumatum in Brumalibus dedit, id est aut acu non pictum, aut plumis avium diversicoloribus non ornatum. Tales enim vestes tunc gerebant, ut alio loco exemplis demonstro. Manavit ille mos ad nos quoque. Nostrates enim patres et matres familias, quibus servi et ancillæ sunt, mercedem debitam illis circa festum nativitatis Christi diem solvunt, cum nummis vestimentorum quoque calceorumque nonnihil dantes: unde factum, ut circa illud tempus familiarium dominos mutent quotquot velint. Circa idem tempus quoque monachi olim munera a suis abbatibus accipiebant. Agnellus pontifex Neapolitanus, referente Joanne diacono in Chronico p. 305., *pro lavandis curis* [forte *stolis*] *bis in anno, nativitatis et resurrectionis Domini, ad anni circulum exsequendum saponem duri sancivit. Itaque*, pergit, *usque hodie, domino annuente, perficitur* [illud institutum scilicet] *atque mille siliquas in nativitate Domini milleque in ipsius resurrectione tribuitur.* Si nummariam summam hæ siliquæ conficiunt, ut Muratorius credidisse videtur, emergeret summa nimis grandis quam pro monachis. Ipso enim teste erat siliqua pars vigesima quarta solidi aurei. Videntur itaque tot siliquæ (ponderis species) saponis inter monachos distributæ fuisse. Quidam de piis suis legatis ita disponebant, ut census annui festo nativitatis Christi inter pauperes distribuerentur; v. Du Cange v. *Barbarinus*.

(55) Quid si τὸ λωρωτόν, fateor mihi certo non constare. Potest enim aut loris vel striis, virgis signatum, aut loris, pretioso panni genere, e quo lori fiebant, de quibus supra diximus, prætextatum esse. Propendet tamen animus magis ad priorem interpretationem, ideo maxime, quod apud Saracenos vel Arabes vestes striatæ, quas *Burdas* appellant, maxime in usu essent, idque panni genus optime in Arabia Felice pararetur, unde a poëtis Arabicis in maximis divitiis et pretiosissima suppellectile numerantur, *Burdæ Jemeincæ*, seu in Arabia Felice, quam Arabes al Iemen appellant, paratæ. Mentionem earum facit Wansleb. in Itinerar. Ægyptiaco p. 205. Per Saracenos ergo, de quibus hæ interulæ nomen habuerunt, non Saraceni Hispani sunt intelligendi, quorum lanificia valde quidem ævo medio celebrabantur, et in Franciam atque Germaniam et Britanniam copiose evehebantur: *vid.* Murat. t. II *Antiq. ital.* p. 408: nam cum illis negotium non erat Constantinopolitanis: sed intelligendi sunt Saraceni Arabiæ, Syriæ, Ægypti et Cretæ item Bagdadici et Persici, utpote propiores et familiariores imperio CPtano. Patet hinc, quales fuerint *cortinæ Arabicæ quæ pendent super chorum*, memoratæ in Chronico Cassinensi III, 57. Scilicet erant burdæ Jeminicæ. Solebant medio ævo, et adhuc hodie solemus, pannos de gentibus, apud quas conflebant, appellare. Jam Evagrius VI, 21 ἀμφίθυρον Οὐννικὸν χρυσῷ κεκοσμημένον, *velum Hunnicum* memorat; *vid.* Du Cange v. *Hunniscus*. Chronicon Cassinense *pallia Sarmatica*. In scriptis aliis medii ævi frequentia sunt *vela de Spanisco, tunicæ et infulæ de Pignolato, blattin Byzantea, Tyrea, sericum Pigazium et Alexandrinum, vestes de Arazzo*, hodie *Rasch, de Duagio* vel *Duaco, de Damasto* vel Damascenæ, *de Rensa* vel Remenses, *Scarleta de Camo* vel Cadomensis, *Toaleas* [non *oleas*, ut vulgo editur] *Masoricas*, hoc est *Majoricas* appellat Anastasius apud Du Cangium v. *Olea*, quæ in insula Majorica essent factæ, nisi malis *Mansoricas* legere, de Mansoro quodam principe Arabico, aut de Mansoria quadam urbe orientali appellatas. Et talium posset magna caterva cogi. Sed redeo ad Saracenicas vestes, in quibus erant præter τὰς λωρωτὰς etiam aliæ cum intextis arborum foliis et ramis vitiumque pampinis; quarum exemplum cum musivarii quoque suis in operibus imitarentur, factum ex eo est, ut musiva foliata aut pampinata, ut ita dicam, *Arabica* appellarentur. *In Musivis majoribus* ait Ciampinus t. I *Monum. Vet.* p. 82, *solebant veteres non hominum aliorumve animalium imagines, sed foliatas tantum picturas illisque persimiles, quas Arabicas nominamus, repræsentare*. Invenio quoque mantilia Sa-

diuntur pauci quidam ennuchorum ad mensam ministrantium illud : « Multos annos,etc. » quibus tam assidentes ad mensam amici domini et convivæ quam reliqui astantes et ministrantes ad mensam omnes idem respondent ; et antequam imperator poculum in honorem sanctissimæ Deiparæ haurit, ad quod protectionem ejus invocat,accipiunt mensæ assidentes omnes e dominicis manibus miliaresiorum numerum. Finita largitione miliaresiorum, benedicunt astantes mensæ pariter atque assidentes imperatori.Hic deinde dicit: « In nomine atque per intercessionem sanctissimæ Deiparæ, » et bibunt deinceps omnes pro more,et accipit quisque e manibus præfecti mensæ tædam unam. Præfectus mensæ autem eas ab artoclino prius accipit. Cum his tædis,sua quisque, surgunt de mensa,et exeunt per portam eburneam, et abeunt unusquisque ad sua.Digressis illis,rursus alia proponitur mensa in eodem pransorio, adhuc secretior,quam prior erat. Ad eam assidet senior imperator et minor et Augusta cum liberis porphyrogenitis et familiarissimis suis proceribus atque ministris intimæ admissionis : quales sunt accubitor et protovestiarius et alii,quos imperator delegit. Hi omnes hilares se monstrant et exsultant,et celebrant imperatorem et Augustam laudibus. Altero proximo brumaliorum die collocatur in conspicuo et illustri triclinio Justinianeo tabula privata pro sedecim aut propemodum capitibus excipiendis.Ad illum superiorem assident domini cum magistris, proconsulibus, patriciis, officialibus, protospathariis, 349 prout codex cerimoniarum convivalium edicit. Dein fit secundum ritum in illo cerimoniali codice contentum saximum seu ludicrum tripudiatorium.Intrant nempe in saximum seu locum et spatium,in quo saltandum est,magistri, proconsules, patricii, officiales, protospatharii, et saltant, prout typus seu ritus secum fert.Qui ejusdem ordinis et dignitatis viri alii ad sacram mensam [invitati]

A ἐξερχόμενοι διὰ τῆς ἐλεφαντίνης (47), ἀπέρχεταν ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια. Καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἵστανται ἑτέρα τράπεζα ἐν τῷ αὐτῷ ἁριστητηρίῳ, μυστικωτέρα (48) τῆς πρώτης, καὶ καθέζεται ὁ μέγας βασιλεὺς καὶ ὁ μικρὸς καὶ ἡ Αὐγούστα μετὰ καὶ τῶν πορφυρογεννήτων καὶ τῶν ἰδίων καὶ μάλιστα οἰκειοτέρων ἀρχόντων καὶ οἰκείων ἀνθρώπων, ἤγουν τοῦ παρακοιμωμένου, τοῦ πρωτοβεστιαρίου καὶ ἄλλων, ὧν ὁ βασιλεὺς κελεύει, πάντων εὐφραινομένων καὶ ἀγαλλομένων καὶ εὐφρμούντων τὸν βασιλέα καὶ τὴν Αὐγούσταν. Τῇ δὲ ἐπαύριον τοῦ βρουμαλίου ἵσταται τράπεζα ἐν τῷ περιβλέπτῳ τρικλίνῳ τοῦ Ἰουστινιανοῦ διὰ ις' καὶ τὰ ἐγγὺς (49) ἀποκοπτόν, ἐν ᾗ καθέζονται οἱ δεσπόται μετὰ τῶν μαγίστρων ἀνθυπάτων, πατρικίων, ὀφφικιαλίων πρωτοσπαθαρίων καθὼς τὸ τακτικὸν κλητωρολόγιον διαγορεύει. Καὶ B γίνεται κατὰ τὸν περιεχόμενον τύπον εἰς τὸ ταττικὸν τὸ σάξιμον, καὶ εἰσέρχονται ἐν τῷ σαξίμῳ οἵ τε μάγιστροι, ἀνθύπατοι, πατρίκιοι, ὀφφικιάλιοι, πρωτοσπαθάριοι, καὶ σάσσουσιν (50), καθὼς ἔχει ὁ τύπος. Εἰ δὲ τινες ἐξ αὐτῶν καθέξονται ἐν τῷ κλητωρίῳ, ἀνιστάμενοι ἀποπληροῦσι τό σάξιμον, καὶ πάλιν κελεύσει ταῦ βασιλέως καθέζονται ἐν τῇ ἰδίᾳ τάξει ἕκαστος. Ἰσνέον, ὅτι τῷ σαξίμῳ οἱ προειρημένοι ἅπαντες ὁμοῦ εἰσέρχονται, ἐν δὲ τοῖς ποιήμασιν, ἤγουν τοῖς τοῦ βρουμαλίου βασιλικίοις ᾠδομένοις ἀντιφώνως, διέρχονται. Ηληρούντων γὰρ τῶν μαγίστρων μετὰ τῆς αὐτῶν τάξεως, ἄρχονται οἱ τοῦ κουβουκλείου. Εἶτα τῶν τοῦ καυβουκλείου πληρούντων μετὰ τῆς αὐτῶν τάξεφς, ἄρχονται οἱ ἀνθύπατοι πατρίκιοι τὰ ἴδια αὐτῶν τνῦ βρουμαλίου βασιλίκια καὶ C αὐτοὶ πληροῦσιν, ὡς προείρηται, μετὰ τῆς αὐτῶν τάξεως. Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ τάξει εἰσέρχονται οἱ τῶν ταγμάτων ἄρχοντες τῶν σχολῶν, τοῦ ἀριθμοῦ, τῶν νουμέρων ἐν μιᾷ τάξει· οἱ δὲ τῶν ἐξκουβίτων, οἱ ἱκανάτοι καὶ οἱ τοῦ βασιλικοῦ πλοίμου ἐν ἑτέρα τάξει. Οὗτοι δὲ πάντες ἐν τῷ σαξίμῳ λαμβάνουσιν παρὰ τοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης ἀποκόμβια, εὐφημοῦντες καὶ ἐπευχόμενοι

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(47) Religiose hic, ut alias, exhibui scriptionem et interpunctionem membranarum. Mallem tamen sic constitutum habere : ... ἀνίστανται τῆς τραπέζης καὶ ἐξερχόμενοι διὰ τῆς ἐλεφαντίνης, ἐξέρχεται, etc.

(48) Quia tantum imperialis familia illis epulis intererat, proceribus exclusis, nisi qui quotidie circa Augustum et Augustam essent, diu noctuque. Fuit ergo illud quidem convivium quale olim sic dictum D συγγενικὸν in aula regum Persarum, de quo Athenæus p. 48.

(49) Quod non observarem verum, qui hic loci obtinet, significatum vocis τράπεζα, contigit mihi, ut in hoc loco et similibus paulo inferioribus vehementer a vero aberrarem, et dubiis me implicarem inexplicabilibus. Τράπεζα hic loci non *mensam* materialem, cui assidetur convivandi causa et cui dapes imponuntur, sed *convivium* ipsum significat. Est ergo ἵσταται τράπεζα διὰ ις' καὶ τὰ ἐγγὺς idem dictum atque *celebratur convivium de sexdecim mensis aut propemodum*, et p. 349, ἵσταται μία τράπεζα διὰ τριῶν καὶ τὰ ἐγγύς. *celebratur convivium de tribus mensis*, id est de quo participant tot convivæ, quot impleant tres mensas. Singulis autem mensis assidebant capita duodena, et *alterum convivium*, διὰ ἓξ, *de sex mensis*. Vocem τράπεζα, *convivium*, δεῖπνον, non *mensam*, significare in hac formula, probat p. 428 dictio, ἡ δευτέρα θέσις τῆς τραπέζης, *secunda positio mensæ*, id est secundus ordo convivii. In τὰ ἐγγὺς subintelligitur κατά ; κοτὰ τὰ ἐγγὺς, ἐν τῷ ἐγγὺς, ὡς ἐγγυτάτω. Quod autem addit ἀποκοπτόν, videtur dicere velle, convivium hoc non solemniter,sed velut tacite et seorsim a pompa et tumultu celebrari. Ad hanc normam igitur erit versio nostra Latina reformanda, ad hunc fere modum : *Altero post Brumale die celebratur in conspicuo triclinio Justiniani privatim convivium sexdecim, aut propemodum mensarum*, Alias quæ solemnia et pompatica instituerentur convivia erant de novemdecim mensis.

(50) Hodieque adhuc post epulas geniales saltamus, et medio ævo Itali quoque idem faciebant. Anonymus Patavinus apud Murat. t. II Ant. Ital. p. 316, narrat,juvenes nobiles statutis festis diebus rogasse viros patriæ primarios,ut sibi permitterent uxores eorum conviviis excipere. Concesso, celebrata fuisse splendida convivia. *Et cum prandiderant vel cœnaverant, ibant choreizatum cum eisdem domicellis, aut hastiludia exercebant.*

τὸν βασιλέα καὶ τὴν τοῦ βρουμαλίου αὐτοῦ αἰσίαν ἡμέραν. Ἰστέον, ὅτι ἐπὶ Λέοντος τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου ἐτυπώθη οὕτως· Τῇ ἐπαύριον τοῦ βρουμαλίου ἵστατο μία τράπεζα ἐν τῷ ἀριστητηρίῳ οἰκειοτέρα διὰ τριῶν καὶ τὰ ἐγγὺς, ἐν ᾗ συνηστίων τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ οἱ συνήθως αὐτῷ συνεστιώμενοι, μάλιστα οἰκεῖοι καὶ συγγενεῖς τοῦ βασιλέως, μάγιστροι, πραιπόσιτοι, ἀνθύπατοι πατρίκιοι καὶ σίκειοι πρωτοσπαθάριοι καὶ ἄλλοι τινὲς γνωστοὶ τοῦ βασιλέως. Ἐν δὲ τῷ περιβλέπτῳ τρικλίνῳ τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἵστατο ἑτέρα τράπεζα διὰ ἓξ καὶ τὰ ἐγγὺς ἀποκοπτὸν, ἐν ᾗ ἐκαθέζετο ὁ μικρὸς βασιλεὺς καὶ οἱ λοιποὶ, μάγιστροι, ἀνθύπατοι, πατρίκιοι, ὀφφικιάλιοι καὶ πρωτοσπαθάριοι, καθὼς καὶ τὸ τακτικὸν κλητωρολόγιον διαγορεύει. Ἰστέον, ὅτι ἐπὶ Μιχαὴλ τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου τοῦ υἱοῦ Θεοφίλου, χειμῶνος γενομένου μεγάλου, βιαίων τε ἀνέμων ἐμπνευσάντων καὶ κολλῆς χιόνος κατενεχθείσης, ἄβατος ἡ τοῦ τρικόγχου (51) μυστικὴ φιάλη γέγονεν, καὶ οὐ κατῆλθον οἵ τε μάγιστροι, ἀνθύπατοι, πατρίκιοι τῆς συγκλήτου τε καὶ οἱ τοῦ κουβουκλείου πάντες τὰ εἰθῶτα τῷ βουμαλίῳ πανηγυρίσαι, ἀλλὰ πάντων ἐν τῷ τοῦ λαυσιακοῦ τρικλίνῳ εἰσελθόντων, ἐξῆλθεν ὁ πραιπόσιτος, καὶ προσεκαλέσατο τοὺς προῤῥηθέντας πάντας, καὶ ἵστησι πρὸ τῆς πύλης τοῦ λαυσιακοῦ τρικλίνου τῆς εἰσαγούσης ἐν τῷ τοῦ χρυσοτρικλίνου πόρτηκι, ἡγὸυν ἐν τῷ ὡρολογίῳ, καὶ ἐξῆλθεν ὁ πρωτοβεστιάριος, καὶ ἐπιδίδωκε τῷ πρώτῳ μαγίστρῳ τὸ κατὰ τύπον ἀποκόμβιον, καὶ εὐφημήσαντες τὰς ἐξ ἔθους τοῖς βασιλεῦσιν εὐφημίας (ἦσαν δὲ καὶ τὰ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ βρουμαλίου ἁρμόζοντα ποιήματα), καὶ ἐξῆλθον μὴ ἅψαντες κηροὺς. Ὁ δὲ δομέστικος τῶν σχολῶν καὶ ὁ δομέστικος τῶν ἐξκουβίτων καὶ ὁ δομέστικος τῶν ἱκανάτων ἅμα τῶν ταγματικῶν κατῆλθον ἐν τῇ θερμάστρᾳ. Ὁ γὰρ δρουγγάριος τῆς βίγλας ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ἦν φυλάττων τὴν ἑαυτοῦ τάξιν. ὁ δὲ σκελλάριος κατῆλθεν ἐν τῇ αὐτῇ θερμάστρᾳ, καὶ ἐπιδέδωκεν τῷ δομεστίκῳ τῶν σχολῶν τὸ ἀποκόμβιον, καὶ εὐφήμησαν δ τε δομέστικος καὶ πάντες οἱ τῶν ταγμάτων τὰς ἐξ ἔθους τοῖς βασιλεῦσιν εὐφημίας, ᾄδοντες καὶ τὰ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ βρουμαλίου ἁρμόζοντα ποιήματα. Εἶθ' οὕτω· ἀπίεσαν οἵ τε μάγιστροι, ἀνθύπατοι, πατρίκιοι καὶ συγκλητικοὶ ἅπαντες, καὶ οἱ τοῦ κουβουκλείου, ἕκαστος ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ οἰκίᾳ, οἱ δὲ τῶν ταγμάτων ἕκαστος ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ τάξει. Ἰστέον, ὅτι ἡ τῶν βρουμαλίων αὕτη τάξις ἠλλοιώθη καὶ εἰς τὸ μηκέτι εἶναι παρήχθη ἐπὶ τῆς βασιλείας Ῥωμανοῦ δεσπότου. Οὗτος γὰρ προσχήματι [24] εὐλαβείας, καὶ οὐχὶ δίκαιόν εἶναι κατὰ τὰ παλαιὰ ἤθη Αὐσόνων (52) Ῥωμαίοις βρου-

A assident, dum cæteri [non invitati] sic saltant, illi surgunt de mensa et satisfaciunt saximo, partem suam saltantes et dein redeunt ad mensam, et, permittente imperatore, rursus ad eam assident quisque in loco et ordine suo. Hi, quos diximus, magistratus intrant quidem simul omnes in saximum et ordiuntur simul omnes tripudium ; at ubi ad concinenda poemata, hoc est basilicia brumalii, perventum est, non æque canunt omnes simul, sed, secessu facto, per classes et antiphonias alternantes. E. c., quando magistri et qui ad eorum classem pertinent canendo suum pensum absolverunt, tunc incipiunt cubiculariiet qui ad eorum classem pertinent. His rursus desinentibus, incipiunt proconsules patricii et ad illam classem spectantes basilicia brumalii sibi propria canere. Post primam hanc classem procerum intrat in saximum secunda classis magistratuum tagmatum seu ordinum militarium, ut scholarum, arithmi et numerorum, simul et in uno corpore : in altero autem corpore intrant magistratus excubitorum hicanatorum et imperialis ploimi seu militiæ navalis. Hi omnes accipiunt in saximo apocombia per mensæ præfectum, laudibusque et votis dominum faustumque atque solemnem brumalii ab ipso celebrati diem prosequuntur. Sub Leone Christum. amante domino typus obtinebat hic : Altero brumaliorum die collocabatur in pransorio una mensa privata pro tribus fere missibus. Eo die ibi convivabantur maximo imperatori convivæ ordinarii. potissimum familiares intimiores et affinitate juncti magistri, præpositi, proconsules patricii et privati protospatharii, aliique quidam noti et amici imperatori. In illustri autem Justiniani triclinio collocabatur alia privata mensa pro sex aut propemodum missibus ; assidebat ibi imperator junior [Alexander] et reliqui magistri, proconsules, patricii, officiales et protospatharii, prout rituale conviviorum edicit, Sub Michaele, Christi amante domino, filio Theophili, contingebat aliquando tempore brumaliorum sæva tempestas. Spirabant vehementes venti et cadebat multa nix, ita ut inaccessa esset triconchii secreta phialia, eoque descendere ad ibi celebrandos ritus ejus festivitatis neque magistri, proconsules, patricii ordinis senatorii, neque illi de ordine cubiculariorum **350** possent. Conveniebant igitur omnes in lausiaci triclinio. Ad quos egrediebatur præpositus, advocatosque collocabat ante portam lausiaci triclinii, quæ in porticum chrysotrichinii aut in horologium fert. Eo facto, exibat ad ipsos protovestiarius et dabat primo magistro consuetum apo-

B

C

D

VARIÆ LECTIONES.

[24] πρὸς σχήματι cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(51) Triconchum et Sigma et Phala idem sunt. Sigma erat ædificium a tergo rotundum, ut Sigma novorum Græcorum, aut C. Latinorum, instar mediæ lunæ. Sed ab antica distinctum erat hoc ædificium in tres conchas seu porticus in summo apsidatas, e quibus prospectus patebat ad oppositam Phialam seu lacum marmoreum, circa quem factiones et qui alii saltarent, orbes suarum pyrrhichiarum evolvebant ; *vid.* Leon. Gramm. p. 455.

(52) Plerumque novi Græci ante sæculum xi Italos hoc nomine designant, ab antiquis Ausonibus. Latii incolis, Romanorum nomen sibi proprium servantes. Agathias p. 43, 18 ; Constantin. Porphy-

combium. Laudes itaque atque benedictiones in Michaelem congerebant, quales mos est congeri in imperatores, et canebant poematia illi brumalliorum diei congrua, et abibant tandem, sed absque cereis ob tempestatem. Scholarum domesticus autem et domesticus excubitorum et domesticus hicanatorum una cum magistratibus quatuor tagmatum [id est ordinum procerum militarium] descendebant vel conveniebant inferius in thermastra vel vaporario. Drungarius vigiliæ autem servabat suam stationem in circo. Sacellarius ergo descendebat in vaporarium; at tradebat domestico scholarum [seu vertici militarium] apocombium; quo facto, dominum celebrabant omnes prædicti laudibus et benedictionibus erga imperatores consuetis, et canebant poemata diei brumalium congruo. Et sic deinceps abibant magistri, proconsules, patricii et senatorii omnes, item cubicularii quisque ad ædes suas: cohortales autem suas ad stationes abibant. Hec circa brumalia constitutio mutabatur aut potius prorsus tolle-

A μαλίζειν νομίσας, ταῦτα σχολάζειν ἐκέλευσεν, οὐ κατὰ νοῦν λαβὼν τοὺς μεγάλους ἐκείνους καὶ ἀοιδίμους βασιλεῖς οἷον οὐ τὸν μέγαν ἐκεῖνον καὶ ἀοίδιμον Κωνσταντῖνον, οὐ Θεοδόσιον, οὐ Μαρκιανὸν, οὐ Λέοντα τὸν Λεομακέλλην, οὐκ Ἰουστινιανόν, οὔτε τοὺς ἄλλους φιλοχρίστους, οὓς καὶ ἡμιθέους εἴποιμι ἄν, ἀλλ' ὅπερ ἔδοξεν αὐτῷ, νόμος καὶ κανὼν καὶ εὐθύτης καὶ εὐλάβεια νενόμιστο. Ἐπὶ δὲ Κωνσταντίνου τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου τὴν παλιμβίωσιν ἡ τῶν βρουμαλίων εὕρατο τάξις. Διὸ ἐν μὲν τῷ τοῦ μεγάλου βασιλέως βρουμαλίῳ ἐδίδοτο τὸ παλαιὸν ἀποκόμβιον λίτραι κ', ἐν δὲ τῷ τοῦ μικροῦ βασιλέως λίτραι ι', ἐν δὲ τῷ τῆς Αὐγούστης λιτ. η'. Οὗτος δὲ Κωνσταντῖνος ὁ φιλόχριστος βασιλεὺς ἐτύπωσεν δίδοσθαι ἀντὶ πάντων τούτων τῶν βρουμαλίων ἐν τῷ τοῦ μεγάλου

B βασιλέως βρουμαλίῳ ἀποκόμβιον χάραγμα λίτρας ν', Ἐπὶ δὲ τῆς τραπέζης διὰ τῆς οἰκείας χειρὸς τοῖς συνεστιωμένοις αὐτῷ φίλοις οὕτως, ἤγουν ἀνὰ διπλατὰ (53) μιλαρήσια· τοῖς μὲν μαγίστροις ἀνὰ μιλ, ρξ' καὶ ἀνὰ χασδίου βηλαριου (54) ἑνός· τοῖς

VARIÆ LECTIONES.

[28] Αὐστόνων cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

rog. *De themat.* n. 29; Ignatius in Vita S. Nicephori apud Du Cange ad Cinnam. p. 492. Ipsi quoque Latini sequiores *Ausonium* pro Italia ponunt. Chronicon Cassinens. IV, 97: *Ingens interea pavor et ebitudo mentis corripit Ausonium, et quid dicerent vel facerent, unus ab alio inquirebat.* Ne exempla poetarum et prosaicorum vetustiorum commemorem, quæ in libris natant. Attamen Basilius patricius, cujus *Naumachica* Fabricius Biblioth. Gr. t. VIII, p. 136 sqq. eddidit, *Ausones* pro C Græcis dixit, forte putans Thraces suos, ut Romanorum nomen sibi arrogaverant, ita Ausonum quoque nomen mereri. Αὐσονίων σοφίης διδιδαγμένος ἔξοχα ἔργα, ait initio dedicationis, *tu, cum excellentia Græcæ sapientiæ opera doctus noris.* Et ne quis dubitet, Græcos, non Latinos, designari, appellat eum, cui librum suum inscribit, v. 5:

Αὐσονίων στρατιῆς πανυπέρτατον ἀρχόν.
Exercitus Græci summum imperatorem.

Dedicavit autem librum suum Basilio imperatori, si credimus versui penultimo, qualem Muratorius dissertat. XXVI, *Antiq. Italic.* p. 540. exhibuit:

Ἔνθεν δή, Βασίλειε, πέδον Κρήτης ἀλαπάξεις,
Καὶ γενεὴν ὀλέσεις Καρχηδονίων μεγαθύμων.

Carthaginenses appellat Saracenos Afros, eo quod e Creta Græcos incursionibus affligebant. Quis autem D Basilius ille sit, Macedone an Bulgaroctonus, non liquet. Illum quidem, Macedonem, adversus Saracenos in Longobardia bella gessisse, sociatis cum Ludovico Balbo viribus, constat; vid. Annal. Symeon. Logothetæ p. 458. De basilio Bulgaroctono non constat, ei rem cum Saracenis Cretensibus fuisse. Non tamen obstat temporum ratio, quemcunque tandem Basilium putes hac dedicatione compellari, quominus auctor ejus paracœmomenus Constantini Porphyrogenneti fuerit, ut fuisse a Naudæo perhibetur. Nam si Basilio Macedoni juvenis *Naumachica* sua inscripserit Basilius hic patricius, potuit senior factus Constantino, Leonis filio, accubitor fuisse. Quod si autem Basilio Bulgarectono librum suum dedicaverit, potuit apud fratrem ejus Constantinum accubitoris officio functus fuisse. Videtur tamen, si posterius statuatur, Constantino juniori potius, quam fratri ejus opus suum inscriptum fuisse. Quapropter lectionem Fabricii ἔνθεν δὴ βασιλεὺς πεδίον, quam aliquando damnabam, præferre Muratorianæ nunc non dubito et Basilii titulo Constantinum Porpbyr. imp., Leonis filium, appellari. Quod confirmare videtur illa in præfatione Basilii patricii ad fortissimum ducem allocutio, quem quamvis uberrimis et summis quibusque laudibus efferat, tamen non nominavit. Ego vero Nicephorum Phocam fuisse nullus dubito. Sed hac de re viderint alii. Ausones pro Græcis etiam dixit Nicetas in fine l. IV rerum Manuelis Comneni et in Anthologia Græca H. Steph. p. 360. Anonymus describens τὴν βασιλικὴν τῶν παιδευτηρίων ἐν Βυζαντίῳ, ait, ibi effundi πηγὴν ἄφθονον Αὐσονίων νομίμων. Scilicet novi Græci ut *Romani*, sic etiam *Ausones* affectabant appellari.

(35) Ita membranæ. Mallem aut διπλωτά, aut potius διπλάτα, *duplata*, retracto accentu.

(54) Vocabulum χασδίον notat novis Græcis *sametum villosum*, nobis *Sammet*, vel etiam *Plüsch*, deterius examiti genus; *vid.* Goar. ad Codin. p. 60, n. 30; Du Cange Gloss. Gr. h. v. Occurrit sæpius in Arsenii, episcopi Elassonis, Itiner. in Moscoviam, quod nuper prodiit in Catalogo manuscriptorum codd. Bibl. Regiæ Taurinensis. Videtur Arabicæ aut Persicæ originis esse. Sane *Chazz* et *Cazz*, est sericum nondum laboratum, præsertim grossius, eaque vox neque Latinis medii ævi ignota; Du Cange v. *Alchazz*, ubi e charta vetere Hispanica citat locum, in quo nominantur ignorabiles multæ species pannorum, in quibus paucas agnosco, et has duas pene solas, *Barragan* et *planetas urtiones*. Prius est vox Arabica, significans pannum variorum colorum, ἀλλάσσοντα, qui pro vario situ varios luminis radios oculis ingerit, momento mutabiles. *Planetæ* autem *urtiones* sunt *rosei coloris*, ab *urd* vel *ord* et *orod*, *rosa*. Hinc intelligas, quid sint *casulæ episcopales de orodonas* apud Du Cangium v. *Orodona*. Sunt nempe *rosei coloris*. Marayce videtur Arabicum *Marayseh*, *plumatus*, esse, id est auro et opere Phrygio pictus. *Orale* idem est atque ἐπεύχιον, tapes. Sed redeo ad chagdium, cujus mentio quoque fit in epistola Basilii Maced. ad Hadrian. II PP. fine octavæ synodi: *Transmisimus Sanctitati vestræ vestimenta diaspra tria, esophorium dicitrinum cancellatum unum, chagdium orobeum unum, cassidin dirodinum.* Forte *orobeum* est habens colorem oroborum aut cicerum.

ἀνθυπάτοις καὶ πατρικίοις ἀνὰ μιλ. ρμ', καὶ ἀνὰ ἑσωφορίου λωρωτοῦ Σαρακηνικοῦ (55), εἴτε καὶ ὁλοβήρου ἑνός· τοῖς πρωτοσπαθαρίοις ἀνὰ μιλ. ρκ' καὶ

batur sub imperatore Romano; qui per speciem pietatis erga Deum et iniquum reputans, si Romani secundum ritum veterum Ausonum [seu Italorum]

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

De voce βηλαρίου dubito, sitne nomen proprium, an appellativum, idemque cum *villoso* et a *villo*, non a *velo* derivanda. Sane χασδίον villosum est sericum seu exametum, et in epistola Basilii Macedonis modo laudata Latinus interpres *vilarin prasinum* reddidit per *vellus prasinum*, unde *velu* Francicum et *velours*, quasi dicas *vellus* et *vellerosus*, venit. At cum locum hunc latine verterem, eram in ea opinione, pannum sericum significari de urbe Indica *Belari* aut *Balori*, ut alii efferunt, dictum, sive quod sericum inde afferretur, sive quod ipse pannus ibi fieret. Nemo miretur, me tot vestium aut pannorum nomina ex Oriente petere. Cum pretiosissimæ quæque telæ nullo non tempore illinc petitæ et ad nos translatæ fuerint, facile potuerunt cum ipsis telis nomina earum quoque orientalia in linguas et oras B nostras immigrasse. Paulo post habebimus vocem Μουλχουμάτ Arabicæ haud dubie originis. Supra habebamus Δινίσια de Tinis, Ægypti urbe, dicta. Occurrent deinceps λωρωτὰ Σαρακηνικά, unde patet, eum pannum a Sarecenis petitum fuisse. Mercaturam exercuisse Constantinum Porphyrogennetum in Arabiam felicem et Indiam, patet ex eo, quod infra p. 399, occurit formula inscriptionis litterarum, Εἰς τὸν ὑπερέχοντα κυριεύοντα τῆς Ἰνδίας, et, Εἰς τὸν κύριεύοντα τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. Patet id quoque ex continuatione Theophanis Constant. p. 284, cujus locum illustrationis egentem huc apponam. Narrat ibi Ægypti Amiram (fuit aliquis de gente Achechiddidarum) Constantino amicitiam per legatos et litteras obtulisse. Persidis quoque Amiram, Bujidarum aliquem designat, fœdus cum illo iniisse. simultatibus sublatis, καὶ ὁ αὐτοκράτωρ ὄψιδας πρὸς αὐτὸν ἐκπέμπει, οἵτινες πρὸς τὴν κατάξηρον γῆν ἐκείνην ἀφικόμενοι τοῦ ἀποστολου Θωμᾶ τὸν τάφον C προσκυνήσαντες καὶ κατασπασάμενοι, καὶ τὰς βασιλικὰς κατασταλείσας λαμπάδας ὑπανάψαντες καὶ ἐμπορευσάμενοι λίθων τιμίων καὶ μαργαριτῶν ἐπανῆλθον. Ultima vox, aut alia similis desideratur in editione Combefisii, qui lectionem τὴν κατάξηρον γῆν frustra sollicitat. *Aridam terram* Indiam esse sponte patet.

Cæterum jam aliquoties significavimus, munera nummaria et vestiaria proceribus aulæ Byzantinæ ab imperatoribus in majoribus diebus festis et hilariis, ut brumalibus, festo nativitatis Christi et Paschatis fuisse data, aut potius nomine munerum pensiones annuas, rogas dictas, ipsis fuisse partim in nummis, partim in telis pretiosis solutas et erogatas. Olim id calendis Januariis fiebat, quapropter Paulus Silentiarius illum mensem parte secunda v. 182, τὸν χρυσοχίτωνα appellat. Deinde translatus fuit ille mos in brumalia. Reges Occidentales quotannis festo nativitatis Christi suas liberationes inter D officiales suos distribuebant, id est novas robas, (hodie *livrée* dicimus, voce inde retenta,) de quibus v. Du Cange v. *Liberatio*. Idem in v. *Mantum* e Grammatico quodam deterioris ævi hunc cum aliis versum citat:

Qui dedit in bruma mihi mantellum sine pluma.

Vult dicere qui mihi mantellum non plumatum in Brumalibus dedit, id est aut acu non pictum, aut plumis avium diversicoloribus non ornatum. Tales enim vestes tunc gerebant, ut alio loco exemplis demonstro. Manavit ille mos ad nos quoque. Nostrates enim patres et matres familiæ, quibus servi et ancillæ sunt, mercedem debitam illis circa festum nativitatis Christi diem solvunt, cum nummis vestimentorum quoque calceorumque nonnihil dantes: unde factum, ut circa illud tempus familiarium dominos mutent quotquot velint. Circa idem tempus quoque monachi olim munera a suis abbatibus accipiebant. Agnellus pontifex Neapolitanus, referente Joanne diacono in Chronico p. 305., *pro lavandis curis* [forte *stolis*] *bis in anno, nativitatis et resurrectionis Domini, ad anni circulum exsequendum saponem dari sancivit. Itaque*, pergit, *usque hodie, domino annuente, perficitur* [illud institutum scilicet] *atque mille siliquas in nativitate Domini milleque in ipsius resurrectione tribuitur.* Si nummariam summam hæ siliquæ conficiunt, ut Muratorius credidisse videtur, emergeret summa nimis grandis quam pro monachis. Ipso enim teste erat siliqua pars vigesima quarta solidi aurei. Videntur itaque tot siliquæ (ponderis species) saponis inter monachos distributæ fuisse. Quidam de piis suis legatis ita B disponebant, ut census annui festo nativitatis Christi inter pauperes distribuerentur; v. Du Cange v. *Barbarinus*.

(55) Quid si τὸ λωρωτόν, fateor mihi certo non constare. Potest enim aut loris vel striis, virgis signatum, aut loris, pretioso panni genere, e quo lori fiebant, de quibus supra diximus, prætextatum esse. Propendet tamen animus magis ad priorem interpretationem, ideo maxime, quod apud Saracenos vel Arabes vestes striatæ, quas *Burdas* appellant, maxime in usu essent, idque panni genus optime in Arabia Felice pararetur, unde a poëtis Arabicis in maximis divitiis et pretiosissima suppellectile numerantur, *Burdæ Jemeincæ*, seu in Arabia Felice, quam Arabes al Iemen appellant, paratæ. Mentionem earum facit Wansleb. in Itinerar. Ægyptiaco p. 205. Per Saracenos ergo, de quibus hæ interulæ nomen habuerunt, non Saraceni Hispani sunt intelligendi, quorum lanificia valde quidem ævo medio celebrabantur, et in Francia atque Germaniam et C Britanniam copiose evehebantur: *vid.* Murat. t. II *Antiq. ital.* p. 408: nam cum illis negotium non erat Constantinopolitanis: sed intelligendi sunt Saraceni Arabiæ, Syriæ, Ægypti et Cretæ item Bagdadici et Persici, utpote propiores et familiariores imperio CPtano. Patet hinc, quales fuerint *cortinæ Arabicæ quæ pendent super chorum*, memoratæ in Chronico Cassinensi III, 57. Scilicet erant burdæ Jeminicæ. Solebant medio ævo, et adhuc hodie solemus, pannos de gentibus, apud quas conflebant, appellare. Jam Evagrius VI, 21 ἀμφίθυρον Οὐννικὸν χρυσῷ κεκοσμημένον, *velum Hunnicum* memorat; *vid.* Du Cange v. *Hunniscus*. Chronicon Cassinense *pallia Sarmatica*. In scriptis aliis medii ævi frequentia sunt *vela de Spanisco, tunicæ et infulæ de Pignolato, blattin Byzantea, Tyrea, sericum Pigazium et Alexandrinum, vestes de Arazzo*, hodie *Rasch, de Duagio* vel *Duaco, de Damasto* vel Damascenæ, *de Rensa* vel Remenses, *Scarleta de Camo* vel Cadomensis, *Toaleas* [non *oleas*, ut vulgo editur] *Masoricas*, hoc est *Majoricas* appellat Anastasius apud Du Cangium v. *Olea*, quæ in insula Majorica essent factæ, nisi malis *Mansoricas* legere, de Mansoro quodam principe Arabico, aut de Mansoria quadam urbe orientali appellatas. Et talium posset magna caterva cogi. Sed redeo ad Saracenicas vestes, in quibus erant præter τὰς λωρωτὰς etiam aliæ cum intextis arborum foliis et ramis vitiumque pampinis; quarum exemplum cum musivarii quoque suis in operibus imitarentur, factum ex eo est, ut musiva foliata aut pampinata, ut ita dicam, *Arabica* appellarentur. *In Musivis majoribus* sit Ciampinus t. I *Monum. Vet.* p. 82, *solebant veteres non hominum aliorumve animalium imagines, sed foliatas tantum picturas illisque persimiles, quas Arabicas nominamus, repræsentare.* Invenio quoque mantilia Sa-

brumalizent, hilaritate hac interdixit omnibus; non recogitans magnos illos et celebres imperatores; non magnum illum et celeberrimum Constantinum, ut exemplum allegem, non Theodosium, non Marcianum, non Leonem, cognomine Leomacellium aut Macellarium dictum, non Justinianum, non reliquos Christi amantes principes, quos parum abest quin divos aut semones appellem; sed id solum, quod ipsi videbatur, pro lege et regula et recto atque pietate habens. At sub Contantino philochristo despota recuperavit solemnitas brumaliorum suam denuo vitam, ea tantum, quam dicam, cum differentia. Dabatur antiquis temporibus in brumalio magni domini apocombium viginti; in brumalio minoridomini dabatur apocombium decem; et tandem in brumalio Augustæ apocombium octo litrarum. Hic autem, quem dixi, Constantinus Christi amans imperator constituit, ut loco particularium istarum largitionum nomine omnium simul et semel in aureis signatis nummis daretur in brumalio majoris imperatoris apocombium **351** quinquaginta litrarum. Super mensa vero aut inter convivandum largiebatur imperator propriis suis manibus convivis miliaresia, intellige ubique dupla, in hunc modum: magistris miliaresia centum et sexaginta et singulis singula chasdia [seu pannos e serico villoso] belarienses. Proconsulum et patriciorum singulis largiebatur centena quadragena miliaresia et singula esophoria vel interulas loro seu loris et striis insignita, Saracenica; aut et holovera vel integre purpurea. Protospathariis donabat centena vicena miliaresia et singula molchamia aut abdia. Ea vero, quæ magister expensarum dabat, erant hæc: Maglabitis dabantur in universum tercentum miliaresia; magnæ hetæriæ quingenta; mediæ hetæriæ ducenta, et tantumdem quoque Farganis.

A ἀνὰ μολχαμίου (56) βηλαρίου α', εἴτε καὶ ἀδδίου· τοῖς σπαθαροκανδιδάτοις ἀνὰ μιλ. π' καὶ ἀνὰ μολχαμίου· εἴτε καὶ ἀδδίου ἑνός. Τὰ διδόμενα παρὰ τοῦ κρατοῦντος τὴν ἔξοδον, τοῖς μαγλαβίταις μιλ τ', τῇ μεγάλῃ ἑταιρείᾳ μιλ. φ', τῇ μέσῃ ἑταιρείᾳ μιλ. σ', τοῖς Φαργάνοις μιλιαρήσια σ'.

CAPUT XIX.

Peragenda quando triumphus ab hostibus devictis in foro cum processionali supplicatione agitur.

Procedunt mane in mutatoriis omnes ordinis senatorii viri, quibuscum imperator in scaramangio

B

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Ὅσα δεῖ γίνεσθαι θριάμβου ἐπινικίων (57) τελουμένου ἐν τῷ φόρῳ μετὰ λιτῆς

Ἑωθεν προέρχονται μετὰ ἀλλαξίμων ἅπαντες οἱ τῆς συγκλήτου, οἷς συνεξέρχεται ὁ βασιλεὺς ἀπὸ τοῦ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

racenica apud DC. v. *Mantum* et *Aumosnières* ou *bourses Sarazinoises* apud eumdem v. *Eleemosyna*. De voce *Almonaria*, quæ *bursam*, *fundam*, *pungam*, *marsupium* notat, dubito adhuc, sitne, ut vulgo putant, corruptum ex *eleemosynaria*, an potius repetendum ab Arabico *almunah*, *victus*, *commeatus*, provisio, ut sit veluti *provisionarium*.

(56) Est panni genus Saracenici. Nomen certe Saracenicum seu Arabicum est. *Molcham* est trama seu subtegmine textum, alio nempe et pretiosiore, quam stamen vel tela est. Occurrit vox Mulchumat (vel potius *Mulchamat*) in Epistola Basilii Macedonis ad Hadrianum II Pontific. apud Du Cangium v. *Usis*, quem C memorabilem et multis obscurum procul dubio futurum locum juvat hic illustrare. *Transmisimus Sanctitati vestræ*, ait Basilius, *vellus prasinum, vilarnipinnium pro casula faciendu unum usin rubeum aerem habentem unum, usin album unum, mulchumat unum, planetilia castanea duo.* In hoc loco primum delenda sunt *vilarnipinnium*. Præcedens enim, *vellus prasinum* id partim explicat, partim emendat. Explicat quidem *vellus* vocem *villarin*. Sic enim, non *vilarni*, dederat librarius. Est autem *vilarin*, βηλάριν, pannus villosus sericus, exametum. *Prasinum* autem est proba scriptio corrupti *pinnium*. Porro *usin* est idem quod plumatum, opere Phrygionico pictum. Vocabulum est Arabicum, quod promiscue *Uschi* et *Weschi* effertur, et in genere quidem ornatum, paraturam omnem, in specie autem vestis picturam filis aureis sericisve vel insutis vel intextis, id est opere plumario factam significat; v. Du Cange v. *Alguexis* et *Albexis*. Ita nempe exarant Hispani more suo hanc vocem, pronuntiando D autem non differunt a nostro *Weschi*. Affert ibi Du Cange ex Yebex in Chronic. Ord. S. Benedicti locum hunc: *Mantos duos aurifusos* [l. *aurifrisos*] *alia alguexi auro texto et alia alguexi auro texta.* Idem v. Οὐσίον inter alia ex Achmedis *Onirocritico* affert hunc locum: Ἐὰν ἴδῃ ὅτι ἐφόρεσε οὐσίον, [vestem plumatum vel aurifrisiam] εὑρήσει πλοῦτον πολὺν σύλλεκτον διὰ τὸ τοῦ χιτῶνος πολυσύναχτον ἐκ βελόνης ἔργον. *Aër* denique in loco Basilii est segmentum, σκιάδιον, collare, vesti circa collum assutum, *ein Krugen*.

(57) Vox θρίαμβος hic significat προαγωγὴν μετὰ πομπῆς καὶ φαντασίας, in hominum frequente comitatu productionem et ostentationem. Hinc θρίαμβος τῶν ἐπινικίων est productio et ostentatio argumentorum victoriæ ab hostibus partæ, qualia sunt hostes ipsi et eorum vestes, arma, jumenta, tentoria cæteraque spolia. Theophanes p. 385: Ἐθριάμευσε τὰ ἐπινίκια ἐπὶ ἱπποδρομίας, *insignia victoriæ in ludo Circensi, coram populo in Circo congregato, produxit et monstravit.* Noster p. 193 habet τα ἄκτα ἐπινικίων θριαβευμένων, *acta* seu *laudes tum dictas, cum pompatice traducerentur partæ signa victoriæ*, et in illis ipsis Actis hanc formulam: δόξα τῷ Θεῷ τῷ θριαμβεύσαντι τοὺς τῆς Ἀγαρ. Georg. Monach. in Script. post Theophan. p. 535, θριαμεύειν τι μετὰ ἐπινικίων, *cum triumphali apparatu circumferre aliquid* dixit. Nam et aliæ pompaticæ processiones, etiamsi ob victoriam non institutæ neque argumenta ejus ostentantes, θρίαμβοι et *triumphi* apud sequiores Latinos dicebantur, et triumphi seu processiones pompaticæ victoriales addita voce ἐπινίκιος a triumphis alius generis sollicite distinguebantur, ut apud Zonar. t. II, p. 197 est ἐπινίκιος θρίαμβος. Vocem θρίαμβος pro πρoελεύσει vel *processione* usurpavit Joan. Cinnamus V, 6, p. 120: Ὁ βασιλεὺς τῷ τῶν εὐτυχημάτων ὄγκῳ φιλοτιμούμενος θριάμβου ἐξ αὐτῆ ἀκροπόλεως ἐπὶ τὸν περιλάλητον τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας νεὼν ἐποιήσατο μὲν ἐμπαρασκευήν, ἐφ' ᾧ σὺν ἐκείνῳ [Kiligj Arslano, principe Selgjukida] πομπεῦσαι, οὐ μὴν εἰς τέλος ἤγαγε τὸ βουληθέν. Patriarcha enim obstabat, negans licere δι' ἐπίπλων θείων διελθεῖν ἄνδρας ἀσεβεῖς. Hodie conversis vicibus eadem de causa suis a moscheis arcent Turcæ Christianos, qua hi olim illos

παλατίου μετὰ σκαραμαγγίου καὶ τοῦ χρυσοπερικλείστου σαγίου μετὰ τῆς συνήθους αὐτῷ προελεύσεως, δηριγευόμενος ὑπὸ τοῦ κουβουκλείου, καὶ εἰσέρχεται ἐν τῇ τῆς Δάφνης κοιτῶνι, κἀκεῖτε ἀπαλλάσσει τὸ σκαραμάγγιον, καὶ ἀλλάσσει διβητήσιον, καὶ περιβάλλεται τὴν χλαμύδα, καὶ δέχονται οἵ τε μάγιστροι καὶ πατρίκιοι ἐν τῷ ὀνοποδίῳ κακεῖσε προσκυνοῦσιν, καὶ διὰ νεύματος τοῦ πραιποσίτου λέγει ὁ τῆς καταστάσεως τὸ, « Κελεύσατε. » Καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε κατέρχονται εἰς τὸ μέγα κονσιστώριον, καὶ δέχονται πάλιν οἱ προρρηθέντες ἅπαντες μετὰ καὶ τῶν σεκρητικῶν, ἤτοι χαρτουλαρίων καὶ νοταρίων καὶ ἀσηκρτῶν, καὶ πάλιν προσκυνοῦσι τοὺς δεσπότας, καὶ διὰ νεύματος τοῦ πραιποσίτου λέγει ὁ σιλεντιάριος τὸ, « Κελεύσατε. » Ἐν δὲ τῷ μέσῳ τοῦ κονσιστωρίου ἵσταται ὁ τοῦ Βασιλέως πρωτοστράτωρ, βαστάζων τὸ βασιλικὸν δόρυ σὺν τῷ φλαμούλλῳ ἄνωθεν τὸν τίμιονκαὶ ζωοποιὸν καὶ νικοποιὸν σταυρὸν ἔχοντι, καὶ προπορεύεται πλησίον τοῦ βασιλέως. Εἶτα διέρχεται ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ὁ βασιλεὺς τὰ διαβατικὰ, ἤγου τὰ ἐξσκούβιτα, τὰς σχολὰς, τὴν χαλκῆν, καὶ ἀπὸ τοῦ ἔξω καγκέλλου τῆς χαλκῆς ἐκνεύει δεξιὰ ὁ βασιλεὺς σὺν τῇ προελεύσει καὶ ἀπέρχεται εἰς τὸ Ἅγιον Φρέαρ. Κἀκεῖσε κατὰ τὸ εἰωθὸς ἅπτει κηρούς,

A et sago aureis tæniis prætextato cum consueta sua processione vel obsequio exit, obsequentibus cubiculariis ; et intrat in cœtonem Daphnes. Ibi deponit scaramangium et induit dibetesium et super id chlamydem ; magistri et patricii ipsum in onopodio excipiunt et salutant adorantes. Quo facto, admonitus præpositi nutu cerimoniarius ait : « Keleusate » [seu : « juvet, » nempe movere]. Illinc descendit imperator in magnum consistorium ubi eum rursus excipiunt prædicti omnes et simul cum ipsis secretici, nempe chartularii, notarii, asecretæ. Dominus tunc rursus, ut ante, profunda inclinatione adoratur ; quo facto, admonitus præpositi nutu silentiarius pronunciat : « Keleusate. » Continuatur tunc processio, protostratore imperatoris, qui medio in consistorio B stat, tenens imperialem hastam et flammulum cum superimposita huic venerabili et vivifica et victoriam consiliante cruce, proxime ante imperatorem præambulante. Transit itaque porro imperator porticus [ad Sanctam Sophiam ducentes], ut excubita, scholas, chalcen. Ab exteriore cancello chalces convertit se imperator ad dextram et pergit cum comitante processione usque ad Sanctum Puteum [Sanctæ Sophiæ]. Ibi **352** accendit pro more cereos

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

arcebant. Latini quoque seriores, ut modo dicebam, *triumphum* pro quavis pompatica processione cum laudibus seu faustis acclamationibus conjuncta usurpabant. *[Benno in Vita Hildebrandi papæ : *Henricus imperator solo contentus triumpho fuit, quem Romæ habuit. Triumphus est applausus ille inaugurato acclamatus : Henrico Augusto a Deo coronato, magno et pacifico imp. Rom. vita et victoria* : apud Goldast. ad Eginhard. p. 170.].* Luculenter describit Noster auctor triumphales cæremonias ut nullus alius. Meretur ergo elegans hic locus illustrationem et confirmationem ab aliis exemplis. Observamus hic duplicem C triumphum, unum in forum, alterum in Circum. Illius cæremonias hoc capite, hujus capite sequenti exponit. Procedebant autem vel ἐξ ἐφόδου, statim atque ab expeditione venirent, neque dum adhuc ingressi essent in palatium, vel etiam e palatio, si qui nempe non per se, sed per legatos suos victoriam nacti fuissent, primum ad Sanctam Sophiam, et ex hac post peracta ibi sacra dataque ecclesiæ munera, aut in Circum, aut in forum ad statuam Constantini Magni, ubi calcabant cervices principum devictorum sub hymnis et actis. Dein dabantur ludi circenses, et urbs tota sertis coronabatur et facibus illuminabatur. De singulis horum aliquid amplius disserere juvat, postquam prius de significatu vario vocis ἐπινίκια dixero. Significat ergo partæ victoriæ insignia et documenta publice monstrata et circumlata. Ita apud Theophan. p. 195 : Τὰ ἐπινίκια sunt *vestes Totilæ cæsi cruentæ*. P. 201 sunt ἐπινίκια aut *litteræ victoriam nuntiantes* aut *insignia victoriæ cum litteris et nuntiis additis*. P. 225 : Ἐπινίκια sunt *epulæ triumphales, quæ ob victoriam exhibentur*. Nisi forte phrasis ἐπινίκια ἐστιᾶν est ἐπὶ νίκῃ ἐστιᾶν quod eodem redit. Porro si triumphans e Campo veniret, imponebat ipsi ὁ ἐναπομένων sub aurea porta coronam auream, ut vidimus in Tactico sub finem, ubi triumphos Basilii Macedonis et Theophili descripsit, quæ particula præcipue huc conferri meretur ; si autem e palatio procederet triumphans imperator in Sanctam Sophiam, patriarcha ipsi ibi coronam auream imponebat ; *vid.* Script. p. Theophan. p. 168. Ducti in Circo triumphi exemplum habet Contin. Constant. Script. p. Theophan. p. 282, ubi Καΐτ est vox Arabica *ducem, capitaneum* notans. Post triumphum edebantur populo ludi circenses ; vid. Script. Hist. Aug. titul. II . p. 497. Themist. p. 582. *[Georg. Monach. p. 519. Sym. Logoth. p. 452]. Ludum circulem post insignem Romanorum victoriam de Radagaiso, Gothorum rege, in Etruria reportatam celebrarunt Florentini anno 405 ; *vid.* Scipio Amiratus l. 1. Hist. Florent. Ornata denique urbs pannis sericis coram ædibus dependentibus, et sertis et funalibus ardentibus, quod στεφανοῦν τὴν πόλιν appellabant. Jam loca quædam indicemus auctorum, ubi celebriores triumphos imperatorum describunt aut memorant. *[De triumpho Maximini Herculii *vid.* Theophan. p. 7. Gilimer, Vandalorum rex, adorare Justinianum coactus est in hippodromo. Marc. Proc. Tiberius ob reportatam a Mauritio victoriam triumphum egit. Theoph. p. 213.] Triumphum Constantini Copronymi de Bulgaris describit Theophan. p. 364, Theophili a Saracenis Sym. Mag. p. 421, Basilii Macedonis a Tephrice redeuntis Cedrenus p. 571, et Constant V. Basil. p. 168, et alterum a Lulu ib. p. 176, et Cedren. p. 575. *[Basilius triumphum veterum imperatorum Romanorum imitatur, perque auream portam ingreditur. Const. V. Basil. c. 29 Glyc. p. 311. : Χρυσῷ στεφάνῳ λόφον ὑπερβενέχοντι ἐθριάμβευσε *per portas magnas*]* id est processit per portam ecclesiæ sic dictam ; *vid.* supra p. 28.*[Leo Phocas orientalibus Agarenis devictis ἐπινικίῳ θριάμβῳ ἐτετίμητο. Zonaras D II p. 197.]* Constantini Porphyrogenneti triumphum de Saracenis habent Sc. post Theoph. p. 282. Joannis Tzimiscæ e Bulgaria redeuntis Cedren. p. 682. Basilii Junioris idem p. 717, Joannis Comneni Nicet. p. 10, cujus locum, quia insignis est et triumphi cæremonias bene persequitur, adeoque ad rem præsente egregiem facit, partim jam ad p. 287 attuli, reliqua paulo post ascribam. *[Alphonsus triumphos veterum Romanorum renovavit Neapolitano regno superato anno 1442 Hujus facti memoria auctor fabulæ Milesiæ *Hist. Tirante Blanc* eum liberata CPli honoribus triumphalibus usum esse memorat. Sic conjicit editor Gallicus præf. p. 21.]*

et excipit eum patriarcha cum toto corpore ecclesiastico, incensat imperatorem, et salutant sese invicem osculo pacis. Deinde intrat imperator cum patriarcha in divinum tribunal sacramque mensam circumcirca incensat; diaconus autem facit orationem collectam; psaltæ super ambone canunt carmina in laudem Deiparæ, præsenti tempori et instituendæ celebrationi triumphi congrua; ut est illud, quod incipit a verbis : « Præsidium metuendum » ; et illud, quod incipit a verbis : « Tui causa lætatur » ; et illud : « Castrum inexpugnabile » ; et illud : « Propugnatrici copiarum duci debentur parta victoria ejusque insignia, » et alia similia. Interdum quoque, si recens facta tum forte fuerint troparia, præsenti negotio congrua, similiter hæc, atque illa superiora, recitantur a cantoribus. Post hæc abit imperator cum turba Deo supplicantium, se comitante protostratore, ut dictum, et imperiali flammulo immediate coram ipso præeunte, in forum. Ibi ascendit in gradus, super quibus marmorea crucis basis collocata est ; et subsistit. Post eum quoque patriarcha in forum cum sua turba processionale venit, et

A καὶ δέχεται αὐτὸν ἔκεῖσε ὁ πατριάρχης σὺν πάσῃ τῇ ἐκκλησιαστικῇ καταστάσει, καὶ θυμιᾷ τὸν βασιλέα, καὶ ἀσπάζονται ἀλλήλους. Εἶτα εἰσέρχεται ὁ βασιλοὺς σὺν τῷ πατριάρχῃ ἐν τῷ θείῳ βήματι, καὶ θυμίᾳ πέριξ τῆς ἁγίας τραπέζης. Ὁ δὲ διάκονος ποιεῖ εὐχὴν συναπτήν. (58) Οἱ δὲ ψάλται ἄνωθεν ἐν τῷ ἀμῶνι ψάλλουσιν θεοτόκια πρόσφορα καὶ τῇ ὑποθέσει τῶν ἐπινικίων ἁρμόζοντα, οἷον τό· « Ηροστασία φοβερὰ, » καὶ τό. Ἐπὶ σοὶ χαίρει, » καὶ τό· « Τεῖχος ἀκαταμάχητον, » καὶ τό· « Τῇ ὑπερμάχῳ στρατηγῷ (59) τὰ νικητήρια » καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Πολλάκις δέ καὶ, εἰ νέα τύχῃ γενέσθαι τροπάρια τῇ ὑποθέσει ἁρμόζοντα, φάλλουσιν καὶ αὐτὰ ὁμοίως. Καὶ, ὡς εἴρηται, τοῦ πρωτοστράτορος σὺν τῷ βασιλικῷ φλαμούλλῳ τοῦ βασιλέως ἔγγιστα προπορευομένου, ἀνέρχεται μετὰ τῆς ἰδίας λιτῆς
B (60) ἐν τῷ φορῳ, καὶ ἀνεισι πρὸς τὰς ἀναβάθρας, ἔνθα καὶ ἡ μαρμάρινος τοῦ σταυροῦ ἵδρυται βάσις, καὶ ἵσταται ἐκεῖσε, εἶτα κατόπιν ἀνέρχεται καὶ ὁ πατριάρχης μετὰ τῆς ἰδίας λιτῆς, καὶ ἀνεισι καὶ αὐτὸς ὁ πατριάρχης ταῖς προρρηθεῖσι τοῦ κίονος ἀναβάθραις (61), καὶ εἰσέρχεται ἔνδον τοῦ ἁγίου Κωνσταντί-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(58) De collecta jam ad caput primum dixi.

(59) Dearum gentilium pene omnium, et in his quoque Palladis virtutes novis Græcis una Maria habet. Victoriam in bellis largiri Pallas vetustis Græcis credebatur, novis creditur Maria. Non Deo, sed Mariæ victorias imputant. Propterea in bellis imperator Isaacius Angelus (apud Nicetam l. 1, c. 7, p. 199) pro scuto et hasta B. Virginis imaginem corripit et e mœnibus hostibus objicit : Ἄνω τῶν τειχῶν ἀγαγὼν οἷα τε αμαχον ὀχύρωμα καὶ ἀνάλωτον χαράκωμα τὴν εἰκόνα τῆς Θεομήτορος. Et supra p. 33 Græculi Virginem sic alloquuntur : Συστρατήγησον τοῖς δεσπόταις τοῖς λαοσῦσιν ἐκ σοῦ τὸ στέφος, ὅτι αὐτοί σε κέκτηνται κατὰ πάντα θυρεὸν ἀπροσμάχητον, et p. 35 : Αὐτὴ ἐπισκιαζει ἐν ἡμέρᾳ πολέμου ταῖς κορυφαῖς ὑμῶν καὶ ταῖς νίκαις ὑμᾶς δεικνύει στεφανίτας, etc. Joannes Comnenus triumphum agens non inscendebat in currum triumphalem, sed sinebat eo imaginem Mariæ vehi, ipse pedes ibat, crucem gestans, novo more et vetustis imperatoribus ignoto. Fallitur tamen Cinnamus, quando p. 7 ait, οὔπω μέχρι τοῦ τότε conspectum id fuisse, ἐξ ὅτου Ἡράκλειοι καὶ Ἰουστινιανοὶ τὴν Ῥωμαίων διεῖπον ἀρχήν. Præiverat enim exemplum modestiæ hujus Græcis dignæ Joannes Tzimisces, ut Du Cange in notis ad illum Cinnami locum demonstravit. Rem eamdem narrans Nicetas p. 13, sic ait : Ὁ βασιλεὺς τὴν τοῦ ἅρματος ἐπίβασιν παρεικὼς, τὴν τῆς Θεομήτορος εἰκόνα τούτῳ ἐπανεβίβασεν, ἐφ' ᾗ καὶ ἦν γεγηθὼς, καὶ τὴν ψυχὴν ἐκλείπων αὐτήν καὶ τὰς νίκας ὡς συστρατηγέτιδι ἁμάχῳ ἐπιγραφόμενος, καὶ δοὺς ἄγειν τὰ χαλινὰ τοὺς παρ' ἐκείνῳ δυναμένους τὰ μέγιστα καὶ τοῖς ἐκ γένους ἐγγίζουσιν ἀμφιπονεῖσθαι τὸ ἅρμα ἐνδοὺς, προῆγεν αὐτὸς σταυρικὸν σημεῖον ἐπαγόμενος, καὶ ποσὶ τὴν πορείαν ποιούμενος, καὶ τὸν ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας παρωνυμούμενον ναὸν εἰσιὼν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς κατωρθωμένοις ἀνθομολόγησιν Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἀπονείμας τοῦ λεὼ παντὸς ἐνώπιον, τῷ ἀρχείῳ οὕτω παρέβαλε. Neque solus Joannes Comnenus tantos honores habuit imagini Mariæ, sed etiam filius ejus, teste eodem Niceta l. v. rerum Manuelis c. 3, p. 83, ubi amplissime describens triumphum ab illo imperatore de Hungaris actum, inter alia hæc narrat : Ἐπεὶ δὲ ὁ τοῦ τὸν αὐτοκράτορα παρελθεῖν ἐπῆγε καιρὸς, προηγεῖτο μὲν ἀργύριον ἐπίχρυσον τετρωρον ἵπποις λευκοῖς ἑλκόμενον. Ἵδρυτο δ' ἐπ' αὐτοῦ ἡ εἰκὼν τῆς ἀπροσμάχου, συμμάχου καὶ ἀκαταγωνίστου συστρατήγου τῷ βασιλεῖ Θεομήτορος. Οὐ μέγα δ' ἔβραχεν ἄξων, ὅτι μηδὲ θέαν ἦγε δεινὴν τὴν ψευδοπάρθενον Ἀθηνᾶν [respicit ad ridiculum et incredibilem, sed Herodoto tamen narratum Pisistrati mimum], ἀλλὰ τὴν ὡς ἀληθῶς παρθένον καὶ ὑπὲρ λόγον διὰ λόγον τὸν λόγον λοχευσασαν. . . .

C . . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . Mariam τὴν συστράτηγον appellabant, quia et imaginem et ὠμοφόριον ejus secum in castra sumebant ; *vid.* ad p. 269 dicta. Loc. Nicetæ p. 300. Processioni huic Comnenianæ haud multum absimilis est illa, quam Martinus Ballaius apud Du Cangium v. *Eucharistia* describit, dicens summum pontificem in introitu in urbem non pedibus, ut Comnenus, sed lectica gestatum sequi Eucharistiam in vase aureo portatam ab equo albo. Cf. Herodian, v. 6, § 16.

(60) Diviseæ olim ibant turbæ processionales in certas classes ; clerus cum patriarcha, proceres aulici cum imperatore, cives cum magistratu ur-
D bano, factionales cum demarchis et sic porro. Unde nata Litania major septiformis ; *vid.* Du Cangium v. *Litania*. Chronicon Cassinense p. 155 ed. Murat. : *Die Dominico prædicavit jejunium. — Præsul præcepit populo, ut gregatim incederet. Ipse cum clericis et monachis in unam partem, laici vero senes, adolescentes et pueri unus præcepit ut esset chorus. Nuptæ vero mulieres et innuptæ, viduæ et puellæ in alteram partem, turma vero pauperum separatim. Non omnes in unum incedebant, sed separatim quasi medio jactu lapidis.*

(61) Τοῖς προρρηθεῖσι — ἀναβάθραις· Putes, aut ταῖς προρρηθείσαις aut ἀναβάθροις legendum esse. Sed novi Græci grammaticos parum curant. Si exempla huic similia in adversaria retulissem possem eorum ingentem acervum dare. Sed paucis, quæ annotavi, defungar. Eusebius Hist. Eccles. V, 30, p. 159, edit. Moguntin. : ἐξουσιῶν παραπεμπόντων

νον ἐν τῷ μέσῳ, καὶ ἵσταται. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἵστατάι ἔξωθεν· οἱ δὲ δέσμιοι ἵστανται ἐν τῷ πραιτωρίῳ, ἢ καὶ ἐν τῷ σεννάτῳ, χειροκρατούμενοι παρὰ τῶν ἐπινικιαρίων. Τὰ δὲ ὅρατα καὶ τὰ φλάμουλλα αὐτῶν βαστάζονται παρὰ τῶν ταξεωτῶν (62). Εἶτα ἀπέρχεται ὁ πρωτονοτάριος τοῦ δρόμου, καὶ αἴρει αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε, καὶ ἄγει ἐν τῷ μέσῳ τοῦ φόρου καὶ ἵστησιν αὐτοὺς μονοειδῶς κατὰ τὴν τοῦ τόπου θέσιν. Καὶ εὐθέως ἄρχεται ὁ ψάλτης μετὰ μέλους τὴν ἐπινίκιον ᾠδεῖν ᾠδήν. « Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ (63). Ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται. Ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν. » Τῶν δὲ λοιπῶν ψαλτῶν καὶ τοῦ λαοῦ παντὸς ἀποκρινομένου, καὶ τῆς ᾠδῆς πάσης ἀποπληρουμένης, εὐθὺς αἴρει ὁ λογοθέτης τοῦ δρόμου τοὺς μεγιστᾶνας τῶν Σαρακηνῶν μετὰ καὶ τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν καὶ τῶν τυχόντων στρατηγων εἰς τὸ ταξείδιον, εἴτε τοῦ δρουγγαρίου τῶν πλοίμων καὶ τῶν πλοίμων στρατηγῶν καὶ τῶν μεγάλων ἀρχόντων τοῦ πλοίμου, εἴτε καὶ τῶν μελάλων, δηλονότι τῶν τὸ ταξείδιον ποιησάντων, μετὰ τῶν τουρμαρχῶν καὶ μεγάλων ἀρχήντων τῶν θεμάτων αὐτῶν, καὶ ἄγει ἔμπροσθεν τοῦ βασιλέως, ἤγουν ἐπὶ τῶν τοῦ κίονος ἀναβάθρων, καὶ αἴρει ὁ λογοθέτης μετὰ τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν, εἴπερ αὐτὸς ἦν ὁ τὸ ταξείδιον ποιήσας, τὴν κεφαλήν, ἤγουν τὸν πρῶτον Ἀμηρᾶν, καὶ τίθησιν ὑπὸ τῶν τοῦ βασιλέως ποδῶν, καὶ πατεῖ αὐτὸν (64) ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῷ

A enititur in eosdem gradus; at hic quidem intrat porro in ædem Sancti Constantini, et in ejus medio subsistit : imperator autem restitat extus. Inter hæc parati stant in prætorio aut et in senato captivi bello subacti, quos manibus apprehensos tenent ministri triumphales [insignia victoriæ ducere et gestare jussi]; hastas et flammula ipsis in acie erepta gestant cohortales, urbis præsidium. Hos itaque captivos e statione sua repetit et abducit protonotarius dromi, medioque in foro collocat seorsim, ut loci situs permittit. Tunc incipit cantor unus modulata voce carmen triumphale canere, quod hoc est [Mose auctore] : « Canamus Domino. Illustri enim et glorioso exemplo prodidit gloriam et potentiam suam. Equum et equitem conjecit in mare. » Cui reliqui cantores et totus populus respon-
B dentes continuant hymnum illum, donec post sæpius alternatas partium ambarum vices totus canendo absolutus fuerit. Absoluto protinus rapiunt logotheta dromi, domesticus scholarum et qui ex cubiarum vices in prætorio identidem obeunt strategi e statione sua magnates Saracenorum : sive jam eo die classiariorum drungarius et strategi et cæteri majores rectores sive thematum seu legionum provincialium strategi, turmarchæ et majores rectores, illud taxidium [seu cohortem in armis procedentem securitatique atque bono ordini pro-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

pro παραπεμπουσῶν. Noster supra p. 16 : Πυλῶν τῶν ἀγόντων, et paulo post εἰσφερόντων pro ἀγουσῶν et εἰσφερουσῶν. Herodes Atticus in dedicatione Statuæ Regillæ v. ἐλαιήεντες ἄρουραι dixit pro ἐλαιήεσσαι. In edicto Juliani Prisci apud Pocockium in inscript. p. 66 : Εἴσοδον ποιησάμενος εἰς τὸ ἡμέτερον δικαστήριον ἀτοπωτάτην ἡμῖν προσήγγειλεν [περὶ] πράξεων τελούντων εἰς τὸ βουλευτήριον τῶν ὑπάτων etc. Plura exempla e vetustissimis poetis collegit Casaubonus ad Athenæum p. 230. Duker, ad Thucydid. N. 79, p 364, ubi non tantum κοινᾶν ἐόντων τᾶν σπονδᾶν (pro κοινῶν οὐσῶν τῶν σπονδῶν), sed etiam αἱ ἄλλαι πόλιες — αὐτόνομοι, ἔχοντες τὰν αὐτῶν etc. Idem p. 533 ult. ὧν κυρωθέντων, quamvis præcesserit πίστεων et συνθήκας. Observavi schema hoc etiam apud Sophoclem aliquoties; quia tamen locos non enotavi, nunc non succurrit, nisi unicus ille in Œdipo Coloneo v. 1747, ubi Œdipi duæ filiæ de se dicunt :

Ἐν πυμάτῳ δ' ἀλόγιστα πορεῖσομεν
Ἰδόντε καὶ παθοῦσα.

Ad quem locum Scholiasta hæc notat : Ἰδόντε καὶ παθοῦσα ἀντὶ τοῦ ἰδοῦσαι καὶ παθοῦσαι, πολλαχοῦ δὲ τῷ σχήματι χρῆται, ἀντὶ τῶν θηλυκῶν τὰ ἀρσενικὰ τιθείς· καὶ ἐν Ἡλέκτρᾳ et quæ ibi reliqua habet omnia conferenda, unde patet, schema id olim vulgare et frequens fuisse.

(62) Τάξις et τάγμα est, ut supra demonstravimus, cohors, quæ ad magistratus, præsertim præfecti urbi, dispositionem est, ipsi præsto est, ejus mandatis expediundis servit, cohors apparitoria; hinc milites urbani præsidiarii. [Ταξιῶται in Ed. Jur. Gr. et Rom. et Chron. Alexandrino pro officialibus et ministris, qui magistratibus et assessoribus præsto sunt, alias cohortales, cohortalini, ἐπαρχικοί et præfectiani. In novellis Justiniani : Τάττεσθαι ἐν ταξεώταις τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος l. c, p. 279.] Hoc cl. Leich. in schedis, in quibus multa de *correctoribus provinciarum* congesserat, ut videatur hoc de argumento commentari voluisse.

C (63) Est ex hymno Mosis, quem post traductos per mare rubrum Judæos cecinit. Sed illud, quod sequitur p. 353, τίς θεὸς μέγας, est e Psalmis. Fuisse solennem Græcis formulam jubilandi post partam victoriam, etiam in ipso campo martis cani solitam, patet ex Cedreno p. 774.

(64) Cervix recta et rigida est symbolum potentiæ non fractæ, non humiliatæ; inobedientiæ, audaciæ neminem curantis; inclinata vero cervix et conculcata humiliatem victi et necessitatem parendi velut succumbentis instanti et prementi notat. Calcare cervices victi mos est ex oriente traductus (*vid.* lib. Josuæ cap. X, et Baruch IV, apud Barth. ad Philipp. Guilelmi Britonis p. 33). Jam Alexandri M. tempore notus erat in palæstra Græca, ut patet e Diodori Siculi XVII, cap. 100 in
D fine, ubi Dioxippum Macedonem victum prosternit : Ῥιφέντος δὲ ἐπὶ τὴν γῆν, ἐπιβὰς ἐπὶ τὸν τράχηλον τῷ ποδὶ, καὶ τὸ ῥόπαλον ἀνατεινάμενος etc. Obtinebat ille mos victorum cervicem publice calcandi apud Carthaginenses quoque. Nam de Gescone refert Polyænus p. 485 : Δεδεμένους αὐτοὺς προσέταξε τοῦ πλήθους ἐναντίον κατὰ γαστέρος [ita leg.] κατακλίναι γαμαί. Τρὶς δὲ ἑκάστοις ἐλαφρῷ τῷ ποδὶ ἐπὶ τὸν τράχηλον ἐπιβὰς, ἱκανὴν ἔφη τιμωρίαν ἔχειν τῆς τοῦ ἀδελφοῦ προαναιρέσεως. Frequentius tamen occurrit ævo medio, quo non tantum victores imperatores de hostibus bello subactis publice triumphabant eorum cervicem calcando, sed etiam privati vindictam sic sumebant ab hoste victo, et pœnitentes calcandas cervices præbebant, et adoptantes eorum, quos adoptabant, cervices, et libros denique igni damnatos, antequam cremarentur, pedibus conculcabant. Exemplis singula hæc demonstrabimus. Ita Justinianus Rhinotmetus cum ab exsilio rediisset, cervices anticæsarum suorum Leontii et Apsimarii calcavit in circo : Τὸν Ἀψίμαρον καὶ Λεόντιον ἁλύσεσι δεδεμένους εἰς πᾶσαν πόλιν πομπεῦσαι πεποίηκεν, καὶ τοῦ ἱππικοῦ ἀγω-

spicientem] conficiant. Inde ducit eos nempe logotheta **352** dromi, ad imperatorem super gradus columnæ [Constantini,] et adjutus a domestico scholarum (si nempe hic tunc texidium ducat), prosternit caput,id est primum et præcipuum Ami-

A δεξιῷ ποδί. Ὁ δὲ πρωτοστράτωρ ἐπὶ τοῦ τραχήλου αὐτοῦ ἐπίστησι τὸ βασιλικὸν δόρυ, κρατοῦντος δηλονότι τοῦ βασιλέως τῇ δεξιᾷ χειρὶ τὸ αὐτὸ δόρυ. Καὶ εὐθέως πίπτουσι πάντες οἱ δέσμιοι πρηνεῖς ἐπὶ τῆς γῆς· τὰ δὲ τούτων δόρατα μετὰ τῶν φλα-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

μένου, καὶ ἐν τῷ σένζῳ ἀγομένου ἤχθησαν συρόμενοι δημοσίᾳ καὶ ἐρρίφησαν ὑποταγάδην αὐτῷ, καὶ ἐπάτησε τὸν τράχηλον αὐτῶν ἄχρις ἀπολύσεως τοῦ πρώτου βαΐου, τοῦ δήμου βοήσαντος, ὅτι Ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον ἐπέβης καὶ ἐπάτησας λέοντα καὶ δράκοντα. Neque solum Græci, verum etiam Muhammedani principes solebant captorum principum cervices calcare, si fides Byzantinis scriptoribus. Narrat nempe Scylitzes p. 842, Glycas et alii,Asanum,ut ipsi appellant (is est Arabicis auctoribus Alp Arslanus) pedes imposuisse cervici jacentis corum se victique Diogenis Romani imperatoris; *vid.*ad locum Scylitzæ Goar. in notis. Ego tamen B vestigia moris hujus apud scriptores Muhammedanos reperire non memini; videnturque mihi Græci Turcico imperatori triumphanti idem tribuisse,quod norant aut suos imperatores in simili casu consueto more facere. Conf. Cedren. p. 507 et 637, quem locum dignum est ut illustrem.Ait ibi, quod Leon Phocas Ἀπολασάρ, ἄνδρα ἐπίσημον καὶ τοῦ Χαβδὰν συγγενῆ σὺν ἀπείρῳ πλήθει κατὰ Ῥωμαίων ἐξελθόντα τρεψάμενος καὶ κατασχὼν ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει ἀπέστειλε ὃν ἀχθέντα πρὸς τὴν βασιλίδα, ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος τοῦτον θρίαμβον ποιήσας καὶ κατὰ τοῦ τραχήλου πατήσας τιμαῖς τε καὶ δωρεαῖς ἐφιλοφρονήσατο. Qui hic commemoratur Ἀπολασάρ laudatur in carminibus al Motanabbii. Elmacinus p. 229 hoc ipsum factum narrat aitque virum CPli in captivitate periisse. Tam frequens erat ille mos devictorum hostium cervices calcandi, ut etiam privati erga privatos sic agerent. Ita narrat Theophanes p. 372 de Constantino pseudopatriarcha: C Ἐλθόντος αὐτοῦ ἐν τοῖς δήμοις, κατῆλθον καὶ ἐνέπτυσαν καὶ κόνιν ἐρρίπτον εἰς αὐτόν. Ἐνέγκαντες δὲ αὐτὸν εἰς τὸ στάμα ἔρριψαν αὐτὸν ἐκ τοῦ ὄνου καὶ ἐπάτησαν τὸν τράχηλον αὐτοῦ etc.; item p. 442: Ἠγαγόν τινας μητροπολίτας καὶ ἐπισκόπους τῶν ὀρθοδόξων τυραννικῶς σύροντες ῥίξαντες ἐν μέσῳ τῆς ληστρικῆς αὐτῶν συνόδου, ἐπάτησαν καὶ παραδόσαντες αὐτοὺς τοῖς στρατιώταις αἱματοφύτους ἀπήγαγον εἰς τὰς φυλακάς. Severæ quoque pœnitentiæ genus erat collum calcandum præbere. Nicetas Choniates l.II Manuelis de patriarcha, qui ex monacho ad thronum sublimatus,deinde ad monasterium redierat: Ἔνθα καὶ τὸν οἰκεῖον ἀποδοχμώσας αὐχένα πρὸς τῇ εἰσόδῳ τοῦ προνάου πατεῖν παρεῖχε τῷ εἰσιόντι παντὶ μοναχῷ. Hinc ego quidem non improbabile puto,ritus Ecclesiæ circa pœnitentes,et Romanæ sedis,qui tum erat et nunquam non fuit. . . . . .

. . . . . D

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . Apud Græcos porro inter adoptationis ritus

est colli calcatio. Euchologium Goari illos describens p. 706. inter alia ait: post dictas a sacerdote preces ὁ υἱὸς πίπτει εἰς τοὺς πόδας τοῦ πατρὸς καὶ πατεῖ αὐτὸν ὁ πατὴρ εἰς τὸν τράχηλον λέγων· Σήμερον υἱός μου εἶ σύ. Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Καὶ ἀνίστᾳ αὐτὸν, εἶτα ἀσπάζονται ἀλλήλους. Libros quoque igni damnatos publice conculcabant. Anastasius in Adriano II, p. 227: *Spatharius calce suo enseque librum percutiens nihilominus ait: Credo,in hoc opusculo Diabolus habitat. — Ad extremum præ foribus graduum nefandi dogmatis librum cunctorum pedibus conculcatum excussit, quem nimirum rogus, ut fomentum quoddam ignis, exussit.* Facit argumentum hoc, ut insolentiæ plenos quosdam triumphandi modos attingam, sæculis a litterarum cultura et humanitate omni remotis dignos, a quibus nos humanioribus artibus eruditi merito abhorremus. Pertinet huc mos *calceamenta deferendi. Olaus M.*, legitur in Chronico regum Manniæ (apud Du Cangium v. *Calceamenta*), *rex Norvagiæ, Murecardo, regi Hiberniæ, misisse calceamenta sua, præcipiens ei ut ea super humeros suos in die natalis Domini per medium domus suæ portaret in conspectu nuntiorum suorum, ut inde intelligerent se subjectum esse magno regi.* Erat hoc genus aliquod præstationis homagii. Qui præsens præsentis calcasset cervices,illi absens per legatos suos mittit calceos, jubetque eos in cervice gestare, ad demonstrandum, se potestatem habere cervices ejus velut mancipii aut certe vasalli calcandi.*[Enseleviter contacti a Saracenorum duce tesseram salutis habebant. Scr. post Theophan. p. 359.]* Locus hic est: Τῶν νώτων ἡμῶν λαβόμενοι πρηνεῖς τοῖς ποσὶν αὐτοῦ ἐὰφει προσέρρηξαν. Ὁ δὲ τὸ ξίφος, ὅπερ ἔτυχε ταῖς χερσὶ κατέχων, ἑτέρως ἢ ὡς πέφυκε τέμνειν ἀνθυμοστρέψας, ἐπάταξε ταῖς κάραις ἑφάπαξ καθ' ἕνα ἡμῶν. Εἶτα ἀνίστασθαι καὶ θαρρεῖν ἐκέλευσε. Significabat ea actione Saracenus, se in vitam captorum potestatem habere, et posse gladio in eos sævire, si velit. Forte tamen traxit hoc a more Arabum antiquo, qui captis a se in prælio, quos quidem in libertatem dimitterent,antias gladio abscindebant, quas in pristinæ victoriæ et dominii monumentum in pharetra sua conditas domi servabant. De quo more forte alias dicetur. Triumphi genus hoc barbarum quidem, dignitatis tamen et majestatis plenum.Petulantiam contra et rusticitatem prodebat ille mos Italorum medio ævo, in asinis et tauris insultandi victis a se gentibus. Referunt Dandulus et Marinus Sanutus apud Murator. t. II Antiqu. Italic. p. 839, ducem Venetiarum quotannis die Jovis viridi dicto vel sancto consuevisse publico in spectaculo uni tauro et duodecim porcis caput ampulare in memoriam et simulacrum victoriæ de Udalrico patriarcha Aquileiensi partæ, qua ipse captus fuit cum duodecim suis canonicis et deinceps dimissus ea lege,ut singulos tauros et duodenos porcos quotannis Venetiae mitteret,in quibus exemplum statueretur pœnæ, quam patriarcha cum suis meruisset.Taurus enim patriarcham debebat simulare, porci episcopos. Præterea lignea castellorum simulacra confringebantur in memoriam castrorum patriarchæ destructorum.Villanus ibidem p.852,de Florentinis, qui victores mœnibus Arretinæ instabant,narrat: *Fecionvi correre il palio per la festa di san Giovanni, e rizzaronvi piu dificí,e mangaronvisi asini con la mitra in capo per rimproccio del loco vescovo.*

μούλλων ἐξ ἀντιστρόφου τιθέασιν (65) οἱ κατέχοντες αὐτὰ ταξεῶται. Καὶ εὐθὺς προκύπτει ὁ ψάλτης καὶ λέγει προκείμενον· « Τίς θεὸς μέγας, ὡς ὁ θεὸς ἡμῶν ; Σὺ εἶ ὁ θεὸς ὁ ποιῶν θαυμάσια. » Εἶθ' οὕτως γίνεται ἡ μεγάλη ἐκτενὴ ἕως τοῦ. « Ὑποτάξαι ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον, » κράζοντος τοῦ λαοῦ μ' (66) τό· « Κύριε, ἐλέησον, » καὶ αὖθις κεφαλοκλισίας γενομένης καὶ τοῦ πατριάρχου λέγοντος, « Ὅτι ἐλεήμων καὶ φιλάνθρωπος θεὸς ὑπάρχεις, » καὶ τὰ ἐξῆς, ἀνίστανται οἱ δέσμιοι καὶ ὃν πατεῖ ὁ βασιλεὺς, καὶ ὀπισθοφανῶς ἀπάγουσιν αὐτοὺς καὶ ἱστῶσιν ἐν ᾧ τόπῳ ἵσταντο. Οἱ δὲ δημῶται τῶν δύο μερῶν, καὶ οἱ τοῦ ἀριθμοῦ, καὶ οἱ τῆς βασιλικῆς οὐσίας ἐλάται, καὶ οἱ ψάλται ἵστανται κατὰ τύπον ἀντικρὺ τῶν δεσποτῶν, δηλονότι ἔξωθεν τῆς κιονοστασίας τοῦ δεξιοῦ μέρους τῶν δεσποτῶν, ἐπὶ ταῖς ἐκεῖσε λιθίναις μικραῖς ἀναβάθραις, καὶ διὰ νεύματος τοῦ πραιποσίτου ἄρχονται εὐφημεῖν οὕτως· « Πολλὰ τὰ ἔτη τῶν βασιλέων· » γ'. « Ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα μεγάλων βασιλέων καὶ αὐτοκρατόρων πολλὰ τὰ ἔτη, » γ'. « Θεοπροβλήτων βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη· » γ'. « Θεοκυβερνήτων βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη » γ'. Κοσμοσυστατων βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη, » γ'. « Κοσμοποθήτων βασιλέων, » γ'. « Ἀνδρειοτάτων βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη, » γ'. « Νικητῶν βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη, » γ'. « Ἐχθρελέγκτων βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη, » γ'· « Πλουτοποιῶν βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη, » γ'. « Ὀρθοδόξων βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη, γ'. « Υἱὲ θεοῦ, ζωὴν αὐτοῖς, » γ'. « Υἱὲ θεοῦ, συμβασίλευσον αὐτοῖς, » γ'. « Υἱὲ θεοῦ, χάρισαι ἡμῖν αὐτοῖς, » γ'. « Υἱὲ θεοῦ, τοὺς χρόνους αὐτῶν πλήθυνε, » γ'. « Υἱὲ θεοῦ, ἐπάκουσον ἡμῶν, » γ'. « Αὔξει ἡ πίστις τῶν Χριστιανῶν, » γ'. « Αὔξει ἡ βασιλεία τῶν Ῥωμαίων, » γ'. « Αὔξει ἡ νίκη καὶ εὐτυχία τῶν Ῥωμαίων, » γ'. « Αὔξει ἡ ἀνδρεία τοῦ λαοῦ Κυρίου, » γ'. « Ἡμεῖς δοῦλοι τῶν βασιλέων, γ'. « Ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα

A rum captivum, sub pedes imperatoris. Et tunc imponit imperator pedem suum dextrum ejus capiti : protostrator autem imponit jacentis cervici hastam imperialem, quam ipse imperator sua quoque dextra comprehensam tenet. Eo facto, cadunt cæteri captivi omnes protinus in terram proni ; hastæque et flammula ipsorum humum versus inclinata invertuntur in caput a cohortalibus militibus, qui illa tenent. Statim tunc procedit extra chorum suum unus cantorum, et pronuntiat propositum [seu dictum e Psalmis Davidicis excerptum præsenti actui congruum] : « Quis est Deus magnus, ut Deus noster ? Tu es Deus faciens mirabilia. » Post hæc dicta fit extensa magna, donec perveniatur ad verba : « Donec supposuerit sub pedes ipsorum omnem inimicum et armatum ag- B gressorem. » Interea iterat populus, per intervalla quadraginta vicibus clamans : « Kyrie eleison ; » rursus fit oratio cum vultus versus terram declinatione ; patriarcha verba pronuntiat : « Quia misericors et hominum amans Deus es, » et cætera. Tunc resurgunt captivi e terra, et ille quoque primarius, quem imperator calcat, retroque illos in vestigia sua vultu irretorto abducunt illuc, ubi prius collocati fuerant. Populares ambarum factionum et milites arithmi et sacrorum corporum vectores remiges et cantores, stantes e regione dominorum, nempe extra aream columnæ a dextra parte dominorum, in positis ibi parvis saxeis gradibus, incipiunt, nutu præpositi admoniti, sic laudibus et benedictionibus imperatorem prosequi : C « Multi sint anni imperatorum ; « ter illud iterant. « Illius et illius a Deo in eam dignitatem evectorum imperatorum multi sint anni. » Etiam hoc ter iterant. « A Deo gubernatorum et gubernandorum imperatorum multi sint anni ; » ter quoque ; item

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(65) Inversio armorum et flammulorum seu flabellorum, id est signorum, significabat partim professionem et agnitionem superioris novi domini, cui veluti in obedientiam illa inclinabantur, partim degradationem veteris domini et rescissionem sacramenti ipsi olim præstiti. Ita olim post mortem Augusti in novi inauguratione invertebantur et sternebantur humi signa et hastæ, donec novo renuntiato rursus erigerentur. Inversione illa profitebantur milites, imperatorem se non habere ; erectione autem testabantur recens electo sacramentum se dicere debitosque honores exhibere. Pariter in repræsenti Saracenicorum signorum et hastarum inversione significabatur, Saracenos ab illius dominio solutos esse, cui olim ad ista signa fidem condixerint : erectione autem eos ad Græci imperatoris, victoris sui, dominium transire eique sacramentum dicere et parere velle. Apud Latinos quoque medio ævo in degradatione nobilium feloniæ damnatorum non tantum bona et libertas ipsis liberisque adimebantur, sed etiam in ejus rei significationem arma proditorum publice invertebantur seu revorsabantur ; v. Du Cange v. *Arma reversata*.

(66) Battologia illa sæpius eamdem formulam in votis ad Deum iterandi ab ecclesia Græca et Latina ad Muhammedanos manavit. Qua de re alias agendi locus erit. Simile nostro loco illud est in Rituali Romano Cassinensi apud Mabillonum : *A medio noctis concurrente populo exeunt cum letania ad S. Mariam minorem, mundatis per viam plateis et suspensis per domos lucernis ibique in gradibus S. Mariæ deposita icona omnis chorus virorum ac mulierum — una voce per numerum dicunt centies Kyrie eleison, centies Christe eleison, item centies Kyrie eleison.* Concil. Vasense an. 529 (apud Du Cangium Gloss. Lat. v. *Kyrieles*) : *Et quia tam in sede apostolica, quam etiam per totas orientales atque Italiæ provincias dulcis et nimium salutaris consuetudo est intromissa, ut Kyrie eleison frequentius cum grandi* D *affectu et compunctione dicatur, placuit etiam nobis, ut in omnibus ecclesiis nostris ista tam sancta consuetudo et ad matutinum et ad missas et ad vesperam Deo propitio intromittatur.* S. August. Ep. III. cæteras inter acclamationes a notariis ecclesiæ exceptas in Actis ordinationis Eradii hæc refert : *dignus est, justus est, dictum vicies, bene meritus, bene dignus est, dictum quinquies.* Sed quid opus est exempla aliena citare, cum codex noster ubique eorum abunde suggerat, monens hanc vel illam formulam toties vel toties fuisse recitatam. Manavit hoc ex veteri more curiæ Romanæ imperatoribus acclamandi. Spississime enim legitur in scriptoribus Hist. Augustæ hæc vel illa *acta* (sic appellabant tum, quod posteriores *laudes*, Græci εὐφημίας) toties atque toties fuisse dicta. *vid.* e. c. p. 601, t. II.

hoc quoque ter : « Imperatorum, quos approbatio totius mundi commendat, sint multi anni. Imperatorum, quos totus mundus cupit ; » ter. « Fortissimorum imperatorum multi sint anni. » ter. « Victorum imperatorum multi sint anni. » ter. « Imperatorum, qui hostium debilitatem invictis argumentis demonstrant et in conspicuo ponunt, sint multi anni, » ter. « Orthodoxorum imperatorum multi sint anni, » ter. « Fili Dei, vitam ipsis [indulge], » ter. « Fili Dei, administra regnum cum ipsis collegialiter, » ter. « Fili Dei, indulge nobis ipsos, » ter. « Fili Dei, annos eorum multiplica, » ter. « Fili Dei, exaudi nos, » ter. « Crescat fides Christianorum, » ter. « Crescat imperium Romanorum, » ter. » Crescat victoria et felicitas Romanorum, » ter. « Crescat fortitudo populi Domini, » ter. « Nos sumus servi imperatorum, » ter. « Illius et illius magnorum imperatorum auctoritate sua regnantium multi sint anni. » **354** Post absolutas hac laudes dicunt : « Multienne faciat Deus sanctum vestrum imperium. » Et sic tandem abit imperator in ædem sanctissimæ Deiparæ, quæ in foro est ibique deposita stola vel habitu triumphali, inscendit in equum, et revehitur in palatium : patriarcha vero remeat super asino suo in patriarcheum.

A μεγάλων βασιλέων καὶ αὐτοκρατόρων πολλὰ τὰ ἔτη.» Καὶ μετὰ τὸ τελειῶσαι αὐτοῖς τὴν εὐφημίαν λέγουσιν. « Πολυχρόνιον ποιήσει ὁ Θεὸς τὴν ἁγίαν βασιλείαν ὑμῶν εἰς πολλὰ ἔτη. » Καὶ εἶθ' οὕτως ὁ μὲν βασιλεὺς ἀπέρχεται ἐν τῷ ναῷ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐν τῷ φόρῳ, κἀκεῖ ἀπαλλάξας τὴν στολὴν ἱππεύει, καὶ ἀπέρχεται ἐν τῷ παλατίῳ· ὁ δὲ πατριάρχης τῷ πώλῳ ἐπιβὰς (67) ἄπεισιν ἐν τῇ πατριαρχείῳ·

CAPUT XX.

Observanda, quando triumphus de hostibus devictis agitur in circo.

Quando spectaculum equestre editur aut et votum, producunt ministri triumphales bello recens captos, et milites præsidiarii producunt ipsis ereptam prædam, tam manubias, quam spolia, item arma [scuta nempe et gladios], ut et hastas et flammula. In hoc apparatu eunt hi omnes sursum in circum. Deinceps advenit protonotarius cursus et collocat omnes in unam seriem a mangano inde [seu carceribus] usque ad metam Veneti. Proxime a meta collocat arma ; post ea induvias et prædam, post hæc hastas cum flammulis ; tum captivos ; pone hos equi stant atque cameli, si qui capti adsint. Si vero numerus captivorum, spoliorum, prædæ, armorum, hastarum, flammulorum sit ingens, ordinantur in duas series. Quod si autem non valde numerosa ea sint, efficiunt, ut dictum est, seriem tantummodo unam a carceribus inde usque ad Veneti metam. Postquam imperator in procypticum clubium [seu tribunal eminens vel balconem, unde prospectus in subjectum circum patet, opposito clathro munitum,] ascendit, descendit domesticus scholarum (si nempe is eo die taxi-

B

C

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, θριάμβου ἐπιτελουμένου ἐπινικίων ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ.

Ἱππικοῦ ἀγομένου, εἴτε καὶ βοτοῦ, ἄγουσιν οἱ ἐπινικιάριοι τοὺς δεσμίους καὶ οἱ ταξεῶται τὰ σκύλα καὶ λάφυρα καὶ ἄρματα καὶ τὰ δόρατα μετὰ τῶν φλαμούλλων, καὶ ἀνέρχονται πάντες ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ. Εἶτα ἀνερχόμενος ὁ πρωτονοτάριος τοῦ δρόμου ἵστησι παντας στιχηδὸν, ἤγουν ἀπὸ τοῦ μαγγάνου μέχρι τοῦ καμπτοῦ τοῦ Βενέτου, ἐν πρώτοις πλησίον τοῦ καμπτοῦ τὰ ἄρματα, ὄπιθεν δὲ τῶν ἁρμάτων τὰ σκύλα καὶ λάφυρα· ὄπιθεν δὲ τούτων τὰ δόρατα μετὰ τῶν φλαμούλλων καὶ τοὺς δεσμίους. Καὶ εἰ μὲν εἰσιν ἵπποι ἢ καὶ κάμηλοι, ἵστανται ὄπισθεν τῶν δεσμίων, καὶ εἰ ἔστιν λαὸς πολὺς οἱ δέσμιοι καὶ πολλὰ τά τε σκύλα, καὶ λάφυρα (68), καὶ ἄρματα καὶ τὰ δόρατα μετὰ τῶν φλαμούλλων, ἵστανται διὰ δύο στίχων. Εἰ δέ οὐκ εἰσιν εἰς πλῆθος ταῦτα, ἵστανται δι' ἑνὸς στίχου, καθὼς εἴρηται, ἀπὸ τοῦ μαγγάνου μέχρι τοῦ καμπτοῦ τοῦ Βενέτου. Καὶ μετὰ τὸ ἀνελθεῖν τὸν βασιλέα εἰς τὸ προκυπτικὸν κλουβίον, κατέρχεται ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν, εἰ ἄρα αὐτὸς ἦν ὁ ποιήσας τὸ ταξείδιον, μετὰ καὶ τῶν στρατηγῶν καὶ κλεισουραρχῶν· εἴτε ὁ δρουγγάριος τοῦ πλοίμου μετὰ τῶν πλοίμων στρατηγῶν καὶ τῶν μεγάλων ἀρ-

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

(67) Πῶλος seu asinus olim erat Græcorum patriarcharum et clericorum in universum, utpote humilitatem profitentium, vectura in processionibus et alias. Theophanes p. 104, de Æluro : — ἐκ τοῦ παλατίου λιτανεύων ἦλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ὀχούμενος ὄνῳ. Ita quoque S. Chrysostomus in exsilium abiens super asino conspicitur in Menologio Basiliano t. I, p. 184. ; *vid.* Casaubon. ad Script. Hist. Aug. t. I, p. 799, et Du Cange Gl. Lat. v. *Asinorum ordo* et Gl. Gr. v. πῶλος. Sed non ita episcopi Romæ, qui equo vehebantur, honestiore animali et viros principes magis decente. *Unum nobis caballum miserum transmisisti*, ait Gregorius M. Epist. 30, l. XII, *et quinque bonos asinos. Caballum illum sedere non possum, quia miser est ; illos autem bonos sedere non possum, quia asini sunt.* "[Pipinus rex vice stratoris ivit cum pontifice equo insidente p. 91 Alberici. Idem facit, cum patriarcha electus est. Hunc ipsum hodieque ducit Vezirus.]"

D Chalifas quoque olim Bagdadicos, equo sedentes, ducebant interdum Sulthan Selgjukidæ et alii, frenum tenentes et pedibus ipsi ambulantes. Sed hoc hujus loci non est.

(68) Distinctionem inter has duas voces in Latinis adumbravi : σκύλα nempe ea sunt, quæ ἀπὸ τῶν πεπτωκότων σκύλλονται, *a jacentibus avelluntur*, mortuis corporibus abstrahuntur, ut vestes, torques, aurum, gemmæ, arma, etc., λάφυρα vero, quæ vivis adhuc hostibus, sed aut captis aut in fugam conjectis adimuntur, ut vestes, arma, tentoria et omnia iis contenta, jumenta, reliqua, πάντα τὰ λαφυσσόμενα, omnia, quæ differri huc illuc, dividi, discerpi, velut panni, ferro contruncari et in cibum parari possunt, velut boves et victualia omnia. Suidas ita distinguit : Σκύλα τὰ ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀνῃρημένα τὰ ἐκ τῶν νεκρῶν, λάφυρα δὲ τὰ ἐκ τῶν ζώντων.

γόστων τοῦ πλοίμου, καὶ εἴ τι ἂν εὕρωσιν ἐλλειπὲς τῆς τοῦ πρωτονοταρίου τοῦ δρόμου στάσεως (69), ἐπιδιορθοῦνται, καὶ ποιῶσιν τὴν προσήκουσαν κατάστασιν τῶν δεσμίων, καὶ σκύλων, καὶ λαφύρων, καὶ ἁρμάτων, καὶ τῶν δοράτων μετὰ τῶν φλαμούλλων αὐτῶν. Καὶ πάντων καλῶς διευθυνθέντων, ἀναφέρει ὁ πραιπόσιτος τῷ βασιλεῖ, καὶ προστάξει τοῦ πραιποσίτου κρούει τρίτον τὸ ἰσκουτάριον, καὶ κατέρχεται ὁ βασιλεὺς κατὰ τὸν ἐπικρατήσαντα τύπον τῶν ἱπποδρομίων, καὶ στέφεται, καὶ τὰ ἑξῆς ἐπιτελοῦνται, καθὼς ἔχει ἡ τάξις τῶν ἱπποδρομίων. Τοῦ δὲ βασιλέως ἀνιόντος εἰς τὸ κάθισμα καὶ τὸν λαὸν κατὰ τὸ εἰωθὸς κατασφραγίζοντος, ἀκτολογοῦσιν οἱ δῆμοι τὰ εἰθῶτα αὐτοῖς, καὶ τοῦ βασιλέως καθεσθέντος ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου, διὰ νεύματος τοῦ ἀκτουαρίου ἀποκινῶσιν πρῶτον μὲν τὰ ἅρματα, ἔπειτα τὰ σκύλα καὶ λάφυρα, καὶ ἀκολούθως τούτων τὰ δόρατα μετὰ τῶν φλαμούλλων, ὄπισθνν δὲ τούτων οἱ δέσμιοι, καὶ διέρχονται τὸ μέρος τῶν δήμων, καὶ κάμπτουσιν τὸν τοῦ Πρασίνου καμπτὸν, καὶ ἀνέρχονται μέχρι τῆς φίνας, ἤγουν τοῦ Η. Καὶ εἰ ἔστιν λαὸς πολὺς οἱ δέσμιοι, ἀνέρχονται μέχρι τοῦ καμπτοῦ τοῦ Βενέτου. Τὰ δὲ σκύλα, καὶ λαφυρα, καὶ ἅρματα τιθῶσιν οἱ ταξεῶται ἐπὶ διφθερῶν κα' κιλικίων πρὸς τό μὴ μολυνθῆναι, εἴτε ἀπὸ τοῦ κονιορτοῦ, εἴτε ὀπὸ τοῦ πηλοῦ. Οἱ δὲ δημῶται τῶν δύο μερῶν καὶ οἱ τοῦ ἀριθμοῦ καὶ οἱ τῆς βασιλικῆς οὐσίας ἐλάται (70) καὶ οἱ ψάλται ἵστανται κατέναντι τοῦ ὀργάνου τοῦ Πρασίνου, καὶ διὰ νεύματος τοῦ ἀκτουαρίου ἄρχονται εὐφημεῖν τὴν προῤῥηθεῖσαν μεγάλην εὐφημίαν τοῦ ἐν τῷ φόρῳ μετὰ τῆς λιτῆς τελουμένου θριάμβου τῶν ἐπινικίων. Ἡνίκα δὲ ἄρξονται εὐφημεῖν, πίπτουσι πάντες οἱ δέσμιοι πρηνεῖς ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ δὲ τούτων δόρατα μετὰ τῶν φλαμούλλων ἐξ ἀντιστρόφου τιθῶσιν οἱ κατέχοντες αὐτὰ ταξεῶται, μέχρις ἂν ἡ αὐτὴ εὐφημία τελειωθῇ. Καὶ ταύτης τελειουμένης, ἀνίστανται οἱ δέσμιοι, ὁμοίως καὶ τὰ δόρατα μετὰ τῶν φλαμούλλων, καὶ εἰ μὲν κελεύει ὁ βασιλεὺς θεάσασθαι τοὺς δεσμίους τὸ ἱπποδρόμιον, ἀνέγχονται εἰς τὰ τοῦ ἱπποδρομίου βάθρα κάτωθεν τοῦ δήμου τῶν Πρασίνων, ἐν ᾧ τόπῳ εἰώθασιν οἱ δέσμιοι ἵστασθαι καὶ θεάσασθαι τὸ ἱπποδρόμιον. Εἰ δὲ οὐ κελεύει ὁ βασιλεὺς ἐνωθῆναι τούτους τοῖς πρὶν δεσμίοις τοῦ πραιτωρίου (71), ἵστανται εἴτε κάτω-

dium cogit vel cohortem, quæ vigilias obire et in armis se monstrare debet,) una cum strategis et cleisurarchis ; aut alias drungarius classis cum strategis et rectoribus classiariis. Hi, quicunque tandem fuerint, visitant ordinationem a protonotario dromi factam, et quidquid in illa hians animadvertant, corrigunt, id est faciunt congruam et debitam constitutionem captivorum, spoliorum, prædæ, armorum, hastarum atque flammulorum. Omnibus rite dispositis, significat præpositus ea de re ad imperatorem ; jussuque præpositi sonat pulsatum ter scutum, et descendit imperator secundum typum obtinentem in circensibus spectaculis, et infulatur, et fiunt cætera, ut cærimoniale circensium ludorum secum fert. **355** Ascendit deinceps imperator in cathisma seu tribunal, in quo residere super throno in ludis solet, populumque, ut mos est, signo crucis signat. Quo facto, factiones consuetas laudes recitant. Ut resedit, imperator super throno regio, dat actuarius nutu signum, et incipiunt e loco suo promovere primum arma [vel qui scuta et gladios captos gerunt] ; tum manubiæ et prædæ ; deinceps hastæ, tum flammula : post ea tandem captivi. Transeunt hi per plagam demorum [seu graduum circensium, in quibus factiones stare solent ;] eam, quam tunc obtinent, et flectunt circa metam factionis Prasinæ, et promovent usque ad finas [id est fines vel extrema] seu ad II. Quod si autem ingens turba sit captivorum, protenduntur usque ad metam Venetorum. Induvias reliquamque prædam et arma deponunt præsidiarii super renonibus et super ciliciis [vel crassis densis filtris], ne scilicet a pulvere cœnove inquinentur. Populares ambarum factionum et milites arithmi corporumque sacrorum remiges et cantores stant e regione organi, quod Prasinæ partis est, acceptoque per actuarii nutum signo, incipiunt prolixas illas laudes recitare, quas supra præscripsimus, cum cerimonias triumphi cum submissa erga Deum supplicatione in foro peragendi exponeremus. Illis autem laudes ordientibus, procidunt captivi omnes in humum proni, hastæque flammula ipsorum invertuntur a præsidiariis illa tenentibus idque tamdiu, quam illæ laudes durant.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(69) Hic est pro καταστάσεως vel τάξεως positum.

(70) Est οὐσία *substantia*, corpus animatum hominis. Propterea reddidi hanc dictionemi interdum *sacri corporis vectores remiges*, interdum quoque *sacrorum corporum*, respiciens ad illam vocabuli οὐσία notionum, qua *familiam* significat, et ad Augustam liberosque Porphyrogennetos et affines imperiales. Verum jam supra ad p. 331 demonstravi, οὐσίαν in specie de *familia nautica* dici, et metochice deinceps de *navigio* tale nautarum collegium tenente. Potuissem igitur optimo jure et confidenter dictionem nostram reddere hoc modo, *regii dromonii* vel *regiæ naviculæ actores*.

(71) Captivi in Chalce, Prætorio et Numeris attinebantur sub inspectione præfecti urbis, præfecti castrorum et numerorum. *vid.* Cont. Theophan. p 109. Sed prætorii carceres et captivi maxime celebres ; v. Theoph. p. 249. Leo Gramm. p. 467 et 485. Cedren. p. 582. In eo asservabantur Saraceni (conf. p. 414) et ibidem sacellum habebant exercendo cultui divino more suo. De quo allatis a Du Cangio in CPli Chr. l. II, p. 164, hoc unum addam, etiam Constantino Monomacho conditam aut certe restitutam et frequentari rursus permissam fuisse Synagogam, ut appellant Græci, Saracenorum, quam non intra prætorium, sed alio quodam urbis loco fuisse puto. Abulfeda enim ad a. 441, seu Christi 1049, vel 1050, hæc tradit : *Hoc anno mittebat rex Romanorum* [Constantinus Monomachus] *ad Solthanum Thogrulbekum* [vel Thangrolibekum] *legationem cum magnis muneribus, rogans ab eo confœderationem ; eaque impetrata, conficbat* [proprie *frequentari faciebat* vel *sinebat*] *Mesgidam apud CPlin, in qua peragi Deo preces et laudes atque extensam dici pro salute et imperio Thogrulbeki*

Finitis vero, surgunt captivi, et rursus eriguntur in rectum hastæ atque flammula. Si permittit imperator, ut captivi ludos circenses tunc edendos quoque in consueta captivorum statione spectent, ascendunt in gradus circi, factione Prasina inferiores. Ille nempe locus ordinarius est, e quo captivi, qui in urbe sunt, spectare identidem solent. Quod si autem nolit imperator hos recentes captivos cum vetustis hactenus in prætorio asservari solitis in eodem loco convenire, collocantur infra gradus factionis Venetæ aut alibi. Reliqua vero, manubiæ præda, arma, hastæ atque flammula intro [in prætorium] inferuntur. Et tunc porro fiunt, quæ in ludis circensibus fieri fas et mos est.

A θεν τοῦ δήμου τῶν Βενέτων, εἴτε ἀλλαχοῦ. Τα δὲ σκύλα, καὶ λάφυρα, καὶ ἄρματα, καὶ τὰ δόρατα μετὰ τῶν φλαμούλλων αἴρονται παρὰ τῶν ταξεωτῶν, καὶ εἰσκομίζονται, καὶ τὰ ἐξῆς ἐπιτελεῖται ἡ συνήθης ἀκολουθία τοῦ ἱπποδρομίου.

CAPUT XXI.

Observanda, quando imperatori filius nascitur.

Dantur pridie mandata mutatoriorum, seu significatur cras comparendum esse in splendido vestitu, ad totum senatum. Conveniunt ergo sequente die senatorii omnes in mutatoriis. Dein advenit referendarius patriarchæ, et sciscitatur, velitne imperator jubeatque, ut patriarcha veniat. **256** Eo permittente, abit referendarius et arcessit patriarcham. Hic intrat in palatium cum secreto suo et cum metropolitis atque archiepiscopis, et facit in chrysotriclinio orationem super infante in præsentia secreti sui secundum typum vel formulam, qua baptizandis feria quinta hebdomadis renovationis benedici solet. Post dictam orationem valedicit patriarcha dominis et abit in patriarcheum, stipatus et sustentatus a duobus silentiariis. Digresso patriarcha, intrat secretum seu corpus senatoriorum, et adoratione facta, gratulantur imperatori, et precantur bene recens nato porphyrogenito infanti, voventque, ut ipse pater ejus aliquando hujus infantis nepotes, ipsumque nunc infantem olim senem, multas annorum vices emensum, videat, talemque relinquat paternæ auctoritatis et imperii hæredem, quo Romana res, tam imperium, quam civilis gubernatio, bene rectoque cursu, velut navis, dirigatur, et per tot rerum discrimina salva et incolumis traducatur. Antiquis temporibus ita procedebatur. Filius imperatori si natus esset, non veniebat patriarcha in palatium ad faciendam orationem ; sed primo loco excipiebat et admittebat imperator ad se secretum senatorum in Justiniani triclinio, ut dictum est ; tum dabantur missæ : et exibant illinc omnes in caballarium [seu equorum gymnasium], et fiebat processio in Magnam Dei

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, ὅταν τεχθῇ ἄῤῥεν παιδίον τῷ βασιλεῖ.

Δίδονται μανδάτα εἰς ὅλην τὴν σύγκλητον ἀλλαξίμων, παὶ τῇ ἐξῆς προέρχονται πάντες οἱ συγκλητικοὶ καὶ ἀλλάσσωσιν. Εἶτα ἔρχεται ὁ ῥαιφερενδάριος τοῦ πατριάρχου, καὶ ἐρωτᾷ, εἰ κελεύει ὁ βασιλεὺς εἰσελθεῖν τὸν πατριάρχην. Ὁ δὲ ῥαιφερενδάριος ἀπιὼν προσκαλεῖται τὸν πατριάρχην, καὶ εἰσέρχεται ὁ πατριάρχης ἐν τῷ παλατίῳ μετὰ τοῦ σεκρέτου αὐτοῦ καὶ μητροπολιτῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων, καὶ ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ ποιεῖ τὴν εὐχήν, παρόντάς καὶ τοῦ σεκρέτου, αὐτοῦ κατὰ τὸν τύπον τῆς ε' ἡμέρας τῆς διακαινησίμου (72) ἑβδομάδος. Καὶ μετὰ τὸ ποιῆσαι τὴν εὐχὴν τὸν πατριάρχην συντάσσεται τοῖς δεσπόταις, καὶ ἄπεισιν ἐν τῷ πατριαρχείῳ ὑπὸ δύο σιλεντιαρίων παρακρατούμενος. Μετὰ δὲ τὸ ἐξελθεῖν τὸν πατριάρχην εἰσέρχεται τὸ σέκρετον τῶν συγκλητικῶν, καὶ ἀπευχαριστοῦσιν (73) τῷ βασιλεῖ, καὶ ἐπεύχονται αὐτῷ διὰ τὸ τεχθὲν πορφυρογέννητον παιδίον, λέγοντες θεάσασθαι παῖδας τῶν παίδων τοῦ πορφυρογεννήτου, καὶ τοῦτον ἰδεῖν γηραιὸν καὶ προβεβηκότα χρόνων πολλὴν περίοδον, εἶτα κληρονόμον (74) γενέσθαι τῆς πατρικῆς ἐξουσίας καὶ βασιλείας, ὡς ἂν ἡ τῶν Ῥωμαίων καλῶς διευθύνοιτο καὶ διεξάγοιτο βασιλεία τε καὶ πολιτεία. Ἱστέον, ὅτι καὶ τοῦτο γέγονεν ἐν τοῖς ἀρχαιοτέροις χρόνοις. Τῷ βασιλεῖ τεχθὲν ἄῤῥεν παιδίον, ὁ πατριάρχης οὐκ εἰσῆλθεν ἐν τῷ παλατίῳ ποιῆσαι τὴν εὐχήν, ἀλλ' ἐν πρώτοις ἐδέξατο ὁ βασιλεὺς τὸ σέκρετοδ τῶν συγκλητικῶν ἐν τῷ Ἰουστινιανοῦ τρικλίῳ, καθὼς προείρηται. καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἐδόθησαν μίνσαι, καὶ ἐξῆλθον πάντες ἐπὶ τὸν καβαλλάριον, καὶ γέγονεν πρόνενσον ἐν τῇ Μεγάλῃ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ κατὰ τὸν τύπον τῶν μεγάλων προελεύσεων. Ἱστέον, ὅτι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τῆς γεννήσεως ὀφειλόμενόν ἐστιν γενέσθαι δύο δέ-

B

C

D

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

jubebat. De hac legatione memorat Zonaras XVII, 23, p. 257.

(72) Ritum orationis et officii divini, quem hic loci designat auctor, fusius descripsit libri primi cap. 14. Quem autem habuerit scopum ea benedictio, non satis constat ; forte instituta fuit pro salute Augustorum, imperii et palatii.

(73) Proprie est ἀπευχαριστεῖν officio gratiarum agendarum suo erga Deum defungi. Quia vero hoc non fuit absque adoratione, inclinatione capitis et corporis, ex eo factum est, ut venerari etiam hominem humili gestu et positu corporis reverentiam significante verbum hoc notet. Hinc intelligatur interpretationis nostræ ratio. Possit quoque reddi *gratulantur*. Nam quando alteri bonum aliquod gratulamur, significamus, nos lætari propterea quod Deus ipsi hoc vel illud beneficium indulserit, ideoque gratias Deo ut auctori et largitori agere.

(74) Congruit locus Athenagoræ in fine legationis : Περὶ τῆς ἀρχῆς τῆς ὑμετέρας εὐχόμεθα, ἵνα παῖς μὲν παρὰ πατρὸς κατὰ τὸ δικαιότατον διαδέχησθε τὴν βασιλείαν, αὔξην δὲ καὶ ἐπίδοσιν ἡ ἀρχὴ ὑμῶν, πάντων ὑποχειρίων γιγνομένων, λαμβάνῃ. Τοῦτο δὲ ἐστι καὶ πρὸς ἡμῶν, ὅπως ἥρεμον καὶ ἥσυχον βίον διάγοιμεν, αὐτοὶ δὲ πάντα τὰ κεκελευσμένα προθύμως ὑπηρετοῖμεν.

ξιμα εἰς τὰς δύο φιάλας. Ἐπεὶ δὲ πρόπαλαι αὗται παρεστάλησαν, ὀφείλει γενέσθαι τὸ τοιοῦτο δέξιμον εἰς τὴν μυστικὴν φιάλην τοῦ τρικόγχου τοῦ σίγματος, καὶ τῶν δήμων ἐξαιτουμένων κατὰ τὸ σύνηθες ἀχθῆναι ἱππικὸν ἱπποδρόμιον, κελεύσει τοῦ βασιλέως δίδοται τὸ βηλάριον καὶ κρεμμᾶται, καὶ τῇ ἐξῆς ἡμέρᾳ τελεῖται ἱππικὸς ἀγών. Ἰστέον, ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τῆς ἱπποδρομίας δίδονται μανδάτα, συναθροισθῆναι πάντας ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ, καὶ κελεύσει τοῦ βασιλέως ἐξερχόμενος ὁ πραιπόσιτος ἐκλέγεται ἀπὸ μὲν τῶν ταγμάτων ν' ἀπὸ δὲ τῶν δύο μερῶν τῶν δημωτῶν ἀνὰ ν' ἀπὸ δὲ τῶν ηολιτῶν ν', καὶ τούτων ἱσταμένων ἔνθεν κἀκεῖθεν, λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ πραιπόσιτος, ὅτι » Κελεύει ὁ βασιλεὺς ἡμῶν ὁ ἅγιος, ἵνα κατὰ τὸν κρατήσαντα παλαιὸν τύπον καὶ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν ἀθροισθῆτε τῇ ἑωθεν (ἤγουν τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ (75) τῆς τοῦ παιδὸς γεννήσεως), καὶ ἐκφωνήσητε τόδε ὄνομα τῷ τεχθέντι πορφυρογεννήτῳ. » Τῇ δὲ ἑωθεν, ἤγουν τῇ ε' ἡμέρᾳ, συναθροίζονται ἐν τῷ αὐτῷ ἱπποδρόμῳ, καὶ λέγουσιν οἱ τῶν δήμων ἄκτα, καὶ εὐφημοῦσιν τοὺς δεσπότας καὶ τὰς Αὐγούστας καὶ τὸ τεχθὲν πορφυρογέννητον ἐξ ὀνόματος. Ἰστέον, ὅτι τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ καλλωπίζεται ὁ τῆς Αὐγούστης κοιτὼν μετὰ τῶν χρυσοϋφάντων βήλων τοῦ χρυσοτρικλίνου καὶ πολυκανδήλων. Καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι παρὰ τοῦ ἱερέως τὴν εὐχὴν ἐν τῷ προπυλαίῳ (76) τῆς ἐκκλησίας καὶ ἐπιτεθῆναι τὸ παρὰ τῶν δήμων ἐκφωνηθὲν ὄνομα (77) αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιον ἐνδυθῆναι, πάλιν ἀποφέρεται τὸ παιδίον, καὶ τίθεται εἰς τὸ κουνίον, καὶ ἐπισκεπάζονται (78) ἥ τε Αὐγούστα καὶ τὸ παιδίον ἐφαπλώματα χρυσοῦφαντα. Εἶτα διὰ τοῦ τῆς τραπέζης τῆς Αὐγούστης προσκαλοῦνται οἱ πραιπόσιτοι, καὶ διὰ

A ecclesiam secundum formam magnarum et solemnium processionum. Tertio post nativitatem infantis die deberent duo dexima [seu exceptiones factionum] in phialis ambabus ambarum factionum fieri. Quia vero jam a longo tempore abrogatæ sunt, debet tale deximum fieri in secreta phiala triconchii sigmatis. Factionibus tum rogantibus ex more, ut ludus equestris in circo edatur, imperat dominus, ut velum suspensuro tradatur, et ab eo, tanquam futuri ludi signum, suspendatur. Id quod fit, et sequente die peragitur certamen equestre. Eodem die, quo certamen illud equestre peragitur, seu quarto a nativitate infantis, dicuntur mandata, ut congregentur sequente die omnes in circo. Tum exit ab imperatore jussus præpositus et eligit e tagmatibus quidem quinquaginta viros, a factionaB riis autem ambarum partium totidem; quinquaginta scilicet de Venetis, et totidem de Prasinis, et de civibus tandem etiam quinquaginta. Illis ducentis ordine gemino stantibus edicit præpositus hæc verba: **357** « Sanctus et venerabilis imperator noster vult, ut secundum obtinentem ritum et consuetudinem a longo tempore observatam conveniatis cras » [quinto nempe die a nativitate infantis), et proclametis nomen hoc infanti porphyrogenito imponendum. » [Et simul edit ipsis nomen.] Quinto itaque die conveniunt in eodem circo, et recitant populares acta [seu formulas et acclamationes, qualibus uti factiones in tali tempore solent] et benedicunt dominis et Augustabus [socrui et nurui puerperæ] et infanti porphyrogenito, quem tunc primum nomine tenus citant. Octavo die exornatur Augu-
C stæ puerperæ cœlon seu cubiculum velis chryso-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(75) Primum notandum, τόδε hic esse positum pro τόδε τό. Deinde, ad factiones pertinuisse recens nato filio Augusti nomen imponere, sed illud sibi præscriptum et suggestum a curia. Patet e scholio, quod e Zonaræ codice Vaticano manuscripto Alemanus ad Procopium Notar. p. 21 edidit, et hoc fere modo mihi videtur legi debere: Κωνσταντίνα ἡ γαμετὴ Μαυρικίου ἐγέννησεν υἱὸν, ὃν ὁ Μαυρίκιος ἐπωνόμαζε Θεοδόσιον διὰ τὸ Θεοδόσιον εὐτυχῆ (vel καλὸν κἀγαθὸν, vel simile quid) γενέσθαι καὶ πολλὰ ἔτη ζῆσαι. Ἤρξαντο οὖν οἱ Βένετοι λέγειν· Τὰ δωρηθέντα ἔτη τῷ Ἰουστινιανῷ ὁ Κύριος παράσχοι σοι τὴν εἰρήνῃ, ὅτι ἔζη ιε' ἔτη καὶ πλείω. Ἡ γὰρ ζωὴ τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου ἐγένυτο ἔτη ν'. Simile est quod Theophanes, p. 141, narrat, Justino recens
D ad imperium provecto, factiones uxori ejus nomen vetus Lupicia paulo turpius honestiori Euphemiæ mutasse, cum Augusta coronaretur: Σύμοιον ἔχων ὀνόματι. Λουπικίαν ἔστεψεν, ἣν οἱ δῆμοι ἐκάλεσαν Εὐφημίαν εἰς τὸ στέψαι αὐτήν. In gentilismo pertinebat ad honoratissimum et proximum consanguineorum, ad epulas genethliacas invitatorum (qui sunt πρωτότυπον τῶν ἀναδόχων) infanti nomen imponere; *vid.* Polyænus p. 547. Idem ritus apud Judæos (conf. historia Zachariæ) et apud Arabes.

(76) *Suivant l'exemple de la présentation de J.-C. dans le temple de Jerusalem et conformément à la bénédiction de Siméon, c'est une coutume très-ancienne parmi les Grecs, de faire porter les enfants à l'entrée de l'église le huitième jour. Le prêtre va au-devant de l'enfant pour le bénir, et se tenant à la porte de l'église il le marque du signe de la croix sur le front, sur la bouche, sur l'estomac. C'est là le sceau de la grâce de Dieu et une disposition à recevoir le saint baptême.* Verba sunt Ricauti in *Etat présent de l'Eglise grecque*, p. 167 Hinc intelligitur nostrum γενέσθαι παρὰ τοῦ ἱερέως εὐχὴν ἐν τῷ προπυλαίῳ τῆς ἐκκλησίας. Per ἱμάτιον autem intelligit *album* vel candidam tunicam, chrismale quoque dictam, quæ baptizatis et unctis induitur, nostratibus *Westerhemde*.

(77) Tunc dicitur puer λαμβάνειν τὸ ὄνομα, quando in ecclesia octavo a nativitate die sacerdos ipsi post dictas preces nomen imponit, antequam catechizetur et baptizetur; *vid.* La croix in *l'Etat de l'église grecque* p. 50. Nicetas p. 89, ed. Venit. ait, Manuelem Commenum illo die, quo natus sibi fuerit filius Alexius et nomen acceperit, populum epulis excepisse. Designat aut quartum a nativitate pueri diem, quo populus in Circo ipsi nomen imponebat, aut octavum, quo sacerdos idem faciebat in ecclesia immediate ante baptismum. Verba Nicetæ sunt: ὑπεξαίρων [distingucre et præclaram et præ aliis notabilem facere studens] τὴν γενέθλιον καὶ ὀνομαστήριον τοῦ παιδὸς ἡμέραν, ὡς εἴθισται παρὰτοῖς βασιλεῦσι Ῥωμαίων, τοὺς ἐντιμοτέρους τῶν πολιτῶν μετὰ κλάδων θαλιῶν εἰς τρυφὴν ἐκάλει, καὶ Ἀλέξιον τὸν παῖδα ὠνόμασεν.

(78) Videtur ex his verbis colligi posse. Augustam suum vultum nudum proceribus conspiciendum non dedisse, sed aut pone velum, aut indutam calyptra cum iis egisse, more a Persis transsumpto et in aulam Turcicam propagato.

triclinii auro textis et polycandelis. Illum cœtonem refertur infans ex ecclesia, postquam sacerdos in ejus propylæo seu atrio super infante orationem dixerit; et nomen, a factionibus editum ipsi imposuerit et indusium ipsi induerit. Relatus ad matrem infans deponitur in cunis, et injiciuntur tam Augustæ puerperæ, quam infanti, panni vel telæ auro textæ. Dein advocantur præpositi ab eunucho, qui mensæ imperatricis præest. Præpositi porro introducunt magistratus cubiculi ejusdemque ministros reliquos omnes. Deinceps introducuntur e cænurgio zostæ, magistrissæ, anthypatissæ, patriciæ, protospathareæ officialiæ et reliquæ feminæ senatoribus maritatæ. Post eas introducuntur viduæ, quarum mariti olim, dum viverent, prædictas dignitates aulicas gesserant, nunc post eorum decessum gradu, quem antea inter feminas primates tenuerant, dejectæ. Hæ omnes felicem partum Augustæ gratulatæ benedicunt ipsi, debitamque tribuunt infanti reverentiam traduntque xenium seu munusculum benevolentiæ erga novum hospitem advenam testificandæ destinatum, quod unaquæque qualecunque pro lubitu et delectu suo secum ferl. Post dimissum muliebre secretum seu corpus introducuntur a lausiaco per horologium et chrysotriclinium senatores omnes, magistri, proconsules, patricii, officiales, et cum adoratione benedicunt Augustæ, congruumque præstant cultum porphyrogenito infanti per pia vota et bona verba talia, qualia supra dicebamus erga imperatorem proferri solere. Septem a nato infante porphyrogenito proximis diebus debet edi et celebrari, quod consuetudo lochozema appellat seu jusculum puerperæ, et quidem in porticu novemdecim accubituum et in triviis prælongæ et amplissimæ plateæ urbanæ [quæ mese dicitur], nempe a chalce usque ad bovem. In porticum novemdecim accubituum conveniunt tribuni tagmatum cum scholariis, et magistratus classiariorum cum ipsis classiariis; **358** item populares ambarum factionum, et magistratus urbanus cum collegiis urbanis; bibuntque ibi per septiduum prædictum lochozema. At in prædictæ plateæ triviis conveniunt nostri in Christo fratres, pauperes, eodem beneficio per septiduum pariter gaudent.

A τῶν πραιποσίτων, εἰσάγονται οἱ ἄρχοντες τοῦ κουβουκλείου καὶ οἱ τοῦ κουβουκλείου πάντες, καὶ καθεξῆς εἰσάγονται ἀπὸ τοῦ καινουργίου τρικλίνου αἱ ζωσταὶ (79) καὶ αἱ μαγίστρισσαι, ἀνθυπάτισσαί τε καὶ πατρίκιαι καὶ πρωτοσπαθαρέαι ὀφφικιαλαίαι καὶ αἱ λοιπαὶ συγκλητικαὶ, εἶθ' οὕτως αἱ τῶν προρρηθέντων ἀξιωμάτων ἀπαξιωματικαὶ χῆραι, καὶ ἐπεύχονται ἀπευχαριστοῦσαι καὶ εὐφημοῦσαι τὴν Αὐγούσταν, καὶ τὸ προσῆκον ἀπονέμουσι σέβας, μία ἑκάστη εἰσάγουσα ξένιον, ὅπερ κατὰ προαίρεσιν ἔχει. Μετὰ δὲ τὸ τῶν γυναικῶν σέκρετον εἰσάγονται ἀπὸ τοῦ λαυσιακοῦ διὰ τοῦ ὡρολογίου καὶ τοῦ χρυσοτρικλίνου οἱ τῆς συκγλήτου ἅπαντες, μάγιστροι, ἀνθύπατοι, πατρίκιοι καὶ ἀφφικιάλιοι καὶ ἐπεύγονται ἀπευχαριστοῦντες τῇ Αὐγούστῃ, καὶ τὸ B προσῆκον ἀποδίδουσι σέβας δι' εὐχῶν καὶ εὐφημιῶν τῷ πορφυρογεννήτῳ, καθὼς 'καὶ ἐν τῇ πρὸς τὸν βασιλέα ἀπευχαριστείᾳ καὶ εὐχῇ εἴρηται. Ἰστέον, ὅτι ἀπὸ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς γεννήσεως τοῦ πορφυρογεννήτου παιδὸς ὀφειλόμενόν ἐστι γίνεσθαι, ὃ ἡ κοινὴ συνήθεια λοχόζεμα (80) καλεῖ, εἰς τὸν πόρτηκα τῶν ιθ' ἀκουβίτων καὶ εἰς τὰ τριόδια τῆς λεωφόρου τῆς πόλεως, ἤγουν ἀπὸ τῆς χαλκῆς μέχρι τοῦ βοός. Καὶ ὀφείλουσιν ἐν μὲν τῷ πόρτηκι τῶν ιθ' ἀκουβίτων συνέρχεσθαι οἱ ἄρχοντες τῶν ταγμάτων μετὰ τῶν σχολαρίων, ὁμοίως καὶ οἱ ἄρχοντες τοῦ πλοΐμου μετὰ τοῦ πλοΐμου στρατοῦ. Ηρὸς τούτοις τῶν δύο μερῶν οἱ δημῶται καὶ τὸ πολιτικὸν μετὰ τῶν τῆς πόλεως συστημάτων, καὶ ἑπτὰ ἡμέρας πίνουσιν ἐκεῖσε τὸ προρρηθὲν λοχόζεμα. Ὁμοίως καὶ ἐν τοῖς προρρηθεῖσι τῆς λεωφόρου τριόδοις ὀφείλουσιν συνέρC χεσθαι οἱ ἐν Χριστῷ ἡμῶν ἀδελφοὶ οἱ πένητες καὶ πίνειν ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας τὸ προρρηθὲν λοχόζεμα.

CAPUT XXII.

Observanda in baptismo filii imperatoris.

Primum ex mandato imperatoris jubentur certo tempore et loco convenire magistri, proconsules.

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Ὅσα δεῖ πυραφυλάττειν ἐπὶ βαπτισμῷ (81) ἄῤῥενος παιδὸς βασιλέως.

Κελεύσει τοῦ βασιλέως ὁρίζονται μάγιστροι, ἀνθύπατοι, πατρίκιοι, στρατηγοὶ, στρατάρχαι, τουρμάρ-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(79) Augusta non habebat plures unicas zostas; at ubi duæ essent Augustæ, socrus et nurus, ibi quoque binæ erant zostæ, cuique Augustæ sua, ut tempore Constantini et Romani Porphyrogennetorum.

(80) Quasi dicas ζέμα λόγῳ τῆς λέχους vel τῆς λοχείας, *brodium pro puerpera*. Quale autem, qui et unde confectum hoc brodium, non liquet. Videtur vinum medicatum fuisse, quemadmodum passim mos obtinet, vinum cinnamomi cannulis, saccaro et taleolis citri mistum (*die süsse Canne* appellant) ad puerperam invisentibus propinandi. Leunclav. Pandect. Turc. n. 19 perhibet, imperatorem Turcarum ob nativitatem filii novos nummos cudere. De hoc more nihil apud CPtanos imp. Græcos observavi.

(81) Miror quod tempus peracti baptismi non addiderit. In prima quidem Ecclesia exspectabant D sæpe usque ad pubertatem, imo quidam usque ad horam mortis, et, si numerus adesset satis magnus, semel aut bis vel ter ad summum per annum baptizabant simul catechumenos ejusdem ferme ætatis festo Epiphanias, magno Sabbato et Sabbato Pentecostes. Quem morem a Græcis Muhammedani videntur accepisse, qui etiam mares suos annis adolescentibus demum circumcidunt, eique actui festum solemnius aut circumcisionem filii principis præstolantur. Verum tempore procedente etiam infantes baptizati fuerunt, citius tardiusve, prout luberet aut res ferret. Epiphania, Heraclii filia, baptizata fuit die a nativitate quadragesimo in æde Blachernensi; *vid.* Theophan. p. 250. Constantinus Caballinus pariter diu post nativitatem fuit in Magna ecclesia baptizatus; *vid.* idem p. 335. Ait enim ibi Theophanes, matrem ejus, Mariam, interfuisse baptismo et redeuntem ex ecclesia sparsisse munus

χαὶ, οἱ ἄρχοντες τῶν ταγμάτων, οἱ ὀφφικιάλιοι καὶ πᾶσα ἡ σύγκλητος, καὶ εἰσέρχονται εἰς τὸν μέγαν βαπτιστῆρα τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας. Οἱ δὲ δεσπόται προέρχονται μετὰ τῶν ἀλλαξίμων, καθὼς ἔχει ἡ συνήθεια τῶν μεγάλων ἑορτῶν. Τὰ δὲ σκῆπτρα καὶ τὰ λοιπὰ σκεύη μένουσιν ἐν τῷ ναῷ τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας, καθὼς καὶ ἐν ταῖς μεγάλαις προελεύσεσιν, καὶ οἱ λοιποὶ ἀξιωματικοὶ καὶ συγκλητικοί. Οἱ δὲ δεσπόται μετὰ τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν ὁρισθέντων γενέσθαι ἀναδόχων (82) εἰσέρχονται εἰς τὸν βαπτιστῆρα, καὶ τῆς εὐχῆς γενομένης καὶ τῆς εἰωθυίας ἐκκλησιαστικῆς τάξεως τελουμένης καὶ τοῦ παιδὸς βαπτιζομένου, δέχονται οἱ ἀνάδοχοι, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε κατέρχονται (83) οἱ δεσπόται μετὰ τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ φωτίσματος (84), καὶ γίνεται ἡ εἰωθυῖα εἴσοδος εἰς τὸ Θυσιαστήριον. Εἶτα εἰσέρχεται ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ μητατώριον, καὶ τὰ ἑξῆς τελεῖται, καθὼς καὶ ἐν ταῖς μεγάλαις προελεύσεσιν. Οἱ δὲ δῆμοι ἐν τῷ ὑποστρέφειν (85) τὸν βασιλέα αἰτοῦνται, ἀχθῆναι ἱππικὸν ἱπποδρόμιον. Τοῦ δὲ βασιλέως συντασσομένου, τελεῖται τῇ ἐπαύριον ἱπποδρόμιον ἀποδύσιμον καὶ προσκυνήσιμον.

patricii, strategi, stratarchæ, turmachæ, rectores tagmatum, officiales totusque senatus. Conveniunt ergo in baptisterium seu fontem Magnæ ecclesiæ. Procedunt domini tum in mutatoriis, qualia solent ex ritu in magnis festis gestare. Sceptra et reliqua vasa manent in ipso nao Magnæ ecclesiæ, prout mos est in magnis processionibus ; manent ibidem quoque cæteri honorati et senatores. Domini autem et patriarcha et designati exceptores e sacro fonte aut compatres intrant in baptisterium, factaque oratione et peracto consueto officio ecclesiastico baptizatoque puero, excipiunt eum exceptores ; et tunc abeunt illinc imperator et patriarcha cum puello recens baptizato, et fit consuetus introitus in sacrificatorium. Dein intrat imperator in metatorium, et peraguntur cætera, ut mos est in magnis processionibus peragi. Factiones autem in reditu imperatoris ex ecclesia rogant, equestre spectaculum edi ; compromittente imperatore, peragitur sequente die spectaculum equestre apolysimum [seu postremum eorum, quæ per istam occasionem hilaritatis publicæ instituuntur], idemque proscynesimum sen in quo imperator a populo humi in genubus cubante adoratur.

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ κουρεύματι (86) παιδὸς βασιλέως.

Δίδονται μανδάτα εἰς ὅλην τὴν σύγκλητον ἀλλαξίμων, καὶ τῇ ἑξῆς προέρχονται πάντες οἱ συγκλητικοί, εἶτα ἔρχεται ὁ ῥαιφερενδάριος τοῦ πατριάρ-

CAPUT XXIII.

Observanda in tonsione filii imperatoris.

Pridie diduntur mandata ad totum senatum, ut altero die in mutatoriis compareat. Conveniunt ergo sic omnes ad ordinem senatorium pertinentes. Tunc

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

consulare a S. Sophia inde usque ad Chalcen. Hodie, nisi urgente necessitate, non baptizatur ante diem octavum aut decimum, teste Petis de la Croix dans *l'Etat présent de l'Eglise Grecque*, l. I, c. 16

(82) *Patrinorum* seu *gestantium*, ut loquebantur ævo medio ; *vid.* Du Cange v. *Gestantes*. Ἀναδοχὴ est sublevatio ex undis sacri lavacri vel baptismi, et ἀνάδοχος qui recens baptizatum sublevat, attollit. Latini posteriores ἀναδοχὴν talem *acceptionem* appellabant. In vet. inscriptione apud Corsin. de Notis Græcor. p. 34, est *ex die acceptionis suæ*, id est baptismi sui, quo ἀναδεδεγμένοι fuerunt e sacris undis ab acceptoribus suis, nisi quis malit eam vocem de acceptione in ecclesiam interpretari. Ricaut l. c. perhibet, hodie apud Græcos non adhiberi nisi unum ἀνάδοχον seu *compatrem*. Contrarium olim obtinuisse,ex hoc loco et aliis pluribus aliorum constat. Morem illum olim fuisse, ut patres liberos suos susciperent, patet exemplo Caroli M., qui ipse filium suum Pipinum juniorem de sacro fonte levavit, teste Sigon. *De regn. Italiæ* p. 91 conf. p. 92, et Chronic. Ursperg. anno 1124, ubi vetatur ille mos. Ascribam verba, cum totum hunc de baptismo locum illustrent : *Infantes suos in Sabbato sanctæ Paschæ et Pentecostes cum candelis et cappa, quæ dicitur vestis candida, et patrinis comitantibus ad baptismum deferant ; — ne etiam filios suos et filias suas ad baptismum teneant, sed sibi patrinos quærant.* — Conf. Du Cange Gloss. Gr. v. Ἀνάδοχος et Lat. v. *Patrinus*. Videntur fere Græci imperatores una cum aliis proceribus suis liberorum suorum ἀνάδοχοι fuisse. Certe susceptionis testes fuerunt. Apud Theophanem p. 65, legimus Joannem. Chrysostomum ut patriarcham fuisse ἀνάδοχον Theodosii junioris, filii Arcadii. Idem p. 335 ait : Constantinum Copronymum ἀνεδέξαντο οἱ τῶν θεμάτων προύχοντες καὶ ἡ σύγκλητος. Idem p. 483, Constantinum nostrum, Leonis filium, a Nicolao patriarcha die Epiphaniæ baptizatum fuisse, δεξαμένων αὐτὸν Ἀλεξάνδρου βασιλέως (patruus ejus is erat) καὶ Σαμωνᾶ πατρικίου καὶ τῶν ἐν τέλει πάντων.

(83) *Redeunt*, nempe e narthece in navim ecclesiæ, unde exiverant in narthecem, ubi baptisterium erat. Nam eos prius in navim ivisse, deinde illinc in narthecem rediisse, patet ex eo, quod sceptra et milites Augusti protectores dicuntur in nao Magnæ ecclesiæ *manere*.

(84) *Vid.* not. ad p. 54 et 445.

(85) Nihil hic memorat de sparso munere consulari, cujus exemplum paulo ante e Theophane citabam. Morem illum missilia spargendi redeuntibus Augustis a pueri Porphyrogenneti baptismo adhuc tempore Basilii Macedonis obtinebat, ut e Georg. Monach. patet (indicium loci debeo schedis Leichianis) narrantis de illo imp. sic : Ὁ βασιλεὺς προελθὼν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν Χριστοῦ γενεθλίων ἐν τῇ προελεύσει εἰς τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν ἐδάπτισε Στέφανον τὸν υἱὸν αὐτοῦ. Ἀγαὼν δὲ ἵππους λευκοὺς μετὰ ἁρμάτων [*stipantibus currum armatis satellitibus*] ἐκάθησεν ἅμα τῇ Αὐγούστῃ, καὶ ὁ πραιπόσιτος Βαάνης σὺν αὐταῖς, βαστάζων τὸ παιδίον μέχρι τοῦ παλατίου, τοῦ βασιλέως ῥίπτοντος ὑπατείαν ἐν τῇ ὁδῷ. *Vid.* ad p. 114 dicta.

(86) Detonsio capilli fit octavo die post nativitatem ; *vid.* Goar. Euchолog. Heinecc. *De eccles. Græc.* III, 464. Deductus videri posset hic mos crines puerorum detondendi ab illo veterum gentilium, quo solebant ephebi utriusque sexus comam alicui numini, cui se dedicabant, velut signum servitutis dare et deponere. Arabes certe comam pro

advenit referendarius patriarchæ, et sciscitatur, velitne imperator patriarcham advenire. Intrat præpositus ad imperatorem eaque de re significat ; et Augusto volente jubente, ut patriarcha veniat, rursus ad referendarium exit referens, velle imperatorem, ut patriarcha veniat. Abit itaque referendarius, et arcessit patriarcham. **359** Hic venit in palatium in consueto suo comitatu, nempe secreto suo et metropolitis atque archiepiscopis. Ei obviam fit imperator in chrysotriclinio, et simul abeunt in illud templum, in quo puerum tonderi vult imperator. Proxime hos ingrediuntur in illud templum cubicularii et proceres patriarchæ et ejus cubiculenses ; tum metropolitæ et archiepiscopi. Veniunt deinceps ex imperatoris mandato senatores et qui destinati sunt exceptores crinium pueri imperialis. Dein affert præpositus manucciola multa unum alteri consuta, ut longam telam efficiant, eaque tradit patriarchæ, hic porro tradit futuris exceptoribus crinium. Et dein fit ritus ecclesiasticus tonsuræ. Quo facto, tradit patriarcha primum aureum sudarium, in quo jacent detonsi crines, præposito ; cætera vero manucciola diripiunt et partiuntur inter se exceptores. Sub Basilio, celeberrimo imperatore, fiebat tonsura filii ejus Leonis, philochristi despotæ,

A χου, καὶ ἐρωτᾷ εἰ κελεύει ὁ βασιλεὺς εἰσελθεῖν τὸν πατριάρχην. Τοῦ δὲ βασιλέως ὑπομιμνησκομένου παρὰ τοῦ πραιποσίτου καὶ κελεύοντος εἰσελθεῖν τὸν πατριάρχην, ἐξέρχεται ὁ πραιπόσιτος λέγων τῷ βαιφερενδαρίῳ, ὅτι κελεύει ὁ βασιλεὺς εἰσελθεῖν τὸν πατριάρχην. Ὁ δὲ ἀπιὼν προσκαλεῖται τὸν πατριάρχην, καὶ εἰσέρχεται ἐν τῷ παλατίῳ, καθὼς εἴθισται αὐτῷ, μετὰ τοῦ σεκρέτου αὐτοῦ καὶ τῶν μητροπολιτῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων, καὶ ὑπαντᾷ αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ. Καὶ εἰς οἷον ἂν ναὸν κελεύῃ ὁ βασιλεὺς γενέσθαι τὸ κούρσυμα, ἄπεισιν μετὰ τοῦ πατριάρχου. Καὶ εἶθ' οὕτως εἰσέρχονται οἱ τοῦ κουβουκλείου καὶ οἱ ἄρχοντες τοῦ πατριάρχου καὶ κουβουκλείσιοι, πρὸς τούτοις μητροπολῖται καὶ ἀρχιερίσκοποι. Εἶτα κελεύσει τοῦ βασιλέως ἔρχονται
B καὶ οἱ τῆς συγκλήτου καὶ ὅσοι μέλλουσι γίνεσθαι ἀνάδοχοι τῶν τριχῶν τοῦ βασιλικοῦ παιδός. Εἶτα φέρει ὁ πραιπόσιτος τὰ διὰ ῥαφῆς συνημμένα πρὸς ἄλληλα ἐγχείρια, καὶ ἐπίδωσι ταῦτα τῷ πατριάρχῃ, ὁ δὲ πατριάρχης τοῖς μέλλουσι γίνεσθαι ἀναδόχοις, καὶ ἐξῆς γίνεται ἡ τῆς ἐκκλησίας ἀκόλουθος τοῦ κουρεύματος τάξις. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον χρυσοῦν ἐγχείριον, ἐν ᾧ καὶ αἱ ἀποκαρεῖσαι τρίχες τοῦ παιδὸς ἔγκεινται (87), ἐπιδίδονται τῷ πραιποσίτῳ, τὰ δὲ λοιπὰ ἐγχείρια διαρπαζόμενα (88) παρὰ τῶν ἀναδό-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

libertatis habent. Cui coma salva, ille liber est ; et si quis bello quem cepit atque in libertatem dimittit, abscindit ejus antias suaque in pharetra condit, velut signum pristini in dimissum dominii. Verum medio ævo per abscissionem comæ solebant filios adoptare. Cui alter comam abscindebat, is eum in filium adoptabat. Præclare Du Cangius ad Joinvill. p. 272, ubi de variis adoptandi modis agit, *Nos historiens*, ait, *nous fournissent encore une autre espèce d'adoption d'honneur, qui se faisait en coupant les cheveux de celui qui était adopté en fils* Paulus Warnefrid. in Histor. Langobard. de Carolo Martello : *Circa hæc tempora Carolus, princeps Francorum, Pipinum suum parvulum filium ad Luitprandum direxit ut ejus juxta morem capillum susciperet. Qui ejus cæsariem incidens ei pater effectus est, multisque eum ditatum regiis muneribus genitori remisit.* Anastasius *Vita Benedicti II*, p. 57 : *Hic una cum clero et exercitu suscepit mallones* [id est, cirros, cincinnos] *capillorum domini Justiniani et Heraclei, filiorum clementissimi principis, simul et jussionem, per quam significat eosdem capillos direxisse.* In Ordine Romano exstant orationes ad incidendam capillaturam et ad pueram tonsurandum. Exstat quoque talis formula apud Murator. t. II *Ant. Ital.* p. 299. Conf. P. Pithœi Miscell. l. I, c. 1, t. II, Facis Gruter. p. 739. Ergo qui talis pueri capillos abscindebant, aut, ut hic loci, supposito sudario detonsos a sacerdote et decidentes crines excipiebant, illi puerum spiritualiter adoptabant et compattres ejus fiebant. Erat mos capillos vel suos vel alterius ad aliquem cum litteris mittendi medio ævo valde usitatus, et nihil aliud pene significabat, quam si nos hodie scribimus : *Je vous baise les mains, Je suis votre serviteur très humble.* Nam crines erant signum servitutis. Qui alterius crines haberet, poterat illum, cujus crines erant, servum aut certe libertum suum appellare. Et ille, qui crines mitteret alteri, profitebatur se ipsius mancipium. Insigne exemplum habemus in historia Saladini a cl. Schultensio edita, p. 5 Excerptorum ex Abulfeda. Narrat ibi princeps Arabicus, Chalifam Ægypti a Nuroddino auxilium contra Francos flagitasse : *Mittebat litteras al Aded ad Nuroddinum, quibus auxilium ab eo flagitabat, una cum crinibus uxorum suarum* (vel gynæcei sui), *quos litteris incluserat.* Ita integre legitur in codice meo. Postrema et maxime notabilia omittere consultius duxit cl. Editor. Apparet, Chalifam voluisse Nuroddino quo quis excogitare poterat maximo blandiri, et humillimam suam venerationem ipsi testari. Genus supplicationis et humiliationis extremum est, si princeps unus alteri comas non suas, sed gynæcei sui mittat, in regione, ubi mulieres tanta sunt in veneratione, ubi honestatem violare videtur, qui eas vel nominare audet ; ubi feminæ vultum suum nemini nisi multum honestiori monstrant, nedum comam suam impertiant.

(87) Mappula quoque excipiebant crines, qui barbam pectenti imperatori excipiebant. Narrat de filiabus Roberti Guiscardi Ordericus Vitalis l. VII, *officium earum fuisse, mane dum imp. CPtanus* (Alexius Comnenus) *de strato surrexisset, manusque suas ablueret, mappulam et pectinem eburneum afferre et barbam imperatoris pectere.* Eo autem, quod compatres quotquot essent omnes mappam, qua crines decidentes excipiebantur, tenebant, significabant, se tonsum infantem in cœtum suum recipere, id est, ad communionem Christianorum admittere, eum pro uno commilitonum suorum et confidentium agnoscere, quemadmodum episcopi, alterius electi episcopi ordinationi præsentes, omnes simul Evangelii codicem cervici et capiti electi impositum apprehendebant eoque ipsum collegam profitebantur ; vid. Haberti Pontific. p. 80.

(88) Talis fuit ille mos, qualis ille hodie est, cum pannos, super quibus processit aliquis princeps in coronatione, discerpit plebs, aut quale illud est, quod de Christina, regina Sueciæ, abdicante narratur dans les *Mémoires de Msr. Archenholtz t. I*, p. 411 : *Les spectateurs qui étaient le plus près, se saisirent de son manteau royal, et eux et les autres assistants le mirent en mille pièces, voulant chacun en garder une en mémoire de leur reine.* Huc perti-

χων μερίζονται. Ἐπὶ δὲ βασιλείου τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως γέγονε τὸ κούρευμα Λέοντος τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου καὶ υἱοῦ αὐτοῦ ζοὕτως· Τῆς προῤῥηθείσης τάξεως πάσης τελεσθείσης, γέγονεν ἡ ἐκκλησιαστικὴ πᾶσα ἀκολουθία τοῦ κουρεύματος ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου τοῦ ἐν τῷ πρὸς ἀνατολὴν ἀριστερῷ μέρει τοῦ χρυσοτρικλίνου. Ἀναδοχοι δὲ τῶν τριχῶν τοῦ βασιλικοῦ παιδὸς γεγόνασιν ὅ τε πατρίκιος Λέων καὶ στρατηγὸς τῶν Ἀνατολικῶν ὁ κρατερὸς, καὶ ὁ στρατηγὸς Καππαδοκίας, καὶ οἱ τουρμάρχαι καὶ μεράρχαι, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες θεματικοὶ ἄρχοντες τῶν αὐτῶν θεμάτων μετὰ καὶ τῶν δρουγγαροκομήτων· Ἀπὸ γὰρ τῶν κιγκλίδων τοῦ βήματος τοῦ αὐτοῦ εὐκτηρίου μέχρι τοῦ πόρτηκος τοῦ χρυσοτρικλίνου, ἐν ᾧ καὶ το ὡρολόγιον ἵσταται, συνεκράτει ἡ τῶν ἐλχειρίων ἄλλο πρὸς τὸ ἄλλο συῤῥαφὴ καὶ συνάρμοσις, ὥστε πάντας τοὺς θεματικούς ἄρχοντας Ἀνατολικοὺς καὶ Καππάδοκας ἀναδόχους γενέσθαι τῶν τριχῶν τοῦ βασιλικοῦ παιδός.

A

B

hunc in modum : Reliquo,quem diximus,apparatu cærimoniarum præmisso,fiebat officium tonsuræ ecclesiasticum, prout ritus fert, in oratorio sancti magni martyris Theodori,quod est in sinistra versus orientem spectanti regione chrysotriclinii. Exceptores criniuin imperialis pueri erant Leo [Phocas] patricius et tum strategus Anatolicorum,fortis heros ; et strategus, qui tum erat,Cappadociæ,et turmarchæ et merarchæ et reliqui omnes rectores provinciales eorumdem thematum seu provinciarum, Anatoliæ nempe atque Cappadociæ,una cum drungarii comitibus. Hi omnes fiebant exceptores crinium imperialis pueri, stantes nempe a cancellis tribunæ modo dicti oraculi inde usque ad porticum chrysotriclini, in qua horologium stat, et tenentes telam illam longam e multis inter se consutis sudariis confectam.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Ἐπὶ προαγωγῇ κουβικουλαραίας.

Τῆς καθημερινῆς προελεύσεως ἱσταμένης, καὶ τοῦ βασιλέως καθεζομένου ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ καὶ κελεύοντος γενέσθαι κουβικουλαραίαν, δηγοῖ τοῖς πραιποσίτοις, καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸ εἰωθὸς ἀναλαμβάνονται μεθ' ἑαυτῶν δύο κουβικουλαρίους καὶ δύο σπαθαροκουβικουλαρίους καὶ ὀστιάριον καὶ πριμικήριον. Εἷς δὲ ἐκ τούτων ὀφείλει εἶναι ὁ πριμικήριος τοῦ κουβουκλείου. Καὶ εἰσέρχονται ἐν τῷ χρυσοτριλίνῳ. Καὶ οἱ μὲν πραιπόσιτοι εἰσερχόμενοι τὸ πρὸς δύσιν βῆλον τοῦ χρυσοτρικλίνου προσκυνοῦσι τὸν βασιλέα. Τοῦ δὲ δευτέρου ἀνοίγοντος τὸ εὐκτήριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου τὸ ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ, εἰσέρχονται πάντες ἐκεῖσε, καὶ ἀποκρεμμῶσι τὸ χρυσοῦν ἱμάτιον τὸ δίκην παραγαυδίου ὂν εἰς τὰς κιγκλίδας τοῦ βήματος, ἤτοι εἰς τὰ ἅγια θύρια. Ὁμοίως τιθοῦσιν ἐκεῖσε καὶ τὸ προπόλωμα καὶ τὸ ἄσπρον μαφώριον καὶ τὸ λευκὸν χαρζάνιον (89), καὶ εἶθ' οὕτως ἐξέρχονται οἱ πραιπόσιτοι

C

D

CAPUT XXIV.

Ritus promotionis cubiculariæ.

Consistente jam modo et orsa quotidiana processione seu conventu procerum,quando imperator in chrysotriclino sedet et vult cubiculariam creare, significat id præpositis.Hi pro more secum sumunt duo cubicularios et duo spatharocubicularios **360** et ostiarium et primicerium (horum unus autem debet primicerius cubiculi esse),et intrant in chrysotriclinium. Et præpositi quidem intrantes per occidentale chrysotriclini velum adorant imperatorem. Secundicerius autem aperit oratorium sancti magni martyris Theodori, quod in chrysotriclino est ; et intrant in illud omnes,et suspendunt aureum vestimentum,quod ad modum paragaudii formatum est,e cancellis tribunæ aut in sancta porta ; pariter deponunt ibidem propoloma [seu turritam capitis coronam] et candidum maforium [seu calyptram]et candidum charzanium. Eo facto, exeunt præpositi, et abeunt per dextrum orientale velum chrysotri-

JOAN. JAC. REISKII. COMMENTARIUS.

net, quod Cerimoniale Burchardi perhibet,in coronatione Pontificis equum, e quo Papa descenderit, primi occupantis fuisse,unde multa prælia non sine Pontificum periculo sæpe orta fuerint, item baldachinum, sub quo portatus Papa fuerit,discerptum a furente populo fuisse. *Soldati quoque*, ait. *sedem vi rumpentes et lacerantes sibi vindicabant ; vid.*Jos. Catalanus ad Ceremon. Augustini Patricii p 131. Codinus Offic. 10,n. 1, ait, festo Palmarum imperatorem cum processione per factum manu et ramis palmarum aliisque ornatum περίπατον in ecclesiam ire,quo facto illum Barangis cæterisque satellitibus diripiendum permitti. Die quodam annuo diripiunt Janitzari ferculum Sultano inferendum, teste Busbekio p.200 : *Peractis precibus imperatori prandium inferebant,quibus ferre mos est, cum, ecce, Ganitzari manus ferculis injiciunt, omnia diripiunt, atque ipsi multa cum festivitate vescuntur.Datur illud ex veteri instituto diei illius hilaritati. Principi aliunde provisum.*

(89) Vocem hanc reddit Du Cange Gl. Gr. *lorum*, quæ significatio mihi huc quadrare non videtur. Reconsetur hic inter vestes muliebres una cum propolomate et maphorio ; quæ ambo sunt ornamenta capitis mulieribus usitata. Paulo post dicitur imponendum esse recens creatæ cubiculariæ maphorium seu calyptram, dein charzanium, tandem propoloma.Ergo fuit charzanium capitis muliebris quoque ornamentum. Ut dicam, quid mihi videatur charzanium fuisse, puto id fuisse, quod nostrates *Schneppe* appellant, vittam frontalem, cujus acuta lacinia super frontem ad oculorum et nasi confinia usque descendit. Conjecturæ ratio hæc est. *Cherbon* (ἡ ἀσφάλεια proprie) est Arabibus *amuletum*, *phylacterium*, qualia,ut reliquo corpore, sic etiam fronte gerunt. Ad hujus similitudinem potuit vitta rostrata appellari.Forte quoque insutas phylacterio reliquias sanctorum, textus Evangeliorum et alia, malis oculis averruncandis destinata, gesserunt feminæ in talibus vittis rostratis frontalibus. Vel fuerit χαρζάνιον aliquid ad formam lori vel læniæ super frontem dependens,quandoquidem χαρτζάνιον etiam *lorum* notat, etiam ex Arabica origine : *charaza* enim verbum notat corium ita consuere, ut puncta certis intervallis distent, et candida fila conspiciantur,quemadmodum qui lora

clinii in cœtonem Augustæ,et illinc petunt creandam cubiculariam,traducuntque per chrysotriclinium in oratorium sancti magni martyris Theodori et ibi collocatam sic alloquitur magnus præpositus : « Vide, unde accipias hanc dignitatem. Palam est, eam a sacra porta te impetrare. Recogitans itaque, te dignitatem e manu Domini accipere, diligenter cura, ut timorem Domini in corde habeas, sinceramque fidem et benevolentiam erga Augustum et Augustam conserves. » His dictis,jubet,ut ter humi procidens, versus Orientem converso vultu, Deum adoret et ei gratias pro indulta dignitate agat. Eo facto, sumit primus præpositus aureum indumentum, ad instar paragaudii factum, e sancta porta ; quod cæteri præpositi feminæ circumponunt, dein cingulum ipsi accingunt, dein album maphorium imponunt ipsi et album charzanium, et tandem propoloma.Sic indutam protinus salutant præpositi atque reliqui, et educunt eam per velum sancti Theodori in medium usque triclinium, ubi constituta e regione medii polycandeli prima vice adorat imperatorem ; dein inter procedendum, donec perveniat ad pedes imperatoris,adorat bis ; ut adeo in universum ter adoret.Provoluta tum ad pedes imperatoris osculatur eos. Eo facto, educitur a præpositis et cubiculariis reliquis in lausiacum, ubi eam cubicularii salutant.Illinc abducunt eam præpositi in cœtonem Augustæ.Ibi adorat cum gratiarum actione Augustam, et restitat, præpositis in lausiacum redeuntibus.

τοι, καὶ ἀπίασιν διὰ τοῦ πρὸς ἀνατολὴν δεξιοῦ βήλου τοῦ χρυσοτρικλίνου εἰς τὸν κοιτῶνα τῆς Αὐγούστης, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἀναλαμβάνονται τὴν μέλλουσαν γενέσθαι κουβικουλαραίαν, καὶ ἀπάγουσιν αὐτὴν διὰ τοῦ χρυσοτρικλίνου εἰς τὸ εὐκτήριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου, καὶ λέγει πρὸς σὺτὴν ὁ πρῶτος πραιπόσιτος· « Ὅρα, πόθεν ἀναλαμβάνεσαι τὸ ἀξίωμα. Πάντως πρόδηλον ἐκ τῶν ἁγίων θυρῶν. Καὶ εἰς τοῦτο ἀφορῶσα, ὅτι ἐκ χειρὸς Κυρίου τοῦτο λαμβάνεις, πρόσεχε σεαυτὴν τὸν τοῦ Κυρίου φόβον ἔχουσα ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ πρὸς τὸν βασιλέα καὶ τὴν Αὐγούσταν ἀληθῆ πίστιν καὶ ἀκίβδηλον εὐγνωμοσύνην φυλάττουσα. » Ταῦτα πρὸς αὐτὴν εἰπὼν ὁ πραιπόσιτος, κελεύει αὐτὴν τρίτον ἐπὶ τῆς γῆς πρὸς ἀνατολὰς προσκυνῆσαι καὶ τῷ Θεῷ ἀπευχαριστῆσαι. Εἶθ' οὕτως ἀναλαμβάνεται ὁ πρῶτος πραιπόσιτος τὸ χρυσοῦν ἱμάτιον τὸ δίκην παραγαυδίου ὃν ἀπὸ τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ ἐπενδύουσιν αὐτὴν οἱ πραιπόσιτοι καὶ ζωννύουσιν αὐτήν. Ἔπειτα ἐπιτιθοῦσιν ἐπ' αὐτῇ τὸ ἄσπρον μαφόριον καὶ τὸ λευκὸν χαρζάνιον, εἶτα τὸ προπόλωμα, καὶ εὐθὺς ἀσπάζονται αὐτὴν οἱ πραιπόσιτοι καὶ οἱ λοιποὶ, καὶ ἐξάγουσιν αὐτὴν διὰ τοῦ βήλου τοῦ ἁγίου Θεοδώρου ἐν τῷ μέσῳ τοῦ χρυσοτρικλίνου κατέναντι τοῦ μεσσαιτου πολυκανδήλου, καὶ προσκυνεῖ, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε μέχρις ἂν κσταλάβῃ τοὺς πόδας τοῦ βασιλέως, προσκυνεῖ ἐκ δευτέρου, ὡς τρισσὴν εἶναι τὴν ταύτης προσκύνησιν (90). Καὶ εἶθ' οὕτως πίπτουσα φιλεῖ τοὺς πόδας [38] τοῦ βασιλέως, καὶ ἐξάγεται παρὰ τῶν πραιποσίτων κάὶ τῶν λοιπῶν τοῦ κουβουκλείου εἰς τὸν λαυσιακὸν, καὶ ἀσπάζονται αὐτὴν οἱ τοῦ κουβουκλείου, καὶ ἀπὸ τῶν ἀναλαμβάνονται αὐτὴν οἱ πραιπόσιτοι καὶ ἀπάγουσιν εἰς τὸν κοιτῶνα τῆς Αὐγούστης, καὶ ἀπευχαριστεῖ τὴν Αὐγούσταν. Οἱ δὲ πραιπόσιτοι ταύτην ἐκεῖσε καταλείποντες ἀπέρχονται ἐν τῷ λαυσιακῷ.

361 CAPUT XXV.

Observanda in promotione cubicularii.

Incepta jam quotidiana processione, residens in chrysotriclinio imperator, quando vult aliquem cubicularium renuntiare, significat præpositis. Hi,secum sumptis pro more duobus cubiculariis et duobus spatharocubiculariis et ostiariis et primicerio (horum autem unus debet primicerius cubiculi esse), intrant in chrysotriclinium. Et præpositi quidem

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν ἐπὶ προαγωγῇ κουβικουλαρίου.

Τῆς καθημερινῆς προελεύσεως ἱσταμένης, καὶ τοῦ βασιλέως καθεζομένου ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ καὶ κελεύοντος γενέσθαι κουβικουλάριον, δηλοῖ τοῖς πραιποσίτοις, καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸ εἰωθὸς ἀναλαμβάνονται μεθ' ἑαυτῶν δύο κουβικουλαρίους καὶ δύο σπαθαροκουβικουλαρίους καὶ ὀστιάριον καὶ πριμικήριον. Εἷς δὲ ἐκ τούτων ὀφείλει εἶναι καὶ ὁ πριμικήριος τοῦ

VARIÆ LECTIONES.

[38] τῆς πόδας ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

coriacea equorum consuunt sutores helciarii. Erit itaque : *Charzon* lorum arte sutorum lorariorum (*Riemer* nos dicimus) consutum, qualibus utuntur equites milites, quando commilitonum aliquem castigant et cædunt nudum.

(90) Sæpius jam admonuit codex noster de lege et more aulæ CPtanæ,quo debebant qui imperatorem adoratum venirent, per certa rotundis marmoreis lapidibus signata intervalla, in universum ter humi procidere. Idem quoque mos apud Muhammedanos obtinebat, ut e Wilhelmo Tyrio constat, qui,quomodo legati regis Almerici Hierosolymitani ad Chalifam Ægypti a Solthano seu primo ministro ejus introducti ad ipsum fuerint, exponens l. XIX, c. 18, inter alia hæc habet :

Ingressis porro et in interiorem palatii partem admissis [legatis] *Soldanus de more consuetam domino exhibens reverentiam* [τὸ σύνηθες νέμων σέβας] *semel et secundo humi prostratus,quasi nemini debitum cultum et quoddam adorationis genus cœpit supplex impendere. Tertio iterum prostratus gladium, quem de collo gerebat suspensum, deposuit. Et ecce subito contractis mira velocitate velariis margaritarum varietate auroque contextis, quæ media dependebant et obumbrabant solium, revelata facie, throno sedens aureo habitu plus quam regio, paucis circa eum de domesticis et familiaribus eunuchis apparuit Chalifa. Tunc accedens ad eum cum omni reverentia Soldanus, sedentis pedibus osculum humiliter imprimens adventus legatorum causam — aperit.*

κουβουκλείου. Καὶ εἰσέρχονται ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ, καὶ οἱ μὲν πραιπόσιτοι εἰσερχόμενοι τὸ πρὸς δύσιν βῆλον τοῦ χρυσοτρικλίνου προσκυνοῦσι τὸν βασιλέα. οἱ δὲ λοιποὶ τοῦ κουβουκλείου οὐ προσκυνοῦσιν. Τοῦ δὲ δευτέρου ἀνοίγοντος τὸ εὐκτήριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου, εἰσέρχονται πάντες ἐκεῖσε καὶ ἀποκρεμμῶσι τὸ χρυσοῦν παραγαύδιον εἰς τὰς κιγκλίδας τοῦ βήματος, ἤγουν εἰς τὰ ἅγια θύρια, καὶ εἶθ' οὕτως ἐξέρχεται ὁ πραιπόσιτος, καὶ εἰσάγει ἀπὸ τοῦ πανθέου, εἴτε καὶ ἀπὸ τοῦ ὡρολογίου, τὸν ὀφείλοντα γενέσθαι κουβικουλάριον, καὶ ἔξωθεν τοῦ εὐκτηρίου, ἤγουν εἰς τὸ βῆλον τοῦ ἁγίου Θεοδώρου, κελεύσει τῶν πραιποσίτων ἐνδύουσιν οἱ κουβικουλάριοι καμίσιον τὸν μέλλοντα τιμηθῆναι, καὶ ἀποσκεπάζουσιν αὐτὸν, καὶ εἶθ' οὕτως εἰσάγουσιν αὐτὸν ἐν τῷ εὐκτηρίῳ, καὶ ἱστῶσιν αὐτὸν πρὸ τῶν ἁγίων θυρῶν. Εἶτα ὁ πρῶτος πραιπόσιτος ποιεῖ εἰς αὐτὸν τὴν εἰωθυῖαν παραίνεσιν, νουθετῶν καὶ ἐξασφαλιζόμενος αὐτὸν τοῦ μὴ δῆσαι (91) χεῖρας εἰς ἕτερον βαρβάτον ἄνευ τοῦ βασιλέως, καὶ τοῦ μὴ εἶναι μέθυσον καὶ πέρπερον (92) καὶ περισσοπραξίας ἐργάζεσθαι, καὶ τοῦ μὴ συνδυάζειν ἢ συμφιλιοῦσθαι ἐξωλεστάτοις καὶ νεωτερισταῖς ἀνθρώποις· πρὸς τούτοις καὶ τοῦ μὴ ἐξάγειν μυστήριον βασιλέως, τιμᾷν δὲ πάντας τοὺς ἐν ἀξιώμασι προβαθμίους καὶ ἰσοβαθμίους αὐτοῦ καὶ πᾶσαν τὴν σύγκλητον, μάλιστα δὲ τοὺς αὐτοῦ πραιποσίτους. Ταῦτα ἐξασφαλισάμενος ὁ πραιπόσιτος τὸν μέλλοντα τιμηθῆναι κουβικουλάριον, λέγει πρὸς αὐτόν· « Ὅρα, πόθεν ἀναλαμβάνει (93) τὸ ἀξίωμα. Πάντως πρόδηλον ἐκ τῶν ἁγίων θυρῶν. Καὶ εἰς τοῦτο ἀφορῶν, ὅτι ἐκ χειρὸς Κυρίου τοῦτο λαμβάνεις, πρόσεχε σεαυτῷ, ὅπως μέχρι τέλους ζωῆς σου ταῦτα πάντα φυλάξῃς, καὶ ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ σου διαθέμενος (94) καὶ ταῖς κρείττοσιν ἀρεταῖς κοσμούμενος, ταῖς μείζοσι τῶν βαθμῶν ἀξίαις

per occidentale velum chrysotriclinii introcuntes adorant imperatorem; reliqui autem cubicularii non adorant. Deuterus inde aperit oratorium sancti magni martyris Theodori, in quod omnes intrant, et suspendunt aureum paragaudium e cancellis bematis aut e sacra porta. Dein exit præpositus, et introducit aut a pantheo, aut et ab horologio creandum cubicularium. Hunc extra oratorium seu in velo sancti Theodori amiciunt cubicularii, a præpositis jussi, camisio, demuntque ipsi capitis tegumentum, tum introducunt eum in oratorium, et coram sacra porta collocant. Ibi facit præpositus ad eum consuetam adhortationem, diligenter præcipiens et inculcans, ne manus violentas immittat in alium barbatum, inscio imperatore, neque ebrietati se dedat, neque vanus et levis sit, et inepte curiosus rerum ad se non pertinentium; neque fraternitatem et sodalitium contrahat cum hominibus perditis, perniciosis, novarum rerum studentibus; ne præterea effutiat secretum aliquod imperatoris; ut omnes, honoratos sive gradum suo priorem, sive sibi parem habeant, verbo totum senatum, sed maxime præpositos suos, honoret. Huic adhortationi ad honorandum cubicularium factæ addit præpositus hanc formulam : « Vide unde accipias dignitatem quam nunc accipis. Nempe, ut palam est, a sancta porta. Recogitans itaque, te illam e manu Dei accipere, cura diligenter ut, quoad vixeris, præcepta mea custodias, dispositosque habens in corde tuo gradus [pulcherrarum dotium unos alteris altiores] ornatusque optimis virtutibus, majores honorum gradus a divitiarum largitore, divino nostro imperatore, consequaris, et illustris in sacro cubiculo fias. » **362** His dictis, jubet eum præpositus ter humo prolapsum, vultu ad Orientem converso,

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(91) Non ausim probitatem lectionis hujus spondere, ῥίψαι vel βαλεῖν vel θεῖναι aptius et usitatius esset. Quod si tamen dictionem δεδεμένας χερσὶ considero, de qua v. ad p. 303 dicta, et quæ *manibus complicatis* significat, videtur nil mutandum esse et hæc dictio notare *manus suas in alterum implicare*. Injungitur autem cubiculario mandatum de manibus violentis in barbatum, id est procerum reliquorum non eunuchorum quemcunque alium, non immittendis, ideo, quia eunuchi, ut intimi et perpetui familiares imperatoris secretissima quæque ejus consilia sciebant et mandata maximi momenti, ut, e. c., de proceribus in custodiam aut vincula rapiendis, aut capite plectendis exsequebantur, iisque absque mora et tergiversatione parendum esset. Debebant igitur sacramentis obligari, ne potestate sua abuterentur, neve non jussi privato ex odio per causam regis hostes suos perditum irent.

(92) De hac voce quæ afferam plura aut certiora iis, quæ Gataker. ad Antoninum V, § 5, p. 188, edit. sec. Londin., non habeo, nisi hoc, habere magnam affinitatem πέρπερος cum *farfaron*, *funfaronada* Francico. Conf. Salmas. ad Scr. H. Aug. t. II, p. 603. Cyrillus in Lexico mstο (apud Du Cangium, v. Κουρτέσης) : Πέρπερος προπετὴς ἢ κουρτέσης, περπερεία τὸ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν παραλάβανεσθαι ἢ καὶ ἡ κολακεία καὶ ἡ προπετεία. Nisi apud Suidam sic quoque legeretur, nempe παραλαμβάνεσθαι (et recte quidem ibi legitur), tentarem hic παραοάλλεσθαι, *periclitari*. Longe enim alia sermonis in Suida constructio est, quam in Cyrillo. Apparet τὸν πέρπερον esse τὸν ἄκαιρον, importunum, inconsultum, inconstantem, qui levi impetu ad ridicula quæque et noxia quoque dicendum et agendum, unde sperat se placiturum esse, impelli potest, *foldre*, ut Franci dicunt, *flatterig*, ut nos. Qualis est ille apud Theophrastum in Characteribus, qui τῷ καυματιζομένῳ, ardenti febri laboranti, spreto medici interdicto, vinum porrigit, ne scilicet æger viribus deficiat. Arrian. dissert. Epictet. p. 267 : μηδέποτε ἡσυχίαν ἔχοντα, πέρπερον. Hinc a quibusdam *tumultuator* redditur hoc vocabulum, ab aliis *procax*, ab aliis *inconstans* : omnes recte. Polybius Excerpt. Peiresc. p. 189, aliquem στωμύλον καὶ λάλον καὶ πέρπερον ταφερόντως appellat *dicaculum*, *garrulum et incredibilis hominem levitatis*. [De hoc verbo muntis egit Fabric. ad Sext. Emp. p. 227. *Ex Addend.*]

(93) Ita in membranis ex dialecto Attica pro ἀναλαμβάνῃ aut ἀναλαμβάνεσαι, ut p. 360.

(94) *Gratus in corde tuo disponens*, id est qualitates animi, virtutes, quarum unæ aliis iisdem altiores et nobiliores sunt; transiens ex una virtute in aliam sublimiorem, merearis quoque ex inferioribus dignitatibus sæcularibus ad sublimiores alias aliasque ascendere.

Deum adorare, eique gratias agere. Dein sumit aureum paragaudium e sacra porta, ipsique id induit. Tum salutant eum præpositi cæterique, et extra velum sancti Theodori educunt. Egressus procumbit humi et adorat imperatorem ; tum educitur a præpositis et cubiculariis in lausiacum, ubi senatores omnes, et primo quidem loco cubicularii, ei gratulantur. Hoc facto, tegit rursus caput, et occupat sedem suam, et datis missis vel dimissa processione, abit in domum suam in solemne amicorum obsequio.

A παρὰ τοῦ πλουτοδότου καὶ θείου ἡμῶν αὐτοκράτορος ἐπιτύχῃς καὶ ἔνδοξος ἐν τῷ ἱερῷ κουβουκλείῳ γενήσῃ. » Ταῦτα πρὸς αὐτὸν εἰπὼν ὁ πραιπόσιτος κελεύει αὐτὸν τρίτον ἐπὶ τῆς γῆς πρὸς ἀνατολὰς προσκυνῆσαι καὶ τῷ Θεῷ ἀπευχαριστῆσαι. Εἶθ' οὕτως ἀναλαμβάνεται τὸ χρυσοῦν παραγαύδιον ὁ πραιπόσιτος ἀπὸ τῶν ἁγίων θυρῶν, καὶ ἐπενδύει αὐτὸν, καὶ ἀσπάζονται αὐτὸν οἱ πραιπόσιτοι καὶ οἱ λοιποὶ, καὶ ἐξάγουσιν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ βήλου. Καὶ ἡνίκα ἐξέλθῃ, πίπτει ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ προσκυνεῖ τὸν βασιλέα, καὶ εἶθ' οὕτως ἐξάγεται πρὸ τῶν πραιποσίτων καὶ τῶν τοῦ κουβουκλείου εἰς τὸν λαυσιακὸν, καὶ ἀσπάζονται αὐτὸν πάντες οἱ τῆς συγκλήτου, καὶ πρὸ πάντων οἱ τοῦ κουβουκλείου. Καὶ εἶθ' οὕτως σκεπάζεται (95) καὶ καθέζεται εἰς τὴν ἰδίαν αὐτοῦ τάξιν, καὶ τῶν μινσῶν γινομένων, ἀπέρχεται ἔμπρατος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.

CAPUT XXVI.

De quibusdam diverso tempore innovatis circa vetustam consuetudinem olim observatam in Magna ecclesia.

Mos erat olim, ut imperator, postquam dona sacræ mensæ obtulisset, intra sanctum sacrificatorium maneret usque ad communionem sanctorum mysteriorum. Sed sub Theodosio, orthodoxo imperatore, abrogatum id est ob causam in Vita sancti Ambrosii, episcopi Mediolanensis, scriptam.

B

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Περὶ τῶν κατὰ διαφόρους καιροὺς συμβάντων γενέσθαι περὶ τῆς παλαιᾶς συνηθείας τῆς τελουμένης ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ.

Ἰστέον, ὅτι τὸ παλαιὸν μετὰ τὸ προσενεγκεῖν τὰ δῶρα τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ τὸν βασιλέα ἔμενεν ἔνδον (96) τοῦ ἁγίου θυσιαστηρίου ἕως τῆς μεταλήψεως τῶν θείων μυστηρίων· ἐπὶ δὲ Θεοδοσίου τοῦ ὀρθοδόξου βασιλέως τοῦτο ἀπεκόπη δι' αἰτίαν, ἣ ἐν τῷ Βίῳ ἀναγέγραπται τοῦ ἁγίου καὶ ἀοιδίμου Ἀμβροσίου, ἐπισκόπου Μεδιολάνων.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(95) *Rursus imponit sibi*, aut *imponitur ipsi*, *camelaucium*. Nam supra, p. 361, legitur ei detractum fuisse illud, ἀποσκεπάζουσιν αὐτόν, cum introducendus esset in oratorium, ubi initiandus significatione et præceptis novi numeris esset, ejusque symbolo, stola aurea, induendus. Habebant nempe illum honorem Græci ecclesiis et sacellis C suis, ut nudo capite ea intrarent et cultui sacro interessent, quo de ritu egi ad p 9, illud ἀποστέφεται ὁ βασιλεὺς ecclesiam ingressurus. Quod autem cubicularius non prius reposuisse dicitur camelaucium in caput, quam receptus esset in collegium suum et a collegis pro collega agnitus, posset a quibusdam pro exemplo illius apud Hispanos moris accipi, quo non licet coram rege versari capite operto, nisi in collegium Grandium sic dictorum recepto. Sed hac de re alibi disputo.

(96) *[Sozomenus ait, imperatores a populo separatos intra altaris conspectum consedisse ; sed id mutatum ab Ambrosio et præeminentiam sacerdotibus permissam, VII, c. 25. Thom. Smith. de statu Ecclesiæ Græcæ p. 49.]* Menolog. Basil. t. II, p. 13, ad d. 7 Decembris de Ambrosio hæc habet inter alia : Ζήλον ἔχων θεϊκὸν καὶ ἐλευθέραν ψυχὴν, ὅτε εἶδε τὸν μέγαν Θεοδόσιον πικρανθέντα καὶ ἀποστείλαντα λαὸν καὶ σφάξαντα τὸν ἐν Θεσσαλονίκῃ λαὸν, ἐπειδὴ ἔπταισαν εἰς τὸν βασιλέα, εἶτα ἐλθόντα εἰς τὴν ἑορτὴν τῶν Χριστοῦ γεννῶν, ἵνα εἰσοδεύσῃ καὶ εὔξηται καὶ κοινωνήσῃ τῶν ἁγιάντων μυστηρίων, ἐκώλυσεν αὐτὸν καὶ οὐκ ἀφῆκεν εἰσελθεῖν εἰς τὸ βῆμα, εἰπὼν, ὅτι φονέας καὶ μάλιστα τοσούτων ὁμοφύλων Χριστιανῶν ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ οὐ δέχεται. Τὸν δὲ ἅγιον ἐθαύμασεν ὁ βασιλεὺς καὶ ἐτίμησε καὶ ὑπεχώρησεν, εἰπὼν, ὅτι ἀληθῶς, ἀρχιερεύς ἐστι. Conf. Theophan. p. 62, et Cedren. p. 318, 319. Rem sic narrat Theodoretus V, 17. Post reconciliationem cum Ambrosio admissus in ecclesiam et in ipsam tribunam Theodosius, post oblata et in altari deposita dona, ἔνδον τῶν ἀνακτόρων παρὰ τὰς κιγκλίδας μεμένηκεν. Notabile hic παρὰ τὰς κιγκλίδας stationem imperatoris fuisse. Quæsivit Ambrosius, quid ei opus esset, quid sibi vellet : Τοῦ δὲ βασιλέως εἰρηκότος, ὡς προσμένῃ τὴν τῶν θείως *μυστηρίων μετάληψιν*. ἐδήλωσεν, ὑπουργῷ τῷ τῶν διακόνων ἡγουμένῳ χρησάμενος, ὅτι « Τὰ ἔνδον, ὦ βασιλεῦ, μόνοις ἐστὶν ἱερεῦσι βατὰ, τοῖς δὲ ἄλλοις ἅπασιν ἄδυτά τε καὶ ἄψαυστα. Ἔξιθι τοίνυν, καὶ τοῖς ἄλλοις κοινώνει τῆς στάσεως. Ἀλουργὶς γὰρ βασιλέας, οὐχ ἱερέας, ποιεῖ. » Καὶ ταύτῃ δὲ ὁ πιστότατος βασιλεὺς ἁσμένων δεξάμενος τὴν εἰσήγησιν, ἀντεδήλωσεν, ὡς οὐ θρασύτητι χρώμενος ἔνδον τῶν κιγκλίδων μεμένηκεν, ἀλλ' ἐν Κωνσταντινουπόλει εἶναι ἔθος τοῦτο μαθών. Fortem regem, qui a sacerdote se sivit in ordinem cogi. Nam dubio caret, tyrannidem hanc fuisse ab Ambrosio, viro quondam militari, exercitam ; qui dominandi cupidinem cum in mundanis monstrare forte non posset, quod multi faciunt, ad sacra transtulit (1), non minus formidandus Theodosio futurus tyrannus, si rapuisset imperium. Qui vero potuit imperatori locum intra tribunam negare, qui semper locum et personam diaconi, aut certe subdiaconi in ecclesia sustinuit? Imperatores Occidentis Christianos ante Theodosium, qui sane perpauci fuerunt, extra tribunam in Romanis ecclesiis sedisse, nullo testimonio constat. Sed elucet undecunque animus Ambrosii violentus et iniquus, quo superare in sacris studebat et præire atque sub jugum mittere illum, quem in sæcularibus non æquabat. Claris verbis Sozomenus VII, cap. 26, Ambrosium moris hujus auctorem nominat. Ascribam ejus verba : Ἔθος ἦν τοὺς βασιλεῖς ἐν τῷ ἱερατείῳ ἐκκλησιάζειν, *intra septa altaris in ecclesia consistere* κατ' ἐξοχὴν τῶν ὁρίων τοῦ λαοῦ κεχωρισμένους. Κολακείας δὲ ἡ ἀταξίας εἶναι τοῦτο συνιδὼν [imo vero volens se clerumque et actiones suas inspectioni potentiorum subtrahere, et affectans licentiam pone velum pro libitu agendi et eminentiam supra dominos suos, quibus eum divina et humana lex subdebat], τόπον εἶναι βασιλέως ἐν ἐκκλησίᾳ τάταχε [ipse ergo primus Ambrosius assignabat imperatori locum extra septa tribunæ, non veterem morem secutus, sed novum instituens,] τὸν πρὸ τῶν θυρφάκτων τοῦ ἱερατείου, ὥστε τοῦ μὲν λαοῦ τὸν κρατοῦντα τὴν προεδρίαν ἔχειν, αὐτοῦ δὲ τοὺς ἱερέας προκαθῆσθαι. Ταύτην δὲ τὴν ἀρίστην παράδοσιν ἐπήνεσε Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ μετὰ ταῦτα ἐκράτυναν, καὶ ἐξ ἐκείνου νυνὶ φυλαττομένην ὁρῶμεν.

(1) Nugæ, ex atra bili tunc auctorem exagitante, natæ.

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Ὅπως Ἡράκλειος (97) ὑπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς ἀπὸ τῆς τοῦ Καίσαρος ἀξίας ἀνήχθη εἰς τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας, καὶ πῶς Δαβὶδ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ γέγονε Καῖσαρ.

Χρὴ εἰδέναι, ὅτι κατὰ τὴν τεταρτην τοῦ Ἰουλίου μηνὸς, ἰνδ. ια', ὁ αὐτοκράτωρ καὶ μέγας βασιλεὺς θελήσας ἀναγορεῦσαι [26] (98) Ἡράκλειον τὸν τούτου υἱὸν ἀπὸ τῆς ἀξίας τοῦ Καίσαρος εἰς τὸ σχῆμα τῆς βασιλείας, ἐποιησεν οὕτως· Μετεστάλη ὁ πατριάρχης (99) καὶ οἱ τῆς συγκλήτου πάντες. Καὶ ὁ μὲν πατριάρχης εἰσῆλθε πρὸς τὸν βασιλέα, παρόντος καὶ Κωνσταντίνου δεσπότου, τοῦ αὐτοῦ γνησίου ἀδελφοῦ (1). Ἡ δὲ εὐχὴ ἐγένετο ἐν τῷ Ἁγίῳ Στεφάνῳ τῆς Δάφνης, καὶ ἐπήρθη (2), ὅπερ ἐφόρει καμελαύκιον ὁ Καῖσαρ, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ περιετέθη αὐτῷ ὁ βασιλικὸς στέφανος, Δαβὶδ δὲ τῷ δεσπότῃ ἑτέρας εὐχῆς γενομένης, ἀνήγαγεν εἰς τὴν τοῦ Καίσαρος ἀξίαν, ἐπιθεὶς αὐτῷ τὸ αὐτὸ καμελαύκιον. Εἶθ' οὕτως μετεστάλησαν κατὰ τὸ ἔθος οἱ ἐνδοξότατοι πατρίκιοι, καὶ εἰσῆλθον ἐν τῷ αὐγουστέῳ, καὶ ἐδέξαντο τὸν τε μέγαν βασιλέα, ὁμοίως καὶ τοὺς αὐτοῦ υἱοὺς, παρόντος καὶ τοῦ Καίσαρος. Ἡνίκα οὖν ἐξῆλθον πάντες οἱ ἀπὸ ὑπάτων (3) καὶ ἕως τῶν ἰλλουστρίων, ἔστησαν εἰς τὰ γραδήλια τῆς ἀρέας. Ἠνοίχθησαν δὲ καὶ αἱ πύλαι τοῦ ἅρματος καὶ εἰσῆλ-

A

CAPUT XXVII.

Quomodo Heraclius [junior] a suo patre e dignitate Cæsaris ad habitum et majestatem imperatoris evectus, ejus frater David autem Cæsar creatus fuerit.

Die quarto mensis Julii, indict. undecima [A. C. 638], instituebat imperator et magnus rex [Heraclius] decreto Heraclium [juniorem] filium suum ex Cæsare imperatorem facere hunc in modum: Arcessebantur patriarcha totusque senatus. Patriarcha ad imperatorem conveniebat, præsente ejus [Heraclii Junioris] fratre, Constantino despota. Oratio et benedictio super creando imperatore fiebat in æde sancti Stephani Daphnes. Tum auferebatur camelaucium, quod Cæsar, Heraclius, gerebat, ex ejus capite, et circumponebatur ipsi corona imperialis. B Illud ipsum vero camelaucium imponebat patriarcha Davidi despotæ, altera peculiari eum in finem dicta oratione; eoque fiebat is Cæsar. **363** Eo facto arcessebantur illustrissimi patricii pro more, qui augusteum ingressi magnum imperatorem et ejus filios, juniorem imperatorem atque Cæsarem, venerabantur. Egressi deinceps omnes a consulibus inde usque ad illustres consistebant in gradibus areæ; aperiebantur portæ armatis, et intrabant omnia signa, et scholæ et factiones. Simul exibat

VARIÆ LECTIONES.

[26] ἀναγαγεῖν conj. R.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(97) Heraclius senior duo filios sibi cognomines habebat, unum, qui ipsi successit et parum diu regnavit, alias Constantinum novum dictum, e priore conjuge Eudocia susceptum; alterum, vulgo Heracleonam dictum, e Martina, secunda conjuge. De posteriore noster locus agit. Nam prior jam A. C. 613, nondum anno ætatis primo impleto, imperator fuerat a patre dictus et coronatus; *vid.* Petavii not. ad Nicephori Breviar. p. 38.

(98) Ita M., sed sensus flagitat ἀναγαγεῖν.

(99) Ille tum erat Sergius, qui etiam ipsum Heraclium patrem A. 610, recens patriarcha recentem imperatorem coronaverat. Nam Thomæ 20 Martii A. 610, vita defuncto Sergius hic successerat die Aprilis 20, et coronabat Heraclium, qui ejusdem mense Octobri Phocam tyrannum sustulerat. Haud diu quoque supervixit Heraclius Sergio. Hoc enim defuncto mense Januario A. 639 (*vid.* ad p. 361, ubi exsequiæ ejus describuntur), decessit Heraclius A. 641, mense Martio. Apparet hinc, caput hoc nostrum cum sequentibus tribus non Constantini nostri, sed vetustioris scriptoris, Heraclii æqualis, esse, quandoquidem circumstantias ejus domesticas ita minute exsequitur, ut quædam ab eo discas alibi haud obvia. Non solet Constantinus noster in rebus vetustis tam prolixus, tam rimator minutiarum esse, si de suo loquitur et res suæ domus non persequitur. Conficitur id quoque e quibusdam dictionibus Nostro non sic usitatis, ut p. 363, ἐν τῷ Αὐγουστέῳ et ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ legitur. Noster autem ἐν τῷ Αὐγουστέῳ et ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ solet enuntiare.

(1) Videatur quidem αὐτοῦ ad proximum redire, id est ad imperatorem Heraclium seniorem, de quo in proximo sermonem præmiserat. Verum pro negligentia illorum temporum minus distincte locutus auctor respicit ad remotius, ad Heraclium Juniorem puta. Heraclii junioris fratrem γνήσιον appellat Constantinus. Sed quomodo accipienda C vox γνήσιος? Estne frater germanus, eodem patre et matre natus, an qui solummodo alterutrum parentum cum fratre communem habet? Credas, prius potius esse. Et habuit profecto Heraclius senior duo filios Constantinos, quorum seniorem, alias Heraclium, interdum quoque Constantinum novum, ex Eudocia, priore conjuge, juniorem e Martina, posteriore conjuge, susceperat. Posset ergo credi, de juniore Constantino sermonem hic esse. Quare tamen in Actologia capite sequente non hujus quoque junioris Constantini fit mentio? Nam ibi liberi Heraclii secundum ordinem ætatis recensentur, tum in vivis superstites, hi: Constantinus Aug., Heraclius Aug., Augustina Augusta, Anastasia Augusta, David Cæsar, Martinus nobilissimus. Liquet Constantinum, Martinæ filium, qui Heraclium, ex eadem matre fratrem, ætate præibat, in hac serie desiderari. Nam Heraclium, Eudociæ filium, præteritum fuisse, qui patri supervixit et successit, ratione caret. Ergo nil superest, quam Constantinum hic loci et deinceps p. 364, nominatum esse D Heraclium, Heraclii et Eudociæ filium, alias Constantinum novum dictum, vocem γνήσιος autem significare hic quidem loci fratrem ex eodem patre, sed diversa matre natum.

(2) Id est ἀφῃρέθη, *tollebatur*. Eodem sensu ἐπαίρειν pro ἀφαιρεῖν usurpavit Plutarch. Vitar. t. III, p. 1486, 12. Ita quoque Thophanes, p. 147: Ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος ταῦτα μαθὼν μεγάλως ἤλγησε. τὴν ψυχὴν, ὥστε ἐπῆρεν τὸ διάδημα τῆς κεφαλῆς. Hinc κατεπαίρεσθαι Cedreno p. 516, est *abesse*, e medio, e conspectu subblatum esse.

(3) Ambigua dictio potest reddi *omnes et consulibus*, vel *omnes*, nempe senatores, *inde ab ordine consulum*. Posterior sensus tamen hic unice obtinet. Posset οἱ delendum videri. Sed retineri tamen satius est. Subintelligitur ὄντες; οἱ ὄντες ἀπὸ ὑπάτων.

quoque patriarcha cum imperatore et ejus filiis, et sub faustis omnium acclamationibus abibat continuo in Magnam ecclesiam, ubi pariter omnia ex ritu fiebant.

CAPUT XXVIII.

De processione in Magnam ecclesiam.

Kalendis Januariis, indictione duodecima [A. C. 639], faciebat imperator [Heraclius] processionem in Magnam ecclesiam cum filiis, Constantino despota prætextato ; qui etiam majoris fratris brachio nitebatur. Togas gestabant patricius Nicetas, patricius Joannes, patricius Cata Jesdin, patricius Domitius et magister Eustathius. Reliqui autem proceres gestabant tunicas holosericas. Quidam expræfectorum gestabant loros, ut, qui consulatum adeunt, gerere solent. Ut ventum erat in Magnam ecclesiam, accendebant cereos, et omnia fiebant secundum ritum et dignis modis.

Ὧν πάντα τὰ σίγνα, καὶ αἱ σχολαὶ καὶ οἱ δῆμοι. Συνεξῆλθεν δὲ αὐτοῖς καὶ ὁ πατριάρχης, καὶ πάντων εὐφημησάντων, εὐθέως ἀπῆει ἐν τῇ ἁγωτάτῃ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ μετὰ τῶν τῶν τέκνων αὐτοῦ, καὶ πάντα κατὰ τὸ ἔθος ἐγένετο καὶ ἐν τῇ αὐτῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ.

ΚΕΦΑΚ. ΚΒ'.

Περὶ προκένσου τοῦ ἐν τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ.

Χρὴ εἰδέναι, ὡς τῇ πρώτῃ τοῦ Ἰαννουαρίου μηνὸς, ἰνδ. ιβ' [27] (1), ἐποίησε πρόκενσον ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐξῆλθε μετ' αὐτοῦ Κωνσταντῖνος ὁ δεσπότης, φορῶν χλανίδιον, καὶ Ἡράκλειος ὁ δεσπότης καὶ υἱὸς αὐτοῦ, φορῶν πραίσεκτον [28] (5), καὶ παρὰ τοῦ ἰδίου ἀδελφοῦ παρακρατούμενος. Ἐφόρεσαν δὲ τόγας [29] ὅ τε πατρίκιος Νικήτας (6), καὶ ὁ πατρίκιος Ἰωάννης, καὶ ὁ πατρίκιος ὁ κατὰ Ἰέσδην (7), καὶ ὁ πατρίκιος Δομέτιος, καὶ ὁ μάγιστρος Εὐστάθιος, καὶ οἱ λοιποὶ ἄρχοντες ἐφόρεσαν χλανίδια ὁλοσήρικα, καὶ τινες δὲ τῶν ἀπὸ ὑπάρχων ἐφόρεσαν λώρους κατὰ ὑπατίας (8), καὶ εἰσελθόντων αὐτῶν ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἦψαν κηροὺς καὶ πάντα τα πρὸς συνήθειαν γεγόνασι, καὶ ἐγένετο ἄξια (9).

VARIÆ LECTIONES.

[27] ιβ' em. R., β' cod. et ed. [28] πραίτεκστον legi vult R. [29] Ita em. R. τόγας. ὁ δὲ cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(1) Id est A. C. 639.

(5) Ita M. Nihilominus apographi Draudiani præferenda lectio, quod, e consilio Maii procul dubio, dabat πραίτεκστον.

(6) Videtur ille Nicetas Patricius consanguineus Heraclii fuisse, cujus, Nicetæ, filiam Gregoriam Heraclius junior, Constantinus novus cognominatus, in matrimonium duxit et matrem Heraclii Constantis imp. fecit, teste Zonara, t. II, p. 87. Vid. stemma Heraclii infra.

(8) Id est Ἰέσδιον, si nempe hominis nomen est ; alias Ἰέσδη potest nomen urbis in Persia esse, Est ergo ὁ κατὰ Ἰέσδην aut qui ad Iesdium, hominem aliquem, magnatem Persicum, Iesda oriundum, vel Iesdæ dominum olim pertinuit, ut filius, aut affinis, aut servus, aut ratione quacunque tandem, aut qui ipse Iesda oriundus vel potitus aliquando fuit. Cum Heraclius bella multa feliciter cum Persis gesserit, fieri non potuit, quin captivos multos, nobiles quoque, Persas acciperet, inter quos forte fuerit aliquis Ἰέσδης *Iezdius, Iezdensis*, qui hic ὁ κατὰ Ἰέσδην appellatur, aut cujus noster ὁ κατὰ Ἰέσδην fuerit olim servus aut domesticus aut filius, etc. Κατα cum accusativo in tali formula nihil aliud quam genitivum notat ; ὁ κατὰ Ἰέσδην ergo est vel ὁ τοῦ Ἰεσδίου, vel ὁ τῆς Ἰέσδης. Ut in isto τὸ Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον *Evangelium* non *secundum Matthæum*, sed *Matthæi ipsius* est. Hac particula κατά pro genitivo non memini qui frequentius fuerit usus Æliano in libris historiæ animalis. Ita apud Nicephorum Patriarch. Brev. Hist. p. 60, Σέργιος ὁ κατὰ Νικήταν est Sergius, filius, aut affinis, aut quacunque tandem ratione ad Nicetam pertinens, et quomodocunque de ipso appellatus. Theophylactus Candidatus ὁ κατὰ Μαρινάκην apud Theophanem, anno 25, Copronymi est vel filius, vel affinis, vel ἔκγονος, vel libertus alicujus Marinacii. Frequens nomen gentis Κατακάλων et gentis Καταρόδων. Harum institutores, ὁ κατὰ Κάλον, vel potius Γάλον, et κατὰ Ῥόδιον, erant filii vel affines vel posteri vel liberti alicujus Galli et Rhodii ; vid. Alexiad. p. 440, Scylitz. p. 608. Monasterium *S. Stephani Cata Galla Placidia* [id est Gallam Placidiam] et monasterium *Cata Barbara Patricia*, apud Du Cangium v. *Cata*, sunt monasteria Gallæ et Barbaræ et de conditricibus appellata. Ἰσαάκιος ὁ ἀργυροπράτης ὁ κατὰ Βελλισάριον apud Malalam, t. II, p. 241, est *campsor Bellisarii*, de ipso nomen habens et ad obsequium ejus pertinens. Apud Theophanem p. 368, est ὁ κατὰ Βησὰρ σπαθάριος et ὁ κατὰ Ἰμερίου πατρικίου σπαθάριος, *spatharius* τοῦ *nobilis de Bisir* et *patricii de Himerio*. Posset quoque, si res non sub Heraclio, sed serius contigisset, hoc nomen ὁ κατὰ Ἰέσδην vel ὁ τοῦ Ἰέσδη, quod prorsus idem est, pro gentili haberi. Fuisse temporibus Heraclio posterioribus familiam Græcam οἱ κατὰ Ἰέσδην origine tenus Persicam et a Iesda, urbe Persidis, venientem constat. Possem hac occasione contra cl. Muratorium demonstrare, nomina familiarum distinctiva a majorum aliquo aut a territorio desumpta sæculo VI post Christum natum in usu fuisse et cum ipsis Gothis et Germanis in imperium Romanum invasisse. Negat enim v. cl. in præfatione ad Magistri Moysis Bergomatis carmen de laudibus Bergomi, et in Antiquitatibus Italiæ, nomina familiarum propria ante sæculum decimum in usum venisse. Sed ea res alium locum postulat, et vel levi Cedreni, Theophanis aliorumque scriptorum historiæ Byzantinæ inspectione ista sententia refelli potest. Apud Nostrum p. 379, est ὁ τοῦ Συμβατίκη, *filius*, non proprio et stricto sensu, sed laxiori, id est ἔκγονος, de posteris unus, *Symbaticii* Omnibus hac gente oriundis commune nomen hoc erat ὁ τοῦ Συμβατίκη. Ibidem est simile nomen Θεόδωρος ὁ τοῦ Παγκράτη

(8) *Hypatiæ* sunt processiones consulum Kal. Januariis consulatum auspicantium et missilia consulatus nomine in populum spargentium et dona amicis mittentium, quo factum, ut dona quævis, largitiones, sportulæ ὑπατίαι appellarentur, qua de re forte alias. Apparet ex hoc loco, sub Heraclio adhuc consulatum obtinuisse, neque sub Justiniano, ut vulgo traditur, exspirasse.

(9) Digna nempe magnitudine istius actionis et imperii majestate et spectaculo. Conjeceram aliquando αἴτια. Sed non opus vulgatam mutare.

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

Ὅπως ἐν ἡμέρᾳ ἱπποδρομίου ἐδέξατο Ἡράκλειος τοὺς τῆς συγκλήτου, παρόντος καὶ τοῦ πατριάρχου.

Χρὴ εἰδέναι, ὡς, τῇ τετάρτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἱπποδρομίου ὄντος, ἐδέξατο ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ αὐγουστέᾳ τοὺς εἰωθότας, καὶ ἐν τῷ μέλλειν ἀνέρχεσθαι αὐτὸν ἐν τῇ ἱπποδρομίᾳ. πάλιν ἐκέλευστε, καὶ ἐδέξατο πάντας τοὺς ἄρχοντας, καὶ εἰσελθόντων αὐτῶν ἐν τῷ αὐγουστέᾳ. εὗρον ἱστάμενον τόν τε βασιλέα καὶ τὴν Αὐγούσταν, καὶ ἔμπροσθεν αὐτῶν ἱσταμένας Αὐγουστῖναν καὶ Ἀναστασίαν τὰς αὐτῶν θυγατέρας καὶ Αὐγούστας, παρόντος καὶ τοῦ πατριάρχου, καὶ ἐν τῷ δεξιῷ μέρει ἵσταντο τὰ λοιπὰ τέκνα τοῦ βασιλέως, καὶ εἰς τὸ ἀριστερὸν μέρος ἵσταντο κουβικουλάριοι, καὶ ἔκραξαν λέγοντες· « Εὐτυχῶς τῇ πολιτείᾳ, εὐτυχῶς τῇ πολιτείᾳ, εὐτυχῶς τῇ πολιτείᾳ. Ἡράκλειε Αὔγουστε, τούμβικας. Ἀναστασία (10) Μαρτίνα Αὐγούστα, τούμβικας. Κωνσταντῖνε Αὔγουστε, τούμβικας. Ἡράκλειε Αὔγουστε, τούμβικας. Αὐγουστίνα Αὐγούστα τούμβικας. Ἀναστασία Αὐγούστα, τούμβικας. Δαβὶδ Καῖσαρ, τούμβικας. Μαρτῖνε νωβελήσιμε, τούμβικας. » Καὶ εὐθ' οὕτως ἀνῆλθεν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ.

ΚΕΦΑΛ. Α'.

Περὶ κηδείας πατριάρχου.

Χρὴ εἰδέναι, ὅτι τῇ ιγ' τοῦ Δεκεμβρίου μηνὸς, ἰνδ. ιβ', ἐτελειώθη Σέργιος (11) ὁ πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως ἡμέρᾳ Κυριακῇ. Καὶ μετὰ τὸ δέξασθαι τὸν βασιλέα τοὺς ἄρχοντας κατὰ τὸ εἰωθὸς, ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὴν κηδείαν τοῦ αὐτοῦ πατριάρχου. Καὶ δὴ ἀπελθόντων τῶν συγκλητικῶν ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ἀπῄλλαξαν τὰ ἄσπρα χλανίδια, καὶ περιεβάλλοντο τὰ χροακὰ (12), καὶ οὕτως ἠκολού-

A

CAPUT XXIX.

Quomodo in die ludi circensis exceperit Heraclius senatores coram patriarcha.

Ejusdem mensis Januarii quarto die, quo spectaculum equestre edebatur, excipiebat imperator in augusteone, quos eo tempore mos est excipi. Cum autem in eo jam esset, ut in circum ascenderet, rursus placebat ipsi omnes proceres admittere. Intrabant itaque proceres omnes in augusteonem; ubi stantem inveniebant imperatorem et Augustam, et coram illis stantes Augustinam et Anastasiam, ipsorum filias et Augustas easdem. Aderat etiam patriarcha. **364** In dextra augusteonis parte stabant reliqui liberi imperiales; in sinistro cubicularii. Proceres itaque ingressi dominos his acclamationibus excipiebant: « Feliciter imperio. Feliciter imperio. Feliciter imperio. Heracli Auguste, tu vincas. Anastasia Martina Augusta, tu vincas. Constantine Auguste, tu vincas. Heracli Auguste, tu vincas. Augustina Augusta, tu vincas. Anastasia Augusta, tu vincas. David Cæsar, tu vincas. Martine nobilissime, tu vincas. » Post hæc ascendebat imperator in hippodromum.

B

CAPUT XXX.

De exsequiis patriarchæ.

Die decimo tertio Decembris, indictione duodecima [A. C. 639]. consummabatur [id est vivis excedebat] Sergius patriarcha Constantinopolitanus. Erat ea dies Dominica. Ad ejus exsequias ablegabat imperator [Heraclius Magnus] proceres post perfectam consuetam admissionem. Senatores itaque abibant in Magnam ecclesiam, et depositis ibi tunicis candidis, indutisque in earum vicem coloreis,

C

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

τοῦ Παγκράτη. Apud Theophanem anno 7 Rhinotmeti est ὁ τοῦ .Μανσοὺρ λογοθέτης, Hujus viri aut pater, aut atavus, aut unius, de majoribus ejus herus fuerat aliquis Arabs *Mansur*. Nomen enim illud Arabicum est. Malalas, t. II, p. 41 et 65, gentem Χουτζών et Στούμμας nominat Postremam esse Germanicam ex eo liquet, quod adhuc hodie *Stummesdorf* (pagus *Stummæ*) appellatur aliquis pagus haud procul patria mea Sorbiga, qui fuit olim peculium alicujus de Stummarum gente. Sed hæc, ut dixi, ad alium locum pertinent.

(10) Solum Martinæ nomen absque illo priore Anastasiæ, reperio apud Du Cangium. Contra tantum Anastasiam appellat, omisso Martinæ nomine, Cedrenus p. 430. Intelligas quoque ex hoc loco, quo ætatis ordine liberi Heraclii senioris imperatoris sese exceperint. Constantinus enim, qui primo loco nominatur, est Heraclius junior, senioris ex Eudocia filius, ille, quem privigna Martina paulo post patris excessum veneno vita et imperio privavit. Heraclius autem secundo loco nominatus est ille, quem alii Heracleonam appellant, filius Martinæ; tum sequuntur cæteri ejusdem Martinæ liberi hoc ætatis ordine: Augustina et Anastasia, soror ejus minor, ambæ a patre paulo ante vitæ finem (ut Du Cange ait, quod tamen laxius accipiendum, scilicet A. C. 639, ut e nostro loco patet) Augustæ dictæ; postea David Cæsar et Martinus nobilissimus. Videtur hæc lectio *Martinus* illi præstare.

D

quam Petavius notis ad Nicephor. Breviar. p. 47, in liberorum Heraclii indiculo et Du Cange Fam. Byz. p. 119 exhibet, *Marinus*, auctore Nicephoro, qui p. 80 ait, et filios Davidem atque Marinum a patre simul Cæsares fuisse renuntiatos (qua in re Nostro discrepat, qui Davidem Cæsarem, Martinum nobilissimum facit.) et eodem tempore filias Augustinam et Martinam Augustas. Verba ejus sunt: Μετὰ τοῦτο ἐδικαίου τὸν υἱὸν ὑπατεῦσαι. Δαβὶδ δὲ καὶ Μαρῖνον τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ Καίσαρας ἀνηγόρευσε, Αὐγουστῖναν δὲ καὶ Μαρτῖναν τὰς θυγατέρας Αὐγούστας.

(11) In chronologiam hujus casus inquirit Petavius ad Nicephor. p. 128 seqq.

(12) Apponuntur τοῖς λευκοῖς, quia nempe albus lanæ color pro colore non reputatur, ut qui nativus, ἁπλοῦς, *simplex* et lanæ non conciliatus est. Nam peregrinus color proprie *color* dicitur. Pari modo apud Latinos *colores* opponuntur *albis*. Augustin. Patric. Cerem. Roman. II, 12: *In consecratione utuntur hodie paramentis albis, quamvis antiqui secundum temporis colore uterentur*, id est tali colore, qui per illud tempus, quo consecratio Papæ fiebat, a sacerdote debebat gestari. Quid velim, docebit Durandus, III, 18. Cujuscunque igitur coloris sit vestis, dummodo alba non sit, ea colorea est. Conf. Salmas. ad Script. Hist. Aug. t. II, p. 555, ubi de τοῖς χροακοῖς et *coloreis* pluribus agit, et inter alia locum Ahmedis Onirocritæ adducit, in quo στρώματα ἁπαλά opponuntur τοῖς χροακοῖς.

comitabantur exsequias usque ad SS. Apostolos. Interrogati eo tempore sacerdotalis ordinis viri, num etiam aliis patriarchis contigerit eodem ritu tumulari, respondebant, eumdem ritum observatum quo que fuisse in exsequiis episcoporum Cyriaci et Thomæ ; cum et illi quoque die Dominica absoluti seu mortalibus exempti fuerint. Fiebat tum in templo SS. Apostolorum sanctum officium ; quo peracto, abibant domum honorati, qui manere nolebant ; qui autem vellent, manebant donec exuviæ defuncti conditæ humo fuissent.

θησαν τῷ ἐξοδίῳ μέχρι τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων (13). Ἠρωτήθησαν δὲ οἱ τοῦ κλήρου τῆς ἐκκλησίας, εἰ καὶ εἰς ἑτέρους πατριάρχας ἐγένετο ἡ αὐτὴ τάξις· καὶ εἶπον, γενέσθαι τὴν τοιαύτην τάξιν εἰς τὴν [29] κηδείαν τῶν ἐπισκόπων Κυριακοῦ καὶ Θωμᾶ (14). Καὶ αὐτοὶ γὰρ ἐν Κυριακῇ ἐτελειώθησαν (15), καὶ δὴ τῆς λειτουργίας γενομένης, οἱ θελήσαντες μεῖναι ἀξιωματικοὶ ἔμειναν μέχρι τῆς καταθέσεως τοῦ λειψάνου, οἱ δὲ λοιποὶ ἀνεχώρησαν οἴκαδε.

CAPUT XXXI.

Quomodo imperator debeat dona in Magna ecclesia offerre.

In die Luminum seu festo Epiphaniæ offerebat imperator Michael [Ebriosus, Theophili filius] aureum poculum gemmis et margaritis ornatum ecclesiæ. Et poculum quidem ipsum gestabat jussu imperatoris spatharius aurifaber ; operculum vero poculi gestabat aliquis silentiarius. Ambo medii ambulabant duos intra magistros. Ubi prope ad saeram portam venerant, adimebat ipse imperator poculum gestanti, ingressusque in sacrificatorium, imponebat illud sacræ mensæ ; patriarcha vero auferens operculum poculi a silentiario, dabat illud imperatori, qui etiam id sacræ mensæ imponebat.

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Πῶς δει προσφερειν τὸν βασιλέα ἐν Μεγαλῃ ἐκκλησίᾳ ἀναθήματα.

Ἰστέον, ὅτι, τῇ ἡμέρᾳ τῶν Φώτων, τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ προσφέροντος τῇ ἐκκλησίᾳ ποτήριον (16) χρυσοῦν ἐκ λίθων τιμίων καὶ μαργάρων ἡμφιεσμένον, τὸ μὲν ποτήριον προστάξει τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ σπαθάριος καὶ χρυσοεψητὴς (17) ἐβάσταζε, τὸ δὲ ποτηροκάλυμμα σιλεντιάριος, περιπατοῦντες ἀναμεταξὺ τῶν δύο μαγίστρων. Καὶ τῶν ἁγίων θυρῶν πλησίον γενόμενος ὁ βασιλεὺς ἦρε τὸ ποτήριον, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ θυσιαστήριον τέθεικεν αὐτὸ εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν. Ὁ δὲ πατριάρχης, λαβὼν τὸ ποτηροκάλυμμα ἀπὸ τοῦ σιλεντιαρίου, ἐπέδωκεν αὐτὸ τῷ βασιλεῖ. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπέθηκεν αὐτὸ ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ.

VARIÆ LECTIONES.

[29] εἰς τὴν R., εἰς τε τὴν cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

Quo de loco quid statui debeat, quandoquidem difficile est absque Arabico textu, quo caremus, pronuntiare, non video. Quod si tamen oppositum τοῖς χροακοῖς significare voluit auctor, videtur potius ἄβολα *non tincta*, quam ἁπλᾶ scripsisse, aut saltem ἁπλᾶ, *simplicia*. Lugebant seu luctum significabant Græci novi, quod et hodierni faciunt, vestibus venetis et purpureis, rarius nigris. Demetrius Bulgarus apud Goar. ad Codin. p. 99 : Πένθους εἰσὶ τὰ πορφυρᾶ ἐνδύματα σήμαντρον· ἐν μόναις γὰρ ταῖς νηστίμοις ἡμέραις καὶ ἐν μνημοσύναις ἀπελθόντων λαμβάνονται. Proxime quoque purpura, color in splendente nigredine rubicans, ad colorem sanguinis aridi accedit. Sed venetus color præcipue lugentibus servit ; et fieri possit, ut hic loci Noster non alias vestes, quam venetas voce χροακά designaverit, cum vestes cæruleæ in specie *coloratæ* dicantur Latinis, si satis tuto id colligitur e loco Joannis Monachi in Vita S. Odonis l. III (apud DC. v. *Blavus*) : *Non induebantur similia* (vestimenta, id est ejusdem coloris cum lana nativa), *sed colorata, quæ nos vulgo vocamus blava*. Cæterum, quod dicitur positis candidis coloreas fuisse sumptas, id intelligitur ex more aulæ Byzantinæ, candidas quotidie gerendi et in candidis in aulam veniendi, nisi ob processionem solemnem alius splendidior vestitus coloratus esset induendus. Propterea Lazorum regi non licebat χλαμύδα ἀλουργῆ ἀμπισχέσθαι, sed λευκὴν μόνον, referente Agathia p. 85, tanquam vassallo et senatori aut patricio Romano ; aut potius, quia color albus erat hilaritatis indicium, coloreæ autem vestes in luctu gestarentur. Id quod antiquis quoque Græcorum temporibus obtinebat, ut ex Athenæo constat, qui p. 290, ex Hegesandro coquum ita loquentem introducit :

Ὅταν ἐν περιδείπνῳ τυγχάνω διακονῶν,
Ἐπὰν τάχιστ' ἔλθωσιν ἐκ τῆς ἐκφορᾶς
Τὰ βαπτὰ ἔχοντες, τοὐπίθηνα τῆς χύτρας
Ἀφελὼν, ἐποίησα τοὺς ϛ δακρύοντα γελᾶν,

Cum in silicernio ego minister,
Redeuntes ab exsequiis
Et ipsis adhuc coloreis indutos flentesque ridere
[facio,

Quod Noster χροακά, id Hegesander τὰ βαπτά appellat.

(13) Nam ibi cum imperatoribus jacebant quoque defuncti patriarchæ, v. Du Cange CPlis Christ. l. IV, p. 110.

(14) Cyriacus, A. C. 606 defunctus, fuerat Thomæ antecessor, ut Thomas fuit Sergii, defunctus A. 610.

(15) Vult auctor significare, ut videtur, quid agendum sit, si die Dominico patriarcha decedat. Verum perobscure et insufficienter id facit. Colligas ferme ex eo, eodem die Dominico et mortuum et sepultum fuisse. Probabilius tamen est proximo die Dominico ab emortuali sepultum fuisse. Forte huc respicit dictio ἡ αὐτὴ τάξις

(16) Hoc est celebre illud poculum, de quo Cedrenus p. 557, et Script. post Theophan. p. 131, quem postremum locum Leichius quoque citaverat. Caput hoc et sequentia omnia usque ad p. 368, omnia sunt non Constantini, sed e monumentis bibliothecæ Palatinæ, sub Michaele Ebrioso exaratis, decerpta, ut præcedentia e monumentis ævi Heracliani.

(17) Vel χρυσοχόης, forte est *comes auri*, de quo *vid.* Guther. p. 660. Leo Grammat. p. 450, forte hunc ἄρχοντα τοῦ χρυσοχείου appellat. Idem p. 497, νοτάριον καὶ ἄρχοντα τοῦ χρυσοχόου habet. Ex utraque lectione una bona conficienda χρυσοχοείου, quæ etiam Anonymo in Script. post Theophan. p. 247, restituenda pro prava χρυσοχέστου. Artemidor, p. 221, cap. 33, τοῦ βασιλικοῦ χρυσίου ἐργαπιστάτην appellat.

ΚΕΦΑΛ. ΑΒ'.

Περὶ αἰτήσεως δεξίμου τῶν δύο μερῶν, ἑορτῆς παρούσης.

Χρὴ εἰδέναι, ὅτι ἐπὶ Μιχαὴλ τοῦ βασιλέως τὰ δύο μέρη μετὰ τὴν ὑποστροφὴν τῆς προελεύσεως τῶν φώτων ἀπῆλθον εἰς τὰς ἰδίας φιάλας, αἰτούμενοι γενέσθαι τὸ δέξιμον.

CAPUT XXXII.

Quomodo ambæ factiones veniam imperatorem in circo adorandi rogaverint in die festo.

Sub imperatore Michaele abibant ambæ factiones, eo revertente domum e processione luminum, in propriam quæque suam phialam rogatum, ut deximum fiat.

ΚΕΦΑΛ. ΑΓ'.

Περὶ προαγωγῆς ἀξιωμάτων ἐν ἡμέρᾳ ἑτησίῳ αὐτοκρατορίας, καὶ στεψίμου (18), καὶ γενεθλίου, καὶ στεφανώματος.

Ἱστέον, ὅτι εἴθισται τοῖς βασιλεῦσιν ἐν τοῖς δεξίμοις τῆς αὐτοκρατορίας καὶ τῆς γεννήσεως, ὁμοίως καὶ τοῦ στεψίμου καὶ στεφανώματος αὐτῶν, μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ τρικόγχου ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ εἴσοδον περιβάλλεσθαι τὰ χρυσοπερίκλειστα σαγία, καὶ καθέζεσθαι τὸν μέγαν βασιλέα ἐπὶ τοῦ ἱσταμένου θρόνου ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ. Εἰ δὲ μικροὶ ὦσι βασιλεῖς, καθέζονται ἐν σελλίοις ἔνθεν κἀκεῖθεν τοῦ αὐτοῦ θρόνου. Εἶτα εἰσέρχονται οἱ τοῦ κουβουκλείου, ὡς εἴθισται αὐτοῖς. Ὁ δὲ βασιλεὺς προβάλλεται πλήθη πολλὰ ἀξιωμάτων ἀπό τε μανδατόρων, βεστητόρων, ὑπάτων, κανδιδάτων, σπαθαρίων καὶ δισυπάτων, ὁμοίως σπαθαροκανδιδάτων καὶ πρωτοσπαθαρίων, ἀναβιβάζων καθεκάστην τάξιν καὶ ἀξίαν. Εἶθ' οὕτως ἀναστάντες ἀπὸ τοῦ σέντζου καθέζονται ἐπὶ τῆς τιμίας αὐτῶν τραπέζης.

365 CAPUT XXXIII.

De promotionibus ad dignitates palatinas in natalibus anniversariis imperii, coronationis, nativitatis et nuptiarum.

Solent imperatores in deximis seu admissionibus circensium, quas dictis in natalibus indulgent, postquam e triconcho in chrysotriclinum redierunt, auro septa saga induere et desidere, magnus quidem qui identidem est, imperator in throno, qui stat in chrysotriclino; minores autem, si qui sunt, in sellis ad utramque throni partem. Deinde intrant cubicularii, ut solent. Et imperator promotiones permultas facit, a mandatariis inde incipiendo ad vestitores, consules, candidatos, spatharios, iterum consules, spatharocandidatos, protospatharios, promovens nempe secundum unamquamque classem et dignitatem meriti ex inferioribus ad superiores. His peractis, surgunt domini e throno, et assident venerabili suæ mensæ.

ΚΕΦΑΛ. ΑΔ'.

Περὶ προαγωγῆς ἀξιωμάτων ἐν ἡμέρᾳ ἑτησίῳ γεννήσεως καὶ ἑτέρων τοιούτων.

Ἱστέον, ὅτι τὸ δέξιμον τῆς γεννήσεως Μιχαὴλ βασιλεὺς ἐν τῇ μυστικῇ φιάλῃ τοῦ τρικόγχου ἐτελέσθη κατὰ τὴν εἰωθυῖαν ἀκολουθίαν τῶν δεξίμων. Τῶν γὰρ μερῶν αἰτησαμένων τὰς δ' αἰτήσεις, ἃς ἐξ ἔθους εἰώθασιν αἰτεῖσθαι, καὶ τοῦ βασιλέως συνταξαμένου τὴν ἐκπλήρωσιν τῶν τεσσάρων αἰτήσεων γενέσθαι, εἰσῆλθεν ἐν τῷ τρικογχῳ, καὶ ἀπήλλαξε κατὰ τὸ εἰωθὸς, καὶ δηριγευόμενος ἐκεῖθεν εἰσῆλθεν ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ, καὶ περιβαλλόμενος τὸ χρυσοπερίκλειστον σαγίον ἐκάθισεν ἐν τῷ σέντζῳ τῷ ἱσταμένῳ ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ. Τῶν δὲ τοῦ κουβουκλείου κατὰ τὸ εἰωθὸς εἰσελθόντων, ἐποίησε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ προβολὰς ἀξιωμάτων πολλὰς ἀπό τε ἀποεπάρχων προαναβιβάζων καθεκάστην ἀξίαν μέχρι πρωτοσπαθαρίων.

CAPUT XXXIV.

De eodem argumento.

Deximum diei, quo natalis nativitatis Michaelis [Ebriosi] imperatoris celebrabatur, flebat in secreta phiala triconchii secundum ordinarium ritum deximorum. Nam postquam factiones suas quatuor flagitationes edidissent, quas ex antiquo ritu facere solent, et imperator ipsis eas indulturum atque adimpleturum spopondisset, intrabat in triconchium, et exuebat vestes pro more, et inde abibat, stipatus a proceribus, in cœtonem suum, indutusque ibi sago listis aureis septo, ibat in chrysotriclinum, et residebat in ibi stante throno; cubiculoque, **366** ut mos est, illuc ingresso atque coacto, faciebat promotiones permultas ad dignitates aulicas, incipiendo ab expræfectis et ascendendo per singulas classes officiorum usque ad protospatharios.

ΚΕΦΑΛ. ΑΕ'.

Περὶ σαξίμου.

Χρὴ εἰδέναι, ὅτι ἐν τῷ σαξίμῳ τοῦ αὐτοῦ γενεθλίου τὰ δύο μέρη τῆς πολιτικῆς (19) Βενέτων καὶ Πρασίνων οὐρέποτε ἔσασσον. Καὶ ὑπομνήσαντος περὶ τούτου τοῦ πραιποσίτου τῷ βασιλεῖ, προσέταξεν ὁ βασιλεὺς, ὅπως σάξωσιν. Καὶ εἰσῆλθον τῇ αὐτῇ ἡμέ-

CAPUT XXXV.

De saximo seu ludo saltatorio.

In ejusdem diei natalis celebratione non saltabant ambæ factiones urbanæ, Veneta et Prasina. Cum itaque præpositus ea de re imperatorem admoneret, imperabat, ut saltarent. Introibant igitur illo die ambæ factiones [in triconchium], cum jam quartæ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

(18) Falluntur, qui putant eumdem esse τῆς αὐτοκρατορίας et τοῦ στεψίμου diem, quo imperium adierat aliquis et quo coronatus fuerat, quam tamen in opinionem venire pronum est. Multi adhuc parvuli infantes a patribus coronabantur et renuntiabantur Augusti, verum αὐτοκράτορες flebant demum et audiebant post patrum obitum. Exemplo liquet Nostri. pag. 448, dicitur τὸ στέψιμον τοῦ δεσπότου celebratum fuisse, id est Constantini Porphyrogenneti, die post festum Pentecostes proximo; p. 451, die 30 Augusti celebrari natalis τῆς αὐτοκρατορίας Leonis et Alexandri fratrum, altero die postquam pater eorum Basilius vivis excessisset.

(19) Subintell. συστάσεως. *corporis* vel *collegii civilis*. Nam rusea et alba erant collegia suburbana, peratica; prasina et veneta vero urbana.

et quintæ chorearum vices [ab aulæ proceribus] agerentur ; et postquam saximo finem imposuissent, omnibus ejus partibus defuncti, accipiebant apocombium.

CAPUT XXXVI.

Quod recens honoratus expræfectus in deximo ludi equestris præsentetur.

In die, quo spectaculum equestre celebrandis natalibus nativitatis imperatoris Michaelis edebatur, introducebatur primus post senatum, ut consuetudo fert, promotus expræfectus in deximo ejusdem diei.

CAPUT XXXVII.

De quibusdam, qui defecerant, sed ad officium reducti fuerant, quomodo ab imperatore fuerint excepti.

Non indignum est nosse, quomodo Michael imperator Sclavos exceperit, qui, postquam in regione Subdelitia contumaciter et insolenter se gessissent et in montes secessissent, rursus ad obedientiam excelsi imperatoris confugerant. Scilicet indutus imperator sago purpureo, quod aureum margaritis obsitum limbum habebat, et coronam in capite habens gemmis et margaritis distinctam, qualem cæsaricium appellant, sedebat super throno in chrysotriclino ; factaque receptione [suorum procerum], exibat ostiarius virgam gestans, et introducebat Sclavos una cum logotheta. Quibus cum imperator collocutus fuisset, exibant, et protinus introducebantur alii Sclavi ex præfectura Thessalonicensi. Hos, ut superiores, unus ostiarius introducebat.**367** Imperator eos ut collocutus ipsis fuerat, quæ voluerat, dimittebat, donatos singulos singulis interulis in signum vasallatus vel obsequii. Et sic abibant etiam hi.

ρᾳ τὰ δύο μέρη ἐν τῇ τετάρτῃ καὶ πέμπτῃ καταστάσει τοῦ σαξίμου (20), ἐκτελέσαντες τὰ τοῦ σαξίμου πάντα, εἰλῃφότες καὶ ἀποκόμβιον.

ΚΕΦΑΛ. ΛΣ'.

Περὶ εἰσαγωγῆς ἀπὸ ἐπάρχων ἐν ἡμέρᾳ ἱπποδρομίου, προβληθέντος ἐν τῷ δεξίμῳ [30] τοῦ αὐτοῦ ἱπποδρομίου.

Ἰστέον, ὅτι τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἱπποδρομίου τῆς γεννήσεως Μιχαὴλ τοῦ βασιλέως εἰσήχθη ἐν πρώτοις ἀπὸ τῆς συγκλήτου (21), καθὼς ἡ συνήθεια ἔχει, ὁ προβληθεὶς ἀπὸ ἐπάρχων ἐν τῷ δεξίμῳ τῆς αὐτῆς [31] ἡμέρας.

ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

Περί τινων ἀποστατησάντων καὶ πάλιν δουλωθέντων, πῶς ἐδέχθησαν παρὰ τοῦ βασιλέως.

Χρὴ εἰδέναι, ὅπως ἐδέξατο Μιχαὴλ ὁ βασιλεὺς Σκλάβους (22) τοὺς ἀτακτήσαντας ἐν χώρᾳ τῇ Σουβδελιτίᾳ καὶ ἀνελθόντας εἰς τὰ ὄρη καὶ πάλιν καταφυγόντας τῇ αὐτοκρατορικῇ καὶ ὑψηλῇ βασιλείᾳ. Περιβαλλόμενος ὁ βασιλεὺς σαγίον πορφυροῦν ἔχον περίκλειστν χρυσῆν, ἀπὸ μαργαριτῶν ἠμφιεσμένην, περιθεὶς καὶ στέφανον ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ἐκ λίθων καὶ μαργάρων ἠμφιεσμένον [32], ὅπερ καισαρίκιον λέγεται, ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ σέντζου ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ. Καὶ γενομένης δοχῆς, ἐξῆλθεν ὁστιάριος βαστάζων βεργίον, καὶ εἰσῆξεν αὐτοὺς μετὰ καὶ τοῦ λογοθέτου. Καὶ μετὰ τὸ διαλεχθῆναι αὐτοῖς τὸν βασιλέα ἐξῆλθον, καὶ εὐθέως εἰσήχθησαν ἕτεροι Σκλάβοι Θεσσαλονίκης ἀρχοντίας καὶ αὐτοὶ ὑπὸ ἑνὸς ὁστιαρίου, ὃν τρόπον καὶ οἱ πρὸ αὐτῶν. Καὶ διαλεχθεὶς καὶ αὐτοῖς ὁ βασιλεύς, ὡς ἐβούλετο, δεδωκὼς αὐτοῖς ἀνὰ ἑνὸς ἐσωφορίου ὡς ὑπηκόοις (23) αὐτοῦ, καὶ ἐξῆλθον καὶ αὐτοί.

VARIÆ LECTIONES.

[30] σαξίμῳ cod. et ed. Cf. p. 513. [31] αὐτῆς R., αὐτοῦ cod. et ed. [32] ἠμφιεσμένον em. R., ἠμφιεσμένην cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(20) Proceres saltatione suam hilaritatem in die quodam imperatoris natali significaturi per corpora vel classes saltabant barbati primum primi ordinis, tum eunuchi præcipui, dein officiales, post eos eunuchi sequiores, denique factiones. Chorearn igitur unam vel classem, corpus saltantium, in cujus decedentis vicem aliud subit. Noster κατάστασιν appellat. Luculenter hunc locum illustrat alius Nostri p. 175, ubi quod hic κατάστασιν dicit, modo hoc ipso nomine, modo τάξιν appellat, et nominatim designat, quinam proceres singulis καταστάσεσι seu scenis, ut ita dicam (*Auftritten*), vel vicibus saltatum processerint, et usque ad sex καταστάσεις (*ordines* vertit Leichius) enumerat. Eodem vocabulo in simili re utitur Athenæus l. IV. p. 155 : Ἐπεὶ εἰς Ἡγησιάνακτα τὸν τὰς ἱστορίας γράψαντα ἡ τῆς ὀρχήσεως τάξις ἐγένετο, ἀναστὰς εἶπε.

(21) Quantum video, significant hæc verba : de toto corpore senatus est expræfectus primus, qui eo die ad purpuram adorandam admittitur.

(22) De hac defectione et secuta subjugatione Sclavorum narrat Constantinus Porphyrog. p. 133, unde colligitur, regionem subditiiiam, quæ hic memoratur, mihi quidem ignota, in Peloponneso et quidem circa Spartanum agrum fuisse. Forte tamen de alia rebellione Sclavorum sermo hic est, de alia vero apud Constantinum loco citato. Paulo post enim memoratur defectio Sclavorum Thessalonicensis agri, et apud Ortelium in Thesauro geographico reperio, *Subdolia* apud Balsamonem esse sedem episcopalem sub patriarchatu CPlano. Quæ nimis vaga est designatio, nisi subdulia in vicinia CPoleos fuerit. Sæpius mentio fit Sclavorum in Thessalia et Peloponneso, quas sedes potissimum invaserant, tumultuantium. Ita memorat Luitprandus defectionem Sclavorum Thessalonicensium sub Romano Lecapeno l. III, c. 5.

(23) Nempe acceptio vestis, liberæ vel liberatæ, ut appellabant medio ævo, erat confessio clientelæ. Jam antiquis temporibus Romanæ liberæ reipublicæ legimus a senatu missas fuisse variis in Ægypto, Africa, Asia minore regulis, clientelæ nexu cum republica junctis, sellas curules, trabeas purpureas, scipiones eburneos in majestatis quidem jactatum signum, sed quam donante republica, non sua vi atque jure, obtinerent. Inter signa regia, quæ Justinus regi Lazorum clientelari tribuit, refert cum aliis chlamydem aureo tablio instructam Theophanes p. 144, Procopius et Agathias. Imitati fuerunt orientales principes, Persarum reges et Turcarum Solthani, de quorum more veziris suis et deyis aliisque regulis de se dependentibus chalmas mittendi, quas repudiare non licet illi, cui mittuntur, et admittens in obsequio se profitetur esse, pleni sunt itineratorum nostrorum libri. *Vid.* Du Cangium v. *Robæ novæ.*

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Περὶ τῆς χειροτονίας Θεοφυλάκτου (24) τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου.

Μηνὶ Φεβρουαρίῳ β', ἡ (25) ἑορτὴ τῆς ὑπαπαντῆς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἔτους ζυμβ', ἐχειροτονήθη Θεοφύλακτος ὁ θεοφιλέστατος σύγκελλος, ὁ υἱὸς Ῥωμανοῦ δεσπότου, ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως. Τῇ δὲ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐτελέσθη ἡ ἀκολουθία τῆς προελεύσεως οὕτως· Τοῦ παλατίου ἀνοίξαντος διὰ τῆς ἐξόδου τῆς ἐξαγούσης ἐπὶ τὴν τοῦ Κυρίου ἐκκλησίαν, καὶ τοῦ κουβουκλείου εἰσελθόντος κατὰ τὸ εἰωθὸς, ἐξῆλθον οἱ δεσπόται ἀπὸ σκαραμαγγίων, περιβεβλημένοι καὶ τὰ χρυσοπερίκλειστα τούτων σαγία, καὶ ἀπίασι, δηριγευόμενοι ὑπό τε τῶν πραιποσίτων καὶ τοῦ κουβουκλείου, διὰ τῆς μανναύρας καὶ τῶν διαβατικῶν εἰς τὰ κατηχούμενα τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ κατὰ τὸ εἰωθὸς διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως τῷ Θεῷ εὐχαριστήσαντες καὶ τὰ τούτων δ·βητήσια ἀλλάξαντες, ἐκαθέσθησαν. Καὶ ὅτε πάντα κατὰ τὴν εἰωθυῖαν ἀκολουθίαν εὐτρεπίσθη, ὑπεμνήσθησαν οἱ δεσπόται, καὶ εὐθέως περιεβάλλοντο τὰς ἑαυτῶν χλαμύδας, καὶ ἐξιόντων αὐτῶν ἔξω τοῦ ἐκεῖσε κρεμαμένου βήλου, ἐδέξαντο τούτους οἵ τε μάγιστροι καὶ πατρίκιοι. Καὶ τῆς εἰωθυίας τάξεως ἐπιτελεσθείσης, κατίεσαν οἱ δεσπόται διὰ τοῦ μεγάλου κοχλιοῦ. Ἐν δὲ τῷ νάρθηκι τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας εἰς τὴν ὡραίαν πύλην ἐδέξατο τούτους ὁ ὑποψήφιος μετὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πάσης τάξεως. Καὶ δὴ κατὰ τὸν εἰωθότα τύπον εἰσοδεύσαντες, καὶ τῶν ἐξῆς ἐπιτελεσθέντων κατὰ τὰς λοιπὰς προελεύσεις, ἀπῆρξαντο οἱ θεοφιλεῖς μητροπολῖται τῆς ἱερᾶς χειροτονίας. Οἱ δὲ φιλόχριστοι βασιλεῖς μικρόν τι ὀπισθοπόδησαν μέχρι τοῦ ἀργυροῦ κίονος τοῦ κιβωρίου, ἕως ἐτελέσθη παρὰ τῶν μητροπολιτῶν τὰ τῆς χειροτονίας. Καὶ εἶθ' οὕτως διὰ τοῦ δεξιοῦ μέρους τοῦ βήματος καὶ τοῦ κυκλείου εἰσῆλθον ἐν τῷ εὐκτηρίῳ, ἐν ᾧ καὶ ἡ ἀργυρᾶ ἵδρυται σταύρωσις. Καὶ διὰ τῆς τρισσῆς μετὰ τῶν κηρῶν προσκυνήσεως ἀπευχαριστήσαντες τῷ Θεῷ καὶ τὸν πατριάρχην ἀποχαιρετίσαντες, ἀνῆλθον διὰ τοῦ κοχλιοῦ τοῦ πρὸς τὸ μέρος τοῦ ἁγίου φρέατος, ἐν τοῖς πρὸς ἀνατολὴν δεξιοῖς μέρεσι τῶν κατηγουμενίων ἐκδενόμενοι τὴν τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἀνάγνωσιν.

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

Περὶ τοῦ πατριάρχου, ὅτι τὸ παλαιὸν ἴδιον εἶχε πραιπόσιτον.

Ἰστέον, ὅτι καὶ ὁ πατριάρχης τὸ παλαιὸν ἴδιον εἶχε πραιπόσιτον, πρωτοστατοῦντα τῶν κουβουκλειτσίων, ἀπὸ τοῦ κλήρου καὶ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κατελόγου τυγχάνοντα. Καὶ δῆλον ἀπὸ τῆς Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως ἀσφαλείας (26), ἣν ἐποίησε πρὸς

CAPUT XXXVIII.

De electione Theophylacti sanctissimi patriarchæ.

Mensis Februarii die secundo, eodemque festo hypapantes seu occursus Domini nostri Jesu Christi [cum sene Symeone et Anna convenientis in templo Hierosolymitano] anno 6442 [a. C. N. 933] eligebatur Theophylactus, Deo charissimus syncellus, filius Romani [Lecapeni] despotæ, in archiepiscopum Constantinopoleos. Eodem die peragebatur ritus processionis hoc modo : Palatio ex ea parte reserato, qua in ecclesiam Domini itur, et cubiculo pro more consueto congregato, exibant domini [Romanus cum filiis et genero Constantino Porphyrogenito] in scaramangiis et sagis suis auro septis, stipatique a præpositis et cubiculo abibant præter magnauram et per porticus, per quas illinc illuc tendentibus transeundum est, in catechumenia Magnæ ecclesiæ, exhibitaque Deo, ut mos est, terna cum cereis adoratione, induebant sua dibetesia, et considebant [in catechumeniis]. Ut omnia, quæ ritus flagitat, comparata erant, admoniti domini induebant chlamydes suas; exeuntesque ipsos extra velum ibi suspensum excipiebant venerantes magistri et patricii. Ordine consueto finito, descendebant domini per magnam cochleam. Inde ingressos in narthecem sanctissimæ ecclesiæ, excipiebat eos in porta formosa electus una cum toto ordine ecclesiastico; ingressique sacrificatorium secundum consuetum ritum, omnibusque ex ordine peractis, quæ in cæteris processionibus fiunt, incipiebant Deo chari metropolitæ sacram ordinationem archiepiscopi. Amantes Christum imperatores autem aliquanto retro in pedes suos se recipiebant usque ad argenteam columnam propitiatorii, donec ordinatio a metropolitis confecta esset. Tunc intrabant per dextram partem tribunæ et cyclii in oratorium, in quo imago argentea crucifixionis Christi stat; trinaque cum cereis genuflexione venerati Deum, valedicebant patriarchæ, ascendebant per cochleam, quæ est in regione sancti putei, in eam, quæ a dextris est versus orientem converso, partem catechumeniorum, exspectantes lectionem sancti Evangelii.

368 CAPUT XXXIX.

Quod patriarcha olim suum habuerit præpositum.

Patriarcham olim proprium habuisse præpositum [ennuchum], primum gradum tenentem et principem in cubuclisiis et pertinentem ad clericos ordinemque ecclesiasticum, patet ex cautione, quam imperator Heraclius patriarchæ Sergio supra me-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(24) Theophylactus erat filius Romani Lecapeni imp., ordinatus in patriarcham Februar. 2 A. C. 933, ut perhibet Fabricius, Bibl. Gr., t. VI, p. 711, auctore Du Cangio in Famil. Byz. p. 147; et sane indictio sexta, cui Leo Grammaticus hanc promotionem tribuit, in A. C. 933 incidit; verum annus mundi 6442, juxta computum Græcorum incidit in A. C. 934. Videtur ergo apud Nostrum vitium in numeris esse et pro β' supponendum α' seu 6441. Ego quidem in Latinis secutus fui plurimorum auctorum rationes chronologicas.

(25) Ita membranæ. Forte ἐν aut ἦν erit substituendum.

(26) Est ἀσφάλεια tam *cautio*, ἡ εὐλάβεια, προσοχή, *attentio*, *provisio*, ut ævo medio dicebant Latini, qua quisque curat, ne sibi aliquid aut

morato præstitit, et in qua dictio hæc his ipsis verbis legitur : « Thomam præpositum venerabilis vestri cubuclisiatus tertium constituemus honoris gradu a nostro præposito, quandiu diaconi dignitatem gerat. Quando vero ad presbyterii ordinem ascenderit, immediate secundum a nostro præposito eum collocabimus. »

A Σέργιον τὸν πατριάρχην, οὕτωσὶ αὐταῖς λέξεσι περιέχουσαν· « Τὸν μέντοι γε πραιπόσιτον Θωμᾶν τοῦ ὑμῶν σεβασμίου κουβουκλεισιάτου τρίτον στήσομεν τῇ τιμῇ ἀπὸ τοῦ ἡμῶν πραιποσίτου, μέχρις ἂν τὴν τοῦ διακόνου ἀξίαν διέπῃ. Ἐπειδὰν δὲ εἰς τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τάξιν προβῇ, ἐφεξῆς αὐτὸν τοῦ ἡμετέρου πραιποσίτου στησόμεθα. »

CAPUT XL.

Quam ob rationem imperator et magistri, proconsules atque patricii loros induant sancta et magna Dominica Paschatis.

ΚΕΦΑΛ. Μ'.

Περὶ τοῦ τίνι τρόπῳ (27) τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Κυριακῇ τοῦ Πάσχα περιβάλλονται τοὺς λώρους ὁ τε βασιλεὺς καὶ οἱ μάγιστροι καὶ ἀνθύπατοι καὶ πατρίκιοι.

Rationem hujus rei pro captu meo ex principiis pietatis nostro Christiano cœtui propriis deducam atque effingam. Credimus nempe loros, quos magistri et patricii die festo resurrectionis Christi Dei nostri gerunt, repræsentare tumulationem ejus. Quod autem loros auro conspicuos gestant, id in- B

Ἐκ μὲν τῶν καθ' ἡμᾶς νοημάτων τῆς εὐσεβείας, καθὼς ὁ ἐμὸς λόγος, ὑποτυπώσομαι. Τὸ μὲν περιβεβλῆσθαι λώρους τοὺς μαγίστρους καὶ πατρικίους ἐν τῇ ἑορτασίμῳ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν εἰς τύπον ἡγούμεθα τοῦ ἐνταφιασμοῦ (28) αὐτοῦ· τὸ δὲ κεχρυσῶσθαι αὐτοὺς εἰς ταύτης

pravum factum excidat, quam *sponsio* scripta et pignus, quo alter jubetur de accipiendo damno aut adversitate, quam metuit, securus esse, *custodia* juxta Latinos sequiores et *firmitas*, proxime ad Græcum vocabulum ; proreus ut in Latinis *cautio* utrumque notat. Priore sensu habet Artemidorus p. 97 : Δεδιὼς τὸ ὄναρ ἐφύλαττε τὴν γυναῖκα, καὶ διὰ πάσης ἀσφαλείας διεγίνετο, et Cyril. Hierosolym. Catecheſ. s. Mystag. : Μετ' ἀσφαλείας [id est μετ' εὐλαβείας, εὐλαβούμενος] προσέχων μή παραπολέσῃς τι ἐκ τούτου. — Εἰπὲ γάρ μοι. Εἴ τίς σοι ἔδωκε ψήγματα χρυσίου, οὐκ ἂν μετὰ πάσης ἐσφαλείας ἐκράτεις, φυλαττόμενος μή τι ἂν αὐτῶν παραπολέσῃς. Posteriore Arrianus Epictet. diss. II, 13, p. 203 : Διαθήκην μὲν οὐ γράφει, μὴ εἰδὼς πῶς δεῖ γράφειν ἢ παραλαοὼν τὸν εἰδότα οὐδ' ἐγγύην ἄλλως σφραγίζεται ἢ ἀσφάλειαν γράφει. Potest in hoc Arriani loco ἀσφάλεια aut assecurationem de non accipiendo damno, aut *privilegium* notare vel *immunitatem*, quia nempe privilegia muniunt, securos faciunt adversus noxas metuendas. Palladius Histor. Lausiac. c. 31 ἀσφάλειαν appellat *præmunitionem adversus damna futura* : Ἀναγκαῖόν ἐστι τοὺς τῶν ἡπατημένων βίους ἐκθεῖναι τῷ βιβλιδαρίῳ τούτῳ πρὸς ἀσφάλειαν τῶν ἐντυγχανόντων. Hinc intelligas, quare Glossæ Lat. Gr. tabulas publicas, quas hodie vulgo *instrumenta* solemus appellare, quoniam notitia rei actæ aut pactæ lectores instruunt, ἀσφαλίσματα reddant. Habent enim *instrumenta*. γραμμάτια, ἀσφαλίσματα, δικαιώματα. litteræ, quibus aliquis ἀσφαλίζεται, *securus et tutus a noxis præstatur*, et jus aliquid exspectandi, postulandi, agendi accipit. Hinc in specie ἀσφάλεια D dicebatur illa sponsio, propria manu scripta, quam dignitate aliqua, ut imperatoria, auctus, aut in collegium aliquod, ut sacerdotale, receptus, subditis aut collegis flagitantibus dabat, qua eos de non accipiendo per se damno, de non amittendis vetustis juribus, de non turbanda doctrina orthodoxa, etc., securos esse jubebat. Ita apud Habertum Pontific. p. 495, est ἡ παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων μητροπολιτῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων συνήθως ἐν τῷ καιρῷ τῆς χειροτονίας γινομένη τοῦ συμβόλου ἀσφάλεια, *sponsio et professio fidei, quæ pro more solet a religiosissimis metropolitanis et archiepiscopis tempore ordinationis præstari*. Pari modo imperatores, priusquam coronarentur, non tantum cum palatinis suis proceribus paciscebantur seu, ut vulgo loquuntur, capitulationem erigebant, ut patet e Nostro p. 245, sed etiam debebant patriarchæ scriptum propria manu symbolum fidei Nicænum et crucis signo sacramentoque firmatam ἀσφάλειαν seu *sponsionem, cautionem*, exhibere de patriarcha, clero et ecclesiis atque omni Christiana doctrina et re in antiquis juribus et statu tuendis, servandis, arcendaque ab iis omnibus omni cum sua, tum aliena injuria. Et talis erat ἡ ἀσφάλεια, quam hic dicitur Heraclius Sergio præstitisse. *[Coronandus princeps apud Græcos jurabat patriarchæ de conservanda religione per sancta crucis ligna et in ambone, ut e P. Diacono Græcisque scriptoribus docet Freber. notis ad Script. Germ. p. 184.]* De hac αὐτογράφῳ ἀσφαλείᾳ recentium imperatorum patriarchis et ecclesiis data v. Du Cange v. Ἔγγραφον et Ἰδιόχειρον et Οἰκειόγραφον, et Habert. Pontific. p. 632 sqq. et supra dicta ad p. 245. Potest quoque Du Cange Gl. Lat. v. *Emunitas, Provisio, Firmitas, Custodia* et *Munimen* conferri. Sic enim reddebant Latini vocem ἀσφάλεια. Histor. Trevirens. in Spicilegio Dacheriano p. 245 : *In examinationis anxietate constitutus, omnipotenti Deo de admissis pœnitentiam, de futuris custodiam* [cautionem, ἀσφάλειαν προσοχὴν ἐφ' ᾧ μὴ παραπίπτειν] *pollicens corde contrito supplicavit*. Venit mihi hoc loco vox Græcobarbara ἀμανάτη exponenda, quæ prorsus idem atque ἀσφάλεια, *securitas, firmitas, privilegium, immunitas, cautio de non dando damno*, etc., notat. V. Du Cangium v. Ἀμανάτη, ubi Mart. Crusius verba, καὶ ὧν ὑπὲρ ἀμανάτη εὑρίσκεται, recte vertit *promissione firma interposita*. Est vox Arabica, *tutela, tutus et securus fuit*.

(27) Caput hoc totum libelllo suo de diptychis edito Lipsiæ A. 1745 intexuit p. XI sqq. cl. Leichius Græce cum sua interpretatione et magnifico elogio, plane id eximium esse, rem diptychorum egregie illustrare et multa hactenus iguota attingere. Ego vero toto hoc libro non inveni locum nugis et incondito sermone fœdiorem, in quo interpretando laborandum mihi fuit, ut conjectando assequerer sermonis non cohærentis et singulis pene verbis in grammaticam impingentis sensum, aut id si nequirem, saltem darem humanum qualemcunque. Puerilis dicam an anilis garrulitas inscitiam prodit Romanarum antiquitatum, quam ferre æquo animo non valeo. Commentum monachi Latini est in Græcum sermonem transfusum ab homine qui æque bene Latine atque Græce callebat et rerum omnium veterum novarumque erat ignorantissimus.

(28) Græculi novi omnia mystice explicant et in eo suum acumen consumunt; vid. Heinecc. III,

λαμπρότητα (29), ἡλιοβολουμένους ἐξ ἡλίου Χριστοῦ αὐτοῦ τῇ ἐγέρσει. Αὐτούς τε τοὺς μαγίστρους καὶ πατρικίους ἐν τύπῳ χρηματίζειν τῶν ἀποστόλων (30), τόν τε χρηστὸν (31) βασιλέα κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἀναλογοῦντα θεῷ. Διὸ καὶ τὰ κατὰ τὸν ἐπιδήμιον λόγον λεγόμενα σκεπαῖα (32) σκοπὸν ἔχει [33] (33) ἐντετυπῶσθαι συμβόλοις ἐπινικίοις, ἃ κατὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἔγερσιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς ἀφομοίωσιν τοῦ σταυροῦ (34) λογισθήσονται, δι' οὗ τὸ κατὰ τοῦ ᾅδου ὁ Χριστὸς τρόπαιον ἤρατο. Τὸ δὲ ταῖς χερσὶ κρατεῖσθαι παρ' αὐτῶν ἀνεξικακίας τόμους (35), καθὼς ἡ ἐγχώριος κατονομάζει φωνή, οὐχ οὕτως ἔχει τὸ ἀληθὲς, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ Σωτῆρος τοῖς μαθηταῖς ἐοίκασι δῆθεν οἱ πατρίκιοι, καὶ αὐτῷ τῷ βασιλεῖ κατὰ τὴν σωτηριώδη νομοθεσίαν αὐτῶν τόμους κρατεῖν (36) ταύτην ἐγγεγραμμένους. Τὸ δὲ τὰς

A terpretamur imaginem splendoris resurrectionis Christi esse; tanquam si a Christo, velut sole, per ejus resurrectionem radiis solaribus circumcollustrati splenderent. Magistri enim et patricii referunt apostolos; optimus autem imperator Deum, quatenus nempe homini Deum referre datum est. Quæ illi gestant scepæa, vulgari sermone sic dicta, id est scipiones, probabile est, eos velle typice triumphum, quem Christus in resurrectione sua egit, repræsentare crucemque similitudine referre, per quam Christus tropæum de inferno statuit. Circa anexicacias tomos, ut vulgaris sermo appellat, seu clementiæ membranaceos rotulos non ita se re vera res habet, ut vulgo existimatur, et ex vulgare illa appellatione concludas: verum, ut præ-

B dicti patricii discipulos Christi repræsentant, ita

VARIÆ LECTIONES.

[33] ἔχει R., ἔχειν cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

p. 74 et integrum librum ejus argumenti a Goaro in Euchologio p. 212, editum. Et hinc quoque natum futile et ridiculum hoc caput, in quo summa sermonis peregrinitate, obscuritate et confusione, quæ, tanta profecto, in nostri Constantini sermone non regnat, et antiquitatum mera inscitia, nugarum bene multum, sani sensus perparum est. Mihi certe in interpretando hoc capite pene ubique conjecturandum fuit, quid sibi vellet auctor, quem Constantinum Porphyr. non esse, mihi quidem persuadeo, sed Græculum aliquem monachum a capite ad calcem, nugacem, nugivendulum, illitteratum. *Loros* ex hac doctrina mystica et symbolica

C pro symbolis sepulturæ et resurrectionis Christi accipiunt. *Lori* enim vestis genus erat ita formatum, ut striæ sese decussare viderentur, quemadmodum olim mortuos κειριαῖς involvebant: Clare in alio nostri operis loco enuntiatur p. 443: Λαμπροφοροῦσι τοῖς λώροις εἰς τύπον τῶν ἐνταφίων Χριστοῦ σπαργάνων ἑαυτοὺς ἐνειλίττοντες. Appellat igitur σπάργανα *fascias*, quæ alii κειριάς, Artemidorus ῥάκη ἐσχισμένα, fine cap. 14, l. I: Οἱ ἀποθνήσκοντες ἐσχισμένοις ἐνειλοῦνται ῥάκεσιν. Conf. quæ Noster hic loci paulo inferius de cruribus λινῷ ἀμφίῳ ἐσφηνωμέναις ait. Simili nugacitate ait Durandus, l. III, c. 2, n. 13, cappam vel pluviale *signum gloriosæ corporum immortalitatis* esse. Non exscribam ejus nænias. Sufficerit cubile indicasse. In donatione Constantini legitur: Τὸν ὑπέρλαμπρον λῶρον, σημαίνοντα τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ αὐτοῦ ἰδίαις χερσὶν ἐπεθήκαμεν. Inepti hujus gustus atque judicii aliud

D specimen habet Theophanes p. 272.

(29) Constat ex antiquitate, nullum diem a Christianis primorum sæculorum majore religione et lætitia celebratum fuisse, quam diem Paschatis. Hinc τὴν λαμπροφόρον eum appellabant (*vid.* Du Cange v. Κυριακή p. 769, init.), seu quod candidi tum procederent pro maxima parte (sæpe enim ἡ λαμπρὰ ἐσθής idem est atque ἡ λευκή), seu quod, labentibus præcipue sæculis, quanto maximo quisque posset cultu et splendore procederet.

(30) Ut hic patricii duodecim apostolos totidem et imperator Christum debebant referre, ita Romæ pontifex Christum et cardinales apostolos faciebant: qua de re dicetur infra in Cletorologio p. 429. Unde manavit etiam eorum numerus, qui ex lege debet numero septuaginta duum apostolorum respondere. Ita in hierarchia ecclesiastica deterioribus sæculis instituta episcopi prætendebant Christi personam se repræsentare, assessores suos presbyteros apostolorum. Ignatius in epistola ad Trallianos: Ὁ ἐπίσκοπος τοῦ Πατρὸς τῶν ὅλων τύπος ὑπάρχει, οἱ δὲ πρεσβύτεροι ὡς συνέδριον Θεοῦ καὶ σύνδεσμος ἀποστόλων Χριστοῦ. Symeo Thessalonic. libro de templo de patriarcha: Καθίσας τῷ συνθρόνῳ σὸν Χριστὸν ἐκμιμούμενος συγκαθέδρους ἔχει τοὺς καὶ συνεπισκόπους καὶ ἱερεῖς ἐκμιμουμένους τοὺς ἀποστόλους. Quod autem imperatores se crederent et dicerent personam Dei in terris gerere, sumptum id fuit e veteri doctrina symbolica, quæ ex natura rerum manavit. Artemidorus p. 128, cap. 38: Κοινὸν πάντες οἱ θεοὶ λόγον πρὸς τοὺς δεσπότας ἔχουσι. — Ὀρθῶς γὰρ καὶ τοῦτο τὸ ἀλλαιὸν ἔχει. Τὸ κρατοῦν δύναμιν ἔχει θεοῦ. [Mos in rebus omnibus mysteria inveniendi jam obtinebat sæculo VI. Vide modo quas nugas de significatione Circi et rerum ad eum pertinentium comminiscatur Cassiodorus l. III, Variar. in epistola Theodorici ad Faustum (apud Panvinium de Circo p. 161). *Ex Addend.*)

(31) Vide not. ad p. 218.

(32) Ita est in membranis. Apographum Draudianum dabat λεγόμενα ἀσκεπαῖα, unde idem reddidit cl. Leiche, qui persæpe nimis secure apographo illi, licet multa cum cura et eruditione sub oculis cl. Maii confecto, acquievit, cum in promptu essent membranæ, quæ in locis dubiis mihi pene ubique præclaram facem prætulerunt inspectæ saltem securum de non admisso a Draudio errore fecerunt.

(33) Dictio incondita σύμβολα ἐπινίκια ἃ (scil. ἐστὶ) κατὰ τὴν... ἔγερσιν videtur significare τὰ σύμβολα τῆς νίκης τῆς ἀνῃρημένης ἐκ τῆς ἐγέρσεως ἐκ τῶν νεκρῶν, vel διὰ τὴν ἔγερσιν. Ritiocinatur sic: *Crux est symbolum victoriæ Christi de morte et inferno reportatæ. Crucis victoriosæ imaginem præstant scipiones, quos patricii manibus gerunt.* Jam aliis in locis nugax Græculorum antiquitates ignorantium notavimus ingenium.

(*Vid.* libellum Leichianum de diptychis, p. XII.

(35) Huic vocabulo ascripserat recentior manus, non vetus librarius, qui codicem exaravit, interpretationis loco vocem χάρτας, quam cl. Leich. in textu suæ editionis exhibuit uncis inclusam.

(36) Videatur hic aliquid deesse. Verum nihil deest, sed tacite repetendum a communi e superioribus ἐοίκασι. In ταύτην respicitur ad præcedens νομοθεσίαν, *Christianæ legis institutionem.*

videntur secundum salutarem suam institutionem ipsi quoque imperatori [ut Christi personam sustinenti] libros præferre, salutarem doctrinam litteris consignatam tenentes. Quod autem crura linea tela constricta habent et ocreas deauratas in pedibus, id illinc quidem ad humilitatem mortalitatis, hinc autem ad splendorem resurrectionis pertinet. **369** Secundum Romanas autem traditiones repræsentant patricii loris induti veteres consules, aut potius consulibus posteriores imperatores ; diciturque hic eorum habitus fuisse, cum certis statutis temporibus summorum pontificum dignitatem indue-

κνήμας λινῷ ἐσφινῶσθαι (37) ἀμφίῳ μετὰ καὶ χρυσωμένων (38) πεδίλων, ταὐτὸ τοῦτο καὶ νεκρότητος καὶ λαμπρότητος. Ἐκ δὲ τῶν Ῥωμαϊκῶν παραδόσεων τὸ μὲν [34] τοὺς πατρικίους ἐπημφιέσθαι λώρους εἰς τύπον τῶν παλαιῶν ὑπάτων, καὶ μᾶλλος τῶν μετέπειτα βασιλέων κατὰ τινας διωρισμένους καιροὺς ἀρχιερατικὴν ἀξίαν ἀνηρημένους τὸ σχῆμα εἶναι, οἵ καὶ ὡς βασιλεῖς πραγματικῶς (39) ὄντες χρονοκράτορες (40), ὧν ἕκαστος ἔτους ἑνὸς ἡγεμονίαν κληρούμενος ἐν πολέμοις ἠρίετο, ὧν μετὰ τὴν συμπλήρωσιν ἐπιδεδημηκὼς παρὰ τῶν ὑπάτων διηρεύνᾶτο (41), πῶς τὰ τῶν πολέμων διήτησε,

VARIÆ LECTIONES.

[34] τὸ μὲν em. R., τό τε cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(37) Miretur quis significationem verbi σφηνοῦν, *cingere, obvolvere*. Idem quoque significat σφηκοῦν. Conveniunt a ubo in origine ; σφίγγειν nihil aliud est quam σφίννειν. Nam geminum ν Græci ut geminum γ pronuntiant. Ergo σφίνειν quoque et σφίγειν idem est ; σφήξ et σφήν est omne conicum seu longum, gracile, teres, in acutum desinens ; qualibus conis aut tigna findebant, aut ampullas obturabant. Inde omne, quod ad instar coni et cylindri aliquid obiret, cingeret, σφήκωμα vel σφίκωμα et σφήνωμα dicebatur, et *obire, cingere*, circumvolvere, circumplicare, σφηκοῦν et σφηνοῦν. Scholia ad illud Iliad. ρ' [v. 52] :

Πλοχμοί θ', οἵ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο,

hac habent : ἐσφιγμένοι ἦσαν, ἐδέδεντο, Ὅθεν καὶ σφήκωμα εἴρηται. Ad hunc locum intelligendum notari debet, σφήκωμα novis Græcis esse tenue restis a restione torti genus illud, quod nos *Bindfaden* solemus appellare, Franci *de la ficelle*. Euchologium Cryptoferratense (apud Du Cangium Gloss. Gr. p. 1062) : Εἶτα περιτίθησι ξυλοχάρτια, καὶ δεσμεῖ αὐτὰ μετὰ σφηκώματος καινοῦ, πρὸς παραφυλακὴν τῆς κηρομαστίχης. Neque putandums σφήκωμα hoc sensu adeo novum esse. Nicomachu-Gerasenus jam sic usurpavit, loco a Salmasio ad Aram Dosiadæ p. 189 ed. Cren. allato, quem non inutile erit etiam hic referre cum ex eo apparcat, σφήξ et σφήν idem esse : Σφῆνες τεκτονικοί τε καὶ οἰκοδομικοὶ καὶ χαλκευτικοὶ καὶ οἱ τῶν ἄλλων τεχνῶν πλάττονται ἀπὸ ὀξυτέρου ἄκρου διαδύνειν ἀρχόμενοι καὶ ἀεὶ μᾶλλον πλατυνόμενοι ἀνομοίως κατὰ πάντα τὰ διαστήματα, *illi σφῆνες, cunei quibus fabri lignarii ad findenda ligna et compaginandas ædificiorum trabes, item fabri ferrarii et alii artifices utuntur, sic conficti sunt, ut ab acutiore extremitate divergere incipiant, semper crescente latitudine in omnes distantias*. Descriptio hæc cuneo congruit utrique, tam illi, qui latus est et planum inclinatum refert, quam conico. Et est sane *cuneus* nihil aliud quam κωνίον, *parvus conus*. Respexisse tamen Nicomachum ad *conicum cuneum*, demonstrant sequentia : Τοιοῦτος γὰρ ὁ τῶν σφηκῶν ὄγκος, ἀποσφιγγόμενος κατὰ μέσον καὶ τὴν λεχθεῖσαν ὁμοιότητα ἐμφαίνων. Παρὰ τοῦτο εἰκὸς καὶ τὸ σφήκωμα ὠνομάσθαι. Ἔνθα γὰρ ἂν ἀποσφίγξῃ, τὴν τοῦ σφηκὸς ἐντομὴν μιμεῖται, *talis enim* [id est similis cuneo conico, in summo latiori, in fine angustiori] *est vesparum massa vel corpus, in medio velut fascia interceptum et astrictum eoque referens dictum similitudinem* [cunei scilicet]. *Propterea quoque funiculum, quo astringere fasciculos solemus dictum fuisse σφήκωμα, probabile est. Ibi enim, ubi astringitur, facit sulcum, et introrsum premit subjecta, ut ad modum vespæ incisa vel insecta videantur*. Apparet hinc, quare σφηνοῦν dixerint veteres, teste Hesychio, pro στρεβλοῦν. Cruciatur enim, qui tam firmiter constringitur et illaqueatur, ut membrum movere non valeat. Apparet quoque quare *conos* vel *cuneos* [*le coin*] Latini medii ævi dixerint et dicant hodie Franci formas metallicas nummis malleo incudendas. *Vid.* Du Cange v. *Cuneus*. Item, quare Græci ligna illa coniformia, quibus evertendis impacto globo ligneo pueri virique occupamur [Francis *les quilles*] σφᾶνας appelluverint ; plane ut nos, quibus *Keil* est cuneus findendo ligno, *Kegel* (quod prorsus idem est cum *Keil*) talis conus ludicræ gymnasticæ destinatus. Non ignotus fuit hic ludus Græcis. Ego quidem mihi videor ejus vestigia in Artemidoro deprehendisse p. 49, ubi σφαφίδες vulgo male editur in illis verbis : Θύλακοι δὲ καὶ σφαφίδες καὶ ὑπεράλματα, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα γυμνάσια παιδικὰ, φιλονεικίας προαγορεύουσι. Suidas locum hunc citans pro quarta voce σφῆνες exhibet. Recte vero. Putabam quidem aliquando aut σφαιρίδες, *pilæ*, aut σφαλίδες esse legendum, id est *tigna quæ* σφάλλονται, *evertuntur, sternuntur*, eadem illa quæ dixi. Tutius tamen est, Suidæ auctoritatem sequi ; σφῆνες prorsus idem sunt. Recenset igitur Artemidorus inter pueriles ludos hæc tria, τοὺς θυλάκους, id est *le balon*, pilam inanem, vesica bubula factam, vento turgidam, τοὺς σφῆνας, tigilla lusoria, et τὰ ὑπεράλματα, quod ludi genus me quoque puerum exercuisse memini. Scilicet ponuntur in medio baculi aut trunci lignei modicæ altitudinis, aut strues pileorum ad altitudinem libitam, super quæ ita transsiliendum est, ne aut baculi aut aggesti pilei evertantur. Hæc libuit illustrando Artemidori loco aspergere. Sed redeo nunc ad meum σφηνοῦν, quod esse *cingere, obire, ambire*, patet ex hactenus dictis. Inde est quod illa candelabri foveola, quæ candelam in se recipit, tenet et ambit, σφήνωμα appellatur Græcis ; Latini *uncum*, ἄγγος, et *cuneum* appellant. In Anthologia p. 478, est τὸ πρόθυρον σφήνου pro σίφγγε, *claude fores loris constrictis*. Veteres enim januas loris alligabant, quibus deinde seræ successerunt.

(38) Novos Græcos perfecti augmenta omittere, alibi jam dixi. Quod hic etiam factum. Si quis tamen ex καὶ χρυσωμένων unam vocem κεχρυσωμένων facere velit, non intercedam. Nam respicit ad sequens.

(39) Id est ὄντως ἀληθῶς, quamvis nomine tenus consules tantum, non reges, essent, erant tamen ipsa re reges. Alias notat πραγματικῶς unanimi consensu totius senatus et promulgata sententia approbatum vel factum aliquid. Id autem huc non videtur quadrare.

(40) Sunt οἱ διὰ χρόνου, id est per annum, κρατοῦντες, summa rerum potientes. Nam χρόνον *annum* novis Græcis esse, pervulgata neque nobis in superioribus intacta res est.

(41) Respicitur ad *morem majorum*, de quo Vel-

στολήν τε τὴν ὑπατικὴν κατ' ἀξίαν τῆς νίκης ἐνA νόμως περιεβέβλητο, ἐφ' ᾗ καὶ τὸ κατὰ τῶν πολεμίων τρόπαιον ἐχειρίζετο, ᾧ ἐνεγέγραπτο τὰ ἐκείνῳ πεπονημένα εἰσάγοντί τε πρὸς τοὺς ὑπάτους λάφυρά τε καὶ αἰχμοδέτας, χειρίζεσθαι δὲ τόμους, λόγους ἐν τούτοις ποιησομένους τῶν περὶ πολέμους ἀναλωμάτων. Σκηπίωνες δὲ ἀπὸ τοῦ τῶν Ῥωμαίων Σκηπίωνος κατὰ πολεμίων μέγιστα στρατηγήσαντος, ἐξ οὗ τὸ εὕρημον ἀπηνέγκαντο. Ἡ καὶ σκεπαῖα κατὰ τὸν δημώδη λόγον διὰ τὸ τοὺς ἐπιγνώμονας, ὡς οἶμαι, τῶν καλῶν ἀποσκέφθαι (42) πρὸς ταῦτα καὶ ἐννοεῖν, ὁποίας ἀναγράπτου τιμῆς οἱ ἀνδραγαθιζόμενοι μετειλήφασιν, καὶ ζηλοῦν πρὸς τὴν μίμησιν. Ἀπὸ δὲ τῶν καμπαγίων, ἃ Λατίνων φωνῇ [35] προσηγόρευται, τοῦ πολεμικοῦ ἀνδρὸς τὸ εὐκίνητον, ἀλλὰ μὴ κατοχυροποιεῖσθαι [36] διὰ τὰς κατὰ τὰ σκέλη ἐκ πίλων περιπλοκὰς ἢ διὰ τὸ σκέB πασθαι [37] αὐτοὺς τοῖς θυρεοῖς, ἢ ταῖς περιφερέσιν ἀσπίσι, καὶ διὰ τὸ μὴ δεῖσθαι περιτενομένης [38] (43) κατοχυρώσεως.

rent; quippe qui [consules] actualiter reges annui erant, et eorum unusquisque post gestum, quod sorte nactus fuerat, imperium unius anni amandabatur in castra ad bella gerenda. Quibus confectis, redibat, et interrogatus a consulibus, quomodo rem bellicam administrasset, accipiebat humeris injectum habitum consularem, adæquatum dignitati partæ victoriæ, in manus autem accipiebat traditum tropæum, victoriæ de subactis hostibus insigne, in quo pictura repræsentabantur res ab eo in ista expeditione gestæ, per quam introduceret in urbem et exhiberet consulibus spolia et captivos. Tenebat quoque in manibus codicillos expensarum bellicarum. Scipiones autem, quas patricii gerunt, appellationem nactos esse aiunt traditiones veteres boni ominis plenam ab illo Romano celeberrimo duce bellico maximarumque rerum auctore, Scipione, per quem tantam famam consecuti sunt. Vel etiam scepæa vulgo appellantur ex eo, ut ego quidem existimo, quod qui pulchra ex eo, ut ego quiscere atque æstimare norunt, toti in ea incubunt et secum diligenter recolunt, quantos honores in annalibus celebratos acceperint olim viri fortes et probi; eoque ad ipsorum imitationem stimulantur. Campagia tandem, ut Latinus sermo appellat, gerunt ad significandam viri militaris agilitatem, qui negligat sibi crura alio præter filtrorum indumentum tutamine munire, quod oblongis rotundisve scutis se satis tectum et tutum esse; ideoque nullo alio artificiose confecto et ingeniose excogitato munimine opus habere putet.

Εἰς τὸν ναὸν (44) τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τοῦ Φάρου τοῦ μεγάλου παλατίου.

Ὁ νεοκατασκεύαστος μέγας σταυρὸς Κωνσταντίνου τοῦ φιλοχρίστου καὶ πορφυρογεννήτου βασιλέων.

Vasa sacra diversorum templorum. Vasa templi sanctissimæ Deiparæ Phari in magno palatio.

Magna crux, quam nuper confici curavit Christi amans et Porphyrogenitus imperator Constantinus.

VARIÆ LECTIONES.

[35] φωνῇ em. R., φωνὴ cod. et ed. [36] Ita R., ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ὀχυροποιεῖσθαι cod. et ed. [37] Ita R., περιπλοκῆς, ἢ τὸ διασκεπάσθαι cod. et ed. [38] περιτενομένους Leich.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

leius Paterculus, I, 10, de L. Paulo Æmilio narC rans: *Is cum in concione extra urbem more majorum ante triumphi diem ordinem actorum suorum commemoraret, deos immortales precatus est*, etc. Cl. Leichio in libro de Diptychis p. XIII, huic Nostri loco hanc notam ascribere placuit. "[Justinianus quoque imperator consulatus nomen et officium florente publica bellorum causa institutum ac sorte lectos et in provincias missos consules esse, ejusque rei causa scipiones a senatu accepisse docet. Novella CV, ed. Scrimg. p. 368: Τὸ τῆς ὑπατείας ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα τοῖς μὲν πάλαι Ῥωμαίοις πρὸς τὴν τῶν πολέμων ἐπενοήθη χρείαν, κἂν ταῖς ψήφοις, ἃς αὐτοῖς ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ τὸ κοινὸν ἐδίδου τῆς πολιτείας σχῆμα. Διελάγχανον γὰρ εὐθὺς τὰς ἐπαρχίας, ἐν αἷς Ῥωμαίοις πόλεμος ἦν, καὶ κατ' αὐτὰς ἐκληροῦντο τὰς ῥάβδους.]

(42) Post hoc verbum in membranis punctum erat, id est comma. Nam commata nostra in illis nusquam apparent, et majorum minorumque distinctionum vice funguntur ubique puncta; propterea dederat apographum hic comma. Non commemorarem id genus minutias, nisi deberem significare, unde comma hic loci in editionem Leichianam venerit. Sustuli distinctionem hic importunam et post πρὸς ταῦτα promovi. Ἀποσκέφαι est idem atque ἀπεσκέφθαι. Novi enim Græci augmentum perfecti, quando libet, omittunt, ut paulo post κατακλασμένα. Vera scriptio esset et ad grammaticæ leges exacta est ἀπεσκῆφθαι. Non enim ἀποσκίπτεσθαι, sed ἀποσκήπτεσθαι est *inniti re, se fulcire aliqua re*, toto vel corpore vel animo in eam *ruere, incumbere*. Unde σκῆπτρον et σκῆπτον, *fulcrum, in quod incumbitur*; σκηπτός, *fulmen incumbens, irruens* in aliquid *omni cum violentia*, ἐναποσκήπτειν *irruere et se applicare aliquo cum impetu*: quæ omnia satis nota sunt.

(43) Ita membranæ et apographum. Sed cl. Leich. περιτενομένους edidit, ut versioni suæ constaret auctoritas.

(44) Libri, in quibus ecclesiarum cimelia notata erant, *brevia* appellabantur. Anna Comnena Alexiad. p. 136: Τὰ βιολία εἰς μέσον προὐτίθετο. Βρέοια ταῦτα ἡ συνήθεια οἶδε καλεῖν, ἐν οἷς ἀναγέγραπται τὰ ἐν ἑκάστῳ τεμένει κειμήλια. Plus temporis et studii monachi tunc impendebant codicillis conficiendis, in quibus describerent, qualis abbas aut papa qualia pallia, cruces et alia sacra vasa confecerit, quot et quanta pii vel simplices alii laici monasterio aut sanctæ sedi apostolicæ donaverint, aut jactati saltem fuerunt donasse, quo aliena ad se arriperent, quam condendis historiis rerum gestarum, quæ forte quoque infelici illo sæculo, maledictionis divinæ in rebus humanis tristissimo exemplo, non multæ illustres fuerunt. Invenimus tamen etiam in vetustorum monumentis tales indices. Ut e. c. edidit Chishul Antiqu. Asiatic, p. 67, recensionem donariorum in templo Apollinis Didymæi apud Milesios repositorum, sub titulo *monumenti Milesii Seleuci Callinici* et aliam p. 91.

Vasa oratorii S. Theodori in chrysotriclino.

Virga Mosis. Virgæ, quales tenent ostiarii, totæ aureæ, gemmis et unionibus ornatæ, numero quatuor. Virgæ silentiariorum argenteæ deauratæ quatuor. Virgæ cursorum argenteæ deauratæ cum lunulis quatuor, et totidem absque iis una cum vecticulis. Torques protospathariorum aurei. Spatharocandidatina tota aurea, et alia argentea deaurata. Spathæ spathariorum, cannis seu scapis earum totis inauratis. **376** Stratoricia inaurata. scutum aureum smaltitum cum unionibus. Adhuc aliud scutum aureum similiter pictum et gemmatum atque margaritatum. Conti argentei deaurati duo.

Vasi templi S. Stephani Daphnes.

Magna crux S. et Magni Constantini. Sceptra tria. Ptychia [Victoriolæ] septem. Candidatica aurea.

Vasa templi Domini,

Sceptra duodecim. Campiductoria quinque. Labara quinque. Signa duodecim. Dracones duodecim. Banda octo. Sceuphorica octodecim; quorum duodecim renovata fuerunt ind. quarta, reliqua sex fracta jacent, reparationem non nacta aut non capientia.

CAPUT XLI.

Species mutatoriorum.

[Jacent quoque in templo Domini] lori auro contexti quindecim. Contomanicia auro texta, ad illos loros pertinentia, duodecim. Pectoralia pro iisdem loris duodecim; tunicæ argenteis filis pictæ sex. Specia filis aureis picta. Contomanicia

Εἰς τὸ εὐκτήριον τοῦ ἁγίου Θεοδώρου ἐν τῷ χρυσοτρικλίνῳ (45).

Ἡ τοῦ Μωσέως ῥάβδος. Ῥαβδία ὀστιαρίκια ἀπὸ λίθων καὶ μαργάρων ὁλόχρυσα δ'. Ῥαβδία τῶν σιλεντιαρίων ἀργυρᾶ διάχρυσα δ'. Ῥαβδία τῶν κουρσώρων ἀργυρᾶ διάχρυσα μετὰ φεγγίων δ', καὶ ἀνευ φεγγίων δ', καὶ μετὰ κατακλειδίων (46) α'. Μανιάκια πρωτοσπαθαράτα χρυσᾶ. Σπαθαροκανδιδατίκια ὁλόχρυσα, καὶ ἀργυρᾶ διάχρυσα. Σπαθία σπαθαράτα ὁλόκανα (47) διάχρυσα. Στρατωρίκια διάχρυσα. Σκοῦτον (48) χρυσοῦν χειμευτὸν ἡμφιεσμένον ἀπὸ μαργάρων. Ἕτερον σκοῦτον χρυσοῦν χειμευτὸν ἡμφιεσμένον ἀπὸ λίθων καὶ μαργάρων. Κόντα ἀργυρᾶ διάχρυσα β'.

Εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Στεφάνου τῆς Δάφνης· Ὁ μέγας σταυρὸς τοῦ Ἁγίου καὶ Μεγάλου Κωνσταντίνου. Σκῆπτρα γ'. Ητυχία ζ'. Κανδιδατίκια χρυσᾶ.

Εἰς τὸν ναὸν τοῦ Κυρίου.

Σκῆπτρα ιβ'. Καμπηδικτώρια (49) ε'. Λάβουρα ε'. Σίγνα ιβ'. Δρακόντια ιβ'. Βάνδα η'. Σκευοφορικὰ (50) ιη'. Καὶ εἰς ἰνδ. δ' ἀνεκαινίσθη ἐξ αὐτῶν ιβ', καὶ τῶν ς' τὰ ἔργα εἰσὶ κατακλασμένα μὴ ἔχοντα περιποίησιν (51).

ΚΕΦΑΛ. ΜΑ'.

Ὅσα εἴδη τῶν ἀλλαξίμων.

Λῶροι χρυσοΰφαντοι ιε'. Κοντομανίκια χρυσοΰφαντα τῶν αὐτῶν λώρων ιβ'. Θωράκια τῶν αὐτῶν λώρων ιβ'. Χλανίδια ἀργυροκέντητα ζ'. Σπέκια χρυσοκέντητα. Κοντομανίκια ἀργυροκέντητα ἀληθινάερα (52) ιε'. Κοντομάνικα ὀξέα χροακὰ [39] κθ'.

VARIÆ LECTIONES.

[39] ὀξεαχροακὰ cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(45) Id significare credidi compendium scripturæ, quod in membranis erat ⟩|⟨, quod alias Christi nomen significat. Recte expressum a nobis esse compendium, non sinit dubitare locus Nostri p. 4.

(46) Verti *vecticulis* hanc ob rationem: κατακλεῖδες et κατακλείδια videntur idem atque μοχλοί fuisse. Ad horum similitudinem infixi baculi transversi, veluti clavi vel brachia, quibus manus innititur, videntur κατακλείδια dicta fuisse. Fuerit ergo talium baculorum hæc imago ┼ ad instar crucis.

(47) Dubitavi, quomodo hanc vocem redderem. Recurrit infra p. 411, vox χρυσόκανος, ubi credidi significare *capulo aureo instructus* tanquam si *canna* capulus esset. Hic autem διάχρυσα ὁλόκανα σπαθία dicuntur *spathæ* seu enses, quorum *cannæ totæ sunt inauratæ*. Hic nequit *canna* capulum ensis significare, sed visum mihi scapum ejus seu ipsum totum ferrum, quod essentiam ensis efficit, significare. Norant autem eo jam tempore artem flores et alias figuras scapis seu ferris ensium incudendi vel incidendi et eas deaurandi, ut nos hodie facimus. Qua de arte dixi supra ad p. 59.

(48) Quale nempe imperatori Cæsarive una cum hasta imperiali præferri debebat a spathariis vel protospathariis.

(49) Campidoctoria, forte alibi nuspiam memorata, erant signa, qualia gerebant campidoctores.

(50) Videntur idem atque τὰ σκεύη fuisse, de quibus meam sententiam ad p. 415 dixi, nempe longi conti, in quorum acumine tropæa fixa conspicerentur.

(51) Verti *non nacta reparationem*. Possit ea dictio quoque significare *non habentia in se locum reparationi*, eam non admittentia, non ferentia amplius. Περιποίησις est reparatio, per quam efficitur, ut aliquid περιῇ, superstes sit et maneat in rerum natura.

(52) Idem sunt atque τὰ ἀληθινηρά seu ἀληθινά, nempe ἐσθήματα. *vestes veræ et ex veris factæ*. Ambiguum jam est, cum lanæ marinæ, pinnarum generi cuidam aurescentes, de quo genere lanae alibi jam dixi, an succus purpuræ designetur voce *vera*. Pari modo dubium est, vox ἀλουργής ad materiam vel telam, lanam marinam, an ad colorem, succum purpuræ respiciat. Utrumque maris productum erat, Porro dicunt vulgo *alithinum* et *oxy* idem esse, utrumque purpuram. Atqui hic loci opponuntur τὰ ἀληθινά et τὰ ὀξέα. Dicunt quoque τὸ ὀξύ *violaceum* esse. Atqui hic dicuntur ὀξέα χροακά et ἀληθινάερα χροακά. Ergo τὸ ὀξύ non est color, sed modificatio coloris præter album, cujuscunque. Idemque de ἀληθινῷ statuendum. Reddidi ergo hic quidem loci ἀληθινάερα per *veri juris*, et ὀξέα per *acuti juris*. Primum βάμμα, quo tingebantur panni, erat ἀληθινόν, *merum et verum jus*; nihil enim ad

Κοντομάνικα ἀληθινάερα χροακὰ ιη'. Χλανίδια φουνδάτα χροακὰ [40] χρυσόταβλα μαγίστρων ἀνθυπάτων καὶ πατρικίων κε'. Χλανίδια φουνδάτα μετὰ ὀξέων ταβλίων ὀρφικιαλίων σεκρετικῶν λ'. Χλανίδια πλατώνια χαρτουλαρίων σεκρετικῶν ς'. Χλανίδια φουνδάτα μετὰ ὀξέων ταβλίων τὰ λεγόμενα Τύρεα τοῦ κουβουκλείου λγ' (53). Χλανίδια ἀτραβατικὰ λγ'.

A filis argenteis picta veri juris quindecim. Contomanicia acuti juris coloreo viginti novem Contomanicia veri juris colorea octodecim. Tunicæ fundatæ coloreæ cum aureis tabulis magistrorum, proconsulum et patriciorum viginti quinque. Tunicæ fundatæ cum tabliis purpureis officialium secretis assidentium triginta. Tunicæ platonia dictæ chartulariorum secreticorum sex. Tunicæ fundatæ cum purpureis tabliis, quæ Tyria cubiculi vulgo appellantur, triginta et tres; totidemque tunicæ atrebaticæ.

ΚΕΦΑΛ. ΜΒ'.

Περὶ τῶν τάφων βασιλέων (54) τῶν ὄντων ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων (55).

Ἡρῷον (56) τοῦ ἁγίου καὶ Μεγάλου Κωνσταντίνου.

Ἐν πρώτοις κατὰ ἀνατολὰς κεῖται ὁ λάρναξ (57) τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου πορφυροῦς, ἤτουν Ῥω B

CAPUT XLII.

De sepulcris imperatorum, quæ sunt in templo SS. Apostolorum.

Et primum quidem quod attinet ad heroum S. et Magni Constantini.

Jacet primo versus orientem spectanti loco sarcophagus S. Constantini e porphyretico aut, quod

VARIÆ LECTIONES.

[40] φουνδαταχροακὰ cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

species colorem dantes accedebat, quemadmodum in secundo jure. Panni alii, dilutiore colore imbuendi, immergebantur in jus, natum ex recoctis iisdem speciebus colorantibus cum addita urina aut alio sale particulas coloris omnes penetrante et resolvente et veluti emungente. Secundum hoc βάμμα, propterea quod additamento alcalino fuisset acutum, ὀξὺ *acutum jus*, audiebat. Obtinebat utrumque hoc jus non in purpura tantum, sed etiam in veneto, violaceo, prasino et aliis coloribus; iidemque panni non poterant utrumque jus bibere, sed qui primum seu merum et verum hausissent, ii profundius, saturatius lumen dabant; qui vero secundum, ii dilutius. De vero et acuto jure vid. Salmas. ad Tertulliani Pallium p. 175. ed. Paris. C Adhuc noto, visum aliquando fuisse, ἀληθινάερα legi debere. Quod nunc non probo; forte non desit, qui nihilominus probet. Forte quoque erit, qui vocabulum ἔριον in hac voce sibi videbitur invenisse, tanquam si esset composita ex ἀληθινὸν et ἔριον unde productum ἔριον *lana vera*.

(53) Post hæc verba in quibus folium 216 b membranæ Lipsiensis desinit, periit integrum folium, ni plura, et in eo indiculus imperatorum CPtanorum a Constantino M. inde usque ad auctorem hujus libri. Quod constat ex indiculo generali capitum hujus secundi libri ipsi præfixo. Non magna quidem hæc jactura est, et prostant tales indiculi magno numero, ut apud scriptores Græcos minores historiæ Romanæ a Sylburgio editos p. 894 900, apud Petavium pone Nicephori CPtani historiam p. 286 sqq. qui indiculus usque ad Alexium Comnenum procedit et in meo exemplari ab ejus antiquo domino, nostro celeberrimo Du Cangio passim D emendatus est, qui etiam ad Codicem regium 3214 remittit; item apud Lambeccium in Codino ejus p. 75. *[Fragmenta talis catalogi usti impp. CPtanorum apud Boivin. ad Nicephor. Gregor. p. 749. Chronologia Romana a Cæsare usque ad Constantin. VIII, exstat in Vindobonensi codice 34, Chronologia impp. CPtanorum a Constantino M. usque ad Theodosium Adramytenum Lambec. V, cod. CV, 16.]* Et res illæ notæ sunt aliunde: verumtamen potuisset hinc verus auctor libri et ætas, qua conscriptus ille fuit, intelligi. Quis novit, qua mente folium hoc evulserit, quisquis fecit?

(54) Cum editionem hujus operis instituerem cl. decessor meus, edebat singulari folio duarum paginarum in forma maxima capitis hujus initium usque ad verba p. 372, Θεοδώρα ἡ γυνὴ τοῦ μεγάγου Ἰουστινιανοῦ cum Latina interpretatione et notis suis, ut haberent eruditi specimen, e quo, quid ab ipso et a librario atque typographo possent expectare, ipsi existimarent. Notas illas cum paucis ejus manu isti singulari folio ascriptis hic reddo. Versionem vero ejus non retinui, sed meam dedi, quo Latina omnia unius filii essent. *[Similis imperatorum in æde SS. Apostolis dicata sepultorum catalogus ex Anonymi Originibus CPtanis editus est a Du Cangio Constant Christ. l. IV; p. 109, et plenior cum notis Aselmi Banduri in imperio Orientali t. I. VI. Hunc auctorem post Constantinum, cujus scrinia passim compilat, vixisse apparet, de quo dixi in Prolegomenis.]* Interciderunt ea cum cl. viro, nullo relicto in chartis ejus vel vestigio. Neque cum ista scriberet, neque tempore post ea Prolegomena habuit exarata, sed in memoria et adversariis depositam eorum materiam. Catalogos illos conferam, Bandurianum litteris AB., Cangianum litteris DC. compendii causa designaturus, et annotabo, quæ momenti alicujus fuerint, minutiis omissis. Bandurii quoque notas libenter adderem, nisi pigeret transcribere: parcendum quoque chartæ est. Concludimur spatiis iniquis, quæ nostras copiolas non satis explicare non sinunt, nedum ut alienis locum faciant. Constabit e collatione istorum catalogorum inter se, nostrum et omnium plenissimum et scitis notitiis refertissimum et ad ordinem temporum astrictissimum esse.

(56) *[Templum hoc sanctis Apostolis dicaverat Constantinus, addito decreto, ut ipse et successores in eo sepelirentur, teste Zonara. Eusebio de vita Constantini l. IV, c. 58, Theophane, aliis citatis Du Cangio in CPoli Christ. l. IV. Muhammedi, qui urbem debellavit, hodie dicatum est templum, quod olim memoriæ Apostolorum dicatum fuit, et ubi multi imperatores sepulti jacent. Th. Smith. Notit. eccles. Gr. p. 87.]* In illo templo, quod Constantinus aut Constantius, ejus filius, secundum alios, condidit (patre forte incipiente opus et pro maxima parte

(56) Est ex paganismo Græco. Veteres pagani ἥρωας; appellabant manes defunctos eorum, qui in vivis bene se gessissent. Inde ἡρῶα loca, ubi versarentur tales manes non movendi, et ἀφηρωίζειν alicui ἡρῷον talem locum inviolabilem attribuere et consecrare: de quo verbo vid. doctam epistolam cl. Valckenari. Virgilio illustrato Fulvii Ursini præmissam p. 69.

(57) Catalogi AB. et DC. efferunt hoc nomen in genere feminino, ἡ λάρναξ... πορφυρᾶ ἐν ᾗ... sic porro.

perinde est, Romano marmore, continens et ipsum et B, ejus matrem Helenam. Alius porphyreticus aut Romanus, in quo situs fuit Constantius, Magni

μαῖος (58), ἐν ᾧ ἀπόκειται αὐτὸς μετὰ Ἑλένης τῆς μακαρίας (59) μητρὸς αὐτοῦ. Ἕτερος λάρναξ πορφυροῦς Ῥωμαῖος, ἐν ᾧ ἀπόκειται Κωνστάντιος (60)

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

parte conficiente, filio de licante), celebri et spectabili monumento, aiunt auctores pene omnes et ipsum Constantinum M. (vid. Codin. Offic. p. 113, n. 10) et secutorum imperatorum plerosque depositos fuisse. Non itaque video, quomodo cum illis conciliem Continuatorem Theophanis manifeste illis contradicentem, Script. p. Th. p. 120, ubi sic ait: Παρεδίδου τὸν Ἰγνάτιον ὁ Βάρδας φρουρᾷ, καὶ φρουρᾷ ἀπηνεῖ τε καὶ χαλεπῇ. Ἡ δὲ ἦν ἐν τῷ τῶν Ἱερῶν Ἀποστόλων τεμένει, οὐκ ἐν τῷ δὴ μεγάλῳ τε καὶ σεμνῷ, ἀλλ' ἔνθα οἱ τάφοι καὶ λέγονται καὶ εἰσὶν *traditur a Barda Ignatius carceri, eique immani et funesto. Fuit ille in SS. Apostolorum delubro, non magno illo et venerabili, sed in illo, quod Sepulcra vulgo audit, et ubi revera sepulcra sunt.*

(58) Marmor Romanum dictum est rubri coloris, B et cæditur in Ægypto; unde quoque Ægyptium dicitur. *[Constantin. in Vita Basilii c. 55: Ἐξ Αἰγυπτίου λίθου, ὃν ἡμεῖς Ῥωμαῖον εἰώθαμεν λέγειν.]* Porphyreticum et Romanum marmor Noster pro eodem habet. Hodie tamen diversa haberi, constabit e loco Keisleri proxime citando. De variis marmorum generibus, quorum hoc capite fit mentio, egit Du Cangius ad Pauli Silentiarii Ecphrasin S. Sophiæ cap. 10, ubi hæc genera marmorum describit, *Ægyptium*, *Thebaicum* [de marmore Thebaico *vid.* Aristid. 349. *Ex Addend.*], *Romanum* et *porphyreum*, quæ omnia illi eadem sunt; tum *Phrygium* varium colore, ac roseum albo cæruleo permistum referens, *Laconicum* virens, *Carium* obliquis ex sanguineo alboque livido semitulis distinctum, *Lydium* virenti pallidoque colore mistum, *Proconnesium*, *Libycum* cærulei simul et crocei coloris, *Celticum* nigrum, *Bosporicum* album, *Thessalicum* et *Molossium*, ad ductum maxime Pauli Si- C lentiarii, quem marmora hæc describentem p. 515, a versu 200-229, non inutile neque injucundum erit relegere. Ægyptium marmor sic describit Paulus ibi:

Πολὺς δ' εὐπήγεϊ Νείλῳ
Φορτίδα πιλήσας ποταμήτιδα λᾶας ἀνίσχων
Πορφύρεος, λεπτοῖσι πεπαρμένος ἀστράσι λάμπει.

Magna copia super Nilo, cujus longe prætensa brachia pulchrum aspectum præbent, onerarias naviculus referciens, surgit lapis purpureus, tenuibus stellis relucens, quibus confixus videtur esse. Cum itaque in Ægypto nascatur hoc marmor, mirabuntur nonnulli, qui fiat, ut *Romanum* appellatum fuerit. Forte occasionem illi appellationi hoc dedit. Romani veteres Augusti obeliscos et alias grandes moles marmoreas Ægypto Romam curabant devehi, eoque saxo utebantur frequenter in suis ædificiis. D Hinc factum, ut Ægyptium vel Thebaicum marmor Romanum appellaretur, ut a Romanis adamatum, requisitum et usurpatum frequentissime et deinde a Constantino M. et aliis Roma CPlin transvectum. Non obscure suggerit hanc etymologiam Anna Comnena Alexiadis p. 190, describens Sulam, Porphyram dictam: Διὰ μαρμάρων τὸ τε ἔδαφος κατέστρωτο, καὶ οἱ τοῖχοι περιεστέλλοντο οὐ τῶν τυχόντων, οὐδὲ τῶν ἄλλων, ὁπόσοι εὐποριστότεροι τῶν τιμιωτέρων λίθων εἰσὶν· ἀλλ' οὓς ἀπὸ Ῥωμης οἱ ἀνέκαθεν βασιλεῖς ἐπεσύραντο· Ἔστι δὲ οὗτος ὁ λίθος ὡς εἰπεῖν πορφυροῦς δι' ὅλου καὶ οἷον στίγματά τινα ψαμμοειδῆ λεσκὰ αὐτῷ περιτρέχουσιν. Ἐκ τουτωνὶ τῶν λίθων, οἶμαι, πορφύραν τὸ οἴκημα οἱ ἀνέκαθεν ὠνόμασαν.

(59) [Hoc etiam testatur Theophanes p. 21: Ἐτάφη δὲ ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων. Ἀποστόλων ἐν Κωνσταντίνου πόλει, ὃν ἔκτισεν ὁ υἱὸς αὐτῆς Κωνσταντῖνος εἰς τὸ θάπτεσθαι τοὺς τελευτῶντας βασιλεῖς Χριστιανούς. *Sepulta autem est in templo SS Apostolorum Constantinopoli, quod exstruxit filius ejus Constantinus, ut ibi sepelirentur imperatores Christiani defuncti.* Nicephor. Callist. l. VIII, c. 31, de Helena: Μετὰ δὲ διετῆ χρόνον σὺν τῇ λάρνακι ἐν τῇ Κωνσταντίνος ἀνατεθεῖσα πρώτη ἐν τοῖς βασιλικοῖς μνημείοις τῶν Ἱερῶν Ἀποστόλων ἠξιώθη ταφῆς. *Post duorum vero spatium annorum cum arca CPlin translata in sepulcris imperatorum quæ sunt in Apostolorum æde, prima deposita est.* Conf. Codini Ant. CPlit. p. 33.] Hanc notam addiderat V. D. in illo singulari folio, de quo supra dixi. In adversariis ejus hæc alicubi deposita reperi. [Helenæ matri mausoleum fecit Constantinus, ubi sepulta est in sarcophago porphyretico. Alteserra ad Anastas. p. 29.] Nunc ad manum non est Alteserra; unde dubito, ubi is dicat, a Constantino mausoleum matri conditum fuisse, Romæne an CPli, puto tamen, Romæ eum dicere. Sane hodieque Romæ in Lateranensi asservatur et monstratur arca Helenæ, de qua ascribam quæ Keislerus habet in Itinerario p. 501: *Das kostbarste ist der porphyrne Sarg Helenæ, der Mutter Constantins des Grossen von einem eintzigen Stücke, so mit grossen basreliefs von Reutern. und andern Figuren geziert ist. Dieses Stück ist noch grösser als das vorgegebene Grab Bucchi in der Kirche S. Constantiæ* [v. p. 490 init], *aber in vielen Orten beschädiget. Der Ort, wo man es unter einem runden Thurme, Torro Pignatara genant, aufgegraben, ist ohngefähr 3 Meilen von Rom in Via Labicana. Pabst Anastasius der IV liess es hieher bringen, damit es ihm zu seinem Grabe dienem solte. Es wurde aber aus diesem Anschlage nichts und steht noch ledig.* Paulo post habet locum, e quo discas, marmor Ægyptium et porphyreticum idem non esse, quod Constantini Porphyr. locus paulo ante citatus vult. De sellis stercorariis loquens ait: *Beide sind von Porphyr, oder vielmer von Pietra egizzia rossa, der nicht so schön und hart als Porphyr ist.* Idem p. 503 *Ægyptium lapidem* et *granitum rubrum* eumdem facit, p. 518 autem ipsum corpus Helenæ Romæ apud ædes S. Mariæ Aræ Cœli jacere ait, *Der Hauptaltar*, verba ejus sunt, *ist mit acht Seulen von Alabastro orientale umgeben, und stehet in selbigem der Leichnam St. Helenæ, der Mutter Constantins des Grossen, in einem Sarg von Porphyr.* Vita Constantini M. et Helenæ matris (apud Du Cangium v. Εἰληματικός): Καὶ κατελθοῦσα ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥωμῃ τελευτᾷ καὶ κατάκειται ἔξω τῆς πόλεως ἐν στρογγυλοειδεῖ εἰληματικῷ ναῷ ἐν λάρνακι πορφυρῷ. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

(60) Perperam in Anonymi Originibus legitur Κωνσταντῖνος, quem auctorem notat Bandurius, quod in æde Apostolorum sepultum dicat Constantinum, quem prælio ad Aquileiam cum fratre Constante commisso cæsum corpusque in Alsam fluvium dejectum Victoris Epitome, Zosimus, Theophanes, cæteri testentur. Sed emendandus est ex Nostro. De Constantii funere Gregor. Nazianz. orat. secunda contra Julianum p. 93: Τὸ δ' ἦν ἀποκομισάμενοι τὴν κεφαλὴν τοῦ διαδήματος καὶ ὑποκύψαντα τῷ βασιλεῖ τὰ εἰκότα οὕτως ἐπὶ τὸν τάφον συμπαραπέμψαι τοῖς ἄγουσιν ἐπὶ τὸν ἀοίδιμον τῶν ἀποστόλων σηκόν. Οἱ δὲ τὸ ἱερὸν γένος καὶ ὑπεδέξαντο καὶ διαφυλάττουσιν, Julianus *detracto capite diademate demissoque, ut decebat, ante imperatorem aspectu, deinde simul cum iis, qui efferebant, ad sepulcrum nobileque illud Apostolorum fanum, qui sanctum genus, æquos prope-*

ὁ υἱὸς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. Ἕτερος λάρναξ πορφυροῦς Ῥωμαῖος, ἐν ᾧ ἀπόκειται Θεοδόσιος ὁ μέγας (61). Ἕτερος λάρναξ πράσινος Ἱερακίτης (62), ἐν ᾧ ἀπόκειται Λέων ὁ μέγας. Ἕτερος λάρναξ πορφυροῦς Ῥωμαῖος, ἐν ᾧ ἀπόκειται Μαρκιανὸς μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Πουλχερίας. Ἕτερος λάρναξ πράσινος Θετταλὸς (63), ἐν ᾧ ἀπόκειται Ζήνων ὁ βασιλεύς. Ἕτερος λάρναξ Ἀκυΐτανὸς (64), ἐν ᾧ ἀπόκειται Ἀναστάσιος ὁ Λίκορος μετὰ Ἀρτάδνης τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. Ἕτερος λάρναξ πρασίας λίθου Θετταλικῆς, ἐν ᾧ ἀπόκειται Μιχαὴλ ὁ βασιλεύς, ὁ υἱὸς Θεοφίλου (65). Ἱστέον δὲ, ὅτι ὁ τοιοῦτος λάρναξ Μιχαὴλ τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ (66) ἐστιν τοῦ μεγάλου. Ἔκειτο δὲ ἐν τῷ μοναστηρίῳ τῆς Αὐγούστης (67), ὑποκάτω τοῦ Ἁγίου Ἀποστό-

A Constantini filius. Alius porphyreticus Romanus in quo jacet Theodosius Magnus. **371** Alius e marmore viridi Hieracite, in quo depositus fuit Leo Magnus. Alius porphyreticus Romanus, in quo jacent Marcianus et uxor ejus, Pulcheria. Alius viridis Thessalicus, Zenonis imperatoris. Alius Aquitanus, continens Anastasium Dicorum et ejus uxorem, Ariadnam. Alius Thessalicus viridis, in quo jacet Michael imp., filius Theophili. Tenuit hic sarcophagus olim Justinum seniorem imperatorem, qui situs erat in monasterio Augustæ dicto, in templo et sub reliquiis sancti apostoli Thomæ; ubi etiam stolæ Apostolorum olim exstabant. Verum dominus Leo [filius Basilii Macedonis] inde abstulit illum sarcophagum, et hic in Apostolorum templo

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

modum honores carpens, et susceperunt, et custodiunt, prosequebatur.] Cedrenus p. 303 Constantium ait apud Mopsucrenas quidem periisse in expeditione, quam instituebat adversus Julianum, sed tamen corpus ejus a Joviano translatum et in heroo ad latus patris depositum fuisse, οὗ τὸ σῶμα Ἰωβιανὸς, ὁ μετὰ ταῦτα βασιλεὺς, προτέκτωρ τότε ὤν, ἀποκομίσας (*relatum ad CPlin*; id enim ἀποκομίζειν notat), ἀπέθετο πλησίον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐν τῷ ἡρῴῳ μετὰ Εὐσεβίας τῆς πρώτης αὐτοῦ γυναικός. Liceat hic in transitu notare, vocem ἄγνοια paulo ante præcedentem non recte translatam esse. Notat enim vitam impie, scelerate, absque cognitione veri Dei et viæ salutis transactam. Heroum hic idem est atque ἡρῖον, sacellum, quo heroes seu defunctæ animæ requiescunt. Solebant enim defunctos omnes, etiamsi obscuros et ignobiles, heroes appellare. Reliqui Constantini filii ubi jaceant, tacet historia. Constantinus junior, ut in aquas projectus, videtur nunquam sepulcrum nactus, sed a piscibus consumptus fuisse.

B Acyntho monte effoditur. Anonym. in Orig. CPtanis Νηκιτιανῆ, seu, ut in Colbert. cod., Ἀνακητιανῆ, ubi *Ananchitin*, cujus lapidis Plinius meminit, legendum esse conjicit Bandurius.] De marmore Aquitano vid. Alteserra ad Anastas. p. 42 in *Hilario*. Forte idem est cum marmore *Celtico*, quod inter marmora S. Sophiæ ornandæ adhibita recenset Paulus Silentiarius in Ecphrasi v. 220:

Ὅσσα δὲ Κελτὶς ἀνεῖχε βαθυκρύσταλλος ἐρίπνη,
Χρωτὶ μέλαν στίλβοντι πολὺ γλάγος ἀμφιβαλοῦσα.

Unde apparet, marmor nigrum candidis maculis respersum fuisse. Memorat quoque marmor Aquitanicum Sidonius Apollin. Epist. II, 10:

Hinc est porticus explicata triplex,
Fulmentis Aquitanicis superba.

(61) [De hoc sepulcro exstat apud Anonymum mentio, ut et Theodosii junioris hic omissi, Leonis M. et Marciani. Theodosii vero M. corpus Mediolano, ubi obierat, CPlin translatum et ab Arcadio filio conditum in Apostolorum æde fuit. Zosimus l. IV: Θεοδόσιος εἰς τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἐπανιὼν ἐτελεύτησε νόσῳ, καὶ τὸ τούτου σῶμα ταριχευθὲν τοῖς ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει βασιλικοῖς τάφοις ἐναπετέθη, *cæterum Theodosius, dum CPlin revertitur morbo vitam finiit, ejusque corpus pollinctum sepulcris imperatoriis, quæ CPli sunt, illatum fuit.* Cedren. p. 327: μετήνεγκε δὲ τὸ σῶμα Θεοδοσίου ἐν ΚΠλει Ἀρκάδιος, θεὶς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, *Theodosii corpus Arcadius CPlin detulit, atque in fano Apostolorum deposuit.*] Non præteriit Noster Arcadium neque Theodosium juniorem, sed infra p. 373, demonstrat sedes eorum æternas. De Leonis M. sepulcro vid. Cedren. p. 350, et de Marciani p. 346.

C Cedrenus p. 593 affirmat: Διωρίσατο τὸν ἀναιρεθέντα βασιλέα Μιχαὴλ — ἐν τῇ πόλει εἰσαγαγεῖν, κἀκεῖθεν μετὰ ᾠδῶν καὶ ὕμνων ἄχρι τοῦ ναοῦ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων προπέμψαι καὶ ἐν λάρνακι θεῖναι μαρμαρίνῃ, ὅ καὶ ἐγένετο, *jussit trucidati imperatoris Michaelis cadaver CPlin afferri. Ibi cum cantu et hymnis exceptum usque ad ædem Apostolorum deductum est et repositum in arca marmorea*]. Fuerat enim antea sepultus in monasterio Philippici apud Chrysopolin. Conf. Script. post Theophan. p. 117.

(62) De *hieracite* vel *milvino* marmore vid. Salmas. ad Solin. p. 502, ubi ait esse marmor nigris vel furvis et candidis maculis respersum, ad instar plumarum milvi, Aetius ibid. λίθον ὑπόχλωρον appellat, quod cum Nostri πράσινος congruit.

(63) Thetalicum marmor viride est; vid. Contin. Theophan. p. 88 et 90, ubi varia inter genera marmoris memorat quoque πρασίνους ποταμίους Θεσσαλικούς, *viridis Thessalici undulati laminas.*] Αἶθος Θετταλὴ ἡ τὸ πράσινον χρῶμα κεκτημένη. Vita Basil. c. 58.]

(64) Ita membranæ. Apographum Draudianum et ex eo editio Leichiana dabant Ἀκβιτανός. Ad hunc locum V. D. hæc notat. [Reddidi *Aquitanus*, cum in illa regione marmora fodi Plinius scribat. Cæterum in hac voce variant scriptores. Cedren. p. 363: ἐν λάρνακι Ἀκυντιανῇ, ex marmore flavo, quod in

(65) [Qui vino madidus in S. Mamantis palatio ab aulicis occisus fuit. Corpus autem ejus Leone imperante humo mandatum esse in æde SS. Apostolorum,

D uxor primum Lupicia et deinde Euphemia mutato nomine fuit appellata, junioris autem Sophia. Verum quæ Noster p. 373 Justino, Sophiæ marito, videtur tribuere, ea alii auctores Justino, Euphemiæ marito, tribuunt; vid. Du Cange CPli Chr. l. VII, p. 153, n. XII, et p. 160, n. 77 et notam sequentem. Et procul dubio recte. Primum quidem Justinum majorem, non minorem, hic loci designari prodit τοῦ μεγάλου, quod de nihilo non est. Deinde in heroo Justiniani comparet urna Justini junioris et quidem candido marmore, senioris non item, quam Cedrenus, ut Noster, marmore viridi fuisse perhibet. Unde conficitur, præsente nostro in loco pro *Justiniani* nomine substituendum esse *Justini* nomen, et p. 373, pro *Sophia Euphemiam.*

(67) Augusta, de qua monasterium vel potius moniale hoc (erat enim feminis destinatum) nomen

deposuit, et exuvias dicti Michaelis ipsi indidit. Alius viridis Thessalicus, tenens Basilium [Macedonem] et ejus uxorem, Eudociam, et filium, Alexandrum. Alius Sagarinus aut Pneumonusius, in quo jacent venerandus imperator Leo [Sapiens, Basilii filius,] et filius ejus, Constantinus Porphyrogenitus, multo post patrem tempore illatus. Alius albus, cui nomen est basilicium, tenens Constantinum, filium Basilii [Macedonis]. Alius viridis Thessalus, in quo jacent S. Theophano, prima uxor B. Leonis [Sapientis], et ejus filia, Eudocia. Alius Bithyno marmore, in quo Zoe, secunda ejusdem Leonis uxor. Alius viridis Thessalus, in quo Eudocia, Baini cognominata, tertia ejusdem Domini

A λου Θωμᾶ (68), ἐν ᾧ καὶ αἱ στολαὶ τῶν Ἀποστόλων εὑρέθησαν. Ἔλαβεν δὲ αὐτὸν ὁ κῦρις Λέων ὁ βασιλεὺς, καὶ κατέθετο αὐτὸν ἐνταῦθα εἰς ἀπόθεσιν τοῦ σώματος τοῦ αὐτοῦ Μιγαήλ. Ἕτερος λάρναξ πράσινος Θετταλὸς, ἐν ᾧ ἀπόκειται Βασίλειος (69) σὺν Εὐδοκίᾳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ υἱῷ αὐτοῦ. Ἕτερος λάρναξ Σαγαρινὸς. ἤγουν Πνευμονούσιος (70), ἐν ᾧ [41] ἀπόκειται Λέων ὁ ἀοίδιμος σὺν τῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ ὕστερον τελευτήσαντι (71) τῷ Πορφυρογεννήτῳ. Ἕτερος λάρναξ λευκὸς ὁ λεγόμενος βασιλίκιον (72), ἐν ᾧ [42] ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς Βασιλείου (73). Ἕτερος λάρναξ πράσινος Θετταλὸς, ἐν ᾧ ἀπόκειται ἡ ἁγία Θεοφανὼ (74) ἡ πρώτη γυνὴ τοῦ μακαρίου Λέοντος σὺν Εὐδοκίᾳ τῇ θυγατρὶ αὐ-

VARIÆ LECTIONES.

[41] ᾧ om. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

habuit, fuit Euphemia, Justini senioris uxor. Origin. CPtan.: Τὴνγυναικείαν μονὴν τὴν καλουμένην Αὐγούστης Ἰουστῖνός ὁ Θρᾴξ ἔκτισε τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Εὐφημίᾳ· τεθὲν τὸ αὐτοῦ σῶμα πρότερον ἐκεῖσε. Extrema hæc verba sunt perobscura. Suggerunt, ossa Justini ex illo monasterio ablata fuisse. Atqui Noster ait, ea in eodem monasterio mansisse, quamvis ex antiqua arca in aliam translata fuerint. Forte audiverat vel legerat Anonymus ille de arca Justini e monasterio illo in SS. Apostolorum ædem translata, quod ipsis Justini exuviis ille deinceps referebat. Cedrenus p. 366 : ἐτελεύτησεν Ἰουστῖνος καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ μονῇ τῆς Αὐγούστης ἐν λάρνακι πρασίνῃ μετὰ τῆς γυναικὸς Εὐφημίας. Egestas autem exuvias imperatoris ex arca sua et in aliena translatas fuisse, non satis possum mirari. Certe, ut haberent ossa Michaelis Ebriosi, ubi quiescerent, non satis erat causæ, ob quam turbarentur et honore suo spoliarentur sepulti manes.

(68) Ergo intra ambitum monasterii Augustæ erat ædes Apostoli Thomæ, eadem, ut videtur, cum S. Thoma Anthemii ; v. Du Cange CP. Chr. l. IV, p. 117. Ergo jam quinto quoque sæculo affectabant morientes Christiani viciniam ossium pro sanctis reputatorum, ea spe, fore, ut ex contubornio ossium profundam religiosæ plebis venerationem merentium ad sua quoque si non sanctimoniæ, gloriæ et venerationis, nonnihil certe demanaret. Quæ autem illæ sint hic memoratæ SS. Apostolorum stolæ, non novi.

(69) V. Cedren. p. 608, Script. post Theoph. p. 234.

(70) Forte sic dictus est a colore, pulmonis colorem imitante. *Sagarius* aut *Sagarinus* dictus est ab urbe Bithyniæ *Sagara* vel *Sangarus*, de qua dico, ad p. 417. [Constant. Vit. Basil. p. 201 : ὁ λεγόμενος Σαγάριος λίθος, ὅς τῷ παρά τινων ὀστρίτῃ καλουμένῳ λίθῳ καθέστηκεν ἐμφερής.]

(71) [Posset ex hoc loco aliquis concludere, non ab ipso Constantino hæc profecta, sed post obitum ejus ab alia manu addita esse. Cum vero imperatorum qui post ipsum regnarunt, nulla mentio appareat, magis inclinat animus, ut credam, Constantinum voluntatem ac desiderium ad patris latus aliquando quiescendi his verbis significasse. Præterea certum est, ipsum eodem, quo pater, tumulo conditum fuisse. Cedrenus p. 641 : θάπτεται θανὼν σὺν τῷ οἰκείῳ πατρὶ, *sepultus est juxta patrem suum*. Symeon Mag. in Constantino p. 496 : καὶ θάπτεται ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων μετὰ Λέοντος βασιλέως τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, *sepelitur in templo SS. Apostolo-*

B *rum cum patre suo Leone.*] Hæc cum scriberet V. D., animum et oculos non advertebat ad verba paulo inferius posita, ubi arca Basilii, fratris Constantini Porphyrogenneti, memoratur ; qui ambo fratres ex Romano Porphyrogenneto nepotes Constantini erant, de quo hic sermo est, et qui pro auctore Cerimonialis nostri habetur. Locum quoque alium prætervidebat V. D., qui infra p. 375 habetur. Ibi enim Constantinus, de quo disputatur, Leonis filius, ὁ μακάριος βασιλεύς appellatur, *bealæ memoriæ imperator*. Atqui de vivo formula illa non usurpatur, sed de mortuo tantum. Concluditur ex his, Cerimoniale nostrum Constantini quidem illius esse, qui Leonis filius et Romani pater fuit, sive is ipse compilaverit, sive, quod potius videtur, illud alicui suorum amanuensium vel bibliothecariorum consarcinandum demandaverit : nepotem ejus autem, avo cognominem, aut potius aliquem ejus familiarium, qui cliens simul gentis Phocarum fuerit, (ut e capite libri primi XCVI) patet, nonnulla addidisse. Nihil enim vel hominum, vel casuum, vel institutorum aulicorum hoc juniore Constantino posteriorum per totum hunc librum reperies. Ego quidem talium quamvis sedulus et vigil venator, vestigium non observavi.

(72) Hujus nominis rationem quis reddat ? Estne arca hæc ideo sic dicta, quod reguli, id est imperatoris designati, qui tamen imperium non adiit morte præventus, repositorium esset ? Conjectura hæc exigui penes me momenti est ; et forte præstitisset nullam, quam talem, dare. Forte melior hæc erit, arcam hic dictam fuisse, quod unum de gente Basilii teneret.

(73) Hic est ille Constantinus, nomine et specie tenus Basilii, sed, ut fama tulit, revera Michaelis Ebriosi filius, qui ante Basilii finem c. A. 879 obiit et quem auctorem Tacticorum a Meursio editorum esse in præfatione ad primum volumen demonstravi p. 8.

(74) Non ipsa SS Apostolorum æde, sed in vicina ædicula Theophanoni dedicata et a marito, Leone, condita, sepultam ait Symeon Magister p. 463: πλησίον τῶν Ἁγίων Ἀποστολων ἐξωνησάμενος οἰκήματα Λέων ὁ βασιλεὺς κτίζει ἐκκλησίαν περικαλλῆ εἰς ὄνομα Θεοφανὼ τῆς πρώτης αὐτοῦ γυναικὸς καὶ κατατίθησιν καὶ ταύτην ἐκεῖ. Verum Codinus exstructum hoc monumentum a Constantino, Leonis filio, ait. Vid. Du Cange CPli Christ. IV, p. 162, Theophanonis hujus imaginem reddidi folio primo nostri hujus Cerimonialis e Menologii Basiliani t. II, p. 34. [Nicephori Gregoræ oratio in S. Theophaniam imperatoris Leonis VI, philosophi vel sapientis dicti, primam conjugem, in cod. III apud Lambec l. III.]

τῆς (75). Ἕτερος λάρναξ Βιθυνὸς (76). ἐν ᾧ ἀπόκειται Ζωὴ, ἡ δευτέρα γυνὴ τοῦ αὐτοῦ Λέοντος. Ἕτερος λάρναξ πράσινος θετταλὸς, ἐν ᾧ ἀπόκειται Εὐδοκία (77), ἡ τρίτη γυνὴ τοῦ αὐτοῦ κυροῦ Λέοντος ἡ ἐπονομαζομένη Βαΐνή (78). Ἕτερος λάρναξ Ηροικονήσιος (79), ἐν ᾧ ἀπόκειναι Ἄννα [42] καὶ Ἄννα (80) αἱ θυγατέρες τοῦ μακαρίου Λέοντος καὶ Ζωῆς. Ἕτερον λαρνάκιον μικρὸν ἀπὸ λίθου Σαγαρινοῦ, ἤτουν Πνευμονουσίου, ἐν ᾧ ἀπόκειται βασίλειος (81) ὁ ἀδελφὸς Κωνσταντίνου Ηορφυρογεννήτου, καὶ Βάρδας ὁ υἱὸς Βασιλείου τοῦ πάππου αὐτοῦ· Ἕτερον λαρνάκιον μικρον ἀπὸ λίθου Σαγαρινοῦ, ἐν ᾧ ἀπόκειται (82)· · ·

A Leonis uxor. Alius Proconnesio marmore, in quo jacet Anna et Eudocia, filiæ beati ejusdem Leonis ex [secunda uxore] Zoe. · · · Alia urnula marmore Sagarino aut Pneumonusio, in quo jacent Basilius, frater Constantini Porphyrogeniti. · · · · · · Alia urnula, marmore Sagarino, in quo jacet · · · ·

VARIÆ LECTIONES.

[42] Εὐδοκία pro altero Ἄννα conj. R.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(73) "[Ita quoque Anonymus in Origin. Hinc emendandus est supplendusque Du Cangius, qui in Famil. Byzant. p. 141 ex Zoe, quarta uxore, natam esse Eudociam e Constantini libro de admin. B imperio c. 26 conjicit; contra vero Theophanonis filiæ, quam tenera ætate mortuam esse scriptores nonnulli contendunt, nomen veterum monumentis destitutus indicare non potuit.]" In membranis est αυ cum τ superimposito, quod æque αὐτοῦ atque αὐτῆς legi et ad Leonem referri potest. Dubium tamen non est, αὐτῆς præferendum et Theophanonem Eudociæ matrem fuisse, quia hæc in illius arcam illata fuit, et ambo Catalogi αὐτῆς quoque exhibent.

(76) "[Βαθυΐνὸς λίθος est apud Constant. Continuat. l. III, p. 89, 91]" Conf. Leo Grammatic. p. 479, emendandus e Symeone Mag. p. 463, et Cedren. p. 593.

(77) Nomen hoc habet quoque DC., absque *Bainæ* tamen cognomine; verum AB. deest.

(78) "[De hoc cognomine Eudociæ, tertiæ uxoris Leonis, nihil apud cæteros historiæ Byzantinæ C scriptores reperio. Quapropter ejus originem indicare non licet. Est forte a Βαΐν, *palma*, ad insignem pulchritudinem Augustæ, quam Zonaras aliique prædicant, designandam.]" In his verbis desinunt notæ cl. Leichii in illo, de quo supra dixi, specimine folii unius editæ. Βαΐνη est nomen gentile. Εὐδοκία ἡ τοῦ Βαΐνη, *Eudocia de gente Vaini I.* Gens Romana est Vænia, unde in masculino ὁ τοῦ Βαΐνη et in feminino ἡ τοῦ Βαΐνη dicitur. De illa gentilium terminatione in η vide supra dicta ad p. 312. Vel si in Βαΐνη terminatio η feminina est, gentile hoc nomen celebris familiæ origine tenus Avaricæ aut Hunnicæ, item Longobardicæ et Bulgaricæ *Bajanorum* et *Paganorum*. Multorum Bajanorum memoria fit in historia sequiorum temporum. Menander Protector p. 89 sqq. edit. Hœschel. Bajani alicujus Longobardi meminit, et p. 104 alicujus Bajani, Avarum Chagani. quem p. 140 promiscue modo Βαϊανὸν et Βαΐνὸν appellat. Reinesius. Syntagm. Inscript. p. 400. duos habet Bajanios. Unde appa- D ret, si in masculino perinde Βαϊανὸς et Βαΐνὸς, *Pajanus* et *Painus* dicitur, etiam in feminino Βαΐνη idem esse atque Βαϊάνη. Ammian. Marcell. p. 31, ed. Lindenbr. memorat tribunum aliquem *Bainobandes*, ut *Thaynus* est apud Du Cangium v. *Missæ presbyter*, pro *Thayanus*, id est *diarius*. Vid. Theophan. p. 364, et ibi Goar. Nicephor. Patr. Breviar. frequenter nominat Baisenorum principale apud Bulgaros genus, ut p. 102 et 218. Transit cum Longobardis hoc nomen ad Italos et Francos, et perfrequens erat medio ævo, neque dubito adhucdum in Francia esse, qui nomine, ut appellant, baptismali *Pagani* dicantur. In charta vetere apud Murator. Ant. Ital. t. II, p. 791: *Wido Abbas cum Pagano, advocatore suo.* Annæ Comnenæ p. 390, memoratur in exercitu Boamundi Normanni aliquis *Conte Pagano*. Chronici Cassinensis l. I, c. 47, occurrit *fara* (id est σειρά, *stemma*, *gens*) Longobardica, quæ *Baiana* dicitur. Est vox *fara* Germanica aut Longobardica, unde adhuc superest hodie compositum *Vorfahren*, *majores*, ad quod exemplum commode formari posset vocabulum *Nachfahren*, *posteri*.

(70) Marmor Proconnesium passim laudat Agnellus, ut p. 184 a. Candidum esse, patet ex Conf. Theoph. p 90, et infra p. 372. "[Cyzico proxime adjacet Proconnesus, hodie Marmora, ob fodinas marmoris, quod illic effoditur; quod, uti et Cyzicenum a Plinio memoratum, adhuc est in pretio. Smith. Notitia CPlis p. 118.]"

(80) Probabile non est, ambas filias idem nomen gessisse. Cum igitur ambo catalogi tantum unius filiæ Annæ mentionem faciant (Ἄννα ἡ θυγάτηρ), Du Cange vero in Familiis Byz. p. 142, e Constantino demonstret, ipsi, Constantino, sororem, Eudociam dictam, fuisse: temperamento hoc diversas auctoritates conciliare volui, ut pro altera Anna Eudociam in Latinis substituerem. In textu autem nil mutavi.

(81) Dignus hic vindice nodus est, quem ego quidem expedire non valeo. Et deserunt non ambo C catalogi. Basilius, Constantini Porphyrogenneti frater, dicitur in templo SS. Apostolorum sepultus esse. Non potest ille alius Basilius esse, quam filius Romani junioris, vulgo Bulgaroctonus dictus. Atqui quominus illum hic designari credamus, duo faciunt obstacula perardua. Primum, quod Cedrenus p. 719, expressis verbis ait: Ταφῆναι παρεκάλεσε τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν, ὃν καὶ διάδοχον κατέλιπε τῆς ἀρχῆς ἐν τῷ κατὰ τὸ Ἑβδομον ναῷ τοῦ Εὐαγγελιστοῦ καὶ Θεολόγου· ὃ καὶ γέγονεν. Longo tempore quoque post sub Michaele Palæologo narrat Pachymeres l. II, c. 21, et alii, repertum in æde S. Joannis Theologi Hebdomi fuisse illæsum et constans adhuc cadaver illius Basilii, cum arca sex versibus iambicis inscripta, quæ nomen viri prodiderint ignorantibus. Versus illos prodidit Du Cange in notis ad Zonaram p. 109 et AB. in t. I imp. Orient. l. VII, p. 179, qui etiam ad illum lo- D cum in notis (t. II, p. 810) historiam illarum repertarum reliquiarum narravit. Posset quidem tota illa res pro commento levibus et superstitiosis et credulis Græculis digno haberi, et ego quidem persuasus sum, meram subesse impostaram monachalem. At gravius et impeditius hoc est. Dicitur hujus Basilii πάππος esse Basilius. Atqui vocem πάππος si vulgari sensu accipias pro patre patris, fuit Basilii Bulgaroctoni avus non Basilius, sed Constantinus. Quod si vero fingas, latiore sensu accipiendum

(82) Post hoc verbum erat vacuum spatium unius versus. At plura deesse, patet ex ambobus catalogis, quorum Du Cangianus hæc habet, a quibus AB pene non discedit. Scilicet post factam memoriam arcæ Annæ, quæ fuit filia Leonis et Zoes, statim subjungit hæc DC.:

372 *In heroo magni Justiniani.*

Primus apud concham versus orientem est sarcophagus, in quo jacet corpus Justiniani, marmore peregrino rari et miri coloris, qui medius fere sit inter colorem Bithyni et Chalcedonici marmoris, similis marmori Ostritæ. Alius marmore Hierapolitano, in quo jacet Theodora, Magni Justiniani uxor. Alius versus occidentem a dextra, e marmore coloris rosei maculis distincti, Docimino, in quo jacet Eudocia, uxor Justiniani Minoris [alia Rhinotmeti]. Alius e candido marmore Proconnesio, in quo jacet

A

Πρῶον τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ.

Πρὸς αὐτὴν τὴν κόγχην κατὰ ἀνατολὰς πρῶτος λάρναξ, ἐν ᾧ ἀπόκειται τὸ σῶμα τοῦ Ἰουστινιανοῦ (83), ἀπὸ λίθου ξένου καὶ ἀλλοκότου μέσην χροιὰν ἔχοντος τοῦ τε βιθυνοῦ καὶ Χαλκηδωνίτου, παραπλησίως λίθῳ Ὀστρίτῃ (84). Ἕτερος λάρναξ ἀπὸ λίθου Ἱεραπολίτου (85), ἐν ᾧ ἀπόκειται Θεοδώρα ἡ γυνὴ τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ. Ἕτερος λάρναξ κείμενος πρὸς δυσμὰς πρὸς τὸ μέρος τὸ δεξιὸν, τὴν χροιὰν ῥοδοποίκιλον Δοκιμινὸν (86), ἐν ᾧ ἀπόκειται Εὐδοκία ἡ γυνὴ Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου [48] (87).

VARIÆ LECTIONES.

[48] τοῦ μικροῦ conj. R.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

accipiendum esse vocabulum πάππος et significare hic loci avi avum, fuit quidem Constantini avi avus Basilius Macedo, et nolumus negare vocabulum eo sensu usquam poni, quamvis exempla nobis ad manum non sint: assumpta tamen et admissa ea hypothesi, vel sic obstat ea difficultas, quod Basilii Macedonis filius hic dicitur Bardas; de quo quis fando unquam inaudivit? Ego quidem, ut dicam quod sentio, in primo exemplari, unde et hic catalogus et DC atque AB derivati fuerunt, maculatum puto hunc locum et litturis obscuratum atque confusum fuisse, unde manarunt et errores atque lacunæ nostri codicis et confusio apud DC, atque AB. *Bardæ* nomen in familia Basilii nullum fuit, *Basilii* contra nomen familia Phocarum in usu non fuit. Ergo exciderit aliquid de Nicephoro Phoca imperatore, qui Bardam filium et Bardam patrem et Bardam ex fratre nepotem habuit, necesse est. Confirmant id catalogi ambo, qui arcam Nicephori memorant. Forte igitur lacuna post Πορφυρογεννήτου sic esset supplenda: ἑτέρα λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Νικηφόρος ὁ Φωκᾶς καὶ Βάρδας ὁ υἱὸς τοῦ βασιλίως τοῦ αὐτοῦ, aut καὶ Βάρδας ὁ υἱὸς Λέοντος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Bardas nempe Phocas, magnus domesticus et magnarum rerum sub Basilio Bulgaroctono auctor, erat Nicephori Phocæ imperatoris ex fratre Leone nepos. Verumtamen probabile non est, aut Bardam, filium Nicephori imp., in tumulos imperiales illatum fuisse, qui obiit patre imperium nondum adepto; aut Bardæ Phocæ, Leonis filio, eumdem honorem habitum fuisse, qui adversus Basilium imp. insurrexit prospera fortuna elatus, et imperium affectavit, quapropter a Basilio commisso prælio victus et cæsus, aut veneno, ut alii perhibent, sublatus fuit. Mentem subiit alia conjectura. Videbatur nempe auctor dedisse: καὶ Βάρδας ὁ Καῖσαρ ὁ ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Βασιλείου τοῦ πάππου αὐτοῦ, *et Bardas Cæsar* [avunculus Michaelis Ebriosi] *occisus a Basilio aro ejus* [nempe Constantini Porphyrogenneti]. Adeo placebat mihi hæc conjectura (præsertim cum hujus Bardæ Cæsaris filia in his tumulis memoretur infra p. 374), ut eam saltim in Latinis expressissem, nisi me repressisset alter Nostri locus p. 374, ubi in quadam arca dicitur asservari Bardæ Cæsaris maxilla. Ergo totum corpus ejus relatum CPlin non fuit, sed in loco illo tumulatum, ubi confossus fuit Bardas. Carebat enim ratione, in ejusdem templi alio quidem loco corpus ejusdem viri, alio autem maxillam humare. Malui igitur in Latinis lacunam relinquere, quam incertas conjecturas dare.

B

C

D

Ἑτέρα λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Νικηφόρος ὁ Φωκᾶς.

Ἑτέρα λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Μιχαὴλ ὁ Ἀμορραῖος.

Ἑτέρα λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Ῥωμανὸς ὁ υἱὸς *Κωνσταντίνου* τοῦ Πορφυρογεννήτου ὁ λεγόμενος τὸ *Καλὸν παιδίν*.

Ἔσωθεν τοῦ αὐτοῦ ναοῦ ἑτέρα λάρναξ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ Πορφυρογέννητος ὁ ἀδελφὸς τοῦ Βουλγαροκτόνου. [addit AB. Οὗτοί εἰσιν] οἱ υἱοὶ Ῥωμανοῦ τοῦ λεγομένου Καλὸν παιδὶν ὧν μήτηρ Θεοφανὼ ἡ νειμένη εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ ναοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου.

Quod in his monumentum Romani recensetur, miratus fui, postquam t. II Itinerarii Sponiani legi p. 15 versionis Germanicæ, Sponium in monasterio S. Lucæ inter Delphos et Thebas, ab isto Romano condito, vidisse sepulcra duo, unum ex monachorum traditione *Romani imp., filii Constantini VII, nepotis Leonis*, alterum uxoris ejus. Ibidem affert Sponius inscriptionem Græcam duorum versuum iambicorum, Constantinopoli a se conspectam, quam putat ad illud monasterium respicere; quo jure, ipse viderit. Cum tamen nullibi dicatur a scriptoribus Romanus CPli excessisse, sed ibidem diem suum supremum obierit, probabile est, funus ejus in tumulos majorum illatum fuisse, meramque esse monachalem fabulam eam, quam Sponio obtruserunt Græculi.

(83) "[Νεκρὸς Justiniani inventus est a Latinis, nec ii manus ab eo abstinuerunt. Fragment. Nicet. Chon. apud Fabric. Bibl. Græc. t. VI, p. 405.]"

(84) Vid. Constant. Vit. Basil. p. 201. Dictum videtur hoc genus marmoris ab Ὄστρος et Ὄστρους. loco in Phrygia Salutari; vid. Hierocl. Synecdem. p. 676, et ibi Cel. Wesselingium.

(85) Ab Hierapoli, urbe Phrygiæ, sive Salutaris, sive Pacatianæ malis. Nam utraque Phrygia Hierapolin habuit; vid. Wessel. l. c. p. 665 et 676. Phrygium marmor album perhibet Julianus Opp. p. 341. Sed multa sunt genera marmoris Phrygii. Docimium dicitur deinceps ῥοδοποίκιλον. In Synnado marmore *candida purpureo distinguitur area gyro*; vid. Salmas. t. II Hist. Aug. p. 129 et Du Cangium ad Paulli Silentiarii Ecphrasin p. 530.

(86) Est etiam Phrygii marmoris species, de urbe Docimium, Phrygiæ Salutaris, dictum. Vid. Wesseling. l. c. p. 677, et Cass. atque Salm. ad Scr. H. A. t. I, p. 369. Ῥοδοποίκιλον idem est atque ἀληθινοπίπερον, quod memorat Continuator Theophanis Constant. p. 87, id est habens maculas nigras, velut grana piperis, in fundo rubro seu colore roseo punctulis alieni coloris resperso.

(87) Justiniano Magno præter Theodoram neque Eudocia, neque ulla alia uxor fuit. Neque cogitari hic potest de Justino seniore junioreve. Illi enim uxor erat Lupicia, deinceps Euphemia dicta, huic Sophia. (Sunt tamen qui posterioris Justini conjugem Eudociam appellant.) Forte ergo sic dicta fuit prima uxor Justiniani Rhinotmeti, cujus nomen Du Cangius non reperit. Vid. ejus Famil. Byzant. p. 121. Etiam infra p. 438. Ἰουστινιανὸς ὁ μέγας pro ὁ μίκρος vel ὁ νέος appellatur, ut ibi notavi. Conjecturam meam confirmat sequens in continenti mentio arcæ Justiniani minoris. Hic loci habent

Ἕτερος λάρναξ λευκὸς Προικονήσιος, ἐν ᾧ ἀπόκειται Ἰουστινιανὸς ὁ μικρός (88). Ἕτερος λάρναξ ἀπὸ λίθου Προικονησίας, ἐν ᾧ ἀπόκειται Σοφία ἡ γυνὴ Ἰουστίνου. Ἕτερος λάρναξ ἀπὸ λίθου λευκοῦ Δοκιμινοῦ (89) ὀνυχίτου, ἐν ᾧ ἀπόκειται Ἡράκλειος (90) ὁ μέγας. Ἕτερος λάρναξ πράσινος Θεσσαλὸς, ἐν ᾧ ἀπόκειται Φαβία ἡ γυνὴ Ἡρακλείου. Ἕτερος λάρναξ Προικονήσιος Κωνσταντίνου Πωγωνάτου. Ἕτερος λάρναξ ἀπὸ λίθου πρασίνου Θεσσαλικοῦ, ἐν ᾧ ἀπόκειται Φαῦστα (91) ἡ γυνὴ Κωνσταντίνου Πωγωνάτου. Ἕτερος λάρναξ Σαγαρινὸς, ἐν ᾧ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος, ἔγγων Ἡρακλείου, υἱὸς Κωνσταντίνου (92) τοῦ Πωγωνάτου. Ἕτερος λάρναξ ἀπὸ λίθου Σαγαρινοῦ ἑκατοντάλιθος (93), ἐν ᾧ ἀπόκειται Ἀναστάσιος ὁ καὶ Ἀρτέμιος. Ἕτερος λάρναξ ἀπὸ λίθου Ἱεραπολίτου, ἐν ᾧ ἀπόκειται ἡ γυνὴ Ἀναστασίου τοῦ καὶ Ἀρτεμίου. Ἕτερος λάρναξ ἀπὸ λίθου Προικονησίου, ἐν ᾧ ἀπόκειται Λέων ὁ Ἴσαυρος. Ἕτερος λάρναξ ἀπὸ λίθου πρασίνου Θετταλικοῦ, ἐν ᾧ ἀπέκειτο Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς τοῦ Ἰσαύρου ὁ ἐπικληθεὶς Καβαλλῖνος (94), ἀλλ' ἐξεώθη ὑπὸ Μιχαὴλ καὶ Θεοδώρας, καὶ κατεκάη τὸ δύστηνον (95) αὐτοῦ σῶμα. Ὁμοίως καὶ ὁ λάρναξ αὐτοῦ ἐξεώθη καὶ κατεπρήσθη, καὶ ἐχρημάτισεν εἰς τὰ τοῦ Φάρου (96) συστεμάτια. Καὶ γὰρ καὶ τὰ μεγάλα ἀββάκια τὰ ὄντα ἐν τῷ αὐτῷ Φάρῳ ἐκ τοῦ αὐτοῦ λάρνακος τυγχανοντά εἰσιν (97). Ἕτερος λάρναξ

A Justinianus Minor. Alius, Proconnesius item, in quo jacet Sophia, uxor Justini [Minoris]. Alius e candido marmore Docimino, colore Onychiten referente, in quo jacet Heraclius Magnus. Alius viridis, marmore Thessalo, in quo jacet Fabia, uxor Heraclii. Alius e marmore Proconnesio, Constantini Pogonati. Alius e marmore viridi Thessalico, in quo sita est Fausta, uxor Constantini Pogonati. Alius e marmore Sagarino, in quo situs est Constantinus, nepos Heraclii, pater Constantini Pogonati. Alius e marmore Sagarino hecatontalitho seu multicolore, in quo situs est Anastasius, alias Artemius dictus. Alius e marmore Hierapolitano, in quo sita est ejusdem Anastasii Artemii uxor. Alius e marmore Proconnesio, in quo situs est Leo Isaurus. Alius e marmore viridi Thessalico, in quo B jacebat olim istius Leonis Isauri filius, Constantinus, vulgo Caballinus dictus. Verum Michael et Theodora impuras ejus reliquias inde ejiciebant, et igni comburebant; sarcophagus autem sede sua revulsus serraque dissectus inserviit ad fori systrematia [seu repagula]. Etiam magna abbacia ejusdem fori ex eodem sarcophago facta sunt. Alius e marmore Proconnesio, in quo sita est Irene, uxor Constantini Caballini 372 modo dicti. Alius e marmore viridi Thessalico, in quo sita est uxor ejusdem Caballini. Stataria [seu conditorium plu-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

ambo catalogi Ἰουστίνου pro Justiniano. A B. mulierem non nominat, dicens tantum ἀπόκειται ἡ γυνὴ Ἰουστίνου, DC. tamen in nomine Eudociæ Nostro consentit.

(88) Alias Rhinotmetus. Ambo catalogi *Justinum* minorem nominant, maritum Sophiæ, proxime sequentis.

(89) Alia species marmoris Docimini, quod gemmam onychem colore imitatur.

(90) Vid. Cedren. p. 430 ubi. eum accubare uxori suæ Anastasiæ in æde SS. Apostolorum ait. Anastasia illa est alio nomine celebrior Martina (vid. supra p. 364,) Fabia vero hic memorata est prior Heraclii uxor. Fabia Eudocia; vid. Du Cange Fem. Byzant. p. 118. Pro Fabia Φλαβία. *Flavia*, habent ambo catalogi.

(91) Apud Cangium l. c. p. 120, Anastasiam reperio appellari uxorem Constantini Pogonati. Forte id ipsi nomen fuit, prænomen autem Fausta. Ambobus catalogis deerant extrema verba ἡ γυνὴ Κωνσταντίνου Ἡωγωνάτου. Suspicatus tamen fuit Bandur. t. II, p. 812, Pogonati uxorem hanc Faustam fuisse. Forte nata illa lacuna ex eo, quod librarius, qui istos catalogos aut potius catalogum exaravit, inveniret in primigenio exemplari confusionem hic loci, cujus vestigia in nostris membranis supersunt. Post *Faustæ* nomen enim leguntur inserta hæc: ἐν ᾧ ἀπόκειται, quæ delevi.

(92) Filium Constantini Pogonati patri cognomine nullum novi. Filii illi erant Justinianus Rhinotmetus et Heraclius. Posui ergo in Latinis *pater* loco hujus vocis. Certe Pogonati pater Constantinus fuit in coronatione dictus, quamvis vulgo Constans audiat; vid. Du Cange l. c. p. 120. Neque obstat quod Constans ille in Sicilia interemptus in balneo perierit. Filius enim ejus exuvias Constantinopolin reportavit et in æde SS. Apostolorum penes patrem ejus Heraclium Constantinum deposuit, teste Cedreno p. 436. Longe aliter locum hunc exhibent ca-

C talogi AB. et DC. Prior quidem solum articulum habet, quem DC. posteriore loco refert: DC. autem habet hos duos: ἑτέρα λάρναξ Σαγγαρική, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κωνστάντιος, ὁ υἱοῦ Κωνσταντίνου υἱοῦ Ἡρακλείου. Ἑτέρα λάρναξ ἑκατοντάλιθος, ἐν ᾗ ἀπόκειται Κώνστανς, ὁ υἱὸς Κωνσταντίνου υἱοῦ Ἡρακλείου.

(95) Puto a multitudine colorum variorum, qui marmori inerant, sic dictum fuisse; non quod præcise tot. sed forte pauciores, semper tamen multi, sive ea naturale productum, sive artis tesselariæ vel musivæ opus fuerit; vid. Salmas, ad Solin. p. 295.

(94) Alias Copronymus. De ipsius in æde SS. Apostolorum sepultura habet Cedren, p. 468, de urnæ autem et ossium infortunio idem ibidem memorat, et Leo Grammat. p. 467, et Symeo Mag. p. 449.

(95) Verti *impuras*. Ne quis miretur, videat quæ de significatione hujus vocis dicam ad p. 373.

D (96) Secutus sum interpretando lectionem amborum catalogorum, qui pro φάρῳ posteriore exhibent φόρου. Nam pro primo φάρου habent παλατίου. Idem pro συστεμάτια habent στήθεα. Hæ sunt columnæ saxeæ, ad pectoris humani altitudinem proceræ, συστήματα autem sunt compages et series plurium columnarum (quod pæne eodem redit). Placuit tamen magis in Latinis lectionem, quam alii quoque suggerunt, συστρεμμάτια sequi. Sunt nempe συστρέμματα et συστρεμμάτια omnia repagula, carceres, sive saxo, sive ferro aut ære, quidquid συστρέφει, *coercet* turbam, neque sinit libere evagari. Ἀββάκια autem sunt latæ tabulæ, quæ aut superimponuntur talibus systematibus columnarum, aut ad muros appositæ sunt, velut scamna, ut in ipsis sederi queat.

(97) At qui potuerunt ex una arca marmorea concisa tot et tanta opera effici?

rium corporum capax] e marmore Proconnesio, in quo jacent Cosmo et Irene, sorores Caballini. Alius marmore Proconnesio, in quo situs est Leo Chazarus filius Constantini Caballini. Alius e marmore Proconnesio, in quo sita est Irene, uxor Leonis Chazari. Alius e marmore viridi Thessalico, in quo situs est Michael Balbus. Alius e marmore Sagarine, in quo sita est Thecla, uxor Michaelis Balbi. Alius e marmore viridi, in quo situs est Theophilus imperator. Alius parvus e marmore viridi, in quo situs est Constantinus, filius Theophili. Alius parvus e marmore Sagarino, in quo sita est Maria, filia Theophili.

A ἀπὸ λίθου Προικονησίου, ἐν ᾧ ἀπόκειται Εἰρήνη (98) ἡ γυνὴ (99) Κωνσταντίνου τοῦ Καβαλλίνου. Ἕτερος λάρναξ πράσινος Θεσσαλὸς, ἐν ᾧ ἀπόκειται ἡ γυνὴ Καβαλλίνου. Σταταραία (1) ἀπὸ λίθων Προικονησίων, ἐν ᾗ ἀπόκεινται Κοσμὼ καὶ Εἰρήνη (2), ἀδελφαὶ Καβαλλίνου. Ἕτερος λάρναξ Ηροικονήσιος, ἐν ᾧ ἀπόκειται Λέων ὁ Χάζαρος, υἱὸς Κωνσταντίνου τοῦ Καβαλλίνου. Ἕτερος λάρναξ ἀπὸ λίθου Προικονησίου, ἐν ᾧ ἀπόκειται Εἰρήνη ἡ γυνὴ Λέοντος τοῦ Χαζάρου. Ἕτερος λάρναξ πράσινος Θετταλὸς, ἐν ᾧ ἀπόκειται Μιχαὴλ ὁ Τραβλός. Ἕτερος λάρναξ ἀπὸ λίθου Σαγαρινοῦ, ἐν ᾧ ἀπόκειται Θέκλα ἡ γυνὴ Μιχαὴλ (3) τοῦ Τραβλοῦ. Ἕτερος λάρναξ ἀπὸ λίθου πρασίνου, ἐν ᾧ ἀπόκειται Θεόφιλος ὁ βασιλεύς. Ἕτερον λαρνάκιον πράσινον, ἐν ᾧ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος (4) ὁ υἱὸς Θεοφίλου. Ἕτερον λαρνάκιον ἀπὸ λίθου Σαγαρινοῦ, ἐν ᾧ ἀπόκειται Μαρία (5) ἡ θυγάτηρ Θεοφίλου.

De sarcophagis qui sunt in porticu ædis australi ejusdem.

Ibi depositi sunt sarcophagi Arcadii et filii ejus, Theodosii, et Eudoxiæ, quæ fuit uxor Arcadii et mater Theodosii. Arcadius versus austrum, Theodosius versus septentrionem, Eudoxia versus orientem jacent. Omnes tres sunt marmore porphyretico seu Romano.

B Στοὰ ἡ πρὸς μεσημβρίαν τοῦ αὐτοῦ ναοῦ.

Ἐν ταύτῃ ἀπόκεινται λάρνακες Ἀρκαδίου, Θεοδοσίου (6), υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ Εὐδοξίας τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Καὶ ἔστιν ὁ μὲν Ἀρκαδίου τάφος πρὸς μεσημβρίαν, ὁ δὲ Θεοδοσίου πρὸς ἄρκτον [44] (7), τῆς δὲ Εὐδοξίας ἀνατολικώτερος, ἀμφότεροι πορφυροῖ, ἦτουν Ρωμαῖοι.

De sarcophagis in porticu boreali ejusdem templi.

Ibi situm est in sarcophago rotundo cylindriforme colore porphyretico seu Romano scelestum et exsecrandum cadaver Juliani Transgressoris [alias

Στοὰ ἡ πρὸς ἄρκτον τοῦ αὐτοῦ ναοῦ.

Ἐν ταύτῃ τῇ στοᾷ τῇ οὔσῃ πρὸς ἄρκτον κεῖται λάρναξ κυλινδροειδὴς, ἐν ᾧ ἀπόκειται τὸ δύστηνον (8) καὶ παμμιαρον σῶμα τοῦ Παραβάτου Ἰουλια-

VARIÆ LECTIONES.

[44] ἄρκτον reposuit R., νότον cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(98) Est *Ckazara*, de qua filius ejus Leo *Chazarus* dicitur.

(99) Ante hanc vocem deest nomen aliquod, forte *Eudocia* aut *Maria* quarum hæc secunda, illa tertia uxor Caballini fuit; vid. Du Cange Fam. Byz. p. 125.

(1) Non invenio usquam hanc vocem. Quantum tamen concludere potui ex locis hujus capitis, quibus occurrit, debet notare *conditorium plurium corporum capax*; sive ea arca fuerit in duos, tres, quatuorve loculos interpositis asseribus aut talibus marmoreis dissepta (vid. Du Cange Gloss. Lat. v. *Bisomum*), sive fuerit coassamentum foris vel tabulatis pluribus sibi in altum parallelis constans, ita ut arca una in peculiari suo tabulato super altera staret, qualia sunt repositoria librorum, in quibus series minorum librorum super majoribus stant, crescente cum magnitudine librorum altitudine tabulatorum, quomodo in Catacumbis Romanis et Neapolitanis jacere defunctorum corpora testatur Keysler in Itinerario. Ut posterius credam fuisse, facit locus, quem Du Cange Gloss. Gr. v. Στατάριος e Glossis Græcobarbaris citat, ubi κληματερὴν, ἤγουν σταταρίαν legitur. Non potest κληματερὴ ibi aliud notare, quam pedamentum, coassamentum (*das Lattenwerk oder Gerüste*), super quod in altum enituntur vites, quod amplectuntur flagellis suis; cujus perticæ una super alteram altius atque altius ad certa intervalla dispositæ atque affixæ sunt. *Ridicas* ajunt Latinis tales compages appellari, item *escharus*; unde Francicum *echalas* derivant, quod item notat; vid. Du Cange v. *Eschara*. Sane facile potuerunt tales compages *escharæ* dictæ fuisse, quia ut in escharis seu cratibus ferreis, quibus locus instruitur in Belgio et alibi, perticæ perpendiculariter et parallele ad ceria et æqualia intervalla juxta se decurrunt. [De bisomis seu loculis, quibus bina corpora prope se locata continebantur, vid. Mabillon. Iter Italic. p. 141.]

(2) Harum nulla mentio apud Du Cangium Fam. Byzant. p. 125.

(3) Vid. Cedren. p. 513. Contin. Theoph. p. 52.

(4) Constantini hujus, Theophilo nati, nullus scriptorum meminit. Eruit tamen eum Du Cange l. l. p. 133. et numismate quodam, in quo tamen an hic ipse designetur, frater Michaelis Ebriosi, dubium adhuc est. Potest, enim ex eo, quod Michael ibi seniore vultu, Constantinus juniore exhibetur, colligi, patrem illum, hunc filium fuisse.

(5) De hujus arca vid. Cedren. p. 523, et Leo Grammat. p. 451.

(6) Junioris nempe, Arcadio et Eudoxia nati; vid. Cedren. p. 334.

(7) Ita reposui pro νότον quod erat in membranis, flagitante sensu et auctoribus AB et DC.

(8) Habet vocabulum δύστηνος hic loci eum significatum, quem Arabum, quod proprie quidem *miserum*, frequenter autem *sceleratum*, *impurum*, *nefandum*, *dirum* et *diris devovendum* hominem notat. Hoc sensu paulo ante habebamus p. 372, τὸ δύστηνον σῶμα Copronymi; et sic quoque accipi debet apud Cedren. p. 308, et apud Euripidem Hercul. Fur. v. 1346, λόγοι, δύστηνοι *scelesti sermones* (locus enim correctione non eget), et apud Theocrit. XV, 31, item apud Sophoclem Oed. Tyr. p. 810, ubi ἄθλια et δεινὰ et δυστηνα jungit poeta, et apud Simonidem in Stobæi Florilegio p. 313, ed. Grot.:

Τὴν δ' ἐκ γαλῆς, δύστηνον, ὀϊζυρὸν γένος.

Feminarum felis indole præditarum flagitiosum, calamitosum genus,

νοῦ (9), τὴν χροιὰν πορφυροῦν, ἤτουν Ῥωμαῖον. Ἕτερος λάρναξ πορφυροῦς, ἤτουν Ῥωμαῖος, ἐν ᾧ ἀπόκειται τὸ σῶμα Ἰοβιανοῦ τοῦ μετὰ Ἰουλιανὸν βασιλεύσαντος. Ἰστέον, ὅτι ἐν τῇ γυναικείᾳ μονῇ τὰ Ἰουστίνου (10), ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἁγίου ἀποστόλου Θωμᾶ, ἐν λάρνακι ἀπὸ λίθου πρασίνου Θεσσαλοῦ ἀπέκειτο τὸ σῶμα Ἰουστίνου τοῦ βασιλέως καὶ Σοφίας [45] τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. Καὶ ἐξηνέχθη τὰ τούτων λείψανα, καὶ κατετέθη ἐν τῇ αὐτῇ μονῇ ἐν χαμοσορίου (11) ἀπὸ λίθου Προικονησίου ἤτουν Πικριμαίου, ἐν ᾧ καὶ ἐπιγέγραπται· « Γλωσσόκομος (12). Ἀλεξάνδρου Δομεστίκου. » Ἰστέον, ὅτι ἐν τῇ μονῇ τοῦ Ἁγίου Μάμαντος πλησίον τῆς πόρτης τῆς ξυλοκέρκου, ἐν τῷ νάρθηκι τῆς αὐτῆς Ἐκκλησίας ἐξ ἀριστερῶν ἵσταται λάρναξ ἀπὸ λίθου ἑκατονταλίθου, ἐν ᾧ ἀπόκειται (13) ἡ τοῦ Μαυρικίου (14)

A Apostatæ]. Alius porphyreticus seu Romanus, in quo situs est Jovianus, qui post Julianum imperavit. In monasterio mulicbri, Justini dicto, in ejus nempe æde S. Thomæ sacra siti olim erant in sarcophago marmoris viridis Thessalici Justinus imp. et Euphemia, uxor ejus. Illinc autem depromptæ fuerunt eorum reliquiæ, et in eodem monasterio in humili et exiguo conditorio e lapide Proconnesio seu Picrinæo, cui inscriptum est hoc elogium : « Glossocomus » [seu capsa] « Alexandri Domestici. » In monasterio S. Memantis prope portam xylocerci aut circi lignei dictam, in narthece ecclesiæ ejus monasterii ad sinistram stat sarcophagus e lapide hecatontalitho seu multicolore vel centumtesselato, in quo sita est Mauricii uxor cum

B liberis. In cataphyge autem 374 seu refugio et

VARIÆ LECTIONES.

[45] Εὐφημίας leg. esse putat R.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

quod nempe multas calamitates efficit; et apud Basilium Epist. X, ad Gregor. : Ὅσῳ ἐπὶ τὸ ἀσθενέστερον ὑποῤῥέουσιν αἱ ἐκκλησίαι, τοσοῦτον ἀκμάζουσιν αἱ τῶν ἀνθρώπων φιλαρχίαι, καὶ εἰς δυστήνους ἀνθρώπους (perditos, corruptos homines, vel etiam infelicitatem aliis creantes) οἰκοτρίβων οἰκότριβας, περιέστη νῦν τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ὄνομα. Simili modo pro scelerato dicunt ἀτυχὴς, ἄθλιος, τάλας, ταλαίπωρος, οἰκτρὸς, ἐλεεινός. Ἀτύχημα pro *scelere* dixit Polybius p. 572 et 636. Insignis locus de δυστυχὴς pro *scelerato* Dio Chrysostom. p. 604. Polybius in Excerptis Peiresc. p. 53, (1397, 2), ἀτυχίαις παλαίειν dixit pro *nefandis flagitiis vitam et famam maculare* vel *probris contaminari*, ut recte Valesius vertit. Idem ibidem p. 54, (1398,5) : εἰ κατ' ἀλήθειαν ὑπῆρχέ τι τοιοῦτον ἀτύχημα περὶ

C τὸν Δημοχάρην, *si culpa hac revera laborasset Demochares*, eodem interprete, P. 95, (1424, 1) proditionem appellat ἀτυχίαν. Dinarchus orat. contra Demosthen. p. 42, edit. Gruter, eum appellat ἀτυχῆ καὶ δωροδόκον, ubi non satis apte Canterus *infelix* reddit. Debuerat enim *sceleratus*. Epictetus apud Arrianum l. 3, fine et alibi sæpissime ἀτυχήμα appellat monstrum hominis ob scelera et animi pravitatem. Ἠτυχηκὼς pro ἀσεβὴς est apud Diogen. Laert. p. 481, ed. Meibom. De voce ἀτυχέστος pro *sceleratissimo* v. Habert. Pontific. p. 563. Ita usurpatur ἄθλιος in Anthologia p. 30, (n. 164, antepen.) et ταλαίπωρος p. 65, item p. 101, (n° 505,) τλήμων. Ibi enim ὁ τλήμων Ἀθάμας tantumdem est atque sequenti carmine v. 6, ὁ ἀσεβής. Ita Euripides Herc. fur. v. 1386, ἄθλιον κύνα, *miserum*, id est infelicis, non invidendæ, sed horrendæ potius sortis, *canem*, detestandum, exsecrandum canem appellat *Cerberum*, non *absurde plane et ridicule*, ut

D persuasit sibi et nobis persuadere voluit Piersonus in Verosimilibus p. 229, sed apte et more sui ævi et indole linguæ suæ. Idem poeta in Electra v. 1161. Clytæmnestram conjugem τάλαιναν appellat, *sceleratam*, qui locus sic legendus est : Ὅτι γαμετὰν τάλαιναν ἔσγ' ἀγκαλῶν, *quod in ulnis habuit sceleratam conjugem*; item Polymestor in Hecuba Trojanas feminas, quæ ipsi oculos eruerant, ταλαίνας κόρας appellat v. 1063, et versu deinceps proximo καταράτους. Οἰκτρός pro *scelerato* est in carmine Ammiani, Anthologiæ p. 167, ed. H St. Adverbium ἐλεεινῶς pro *scelerate*, *impure*, *flagitiose* habet Canonarium Joannis Monachi (apud Du Cangium Gl. Gr. p. 890,) in his verbis : Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα ἁμαρτία, ἥτις μείζων ἐστὶ μαλακίας, ἐλάττων δὲ ἀρρενοκοιτίας, ἥτις ὑπὸ δυῶν ἀνδρῶν ἄνευ θηλείας ἐν τοῖς μηροῖς ἢ καὶ παρ' αὐτῶν τῶν θηλειῶν ἄνευ ἀνδρὸς ἐλεεινῶς ἀποπληροῦσθαι πέφυκεν. Quid denique vulgatius in sermone nostro, quam formula *ein armer Sünder*, id est *miser peccator*, pro malefico, cui extremum supplicium subeundum est. Hæc omnia ex eo manarunt, quod animi pravitas vere infelices homines et commiseratione dignos facit, ut qui et in hac vita scelerum pœnas corporis animique tormentis, quæ patiuntur, odioque publico luunt, et in altera vita sortem miserrimam experientur·

(9) Vid. Cedren. loco laudato et Lindenbrog. ad Amm. Marcell. p. 478. In loco Cedreni tollendus asteriscus; nihil enim deest, tantum τις subintelligendum, quod Græci solent omittere, vel ὁ ἐγγράψας.

(10) Est idem atque superius memoratum monasterium femininum τὰ τῆς Αὐγούστης. Vid. p. 371.

(11) Notanda hic duo, primum, quod librarius more suo ω pro ο posuerat, χαμοσωρίου. Venit enim vocabulum ab antiquo χαμὴ (unde antiqua scriptio dativi XAMAI pro χαμᾷ adhuc est in usu; scribitur enim χαμαί;) et σορός, *arca mortuaria*, *conditorium*. Deinde ἐν constructum cum genitivo, ut in illo apud Procopium frequentissimo ἐν γειτόνων. Vid. ad p. 312.

(12) Videtur a λάρνακι differre. Quod colligo e Scr. post Theoph. p. 217. Forte discrepabat et magnitudine et forma.

(13) Post hoc verbum deest nomen imperatricis, uxoris Mauritii. AB. eam *Constantiam* appellat.

(14) Vid. Du Cange ad Zonar. p. 63, fine; Script. post Theoph. p. 250. et Cedren. p. 403 fine, apud quem epigramma pro ista ætate non inficetum ita legendum putem :

Ἃ δ' ἐγὼ ἡ τριτάλαινα καὶ ἀμφοτέρων βασι-[λήων
Τιβερίου θυγάτηρ, Μαυρικίου τε δάμαρ
Ἡ πολύπαις βασίλεια, καὶ ἡ δείξασ' ἀλοχείην
Ὡς ἀγαθὸν τελέθει, πολυκοιρανίην.
Κεῖμαι σὺν τεκέεσσι καὶ ἡμετέρῳ παρακοίτῃ
Δήμου ἀτασθαλίῃ καὶ μανίῃ στρατιῆς.
Τῆς Ἑκάβης ἔτλην πολὺ χείρονα, τῆς Ἰοκά-[στης,
Ναὶ καὶ τῆς Νιόβης. Ἔμπνοός εἰμι νέκυς.
Εἰ καὶ τὸν γενέταν, τί μάτην τὰ νεογνὰ δ' ἔκτει-[ναν
Ἀνθρώπων κακίης μηδὲν ἐπιστάμενα;
Ἡμετέροις πετάλοισι κατάσχιος οὐκέτι Ῥώμη.
Ῥίζα γὰρ ἐκλάσθη θρηικίοις ἀνέμοις.

Sapit hoc carmen vetustatem; alias pinguisset de-

recessu interiore illius monasterii ad sinistram versus orientem stat sarcophagus marmoreus Mauricii imperatoris. In monasterio S. Trinitatis,Stauracii cognominato, in ejus ecclesiæ dextra regione in oratorio S. Joannis Prodromi seu Præcursoris stat sarcophagus e marmore candido,in quo jacent Stauracius imp. et Theophano, uxor ejus. In monasterio Cyræ seu Dominæ Euphrosynæ dicto stat sarcophagus e marmore Bithyno, in quo Constantinus, a matre Irene excæcatus, et uxor ejus Maria jacent et duæ filiæ, nempe Euphrosyna, uxor Michaelis, [de qua monasterium appellatur,] et ejus soror, Irene. Jacet ibidem quoque Anna,filia Theophili imperatoris. In monasterii, ta Gastria vel Gastriorum dicti, ecclesia, versus orientem ad dextram in statarea, quæ ibi est, jacet S. Theodora, uxor Theophili, et ejus tres filiæ, Thecla, Anastasia et Pulcheria. In sinistra parte ejus ecclesiæ, e regione istius stataream, stat sarcophagus marmoreus Petronæ, qui fuit quondam domesticus scholarum et frater modo dictæ beatæ imperatricis Theodoræ. In ejusdem ecclesiæ narthece versus orientem ad sinistram plagam stat parvus sarcophagus e marmore Proconnesio aut Picrimæo, in quo iacet Theoctista, mater sanctæ Theodoræ imperatricis. Prope astat parvus sarcophagus e marmore Sagarino aut Pneumonusio seu pulmonario,in quo sita est Irene, filia Bardæ Cæsaris. Prope astat parvus ad spithamæ fere modum sarcophagus, in quo Cæsaris Bardæ maxilla inferior. In monasterio S. Euphemiæ dictæ Formosæ jacet in ea ecclesiæ plaga, quæ versus orientem spectanti sinistra est, in statarea,quæ ibi est, Pancalo, mater Basilii imperatoris Christum amantis. At in dextra ejusdem ecclesiæ plaga versus orientem, e regione istius, statarea est marmore viridi Thessalico, in qua jacent Marianus, olim domesticus scholarum, et Symbatius, ambo fratres Basilii,Christum amantis imperatoris. In dextro ejusdem ecclesiæ oratorio, quod Præcursori seu Joanni Baptistæ sacrum est, et quidem in sinistra versus orientem plaga ejus

A γυνὴ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς. Ἐν δὲ τῇ καταφυγῇ (15) τῆς αὐτῆς μονῆς ἐξ ἀριστερῶν πρὸς ἀνατολὴν ἵσταται λάρναξ ἀπὸ λίθου ἐν ᾧ ἀπόκειται Μαυρίκιος ὁ βασιλεύς. Ἰστέον, ὅτι ἔν τῇ μονῇ τῆς Ἁγίας Τριάδος τῆς ἐπονομαζομένης τὰ Σταυρακίου, ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τοῦ Ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Ηροδρόμου, ἵσταται λάρναξ ἀπὸ λίθου λευκοῦ, ἐν ᾧ ἀπόκειται Σταυράκιος ὁ βασιλεὺς καὶ Θεοφανὼ ἡ αὐτοῦ γαμετή. Ἰστέον, ὅτι ἐν τῇ μονῇ τῇ λεγομένῃ τῆς Κυρᾶς Εὐφροσύνης (16) ἵσταται λάρναξ ἀπὸ λίθου Βυθινοῦ, ἐν ᾧ ἀπόκειται Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς Εἰρήνης ὁ τυφλωθεὶς (17), καὶ Μαρία ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ αἱ δύο θυγατέρες αὐτοῦ, Εὐφροσύνη, ἡ γυνὴ Μιχαὴλ τοῦ Τραβλοῦ, καὶ Εἰρήνη (18) ἡ ἀδελφὴ αὐτῆς, καὶ Ἄννα,
B ἡ θυγάτηρ Θεοφίλου τοῦ βασιλέως. Ἰστέον, ὅτι ἐν τῇ μονῇ τῇ λεγομένῃ τὰ Γαστρία εἰς τὸ πρὸς ἀνατολὴν δεξιὸν μέρος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας ἐν τῇ ἐκεῖσε σταταραίᾳ ἀπόκειται ἡ μακαρία Θεοδώρα (19) ἡ τοῦ Θεοφίλου γυνὴ καὶ αἱ τρεῖς θυγατέρες αὐτῆς, Θέκλα, Ἀναστασία καὶ Πουλχερία. Ἐν δὲ τῷ εὐωνύμῳ μέρει τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, ἀπέναντι τῆς τοιαύτης σταταραίας, ἵσταται λάρναξ ἀπὸ λίθου (20), ἐν ᾧ ἀπόκειται Πετρωνᾶς (21) ὁ γεγονὼς δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ ἀδελφὸς Θεοδώρας τῆς μακαρίας βασιλίδος. Ἐν δὲ τῷ νάρθηκι τῆς αὐτῆς
C ἐκκλησίας ἐν τῷ πρὸς ἀνατολὴν ἀριστερῷ μέρει τοῦ αὐτοῦ νάρθηκος ἵσταται λαρνάκιον μικρὸν ἀπὸ λίθου Ηροικονησίου, ἤτουν Πικριμαίου, ἐν ᾧ ἀπόκειται Θεοκτίστη ἡ μήτηρ Θεοδώρας τῆς μακαρίας βασιλίδος. Ἰστέον, ὅτι πλησίον αὐτοῦ ἵσταται λαρνακίδιον ἀπὸ λίθου Σαγαρινοῦ, ἤτουν Πνευμονουσίου, ἐν ᾧ ἀπόκειται Εἰρήνη (22), ἡ θυγάτηρ Βάρδα τοῦ καίσαρος. Ἰστέον, ὅτι λαρνακίδιον μικρὸν σπιθαμιαῖον ἵσταται πλησίον αὐτῶν, εἰς ὃ ἀπόκειται τὸ τοῦ καίσαρος Βάρδα κατομάγουλον. Ἰστέον, ὅτι ἐν τῇ μονῇ τῆς Ἁγίας Εὐφημίας τῆς λεγομένης Εὐμόρφου ἐν τῷ πρὸς ἀνατολὴν ἀριστερῷ μέρει τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, ἐν τῇ ἐκεῖσε σταταραίᾳ ἀπόκειται Παγκαλὼ (23), ἡ μήτηρ Βασιλείου τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου. Ἐν δὲ τῷ πρὸς ἀνατολὴν δεξιῷ μέρει τῆς

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

scribere. Sed vertere Latine non vacat. Saltim id monebo, sensum secundi distichi esse hunc, *numerosæ prolis regia mater quæ meo exemplo monstravi, quam præclara res sit non peperisse, non regnasse monarchice.* Si quis nominativum pro accusativo substituere velit, hilum quidem non melius dabit, habebit tamen auctoritatem in Zonara, e quo Bandur. t. I, l. VII, p. 179, exhibuit λοχεία et πολυκοιρανίη cum integro carmine et ejus antiqua Latina interpretatione metrica ex Anthologia Pithœana deprompta. V. 9, in εἰ καὶ τὸν γενέταν sub intelligendum a cammuni et huc trahendum sequens ἔκτειναν, *occiderint genitorem : at quare tandem tam nullo cum fructu parvulos occiderunt, humanæ nequitiæ imperitos?* [V. Pontan. ad Th. Simoccatam p. 483. *Ex Addend.*]

(15) Est quod Latini dicebant *refugium*, receptaculum interius ; absconditum a conspectu , v. Casaub. ad Script. Hist. Aug. I,p. 87, Guther. p. 225, Nos diceremus *der Kreutzgang.*

(16) Monasterium hoc ita fuit appellatum de conditrice sua Euphrosyna, eadem illa,quæ paulo post commemorabitur, filia Constantini, filii Irenæ, a matre excæcati et imperio privati ; quam Euphrosynam e monasterio in matrimonium duxit Michael Balbus imp.

(17) Addit AB (nam DC hunc articulum non præstat) παρ' αὐτῆς.

(18) Hujus non meminit Du Cange Fam. Bys. p. 127.

(19) V. Theophan. p. 408.

(20) Videtur nomen adjectivum excidisse,quod natale solum aut colorem marmoris indicaret. Carent hoc articulo et sequentibus ambo catalogi.

(21) Est idem ille, qui supra p. 208 memoratur.

(22) Videtur hæc esse, quam Du Cange p. 135 F. B.,sed absque nomine,designat in stemmate Theodoræ, atque nuptam fuisse Symbatio Logothetæ Dromi.

(23) Nomen hoc ignotum Du Cangio l. c. p. 138, adeoque procul dubio cæteris scriptoribus Byzantinis indictum.

αὐτῆς ἐκκλησίας, ἀπέναντι ταύτης τῆς σταταραίας ἐστὶν ἑτέρα σταταραία ἀπὸ λίθου πρασίνου Θετταλοῦ, ἐν ᾗ ἀπόκειται Μαριανὸς ὁ γεγονὼς δομέστικος τῶν σχολῶν, καὶ Συμβάτιος (24) ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἀμφότεροι ἀδελφοὶ Βασιλείου τοῦ φιλοχριστοῦ δεσπότου. Ἰστέον, ὅτι ἐν τῷ δεξιῷ εὐκτηρίῳ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας τοῦ Προδρόμου ἐν τῷ πρὸς ἀνατολὴν εὐωνύμῳ μέρει τοῦ αὐτοῦ εὐκτηρίου ἵσταται λάρναξ ἀνάγλυφος, ἐν ᾧ ἀπόκειται Ἀναστασία (25) ἡ θυγάτηρ Βασιλείου τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου. Ἰστέον, ὅτι ἐν τῷ πρὸς ἀνατολὴν δεξιῷ μέρει τοῦ αὐτοῦ εὐκτηρίου, ἀπέναντι τοῦ λάρνακος ἵσταται λαρνάκιον μικρὸν ἀνάγλυφον, ἐν ᾧ ἀπόκεινται Ἄννα καὶ Ἑλένη, θυγατέρες Βασιλείου τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου, καὶ Ζωὴ ἡ μήτηρ Κωνσταντίνου τοῦ θεοστέπτου καὶ Πορφυρογεννήτου τοῦ μακαρίου (26) βασιλέως τοῦ ἐγγόνου Βασιλείου. Ἰστέον, ὅτι ἐν τῇ μονῇ τοῦ Ἀρχιστρατήγου τοῦ ἐπονομαζομένου τῶν Προμούτου ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας ἐν τῇ ἐκεῖσε σταταραίᾳ ἀπόκειται Μαρία ἡ θυγάτηρ Βασιλείου δεσπότου.

A oratorii, stat sarcophagus cum sculpturis exstantibus, in quo jacet Anastasia, 375 filia Basilii imperatoris. In dextro ad orientalem latere illius oratorii e regione præcedentis sarcophagi, stat alius parvus, etiam cum figuris exsculptis prominentibus, in quo jacent Anna et Helena, ejusdem Basilii filiæ; et Zoe, mater a Deo coronati et Porphyrogeniti Constantini, beati Imperatoris, nepotis Basilii. In monasterio Archistrategi seu S. Michaelis, de auctore Promoti cognominati, jacet in ejus ecclesiæ dextro latere in statarea, quæ ibi est, Maria, filia Basilii, toties jam laudati Domini.

ΚΕΦΑΛ. ΜΓ'.

Εὐφημία, ὑπὸ στρατοπέδου εὐφημουμένη (27), νικητηρίων καὶ θριάμβων ἀγομένων. Ἰστέον δέ, ὅτι ἡ αὐτὴ εὐφημία ᾄδεται καὶ παρὰ τοῦ στρατοπέδου (28), ἡνίκα φιλοτιμία τις ἢ μαϊμὰς παρὰ τοῦ βασιλέως αὐτοῖς παρασχεθῇ.

« Πολλὰ τὰ ἔτη τῶν βασιλέων· » ὁ λαὸς γ'. « Ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα μέγαλων βασιλέων καὶ αὐτοκρατόρων πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. « Ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα τῶν εὐσεβεστάτων αὐγουστῶν πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. « Τῶν πορφυρογεννήτων πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. « Θεοπροβλήτων βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. « Θεοκυβερνήτων βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. « Κοσμοσυστάτων βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. « Κοσμοποθήτων βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. « Ἀνδρειοτάτων βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. « Νικητῶν βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. « Ἐχθρολετῶν βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. « Πλουτοποιῶν βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. « Ὀρθοδόξων βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. « Υἱὲ Θεοῦ, ζωὴν αὐτοῖς· » ὁ λαὸς γ'. « Υἱὲ Θεοῦ, συμβασίλευσον αὐτοῖς· » ὁ λαὸς γ'. « Υἱὲ Θεοῦ, χάρισαι ἡμῖν τούς· αὐ » ὁ λαὸς γ'. « Υἱὲ Θεοῦ, τοὺς χρόνους αὐτῶν πλήθυνε· » ὁ λαὸς γ'. « Υἱὲ Θεοῦ, ἐπάκουσον ἡμῶν· »

CAPUT XLIII.

Acclamatio castrorum, quando triumphus de victis hostibus agitur et insignia victoriæ producuntur. Hæc eadem cantatur quoque ab exercitu, quando largitionem ab imperatore aliquam aut majumam impetrat.

« Multi sint anni imperatorum; » repetit turba ter; (*quod etiam de omnibus infra scriptis acclamationibus factum esse, sufficiat semel monuisse*). « Illius et illius magnorum regum et imperatorum multi sint anni. Illius et illius piissimarum Augustarum multi sint anni. Porphyrogenitorum multi sint anni. A Deo promotorum imperatorum multi sint anni. A Deo gubernatorum imperatorum multi sint anni. A toto terrarum orbe commendatorum imperatorum multi sint anni. A toto terrarum orbe cupitorum imperatorum multi sint anni. Fortissimorum imperatorum multi sint anni. Victoriosorum imperatorum multi sint anni. Hostes perdentium imperatorum multi sint anni. Ditantium imperatorum multi sint anni. Orthodoxorum imperatorum multi sint anni. Fili Dei, vitam ipsis [indulge]. Fili Dei, regnum cum illis administra. Fili Dei, indulge nobis eos. Fili Dei, multiplica ipsorum annos. Fili Dei, exaudi nos. Crescat fides Christianorum. Cre-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(24) Marianum quidem, at non hunc Symbatium, habet du Cange l. c.

(25) Hæc ergo una est quatuor Basilii filiarum, quas Du Cange p. 141, memorat quidem, sed absque nomine. Duas alias in continenti nominat Noster. Annam et Helenam. Tandem in fine capitis Mariam nominat. Habemus ergo nomina omnium quatuor sororum illarum.

(26) Prætervideram hunc locum, ideoque omiseram eum in argumentis illis allegare, quibus demonstratum ivi in præfatione, nulla Cerimoniali huic assuta fuisse, ignotum qua manu, vero ejus auctore, Constantino Porphyr., Leonis filio, posteriora. Μακάριος enim ea certe ætate nonnisi de vita defunctis dicebatur, ut hodie μακαρίτης nemo de vivo dicit. Ideoque, cum dictus Constantinus μακάριος appelletur, constat eum illo tempore, cum ista scriberentur, in vivis amplius non fuisse. Scio quidem, Olympionicas olim μακαρίους fuisse dictos; v. Artemidor. l. v. n. 76: verum ex illo ipso loco quoque constat, mortuos illa jam ætate eodem nomine laudari consuevisse. Scio quoque Alexandrum Episcopum apud Euseb. Hist. eccles. l. VI, c. II fine Clementem Alexandrinum adhuc vivum τὸν μακάριον πρεσβύτερον appellare, et in universum beatos, felices homines adhuc vivos olim μακαρίους, vita functos autem μακαρίτας fuisse dictos, quod clare apparet ex Athenæo p. 113. Sed ille usus vocabuli perrarus est et decimo sæculo p. C. n. jam dudum desierat. Possem nunc in fine hujus Mortuarii multos addere imperatorum tumulos et eorum loca indicare, quos Noster præteriit. Verum omitto, quia perparum ea sedulitas profutura esset.

(27) Ferri potest et debet in ferreo scriptore dictio perquam dura εὐφημία εὐφημουμένη, quamvis leni mutatione refingi possit ἐκφωνουμένη. In generali indice capitum hujus libri (v. p. 295) sic concipitur titulus hujus capitis: Εὐφημία τῶν ὑπὸ στρατοπέδων νίκης καὶ θριάμβων ἀγομένων. Pro νίκης erat in membranis νικητι cum H superimposito, quod non potest aliud quam νικητηρίων esse.

(28) Index modo dictus inserit λοιποῦ ante postremam vocem. Perinde est adsit, vel absit. Notat

scat victoria et felicitas exercituum Romanorum. Crescat fortitudo populi Domini. Nos sumus servi imperatorum. Illius et illius magnorum regum et imperatorum multi sint anni. Multenne faciat Deus sacrum vestrum imperium. »

λων βασιλέων καὶ αὐτοκρατόρων πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. » Ὁλυχρόνιον ποιήσει ὁ Θεὸς τὴν ἁγίαν βασιλείαν [46] σας εἰς πολλὰ ἔτη. »

376 *Acclamatio, quam Sardi dominis accinunt.*

Ἡ παρὰ τῶν Σάρδων (29) ἀδομένη εὐφημία τοῖς βασιλεῦσιν.

« Christus vincit, Christus regnat. » *Hanc acclamationem iterabat turba ter; uti etiam sequentes omnes.* « Christus custodiat imperatorem. Multi sint anni imperatorum. Illius et illius magnorum regum atque imperatorum multi sint anni. A Deo promotorum imperatorum multi sint anni. A Deo conservatorum imperatorum multi sint anni. Pacem conficientium et orbi quietem imponentium imperatorum multi sint anni. Ditantium suos imperatorum multi sint anni. Fili Dei, conregna ipsis. Fili Dei, dona ipsis vitam. Fili Dei, multiplica ipsorum annos. Crescat fides Christianorum. Crescat imperium Romanorum. Grescot victoria exercituum Romanorum. Illius sanctissimi et œcumenici patriarchæ multi sint anni. Sacri senatus multi sint anni. Exercitus Christum amantis multi sint anni. Corroboret Deus fidem nostram. Confirmet Deus imperatores nostros. Nos sumus servi imperatorum. Multenne faciat Deus sacrum vestrum imperium » « Στερεώσει ὁ Θεὸς τὴν πίστιν ἡμῶν· » ὁ λαὸς γ'. « Στερεώσει ὁ Θεὸς τοὺς βασιλεῖς ἡμῶν· » ὁ λαὸς γ'. « Ἡμεῖς δοῦλοι τῶν βασιλέων· » ὁ λαὸς γ'. « Ὁλυχρόνιον ποιήσει ὁ Θεὸς τὴν ἁγίαν βασιλείαν σας εἰς πολλὰ ἔτη. »

« Χριστὸς νικᾷ, Χριστὸς βασιλεύει (30)· » ὁ λαὸς γ'. « Χριστὸς φυλάξει τὸν βασιλέα· » ὁ λαὸς γ'. « Ὁλλὰ τὸ ἔτη τῶν βασιλέων· » ὁ λαὸς γ'. Ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα μεγάλων βασιλέων καὶ αὐτοκρατόρων πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. « Θεοπροβλήτων βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. « Θεοτηρήτων βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. « Εἰρηνοποιῶν βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. « Πλουτοποιῶν βασιλέων πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ. « Υἱὲ Θεοῦ, συμβασίλευσον αὐτοῖς· » ὁ λαὸς γ'. « Υἱὲ Θεοῦ, χάρισαι [47] ἡμῖν αὐτοῖς· » ὁ λαὸς γ'. « Υἱὲ Θεοῦ, ζωὴν αὐτοῖς δώρησαι· » ὁ λαὸς γ'. « Υἱὲ Θεοῦ, τοὺς χρόνους αὐτῶν πλήθυνε· » ὁ λαὸς γ'. « Αὔξει ἡ πίστις τῶν Χριστιανῶν· » ὁ λαὸς γ'. « Αὔξει ἡ βασιλεία τῶν Ῥωμαίων· » ὁ λαὸς γ'. « Αὔξει ἡ νίκη τῶν στρατῶν τῶν Ῥωμαίων· » ὁ λαὸς γ'. « Ὁ δεῖνα τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ. « Τῆς ἱερᾶς συγκλητου πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'. « Τοῦ φιλοχρίστου στρατοῦ πολλὰ τὰ ἔτη· » ὁ λαὸς γ'.

CAP. XLIV.

De expeditione adversus Cretam, quam Deus perdat, et in eam expensis e numero militum stipendiisque. Contingit ea sub Leone, Christum amante Domino, duce Himerio patricio et logothetha dromi.

Imperialis classis constabat duodecim millibus et Russis 700. Strategus Cibyrrhæotarum receperat in se præstare 5600 et duplos mille; faciunt simul

ΚΕΦΑΛ. ΜΔ'.

Ἡ γενομένη ἐξόπλισις καὶ ἔξοδος καὶ τὸ ποσὸν τῆς ῥόγας καὶ τοῦ λαοῦ τοῦ ἀποσταλέντος κατὰ τῆς θεολέστου (31) Κρήτης (32) μετὰ τοῦ πατρικίου Ἱμερίου καὶ λογοθέτου τοῦ δρόμου ἐπὶ Λέοντος τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου.

Τὸ βασιλικοπλοῖμον χιλιάδες ιβ'. Ῥῶς ψ'. Ἐδέξατο ὁ στρατηγὸς τῶν Κιβυρραιωτῶν ἔχειν στρατὸν ,εχ', καὶ διπλοῦς (33) ϕ. ὁμοῦ ,ϛλ'. Ἐδέξατο ὁ στρατ.

VARIÆ LECTIONES

[46] Verba βασιλείαν — ἔτη add. R. e sequentibus; membranis deerant. [47] χάρισε cod. et ed.

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

autem in ea positione non id, quod solet, *reliquus*, sed *omnis*. Παρὰ τοῦ λοιποῦ στρατοπέδου idem est atque παρὰ παντὸς τοῦ στρατοπέδου.

(29) Ergo etiam in aula CPtana peculiare corpus excubitorum vel protectorum vel apparitorum et cursorum aulicorum de gente Sarda confectum habebatur, ut hoc ex loco intelligitur. Pontifices Romani certe jam octavo sæculo Sardos habebant corporis custodes et ministros, ut ex Anastasio constat; quemadmodum adhuc hodie habent. Verba Bibliothecarii sunt in Nicolao I: *quod etiam per domesticos suos de genere Sardos agnovit.*

(30) Hæc est illa formula in nummis et imaginibus regum Francorum occurrens, *Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat.* Quod Latini per duo, *regnat* et *imperat* explicabant, id contractum in breve βασιλεύει Græci præstabant. Formulam Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ monachi Græcorum in illa sui camelaucii appendice, quam περιστερὰν appellabant, item nonnulli in suis scapularibus intextam gerunt teste La Croix Etat présent de l'Eglise Grecque. p. 86.

(31) Videntur Arabes a Græcis morem assumpsisse. urbium, quibus favent, nomina bonis votis prosequendi, contra vero quas odio habent, earum memoriæ male imprecandi, eoque animum suum significandi. Sic sæpe addunt nominibus urbium, ubi lucem primam adspexerunt, aut quibus degunt, aut quas alio nomine venerantur *almahrousah almakfoulah almansourah, quam Deus custodiat, protegat,* ἡ θεοφύλακτος; contra *almahounah* ἡ θεόλεστος, *quam Deus perdat.* A Cretensibus autem Saracenis male vexatos fuisse Græcos apparet e Luitprandi Historia p. 426, ubi ait: *Habent Byzantini a meridie illam vicinam nimisque sibi invisam Cretam.*

(32) De hac expeditione memorat Leo Grammatic. p. 484 sqq. Script. post Theophan. p. 226 sqq. Du Cange ad Zonar. p. 97.

(33) Puto esse homines vicarios, qui exigente necessitate in aliorum decedentium locum succedere possint.

ηγὸς τῆς Σάμου ἔχειν στρατὸν δ', καὶ διπλοῦς α', ὁμοῦ ε'. Ἐδέξατο ὁ στρατηγὸς τοῦ Αἰγαίου πελάγους ἔχειν στρατὸν γ', καὶ διπλοῦς α'. Ὁμοῦ τὸ πᾶν χιλιάδες κη' καὶ τ'. A

6600. Strategus Sami receperat in se præstare 4000 et mille duplos; faciunt simul quinquies mille. Strategus Ægæi maris receperat in se præstare 3000, et mille duplos; faciunt simul quater mille. Hi omnes computati efficiunt viginti octo millia et tercentum capita.

Διὰ τῶν καβαλλαρικῶν τῶν ὀφειλόντων ταξειδεῦσαι εἰς τὸ πλόϊμον.

De equitibus, qui debebant in classe militare.

Σχολάριοι Θρᾳκησιάνοι καὶ Μακεδόνες ,αλζ'. Ἀπὸ τοῦ θέματος τῶν Θρᾳκησίων ,α. Ἀπὸ τοῦ θέματος Σεβαστίας Ἀρμένιοι ,α. Ἀμὸ τὸ Πλατάνιον Ἀρμένοι φ', ἀπὸ τῆς Πρίνης φ'· ὁμοῦ καβαλλαρικοὶ ,ς λζ', καὶ ὁμοῦ τὸ πᾶν διά τε τοῦ πλοΐμου διά τε τῶν καβαλλαρικῶν χιλιάδες λδ' λζ'.

(72) Marchio, regi Hugoni parens, ad thema Longobardiæ proximus erat circa illa tempora Theobaldus, Spoleti et Camertis Marchio, eoque A. 934 defuncto, Ansgarius, filius Adelberti, Marchionis Eporediæ. Spoletani, quamvis duces plerumque audirent, revera tamen marchiones et comites erant, et, ut ait Murator, t. I, Antiq. Ital. p. 270., *nunc ducis, nunc marchionis, interdum etiam comitis titulo insigniti cernuntur.*

(73) Ergo non nummos, sed vestes ipsi addebant, quas venderet (erant autem panni CPtani in Europa occidentali cari et rari) et inde viveret. Parum digna hæc res esset legatis nostrorum regum. In Abyssino et orientalibus quibusdam regibus minorum gentium paupertinarum fertur, si legati eorum Armeni aut Judæi mercatores sunt, et cum mancipiis castratis mercaturam exercent. Conf. Bernieri Itinerar. et relatio historica de Choadja Morado, regis Æthiopiæ quondam ad Batavos legato, post opuscula Ludovici du Four de Longerue Lipsiæ anno 1750 edita. Attamen erat eo tempore mos mercatores pro legatis mittendi, pro istorum hominum parcimonia et paupertate. Ita Otto I, imp. Luitfredum, institorem seu mercatorem, πραγματευτὴν Moguntinum, legabat CPlin ad Constantinum Porphyrogennetum; v. Luitprand. Hist. VI, 2.

(74) At quoties id iteratum? Ad quantum spatium imputata ipsis fuit roga? Singulisne mensibus, an trimestribus? Ego crederem, in singulos annos aut certe pro tota expeditione (pour une campagne tout entière) fuisse tantum erogatum illis militiæ diversis ducibus, quantum hic recensetur. Minutum certe pro nostra ætate. Patet ex p. 386 singulis quidem mensibus datam fuisse rogam, sed quovis mense tantummodo quartam partem ejus summæ, quæ hic scripta est, cum tota expeditio non ultra quatuor menses durare subsumeretur.

(75) Thema *Charpezik* aut *Charpezikion* nullibi reperio. Cogitavi aliquando de *Darbesek* in confiniis Ciliciæ et Syriæ, in faucibus et pylis sito, celebris nominis clisura in historia Arabica. Rectene conjecerim, viderint alii. Sed scrupulum movet, quod Χαρπεζίκιον recurrat p. 385. et aliquoties deinceps, eaque scriptura constanter servetur.

solidos quinos ; minores turmarchæ solidos quaternos ; drungarii ternos, milites binos, **383** Sthlabesiani in obsicium thema traducti et ibi depositi rogam accipiebant hanc : tres eorum capitanei nummos quinos, reliqui ternos. Qui e themate Thracesiorum in Cretam trajiciebant, erant hi : strategus vel prætor aut præses, turmarcha Theodosiacorum, turmarchæ victorum, turmarchæ maritimorum, meriarcha, chartularius thematis, comes cortis, domesticus thematis, drungarocomites 64, quorum alii binos, alii ternos milites sub sua dispositione habebant, ita ut milites in universum essent centum et quinquaginta. De processione vel officio strategi aderant expeditioni protomandator, protocancellarius, protobandoforus, protodomestici sex, protocentarchi 6, processionales, id est apparitores, centum. De Armenis riperiam suam custodientibus, quamvis haberet strategus tum cum educeret in expeditionem Cretensem, viros armatos ad sexcentos, attamen non permissum est pluribus, quam quinquaginta, viris trajicere ob paucitatem carabiorum onerariorum. De bando turmæ Theodosiacorum aderant comes unus, proagetæ seu primipili quatuor, protomandator turmarchæ unus ; faciunt simul septem capita. De bando merarchæ pariter aderant septem viri. Causa ejus rei hæc erat. Drungarius classis jusserat ejus thematis non milites, sed tantum rectores et primipilos adesse. Turmarcha victorum relinquebatur a drungario classis, propterea quod ægrotaret, jussus interim oram maritimam provinciæ custodire. Ille vero turmarcha suos primipilos secum tenebat.

A Οἱ ἀπὸ τοῦ θέματος τῶν Θρᾳκησίων ἐν τῇ Κρήτῃ περάσαντες, ὁ στρατηγὸς, ὁ τουρμάρχης τῶν Θεοδοσιακῶν (76), οἱ τουρμάρχαι τῶν βικτόρων, οἱ τουρμάρχοι τῆς παραλίου, ὁ μεριάρχης, ὁ χαρτουλάριος τοῦ θέματος, ὁ κόμης τῆς κόρτης, ὁ δομέστικος τοῦ θέματος, δρουγγαροκόμητες ξδ', ἔχοντες οἱ αὐτοὶ δρουγγαροκόμητες οἱ μὲν ἀνὰ στρατιωτῶν δύο, οἱ δὲ ἀνὰ στρατιωτῶν γ', ὡς εἶναι τὸ πᾶν στρατιώτας ρν'. Ἀπὸ τῆς προελεύσεως τοῦ στρατηγοῦ ὁ πρωτομανδάτωρ, ὁ πρωτοκαγκελλάριος, ὁ πρωτοβανδοφόρος, πρωτοδομέστικοι ς', πρωτοπένταρχοι ς', προελευσιμαῖοι πιζοὶ ρ'. Ἀπὸ τῶν Ἀρμενίων τῶν φυλασσόντων τὴν παραλίαν τοῦ θέματος. Ὡς γὰρ ἀνήγαγεν ὁ στρατηγὸς, εἶχεν ἕως τῶν χ' ἐξωπλισμένους πρὸς τὸ περάσαι ἐν Κρήτῃ· διὰ δὲ τὴν ὀλιγότητα τῶν καματέρων καραβίων οὐ συνεχωρήθησαν περάσαι, εἰ μὴ οἱ ν'. Ἀπὸ τοῦ βάνδου B τῆς τούρμας τῶν Θεοδοσιακῶν κόμης α', προάγεται δ', ὁ πρωτομανδάτωρ τοῦ τουρμάρχου α', ὁ δομέστικος τοῦ τουρμάρχου α'· ὁμοῦ ζ'· ἀπὸ τοῦ βάνδου τοῦ μεράρχου ὁμοίως ζ'. Ὅτι στρατιώτας οὐ προσέταξεν ὁ δρουγγάριος τοῦ πλοίμου περάσαι ἐν Κρήτῃ, εἰ μὴ ἄρχοντας καὶ προαγέτας. Ὅτι ὁ τουρμάρχης τῶν βικτόρων διὰ τὸ ἀσθενεῖν αὐτὸν κατελείφθη παρὰ τοῦ δρουγγαρίου τοῦ πλοίμου εἰς φύλαξιν τῆς παραλίου τοῦ θέματος. Ἐκράτησεν δὲ ὁ αὐτὸς τουρμάρχης καὶ τοὺς προαγέτας αὐτοῦ.

CAPUT XLVI.

Expeditio adversus Cretam et armatura tam classis, quam equitatus, tempore Constantini et Romani Porphyrogenitorum in Christo fidelium imp. indict. VII [anno Christi 949].

C

ΚΕΦΑΑ. ΜΕ'.

Ἡ κατὰ τῆς νήσου Κρήτης (77) γενομένη ἐκστρατεία καὶ ἐξόπλισις τῶν τε πλοίμων καὶ καβαλλαρικῶν ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ τῶν Πορφυρογεννήτων ἐν Χριστῷ πιστῶν βασιλέων εἰς ἰνδικτίονα ζ'.

Regia classis constabat usiis [navium id genus est,] centum quinquaginta, in quibus pamphyli sex et alii duo recens comparati ; chelandia ad usiarum instar facta centum, in quibus numerabantur usiæ septem Russorum per Dyrrhachium et Dalmatiam stationem agentes, tres in Calabria, tres aliæ ad expediundam aliquam imperialem commissionem cum Stephano ostiario et præfecto sacri aquiminalis in Hispaniam missæ. Pamphylus unus custodiæ urbis a Deo protegendæ [Constantinopoleos] deputatus et usiæ viginti quatuor. **384** In Cretam excursura armis affligendam pamphyli 7, usiaca chelandia 33 ; in universum sunt chelandia 40,

Τὸ βασιλικὸν πλόϊμον οὐσίαι ρν', ἐξ ὧν πάμφυλος (78) ζ' καὶ οἱ ἀρτίως κατασκευασθέντες β'. Οὐσιακὰ χελάνδια ρ'. Ἐξ αὐτῶν τῶν Ῥουσίων ἔν τε Δυρράχιῳ καὶ ἐν Δαλματίᾳ οὐσίαι ζ', ἐν Καλαβρίᾳ οὐσίαι γ', μετὰ τοῦ ὁστιαρίου Στεφάνου καὶ νιψιστιαρίου εἰς τὴν Ἱσπανίαν δουλία οὐσίαι γ'. Εἰς φύλαξιν τῆς θεοφυλάκτου πόλεως πάμφυλος α' καὶ οὐσίαι κδ'. Τὰ μέλλοντα ταξειδεῦσαι ἐν Κρήτῃ πάμφυλοι ζ, οὐσιακὰ χελάνδια λγ', ὁμοῦ χελάνδια μ'. Δρόμονες κ' ἀνὰ οὐσιῶν β', οὐσίαι μ'. Οἱ Ῥῶς ἄνδρες φπδ' καὶ παιδία τὰ ποιοῦντα ταξειδεῦσαι (79) ἄνδρες μ', ὁμοῦ Ῥῶς χκθ'. Οἱ Τουλμάτζοι ἄνδρες τξη', οἱ αἰχμάλωτοι ἄνδρες ψ. Ἐάθησαν εἰς φύλαξιν τῆς D

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

(76) Reliquiæ hæ sunt e veteri disciplina militari Romanorum, in qua legiones passim ab Augustis appellabantur. *Victores* pariter videntur iidem cum *legione victrice* esse. Nicetas p. 16. legiones quasdam sub Joanne Comneno memorat, unam τῶν Ἐκλεκτῶν, aliam Macedonicam, aliam Scythicam, aliam Persicam.

(77) Expeditionem hanc Constantini adversus Saracenos Cretenses infelices successus duce Gongyla ennucho sortitam fuisse, Cedren. p. 500 narrat, et ita in extremis Constantini rebus refert, ut immediate isti narrationi mortem ejus subjiciat, certe post rex ejus calculo Ind. XIV. A. M. 6464., id est A. C. 956, gestas eam tradit. Noster autem in ind. VII., id est A. 949, reponit. Non concilio hanc pugnam.

(78) Videntur navigia esse in Pamphylia fabrefacta, aut qualibus in Pamphylia utebantur.

(79) *Pueri, qui faciunt castra metari* aut *in castris agere*. Obscure dictum leviter et ambigue expressi in Latinis. Videntur fuisse, qui tentoria erigerent et destruerent, aquam gererent et alia ministeria facerent. Verum tam paucine tot hominibus, 584 numero, sufficiebant ? Vix putem.

πόλεως οἱ στρατηγοὶ τοῦ Αἰγαίου πελάγους μετὰ χελανδίων παμφύλων ζ' ἀνὰ ἀνδρῶν ρκ' καὶ χελανδίων οὐσιακῶν δ' ἀνὰ ἀνδρῶν ρη'. Κατελείωθη δὲ καὶ μία οὐσία εἰς τὸ κόψαι τὴν τῆς ὀγδόης ἰνδικτίονος ξυλήν (80). Ὁ στρατηγὸς τῆς Σάμου μετὰ χελανδίων παμφύλων ζ' ἀνὰ ἀνδρῶν αν' καὶ χελανδίων οὐσιακῶν ζ' ἀνὰ ἀνδρῶν ρη'. Ἀπεστάλησαν δὲ μετὰ τοῦ πρωτοσπαθαρίου Ἰωάννου καὶ ἀσηκρήτης ἐν Ἀφρικῇ (81) χελάνδιά γ' καὶ δρόμονες δ' ἀνὰ ἀνδρῶν σκ'. Ὁ στρατηγὸς τῶν Κιβυρραιωτῶν μετὰ χελανδίων παμφύλων ζ' ἀνὰ ἀνδρῶν ρν' καὶ χελανδίων οὐσιακῶν ζ' ἀνὰ ἀνδρῶν ρι'· κατελείφθη δὲ καὶ εἰς φύλαξιν τοῦ θέματος πάμφυλοι β', οὐσιακὰ δ'. Κατελείφθη δὲ καὶ εἰς τὸ κόψαι τὴν τῆς ὀγδόης ἰνδικτίονος ξυλὴν οὐσίαι β'. Κατελείφθη δὲ καὶ εἰς φύλαξιν (82) τοῦ κυροῦ Στεφάνου τοῦ γυναικαδέλφου τοῦ βασιλέως ἐν Ῥόδῳ οὐσία α' καὶ δρομόνων δ' ἀνὰ ἀνδρῶν σκ'· Γαλέαι τῆς Ἀτταλίας ιε', Ἐξ αὐτῶν κατελείφθη εἰς φύλαξιν τοῦ θέματος γαλέαι ς'. Γαλέαι τῆς Ἀντιοχείας (83) β'. Κατελείφθησαν καὶ αὗται εἰς φύλαξιν τοῦ αὐτοῦ θέματος. Γαλέαι τῆς Καρπάθου. Κατελείφθησαν εἰς φύλαξιν τῆς νήσου Καρπάθου γαλέα α'. Ἀπὸ τοῦ θέματος Πελοποννήσου ὁ τουρμάρχης τῆς παραλίου μετὰ χελανδίων δι'. Ἀπὸ τῶν Μαρδαϊτῶν τῶν τῆς Δύσεως θεμάτων, Νικοπόλεως, Πελοποννήσου, Κεφαληνίας ἄνδρες ,γ.

A dromones 40, quorum cum singuli binas haberent suas usias, efficiebantur usiæ 40. Russorum erant viri 584, quibus si accensentur 42 pueri seu servi in castris servientes, erunt Russi universi 629. Tulmatzi 368, captivi 700. Relinquebantur domi ad custodiam urbis [regiæ] strategi Ægæi maris cum chelandiis pamphylis 6, quorum singula tenebant viros centenos vicenos, et chelandiis usiacis quaternis singulis viros centenos octonos vehentibus. Una quoque usia relinquebatur ad cædendam ligneam materiam [pro ædificiis publicis erigendis] per instantem octavam indictionem [seu annum proxime secuturum]. Porro mittebantur in Cretam] strategus Sami cum chelandiis pamphylis sex, quorum unumquodque viros centenos quinquagenos trahebat, et chelandiis usiacis 6, et in eorum unoquoque viris 108. Mittebantur quoque cum Joanne protospathario et asecreta in Africam chelandia 3 et dromones 4, habentes singuli viros ducentenos vicenos. Strategus Cibyrrhæotarum mittebatur cum chelandiis pamphylis sex, trahentibus singulis viros centenos quinquagenos, et chelandiis usiacis 6 cum viris quoque centenis denis. Relinquebantur in præsidium provinciæ pamphyli 2, usiaca chelandia 4; item usiæ 2 ad cædendam materiam pro octava indictione. Etiam in insula Rhodo observandum Dominum Stephanum, fratrem imperatricis, relinquebatur usia una et dromonia quatuor, 220 quodque classiariorum. De quindecim galeis Attaliæ relinquebantur ad custodiam istius provinciæ galeæ sex. Domi quoque manebant duæ Antiochiæ galeæ præsidii causa. Nautica quoque vis insulæ Carpathi domi restitabat eumdem in finem. Consistebat tum ea tota in una galea. Expeditioni intererat e themate Peloponnesi turmarcha oræ maritimæ cum chelandii quatuor. Mardaitarum e provinciis occidentalibus, ut Nicopoli, Peloponneso et Cephalenia excitorum aderant viri ter mille.

B

Διὰ τοῦ καβαλλαρικοῦ.

Ἀπὸ τοῦ θέματος Θρᾴκης ὁ τοποτηρητὴς, καὶ ἀπὸ τῶν δ' ταγμάτων ἄρχοντες ἄνδρες μλθ', σχολάριοι τῶν δ' ταγμάτων, ἄνδρες τνδ'· ὁμοῦ ἄρχοντες καὶ σχολάριοι τῶν δ' ταγμάτων, ἄνδρες υἑγ'. Ἀπὸ τῶν θέματος Μακεδονίας ὁ τοποτηρητὴς καὶ ἀπὸ τῶν δ' ταγμάτων ἄρχοντες, ἄνδρες πγ'. Σχολάριοι

C

De equitatu.

Equitum aderant ad illam expeditionem hi. E themate Thraciæ lociservator et quatuor tagmatum rectores, qui viros 139 efficiebant, cum scholariis quatuor tagmatum, capitibus 354. In universum illi efficiebant, tam rectores, quam scholarii quatuor tagmatum simul sumpti, capita 493. E the-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(80) Id est ξυλίαν *lignaturam*, materiam ligni cædedam pro indictione seu anno futuro. Nautæ otii tempore vel quando non in expeditione nautica essent, ad opera publica adhibebantur, ut ad comportandam ædificiis publicis struendis materiem (vid. Leo Gramm. p. 472 et 481. Cedren. p. 585 et 599), ita hic loci ad cædenda ligna in silvis pro usu aut palatii aut forte totius urbis CPtanæ.

D

(81) Africa hic est non pars terrarum orbis de quatuor una, sed aut provincia stricte sic dicta, aut hujus provinciæ capitalis cognominis, sedes regia Fathemidarum, antequam in Ægyptum transmigrarent, alias de conditore et gentis istius et urbis, Mahadi, Mahadia dicta (v. D'Herbelot. Bibl. Orient. v. *Mehedia* p. 573.) Dominabatur autem eo tempore, A. C. 949, Africæ Almansur, nepos illius Almahadii, quem modo nominavimus, primi de gente Fathemidarum in Africa et Mauritania dynastæ. Non bene conveniebat his Fathemidis, Africæ et Siciliæ atque Sardiniæ dominis, cum Ommiadis, qui supremum tunc imperium in Hispanos Arabes eorumque multos diversos regulos omnes exercebant. Illæ simultates tempore post sub Almoëzzo, istius Almansuri filio, in apertum bellum erumpebant. Videtur itaque legationis illius in Africam scopus fuisse, ut Almansur, dominus maris mediterranei inter Siciliam et Græciam interjecti, Saracenos Cretenses, ut a Saracenis Hispanis dependentes, eorumque olim ἀποίκους, vexaret quantum posset; vid. ad p. 330, dicta.

(82) Stephanus, filius Romani Lecapeni, olim imperator, tandem anno 945, ineunte a Constantino imperio exutus et in Proconnesum primo, deinde Rhodum translatus, exilium et privatam vitam per 19 annos toleravit Vid Cedren. p. 634. et Luitprand. Histor. l. VI, cap. 10, 11.

(83) Antiochiam tenebant Græci ab A. C. 903. (teste Hagi Chalifa) ad A. 1070, quo Turcis cessit post infelix Romani Diogenis cum Alp. Arslano prælium. Atqui tamen invenio apud Abulfedam, anno Chr. 965, eam Saracenis Tarsensibus paruisse. Anno tamen 969, Romanos eam recuperasse idem ait.

mate Macedoniæ lociservator et quatuor tagmatum rectores, viri 83 ; et scholarii quatuor tagmatum viri 293, qui simul sumpti [una cum superioribus] efficiunt numerum hominum 869. E tagmatibus peraticis aderant præfectus excubitorum **385** cum losiservatore suo totoque suo tagmate, quod, rectoribus et scholariis simul computatis, efficiebat viros 700 ; item aderat hicanatorum præfectus cum lociservatore suo et cohorte sua, quæ constabat viris 456, tam rectoribus, quam cohortalibus. De illis Armenis, qui nuper modo cum assignatione rogæ Natoliæ tagmatibus adjuncti fuerant, aderant viri mille. De Sthlabesianis [seu Slavis] sedentibus in Opsicio viri 220. Item aderat strategus Thracesianorum cum tribus suis turmarchis et reliquis suis rectoribus provincialibus cmnibusque primipilis et tota sua processione et militibus, quos drungarii et comites illius usibus præstabant, viris nempe 150. Nam reliqui 800 debuerunt viritim quaternos nummos præstare. Unde confectæ fuerunt litræ 41, numism. 32. De quibus accipiebat thema Charpezicii litras 24, numismata 56. Sed diligentius adhuc apud archontem inquirendum in verum numerum militum in Cretam expeditorum e themate Thracensium. De Armenis ejusdem thematis Thracensium, oram illius maritimam custodientibus, aderant viri 600, exciti verum ob paucitatem navium onerariarum non sinebantur trajicere nisi tantummodo viri quinquaginta. Aderat porro strategus Charpezicii cum toto themate suo, id est cum turmarchis præstantioribu s et comite cortis et domestico thematis, viris 25, minoribusque turmarchis 47, drungariis 205 et gregariis 420, in universum viris 705.

A τῶν δ' ταγμάτων ἄνδρες, ψμ'. ὁμοῦ ἄρχοντες καὶ σχολάριοι τῶν τεσσάρων ταγμάτων, ἀνδρες ωξθ'· Ἀπὸ τῶν περατικῶν ταγμάτων ὁ ἐξκουβίτωρ μετὰ τοῦ τοποτηρητου αὐτοῦ καὶ παντός τοῦ τάγματος αὐτοῦ, ἀρχόντων καὶ σχολαρίων, ὁμοῦ ἀνδρῶν ψ'. Ὁ Ἱκανάτος μετὰ τοῦ τοποτηρητοῦ αὐτοῦ καὶ παντὸς τοῦ τάγματος αὐτοῦ, ἀρχόντων καὶ σχολαρίων, ὁμοῦ ἀνδρῶν υνς'. Ἀπὸ τῶν Ἀρμενίων τῶν ἀρτίως καταταγέντων ρογεύεσθαι εἰς τὰ τῆς Ἀνατολῆς τάγματα, ἀνδρῶν ,α. Ἀπὸ τῶν Σθλαβησιάνων τῶν καθημένων εἰς τὸ ἀψίκιον ἀνδρῶν σκ'. Ὁ στρατηγὸς τῶν Θρᾳκησίων μετὰ τῶν τριῶν αὐτοῦ τουρμαρχῶν καὶ τῶν λοιπῶν θεματικῶν ἀρχόντων αὐτοῦ καὶ πάντων τῶν προαγετῶν καὶ πάσης αὐτοῦ τῆς προελεύσεως καὶ στρατιωτῶν, ὧν εἶχον αἱ δρουγμάριοι καὶ
B κόμητες εἰς δουλείαν αὐτῶν, ἀνδρῶν ρν'. Ὡς ἑτέρων ω' στρατιωτῶν ἀπαιτηθέντων λογάριον ἀνὰ δ'. Λίτραι μα' ν.λβ'. Καὶ ἐξ αὐτῶν ἐρογεύθη τὸ θέμα τοῦ Χαρπεζικίου λίτρας κδ', ν.νς'. Ζήτει εἰς τοὺς ἄρχοντας λεπτομερέστερον (84) τοῦ πεφάσαντος λαοῦ ἐν τῇ νήσῳ Κρήτῃ ἀπό τοῦ θέματος τῶν Θρᾳκησίων. Ἀπὸ τῶν Ἀρμενίων τὴν αὐτοῦ θέματος, τῶν Θρᾳκησίων τῶν φυλασσόντων τὴν παραλίαν τοῦ Θρᾳκήση ἄνδρες χ'. Διὰ δὲ τὴν ὀλιγότητα τῶν καματέρων καραβίων οὐ συνεχωρήθησαν περάσαι εἰ μὴ ἄνδρες ν', Ὁ στρατηγὸς τοῦ Χαρπεζικίου μετὰ παντὸς τοῦ θέματος αὐτοῦ, ἤγουν μετὰ τουρμαρχῶν προκριτωτέρων καὶ τοῦ κόμητος τῆς κόρτης, τοῦ δομεστίκου τοῦ θέματος, ἀνδρῶν κε', καὶ μικρῶν τουρμαρχῶν, ἀνδρῶν μζ', καὶ δρουγγαρίων, ἀνδρῶν σε', καὶ στρατιωτῶν, ἀν-
C δρῶν υκη', ὁμοῦ ἄνδρες ψε'.

De roga totius illius classis, tam pedilum [seu classiariorum] quam equitum,

Pro quatuor tagmatibus regiæ classis, connumeratis tam rectoribus, quam gregariis, item regiis mandatoribus et medicis et captivorum tam rectoribus, quam gregariis, Tulmatzis et Russis puta, nec non illis, quos ecclesiæ contribuerant, item machinarum bellicarum operis, expensa fuit roga in parato grandi ære hæc : litræ scilicet 1691 cum numismatibus 53, et in miliaresibus seu minuto ære litræ 73, numismata 62, milliaresia 4. Quæ ambæ summæ, tam, litteram aurearum, quam miliarensium argenteorum, simul sumptæ faciunt
D centenaria 17, l. 62, n. 42 et miliaresia 4. Roga Dyrrhachium missa pro septem chelandiis ibi agentibus et captivis Tulmatzis numero 793 fuit in litris auri **386** et milliaresiis litrarum centum et sedecim et numismatum 17. Pro themate Ægæi maris, rectoribus ejus puta et militibus, missa fuit roga litr. 69, num. 24. Quantum rogæ acceperint tria themata marina, deligentius exquirendum ab archontibus quatuor tagmatum. Thematis Sami tam

Διὰ τῆς ῥόγας των προειρημένων πάντων πλοίμων, πεζῶν καὶ καβαλλαρίων.

Διὰ τῶν τεσσάρων θεμάτων τοῦ βασιλικοῦ πλοίμου, διὰ τῶν ἀρχόντων καὶ στρατιωτῶν σὺν βασιλικῶν μανδατόρων καὶ ἰατρῶν καὶ τῶν αἰχμαλώτων ἀρχόντων καὶ στρατιωτῶν, Τουλματζίων καὶ τῶν Ῥως καὶ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν μαγγαναρίων, ῥόγα χάραγμα λίτραι. αχλα' ν.νγ'. Καὶ διὰ μιλιαρησίων λίτραι ογ,, ν.νβ', ζδ', γινόμενα χρυσοῦ λίτραι, μιλιαρήσια, κεντηνάρια ιζ', λίτραι ξε', ν.μβ', ζδ'. Ἡ ἀποσταλεῖσα ῥόγα εἰς τὸ Δυῤῥάχιον λόγῳ τῶν ζ' χελανδίων τῶν ὄντων ἐκεῖσε καὶ αἰχμαλώτων Τουλματζίων ὑπὲρ ἀνδρῶν ψιγ' χρυσοῦ λίτραι μιλ. λίτραι ρις', ν,ιζ'. Διὰ τοῦ θέματος τοῦ Αἰγαίου πελάγους, διά τε τῶν θεματικων ἀρχόντων παὶ τοῦ στρατηγοῦ ῥόγα χρυσοῦ λίτραι ξθ', ν,κδ'. Ζήτει εἰς τοὺς ἄρχοντας τοῦ τετραδίου λεπτομερέστερον τὴν ῥόγὰν τῶν γ πλοϊμοθεμάτων. Διὰ τοῦ θέματος τῆς Σάμου, διά τε τῶν θεματικῶν ἀρχόντων τοῦ στρατοῦ ῥόγα χρυσοῦ λίτραι ρλδ', ν.κ'. Διὰ τοῦ θέματος τῶν Κιβυῤῥαιωτῶν, διὰ τῶν θεματικῶν ἀρχόντων καὶ τοῦ στρατοῦ σὺν Μαρδαϊτῶν τοῦ αὐτοῦ θέματος

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(84) F. post hanc vocem excidit aut saltim tacite supplendum est περί, aut excidit τὸν ἀριθμὸν, *sciscitandum apud præfectos accuratius, quot numero milites cum classe iverint.*

ρόγα χρυσοῦ λίτραι ροζ', ν.δ'. Διὰ τοῦ προγρέου τῶν Μαρδαϊτῶν τῶν τῆς δύσεως θεμάτων ὑπὲρ ἀνδρῶν ν.γ ἀνὰ δ' χρυσοῦ λίτραι ρξς', ν.μη'. Ἐξ αὐτῶν ἐδόθη τῷ πατρικίῳ Κρινίτῳ παρὰ τοῦ πατρικίου Μιχαὴλ τοῦ Οὐρανοῦ (85) λίτραι λς'. Καὶ τὰ δοθέντα ἀπὸ τοῦ κοιτῶνος εἰς ἀναπλήρωσιν τοῦ ποσοῦ τῶν ρξς' λιτρῶν καὶ μς' λίτραι ρλ', ν.μη', καὶ ὁμοῦ τὸ πᾶν λίτραι ρξς', ν.μη'. Καὶ ὀφείλουσιν λαμβάνειν οἱ αὐτοὶ Μαρδαΐται καθ' ἕκάστον μῆνα αἱ τρεῖς χιλιάδες ἀνὰ νομίσματος α', γινόμενα διὰ τῶν δ' μηνῶν ἕτεραι λίτραι ρξς', ν.μη'. Διὰ τῶν δ' ταγμάτων Θρᾴκης διά τε ῥόγας φιλοτιμίας (86) τοῦ φοσσάτου ἀντὶ τῶν ἱματίων χρυσοῦ λίτραι ροα', ν.κθ', σκαραμάγγια θ'. Διὰ τῶν δ' ταγμάτων Μακεδονίας διά τε ῥόγας φιλοτιμίας τοῦ φοσσάτου ἀντὶ τῶν ἱματίων χρυσοῦ λίτραι ρλ', ν.ξη', σκαραμάγγια κ'. Διὰ τῶν περατικῶν δύο ταγμάτων τοῦ τε ἐξκουβίτου καὶ τῶν ἱκανάτων, διά τε ῥόγας φιλοτιμίας τοῦ φοσσάτου ἀντὶ ἱματίων χ' κεντηνάρια δ', λίτραι π', σκαραμάγγια ριβ'. Διὰ τοῦ θέματος τοῦ Χαρπεζικίου τουρμάρχαι προκριτώτεροι κβ', ὁ μεράρχης τοῦ θέματος, ὁ κόμης τῆς κόρτης, ὁ δομέστικος τοῦ θέματος ἀνὰ ε', τουρμάρχαι ἐλαττότεροι μζ' ἀνὰ δ', δρουγγάριοι σε' ἀνὰ γ', στρατιῶται υκη' ἀνὰ β'. Ῥόγα χρυσοῦ λίτραι κδ', ν.νς'. Διὰ τῶν Σθλαβησιάνων τῶν καθημένων εἰς τὸ ὀψίκιον, ἄνδρες ρκζ', κεφαλαὶ τρεῖς ἀνὰ ε', καὶ οἱ λοιποὶ ρκδ' ἀνὰ γ', ῥόγα λίτραι ε', κζ', Ἰστέον, ὅτι, διὰ τὸ μὴ ῥογευθῆναι τὸ θέμα τῶν Θρᾳκησίων, ἀλλὰ ἀρόγευτον περάσει ἐν Κρήτῃ, διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐνταῦθα ἐτέθη.

A rectoribus quam militibus missæ sunt in rogam auri littræ 134 et num. 20. Rectoribus militibusque thematis Cibyrrhæotarum, unaque Mardaitis ejusdem thematis missæ fuerunt in rogam auri litræ 177 et num. 4. In ære ante debitum tempus dato Mardaitis thematum occidentalium viris numero ter mille, singulis capitibus in quaterna numismata censis, solutæ sunt litræ 166 et num. 48. Hujus summæ litras 36 accepit patricius Crinitus a patricio Michael Urano. E cœtone ad integrandam modo dictam summam litrarum centum sexaginta sex et num. 46 datæ sunt litræ 130 et num. 48. Totum ergo facit litras 166, num. 48. Debent porro iidem Mardaitæ in mensem accipere viritim numismata singula. Hæc numismata in trimestre et B tria hominum millia computata efficiunt adhuc aliam summam 166 litrar. et 48 numism. Quatuor tagmatibus Thraciæ datæ fuerunt tam in roga debita, quam in munere pecuniario gratuito nomine vestium in expeditionem comparandarum, auri litræ 171 et numism. 29 et [pro præcipuis rectoribus] scaramangia novem. Pari modo tam in roga, quam in munere pro vestibus militaribus datæ sunt quatuor tagmatibus Macedoniæ auri litræ 130, num. 68, et scaramangia 20, iisdem titulis acceperunt duo tagmata peraticorum, nempe excubitores et hicanati, auri centenaria quatuor, litras 80 et scaramangia 112. In themate Charpezicii acceperunt turmarchæ honestiores numero 24 e merarcha thematis et comes cortis et domesticus thematis viritim quina numismata. Turmarcharum minorum numero 47 singuli quaterna numismata, drungariorum 205 quisque terna milites 428, viritim bina. Fuit ergo eorum roga in universum litrarum auri 24 et num. 59. Sthlabesianorum excubantium in themate obsicii, numero 126, capitanei tres acceperunt numismata quina, reliqui 124, terna, summa litr. 5. num. 27. Thematis Thracensium nulla hic fit ratio, quia absque roga trajiciebant in Cretam.

Ἔστιν ἡ ἐξόπλισις δρόμονος α'.

Κλιβάνια ο', λωρίκια ψιλὰ λόγῳ τῶν πρωτοκαράβων (87) καὶ σιφωναρίων καὶ πρωρέων ιβ', ἕτερα

C *De armatura unius dromonis.*

Dromoni uni armis instruendo rebusque necessariis hæc requisita et præsta fuerunt: clibania 70;

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(85) Celebris hæc gens Uranorum vel Uraniorum etiam in historia Turcica, vulgo Eurenosorum a Turcis dicta; vid. Leunclav. Pandect. Hist. Turc. cap. 27.

(86) Ante hanc vocem inserendum, saltim tacite, καί, quod codici deest, et sic quoque paulo post aliquoties. Potest pro βραχυλογίᾳ plebeia haberi. Præterea notandum duco, in his computis, ubi ante numerum aliquem stant duo hæc commata apposita sibi, aut duo puncta superposita, id signum esse numismatum, aut solidorum aureorum, ubi vero conspicitur hoc signum ∾ sequentem numerum esse miliaresiorum.

(86) Videntur præfecti carabiorum esse. Siphonarii sunt, qui Græcum dictum ignem e siphonibus ejaculantur; v. Theophan. p. 332 et 423. Constant. Porphyrog. de administr. imperio p. 64. *[Callinicus repertor ignis Græci. Zonar. II. 90; de igni Græco et ritibus, quibus fuit expeditus, v. Fulcher. Carnotens. in gestis peregrinor. Francorum p. 407; Conf. Du Cange ad Joinvill. p. 71. Vossius in Obser. var c. 9; classis imperatoria siphonibus instructa πυρφόρος στόλος p. 40. Luitprand.]* Prætereundus mihi non est egregrius locus Annæ Comnenæ in Alexiade p. 335 ubi ait, D Alexium patrem suum confecisse naves et in earum unaquaque prora protomas bestiarum terrestrium cum apertis rictibus: Ἐν ἑκάστῃ πρώρᾳ τῶν πλοίων διὰ χαλκῶν καὶ σιδηρῶν λεόντων καὶ ἀλλοίων χερσαίων ζώων κεφαλὰς μετὰ στομάτων ἀνεῳγμένων κατασκευάσας, χρυσῷ τε περιστείλας, ὡς καὶ ἐκ μόνης θέας φοβερὰ φαίνεσθαι, τὸ διὰ τῶν τῶν στρεπτῶν κατὰ τῶν πολεμίων μέλλον ἀφίεσθαι πῦρ διὰ τῶν στομάτων αὐτῶν παρεσκεύασε διιέναι, *curavit, ut* τὰ στρεπτὰ *tortilia per ora istorum animalium contra hostes emitterent*, ὥστε δοκεῖν τοὺς λέοντας καὶ τἄλλα τῶν τοιούτων ζώων τοῦτο ἐξερεύγεσθαι *adeo ut leones cæteraque talia animalia ipsa viderentur ignem eructare.* Quid hic loci sunt *tortilia*, τὰ στρεπτὰ? Puto esse siphones versatiles, tortiles in quam quisque partem velit. Ad his siphonibus exemplum desumptum videtur inventoribus nostratibus musquetarum et canonum, qui revera sunt siphones ignivomi. Dum locum hunc tracto, venit in memoriam alter Diodori Siculi, quem intelligere ante hunc Annæ locum non potui. Est Bibliothecæ Histor. l. XIII, l. 99. p. 622. Narrat Callicratiden, Spartanæ classis præfectum, navem suam in navem Atticam, qua Pericles junior vehebatur, impegisse tanta violentia, ut expediri naves rursus non potuerint:

loricæ tenues 12 pro protocarabis [seu capitaneis navalibus] et siphonariis [seu Græci ignis jaculatoribus] et in prorastantibus militibus. Aliæ communes loricæ 10 ; cassides 80, cassides **387** cum tegumentis vultuum ex una massa factæ 10 , laminarum manus et manuum carpos munientium paria 8 ; spathæ centum : scuta [e coriis duplicatis] consuta septuaginta ; scuta Lydia 30 ; conti cum terebris 80 : hastæ cum falcibus 20 ; venabula centum : jacula totidem ; arcus Romani cum nervis duplicibus 50 ; lintres cum arcubalistris manualibus et funibus valide restionum arte tortis 30 ; sagittarum millia decem ; muschettæ 200 ; tribolorum millia decem ; unci cum catenis 4 ; tegumenta loricarum 50 ; camelaucia 50. Dromo debet tenere viros 300, quorum 70 sint milites, soli militiæ vacantes, ex equestribus legionibus et alienigenis desumpti, reliqui 230 sint remiges, qui, si velint aut apti sint, conferre in pugnis quoque operam poterunt. Sex pamphyli habebunt scuta coriacea, quot ut parari curet sanctus imperator, Deus ipsi in cor dabit. Eorum unusquisque pamphylus habe-

A λωρίκια κοινὰ ι', κασίδια π', αὐτοπρόσωπα (88) ι', χειρόψελλα ζυγαὶ η', σπαθία ρ', σκουτάρια ῥαπτὰ ο', σκουτάρια Λυδιάτικα λ', κοντάρια (89) μετὰ τριβελλίων π', λογχοδρέπανα κ', μεναύλια ρ', ῥικτάρια ρ', τοξαρέας Ῥωμαίας σὺν κόρδων διπλῶν ν'. Ναύκλᾶς μετὰ χειροτοξοβολιστρῶν καὶ κόρδων μεταξωτῶν (90) κ', σαγίτας χιλιάδας ι', μῦας (91) σ', τριβόλια χιλιάδας ι', ἀγρίφους (92) μετὰ ἀλυσιδίων δ'. ἐπιλώρικα ν', καμελαύκια ν', ὁ δρόμων ὀφείλει ἔχειν ἄνδρας τ', οἱ μὲν σλ', πλόϊμοι κωπηλάται ἤτοι καὶ πολεμισταὶ, καὶ οἱ ἕτεροι ο', ἄνδρες πολεμισταὶ ἀπὸ τῶν καβαλλαρικῶν θεμάτων καὶ ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν. Διὰ τῶν ἓξ παμφύλων δόρκας ὅσας ὁδηγήσει ὁ Θεὸς τὸν βασιλέα τὸν ἅγιον· Κλιβάνια ἀνὰ ξ', κασίδια ἀνὰ ξ', λωρίκια ἀνὰ ι'. Διὰ τῶν οὐσιακῶν χελανδίων

B κλιβάνια ἀνὰ ι', κασίδια ἀνὰ ι', λωρίκια ψιλὰ β', καὶ κοινὰ η'. Διὰ τῆς ἐξοπλίσεως ναυτρομαχίας ξυλόπυργος, χελῶναι, τοξοβολίστραι μεγάλαι μετὰ τροχιλίων καὶ κόρδων μεταξωτῶν, τετραρέαι, λαββαρέαι (93), μαγγανικὰ, καὶ ἡ τούτων ἐξόπλισις. Εἰς μὲν τὰς χελώνας κριοὶ, εἰς δὲ τὰ διάφορα μαγγανικὰ κριοκελοπάγουροι (94), ψελλία καὶ δακτυλοι,

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

Τὸ τελευταῖον δοὺς (Gallicratides) ἔμβολον τῇ τοῦ Περικλέους τριήρει βαιότερον, τῆς μὲν τριήρους ἐπὶ πολὺν ἀνέῤῥηξε τόπον, τοῦ δὲ στόματος ἐναρμοσθέντος εἰς τὴν ἀκίδα καὶ μὴ δυναμένων αὐτῶν ἀνακρούσασθαι etc. Non satis clare Latina interpretatio hæc reddit hoc modo concepta : *frons adversæ navis mucroni tam firmiter infixerat, ut* etc: τὸ στόμα navis Atticæ, cui infixa hærebat ἡ ἀκίς, cuppis ænea navis Spartanæ, erat rictus majoris cujusdam bestiæ hians, in quem intrusus magna vi mucro navis Spartanæ obhærebat.

(88) Videntur mihi vultus galearum esse, seu laminæ, quibus vultus muniuntur, circa os, nares et oculos pertusæ, cætera solidæ et ex uno frusto ferri aut chalybis, non compositæ. Sunt enim galeæ quædam compositæ, quarum genæ et mandibula et tota pars, quæ nares et oculos tegit, revolvi in frontem aut infra mentum deprimi potest. Anna Comnena p. 13, θωρακίδιον τῆς κόρυθος κύκλῳ ἐξηρτημένον appellat, Latini medii ævi *nasale*, item *visiere*, vid. Du Cange ad illum locum. Has mobiles et rotatiles galeas hic non intelligit, sed immobiles. Scuta ῥαπτὰ puto esse e coriis bubulis consuta. Unde autem Lydiatica, num a Lydia, an a Lydda Palæstinæ, et cujus formæ aut compositionis ea fuerint, mihi non liquet. Χειροψέλλια forte non tantum carpos, sed etiam ipsas manus tegebant ; et videntur Latini chirothecarum hoc genus *manipulos* appellasse. *Assessores* (id est *insessores*) *dextrariorum habebant loricas ferreas, habebant et caligas, manipulos ferreos*, ait Chronicon Colmariense apud Du Cangium Gl. Lat. v. *Arma*.

(89) Conti cum terebris serviunt perforandis ex commoda distantia navibus hostium, Λογχοδρέπανα seu hastæ falcatæ, falcibus præferratæ ad laceranda vela et funes velorum faciunt. Μεναύλια corruptum est e Latino *venabula*. Ῥικτάρια est pariter corruptum e Latino *directaria*, id est, spicula, jacula, quæ versus scopum *directantur* id est, diriguntur, collineantur. Vel potest a ῥίπτειν repeti, et κ pro π positum censeri. Ῥίχνειν dicunt novi Græci pro ῥίπτειν. Veteres quoque persæpe κ et π permutabant, ut κόσα et πόσα, κοτέ et ποτέ.

(90) Hic et deinceps verti hæc dictionem per *funes per strias arte restionica torti*. Notat alias μεταξωτὸς *sericus*; vid. p. 273. Et sane non inaudita res est funis serico et cannabi intertextus, quo fortior fiat. Verum cum in nostris hisce locis ubique junctum habemus σπάρτιναι, malim potius altero modo vertere. Nam si voluisset auctor indicare funes partim serico partim cannabi tortos, dixisse : mea sententia μεταξοσπαρτίνας una voce. Ratio meæ interpretationis in hoc est. *Metaxa* usurpatur quoque pro stria, radio, tænia eo quod nostrates *Strœhl* appellant : *ein Strœhl Haare* e. c. Significant voce *Strœhl* plexum aliquem modicum, μαλλὸν, longum in recta linea procedentem ; vid. Du

C Cange v. *Metaxa*. Sic autem dicuntur χορδαί, funes, ut hi a restionibus stratim e multis minoribus funibus compositis torti ad instar columnæ canaliculatæ a chordis seu nervis, qui ex intestinis animalium toti teretes et rotundi atque æquabiles fiunt, distinguerentur. Potest quoque χορδὴ μεταξωτός, *funem e bombyce* vel *e byblo contortum* notare. Herodoto sæpius byblini funes memorantur. Et *metaxa* est omnis materies in longum duci, plecti contorqueri, ad modum lini, lanæ, bombycis, serici, apta. Chronicon Cassinense III, 57 : *albas de metaxa* [id est πήνη, *filo*] *bombacii octo*.

(91) V. Du Cange Gloss. Gr. v. Μυΐα et Lat. v. *Muschetta*. Ita enim scribendum esse μυΐας, non μῦας, Rigaltius existimat, et interpretatur *sagittas parvas* quæ velut muscæ parvæ, muschettæ vel musquettæ pungant. Idem de nostro hoc loco censeo, et de p. 390.

D (92) Videtur vox Germanica esse *angriphus*, *angreiffer*; notat *uncos*. Inde Francicum *agraffe*, Conf. Murat. t. II. Ant. Ital. p. 483, ubi de *graphiis* agit seu uncinis ferreis, quibuscum per muros demissis appropinquantes hostes sursum attrahebant : quales unci etiam hic loci videntur designari. Posset tamen, si quis velit, ἀγρίφους etiam a Græco γρυπός, *curvus*, arcessere.

(93) Sunt tigna, cantherii, ad figuram litteræ Græcæ Λ commissi ; vid. Du Cange Gl. gr. v. Λαμοδαρέα.

(94) Videntur mihi forcipes fuisse, quorum ambo rostra vel mandibulæ perfectos duo semicirculos, et commissæ unum integrum circulum, κρίκελλον referrent, sed qui reduci et aperiri posset ad apprehendendum aliquid. Ψελλία et δακτύλους (forte δακτυλίου) *torques* et *annulos* non puto

σφενδόναι σιδηραῖ πετζέϊναι, πέταλα πορτῶν λόγῳ ἐνδύσεως τῶν διαφόρων τροχιλίων, σείστας (95), τζόκους, ἀξινορύγια, βαρέας, βυρσάρια, κέντουκλα, σκαφίδια, καλδάρια, καποῦλια (96), πτυάρια, σχοινία διάφορα, καρφία, ἁρμελαύσια (97). Διὰ τῆς ἐξοπλίσεως τῶν μαγγανικῶν ἐξόπλισις τετραρέων δ', λαβδαδέων δ', εἰλακτιῶν (98) δ', ἤγουν χρικέλλους ἀνὰ δύο, παγούρους α', σφενδόνας σιδηρᾶς ιβ', πέταλα πορτῶν εἰς τὰ τροχίλια σ', σείστας ρ', ἀξινορύγια σ', πελέκια ρ', τζικούρια τ', χριοὺς εἰς τὰς χελώνας ι', βαρέας μεγάλας κ', βαρέας μικρὰς λ'.

A bit clibanos 60, galeas 60 et loricas denas. Usiaca chelandia habebant quæque clibanos denos, galeas denas, loricas tenues binas et vulgares octonas. Apparatus expugnandis castris idoneus hic aderat: Turris lignea, testudines, arcubalistræ grandes cum trochleis et funibus per strias tortis, petrariæ, cantherii, machinæ cum suo apparatu. Testudines habebant arietes suos, reliquæ varii generis machinæ circellos cum appositis utrinque forficibus, circulos et annulos. Fundæ ferreæ et coriaceæ; bracteæ, quales portis indui solent incrustandis variis trochleis; malleos; stipites; ligones terræ revellendæ; barilia seu cados; coria; centones; scaphas; caldaria seu ahena aquæ calefaciendæ labra [qualia sunt balnearia, in quibus homines linteave lavantur]; bottas egerendis sordibus lutove, funes varios, clavos, armelausia seu saga thoraci superindui solita. Ad machinas, petrarias puta 4 et

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

forma, sed tantum magnitudine discrepuisse, illa majora, hos minores fuisse, ambo circulos ferreos ad apprehendendum aliquid aut ad alligandos funes. Post σιδηραῖ aut inserendum est καί, aut saltim comma interponendum.

B

(95) Dubitavi, quo modo vocem hanc redderem. Poteram *catenas* interpretari, et sic feci p. 390. Nam supra ad p. 336 demonstravi, σειρά et σειστόν omne *pendulum*, *laxum*, *oscillans* esse. Malui tamen *malleos* vertere, ἀπὸ τοῦ σείειν, ab incutiendo.

(96) Venit a Latino *capulus*, quod *arcam* esse *mortuis efferendis*, nemo ignorat. Proprie tamen *capulus* est omnia arca cujuscunque usus, facta ad instar κάπης, *præsepis*, φάτνης, unde jumenta pabulum capiunt. Κάπη est id quod κάπτεται, pabulum, et vas ligneum, saxeumve, unde κάπτεται *die Krippe*. Inde κάπαλος et *capulus* arca præsepi similis, et tandem καπούλιον novis græcis est *capulus*, arca ahenea vel lignea, labrum, in quo lavatur, *eine Waschwanne*. Clare hoc patet ex loco Pseudo-Dioscoridis, quem Du Cange, v. Καπούλιον citat: Καὶ ταῦτα ἔμβαλον εἰς καπούλιον καὶ ἐπιθύσας ἐπιθύειν, [ἐπιθύειν est idem quod ἐπισπένδειν, ἐπιχεῖν, *superfundere*] ὄξους κάθησον ἐν τῷ καπουλίῳ τοὺς κάμνοντας κοιλιακούς, *inditis his in labrum, et superfuso tantillo aceti jube ex ventre laborantes in labro desidere*. Liber ille, unde hæc rhesis deprompta, procul dubio ex Arabico Græce versus est; si haberemus Arabica, dubium non est, quin pro καπούλιον ibi vocem *Apxan* reperiremus.

C

(87) Armilausium est sagi genus infra pubem statim desinens et manicis carens, quarum loco hiatus vel fenestras habebat amplas exserendis brachiis. Non differebat a Romano sago nisi in eo, quod manicas prorsus haberet nullas, cum Romanum perbreves haberet et non ad articulum humericum cubito pertinentes. Videtur vestis e Germania in Italiam et deinceps in Græciam venisse. Nomen certe Germanicum est. *Armelausia* idem est atque *Armelos*, quod caret armalibus seu manicis, vel potius brachialibus. Aut falsus et nugatus fuit Isidorus I. XIX, c. 22, aut non idem vestimentum omni tempore eo nomine venit. Describit, ille sic: *armelausa vulgo sic vocata, quod ante et retro divisa atque aperta est, in armis tantum clausa, quasi armiclausa littera C ablata.* Idem repetit Uguitio, addens *armelausam et Sclavinam eamdem vestem esse*. Quod si recte perbibet, idemque est *Sclavina* atque vestimentum, quod in Saxonia vocabulo inde derivato *Schalaune* appellamus, toto cœlo differunt armelausia Isidori et armelausia Sclavina. Illa enim Isidori Græcorum est ἐπωμίς, Latinorum scapulare, cujus elegantem habet imaginem Paulus Rhamnusius in descriptione belli Venetorum cum CPtanis, tabula tertia, repetitam a Du Cangio dissert. de nummis tab. VI et aliam Horatius Blancus in notis ad Paullum Warnefridum in imagine coronationis regis Longobardici, et item aliam Bandurius Ant-Imp. Or. t. II, p. 632 tab. 3, ubi Helenæ imperatrici crucem invenienti adstant ostiarii duo eunuchi gerentes epomidas seu armilausas, *in armis clausas*, ut ait Isodorus, id est in regione brachiorum solidas epomidas. Est revera scapulare hoc *armilausia*, id est, vestis brachialibus carens. Verum solet potius *scapulare*, quam armilausia vocari. Illud autem vestimentum, quod vulgo eo nomine veniebat olim, fuit quale descripsimus sagum pro manicis amplas fenestras habens, per quas brachia exsererentur. Militaris hæc armilausia erat. Militum enim gestamen fuisse armilausiam, constat ex illis auctorum locis, quos Du Cange Gl. Lat. h. v. allegavit. Alterum illud superius armilausiæ genus pompaticum magis erat, certe militi arma tractanti inutile. Sane non poterat armis, hoc est thoraci, superindui, quod tamen de armilausa Mauricius affirmat. Fuit igitur altera hæc militaris armilausia diversa ab illa superiore pompatica et prorsus eadem cum Sclavina. Schalaunam appellamus pallium talare non amplum, a pectore apertum aut globulis consertile, loco manicarum ampla foramina habens exserendis brachiis. A *schalonna* hac non differebat veterum Sclavina, nisi sola longitudine. Desinebat enim intra pubem et genua. Imaginem ejus videre est in notis Angeli de Nuce ad Chronicon Cassinense t. IV, Script. Rer. Italic. p. 217. Vestis, quam sancti duo viri ibi ære expressi gerere conspiciuntur, Sclavina est, et exacte refert westam seu camisolium vel tunicam nostratium rusticorum demptis brachialibus, quorum loco fenestræ patent. In pectore scissa non est, sed tablio prætexta, margaritis per utramque oram continuis ornato. Circa femora habent illæ duæ sclavinæ scissuras, quæ a fenestris humeralibus haud multum absunt.

D

(98) Non invenio hanc vocem alibi notatam. Quid crediderim esse, e Latinis patet. Putavi nempe aut male sic scriptum a librario, aut a novis Græcis ita corrupte pronuntiatum ævo medio fuisse pro ἠλακατιῶν. Est ἠλακάτη malus, truncus, scapus procerus omnis. Sententia perobscuri hujus loci, quantum ego equidem pervideo, hæc est. Ad singulas quatuor petrariarum pertinere dicuntur bini circuli ferrei, vel torques etc., eadem totidemque ad singulas quatuor Labdarearum, et eamdem totidemque denique ad singulas quatuor ἠλακατιῶν.

labdareas [seu arietes e duobus tignis ad angulum acutum instar Græci A commissis suspensos] 4 et fusos [seu malos erectos proceros, e quibus corbes cum armatis viris super muros expugnandos ope cilonii demittebantur] pertinebant hæc instrumenta : circelli bini, cancri singuli, fundæ ferreæ denæ binæ, bracteæ portales pro trochleis 200, mallei 100, ligones rostrati revellendæ terræ, bipennes 100, secures 300, arietes pro testitudinibus deni, barilia seu dolia grandia 20, minora 30.

Secretum idici seu rationale rei privatæ ad instruendos 20 dromones præstat hæc.

Διὰ τῶν ὀφειλόντων φροντισθῆναι ἀπὸ τοῦ σεκρέτου τοῦ εἰδικοῦ εἰς ἐξόπλισιν τῶν κ' δρομονίων.

Plumbi tabulatis navium bracteandis in singulos dromones chartas seu laminas quinas ; id est, in universum laminas, centum, quæ pendent litras ter mille. **388** Pro iisdem tabulatis coria vicena ; bracteas portales magnas tercentum ; tribulorum seu muricum ferreorum millia quingentena, bipennes ducentæ, secures quingentæ, centones supernumerarii ducentum, vela minora supernumeraria 100, æris non facti litræ 200, stanni litræ 200, plumbi in massis litræ 200, ceræ litræ 100, scaphæ 200, ahena caldaria 200, labrorum millia 2, bottæ mille, funes crassi per strias sparto torti quinque et alii totidem pro parvis arcubalistis, coria pro chelandiis centum, cadi centum, tegumenta e ciliciis facta in B dromones singulos dena, adeoque in universum ducenta, fundæ coriaceæ 24. Impensas in vela et diptheras debet idicum præstare.

Μολίβιον λόγῳ τῶν καλυμβομάτων (99) ἀνὰ χαρτῶν ε', ὁμοῦ χάρται ρ', στι' (1) λίτραι γ', βυρσάρια λόγῳ τῶν αὐτῶν καλυβομάτων κ', πέταλα μεγάλα πορτῶν τ', τριβόλια (2) χιλιάδες ρ', πελέκια σ', τζικούρια φ', κέντουκλα κατὰ περίσσειαν (3) σ', ἁρμενόπουλα (4) κατὰ περίσσειαν ρ', χάλκωμα ἀργὸν (5) λίτραι σ', κασσίτερον λίτραι σ', μολίβιον ἀργὸν λίτραι σ' κηρίον λίτραι ρ', σκαφίδια σ', καλδάρια σ', καπουλια χιλιάδας β', πτυάρια χιλιάδα α', κόρδας μεταξωτὰς παχέας σπάρτινας ε', καὶ εἰς τὰς μικρὰς τοξοβολίστρας σπαρτίνας ε'. Βυρσάρια λόγῳ τῶν χελανδίων ρ', κάδους ρ', ἀτέγια (6) κιλικέϊνα κατὰ δρομόνιον ι', ὁμοῦ σ', σφενδόναι πετζέϊναι κδ'. Ἰστέον, ὅτι ἡ ἔξοδος τῶν ἁρμένων καὶ τῶν διφθερίων ὀφείλει ἐξέρχεσθαι ἀπὸ τὸ εἰδικόν.

Secretum imperialis vestiarii debet in armaturam viginti dromoniarum hæc procurare.

Διὰ τῶν ὀφειλόντων φροντισθῆναι ἀπὸ τοῦ σεκρέτου βασιλικοῦ βεστιαρίου εἰς ἐξόπλισιν τῶν κ' δρομονίων.

Siphones in singulos dromones ternos, adeoque in universum 60 et supernumerarios aliquot ; nodosa jacula bucculis præferrata 40, vela 20, diphtheras 60, parvas bipennes 20, castellamenta vel

Σιφώνια ἀνὰ γ', ὁμοῦ ξ', καὶ κατὰ περισσείαν γονάτια (7) ἀκόντια μετὰ βουκολίων (8) μ', ἅρμενα κ', διφθέρια ξ', παραπελέκια (9) κ', καστελόματα (10) κατὰ τύπον, μανικέλια (11) ἀνὰ ν', ὁμοῦ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(99) Est pro καλυβωμάτων, ut paulo post scribitur. Est autem καλβωμα materia omnis *καλύπτουσα*, *tegens*, σκέπουσα, οἷον καλύβην παρέχουσα, item res quæ καλυπτεται, tegitur. Forte sunt hic loci καλυβώματα camaratæ illæ ædiculæ vel diætæ, velut καλύβαι, in navium tabulatis, in quibus nauclerus et capitaneus navis et honestissimus quisque vectorum agunt, aut sunt ipsa tabulata, quæ solent nonnihil arcuata fieri, ad καλύβης, tugurii instar.

(1) Quid hæc figura sibi velit, certo non dixerim. E conjectura est, quod in Latinis posui ; videbatur nempe compendium hoc scripturæ στίνvουσι aut στίννουσαι significare. Sic novi Græci pronuntiant pro ἱστῶσι, *pendent*, aut ἱστῶσαι, *pendentes*.

(2) Non puto differre a τοῖς τριβόλοις veterum Græcorum, ferramentis triangularibus cum trinis aculeis, quæ adversus incursus subitaneos equitatus hostilis in terra disseminabantur. Conf. p. 381. D Non tamen video, quis illis usus in navali apparatu fuerit.

(3) Quæ ultra præscriptum, prædeterminatum numerum ascendunt.

(4) Reddidi *vela minora* quia terminatio πουλον diminutiva est. Ita Glossæ Græcobarb. apud Du Cangium v. Σιδηρόπουλλον reddunt v. ἀκιδες per σιδήρια et σιδηρόπουλλα. Forte tamen idem est atque ἅρμενα, *vela*. In membranis erat ἀρμενο π supra o imposito. Non dubito, me defectum recte explevisse.

(5) Medio ævo talia metalla, quæ adhuc in certa opera et instrumenta impensa et elaborata non essent, sed jacerent adhuc cruda in grandibus massis, *non facta* appellabant ; v. Du Cange v. *Medalia*, p. 549.

(6) *Tuguria*, *tentoria*, qualia sunt militum rudiuscula, a papilionibus diversa ; v. Du Cange v. Ἀτέγια et *Attegiæ*.

(7) Sic (aut potius γονατία) puto scripsisse librarium pro γονατεῖα, quod reddidi *nodosa*. Scilicet nodi in arundine certis intervallis distincti γόνατα Græcis audiunt. Sunt igitur, ni fallor, ἀκόντια γονατεῖα jacula nodis geniculata, scapo non per omnia æquabili et lævi.

(8) De *bucculis*, parte scuti, alias ὀμφαλοῖς, *umbonibus*, dictis, v. Du Cange Gloss. Lat. h. v ; κόγχους appellat Polybius, et κύμβαλα vetus Glossator ; πέλται, μικρὰ ὅπλα (scuta) ἔχοντα κύμβαλα προσπεπηγότα, uterque a figura. Chrysostomus ὀφθαλμούς, etiam a rotunda et eminenti figura ; ἀσπίδες, ait, χρυσοῦς ἔχουσαι ὀφθαλμούς. *Bucculas* autem appellabant Latini et Græci sequioris ætatis, non a *bucca*, Latina voce, sed a voce Germanica *buckel*, quæ *gibber*, *tuter* notat.

(9) Particula παρά aut minuit hic loci (ut interdum facit) aut potius abundat, quandoquidem πελέκιον per se deminutivum est. Ita abundat παρὰ e. c. in παραβοῦνι, *collis*, aut minuit et significat *colliculus*. Παραναγνωστικὸν est idem atque ἀναγνωστικόν, *commonitorium*. Παρακάτω id est atque simplex κάτω, *infra*, nisi malis reddere *aliquanto inferius*. Idem de παραξιφὶς, παραμάχαιρα et talibus statuendum.

(10) Καστέλλωμα, *castellamentum*, idem est quod veterum δρύφακτα, navium τοίχοις superstructi et prætensi cancelli lignei, et quibus milites arma sua suspendebant : v. Du Cange Gr. Gl. h. v.

(11 Alias idem sunt atque superius τὰ χειροφύλλια, *munimenta manuum et carporum*. Sed hic loci sunt τὰ ταῖς κώπαις περιτιθέμενα σκύτη ἢ ῥάκη ὁμοια μανικίῳ.

α' σὺν τῶν γονατίων (12) αὐτῶν· κωπία ἀνὰ ρκ', A
ὁμοῦ βυ' χαλκίσια κ' μετὰ καὶ τὰ λοιπὰ μάγγανα,
ψελλία κ'. Μαξιλάρια μ', περόνια κ', καταπρόσωπα
σὺν τῶν κατακοράκων αὐτῶν, σίδηρα βολιστικὰ ρκ',
σιδηροβόλια ρκ', ἀναγοκατάγοντα σὺν τῶν ἱμανταρίων
αὐτῶν κ', περιπετόμενα ἀνὰ κδ', ὁμοῦ υπ'· φιλου-
ρέαι ἀνὰ ιβ', ὁμοῦ σμ', σείστας σ', τζόκους υ',
ἀξινορύγια υ', περόνας κατὰ περισσείαν σ', καρ-
φίον ἀρπάγιον χιλιάδας γ' γυλαρικὸν (13) καρφίον γ',
τετραδακτυλιαῖον καρφίον ς', καὶ τῆς παρηλώσεως
χιλιάδες ιβ', σίδηρον ἀργὸν λίτραι γ', κατζία π'.

cancellos secundum notam dudum et præscriptam formam, maniculas sive ansas remorum coriaceas sigillatim quinquagenas, adeoque in universum mille, cum genualibus ad eas pertinentibus, remos sigillatim centenos vicenos, in universum 2400; chalcisia 20 et reliquas machinas, circulos 20, cervicalia 40, fibulas 20 vultibus aptandas cum pertinentibus illuc fibulis ad humeros aptandis, balistæ ferreæ 120, spicula 120, cilonia cum suis loris 20, circumvolitantia sigillatim vicena quaterna, in universum 480, philyreas [seu funes ex interiore tiliæ cortice tortos] sigillatim denos binos, in universum 240; malleos 200, funes 400, ligones 400, fibulas supernumerarias 290, clavorum aduncorum millia tria, clavorum gulatorum seu gyro vel foramine funibus trajiciendis instructorum millia 3, millia 6 clavorum quaternos digitos longorum, et clavorum vulgarium ad affigendum aptorum millia 12, ferri in massis litras 3000, capsas 80.

Ὑπὲρ ἐξοπλίσεως τετραραίων δ', λαβδαρίων δ', μαγγανικῶν δ'.

Instrumenta 4 petrarium 4 lamdarearum et totidem machinarum.

Κρικέλλια λ', πάγουροι ιε', ψελλία λ', καὶ λόγῳ B
τῶν μεγάλων τοξοβολιστρῶν, κριοὶ εἰς τὰς χελώ-
νας ιε', δακτύλιοι ιε', βαρέας μεγάλας κ', καὶ μι-
κροτέρας λ', καὶ λόγῳ τῶν μεγάλων τοξοβολίστρων
σίδηρα κατὰ τύπον. Ἱίσσα λίτραι χιλιάδες ι', ὑγρο-
πίσσιον μαγαρικὰ (14) στρογγύλα τ', κεδρέα μα-
γαρικὰ ν', λινάριον λίτραι χιλιάδες η', κανάβιον
χιλιάδες β', σανδάλους κ', σφενδόναι σιδηραῖ ιβ',
σιδηροβολιστικὰ κατὰ περίσσειαν ν', σιδηροβόλα υ',
φιλουρέαι ρ', περιπετόμενα ρ', σπαρτίνας ρ', λε-
πτάρια (15) σ', τετράκουλα (16) εἰς τὰ σιφώνια ρ',
λινάριον εἰς τοὺς σφόγγους υ', σκαλοδέματα υ', οἱ
πεντήκοντα [56] πάμφυλοι σιφώνια κδ', τὰ μ' οὐσιακὰ
σιφώνια π', καρφίον στεγαδερὸν (17) χιλιάδες ς'.

Circelli 30, cancri 15, torques 30 pro tendendis magnis arcubalistis. Arietes testudinum 15, annuli 15, dolia grandia 20, minora 30 et pro magnis arcubalistis ferramenta secundum præscriptam formam, picis litræ decies mille; picis liquidæ seriæ fictiles rotundæ tercentum; cedriæ amphoræ fictiles quinquaginta; lini libræ 8000, cannabis libræ 2000, sandali 20, fundæ ferreæ 12, ferreæ ballistæ supernumerariæ 50, spicula 50, philyreæ 100, circumvolantia 100, spartei funes 100, funiculi tenuiores 200, tetracula ad siphones 100, lini ad spongias inde conficiendas libræ 400, scalas funibus plexas 400. Quinquaginta pamphyli habebant siphones 24, quadraginta usiaca habebant siphones 80, clavorum, qualibus usus est in coagmentandis navium tabulatis, millia 6.

Τὰ ἀπὸ τοῦ σεκρέτου τοῦ εἰδικοῦ ἐξοδιασθέντα ὑπὲρ τοῦ ταξειδίου τῆς Κρήτης.

389 *Secretum idici erogavit in expeditionem Cretensem hæc.*

Ἐπήρθη ἀπὸ τὸν ζυγὸν λόγῳ ἀγορᾶς διαφόρων εἰδῶν τοῦ ταξειδίου τῆς Κρήτης σὺν ἐξοπλίσει τῶν θ'. Ῥουσικῶν καραβίων καὶ τῶν β', μονερίων τῶν αἰχμαλώτων (18) σὺν τῶν ὁρισθέντων ἀπὸ κελεύσεως δοθῆναι τὰ κατὰ περίσσειαν διαφόρων εἰδῶν εἰς

A libra [id est, a tribunali, quod pendet statera redeuntes in fiscum imperialem nummos et expensas pariter appendet] susceptæ fuerunt auri litræ 24, quo emerentur variæ res expeditioni Cretensi uti-

VARIÆ LECTIONES.

[56] ὑπεντίκοντα cod. et ed. pro οἱ πεντήκοντα.

JOAN. JAC. REISKII. COMMENTARIUS.

(12) Videtur hæc vox segmenta coriacea significare, quibus nautæ genua muniebant adversus attritum et duritiem scamnorum, adversus quæ obnitendum ipsis est ad majorem vim impulso remo communicandam.

(13) Ex p. 390, ubi γυραρικὸν legitur, veni eam in opinionem, esse clavos cum gyro seu foramine in summo ad instar acus.

(14) *Magarica* et *Majorica* quoque dicta vasa sunt dolia, seriæ fictiles, urnæ, gastræ, sic dictæ a Megaris, ubi fictilia fiebant apud antiquos celebrata, vid. Hemsterhus. ad Aristoph. Plutum p. 274. *Mazer* quoque ea dicebant; quæ omnia scriptione quidem, at non sono diversa sunt; *g* et *i* et *z* veteres eodem modo ante vocales *e* et *i* et alias quoque pronuntiabant; v. Du Cange v. *Mazer*. ubi longam dissertationem de murrhinis veterum texit. Recenset ibi quoque inter appellationes horum vasorum *Mader*, quæ longe alius originis atque *Mazer* est, et cum hoc confundi non debet. Est enim Arabica vox quæ sonat, *gleba* vel *argilla*. Errant quoque, qui *Majorica vasa* ab insula Hispanica *Majorica* derivant, nominis similitudine inducti.

(15) Videntur esse funiculi tenuiores, quales nos *Bindfaden* dicimus, Franci *de la ficelle*. Conf. p. 388.

(16) Videtur esse pro τετράκωλα, quatuor pedibus fulta pegmata, super quibus quiescunt siphones igniarii. *Lafetten* nos dicimus, et Francico *l'affût*. Jam alibi demonstravi, sæpe ω et ου vices alternare.

(17) Quia στέγη est *tabulatum*, credidi καρφὶν στεγαδερόν hic significare clavos compaginandis tabulatis navium. Certe rectius et aptius extundere non valui. Cogitavi tamen, essentne clavi cum latis rotundis veluti capitellis aut umbellis in summo.

(18) Ut sic interpretarer compendium scripturæ, quod in tabula ænea t. I, inserta linea quarta a fine est αι cum gemino χ superscripto, induxit me liu. pen. hujus paginæ.

les, et ad armanda novem Russica carabia et duas uniremes captivorum aliaque, quæ secundum sacrum mandatum supernumeraria comparari et distribui debuerunt in classem regiam, quam Deus servet. Illi nummi sic fuerunt expensi. Accepit Joacim protospatharius et archon armamenti [seu magister et provisor apparatus bellici navalis] pro emendis 500 tribolis numismata 260 et mill. 3, pro securibus 500 accepit num. 50, pro 200 bipennibus 20, pro 4000 gladiis ferri libras decem exhibendas fabris gladiariis armamenti, pro emendis carbonibus num. 30, pro paribus manicarum ferrearum ducentis num. 100. In universum igitur accepit ille Joacim magister armamenti in auro mumismata 460 et mill. 0, quæ efficiunt litras 6, numismata 34, mill. 3. Pro emendis pannis crassis, quo exinde fierent vela novem, singula tricenarum ulnarum, in usum novem carabiorum Russos vehentium, et alia vela duodevicenis octonis ulnis in usum moneriorum seu uniremium captivos vehentium expensa sunt numismata 1154 ; simul computatis illuc pannis illis crassioris fili, qui per abundantiam et super numerum in Russos diditi fuerunt. A monachis cellarum monasterii domini Romani et a carminatoribus fori empti fuerunt per varios homines panni pro summa num. 320 et mill. 4, unoquoque panno milliarensibus senis empto. Huc quoque pertinent empta e regione sacellarii et vestiarii. In mercedem sutoribus velorum, qui supradicta vela elaborarunt, simul et pro pretio filorum in eam rem adhibitorum, expensa fuerunt num. 33. Pro emendis antennis ligneis illorum 11 carabiorum expensa sunt...; pro emendis funibus in supplementum eorum, quæ nunc sunt, aut deinceps erunt, et ignorantur, putrida atque fragilia in funibus et plexibus funium annularibus antennas ambientibus eorumdem 11 velorum expensa sunt num, 3, pro emendis pellibus 12 expensa nu-

A τὸν θεόσωστον βασιλικὸν στόλον τοῦ βασιλικοῦ πλοΐμου καὶ λοιπῶν χ' λίτραι κδ', τὰ καὶ ἐξοδιασθέντα οὕτως. Ἐδόθη Ἰωακεὶμ πρωτοσπαθαρίῳ καὶ ἄρχοντι τοῦ ἁρμαμέντου ὑπὲρ τριβολίων χιλιάδων φ', ν. σξ', ζνγ'. Ἐδόθη τὸν αὐτὸν Ἰωακεὶμ ὑπὲρ τζικουρίων φ', ν.ν'. Ἐδόθη τὸν αὐτὸν Ἰωακεὶμ ὑπὲρ πελεκίων σ', ν.κ'. Ἐδόθη τὸν αὐτὸν Ἰωακεὶμ ὑπὲρ ξιφαρίων χιλιάδων δ' λόγῳ τῶν τζιπάτων (19) ἀπὸ τὸ ἁρμαμέντον σίδηρον χιλιάδες ι' καὶ ὑπὲρ ἀγορᾶς καρβονίου, ν.λ'. Ἐδόθη τῷ αὐτῷ Ἰωακεὶμ ὑπὲρ χειροψέλλων ζυγῶν σ', ν.ρ'. Ὁμοῦ τὰ δοθέντα Ἰωακεὶμ ἄρχοντι τοῦ ἁρμαμέντοῦ Χ (20), υξεν : γινόμενα λίτραι ς', λδγ', Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς τῶν πανίων τῶν ῥασιακῶν λόγῳ ποιήσεως ἁρμένων ἐνέα ἀνὰ πηχῶν λ' τῶν θ' καραβίων τῶν Ῥῶς, καὶ ἑτέρων
B ἁρμένων β' ἀνὰ πηχῶν κη' τῶν β' μονερίων τῶν αἰχμαλώτων σὺν τῶν δοθέντων πανίων ῥασικῶν κατὰ περίσσειαν τοὺς αὐτοὺς Ῥῶς. Ὑπὲρ πανίων διὰ τῶν ἀμφοτέρων αρνδ', τὰ καὶ ἀγορασθέντα ἀπὸ τοὺς ἀβδάδας εἰς τὰ ἐνοικιὰ τῆς μονῆς τοῦ κυροῦ Ῥωμανοῦ καὶ ἀπὸ τοὺς ἀναγναφαρίους τοῦ φόρου ἀπὸ διαφόρων προσώπων τῶν Π νομίσμ. (21) τκ', ζδ', τὰ καὶ ἀγορασθέντα κατενώπιον τοῦ σακελλαρίου καὶ τοῦ βεστιαρίου. Ἐδόθησαν ὑπὲρ μισθοῦ τῶν ἁρμενοράφων τῶν καμόντων τὰ αὐτὰ ἅρμενα σὺν ἀγορᾶς νήματος, λγ'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς ξυλοκεραίων λόγῳ τῶν αὐτῶν ια' καραβίων... ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς σχοινίων λόγῳ κρυπτῶν ἐπικήρων καὶ ποδιοδρόμων τῶν αὐτῶν ια' ἁρμένων, ν.γ'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς διφθερίων ιδ', ν.ξβ', ὡς τῶν ἑτέρων ιθ' διφθε-
C ρίων δοθέντων ἀπὸ τῶν ἀποκειμένων εἰς τὸ εἰδικόν. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀλειφῆς τῶν αὐτῶν διφθερίων, ζν'· Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς μαγγάνων λόγῳ τῶν αὐτῶν ια', καραβίων, θ ς'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς κωπίων τπε', ν ε'. Ἐδόθη ὑπὲρ ναυπηγήσεως τῶν αὐτῶν ια', καραβίων τῶν τε σχιστῶν καὶ τῶν περιβόλων αὐτῶν καὶ λοιπῶν, ν.ια'. Ἐδόθη ὑπὲρ καλαφατήσεως τῶν αὐτῶν ια', καραβίων, ν.λγ'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς ἑτέρων πανίων

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(19) Ut aliquid darem, non quod rectum me dare crederem, verti *pro fabris gladiariis*. Est quidem, τζαίφ, vel τζαίπ, *Saif*. Arabice *gladius*. Sed pro gladiario fabro illi τζιάπ, *Siap*, dicunt. Ergo saltim τζιαπάδων deberet hic scriptum esse pro τζιπάτων, a nominativo τζιαπάδες, et in singulari τζιαπάς. Exspecto igitur meliora et certiora. Utinam liceret locum Heronis, quem Du Cange Gl. Gr. p. 1571, v. Τζιπάτα adducit, in connexione legere, itaque perspicere, quid ea sibi velit ; forte congrueret nostro loco.

(20) Insolens hoc compendium non video quid possit aliud significare, quam χρυσοῦ, quod librarius alias consuevit per $\bar{\chi}$ exprimere. Signum $\cap$ hoc ipso versu positum simile fere est illi, quod membranæ dabant, et quod mihi visum fuit miliaresi asignificare, quorum certum numerum auctor in promptu non habebat. Pro eo in Latinis jussi cifram oppon, significaturus non id, quod vulgos olemus ea cifra, nulla miliarensia, sed miliarensia quidem, at non noti numeri. o $\cap$ oo

(21) Membrana sic : τῶν $\cup$ vv. Quomodo legi debeat hic locus, melius dixerit, qui magis versatus in numeris et codicibus Græcis mssiis, quam ego quidem sum. Dedi aliquid e conjectura, ne nihil *darem*. Apud Montfaucon. in Palæogr. Gr. p. 360, reperio figuram $\frown$ significare scribis Græcis *miliaresia sex*. Hic locus me induxit, ut *unoquoque panno senis miliaresiis empto* darem. Similis nostro huic loco quodammodo est alter proxime

o

sequens p. 390, ὑπὲρ ἀγορᾶς κιλικίων α τῶν ς ν.ρξς $\frown$ ς. Verti similem [in modum *singula pro senis numismatibus*, etc., bene gnarus id non recte versum esse. Nam si mille pannorum singuli empti fuerunt pretio senorum miliaresiorum, necesse est sex millia mil. totius numeri pretium fuisse. Atqui sex millia miliarensium ad numismata redacta (continent autem numismata singula duodena miliarensia) efficiunt numism. 500. Hic autem tantum expensa dicuntur numismata 166, mil. 6. Apparet ergo, calculum falsum esse. Sed per trepidationem, cum urgerent typothetæ et meditandi atque alios consultandi mortuos vivosve otium non esset, dedi aliquid, ut dixi, ne prorsus nihil darem. Emendent hæc post nos venturi. Hæc ipsa figura $\subset$ quasi esset γ et ρ cum superposito o parvo est in membranis nostris ibi, ubi cl. Leiche in sua editione p. 195, dedit ις', hoc est XVI ; videtur tamen potius ibi decuria delenda esse.

ῥασιακῶν ρ' τῶν δοθέντων κατὰ περίσσειαν εἰς τὸν αὐτὸν στόλον, ν. κη', ζιβ'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς βυρσαρίων [57] βοείων ρκβ', πην. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς κεντούκλων σ' τῶν δοθέντων κατὰ περίσσειαν ὁμοίως εἰς τὸ βασιλικὸν πλοῖμον, κηζ. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς κιλικίων ,α τῶν ζ', ν. ρξζ', ζς'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς σχοινίων λεπταρίων καὶ χαρταρίων καὶ λοιπῆς ἐξόδου, ν. ις' ζζ'. Λόγῳ ποιῆσαι ἀτεγίων κιλικίνων ρ', ρπγν'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς κασσιτέρου λίτραι σ', ν. λδ'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς χαλκώματος λίτραισ', ν. ιη'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς σκαφιδίων στρογγύλων μεγάλων ρ', ν. ιβ'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς σκαφιδίων μικροτέρων ρ', ν. κγ'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς καλδαρίων σ', ν. λγ'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς καπουλίων β', ν. μ'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς πτυαρίων ,α. ν. ιδ'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς ἑτέρων κάδων μικροτέρων ν'. ν. ε'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς ἑτέρου κασσιτέρου λίτραι σ' τὰ δοθέντα Μιχαὴλ χυτῇ (22) λόγῳ κατακολλήσεως διαφόρων ἔργων τῶν σιφουνίων τοῦ βασιλικοῦ πλοίμου, ν. λζν'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς κηρίου λίτραι ρ', ν. ε'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς μολιβίου ἀργοῦ λίτραι σ', ν. δ'. Ἐδόθη ὑπὲρ ἀγορᾶς χαλκώματος διαφόρου τῷ δοθέντι (23) λόγῳ τῆς ὑπουργίας τοῦ δρουγγαρίου τοῦ πλοίμου ὑπὲρ κακαβίων μεγάλων β', καὶ ἑτέρων κακαβίων μεσαίων [58] β', καὶ χυτροκακαβίων γανωτῶν δ', καὶ κουκουμίων μεγάλων β', καὶ τιγανίων μεγάλων β', χαλκοσταμνίου (24) γανωτοῦ, ἑνός, φλατρίων γανωτῶν β', χερνιβοξεστῶν β', ν. κδ'. Ὁμοῦ τὸ πᾶν ἔξοδος χ' λίτραι κα', ν. νζ', μιλ. ζ'. Ἐδόθησαν παρὰ τοῦ εἰδικοῦ κόρδαι μεταξωταὶ σπάρτιναι. Ἐδόθησαν ἕτεραι κόρδαι μεταξωταὶ μικραὶ λόγῳ τῶν τοξοβολιστρῶν. Ἐδόθη ὁμοίως παρὰ τοῦ εἰδικοῦ λόγῳ τῶν καλυβωμάτων τῶν χελανδίων τοῦ βασιλικοῦ πλοίμου ἀνὰ χαρτίων ε' μολίβιον χαρτία ρ' στι λίτραι γ'. Ἐδόθη τὸν δρουγγάριον τοῦ πλοίμου ἀπὸ τοῦ κατεπάνω τοῦ ἅρματος [59] (25) σπαθία ,γ, σκουταρια ,γ, κοντάρια ,γ, σαγίτας χιλιάδες σμ', ἑτέρας σαγίτας λόγῳ τῶν τοξοβολιστρῶν μύας χιλιάδες δ'.

A mism. 62, nam reliquæ 19 pelles datæ sunt ex illarum numero, quæ in idico depositæ jacent. Pro unctura earumdem pellium expens. num. 7, mill. 0; pro emendis manganis illorum 11 carabiorum num. 9, mill. 6; pro emendis remis 485 num. 5. Pro compactura seu fabricatione illorum 11 carabiorum et cancellorum sepimentorumque tabulata summa cingentium reliquarumque structurarum navalium num. 11. **390** Pro picatura illorum 11 carabiorum num. 33. Pro emendis 100 pannis crassis aliis ad abundantiam in classem distributis num. 28, mill. 12; pro emendis coriis bovillis 122 expensa num. 88, mill. 0; pro emendis centonibus ducentis pariter super numerum erogatis in regiam classem expensa num. 28, mill...; pro emendis

B ciliciis mille, singula pro senis numismatibus, expensa fuerunt num. 166, mill. 6. Pro emendis funibus minutis et chartis seu membranis et in alia necessaria expensa fuerunt num. 15, mill. 6, pro faciendis tentoriis cilicinis centum exp. numism. 183, mill. 0, pro emendis stanni libris ducentis expensa numism. 34; pro æneæ materiæ libris 200 expensa numis. 18; pro scaphis magnis rotundis centum expensa numism. 24; pro minoribus aliis centum numism. 12; pro emendis ahenis caldariis ducentis numism. 33; pro labris vel cupis bis mille num. 40, pro bottis mille num. 14; pro aliis minoribus cadis vel doliis quinquaginta numism. 5; pro adhuc aliis stanni libris 200, quæ datæ fuerunt fusori Michaëli ad ferruminandas varias machinas siphonum ignis

C Græci ejaculandi classis regiæ, expensa numism. 30; mill. 0; pro ceræ emendis libris centum numism. 5; pro emendis plumbi in massa vel crudi libris 200 num. 4; pro emendis massis æneis in usum oulinæ drungarii classis ad efficiendos inde cacabos grandes duos et alios duos mediæ formæ, et cacabos olliformes stannatos quatuor et cucumos grandes duo et sartagines grandes duas, et matellam [seu haustrum vini] æneum [ab angustiore ore versus fundum latescens] stannatum unum, et lagenas stannatas duas, et malluvia duo, expensa fuerunt numismata viginti quatuor. In universum auri litræ 21, numism. 57, mill. 6. Idicum porro dedit restes per strias firmiter tortos spartinos; restes alios striatim tortos minores pro arcubalistis. Pro tabulatis chelandiorum regiæ classis bracteandis sigillatim in unumquodque chelandium quinas bracteas plumbeas. In universum ergo in viginti chelandia bracteas plumbi centum, pendentes libras ter mille. Drungario classis dabat catepanus armatis [seu armamentarii] gladios ter mille, scuta totidem, contos seu hastas totidem, sagittarum millia 240, aliarum sagittarum, qualium usus est in arcubalistis et quas muscas vel muschettas appellant, millia quatuor.

VARIÆ LECTIONES.

[57] βυρσαρίων em. R., βυσαρ. cod. et ed. [58] μεσέων et κυθροκαχ. cod. et ed. [59] τοῦ κατὰ ἅρματος ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(22) Χυτὴν hic puto eumdem esse atque quem nos appellamus *Rothgiesser*, fusorem metallorum, fabrum cuprarium.

(23) Ita membranæ. Ego quidem quid sibi velit, non intelligo et prorsus deleta ambo vocabula mallem.

(24) Σταμνίον est quod nos *Ständer* appellamus, Latini *matulam*, vas rotundum orificii angu-

D stioris, fundi latioris. Gloss. Gr. Lat.: *Matulata*, ἀρύταινα. *Matellata*, σταμνίον.

(25) Fuisse armis præfectum aliquem olim in aula CPtana, sub cujus dispositione essent arma et armorum horreum, dubium nullum est. Num autem *Catepanus Armatis* ille fuerit appellatus, dubito, cum nuspiam ejus mentionem fieri inveniam.

Secretum vestiarii dabat drungario classis in super-abundantiam ad expeditionem Cretensem hæc.

A Τὰ ἀπὸ τοῦ σεκρέτου τοῦ βεστιαρίου δοθέντα τῷ δρουγγαρίῳ τῶν πλοΐμων κατὰ περίσσειαν ὑπὲρ τοῦ ταξειδίου τῆς Κρήτης.

Catenas [aut malleos] 150 ; fibulas chelandiorum 130 ; fundas ferreas 12, funes 240, sappas seu ligones terræ fodiendæ 400, fibulas ferreas magnas lignei castri 12, cancros ferreos 15, torques ferreos 30, annulos 15, capsas 8, dolia 10, dolia manibus gestabilia 24, clavos in summo in gyrum tortos 4000, clavos aduncos 2000, quadrantales clavos 5000, vulgares ad coagmentandum utiles 8000, alios cum latis capitellis sexies mille. Jacula ænea 15, stannata ænea 30, **391** fusos æneos 30, cupas æneas 30, anagontites ænea 15, funes ferrum jaculantes 60, circumvolantia 140, sparteos funes 140, tenues funes 220, scalas funibus plexas 400, cupas 100, cannabis libras 2000, et loco librarum 7000 B lini numismata 80, et pro emendis picis libris decies mille et liquidæ picis quadringentis librarum millibus et centum millibus librarum cedreæ numismata 23, ferri crudi libras ter mille, arietes ferreos magnos decem.

Σείστας ρν', περόνας τῶν χελανδίων ρλ', σφενδοβόλα σιδηρᾶι β', τζόκους σμ', τζαπία (26) τ', περόνια, σιδηρὰ μεγάλα τοῦ ξυλοκάστρου ιβ', πάγουρoι σιδηροῖ ιε', ψελλία σιδηρᾶ λ', δάκτυλοι ιε', κατξία η', βαρέας ι', χειροβαρέαι κδ', καρφίον γυραρικὸν χιλιάδες δ', καρφίον ἁρπάγιον χιλιάδες β', τετραδακτυλαῖον ε, τῆς παρηλώσεως η, στεγαδερὸν ζ', ἀκόντια χαλκᾶ ιε', γανωτὰ (27) χαλκᾶ λ', παραδράκτια χαλκᾶ λ', βουτία χαλκᾶ λ', ἀναγοντιτέα χαλκᾶ ιε', σχοινία σιδηροβόλα ξ', περιπετόμενα ρμ', σπαρτίνας ρμ', λεπτάρια σκ', σκαλοδέματα τ', κουβάρια ρ', κανάβιον λίτραι 'β, καὶ ἀντὶ λιναρίου χιλιάδων ζ', ν. π', καὶ ὑπὲρ ἀγορᾶς πίσσης χιλιάδες ι', καὶ ὑγροπισσίου χιλιάδες τ', καὶ κεδρέας χιλιάδες ρ', ν. κγ'. Σίδηρον ἀργὸν λίτραι γ, κριοὶ σιδηροῖ μεγάλοι ι'.

Cælo dedit drungario classis ad sufficiendum faciendis in expeditionem Cretensem sumptibus.

Τὰ ἀπὸ τοῦ κοιτῶνος δοθέντα τῷ δρουγγαρίῳ τῶν πλοΐμων εἰς ἔξοδον τοῦ κατὰ τῆς Κρήτης ταξειδίου.

Vestes interiores majoris formæ puras sex ; similium tibialium paria sex ; interulas cum braccis 6 et totidem injectoria seu pallia violacea.

Ἱμάτια ἐσωφόρια· μεγαλόζηλα λιτὰ ζ, τουβία ὁμοίως ζυγὰς ζ, ὑποκαμισοβράκια ζ, ἐπιριπτάρια ὀξέα ζ'.

Idicum eidem eumdem in finem dedit.

Τὰ ἀπὸ τοῦ εἰδικοῦ δοθέντα τῷ αὐτῷ δρουγγαρίῳ τῶν πλοΐμων ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ ταξειδίου.

Vestes decem interiores ad modum Saracenicarum consutas ad denorum aureorum valorem, vestes C interiores decem ad octonorum, alias viginti ad septenorum, tibialia ad omnium illorum trium generum numerum et rationem, nempe paria in universum quadraginta, vestes loratas Ægyptiacas consutas centum, vestes cum cucullis totidem, vestes bambacinas seu xylinas totidem. Interulas cum braccis primæ et optimæ classis 140, alias secundi ordinis centum. Injectoria præstantiora 40, alia deteriora 200, alia tertii et infimi ordinis centum. Tibialium loratorum Ægyptiacorum paria centum, aliorum cucullaricorum paria centum, aliorum bambacinorum centum, cingula 40, calceorum præstantiorum paria 40, secundi generis paria 200, tertii et deterrimi generis paria 100.

Ἱμάτια ἐσωφόρια κατὰ Σαρακηνοὺς ἐῤῥαμμένα δεκάλια ι', ἱμάτια ἐσωφόρια ὀκτάλια ι', ἱμάτια ἐσωφόρια ἑπτάλια κ'. Τουβία ἀπὸ ἐσωφορίων δεκαλίων καὶ ὀκταλίων καὶ ἑπταλίων ζυγαὶ μ', ἱμάτια λωρωτὰ Αἰγύπτικα ἐῤῥαμμένα ρ', ἱμάτια κουκουλάρικα ρ', ἱμάτια βαμβακερὰ ρ', ὑποκαμισοβράκια διαφορώτερα ρμ', ὑποκαμισοβράκια δεύτερα ρ', ἐπιριπτάρια διαφορώτερα μ', ἐπιριπτάρια δεύτερα σ', ἐπιριπτάρια τρίτα ρ', τουβία λωρωτὰ Αἰγύπτικα ρ', τουβία κουκουλάρικα (28) ζυγὰς ρ', τουβία βαμβακερὰ ρ', ζωστρία μ', ὑποδήματα διαφορώτερα ζυγὰς μ', ὑποδήματα δεύτερα ζυγὰς σ', ὑποδήματα τρίτα ζυγὰς ρ'.

Stadiodromicum seu index milliarium [a *Constantinopoli ad Cretam*].

Σταδιοδρομικόν (*a*).

Ab urbe, quam Deus custodiat [CPli] ad Heracleam sunt milliaria 60, illinc ad Proconnesum 40, D

Ἀπὸ τῆς θεοφυλάκτου πόλεως εἰς Ἡράκλειαν μίλια ξ', ἀπὸ Ἡράκλεια, ἕως Προικονήσσου μιλ. μ',

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(26) *Sappæ*, quam vocem Glossarium Romano-Theodescum apud Eccardum t. I, His. Fr. orient. in appendice reddit per *Havva*. Est ergo non id, quod *Spaten*, ligo, sed quod *Haue, Radehaue*. Nescio, quomodo Latini hoc instrumentum appellent.

(27) Reddidi *stannata*. Et id sane alias significat hoc vocabulum. Huc tamen mihi non videtur facere, sed aliud desiderare loci nexus, genus aliquod armorum.

(28) Quid commune sit cucullo, capitis tegumento, et tubiis seu femoralibus, non intelligo.

(*a*) Hoc Stadiodromicum Byzantino-Cretense novis curis edidit Theoph. Lud. Frider. Tafel in libello cui titulus: *Constantinus Porphyrogenitus De provinciis regni Byzantini liber secundus. Europa. Accedit Appendix libellorum... veterem geographiam illustrantium*. Tubingæ 1847. 4° Notam Stadiodromico præmissam, quæ expeditionem Cretensem non parum illustrat, hic apponere juvat : « Indictione VII, sive anno Chr. 949, imperante Constantino, adversus Saracenos Cretenses Constantinus Gongylas expeditionem fecit infelici successu (Constantinus Porphyrog. De cerim. II, 45, ed. Bonn. vol. I, p. 664 sqq., coll. Cedreno ed Bonn. vol II. pag. 336 ; e quo posterior aliquis annus, forte 956,

ἀπὸ Προικονήσσου ἕως Ἀβύδου μιλ. ρ', ἀπὸ Ἀβύδου ἕως Ταπευκίου μιλ. ιβ', ἀπὸ Ταπευκία (29) ἕως Τενέδου μιλ. η' [60], ἀπὸ Τενέδου ἕως Μιτυλήνης μιλ. ρ', ἀπὸ Μιτυλήνης ἕως Χίου μιλ. ρ', ἀπὸ Χίου ἕως Σάμου μιλ. ρ', ἀπὸ τῆς Σάμου ἕως τοὺς Φούρνους (30) μιλ. λ', ἀπὸ τοὺς Φούρνους ἕως Ναξίας μιλ. ο', ἀπὸ Ναξίας ἕως τῆν Ἴον (31) μιλ. λ', ἀπὸ τὴν Ἴον ἕως τὴν Θήραν καὶ Θηρασίαν μιλ· κ', ἀπὸ τὴν Θήραν καὶ Θηρασίαν ἕως τὰ Χριστιανὰ μιλ. κ', ἀπὸ τὰ Χριστιανὰ (32) ἕως τῆς Δίας μιλ. π', ἀπὸ τῆς Δίας ἕως Κρήτης μιλ. ιβ'. Ὁμοῦ μιλία, ψιβ'.

A illinc ad Abydum 100, illinc ad Tapeucia 12, illinc ad Tenedum 8, illinc ad Mitylenen 100, illinc ad Chium 100, illinc ad Samum 100, illinc ad Furnos 30, illinc ad Naxiam vel Naxium 70, illinc ad Ium 30, illinc ad Theram et Therasiam 20, illinc ad Ta Christiana 20, illinc ad Dium 80, illinc ad Cretam 12. Summa mil. 792.

ΚΕΦΑΜ. Μς'.

Οἷς ὀφείλει ὁ βασιλεὺς ὀνόμασι (33) τιμᾶν τοῖς μεγιστᾶσι (34) καὶ πρώτοις τῶν ἐθνῶν.

Ἐξουσιοκράτωρ (35), ἐξουσιάρχης, ἐξουσιαστής,

CAPUT XLVI.

Tituli, quibus imp. viros principes et alios illustris dignitatis inter exteros cohonestare debet.

Imperans pro arbitrio et auctoritate sua, potesta-

VARIÆ LECTIONES.

[60] η' post μιλ, recentiori manu in cod. ascriptum, om. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(29) Locum hunc nusquam reperio, et sitne urbs maritima, an insula, ignoro. Patet enim ex situatione, diversum esse ab illo loco, quem commemorat Nicetas in Alexio, Manuelis filio, cap. 9, ubi fuit : Τὰ Πεύκια τόπος ἐστὶ ἐν τοῖς ἄνω Χαλκηδόνος διαχείμενος μέρεσι. Si supra Chalcedonem jacet, liberat a mari versus continentem orientalem.

(30) Neque hanc, insulam ut videtur, chartæ geographicæ auctoresve exhibent.

(31) Hodie *Nion* appellant.

(32) Vidi chartas geographicas, quæ Christiana et Diam confundebant, duas insulas in unam.

(33) *[Formulæ subscriptionum in epistolis observatæ a pontificibus Romanis exstant ad calcem libri diurni, p. 150, ubi forma, qua imperatores ad papas veteris Romæ et hi ad illos usi sunt. Quomodo patriarcha ad papam et reliquos patriarchas scribat, v. append. Codin. p. 410-419. Inscriptio epistolæ Joannis papæ ad Nicephorum Phocam apud Luitprandum Legat. p. 153, fuit hæc : *Joannes papa Romanus Nicephoro, Constantino, Basilio, magnis imperatoribus et Augustis.* Liber, quo continentur formulæ, quibus Turcarum imperator ad suos præfectos utitur, Latine exstat inter codices orientales Viennenses apud Lambec. VIII, n. 39.]* Tale formulare exstat apud Habertum in Appendice pontificalis.

(34) Sic ferebant ea tempora, ut loquerentur, pro τοὺς μεγιστᾶνας. Ita Nicephorus patr. CPtanus p. 47 : Ὡσαύτως δὲ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἄρχουσι (id est τοὺς περὶ αὐτὸν ἄρχοντας) τοῖς ὁμοιοις ἐνωτίοις ἐκόσμει. Ipse Noster sic passim loquitur, ut p. 328, εἰσάγουσι τοῖς (pro τοὺς) τοῦ κουβουκλείου, et p. 354, τελειῶσαι αὐτοῖς (pro αὐτοὺς) τὴν εὐφημίαν p. 409, καταχθέντος πρὸς τοῖς (pro τοὺς) κάτω, *reducto ad eos, qui infra stant.* Pari modo Latini permutabant dativum et accusativum illo ævo. Charta vetus apud Murator t. II, Ant. Ital., p. 122 : *Regalis celsitudinis est fideliter sibi famulantibus donis multiplicibus et honoribus ingentibus honorare atque regiæ sublimitatis liberalitate donare.*

(35) *Qui cum potestate et majestate imperat* : ἐξουσία enim Græcis est *majestas* ; v. p. 397 et 409, et Cedren. 563. Alexius Comnenus in epistola ad Henricum V imperatorem in Alexiade p. 93, appellat eum τὴν σὴν μεγαλοδύναμον ἐξουσίαν. Cedrenus p. 729, ἐξουσιάρχην Ἀρμενίας et p. 741, ἐξουσιάστην Ἀβασγίας. Ad modum Græcorum celebrabant

consequi videtur, quod Reiskius monuit ad Constantinum (supra col. 1223). Ibidem copiæ hujus expeditionis tum navales, tum terrestres, cum tormentis bellicis fusius enarrantur, addito indice stipendii, navium, etc. Finem narrationis facit σταδιοδρομικὸν s. elenchus miliarium Constantinopolin inter et Cretam, coll. de milliarum et stadiorum discrimine Leonis libro tactico 17, 89 : Αἱ δὲ ἑκατὸν ὀργυιαὶ ποιοῦσι στάδιον ἕν, τὰ, δὲ ἑπτὰ καὶ ἥμιου στάδια ποιοῦσι μίλιον ἕν. De his v. quoque Du Gangium s. v. Μίλιον.

« Tabularum geographicarum imperatores Byzantinos non ignaros fuisse, verisimile per se unicuique videbitur, atque ex Annæ Comnenæ quodam loco discere memini, ubi Alexium I, patrem suum, ducibus in Illyricum adversus Normannos proficiscentibus talis tabulæ exemplar dedisse narrat. Alius vero speciei tabulas s. indices, i. e. *stadiasmos*, Græciam istius ævi in usu habuisse, solum mihi sequens stadiadromicon persuasit ; quanquam idem plane ex Edrisio, Arabum sæculi XII celeberrimo geographo, nuper demum plenius edito, clarius tandem aliquando intelligitur. Ita Græcus Arabsque invicem alterutrum illustrant et confirmant.

« Ordo autem expeditionis Cretensis initio non recta processit. Classis, Constantinopoli relicta, dextram Propontidis (maris Marmarici) oram legit, ut Perinthum (Heracleam, *Erekii*) veniret, ubi diu ante, sc. imperante Leone Sap. (an. 886-912), pars Byzantinæ classis stationem suam habuisse putanda videtur, coll. Constantino Porphyrog. De cerimoniis II, 44. Jam non recto hinc cursu Callipolin (*Gallipolin*, initio Hellespontiin Europa sitam) petebat, sed Proconnesum, Propontidis insulam, contra sitam ad littus Asiaticum, ut (puto) alia sibi bellica subsidia jungeret. Abydum dein ventum, in littore Asiatico ; post vero ad locum, Abydum inter et Tenedum insulam, nomine τὰ Πευκία (sic scribe, non Ταπευλία), i. e (per diminutivi formam) *pinus parvas* ; quocum veterum mos conferri poterit, qui unam et alteram urbium ex arboribus denominabant. Cujus rei documenta præbent Romanorum itineraria (p. 237, ed Wesseling) : *Arbore felice* ; ibidem p. 550 : *Tres arbores.* Quibus addo Procopium De ædificiis IV, 4 (Opp. ed. Bonn. vol. III, p 285. 34) : Τρεδετετιλίους, i. e. *tredecim tilias* ; coll. formis Theotiscis *Hohenlinden, Neustadt an der grossen Linde*, etc Quid ? quod antiquissima quoque Græcia urbes quasdam et insulas ex eadem fere arbore (pinu) dicere amabat, ut Lampsacum (*Lapsak*), ibidem e septentrione sitam, antea Ἱτυοῦσαν (Strabo p. 589, Casaub.). Neque aliud de Salami insula et Chio constat (Strabo p. 394). Et Ἱτυοὺς Troadis ager Parianus dicebatur (Strabo p. 588). Jam locum nostrum τὰ Πευκία Tenedo insulæ situm fere oppositum habuisse, stadiodromicum ostendit. Novitium ejus nomen me latet ; neque huc pertinere alium locum τὰ Πευκία (Nicetas in Alexio, Manuelis Comneni filio, cap. 2). Reiskius ad Constantinum ostendit. Ultimum enim τὰ Πευκία Chalcedoni (Scutario, Cpoli opposito) vicinum est ; multo igitur magis boream spectat. Sequitur Mitylene (Mytilene) insula, veterum Lesbus, coll. Thessalonica p. 516 sq. Post hanc venit Chius (*Skio*) cum Samo (*Susamadassi*). Tum additur : Ἀπὸ τῆς Σάμου ἕως τοὺς Φούρνους κ, τ λ. Hanc quoque Reiskius l.c. ignorare fatetur. Significantur (quod pluralis quoque monet) parvæ quædam insulæ, nomine *Furnis*, e meridie Sami (Tabula geogr. Franco Galli Lapie, anno 1824 edita, fol. 12). De Sami promontorio boreali, itidem *Furni* dicto, nemo cogitabit. Insulas Iam, Theram et Therasiam non est quod illustrem. Christiana Diamque insulas a quibusdam male pro eadem haberi, recte monuit Reiskius. Christiana (τὰ Χριστιανὰ) sunt insulæ quædam minimæ infra Theram ; postremo Dia (Standia) e conspectu urbis Candiæ sita est. » EDIT.

tus, princeps principum ductor,imperator,legatus, A prætor, institutor, potentatus, magnus dux. Rex, princeps, dux, senator, ethnarcha seu princeps nationis; toparcha seu dominus loci ; satrapa, phylarchus seu tribus princeps; patrarchus seu familiæ princeps; strategus ; strartarches,stratiarchus, stratelates, quæ omnia ducem militarem significant; taxiarchus seu dux legionis, magnificentissimus, magnificus, cupitus, gloriosissimus, glorioeus, illustrissimus, illustris, conspicuus, maxime conspicuus, nobilis, excellentissimus, excellens, inclytissimus,inclytus,splendidissimus,splendidus, honorificentissimus, honorificus, venerabilissimus, venerabilis, clarissimus, clarus, dominantissimus,dominus,honorabilissimus, honorabilis,præducens,ducens,beatissimus,beatus, consiliator, adjutor, opitulator, tutor et assertor, amator. B

CAPUT XLVII

SALUTATIONES LEGATORUM A VARIIS GENTIBUS AD IMPERATOREM VENIENTIUM.

Salutationes ad imperatorem a legatis e vetere Roma venientibus.

Visitant vos antistites sanctorum apostolorum, Petrus, cœli claviger, et Paulus, gentium doctor; et spiritualis Pater noster N, N. sanctissimus et œcumenicus patriarcha,unaque sanctissimi episcopi, presbyteri,diaconi, omnis ordo sacerdotalis sanctæ

ἄρχων τῶν ἀρχόντων (36), ἀρχηγὸς, ἀρχηγέτης, ἄρχων, ἐξάρχων, προηγεμὼν, ἡγεμονάρχης, ἡγεμὼν, καθηγεμὼν, δυνάστης, προηγήτωρ, ἡγήτωρ, πρῶτος. ἔφορος, ὑπερέχων, διατάκτωρ, πανυπέρτατος, ὑπέρτατος, κοίρανος, μεγάλόδοξος· † ῥὴξ, πρίγκιψ (37), δοὺξ, συγκλητικὸς, ἐθνάρχης, τοπάρχης, σατράπης, φύλαρχος, πάτραρχος (38), στρατηγὸς, στρατάρχης, στρατίαρχος, στρατηλάτης, ταξίαρχος, ταξιάρχης, μεγαλοπρεπέστατος, μεγαλοπρεπὴς, πεπόθημένος, ἐνδοξότατος, ἔνδοξος, περιφανέστατος, περιφανὴς, περίβλεπτος, περιβλεπτότατος, εὐγενέστατος, εὐγενὴς, ἀριπρεπέστατος, ἀριπρεπὴς, ἀγλαώτατος, ἀγλαὸς, ἐριτιμώτατος, ἐρίτιμος, γερουσιότατος, γερούσιος, φαιδιμώτατος, φαίδιμος, κυριώτατος, κύριος, ἐντιμώτατος, ἔντιμος, προηγούμενος, ἡγούμενος, ὀλβιώτατος, ὄλβιος, βουλῆφόρος, ἀρωγὸς, ἐπίκουρος, ἐπίῤῥοθος, ἀμάντωρ (39).

ΚΕΦΑΛ. ΜΖ'.

ΟΙ ΤΩΝ ΑΠΟ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΕΘΝΩΝ ΕΡΧΟΜΕΝΩΝ ΠΡΕΣΒΕΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΧΑΙΡΕΤΙΣΜΟΙ.

Οἱ τῶν ἀπὸ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης (40) ἐρχομένων [62] πρέσβεων πρὸς τὸν βασιλέα χαιρετισμοί.

Ἐπισκέπτονται ὑμᾶς οἱ κορυφαῖοι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, Πέτρος ὁ τῶν οὐρανῶν κλειδοῦχος, καὶ Παῦλος ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος. Ὁ πνευματικὸς Πατὴρ ἡμῶν (41) ὁ δεῖνα ὁ ἁγιώτατος καὶ οἰκουμενικὸς (42) πατριάρχης ἅμα τῶν ἁγιωτάτων ἐπισκό-

VARIÆ LECTIONES

[61] ἀμύντων conj. R. [62] ἐρχομένων, em. R. ἐρχόμενοι cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

Latini eo tempore suos potestates; v. Du Cange v. Ποδεστάτος et *Potestas*. Cæterum in hujus capitis interpretatione veniam rogo mihi fieri,si non omnia verba Græca Latinis totidem reddo. Ipsa res non patitur. Si mei fuisset arbitrii, titulorum hanc farraginem absque interpretatione dedissem.

(36) Vel respicit ad Armenos,de quorum archontibus archontum multa Constantinus habet in libro De administrando imperio, vel respicit ad Bujidas in aula Bagdadica emiros emirorum dictos, quod idem est.

(37) Signum crucis hic idem valet atque usitata Anglis linea transversa — pro nostro *etc.*Aut æquivalet nostro *item*. Titulos *rex* et *princeps* dabant Græci Latinis majoribus et minoribus dominis, ut e sequentibus constabit amplius.

(38) Qui præest πάτρᾳ, quod idem est atque φάτρα, φατρία, φρατρία, familia hominum ejusdem originis et cohabitationis iisdemque πατρίοις institutis viventium. Insolens quidem est hæc forma, nec tamen improba. De patriarcha sacrorum antistite hic non cogitandum est. D

(39) Forte depravatum est e Latino *amator*. Sed videtur tamen potius legi debere ἀμύντωρ,*defensor*, *protector*.

(40) "[Scilicet *nova Roma* est *Constantinopolis* ; vid. p. 84, notar. ad Donationem Constantini M., cujus auctor est Joannes Diaconus, qui vixit sæculo VII, p. 22]". Ideoque Græci Byzantini οἱ νέοι Ῥωμαῖοι apud Priscum rhetor. Excerpt. Legat. p. 60, ed. H.

(41) Radevicus I, 8, legati Adriani Pontificis ad Fridericum Barbarossam alloquium, cum litteras ei exhiberet,quibus papa se super omnem in terris potentiam efferrre,suosque Cardinales ipsis imperatoribus æquiparare studebat et quæ discordiarum C atque malorum semen spargebant, ita refert : *salutat vos beatissimus Pater noster papa Adrianus et universitas cardinalium S. Romanæ Ecclesiæ, ille ut pater, illi ut fratres*. Verum in literis postea missis multo æquioribus et humilioribus, quibus placare iram imperatoris ex tanta indignitate susceptam studebat, sic eum compellabat : *præsul S. Rom. Ecclesiæ vestræ excellentiæ devotissimus in Christo Pater vos sicut charissimum et specialem filium salutat; salutant etiam vos venerabiles fratres nostri,clerici autem vestri, universi cardinales, tanquam dominum et imperatorem urbis et orbis.*

(42) Hunc titulum sibi tribuebant pontifices Romani ; propterea legimus eum in hac formula salutationis legatorum Romanorum ad imperatorem.At Græci eum sibi vindicabant ; propterea in formula salutationis Græci imperatoris ad papam non conspicitur ; vid. Habert. Pontif. p. 505. Recte negari patriarchis CPtanis non potuit, et injuria Romani pontifices eum titulum ad se solos traxerunt,si vim et originem vocabuli spectes. Nam ὁ οἰκουμενικός procul dubio est episcopus τῆς οἰκουμένης aut τῶν οἰκουμένων.Atqui demonstravimus in superioribus, τὰ οἰκούμενα esse imperium Romanum, quatenus imperatoribus Græcis parebat, exclusis omnibus alienæ ditionis. Cum ergo Romani pontifices ab imperio Græco se totumque occidentem avulserint, qui poterant se appellare œcumenicos episcopos, qui extra œcumena seu solum imperii Græci constituti erant, quibus in œcumena nihil licebat. Aut probandum erit, τὰ οἰκούμενα etiam medio ævo fuisse Italiam et omnem occidentem appellatum. Non negamus, ipsis olim fuisse hunc titulum, quo tempore CPtani adhuc Italiæ imperabant.Verum ex quo jugum legitimorum suorum dominorum cassationibus non legitimis excusserunt,eo ipso quoque

πων, πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, καὶ πάσης τῆς ἐρατικῆς τάξεως τῆς ἁγίας τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἐπαποστέλλουσί σοι, βασιλεῦ, πιστὰς εὐχὰς διὰ τῆς ἡμετέρας ταπεινότητος. Ὁ ἐνδοξότατος ἁ δεῖνα ὁ πρίγκιψ τῆς πρεσβυτέρας Ῥωμης σὺν τῶν ἀρχόντων καὶ παντὸς τοῦ ὑποκειμένου αὐτῷ λαοῦ ἐξαποστέλλουσιν τὴν βασιλείαν σου πιστοτάτην δούλωσιν.

Romanorum Ecclesiæ, injunxerunt nostræ humilitati ut apud te, o imperator, fidelia vota ipsorum nomine renuntiaremus. Gloriosissimus N. N., princeps veteris Romæ, unaque cæteri ejus proceres, et omnis ei subditus populus renuntiant et significant imperiali tuæ majestati fidelissima sua servitia.

Ἡ τοῦ λογοθέτου πρὸς αὐτοὺς ἐρώτησις.

Πῶς ἔχει ὁ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Ῥώμης ὁ πνευματικὸς Ἁτὴρ τοῦ βασιλέως ἡμῶν τοῦ ἁγίου ; πῶς ἔχουσι πάντες οἱ ἐπίσκοποι, καὶ πρεσβύτιροι, καὶ διάκονοι καὶ ὁ λοιπὸς κλῆρος τῆς ἁγίας τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ; πῶς ἔχει ἁ ἐνδοξότατος ὁ δεῖνα πρίγκιψ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ;

393 *Interrogatio logothetæ ad eos legatos.*

Quomodo agit sanctissimus episcopus Romæ, spiritualis Pater sancti nostri imperatoris? Quomodo agunt omnes episcopi, presbyteri, diaconi, reliquus clerus sanctæ Romanæ Ecclesiæ? quomodo agit gloriosissimus N. N., princeps veteris Romæ?

Ὁ τῶν ἀπὸ Βουλγαρίας ἐρχομένων πρέσβεων πρὸς τὸν βασιλέα χαιρετισμός.

Salutatio legatorum e Bulgaria venientium ad imperatorem.

Πῶς ἔλει ὁ θεοστεφὴς βασιλεὺς ὁ πνευματικὸς πάππος (43) τοῦ ἐκ Θεοῦ ἄρχοντος Βουλγαρίας ; πῶς ἔχει ἡ Αὐγούστα (44) καὶ δέσποινα ; πῶς ἔχουσιν οἱ υἱοὶ καὶ βασιλεῖς τοῦ μεχάλου καὶ ὑψηλοῦ βασιλέως καὶ τὰ λοιπὰ αὐτοῦ τέκνα; πῶς ἔχει ὁ ἁγιώτατος καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης ; πῶς ἔχουσιν οἱ δύο μάγιστροι ; πῶς ἔχει ἡ σύγκλητος πᾶσα ; πῶς ἔχουσιν οἱ δ' λογοθέται (45) ;

Quomodo valet a Deo coronatus imperator, spiritualis avus nostri per Deum domini Bulgariæ? quomodo valet Augusta et domina? quomodo valent filii imperatores magni et excelsi imperatoris et reliqui ejus liberi? quomodo valet sanctissimus et œcumenicus patriarcha? quomodo valent ambo magistri? quomodo totus senatus? quomodo quatuor logothetæ?

Ἡ τοῦ λογοθέτου πρὸς αὐτοὺς ἐρώτησις.

Logothetæ ad eum interrogatio.

Πῶς ἔχει ὁ πνευματικὸς ἔγγονος τοῦ βασιλέως

Quomodo valet sancti nostri imperatoris nepos

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

se titulo illo tantopere ambito et adamito œcumenici spoliarunt, et jus fuit CPtano patriarchæ eum sibi vindicare, ut ἐν τοῖς οἰκουμένοις habitanti et jus sacrum dicenti. Græci vocabuli vim ex more Græcorum loquendi isto ævo æstimandam esse, nemo facile neget. Œcumenicus non notat *universalem*, sed eum, qui orbi Romano, id est Byzantinæ jurisdictioni præest. Œcumene non est orbis illa pars, quam Christiani tenent, sed tantum illa, quæ Byzantino sceptro suberat. Id in superioribus demonstravi, et luculenter apparet ex Anastasii Biblioth. præfat. ad Synodum VII : *Græci frequenter œcumenicum, universalem, in ea synodo patriarcham suum inconvenienter appellant. — Verum cum apud CPlin positus frequenter Græcos super hoc vocabulo redarguerem, asserebat, quod non ideo œcumenicum, quem multi universalem interpretati sunt, diceremi patriarcham, quod universi orbis teneat præsulatum, sed quod cuidam parti orbis præsit, quæ a Christianis habitatur.* Quæ adversus hæc oggannit Cariophylus apud Habertum l. c. Græculus novus, vetustatis ignarus, Romanæ sedis parasitus et mercenarius, nauci sunt. Notanda præcipue verba Anastasii, *quod cuidam orbis parti præsit, quæ a Christianis habitatur.* Voce *Christianorum* soli Christiani Græci juris et ritus intelliguntur. Solebant enim illo tempore Christiani eximie dici, qui orthodoxe, pro cujusque partis opinione, Deum colerent ; quod eo non pertinet, ac si cæteri Christiani ritus homines eo titulo arcerentur. Hinc reperies in formulis inscriptionum hoc capite exhibitis Bulgarorum principem Christianissimum appellari, principum occidentalium neminem. Ille nempe Bulgarus Græcum ritum sequebatur. Eodem modo Latini quoque Græcos titulo Christianorum excludebant ; v. locus Wilhelmi Tyrii, quem ad Abulfedam notavi.

(43) Ut in foro et rebus civilibus filius adoptati nepos erat adoptantis, ut patet e Cassiodori VIII, Epist. 1 ; *Pacem non longinquus, sed propinquus peto, quia tunc mihi dedistis gratiam nepotis, quando meo parenti gaudia adoptationis præstitistis* : ita in foro sacro quoque filius ejus, qui ab aliquo in filium spiritualem receptione e baptismo adoptatus fuisset, nepos adoptantis erat. Debuit ergo, cum hæc formula in usu aulæ CPtanæ esset, ille regnasse, qui Bulgarum principem primus ad Christianam fidem admisisset, ipso illo Bulgaro jam vivis exempto et filio atque successore ejus superstite. Non potest hoc in alia tempora, quam extrema Basilii Macedonis cadere, quo Bogoris, primus Bulgarorum Christianus princeps, et ejus filii regnabant ; vid. Du Cange Famil. Byzant. p. 310, 311. Quod autem paulo post dicitur, mutatum nomen *avi* et *nepotis* nomine *patris* et *filii* fuisse, id congruit in tempora Romani Lecapeni et Petri Bulgari, filii Symeonis, qui Romani e Stephano neptim in matrimonium ducebat. Cæterum de Christianismi apud Bulgaros ortu et progressu v. Fabricii Lux Evangelii p. 480, 481. Cedrenus p. 468, jam sub Leone Chazaro ait eorum principes fidem amplexos fuisse ; totam vero gentem Christi sacris initiatam sub Michaele. Theophili filio, et ejus matre Theodora, ait p. 540. Basilium denique Macedonem Bulgaros in fide confirmasse idem tradit p. 589, et Contin. Const. in Script. post Theoph. p. 210.

(44) Quare Augustæ non item titulus aviæ aut matris spiritualis tributus? Quia ad Bulgari receptionem e baptismo et ad fidem Christianam adhibita non fuerat. Non enim feminæ apud Græcos e baptismo levant.

(45) Varii sunt logothetæ : in specie et nude sic dictus, alias logotheta Dromi, item ὁ μέγας λογοθέτης, tum ὁ γενικος, rationalis generalis seu fisci publici, ὁ εἰδικός, rerum privatarum, ὁ στρατιωτικός, fisci militaris, τῶν σεκρέτων, tribunalium variorum, ὁ τῶν ἀγελῶν, gregum, etc. Puto hic intelligi quatuor illos, quos primo loco nominavi.

Logothetæ ad eos interrogatio.

Quomodo valet fidelissimus et familiaris sancti nostri imperatoris, ille vel ille, vir nobilissimus? quomodo totus ejus populus, fideles et benevoli erga herum servi sancti nostri imperatoris? quomodo vales tu? quomodo exceptus es a patricio et stratego illius vel illius [unde venis] provinciæ? quomodo comitatus te fuit conduxitque basilicus, eum in finem obviam tibi missus? Adversine aliquid et ærumnosi tibi contigit in via? Abi bene hilaris et exsultans, utpote hodie cum sancto nostro imperatore epulaturus.

Salutotia ad imperatorem legatorum a megistane quodam amira, sive Ægypti, sive Persiæ, sive Chorasanæ, qui nempe subditus imperio Romanorum non est, sed sive ab Amermumna dependet, sive etiam non, sed sui juris est.

Pax tibi et misericordia, gaudium et gloria a Deo tibi contingant, excelso et magno imperatori Romanorum, commoda vita diuturnaque et prospera valetudo a Domino, pacifice et bone imperator. Exoriatur in diebus tuis justitia et multitudo atque plenitudo pacis, pacis amantissime et humanissime imperator.

Logothetæ ad eos interrogatio.

Quomodo valet nobilissimus amiras Ægypti? quomodo senatus populusque ejus omnis? quomodo vales tu? **396** quomodo huc conductus? adversine quid et molesti contigit in via? Abi bene hilaris et exultans, hodie cum sancto nostro imperatore epulaturus.

CAPUT XLVIII.

Acta seu formulæ inscriptionum in litteris exteros.

Ad papam Romæ, Bulla aurea unius solidi. « In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, unius et

A Ἡ τοῦ λογοθέτου πρὸς αὐτοὺς ἐρώτησις.

Πῶς ἔχει ὁ πιστότατος καὶ οἰκεῖος (56) τοῦ βασιλέως ἡμῶν τοῦ ἁγίου ὁ δεῖνα ὁ εὐγενέστατος; πῶς ἔχει ὁ λαὸς αὐτοῦ ἅπας, οἱ πιστοὶ καὶ εὐγνώμονες δοῦλοι τοῦ βασιλέως ἡμῶν τοῦ ἁγίου; πῶς ἔχεις σύ; πῶς ὑπεδέχθης παρὰ τοῦ πατρικίου καὶ στρατηγοῦ θέματος ὁ δεῖνα; πῶς διέσωσέν σε ὁ ἀποσταλεὶς βασιλικὸς εἰς διάσωσίν σου; μή τι ἐναντίον ἢ θλιβερὸν συνέβη σοι κατὰ τὴν ὁδόν; ὕπαγε καλῶς εὐφραινόμενος καὶ ἀγαλλόμενος, σήμερον σκνεσθίων μετὰ τοῦ βασιλέως ἡμῶν τοῦ ἁγίου.

Ο τῶν ἐρχομένων πρέσβεων ἀπὸ μεγιστάνου ἀμηρᾶ ἢ Αἰγύπτου, ἢ Περσίας, ἢ τοῦ Χοροσὰν ὀγλονότι μὴ ὄντος ὑποτεταγμένου τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων, ἀλλ' εἴτε ὑπὸ τὴν ὑποταγὴν τοῦ ἀμερμουμνῆ ὄντος, εἴτε καὶ μὴ (57), πρὸς τὸν B βασιλέα χαιρετισμός.

Εἰρήνη σοι καὶ ἔλεος, εὐφροσύνη καὶ δόξα παρὰ Θεοῦ τῷ ὑψηλῷ καὶ μεγάλῳ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων, εὐζωία καὶ ὑγίειά σοι καὶ ζωὴ πολυχρόνιος παρὰ Κυρίου, εἰρηνοποιὲ καὶ ἀγαθὲ βασιλεῦ. Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις σου δικαιοσύνη καὶ πλῆθος εἰρήνης, εἰρηνικώτατε καὶ φιλάνθρωπε βασιλεῦ.

Ἡ τοῦ λογοθέτου πρὸς αὐτοὺς ἐρώτησις.

Πῶς ἔχει ὁ εὐγενέστατος ἀμηρᾶς Αἰγύπτου· πῶς ἔχει ἡ γερουσία καὶ ὁ λαὸς αὐτῆς ἅπας; πῶς ἔχεις σύ; πῶς διεσώθης κατὰ τὴν ὁδόν; μή τι ἐναντίον ἢ θλιβερὸν συνέβη σοι κακὰ τὴν ὁδόν; μή τι ἐναντίον συνέβη σοι: ὕπαγε καλῶς εὐφραινόμενος καὶ ἀγαλλόμενος, σήμερον συνεσθίων μετὰ τοῦ βα- C σιλέως ἡμῶν τοῦ ἁγίου.

ΚΕΦΑΛ. ΜΗ'.

Τὰ ἄκτα τῶν εἰς τοὺς ἐθνικοὺς γενομένων ἐπιγραφῶν.

Εἰς τόν πάπαν Ῥώμης. Βούλλα χρυσῆ μονοσολδία (58)· « Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(56) Familiaris, domesticus, vasallus, ad ejus οἶκον, domum, comitatum et familiam pertinens.

(57) Debebat quidem de jure chalifa omnibus imperare per omnem ditionem Muhammedanam regulis, et hi quidquid tenerent provinciarum ab eo feudatario nomine et ut vasalli tenere. Verum rapuerant legati provincias, in quas missi fuerant, ad se, chalifis aut non valentibus corpus nimis vastum regere et ubique simul esse, aut potius otio et deliciis Babylonicis torpentibus eoque in servitutem D delapsis. Audiamus ex Abulfeda [t. II, p. 398], qualis, fuerit A. C. 936 status imperii Saracenici et qui quas provincias tenuerint reguli: *Ad nihilum pene redierat pristinus ille chalifarum splendor et venerabilis quondam majestas. Nam non tantum illis præter Bagdadum et suburbanas præturas reliqui nihil fecerant raptores provinciarum legati, sed etiam in ipsa urbe regia nulla erat auctoritas chalifæ, sed solus Raiekides regnabat, qui præterea Waseltham et al Basram peculium tenebat. Al Baridicus incubabat Chuzistanæ, Emadoddaulah, filius Buieh, habebat Persidem; Abu Ali Mohammed, filius Eliasi, Samanida: Kermanam; alter Buiida, Rocnoldaulah, cum Waschmegiro, filio Zaiari, fratre Mardawigi, de possessione Arriæ et Isfahanæ et Parthiæ contendebat armis. Hamdanidæ Mesopotamiam, id est, Almauselam et reliquas Arabum Sunitarum de gente Becri et Modhari et Rabiah sedes partiti inter se fuerant. Ægypto atque Syriæ dominabatur al Ahschid Mohammed, filius Thugagi, Libyæ et Mauritaniæ ol Caiem, filius Almahaditi Alita, Andalusia parebat Abdorahmano, qui vulgo ab Elogio an Naser audit Mohammadi filio, de gente Ummiah. Chorasana et quæ ultra Oxium patent Nasro, filio Ahmadi, Samanidæ, Thabarestan et Giorgian Dailomitis ad Baharain et al Jamamah Abu Thahero Carmathitæ.*

(58) MS., ἀσολδία, id est μονοσολδία, ut constat e sequentibus δισολδία, τρισολδία, τετρασολδία, *binorum, ternorum, quaternorum solidorum bullo.* Erat autem mea quidem sententia bulla unius solidi non pro qua in consuetudinem cancellariæ penderetur solidus unus, sed quæ haberet appensam bullam, hoc est capsulam rotundam auream cum cera eique impressa imperatoris imagine, cujus bullæ aurum æquaret pretium et pondus unius solidi aurei. Et sic porro bisoldiæ, trisoldiæ, tetrasoldiæ bullæ erant quarum appensæ bullæ valerent binos, ternos aut quaternos solidos. Paulo post dicuntur papæ Romano missæ fuisse bullæ bisoldiæ. Minoris ergo fiebat, quam Chalifa vel papa Saracenicus, cui bulla quatuor solidorum mittebatur; minoris quoque, quam patriarchæ Alexandrinus, Hierosolymitanus et Antiochenus, quorum singuli trisoldiis bullis cohonestati dicuntur fuisse. Est certe minutum quid et

τοῦ ἁγίου Πνεύματος τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα πιστοὶ ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ βασιλεῖς Ῥωμαίων πρὸς ὁ δεῖνα τὸν ἁγιώτατον πάπαν Ῥώμης καὶ πνευματικὸν ἡμῶν Πατέρα. » Ὁμοίως καὶ εἰς τὸν πάπαν Ἀλεξανδρείας, πλὴν πατέρα οὐ γράφει. Ὁμοίως καὶ εἰς τὸν πατριάρχην Ἀντιοχείας καὶ τὸν πατριάρχην Ἱεροσολύμων, πλὴν πνευματικὸν πατέρα οὐ γράφει. Αἱ δὲ βοῦλλαι χρυσαῖ τρισόλδιαι. Εἰς τὸν πρωτοσύμβουλον (59), ἤγουν εἰς τὸν ἀμερμουμνῆν. Βούλλα χρυσᾶ τετρασολδία· « Τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ [64] εὐγενεστάτῳ καὶ περιβλέπτῳ ὁ δεῖνα πρωτοσυμβούλῳ καὶ διατάκτορι (60) τῶν Ἀγαρηνῶν ἀπὸ ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα τῶν πιστῶν αὐτοκρατόρων Αὐγούστων μεγάλων βασιλέων Ῥωμαίων. Ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα πιστοὶ ἐν Χριστῷ τῷ

A solius veri Dei nostri. Ille et ille fideles et credentes in eumdem Deum imperatores Romanorum ad illum, sanctissimum Romæ papam et spiritualem nostrum Patrem. » Similis formula in litteris ad patriarcham Alexandriæ adhibetur, præterquam quod ille pater imperatoris spiritualis non appellatur. Eadem ipsa formula quoque, sed etiam absque patris titulo, honorantur patriarchæ Antiochiæ et Hierosolymorum. Ad hos quæ diriguntur bullæ aureæ, sunt trisoldiæ [seu litteris ad eos destinatis appensæ bullæ aureæ tres solidos aureos valore æquant]. Bulla aurea, quæ ad protosymbulum, id est, Amermumnam mittitur, est tetrasodia [seu valet quatuor solidos aureos] et habet [in externa aversa membrana] hanc inscriptionem. « Magno,

VARIÆ LECTIONES.

[64] ΣΧΟΛ. Χρὴ εἰδέναι, ὅτι ἀμηραλμουμνῆς ὀφείλει λέγεσθαι,

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

pauperiem prodit bulla unius solidi. Quam tenuis debuit talis bractea fuisse! Nobilius tamen vel sic quoque bulla aurea unius solidi more illorum, qui affectatione humilitatis avaritiæ et censibus suis valde favente, nonnisi plumbeis bullis utebantur, nonnisi plumbum ad alios mittebant, aurum sibi servabant. Dignius imperatore se gessit Carolus M., quem monasterio cuidam Compendiensi diploma donationis cum appensa bulla aurea octo vel decem ducatos aureos pendente concessisse narrat Du Cange v. *Bulla* ; vid. dicenda ad p. 398.

(59) Confuderunt Græci *Amiralomara* seu *principem principum* vel *archontem archontum* quæ in aula Bagdadica prima post chalifam dignitas erat et omnia nomine chalifæ agebat, cum *chalifa*, ut huic titulum tribuerent, qui illius erat; et præterea vocem *amir* alia notione, quam vulgo non habet, habere tamen per rationem linguæ Arabicæ potest, accipiebant. Scilicet *Amara* verbum, quod alias *imperare* notat et *jubere*, debet quoque interdum notare *consilium dare*. Hoc patet clare ex octava ejus verbi conjugatione, quæ est *Itamara*, et notat βουλεύεσθαι, *sibi consilium ab altero petere* vel *sumere*. Ergo *amir* vel *amir*, est ea ratione *aliquis, cui consilium datur*. Ergo *Amiralomarai* recto potest verti *primus consultorum*, πρωτοσύμβουλος, quamvis ordinarie soleat Arabibus *imperantem imperantium* notare. Arabici tamen scriptores sollicite, ut par erat, dignitates diversas chalifæ et archontis archontum vel protosymbuli distinguunt, contra quam Græci fecerunt: quem morem scholium subjectum recte reprehendit. Exempla, ubi chalifæ Protosymbuli appellantur a Græcis scriptoribus, exstant apud Theophan. p, 309, 329, 362. Insignis est locus apud Selden. de Titul. Honor. p. 30, ex epistola Ludovici II ad Basilium Macedonem, ubi de titulo *Basileus* cum eo rixatur, eumque ad se quoque pertinere contendit. *Sed nec hoc admiratione caret*, ait, *quod asseris, Arabum principem Protosymbulum dici, cum in voluminibus nostris nihil tale reperiatur et vestri codices modo Archigon, modo regem, vel quolibet alio vocabulo nuncupent. Sed nos omnibus litteris sacras Scripturas præferimus, quæ non Protosymbulos, sed reges Arabiæ et Sabæ perspicue profitentur ; Chaganum vero non Prælatum* [ἄρχοντα] *Avarum, non Chazarorum, aut Northmannorum* [ita eo tempore appellabant quos nos hodie Russos et Tataros dicimus] *nuncupari reperimus, neque principem Bulgarum, sed regem vel dominum Bulgarum.* Ergone sacri codices eorum temporum pleniores nostris et de chalifis Saracenorum, de Chaganis Chazarorum et Bulgarorum memorabant ? Videntur eo tempore principes, quod alios libros non nossent,

B omnia jura suae sacris bibliis deduxisse. [*De *Protosymbulo*, Saracenorum duce, *Basileo*, nomine imperatoribus Græcis proprio, item de *Archego* vid. Anonym. Salemit. Chron. apud Murator. t. II, p. 247.]* Locum quæsitum non inveni, interea conferri velim Du Cangium Glossario Lat. h. v. Venit hic mihi exponendus et vindicandus locus Achmetis Onirocritici, qui capite XLV, p. 35 edit. Rigalt. agit περὶ τοῦ ὀνείρατος τοῦ πρωτοσυμβούλου. Du Cange Gloss. Gr. p. 860, ex illo capite contendit, non Achmeten, filium Sirini, auctorem esse illorum Onirocriticorum, sed recentiorum aliquem, et Prutosymbulum ibi memoratum non esse al Mamunum, illum ab amore litterarum celebratum chalifam, sed alium aliquem recentiorem chalifam, Ægyptium, idque ideo, quod dicatur ibidem ille Mamun non esse de gente Protosymbulorum. Sed perperam intellexit obscuram ut inscitam, at erant illa tempora, narrationem. Vocabulum σύ (ὅτι τοῦτο σὺ οὐχ ἑώρακας· οὐ γὰρ εἶ ἐκ τοῦ τῶν πρωτοσυμβούλων αἵματος) non

C ad Mamunum, sed ad illum hominem redit, quem al Mamun ad Achmetem, filium Sirini, misisse dicitur propositurum ipsi somnium illud et simulaturum sibi obtigisse. Verum tamen est Græculum istorum Onirocriticorum auctorem tempora confudisse. Nam Achmet, filius Sirini, sæculo pene citius obiit, quam al Mamun Chalifa fuit factus. Hoc posterius A. F. 199, seu A. C. 814 contigit, illud prius, obitus Achmetis, A. F. 110, seu A. C. 728. Debuisset nempe Græculus sic narrasse : Abdol Malek, filius Merwani, videbat somnium, quo sibi videbatur quater in al Caaba mingere. Mittebat igitur familiarem sibi aliquem ad Achmeten, filium Sirini (D'Herbelot Bibl. Orient. p. 8 a fine ait ad Saidum, filium al Mesajjebi). Cui cum ignotus ille chalifæ familiaris somnium, tanquam sibi oblatum, exposuisset, nolebat Sirinides interpretari, dicens, id ad eum non pertinere, ut qui ad gentem Protosymbuli nihil faceret.

D Spectare autem somnium ad Protosymbulum. Igitur curasse Abdal Malecum ad se Sirinidem accessi; qui coram al chalifa constitutus hanc dederit interpretationem : futurum esse, ut, etc.

(60) Respondet hoc vocabulum Arabico *Chalifah*, idque interpretatur. Proprie quidem illud et *successorem* διάδοχον, et *vicarium*, τοποτηρητήν notat; deinde vero, quia qui loco alterius est et rei alicui præest, eam curat eaque ipsi curanda committitur ab eo, qui legat ; ex eo factum, ut Chalifah quoque vulgari Arabum et Turcarum usu *commissarium*, μανδάτωρα, *un commis*, notet, ordinatorem, διατάκτορα. De nomine Agarenorum ejusque vero significatu et origine ad p. 253 dixi.

honestissimo, nobilissimo, spectabili, illi vel illi protosymbulo et proveditori Agarenorum ab illo et illo, fidelibus imperatoribus Augustis, magnis imperatoribus Romanorum. » Intus autem in adversa, exordio litterarum tale perscribitur alloquium : « Ille et ille credentes in Christum Deum eique fideles imperatores Augusti, magni reges Romanorum, salutem dicunt magno, honestissimo, nobilissimo, spectabili protosymbulo et proveditori Agarenorum. » Ad principem principum magnæ Armeniæ, bulla aurea trisoldia. « Constantinus et Romanus, fideles in Christo Deo imperatores, Augusti magni reges Romanorum, ad illum, illustrissimum, primatem magnæ Armeniæ et spiritualem nostrum filium. » Ad principem Aspuracan vel Basparacan, qui nunc honoratur titulo archontis archontum, bulla aurea trisoldia. « Constantinus et Romanus, fideles in Christo Deo imperatores, Augusti reges Romanorum ad illum, illustrissimum principem principum. » Ad præfectum castri et nomi Cocobit, et illum Taronis et Moex et Auzanes Synes et Baizur et Chazienes, **397** omnium ad Armeniam pertinentium districtuum, idem ad tres præfectos Serbotiorum [seu Servitiorum], quæ vulgo Maura Pædia seu nigri pueri dicuntur, ad

A Θεῷ αὐτοκράτορες Αὔγουστοι μεγάλοι βασιλεῖς Ῥωμαίων τῷ μεγαλοπρεπεστάτῳ, εὐγενεστάτῳ καὶ περιβλέπτῳ ὁ δεῖνα πρωτοσυμβούλῳ καὶ διατάκτορι τῶν Ἀγαρηνῶν. » Εἰς τὸν ἄρχοντα τῶν ἀρχόντων τῆς μεγάλης Ἀρμενίας. Βούλλα χρυσῆ τρισολδία· « Κωνσταντῖνος καὶ Ῥωμανὸς πιστοὶ ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ αὐτοκράτορες Αὔγουστοι μεγάλοι βασιλεῖς Ῥωμαίων, πρὸς ὁ δεῖνα τὸν περιφανέστατον πρῶτον τῆς μεγάλης Ἀρμενίας καὶ πνευματικὸν ἡμῶν τέκνον (61). » Εἰς τὸν ἄρχοντα τοῦ Ἀσπουρακᾶν, ἤγουν τοῦ Βασπαρακᾶν (62), ὁ νῦν τιμηθεὶς ἄρχων τῶν ἀρχόντων. Βούλλα χρυσῆ τρισολδία· « Κωνσταντῖνος καὶ Ῥωμανὸς, πιστοὶ ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ αὐτοκράτορες Αὔγουστοι βασιλεῖς Ῥωμαίων, πρὸς ὁ δεῖνα τὸν περιφανέστατον ἄρχοντα τῶν ἀρχόντων. » Εἰς τὸν ἄρ-
B χοντα τοῦ Κοκοβὶτ (63), Ἀρμενία· εἰς τὸν ἄρχοντα τοῦ Ταρὼ, Ἀρμενία· εἰς τὸν ἄρχοντα τοῦ Μώεξ (64), Ἀρμενία· εἰς τον ἄρχοντα τοῦ Αὔζαν (65), Ἀρμενία· εἰς τὸν ἄρχοντα τοῦ Συνῆς (66), Ἀρμενία· εἰς τὸν ἄρχοντα τοῦ Βαιτζὼρ, Ἀρμενία· εἰς τὸν ἄρχοντα τοῦ Χατζιένης, Ἀρμενία· εἰς τοὺς γ' ἄρχοντας τῶν Σερβοτιῶν τῶν λεγομένων Μαῦρς παιδία· ἐπιγραφὴ εἰς πάντας τοὺς προειρημένους· « Κέλευσις ἐκ τῶν φιλοχρίστων δεσποτῶν πρὸς τὸν ὁ δεῖνα ἄρχοντα τοῦδε. » Εἰς τὸν κουροπαλάτην Ἰβηρίας. Βούλλα

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(61) Quare Armenum imperator spiritualem filium suum appellet, non intelligo, cum neque a Græcis imperatoribus Armeni sic e baptismo recepti et Christianis sacris initiati fuerint atque Bulgari : sæculo enim quarto jam profitebantur hæc sacra : neque cum ecclesia Græca fecerint, sed ab ea nullo non tempore damnati et conviciis atque odiis exagitati fuerint, tanquam hæretici. Si πνευματικόν abesset, non mirarer. Solebant enim impp. CPtani principes exteros se minores et quibus faverent, etiamsi barbaros et paganos, τέκνα appellare. Ita Heraclius Turcarum in Lazica principem τέκνον appellat apud Nicephorum Patr. CPl. p. 47 Breviarii. Manuel Comnenus de sultano Iconiensi, quamvis minor natu, sed major imperio et opibus, τὸ τῆς ἡμετέρας παιδίον βασιλείας, ὁ Σουλτάν, ait apud Cinnamum p. 25. Idem Stephanum, regem Hungariæ, suum, ut volebat, vasallum, compellat p. 126 : ἤχομεν, ὦ ἐμὲ παῖ, οὐ πόλεμον Οὔννοις ἐπάγοντες. Puto itaque filii quidem appellatione inferiorem illius, qui sic appellatur, gradum et subjectionem respectu appellantis indicari, addito autem *spiritualis* vocabulo significari, eum Christianum esse. Sic infra formula ad imperatores Germaniæ et reges Galliæ, ut pares, est ἀδελφός, quia vero Christiani illi sunt, quamvis non ritus Græci, additur πνευματικός, quasi dicas *ad nostrum in Christo fratrem*.

(62) Apsuracan ergo et Basparacan idem est, Basparacanorum bis vel ter fit mentio apud Constantin, de administrando imperio, ut p. 123, et semper cum Iberibus aut cum Abasgis ibi nominantur. Ego non dubito, gentes has easdem esse cum Aspurgis et Aspurganis vel Aspurgianis, qui, teste Strabone et Stephano Byzantino, olim circa Mæotidem paludem sederunt, deinde autem in tractum illum, Caspio mari contiguum, qui hodie tantilla mutatione vetusti gentilis nominis Astracan appellatur. Multum ab his differt Guil. de l'Isle, qui in charta geographica ad Constantini librum de administrando imperio pertinente et a Bandurio edita regionem Baspracan in media Armenia ad lacum Wan ponit. Cum *Baschburacan* vel Aspuracan confundendum non est *Sopuracan*, in Chorezania situm, de quo Abulfeda et Marcus Venetus l. 1, c. 30.

(63) De nominibus oppidorum et tractuum Armeniæ hic designatis nullum agnosco, neque aut apud
C Arabicos geographos, aut apud Constantinum Porphyr. reperio præter Ταρὼ et Μῶεζ, quod conjecto esse *Musch* vel *Mos* Arabicorum geographorum, et Αὔζαν.

(64) Videtur esse Musch, de quo Abulfeda hæc pauca tradit : *Musch est parva urbs, in pene montis, cum longa valle ad itineris bidui longitudinem, vulgo vasta planities Musch dicta. Ibi sunt prata et pascua. Abest Miafarekina duabus fere stationibus et Chelata fere tribus.* E libro Longitudinum collocat ad grad. long. 64, min. 30. latit. 39, m. 30. Cl. Schultens margini codicis Leidani ascripserat hæc verba: *Mosis amnis Armeniæ apud Plinium.* Nisi autem hoc sit, forte est, *Moesch*, Geogr. Nub. p. 292, 9, nisi forte Musch et Moësch idem sint.

(65) In codice membranaceo erat exaratum Ανζαν cum υ supra primum ν imposito, unde effeci Αὔζαν, Arabice *Augian*, de quo oppido Abulfeda, qui ad grad. long. 71. m. 35, et lat. 37, 35, collocat, sic
D tradit : *Oppidum parvum cum fonte aquæ vivæ, paucis arboribus, foris et pagis, fecundo in solo et abundanti bonis.* Voluitne librarius Αὔγαζ indicare, vel *Abchas*, ut hodie efferunt, veterum *Abasgia* ? Non putem. Non de Abasgia paulo post sequitur, et Abchas etiam extra Armeniam est. Illa ultima figura ζ referens estne compendium scripturæ νίκη significans, Ἀρζανίκη vel Αὐζανίκη ? An voluit Ἄρζαν et Ἀρζανίκη ? Idemne est Ἀρζανίνη et Αὐζανίνη ? Sane facile fieri potuit, ut Græci Arabicos libros tractantes pro *Arzan*, legerint Αὔζαν, Talium errorum, inscitia natorum, deinde usu confirmatorum, immanem observavi numerum. Diversæ tamen sunt urbes *Augan* et *Arzen*.

(66) In notitia antiqua Armeniæ (v. Fabricii Luc. Evangel. p. 343.) Κλίμα Διγησινῆς. Estne nostra lectio ex illa mutilata et depravata?

χρυσῆ δισολδία· « Κέλευσις ἐκ τῶν φιλοχρίστων δεσποτῶν πρὸς ὁ δεῖνα τὸν ἐνδοξότατον κουροπαλάτην. » Ἔχει δὲ περὶ αὐτὸν ὁ κουροπαλάτης ἑτέρας ἐξουσίας δ'. Εἰς τὸν ἄρχοντα τοῦ Βεριασάχ, Ἰβηρία· εἰς τὸν ἄρχοντα τοῦ Καρνατάης, Ἰβηρία· εἰς τὸν ἄρχοντα τοῦ Κουέλ, Ἰβηρία· εἰς τὸν ἄρχοντα τοῦ Ἀτζαρᾶ, Ἰβηρία· « Κέλευσις ἐκ τῶν φιλοχρίστων δεσποτῶν πρὸς ὁ δεῖνα. » Εἰς τὸν ἐξουσιοκράτορα (67) Ἀλανίας (68). Βούλλα χρυσῆ δισολδία, « Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Κωνσταντῖνος καὶ Ῥωμανὸς, πίστοι ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ βασιλεῖς Ῥωμαίων, πρὸς ὁ δεῖνα τὸν ἐξουσιαστὴν Ἀλανίας καὶ πνευματικὸν ἡμῶν τέκνον. » Εἰς τὸν ἐξουσιαστὴν Ἀβασγίας. Βούλλα χρυσῆ δισολδία· « Κέλευσις ἐκ τῶν φιλοχρίσνων δεσποτῶν πρὸς ὁ δεῖνα τὸν περιφανῆ ἐξουσιαστὴν Ἀβασγίας. » Εἰς τὸν ἄρχοντα Ἀλβανίας· εἰς τὸν ἄρχοντα τῶν Κρεβατάδων, ἤγουν τὸν λεγόμενον Κρεβατᾶν· εἰς τὸν ἄρχοντα Κηδωνίας· εἰς τοὺς ἄρχοντας Τζαναρίας· εἰς τὸν ἄρχοντα τοῦ Σαρβᾶν, οἵτινες κεῖνται μέσον Ἀλανίας καὶ Τζαναρίας· εἰς τοὺς ἄρχοντας Ἀζίας, ἐν ᾧ εἰσιν αἱ Κασπεῖαι πύλαι· εἰς τὸν ἄρχοντα Χρύσα· εἰς τὸν ἄρχοντα [65] Βρέζαν· εἰς τὸν ἄρχοντα Μωκᾶν. (Ἰστέον, ὅτι ἀπὸ Μωκᾶν ἐστιν ἡ Μαιῶτις λίμνη.) Ἐπιγραφὴ εἰς πάντας τοὺς προειρημένους· « Κέλευσις ἐκ τῶν φιλοχρίστων δεσποτῶν πρὸς ὁ δεῖνα τὸν ἄρχοντα τῆσδε. » Εἰς τὸν καθολικὸν (69) Ἀρμενίας, εἰς τὸν καθολικὸν Ἰβηρίας, εἰς τὸν καθολικὸν

A hos omnes idem est stylus et titulus, inscriptionis nempe: « Mandatum a dominis Christum amantibus ad illum, præfectum illius [castri vel præfecturæ]. » Ad curopalatem Iberiæ bulla aurea bisoldia. « Mandatum a dominis Christum amantibus ad illum, gloriosissimum curopalatem. » Habet autem curopalates appositas sibi quatuor adhuc alias potestates, nempe præfectos Beriasach, Carnataæ, Cuel et Atzara, tractuum Iberiæ, ad quos hæc dirigitur inscriptio: Mandatum a dominis Christum amantibus ad illum. » Ad potestatum Alaniæ mittitur bulla aurea bisoldia sum hac inscriptione: « In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, unius et solius veri Dei nostri, Constantinus et Romanus, fideles in eodem Deo imperatores Romanorum, ad

B illum, potestatum Alaniæ et spiritualem nostrum filium. » Ad potestatum Abasgiæ, bulla aurea bisoldia cum hac inscriptione: « Mandatum a philochristis dominis ad illum, illustrem potestatum Abasgiæ. » Ad archontem seu præfectum vel principem Albaniæ, ad archontem Crebatadum, vulgo sic dictum Crebatam; ad archontem Cidoniæ; ad archontes Zanariæ; ad archontem Sarbani (jacet ea natio media inter Tzanariam et Alaniam); ad archontes Aziæ, (ubi sunt portæ Caspiæ); ad archontem Mocan; (est circa paludem Mæotidem); ad omnes hos inscriptio litterarum est eadem hoc stylo concepta: « Mandatum a philochristis domi-

VARIÆ LECTIONES.

[65] εἰς τὸν ἄρχοντα Χρύσα semel cod., ed. perperam bis.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(67) Hoc nomen vel hic titulus peculiariter attri- C buebatur Alanorum domino, Græci imperii vasallo; vid. Constant. Porphyr. de admin. imp. p. 62, et præcipue Du Cange ad Alexiad. p. 209 et 395.

(68) Du Cange ad Alexiad. p. 209, eosdem putat esse Abasgos, Alanos et Iberos. Alani vel Allani et Albani num iidem sint, disquirit Barth. ad Guil. Briton. p. 31. Quod mihi definire in promtu non est. Abulfeda certe nunquam *Albanos*, sed semper *Allanos* nuncupat, tanquam si *al* articulus esset præpositus, ipsum nomen *Lan*. Abasgi autem et Allani procul dubio diversi sunt, non tantum ideo, quod hic tanquam diversæ gentes enumerantur, sed etiam situs demonstrat. Allani enim multo altius versus septentrionem in ipso Caucaso habitant, Abasgi autem in littore maris Caspii, quod etiam adhuc mare *Abosgun*, de ipsis appellatur. Aut ergo diversi sunt ab *Abcassis*, qui ad Pontum Euxinum habitarunt, ubi etiam Abulfeda *Abchas* collocat, aut migrarunt, vel ex parte, vel tota gens, ut in D non magna terrarum distantia, vel a Pontio Euxino ad Caspium, vel ab hoc ad illum. Τζαναρία forte est regio *Tzanorum*, circa Pontum Euxinum. Arabes videntur eos *ar Ran* appellasse, unde per corruptionem fluxit nomen *Iran*, quod toti illi tractui inter Armeniam et mare Caspium commune est. Tzantorum sedes designat Agathias initio libri V: οἰκοῦσι τὰ πρὸς νότον ἄνεμον τοῦ Εὐξείνου πόντου ὑπὸ Τραπεζοῦντα τὴν πόλιν. Sequens Σαρβὰν videretur idem esse atque Schirwan, nisi additum esset, medium id jacere inter Allaniam et Tzanaream. De *Mocan* hæc habet Abulfeda, qui ad long. 78, latit. 33 (aut 38; collocat: *Mucan est, ut ait al Lobab, urbs in tractu Derbend, quemadmodum perhibet os Samanensis. Plura non dat. Filius Haucali asserit, biduo a Bab el abwab distare* [seu portis Caspiis]. *Ad ditionem Ardobil referi al Azizicus. Hoc, inquit, tempore non superest Muganæ celebritas; tantum notæ sunt terræ Mugan, terræ illæ vastæ, frequentes aquis et cannis Sacthari, et pascuis, in littore maris Thaberestanici prope mare, in puncto occidentali septentrionali Tebriz ad decem fere diætarum inde distantiam. Ibi hibernatur Ordu* (Horda, castra vel aula) *Tatatorum ut plurimum. Porro addit al Azizicus, Mugan esse in extremitate terrarum Kilan a plaga occidentali; inter eam et ostium fluvii Corr* [vel Cyri], *si nempe super littore maris versus occidentem cum aliquali versus boream inclinatione procedas, interesse* 26 *parasangas, inter ostium vero idem Czri et al Bab, in littore maris Chozari esse* 21 *parasangas*. Apparet hinc, falli auctorem nostrum in eo, quod Mocan ad paludem Mæotidem collocat et hanc ab illa incipere ait.

(69) Ut Romæ et CPleos episcopi se οἰκουμενικοὺς appellant, ita Christianorum orientalium summi episcopi, qui nempe Antiocheno non parent, *catholicos* se appellant seu generales. Arabes *Tschasoltk* efferunt, et sic quoque extulit hoc nomen Marcus Paulus Venetus I, 15, more Italico *laçolick* exarans, v. Du Cange v. *Catholicus*. Hodie tantum unus superest Christianorum per Chaldæam summus pontifex, catholicus dictus, Bagdadi residens. Olim tamen plures erant. Hic certe tres diversi nominantur Catholici, Armeniæ, Iberiæ, Albaniæ, et forte qui hodie episcopi audiunt, catholici tum appellabantur. *Annensis catholicus*, quem Du Cange l. c. e Wilhelmo Tyrio memorat, sedebat apud *Anam*, urbem ad Euphratem, de qua Teixeira et della Valle in Itinerariis. Ad locum Nili Doxopatrii ibidem citatum tenendum, Bagdadum a Græcis Εἰρηνόπολιν

nis ad illum, archontem illius vel illius provinciæ. » Inscriptio litterarum ad tres catholicos, Armeniæ unum, alterum Iberiæ, denique Albaniæ. « Mandatum a philochristis dominis ad illum, piissimum cathegetam seu conductorem illius provinciæ. » Ad papam Romæ mittitur bulla aurea bisoldia cum hac inscriptione : « In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, unius et solius veri Dei nostri, Constantinus et Romanus fideles in eodem

A κὸν Ἀλβανίας. Ἐπιγραφὴ εἰς τοὺς γ' καθολικούς· « Κέλευσις ἐκ τῶν φιλοχρίστων δεσποτῶν πρὸς ὁ δεῖνα τὸν εὐλαβέστατον καθηγητὴν τῆσδε. » Εἰς τὸν πάπαν Ῥώμης. Βούλλα χρυσῆ δισολδία· « Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Γἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Ηνεύματος τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν· Κωνσταντῖνος καὶ Ῥωμανὸς, πιστοὶ ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ βασιλεῖς Ῥωμαίων, πρὸς ὁ δεῖνα τὸν ἁγιώτατον πάπαν Ῥώμης καὶ πνευματικὸν ἡμῶν Πατέρα. » Εἰς τὸν ῥῆγα Σαζωνίας (70)· εἰς

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

appellari, quia ea urbs Arabilus *urbs pacis* audit. Sed Ῥωμογούρ quid sibi velit, nescio. Exponitur ἤτοι Χορασαν. Forte itaque legendum Βαμογούρ, id est Βὰμ ὁ γούρ, *Bam et Gur*, quæ ambæ provinciæ pro una solent considerari, et Indiam atque Chorasanam interjacent.

(70) Græci rerum Germanicarum ignari et incurii regem e duce faciebant ; ut in multis aliis fecerunt. Princeps olim paulo potentior ipsis ῥήξ erat ; βασιλεύς solus suus imperator. Saxones hic et Boioari in specie nominantur, quia imperatores Germanici e gente Saxonica tum regnabant, cum Constantinus Porphyrogennetus et ejus gens Byzantio dominarentur. Constantinus Porph., Leonis filius, aut Romanus Lecapenus legatum misit in Saxoniam [ad Ottonem I. circa A. 946 aut 945., ut perhibet Lambert. Schafnaburgensis] Simeonem eunuchum κοιτωνίτην, et Otto vicissim ad eum misit Luitfredum, institorem seu negotiatorem, πραγματευτήν, Moguntiacum ; v. Luitprand. Hist. vi. 2. Lambertus modo citatus A. 949 : *iterum venisse nuntios Græcorum ad regem Ottonem cum pretiosissimis muneribus in memoria omnium sanctorum.* Item ad A. 973. legationem Græcam memorat, quæ ad Ottonem in urbe regia *Quedlinburg* residentem venerit. Illinc noti fuerunt Græci Saxones et simul quoque Baioari, quia Otto simul dux Saxoniæ et Bavariæ erat. Veteres pronuntiabant *Sacæ*, Σάζοι, *Sassi* ; p. 4. Notitiarum Holstenianarum post Caroli a S. Paulo geographiam sacram legitur ἄχρι τῶν ὁρίων Σάζων, et notatur in margine Σαξόνων. Sed non opus est. Pagus ille prope Leidam Batavorum, milliari fere inde versus septentrionem distans, e quo Saxi olim, ut videtur, in Angliam trajiciebant, adhuc hodie *Sassenheim*, *patria Sassorum*, dicitur. *[De nomine ῥήξ ab impp. Græcis tributo vid. p. 316 Dissert. Joinville. Croatiæ duces quando duces vocati sint, v. Giornale dei Letterati IX, 435. Venetorum principes Constantinopolitani imperatores ut reges considerant ; ibid. XVI, p. 484 ; de *regis regum* titulo Francorum regibus dato v. Du Cange Alex. p. 352.]* De titulo *regis*, Germanico imperatori a Græcis velut minore tributo vid. idem ad Alex. p. 236. et Selden. Titul. Honor. p. 50 et Goar. ad Codin. p. 72, n. 34. *[Imperatoris titulus a Græcis negatus est occidentalibus. Manuel imp. paciscitur cum Friderico imp. vel se ipsum imperatorem et orientalem Neo-Romæ imp. vocare, teste Radevico ; vid. Eginharti interpretes p. 83. Symeoni ut imperatori et regi acclamatum Romana lingua. Georg. Monach. p. 580. Imperatores Græci titulum hunc Basilei Carolo M. negant, vid. Eginharti interpretes p. 128.]* Agnoverant quidem Irenes legati Carolum pro imperatore et Basileum salutaverant. Sequentes tamen imperatores Græci protestati fuerunt adversus factum vel auctoritate legatorum privata, vel jussu feminæ tyrannicæ, quæ juribus suis derogare non potuerit, ut illi aiebant. V. locus Sigeberti Gemblacensis paulo post citandus. *[Michael Curopalates Carolo M. titulum imperatoris negat. Giorn. d. Letter. XVI. 48. De Basileo nomine imperatoribus Græcis proprio v. Anonymi Chronic. Salernit. p. 247. t. II Murat.]*

B

C

D

Gravi sermone querulus debacchatur Cinnamus p. 127, in arrogantiam imperatorum Germanicorum, quod imperatorum titulum arripuerint et reges alios faciant, jure nullo. Sed opus non erat tantis iris. Ut enim omittam hoc urgere, jus illud eo titulo utendi solis Græcis proprium non esse et nunquam fuisse et eos falsa imaginatione sibi illudere, qui asseverant ; hoc tantummodo dicam, Græcos Basilei titulum non tantum Bulgarorum principibus sæculo decimo concessisse, sed jam sæculo sexto legatos Justiniani M. Aretam, filium Giabalæ, phylarchum Arabum, Basilei nomine compellasse, teste Procopio p. 28, ed. Hœschel. lin. 34, qui idem Procopius tamen sæculo V, discrimen a Græcis inter *basileum* et *regem* fuisse factum indicat Gothicor. I. p. 166, ed. Hæsch. narrans de Theodorico : Αὐτὸς ἔσχε τὸ τῶν Γότθων καὶ Ἰταλιωτῶν κράτος, καὶ βασιλέως μὲν τῶν Ῥωμαίων οὔτε τοῦ σχήματος οὐδὲ τοῦ ὀνόματος ἐπιβατεῦσαι ἠξίωσεν, ἀλλὰ ῥῆξ διεβίω καλούμενος· οὕτω γὰρ σφῶν τοὺς βασιλέας οἱ Βάρβαροι καλεῖν νενομίκασι. Esset hic locus de legationibus CPtanorum imperatorum ad occidentales agendi, saltem quæ ætatem Constantini antecedunt. Sed nunc non vacat. Interea saltem paucula hæc aspergam. Leichius observavit, ad Carolum M. venisse ab imp. CPtano legatos, de quibus memoret Eccardus de Salzburgo p. 34 et Annales Bertinianos ad A. C. 839 narrare legationem CPtanam ad Ludovicum Pium p. 525 ed. Murat. Legationem Irenes ad Carolum M. Sorbigenses, cives mei, celebrant, putantes eam apud Sorbigam a Carolo exceptam esse anno 801. Sigebert. Gemblac. ad A. 805 ait, CPtanos crebris legationibus Carolum sibi firmissimo fœdere conciliasse. Quia memorabilia sunt verba, ascribam ea. Sed prius connexionis gratia quæ ad A. 801 habet afferam ; illustrant enim præsentem rem. *Romani*, ait, *qui ab imperatore CPtano jam diu animo desciverant, nunc accepta occasionis opportunitate, quia mulier excæcato imperatore Constantino, filio suo, eis imperabat, uno omnium consensu Carolo regi imperatorias laudes acclamant* [id est *acta, qualia imperatori*, βασιλεῖ *acclamari fas est, nuncupant eum imperatorem*], *eumque per manum papæ coronant. Cæsarem et Augustum appellant* ; *Pipinum vero, filium ejus, regem Italiæ ordinatum* [θεόστεπτον] *collaudant* [εὐφημοῦσιν, ἀκτολογοῦσι]. Dein pergit ad A. 805 : *Carolus imperator indignantibus contra se imperatoribus Constantinopolitanis propter invidiam imperatorii nominis a Romanis sibi depositi* [id est *imposiii*], *magna patientia et magnanimitate eos tulit, et quia suspectam habebant suam potentiam, crebris legationibus sibi eum firmissimo fœdere conciliabant.* Rhegino Prumiensis ad A. C. 812. hæc narrat : *Nicephoro Generali mortuo Michael* [Balbus], *gener ejus, imperator factus legatos domini imperatoris* [Caroli], *qui ad Nicephorum imperatorem missi fuerant, suscepit in CPlin et absolvit* [expediit, dimisit] ; *cum quibus et suos legatos direxit, Michaelem scilicet episcopum et Arsacium* [aut *Arsenium*] *atque Theognostum protospatharium, et per eos pacem a Nicephoro cæptam confirmavit. Nam Aquisgrani, ubi ad imperatorem venerunt, conscriptum*

τὸν ῥῆγα Βαϊούρη [ἔστιν δὲ αὕτη ἡ χώρα οἱ λεγόμενοι Νεμίτζιοι (71)]. εἰς τὸν ῥῆγα Γαλλίας· εἰς τὸν ῥῆγα Γερμανίας [66]· ἐπιγραφὴ εἰς πάντας τοὺς προειρημένους· « Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Κωνσταντῖνος καὶ Ῥωμανὸς, πιστοὶ ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ βασιλεῖς Ῥωμαίων, πρὸς ὁ δεῖνα τὸν πεποθημένον πνευματικὸν ἀδελφὸν (72) τὸν περίβλεπτον ῥῆγα. » Εἰς τὸν πρίγκιψ Ῥώμης· Βούλλα χρυσῆ δισολδία· « Κωνσταντῖνος καὶ Ῥωμανὸς καὶ λοιπὰ πρὸς ὁ δεῖνα τὸν ἐνδοξότατον πρίγκιπα Ῥώμης. » Εἰς τὸν ἀμηρᾶν Ἀφρικῆς· « Κωνσταντῖνος καὶ Ῥωμανὸς, πιστοὶ ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ αὐτοκράτορες Αὔγουστοι μεγάλοι βασιλεῖς Ῥωμαίων, πρὸς τὸν ἐνδοξότατον καὶ εὐγενέστατον ἐξουσιαστὴν τῶν Μουσουλημιτῶν (73)· » Βούλλα χρυσῆ δισολδία. Εἰς τὸν ἀμηρᾶν Αἰγύπτου. Βούλλα χρυσῆ τετρασολδία. Τοῦ ἀποσταλέντος γράμματος ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ τῶν

A Deo imperatores Romanorum ad illum, sanctissimum papam Romæ et spiritualem nostrum Patrem. » Ad regem Saxoniæ, **398** ad regem Bajuri seu Bajoariæ vel Bavariæ (est ea regio, quam vulgo nobis dicti Nemetzii, id est Germani vel Alamanni, incolunt); ad regem Galliæ, ad regem Germaniciæ vel Germaniæ perscribitur eodem ad omnes titulo, nempe hoc : « In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, unius et solius veri Dei nostri, Constantinus et Romanus, fideles in eodem Deo imperatores Romanorum ad illum, charissimum spiritualem fratrem, illustrem regem. » Ad principum Romæ prescribitur hoc titulo : « Constantinus et Romanus (reliqua ut supra) ad gloriosissimum principem Romæ. » Ad Amiram Africæ scribitur hoc titulo : « Constantinus et Romanus, fideles in Christo Deo B imperatores Augusti, magni reges Romanorum, ad gloriosissimum et nobilissimum potestatum Musu-

VARIÆ LECTIONES.

[66] Γερμανίας em· R., Λερμανικείας cod. et ed·

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

pactum [tabulas fœderis] *ab eo in ecclesia susceperunt et more suo, id est lingua Græca, laudes ejus dixerunt, imperatorem eum et Basileum appellantes.* De Nicephori Generalis ad Carolum legatione idem Rhegino ad An. 803, 810 et 811 habet. De legatione Michaelis Balbi ad Ludovicum Pium v. Sigebert. Gemblac. ad an. 824. "[De legatione Theophili ad regem Francorum auxilii petendi causa v. Continuat. Theophan. p. 84.]" De legatione Basilii Macedonis ad Ludovicum, regem Germaniæ, v. Sigebert. Gembl. ad a 872. Possent hoc modo legationes Græcorum ad occidentales ex Latinis et Byzantinis scriptoribus, item ad Orientales principes C ex Arabicis excerpi, si vacaret et liberet, ærumnosam inquisitionem ordiri. [*Der Ausdruck Rex Saxoniæ hiess ebensoviel, als rex Germaniæ, denn die Russen, Esten und Finnen nennen die Deutschen Sassen oder Saxen.* Stiernhielm Anti-Cluver. p. 65, recitante Stadenio in Memoria Stadeniana p. 354. *Ex Addend.*]

(71) Wenedi sic appellant Germanos; vid. Leunclav. apud Du Cangium ad Alexiad. p. 257 : et Turci quoque; vid. Clodii Lex. Turc. v. *Germani* Pro Γερμανικείας leg. Γερμάνίας. Quare autem Einnamus p. 46, et alibi regem Franciæ τῶν Γερμανῶν ῥῆγά appellet, non exputo; item, quare Anna Comnena Alexiad. p. 62. Nemitzos appellet gentem τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων δουλεῦον ἀνέκαθεν, *quod a longo jam tempore Romanorum* (id est Byzantinorum) *imperio pareat.* Non certe videtur voluisse dicere, Germanorum multos in militia palatina Byzantii militasse. D

(72) "[Fratres appellabantur reges exteri ab orientalibus imperatoribus; v. Eginhart. interpp. p. 128.; de mutua fratrum appellatione, qua utebantur imperatores, Du Cange ad Alexiad. p. 274. et ad Joinvill. p. 279.]" De recepta inter reges mutua compellatione *frater* vid. Vales. ad Amm. Marcell. p. 179, et Aleman. ad Procop. p. 23. Apparet quoque ex inscriptionibus litterarum Calojoannis ad Conradum III. et Isaacii Angeli ad Fridericum Barbarossam, quas affert Selden. Tit. Honor. p. 33. Prior sic sonat : *Joannes in Christo Deo fidelis rex Porphyrogenitus, sublimis, fortis, Augustus, Comnenos et imperator Romanorum, ad nobilissimum fratrem et amicum imperii mei.* Posterior autem sic habet : *Isaacius a Deo constitutus imperator sacratissimus, excellentissimus, potentissimus, sublimis, moderator Romanorum angelus totius orbis, hæres coronæ magni Constantini, dilecto fratri imperii sui maximo principi Alemaniæ suam et fraternam et plurimum dilectionem.* Malala t. II, p. 219 ait, Justinianum et Cosroem inter alia pepegisse, ut se deinceps *fratres appellarent secundum veterem usum.* Alexius Comnenus in litteris Henricum V imperatorem πανευγενέστατε καὶ τῷ ὄντι Χριστιανικώτατε ἀδελφέ appellat. Alex. p. 93 item, ἡ πρὸς τὴν ἡμετέραν βασιλείαν ἀδελφική σου ῥοπὴ καὶ διάθεσις. Isaacius Angelus apud Odonem de Diogilo p. 15 per legatos suos ad Ludovicum VII, Franciæ regem, *prolixam adulationem depinxit, regem nostrum nominando sanctum, amicum et fratrem.* Otho Frisingensis l. I, De rebus gestis Friderici Barbarossæ, c. 59 : *Conradus, Romanorum imperator, naves apud Ptolemaidem ingressus, fratrem et amicum suum Manuel, regiæ urbis* [Constantinopoleos] *principem, in Achaiæ seu Thessaliæ finibus inveniens adiit.* Juvat etiam Thrasonicam illam inscriptionem litterarum Cosrois ad Justinianum a Menandro Protectore p. 114, Exc. Legat. Hœsch. relatam apponere : Θεῖος ἀγαθὸς, εἰρηνοποιὸς, ἀρχαῖος Χοσρόης βασιλεὺς βασιλέων, εὐτυχὴς, εὐσεβὴς, ἀγαθοποιὸς, ᾧτινι οἱ θεοὶ μετὰ τύχην καὶ μεγάλην βασιλείαν ἔδωκαν, γίγας γιγάντων, ὃς ἐκ θεῶν χαρακτηρίζεται, Ἰουστινιανῷ Καίσαρι ἀδελφῷ ἡμετέρῳ. Vix fieri potest, quin male versa sint hæc e Persicis non bene perceptis. Capitolinus in Clodio Albino litteras Severi exhibet, quarum hoc est initium : *Imperator Severus Augustus Claudio Albino Cæsari, fratri amantissimo et desideratissimo, salutem.* Stante adhuc imperio Romano imperator collegam aut Cæsarem suum *fratrem* appellabat. Capitolinus vita Albini t. I, Scr. H. Aug. p. 695, habet epistolam Severi, cujus hoc est initium : *Imperator Severus Augustus Claudio Albino Cæsari, fratri amantissimo et desideratissimo, salutem.*

(73) Reddit hoc Arabicum titulum, *Amir ol Moslemine.* Atqui titulus ille non fuit in usu tum temporis, et longo tempore post sæculo demum XI usurpatus est a Moravedis in Mauritania et Hispania. Gerebant se quidem jam tum principes Africæ seu Libyæ de gente Fathemidarum pro Chalifis, verum *Amir ol Mumenine* utebantur, eorumque hostis et æmulus, Abdor Rahman, Hispaniæ bactenus Emirus seu princeps, ab anno inde Christi 936 incipiebat eum quoque titulum, æmulatione accensus, usurpare. Arabici tamen scriptores constanter perhibent ambos, et Fathemidas et *Ommiadas* Andalusenos titulo *Ami il Mumenine*, non autem titulo *Amiri'l Moslemine* fuisse usos.

lemitarum. » Ad hunc bulla mittitur aurea bisoldia. Ad amiram Ægypti mittitur bulla aurea quatuor solidorum. Quam vero Constantinus et Romanus suo tempore ad ipsum mittebant, pendebat ea octodecim hexagia; et titulus erat hic : « Constantinus et Romanus, in Christo pii imperatores, magni, excelsi, augusti reges Romanorum, ad dilectum nostrum amicum et nobilissimum amiram Ægypti. » Ad archontem Sardaniæ vel Sardiniæ et alios mittitur bulla aurea bisoldia cum

A Πορφυρογεννήτων ἔστησεν ἡ βούλλα ἑξάγια (74) τή. « Κωνσταντῖνος καὶ Ῥωμανὸς, ἐν Χριστῷ εὐσεβεῖς αὐτοκράτορες μεγάλοι ὑψηλοὶ Αὔγουστοι βασιλεῖς Ῥωμαίων, πρὸς τὸν ἠγαπημένον ἡμῶν φίλον τὸν εὐγενέστατον ἀμηρᾶν Αἰγύπτου. » Εἰς τὸν ἄρχοντα Σαρδανίας (75). Βούλλα χρυσῆ δισολδία. « Κέλευσις ἐκ τῶν φιλοχρίστων δεσποτῶν πρὸς τὸν ἄρχοντα Σαρδανίας. » Εἰς τὸν δοῦκα Βενετίας (76)· εἰς τὸν πρίγκιπα Καπύας· εἰς τὸν πρίγκιπα Σαλερινοῦ [67]· εἰς τὸν δοῦκα Νεαπόλεως (77)· εἰς τὸν ἄρχοντα Ἀμάλφης (78)· εἰς

VARIÆ LECTIONES.

[67] ΣΧΟΛ. Ἰστέον, ὅτι δοὺξ Νεαπόλεως μαστρομίλης (79) καλεῖται.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(74) Ut a τετρὰς, τετράδος fit τετράδιον, *quaternio* item *quarta pars*, ita ab ἑξὰς, ἑξάδος, fit ἑξάδιον, *sexarium*,*sexernio* seu complexus sex particularum, B ut sex assium, aut sexta pars assis, vel totius. Et quia veteres Græci Latinique δ et *d* ante *i* ut *g* ante *i* aut *z* pronuntiabant,hinc factum,ut perinde scriberent ἑξάδιον et ἑξάγιον, ut *campadium* et *campagium*. Exemplis complusculis hanc ἰσοδύναμον in scribendo varietatem demonstravit Salmas. ad Script. H. Aug. I, p. 269. Promiscue has terminationes in *aticum*, *atium*, *adium*, *agium* et *arium* habebant Latini medii ævi,ut e Du Cangii Glossario sexcentis exemplis posset demonstrari, ut *parochiagium* pro παροικιάριον, *ovagium* pro pensitatione ex ovibus, *ovario*, *pedagium* pro pedatico, *operagium* pro operario seu mercede operæ vel opere ipso, *præstagium* pro præstatico seu præstatione,*summatium*, *summagium* et *summarium* pro vectigali de *summis*, hoc est *saumis* vel sagmatibus et saginariis reddendo; *podium* et *pogium* et talia,quæ in Du Cangii Gl.Lat. abundant. Quæritur jam, ἑξάδιον aut ἑξάγιον sitne *senarius*, complexus senorum individuorum, an C unius individui sexta pars.Credo equidem potius esse posterius, quam prius, inductus ab analogia. Nam si *tertiagium* est tertia pars,triens,*quartagium* quarta pars seu quadrans, *nonagium* pars nona, quorum auctoritates habet Du Cange, necesse est, ut *sexagium*, ἑξάγιον, sexta pars sit. Patet quoque e loco Marini Sanuti, quem Du Cange, v. *Sagium* citat. Memorat ibi Sanutus *quatuor sagia*, id est quatuor sextas partes. Nam *sagium* nihil aliud est, quam ἑξάγιον, ut *sarcia* idem atque ἑξαρτια, *instrumenta nautica*, et *selasticum* pro εἰσελαστικῷ vel ἰσελαστικῷ. Qualis autem veteris unciæ ratio ad litram recentiorum fuerit,me quidem latet, qui talia indagare nunquam curavi.Supra demonstravi, Constantini nostri ætate numismata 74, in litram fuisse computata. Vulgatior tamen opinio litræ tantum numismata 72 imputat. Hæc igitur opinio si vera est, et hexagium, solidus et numisma idem si sunt,ut perhibentur esse, estque hexagium sexta D unciæ pars : fuerunt in libra, seu 72 numismatibus unciæ duodecim.Nam si sex cum duodecim multiplices, emergit 72. Porro numisma et solidus aureus idem sunt.Pependit igitur bulla litterarum ad emirum Ægypti numismata aurea octodecim.Probabile hoc non est,cum bullæ ad papam Romæ unum aut ad summum duo solidos,et quæ plurimum quartenos pependisse dicantur.Quarto intervallo vasallus chalifæ Bagdadici,Emirus Ægypti puta,abest a domino suo.Et tamen chalifæ bulla quatuor solidorum tantum missa dicitur, Emiro Ægypti autem bulla octodecim hexagiorum aut solidorum.Non compono hanc difficultatem.Aut aliud est hexagium et multo minus,quam diximus,aut superior nostra sententia de unisoldiis.bisoldiis,trisoldiis,et tetrasoldiis bullis vera non est. De hexagio v. Du Cangium in Gl. utroque et dissert. de nummis ævi medii § 77.

(75) Ita scribebant et efferebant tum temporis; v. Notit. eccles. Holsten. post Car. a S. Paulo Geogr. p. 4. Ita quoque Arabes, quod *Sardania* et *Sardenia* potest effari.

(76) Ergo tum temporis adhuc suberant Græcorum imperio Veneti, quia κέλευσις ad eorum duces ex aula Byzantina veniebat, qualiscunque tandem de cætero fuit ratio imperatorum CPtanorum et ducum Venetorum inter se respectu dominii; vid. Murat. t. I Ant. Ital., ubi scita multa habet et inquirit, quando sui juris esse cœperint Veneti; quod contigisse videtur sæculo undecimo exeunte. Colligit quidem laudatus Muratorius t. II,p. 648, e nummo quodam Veneto, quem sæculo x currente cusum putat, Venetos eo tempore jam arripuisse independentiam et autocratoriam, quia neque nomen neque vultus imperatoris Græci Latinive in eo conspicitur. Verum ex eo non sequitur conclusio; prætereaque res incerta est de ætate nummi. Sane ex eo,quod in hoc codice, qui aut sæculo x currente sub Constantino seniore,aut xi sub Constantino juniore editus est, κέλευσις dicitur ad ducem Venetum venire, conficitur absque controversia, Venetos nexu clientelæ junctos adhuc imperio orientali fuisse. Imo adhuc Manuel Comnenus medio sæculo duodecimo et inclinante jam Venetos per legatum suum tanquam subditos tractat apud Cinnamum p. 133, accenset eos τοῖς ἄλλοις, ὅσοι ὑπὸ τὴν πελάμην τελοῦσι τὴν αὐτοῦ, et c. 1, inter τοὺς ὑπηκόους. Alexius Comnenus apud Annam in Alexiade p. 161 ducem Venetorum dignitate protosebastorum et roga auget. Fuit ergo de proceribus aulæ Byzantinæ et stipendiatis. "[Ducibus Venetorum ornamenta et titulum Hypati dabant impp. CPtani, unde etiam vestitus. Giannon. t. II, p. 367. Impp. CPtani considerabant Venetorum principes ut reges, Giorn. dei Letter. XVI,p 481.]" Cæterum adhuc noto, κέλευσιν dici mandatum ad magistratus, sacram ad populum, ut e Theophane p. 333 patet.

(77) *Eligebatur Neapoli* (verba sunt Muratorii t. I, Ant. Ital. p. 194) *a populo dux, suprema gaudens auctoritate, nisi quod interdum, aut potius fere semper, cum civitas, tum duces pro supremo domino reverebantur imperatorem Græcum.*"[De duce et consule Neapolitano citato a Constant. Porphyr. v. Muratori Annali d'Italia t. V, p. 356.]"

(78) De ducibus Amalphitanis egit Muratorius Ant.Ital.P. I,p.201, et Chronicon et Amalphitanum ab eodem ibidem editum frequentem eorum facit mentionem. De ducibus Caitæ conf. idem p. 218.

(79) *Græci præfectos urbium magistros militum appellabant*, ait Sigonius Regn. Ital. p. 3. Atqui eos etiam appellabant *duces*.Ergone *duces* et *magistri militum* iidem? Videtur. Hic sane loci nostri δοὺξ Νεαπόλεως et μαστρομίλης pro eodem accipiuntur. Sed apud Sigonium I. c. p. 12, collat. 11, distinguuntur dux et magister militum; et p. 22, numerat in una Perusia tres præcipuos magistratus, *præfectum* (ἔπαρχον), *magistrum militum*

τὸν ἄρχοντα Γαΐτης. Εἰς τὸν ἐκ Θεοῦ ἄρχοντα (80) Βουλγαρίας· « Ἐ ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν· Κωνσταντῖνος καὶ Ῥωμανὸς, πιστοὶ ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ βασιλεῖς Ῥωμαίων πρὸς τὸν πεποθημένον καὶ πνευματικὸν ἡμῶν τέκνον καὶ ἐκ Θεοῦ ἄρχοντα τοῦ χριστιανικωτάτου ἔθνους τῶν Βουλγάρων (81). » Τὸ ἀρτίως γραφόμενον· « Κωνσταντῖνος καὶ Ῥωμανὸς, ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ εὐσεβεῖς αὐτοκράτορες βασιλεῖς (82) Ῥωμαίων, πρὸς τὸν πεποθημένου καὶ πνευματικὸν ἡμῶν τέκνον τὸν κύριον ὁ δεῖνα βασιλέα Βουλγαρίας. » Εἰς τὸν χαγάνον Χαζαρίας. Βούλλα χρυσῇ τρισολδία. « Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Κωνσταντῖνος καὶ Ῥωμανὸς, πιστοὶ ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ βασιλεῖς Ῥωμαίων πρὸς τὸν ὁ δεῖνα εὐγενέστατον περιφανέστατον χαγάνον Χαζαρίας. » Εἰς τὸν ἄρχοντα Ῥωσίας. Βούλλα χρυσῇ δισολδία. « Γράμματα Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ τῶν φιλοχρίστων βασιλέων Ῥωμαίων πρὸς τὸν ἄρχοντα Ῥωσίας. » Εἰς τοὺς ἄρχοντας τῶν Τούρκων (83). Βούλλα χρυσῇ δισολδία· « Γράμματα Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ τῶν φιλοχρίστων βασιλέων Ῥωμαίων πρὸς τοὺς ἄρχοντας τῶν Τούρκων. » Εἰς τοὺς ἄρχοντας τῶν Ἁτζινακιτῶν. Βούλλα χρυσῇ δισολδία· « Γράμματα Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ τῶν φιλοχρίστων βασιλέων Ῥωμαίων πρὸς τοὺς ἄρχοντας τῶν Ἁτζινακιτῶν. » Εἰς τὸν ἄρχοντα Χρωβατίας (84)· εἰς τὸν ἄρχοντα

A hoc titulo : « Mandatum a philochristis dominis ad archontem Sardaniæ, ad ducem Venetiæ, ad principem Capuæ, ad principem Salerini vel Salerni, ad ducem Neapolis, ad archontem Amalphi, ad archontem Gaetæ. » Ad Bulgariæ per Deum archontem scribitur sic : « In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, unius et solius veri Dei nostri. Constantinus et Romanus, fideles in eodem Deo imperatores Romanorum, ad charissimum et spiritualem nostrum filium et ex Deo divinaque auctoritate archontem Christianissimæ nationis Bulgarorum. » Sic olim. Nunc autem scribitur sic : « Constantinus et Romanus, in Christo Deo pii imperatores, reges Romanorum, ad charissimum et spiritualem nostrum filium, kyrin seu dominum, illum, basileum Bulgariæ. Ad changanum Chazariæ bulla

B mittitur aurea trisoldia cum hoc titulo : « In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, unius et solius veri Dei nostri. Constantinus et Romanus, fideles in eodem Deo imperatores Romanorum, 399 ad illum nobilissimum, illustrissimum changanum Chazariæ. » Ad archontem Rosiæ vel Russiæ mittitur bulla aurea bisoldia cum hoc titulo : « Litteræ Constantini et Romani, regum Romanorum Christum amantium, ad archontem Rosiæ. » Ad archontes Turcarum mittitur bulla aurea bisoldia cum hoc titulo : « Litteræ Constantini et Romani, Christum amantium imp. Romanorum, ad archontas Turcarum. » Ad archontes Patzinacorum eadem

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

et *ducem*. Dubitavit quoque cl. Muratorius l. c., diversine an iidem fuerint *duces* et *magistri militum*. Verba ejus sunt : *Magistri quoque militum olim appellati principes, quibus ejusdem civitatis regimen committebatur. Qui titulus aut minorem aut breviorem quam ducis auctoritatem nescio an indicare possit.* Conf. Bandur. ad Constant. Porphyr. t. II, Antiqu. Orient. p. 62. Forte pro Μέλης apud Cedren. p. 706, et Glycam p. 310, c. scribendum est Μαστρομίλης.

C bulum significabat, id est vere pius et orthodoxus et fervidus Dei secundum ritum Christianum cultor. Propterea monachi et clerici in specie *christiani* dicuntur et laicis opponuntur, Christianorum nomine exclusis ; v. Du Cange v. *Christiani*. Sylvanus rhetor ἀσκητὴν καὶ ἀκριβῶς Χριστιανίζειν ἐσπουδακότα aliquem appellat ; v. dicta ad p. 392. Simplicius Papa in Epist. 14 ad Zenonem imper. sic scribit. *Tenet beatus Petrus apostolus hanc pietatis vestræ sponsionem et christianissimi fidelissimique principis mentem in hæc verba jurasse.* Agapetus, pontifex Rom., apud Joannem Diacon. in Chronico, Neapolitano Justinianum sic alloqui fingitur p. 299 : *Ego quidem peccator ad Justinianum imperatorem Christianissimum venire desideravi. nunc autem Diocletianum inveni.* Luitprandus p. 461. *Hadamirum Galitiæ regem Christianissimum* appellat. Alexius Comnenus in litteris ad Henricum V imperatorem sic eum compellat : καὶ πανευγενέστατε τῷ ὄντι Χριστιανικώτατε ἀδελφέ. Exemplum hominis privati titulo *Christianissimi* cohonestati habes apud Theophanem anno sexto Rhinotmeti : παρεκάλεσεν αὐτὸν Σέργιός τις, ἀνὴρ Χριστιανικώτατος, ὁ τοῦ Μανσοὺρ, γενικὸς λογοθέτης.

D

(80) Constantinus et Romanus dicuntur hic Bulgaro Archontis titulum aliquando, succedente autem tempore tandem illum Basilei quoque tribuisse. Ergo ante horum, et quidem postrema, tempora collegialis imperii non obtinuerunt Bulgari principes titulum *Basileus*. Quod igitur faciemus loco Cedreni, quo ait p. 623. Symeonem Bulgarum fuisse εὐφημηθέντα ὡς βασιλέα, *laudibus celebratum ut regem* ? Videtur dicere velle, Symeoni acclamatum non iisdem quidem formulis atque imperatori Græco, neque attributo titulo Basilei, attamen eodem modo atque apparatu fuisse, quo solebat Byzantinis acclamari.

(81) Ut hic Bulgari, ita apud Nicetam Choniatem p. 277, Russi τὸ Χριστιανικώτατον γένος appellantur. Ea ætate, qua ista exarabantur, nondum vocabulum Christianissimi titulus erat ad unam certam gentem hominemve alligatus, ut hodie regem Franciæ per eminentiam vetusto titulaturæ ritu *Christianissimum regem* appellamus, de quo titulo v. Selden. de Tit. Honor. p. 74, ubi demonstravit, non solis Franciæ occidentalis regibus tributum eum olim fuisse, sed imperatoribus quoque utriusque orbis Christianis et item regibus Angliæ. Sed neque soli imperatores aut reges sic audiebant, etiam privati homines Christianissimi et integræ gentes Christianissimæ audiebant, et nihil plus quam Christianus, aut valde Christianus id voca-

(82) Basilei quidem titulum Bulgaris tandem vi expressum inviti concedebant impp. CPtani ; ut tamen privum haberent aliquid et eminentiæ super illos indicium, αὐτοκράτορος addebant titulum ad suum βασιλεύς.

(83) Intelligit Ungaros, qui quod Hunnicæ et Tartaricæ ; hoc est Turcicæ quoque originis essent, olim Turci solebant vocari. Nam cum Turcis orientalibus, qui primum Saracenicum et deinde Græcum quoque imperium everterunt, Constantino nostro, et majoribus atque nepotibus ejus negotium nullum fuit.

(84) Chroatos, Serblos, Zachlumos, Canalitas, Terbuniatas et Diocletianos eodem ordine atque

dirigitur inscriptio, nomine Patzinacorum expresso, et similis quoque bulla. Ad archontem Chrobatiæ, Serblorum, Zachlumorum Canali, Trabunorum [vel Terbunorum], Diocleæ, Morabiæ sic scribitur : « Mandatum a philochristis despotis ad illum, archontem illius provinciæ. » Ad hos bulla aurea est bisoldia. Ad regem Franciæ sic scribitur : « In nomine Patris, et Filii, et spiritus sancti, unius et solius veri Dei nostri, Constantinus et Romanus, fideles in eodem Deo, excelsi, Augusti, imperatores, magni reges Romanorum, dilecto, charissimo et spirituali nostro fratri, illi, nobilissimo, illustri regi Franciæ. » Ad supremum dominum Indiæ sic scribitur : « Constantinus et Romanus, fideles in Christo Deo magni imperatores, reges Romanorum, ad illum, supremum dominum Indiæ, dilectum nostrum amicum. » Ad dominum Felicis Arabiæ mittitur aurea bulla cum hoc titulo : « Constantinus et Romanus, fideles in Christo Deo magni imperatores, reges Romanorum, ad illum, dominum Arabiæ. »

A Σέρβλων· εἰς τὸν ἄρχοντα τῶν Ζαχλούμων· εἰς τὸν ἄρχοντα τοῦ Κανάλη· εἰς τὸν ἄρχοντα τῶν Τραβούνων· εἰς τὸν ἄρχοντα Διοκλείας [68]. εἰς τὸν ἄρχοντα Μωραβίας. Ἐπιγραφὴ εἰς αὐτούς· « Κέλευσις ἐκ τῶν φιλοχρίστων δεσποτῶν πρὸς τὸν ὁ δεῖνα τὸν ἄρχοντα τῆσδε. » Βούλλα χρυσῆ δισολδία. Εἰς τὸν ῥῆγα Φραγγίας. Βούλλα χρυσῆ· « Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Κωνσταντῖνος καὶ Ῥωμανὸς πιστοὶ ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ, ὑψηλοὶ Αὔγουστοι αὐτοκράτορες μεγάλοι βασιλεῖς Ῥωμαίων, τῷ ἠγαπημένῳ, πεποθημένῳ, καὶ πνευματικῷ ἡμῶν ἀδελφῷ ὁ δεῖνα τῷ εὐγενεστάτῳ περιβλέπτῳ ῥηγὶ Φραγγίας. » Εἰς τὸν ὑπερέχοντα κυριεύοντα Ἰνδίας (85). « Κωνσταντῖνος καὶ Ῥωμανὸς, πιστοὶ ἐν Χριστῷ τῷ B Θεῷ μεγάλοι αὐτοκράτορες βασιλεῖς Ῥωμαίων, πρὸς ὁ δεῖνα τὸν ὑπερέχοντα κύριον τῆς Ἰνδίας, τὸν ἠγαπημένον ἡμῶν φίλον. » Εἰς τὸν κυριεύοντα τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας. Βούλλα χρυσῆ· « Κωνσταντῖνος καὶ Ῥωμανὸς, πιστοὶ ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ, μεγάλοι αὐτοκράτορες βασιλεῖς Ῥωμαίων, πρὸς ὁ δεῖνα τὸν κυριεύοντα τῆς Ἀραβίας. »

CAPUT XLIX.

Exposita vel taxæ honorariorum, quæ pendere debebant recens ad dignitates et functiones provecti, quales sub Leone philochristo despota illæ taxæ erant.

Imperialis mandator dabat litras duas. Imperialis candidatus tres. Imperialis strator quatuor. Imperialis spatharius quinque. **400** Imperialis spatharocandidatus sex. Imperialis protospatharius duodecim, interdum quoque duodeviginti. Hi omnes tantum solvunt, C sive cum suis axiomatibus simul alia quoque officia gerant, sive minus. Eorum quoque si quis in regios rogatos aut stipendia percipientes inscribi cupit, solvit præter honorarium sui axiomatis adhuc litras quatuor. Si inter ministros, sui quisque ordinis, chrysotriclinares ascribi cupit, præstat præter supra scriptam taxam adhuc alias litras quatuor. Qui cupit in magnam hetæriam recipi, solvit (si quidem ejus roga quadraginta numismata non excedit) litras sedecim ; quod si vero ampliorem rogam vel salarium sollicitat, debet etiam honorarii taxa ascendere ea proportione, ut pro septenis quibusque rogæ numismatibus det singulas litras. Simili modo qui mediam in hæteriam recipi cupit, si vi- D

ΚΕΦΑΛ. ΜΘ'.

Εἰσὶν τὰ ἐκτεθέντα δίδοσσαι παρὰ τῶν ὀφειλόντων τιμᾶσθαι ἔν τε ἀξιώμασι καὶ ὀφφικίοις, καθὼς ὑπῆρχον ἐπὶ Λέοντος τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου.

Ὁ βασιλικὸς μανδάτωρ λίτρας β'. Ὁ βασιλικὸς κανδιδάτος λίτρας γ'. Ὁ βασιλικὸς στράτωρ λίτρας δ'. Ὁ βασιλικὸς σπαθάριος λίτρας ε'. Ὁ βασιλικὸς σπαθαροκανδιδάτος λίτρας ς'. Ὁ βασιλικὸς πρωτοσπαθάριος λίτρας ιβ', πολλάκις δὲ καὶ ιη' λίτρος. Ἀμφότεροι οὗτοι κἂν τε ὦσιν εἰς ὀφφίκια, κἂν τε μή. Εἰ δὲ καὶ ἐκ τούτων τις θέλει καὶ εἰς τοὺς βασιλικοὺς τοὺς ἐνρόγους ὀρθῶσαι, παρέχει ἔξωθεν τῆς τιμῆς τοῦ ἀξιώματος λίτρας δ'. Εἰ δὲ καὶ εἰς τὸν χρυσοτρίκλινον, παρέχει ἑτέρας λίτρας δ'. Ὁ θέλων γενέσθαι εἰς τὴν μεγάλην ἑταιρείαν, εἰ μέν ἐστιν ἡ ῥόγα αὐτοῦ μέχρι νομισμάτων μ' (86), παρέχει λίτρας ις'· εἰ δὲ πλείονα ῥόγαν ἐπιζητεῖ, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ῥόγας ὀφείλει ἀναβιβάζεσθαι καὶ τὸ τίμημα, ἤγουν τὰ ζ' νομίσματα, λίτραν α'. Ὁ εἰς τὴν μέσην ἑταιρείαν θέλων γενέσθαι, ἐὰν λαμβάνει ῥόγαν νομίσματα κ', ὀφείλει δοῦναι λίτρας ι'· εἰ δὲ πλείω τῶν κ' νομισμάτων ἐπιζητεῖ, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ῥόγας ὀφείλει ἀναβιβάζειν καὶ τὸ τί-

VARIÆ LECTIONES.

[68] Διοκλείας em. R., Δικλείας cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

hic recenset Constantinus cap. 29 de administr. imperio p. 87 sqq. Pro Τερβουνιώταις autem memorat noster Trabunos. Occupabant hæ gentes oram omnem maris Adriatici septentrionalem ab Istria inde usque ad Dyrrhachium. Pro Δικλείας, quod hic dabant membranæ, alibi quoque alio errore Δοκλία scribitur. Rectum est Διόκλεια, ut in Latina interpretatione submonui.

(85) Nempe commercium fuisse Constantino cum Indis, supra demonstravi, adeoque cum domino Arabiæ felicis quoque.

(86) Dicitur hic litras 16 in taxam vel consuetudinem præstare ille, cujus roga est ad 40 solidos aureos. Roga vero hic loci estne annua an menstrua? Si annua, debuit receptus in hetæriam hanc dignitatem nimio emere et quindecim annorum reditus simul et semel effundere et in antecessum imperiali cameræ solvere, quod vix quindecim annorum decursu ipse recuperet per minutas portiones. Vix videtur hoc mercimonium æquum et in usu fuisse. Quid si ergo statuamus, rogam eam menstruam fuisse ? Atqui pauperlina curia Byzantina tantum non solvebat. Qui potuisset imperium medio et ultimo ævo valde accisum tot expensarum onera ferre ? Fuitne ergo litra argenti hic designata, ea proportione minor litra auri, quam argentum ad aurum vulgo habere censetur?

μημα. Ὁ εἰς τοὺς Φαργάνους, εἴτε εἰς τοὺς Χαζάρους θέλων γενέσθαι, ὀφείλει διδόναι λίτρας ζ', δηλονότι νὰ (87) ἔχει ῥόγαν νομίσματα ιβ'. Ὁ δὲ εἰς τὸ τραπέζιον, εἴτε εἰς τὸ βεστιάριον, εἴτε εἰς τὰ ἀρχοντογεννήματα θέλων γενέσθαι, ἐὰν λαμβάνει ῥόγαν νομίσματα ι', ὀφείλει διδόναι λίτρας ζ'. Ὁ εἰς τοὺς κληρικοὺς τοῦ ναοῦ θέλων γενέσθαι ὀφείλει διδόναι λίτρας ζ'. Ὁ εἰς τὰ ἀσηκρητεῖα μέλλων γενέσθαι, ἐὰν λαμβάνει ῥόγαν νομίσματα λ', ὀφείλει διδόναι λίτρας ιβ'. Εἰ δὲ πλείονα ῥόγαν ἐπιζητεῖ, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ῥόγας ὀφείλει ἀναβιβάζεσθαι καὶ τὸ τίμημα. Ὁ δὲ νοτάριος τῶν ἀσηκρητειῶν ὁ θέλων γενέσθαι, ἐὰν λαμβάνει ῥόγαν νομίσματα κ', ὀφείλει δοῦναι λίτρας η'. Ὁ δὲ κουβικουλάριος θέλων γενέσθαι, εἰ μέν ἐστιν εἴτε εἰς τὸ τραπέζιον, εἴτε εἰς τὸ βεστιάριον, καὶ θέλει γενέσθαι κουβικουλάριος, ἐὰν καταλιμπάνῃ τὰς ἀνόνας αὐτοῦ, δίδει λόγῳ κανισκίου νομίσματα λ'. Εἰ δὲ ἐπιζητεῖ ῥόγαν αὐτοῦ αὐξηθῆναι καὶ τὰς ἀνόνας, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ῥόγας καὶ τῶν ἀνονῶν αὐτοῦ ὀφείλει ἀναβιβάζεσθαι καὶ τὸ δόμα. Ὁ δὲ ἀπὸ καλιγίων (88) γενόμενος κουβικουλάριος εἰ μὲν αἰτεῖται λαμβάνειν ῥόγαν κ', ὀφείλει διδόναι λίτρας η'. Ὁ δὲ διὰ πόλεως (89) θέλων γενέσθαι κουβικουλάριος ὀφείλει δοῦναι λίτρας ζ'. Ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ κουβικουλαράτου μέλλων γενέσθαι σπαθαροκουβικουλάριος ὀφείλει δοῦναι λίτρας ἀ'. Ἐὰν δὲ καὶ προσθήκην ῥόγας ἐπιζητεῖ, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ῥόγας αὐτοῦ ὀφείλει ἀναβιβάζεσθαι καὶ τὸ τίμημα. Ὁ δὲ ἀπὸ καλίγων γενέσθαι θέλων σπαθαροκουβικουλάριος ὀφείλει διδόναι λίτρας ι'. Εἰ δὲ καὶ προσθήκην ῥόγας ἐπιζητεῖ, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ῥόγας ὀφειλει ἀναβιβάζεσθαι καὶ τὸ τίμημα. Ὁ δὲ ὁστιάριος ἀπὸ τοῦ σπαθαροκουβικουλαράτου θέλων γενέσθαι ὀφείλει δοῦναι λίτρας ι'. Εἰ δὲ καὶ προσθήκην ῥόγας ἐπιζητεῖ, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ῥόγας ὀφείλει ἀναβιβάζεσθαι καὶ τὸ τίμημα. Ὁ δὲ πριμικήριος ἀπὸ τὸ ὁστιαράτον θέλων γενέσθαι ὀφείλει διδόναι λίτρας ι'. Εἰ δὲ καὶ προσθήκην ῥόγας ἐπιζητεῖ, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ῥόγας ὀφείλει ἀναβιβάζεσθαι καὶ τὸ τίμημα.

A ginti num. in rogam accipit, solvit litras decem; quodsi vero auctiorem rogam flagitat, debet etiam majorem taxam solvere pro ratione auctæ rogæ. Qui cupit in Farganos aut Chazaros recipi, solvit litras septem; si nempe rogam duodecim numismatum habeat. Qui ad trapezium seu ministerium sacræ mensæ, ad vestiarium, in archontogennemata seu valetos nobiliores cupit recipi, si rogam accipit decem numismatum, solvit sex litras. Recipiendus inter clericos palatii solvit litras septem. Recipiendus in asecretas, si accipit rogam triginta numismatum, solvit litras duodecim. Si autem rogam flagitat auctiorem, debet etiam auctius pro ratione honorarium solvere. Si notarius asecretarum quis cupit et debet fieri, solvit litras octo, si nempe in B rogam numismata viginti accipit. Qui cubicularius creandus est, sive antea in trapezio seu ministerio ad mensam, sive in vestiario seu ministerio sacræ vestis fuerit, ille, si annonas suas sibi, quales antea fuerunt, relinqui patitur, dat nomine sportulæ numismata triginta. Si autem rogam suam annonasque augeri sollicitat, debet etiam honorarium augeri pro ratione auctæ rogæ et annonarum. Qui autem a caligis fit cubicularius, si precibus obtinet rogam viginti numismatum, debet litras octo dare. Urbanus creandus cubicularius dat litras sex. E cubiculario promovendus ad spatharocubiculariatum debet quatuor litras; sollicitanti autem augmentum rogæ debet etiam honorarium augeri pro ratione. 401 Qui a caligis spatharocubicularius vult et debet fieri, dat litras decem; et, si sollicitat au- C gmentum rogæ, dat auctius quoque honorarium æquali ratione. E spatharocubiculario creandus ostiarius dat litras decem et plus, si plus rogæ flagitat, proportionate scilicet. Ab ostiariatu promovendus ad primiceriatum dat litras decem; et plus justa in proportione, si plus rogæ rogaverit atque impetraverit.

Τὰ ὀφειλόμενα δίδοσθαι δόματα εἰς τὰ χαρτουλαράτα καὶ νοταράτα τῶν σεκρέτων.

Ea, quæ a recens honoratis honorarii loco in chartularata vel tribunalia chartulariorum, et notariata vel tribunalia notariorum secretorum pendi debent.

Οἱ νοτάριοι τοῦ εἰδικοῦ λίτρας νε'· οἱ χαρτουλάριοι τοῦ γεννικοῦ λίτρας ξε'· οἱ ἔξω χαρτουλάριοι τοῦ γεννικοῦ, ἤτοι τῶν ἀρκλῶν, λίτρας. οἱ χαρτουλάριοι τοῦ στρατιωτικοῦ λίτρας μ'· οἱ νοτάριοι τοῦ στρατιωτικοῦ λίτρας κ'· οἱ νοτάριοι τῆς σακέλλης λίτρας λ'· οἱ νοτάριοι τοῦ βεστιαρίου λίτρας.

Notarii idici seu rei privatæ accipiunt litras quinquaginta quinque. Chartularii genici [seu ærarii publici] litras septuaginta quinque; extranei D chartularii stratiotici seu fisci militaris lit. 40. Notarii stratiotici litr. 20. Notarii sacelli litras triginta. Notarii vestiarii litras o.

Περὶ τῶν αἰχμαλώτων Σαρακηνῶν (90) τῶν ἐπὶ θέματι βαπτιζομένων.

De captivis Saracenis, qui aliqua in provincia baptizati fuerint.

Χρὴ εἰδέναι, ὅτι ὀφείλουσι λαμβάνειν παρὰ τοῦ

Unus talium quisque debet a protonotario the-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(87) Sic dicunt novi Græci pro ἵνα. Hic loci notat *ubi* vel *quando*; quo sensu ἵνα etiam apud vetustissimos et probatissimos scriptores habetur.

(88) Videtur ex hoc loco cubiculariorum unusquisque habuisse curam peculiaris servitii ad corpus augustum pertinentis, ut unus *a calceis*, alter *a barba* vel *coma*, tertius *a malluvio* et sic porro.

(89) *Cubicularius urbanus* aut *in urbe* videtur illi opponi, qui in palatiis suburbanis servit.

(90) Medio ævo Saracenus et Arabs idem erat,

matis, in quo agit, accipere numismata terna, et pro suo zeugario [seu jugo bonum laboratorum vel et prædio rustico] numismata sena ; et pro semente atque annona sua modios frumenti quinquagenos quaternos.Si qui tales captivi et baptizati Saraceni elocati quasdam in domos et filiabus quorumdam patrum familias juncti matrimonio fuerint, sive militaris, sive urbana sit illa familia,in quam talis aliquis gener Saracenus intraverit, debet illa per triennium excusari et immunis haberi tam a specierum annonariarum præstatione et devectione, quam a focagio seu tributo ex focis et caminis solvendo.Sed elapso illo triennio debet illa domus vel familia rursus, ut ante, pariterque cæteris utrumque onus præstare. Talibus porro bello captis, aut et aliis quibusdam,si territorium ad inhabitandum assignatum fuerit, manent per primum triennium liberi ab omni vexatione servitii publici, neque annonam et diaria militi præstant. Elapso autem illo triennio, præstant utrumque.**402** Miles equestris debet habere facultates immobiles,id est fundos vel prædia, ad valorem quinque, aut ad minimum quatuor litrarum.Imperialis miles classiarius debet habere facultates immobiles, fundos puta et prædia, valoris trium litrarum. Typus seu agendi formula a majoribus tradita pervenit ad hæc usque nostra tempora talis. Quo tempore est expeditio militaris, non dantur militantibus tirones, collatores et contribuentes, ut hominibus peculii : sed debet quisque seorsim et viritim pro se militare. Si qui autem pauperes fuerint et expensis militaribus faciendis non pares,illis dantur contribuentes ; quo nempe habeant per eos sufficientem suam necessariam subsistentiam, et possint suam militiam in corpore suo facere. Quodsi vero prorsus ad incitas redacti qui fuerint,ut ne quidem cum ipsis attributis sibi contribuentibus incumbens sibi servitium exsequi valeant, illi adorantur seu ad oras et feces exercitus rejiciuntur, et amandantur ab abiegos, [latrun-

A πρωτονοταρίου τοῦ θέματος εἰς ἕκαστος αὐτῶν ἀνὰ νομισμάτων γ', καὶ ὑπὲρ ζευγαρίου αὐτῶν ἀνὰ νομισμάτων ς', καὶ ὑπὲρ σπόρου καὶ ἀνόνας αὐτῶν ἀνὰ σίτου μοδίων νδ'. Ἰστέον περὶ τῶν διδομένων αἰχμαλώτων γαμβρῶν εἰς οἴκους, κἂν τε στρατιωτικὸς, κἂν τε πολιτικὸς ὁ οἶκος, εἰς ὃν εἰσέρχεται ὁ Σαρακηνὸς γαμβρὸς, ὀφείλει ἐξκουσεύεσθαι ἐπὶ τρισὶ χρόνοις τὴν τε συνονὴν καὶ τὸ καπνικόν. Καὶ μετὰ τοὺς τρεῖς χρόνους πάλιν ὀφείλει τελεῖν ὁ αὐτὸς οἶκος καὶ τὴν συνονὴν καὶ τὸ καπνικόν. Ἰστέον, ὅτι καὶ τοῖς διδομένοις αἰχμαλώτοις, εἴτε ἑτέροις τισὶ, γῆν εἰς κατασκήνωσιν ἐπὶ τρισὶ χρόνοις μένουσιν ἀνεπηρέαστοι ἀπὸ πάσης δουλείας τοῦ δημοσίου, λαὶ οὔτε καπνικὸν δίδουσιν, οὔτε συνονήν. Καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν τριῶν χρόνων τελοῦσι καὶ τὴν συνονὴν καὶ τὸ καπνικόν. Ἰστέον, ὅτι ὁ καβαλλαρικὸς στρατιώτης ὀφείλει ἔχειν περιουσίαν ἀκίνητον, ἤγουν τοπία, λιτρῶν ε', ἢ τὸ ἔλαττον λιτρῶν δ'. Ἰστέον, ὅτι ὁ βασιλικὸς πλόϊμος στρατιώτης ὀφείλει ἔχειν· περιούσίαν ἀκίνητον, ἤγουν τοπία, λιτρῶν γ'. Χρὴ εἰδέναι, ὅτι τύπος παρηκολούθησεν κατὰ τὸν καιρὸν, ὅτε γίνεται στρατεία, μὴ δίδοσθαι τοῖς στρατευομένοις τήρωνας (91) συνδότας ὡς περιουσίοις, ἀλλ' εἶναι μονοπροσώπως στρατιώτας, Ὅτε δὲ πτωχεύσωσι, δίδονται αὐτοῖς καὶ συνδόται πρὸς τὸ δι' αὐτῶν ἔχειν τὸ ἱκανὸν καὶ δουλεύειν τὴν ἰδίαν στρατείαν. Ἐὰν δὲ παντελῶς ἐξαπορῶσιν καὶ οὐ δύνανται οὐδὲ μετὰ τῶν διδομένων αὐτοῖς συνδοτῶν τὴν ἰδίαν στρατείαν ἐξυπηρετεῖν, τότε ἀδορεύονται (92) καὶ δίδονται εἰς ἀπελάτας (93), ἐξ ὧν καὶ Τζέκωνες (94) ἀφορίζονται εἰς τὰ κάστρα. Οἱ δὲ τόποι τῶν τοιούνων στρατιωτῶν μένουσιν ἀνεκποίητοι, περιοριζόμενοι καὶ ἀφοριζόμενοι εἰς τὸν δημόσιον, ἵνα πάλιν, ἐὰν συμβῇ τινα ἐκ τῶν ἀδορευθέντων ἀνακτήσασθαι ἑαυτὸν, ἀναλαμβάνῃ τοὺς ἰδίους τόπους, καὶ ἀποκαθίστασθαι εἰς τὴν ἰδίαν στρατείαν.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTRAIUS.

unde nobis quoque est. Sed veteres distinguebant Arabes a Saracenis, ut e Script. Hist. Aug. t. II, p. 329, 444 et 494 patet; illi quidem erant Arabes in Syriæ confiniis et Palæstina oberrantes,hi autem Saraceni,qui in Mesopotamia et Syriæ partibus orientalibus ad Euphratem sitis viverent, sic dicti ab Arabico *Schark*, *oriente*.

(91) Conf. Constantin. Porphyr. Tacticon p. 16 ed. Meurs.

(92) Satis constat de sensu verbi, idque notare suspenduntur, cassantur, eximuntur, excusantur pro minumis habentur. Unde autem derivandum sit, adhuc dubito. Forte repeti debet ab *adorare* Latino, id est non προσκυνεῖν, sed *ad oram rejicere*, velut feces et rejectanea, καθιστῶνται πρὸς τοῖς πέρασι καὶ ἐσχατιαῖς τοῦ στρατεύματος.

(93) Apelatæ, abactores, abiegi, erant militiæ genus, ut hodie Husari, prædis abigendis tantummodo destinati, unde ipsis nomen. Glossæ nomicæ Labbæi : Ἀπελάτης κυρίως λέγεται, ὅστις θρέμματα ἀπὸ βοσκῆς ἢ βουκολίων ὑποσύρει, ἢ ἀπὸ τῶν ἀγελῶν ἵππους. Ὁ γὰρ βοῦν ἢ ἵππον πλανώμενον εὑρὼν [et hero, quem novit, non restituens] οὐκ ἐστιν ἀπελάτης, ἀλλὰ κλέπτης. V. Du Cange Gloss. Lat. v. *Abigare* et *Latrunculi*. Manetho Apotelesmaticus mst.apud Du Cangium v. Βερεδάριοι jungit βερεδαμίους, ἱπποκόμους, καβαλλαρίους (domitores, gymnastas equorum), ἀπελάτας ἀνελάτας, sed leg. συνελάτας, qui sunt similes nostris *Ausreiter*, officiales,qui in viis publicis in equis circumcursitant, videntes, qui in iis eant, mendicine aliive malefici, num merces prohibitæ aut vectalibus non liberatæ deportentur, etc. Appellant quoque Græci novi *fures*, *latrones* ἀπελάτας, et abjecta littera, ut solent, πελάτας. Exemplum habet Du Cange v. Πελάτης.

(94) Huccine pertinent *Tzacones*, de quibus Goar. ad Codin. p. 34, quos Codinus p. 68, appellat τοὺς εἰς τὰ κάστρα εὑρισκομένους, *præsidiarios in castris* seu urbibus *milites*. Videntur omnino iidem esse. *Tzacones* sunt hodie qui olim Lacones,extremæ Peloponnesi incolæ,et *Tzaconia* est ille tractus,in quo est mons olim *Cronion* dictus, adeoque inter Laconiam et Elidem ; vid. Du Cangium v. Τζάκωνες. Illi Lacones aut Peloponnesiaci solebant ad præsidium agendum in castellis deponi, ἀφορίζεσθαι εἰς τὰ κάστρα, ut Noster ait. Insignis est locus Michalonis Lituani de moribus Tatarorum apud Du Cangium v. *Sacones*, e quo intelligitur, *Sacones* et *Sungælones* appellatos fuisse, Lituanico, ut videtur, sermone,*agasones*,qui milites in bellum comitabantur, Nostro aut συντρόφους, aut τίρωνας dictos.

culos, leves milites, excursionibus in agrum hostilem et prædis agendis tantum destinatos,] e quibus etiam Tzecones [seu Peloponnesiaci] desumuntur et seliguntur in castella ad agenda interim præsidia, dum veri milites ob bella absunt. Loca vero vel fundi aut prædia ipsorum hero interea vacant, neque alii cuidam traduntur, sed manent sequestrata et affixis sacris bullis signata, ut usus fructus eorum ad ærarium publicum redeat; eo fine, ut si tali cuidam cassato contingat facultas fortunam suam afflictasque res restaurandi, recuperet fundos pristinos militiamque pristinam.

ΚΕΦΑΛ. Ν'.

Εἰσὶν αἱ κατὰ τύπον ῥόγαι τῶν στρατηγῶν καὶ κλεισουραρχῶν, καθὼς ἐρογεύοντο ἐπὶ Λέοντος τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου.

Ὁ στρατηγὸς τῶν Ἀνατολικῶν λλ. μ'. Ὁ στρατηγὸς τῶν Ἀρμενιακῶν λλ. μ'. Ὁ στατηγὸς τῶν Θρᾳκησίων λλ. μ'. Ὁ στρατηγὸς τοῦ Ὀψικίου λλ. λ'. Ὁ στρατηγὸς τῶν Βουκελλαρίων λλ. λ'. Ὁ στρατηγὸς Καππαδοκίας λλ. κ'. Ὁ στρατηγὸς τοῦ Χαρσιανοῦ λλ, κ'. Ὁ στρατηγὸς Παφλαγονίας λλ. κ'. Ὁ στρατηγὸς Θρᾳκης λλ. κ'. Ὁ στρατηγὸς Μακεδονίας λλ. λ'. Ὁ στρατηγὸς Χαλδίας λλ. ι', ὡς λαμβάνων ἀπὸ τοῦ κουμερκίου (95) ἑτέρας λλ. ι'. Ὁ στρατηγὸς Κολωνείας λλ. κ'. Ὁ στρατηγὸς Μεσοποταμίας λλ. ο'. διὰ τὸ ἔχειν αὐτὸν ὅλον τὸ κουμέρκιον. Ὁ στρατηγὸς Σεβαστείας, ὡς ὢν τότε κλεισουράρχης, λλ. ε'. Ὁ στρατηγὸς Λικανδοῦ, ὡς ὢν τότε κλεισουράρχης, λλ. ε'. Ὁ στρατηγὸς Σελευκείας, ὡς ὢν τότε κλεισουράρχης, λλ. ε'. Ὁ στρατηγὸς Λεοντοκώμεως (96), ὡς ὢν τότε κλεισουράρχης, λλ. ε'. Ὁ στρατηγὸς τῶν Κιβυῤῥαιωτῶν λλ. ι'. Ὁ στρατηγὸς τῆς Σάμου λλ. ι'. Ὁ στρατηγὸς τοῦ Αἰγαίου πελάγους λλ. ι'. Ἰστέον, ὅτι οἱ τῆς Δύσεως στρατηγοὶ οὐκ ἐρογεύοντο διὰ τὸ λαμβάνειν αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἰδίων αὐτῶν θεμάτων τὰς ἰδίας αὐτῶν συνηθείας κατ' ἔτος. Ὁ στρατηγὸς Πελοποννήσου. Ὁ στρατηγὸς Νικοπόλεως. Ὁ στρατηγὸς Ἑλλάδος. Ὁ στρατηγὸς Σικελίας. Ὁ στρατηγὸς Λαγοβαρδίας. Ὁ στρατηγὸς Στρυμῶνος. Ὁ στρατηγὸς Κεφαληνίας. Ὁ στρατηγὸς Θεσσαλονίκης. Ὁ στρατηγὸς τοῦ Δυῤῥαχίου. Ὁ στρατηγος Δαλματίας. Ὁ στρατηγὸς Χερσῶνος.

CAP. L.

A *Tabula rogarum, quas vi typi aut formulæ præscriptæ atque receptæ accipiebant strategi et clisurarchæ tempore Leonis, domini Christum amantis.*

Strategus Anatolicorum accipiebat litt. 40. Strategus Armeniacorum litr. 40. Strategus Thracesiorum litr. 40. Strategus Opsicii lit. 30. Strategus Bucellariorum litras 30. Strategus Cappadociæ litras 20. Strategus Charsiani litras 20. Strategus Paphlagoniæ litr. 20. Strategus Thraciæ litras 20. Strategus Macedoniæ litr. 30. Strategus Chaldiæ litr. 10, ut qui præterea decem alias litras e commercio seu vectigalibus mercium introeuntium et exeuntium fert. Strategus Coloniæ litras 20. Strategus Mesopotamiæ I, o, [prorsus nihil], ut qui totum commercium seu reditus vectigalium omnes ipsi sibi B servat. Strategus Sebastiæ, ut qui tunc temporis (sub Leone) clisurarcha tantum erat, l. 5. Strategus Lycandi, 403 ut qui tum clisurarcha erat, litras 5. Strategus Seleuciæ, ut qui tum clisurarcha erat, litras 5. Strategus Leontocomes, ut qui tum clisurarcha erat, litr. 5. Strategus Cibyrrhæotarum litras 10. Strategus Sami litr. 10 Strategus maris Ægæi litr. 10. Strategi Occidentis non accipiebant rogas, quia consuetudines unus eorum quisque suas annuatim e suo themate ferebat. Sunt autem illi sequentes. Strategus Peloponnesi. Strategus Nicopoleos. Strategus Helladis seu Græciæ. Strategus Siciliæ. Strategus Lagobardiæ seu Longobardiæ. Strategus Strymonis. Strategus Cephaleniæ. Strategus Thessalonices. Strategus Dyrrhachii. Strategus C Dalmatiæ. Strategus Chersonis.

Περὶ τὸ τίνες οὐκ ὀφείλουσι στρατεύεσθαι τηρωνάτου γινομένου (97).

Index eorum, qui non tenentur in expeditionem et castra ire, quando tironatus fit seu juvenis militia in unum coacta locum solemnia in armis exercitia facit.

Οἱ ἐν τῷ κουβουκλείῳ κατειλεγμένοι. Οἱ εἰς τοὺς βασιλικοὺς ἀνθρώπους. Οἱ εἰς τὴν μεγάλην ἑταιρείαν. Οἱ εἰς τὴν μέσην ἑταιρείαν. Οἱ εἰς τοὺς Φαργάνους. Οἱ εἰς τὴν οἰκειακὴν τράπεζαν. Οἱ εἰς τὰ ἀρχοντογεννήματα. Οἱ εἰς τὸ οἰκειακὸν βεστιάριον. Οἱ εἰς τὸ σκέπτον τῆς Αὐγούστης. Οἱ εἰς τοὺς βασιλικοὺς στράτορας ἢ τοὺς ἱπποκράτας (98). Οἱ εἰς τοὺς

Cubiculo ascripti. Qui ad basilicos vel cæsarianos pertinent; qui ad magnam hetæriam; qui ad mediam hetæriam; qui ad Farganos; qui ad privatam mensam; qui ad archontogennemata; qui ad privatum vestiarium; qui ad sceptrum Augustæ, qui ad imperiales stratores vel equisones; qui ad imperiales clericos palatii. Clerici neæ seu novæ eccle-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(95) Est idem ac si diceremus: hic vel ille accipit salarium suum ex *Accisa*, seu ex illo tribunali, ubi vectigalia recipiuntur. Κουμέρκιον est ipsum commercium, mercatura, negotiatio et portorium pro importatis aut exportatis mercibus; v. Du Cange ad Alex. p. 315. Κουμέρκιον τοῦ πανηγυρίου, *vectigal nundinarum*, est apud Theophan. p. 396. Guther. p. 725. commercium nonnihil a vectigali differre monstrat.

(96) Ad formam terminationis πόλεως, quæ in D multarum orbium nomine obtinet, formarunt quoque κώμεως in hac compositione. Λεοντοκώμη Λεοντόπολις est in themate Lycandi seu in Isauria.

(97) Tironatum hic esse puto non statum seu conditionem tironis, sed solemnem congressum militiæ rudis et nuper conscriptæ ad condictum locum, ut tirocinium ibi ponant coram stratego thematis et dexteritatem suam in tractandi armis monstrent.

(98) Poterat quoque ἱπποκράτορας. In membranis erat ἱπποκρ. cum τ superimposito.

stæ.Sanctæ Sophiæ insessi et jam ab antiquis temporibus adhærentes sacerdotes, non autem qui ad terna miliaresia et minus rogam accipiunt.Dromoniorum remiges. Agrariarum remiges. Horum omnium officiorum,quæ a militiæ præstatione diximus exempta esse,si quis unum aliquod gerat,qui absque eo et nondum illud adeptus ad militiæ præstationem obligatus erat, ejus domus debet excusata haberi, quandiu is vixerit. Illo autem homine mortuo, debet jus et obligatio militiæ præstandæ rursus illi domui restitui secundum veterem formulam rationarii militaris.

A βασιλικοὺς κληρικοὺς τοῦ παλατίου. Οἱ τῆς Νέας ἐκκλησίας. Οἱ τῆς ἁγίας Σοφίας ἐγκάθετοι ἱερεῖς καὶ ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ, οὐχὶ δὲ οἱ εἰς τὰ τρία μιλιαρήσια καὶ ἔλαττον τούτων ῥογευόμενοι. Οἱ τῶν δρομονίων ἐλάται. Οἱ τῶν ἀγραρίων ἐλάται. Ἰστέον, ὅτι ἐκ τούτων πάντων τῶν προειρημένων μὴ στρατεύεσθαι, εἶχέν τις πάλαιὰν στρατείαν, μέχρις ἂν ζῇ τὸ καταταγὲν πρόσωπον, οἱονδήποτε τῶν προειρημένων ὀφφικίων, ὀφείλει διαμένειν ἐξσκουσευόμενός ὁ τοιοῦτος οἶκος. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ προσώπου, ὀφείλει ὀρθοῦσθαι ἡ στρατεία εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ κατὰ τὸν παλαιὸν τύπον τοῦ στρατιωτικοῦ λογοθεσίου.

404 Index eorum, qui militare debent de conscriptis in officia.

Περὶ τοῦ τίνες ὀφείλουσι στρατεύεσθαι ἀπὸ τῶν κατειλεγμένων εἰς ὀφφίκια.

Mandatores secretorum omnium,nempe qui sunt sub dispositione sacellarii ; rationalis sacri fisci ; rationalis fisci militaris ; rationalis cursus publici ; præfecti sacello ; vestiarii ; comitis rei privatæ ; præfecti numerorum ; curatoris mœnium urbis ; item vernaculi contubernales utriusque stabuli [tam urbani,quam Asiatici apud Malagina].Ab alio themate vel districtu non coguntur remiges agrariarum, nisi a solo themate Steni vel Propontidis. Neque adscribuntur diætariis magni palatii aliorumque palatiorum, nisi homines urbani seu CPtani, et ex Steno seu utraque ejusdem freti ora oriundi. Ad mandatores officiorum non deliguntur nisi soli homines urbani.

B Οἱ μανδάτορες τῶν σεκρέτων πάντων, ἤγουν οἱ τοῦ σακελλα-ίου· οἱ τοῦ γενικοῦ· οἱ τοῦ στρατιωτικοῦ· οἱ τοῦ λογοθέτου τοῦ δρόμου· οἱ τοῦ σακελλίου· οἱ τοῦ βεστιαρίου· οἱ τοῦ εἰδικοῦ· οἱ τοῦ νουμέρου· οἱ τοῦ τειχεώτου· οἱ διατρέχοντες· οἱ σύντροφοι τῶν δύο στάβλων. Ἰστέον, ὅτι οὐ δεῖ στρατεύεσθαι ἀπὸ ἄλλου θέματος εἰς τοὺς ἐλάτας τῶν ἀγραρίων, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ Στενοῦ (99). Ἰστέον, ὅτι οὐ δεῖ στρατεύεσθαι εἰς τοὺς διαιταρίους τοῦ μεγάλου παλατίου καὶ τῶν λοιπῶν παλατίων, εἰ μὴ ἀπὸ τῆς πόλεως καὶ τοῦ στενοῦ. Ἰστέον, ὅτι οὐ δεῖ στρατεύεσθαι εἰς τοὺς μανδάτορας τῶν ὀφφικίων, εἰ μὴ ἀπὸ τῆς πόλεως.

CAPUT LI.

Observanda, quando imperator in curru prodire ad horrea strategii eaque lustrare constituit.

ΚΕΦΑΛ. ΝΑ'.

Ὅσα δεῖ παραφυλάττειν, ὅταν ἐν ὀχήματι βούλεται προελθεῖν ὁ βασιλεὺς καὶ ἰδεῖν τὰ ὁρρία (1) τοῦ στρατηγίου,

C

Pridie vesperæ dantur mandata, sive notificatur per mandatores, ad proceres, cras fore processionem ad horrea. Procedunt itaque et conveniunt altero die omnes in palatium,candidis tunicis et tzangiis seu calceis ; et quando proclamata fuerit vox : « Transfer, » [te nempe, vel alio migra,] collocant sese candidati coram circo retro portam necessarium s.latrinarum balnei.In ipsum autem circum intrant soli equi imperiales ; qui procerum sint, foris manent. Ante circum quoque consistit carucha domi-

Ἀπὸ ὀψὲ δίδοται μανδάτα πρόκενσον εἰς τὰ ὁρρία. Προέρχονται οὖν τῇ ἑξῆς πάντες, καὶ εἰσέρχονται ἀπὸ λευκῶν χλανιδίων καὶ ταγγίων (2) εἰς τὸ παλάτιον, καὶ ὅταν γένηται TRANSFER, οἱ μὲν κανδιδάτοι ἵστανται πρὸ τοῦ ἱπποδρόμου μετὰ τὴν θύραν τῶν χρειῶν (3) τῆς βαλνιαρίας, εἰσέρχονται δὲ ἔσω ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ οἱ δεσποτικοὶ ἵπποι μόνοι, οἱ δὲ τῶν ἀρχόντων ἔξω ἵστανται. Ἔρχεται δὲ καὶ ἡ καρούχα ἡ δεσποτικὴ, καὶ ἵσταται πρὸ τοῦ ἱπποδρόμου. Καὶ ὅταν ἴδῃ ὁ σιλεντιάριος [49], ὅτι πάντα

VARIÆ LECTIONES.

[49] ΣΧΟΛ. ἕτοιμος.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(99) *[*Stenum* cervix Euxini. Constant. Vit. Basil. c. 63. Les nautonniers *Stenitæ* appellati ἀπὸ τοῦ στενοῦ, quod medio ævo est *Stanor*, p. 290 Villharduin.]* *Stenum* est tota ora tam Europæa,quam Asiatica, quam *angustus* canalis et meatus maris Euxini alluit et pervadit et ipsa simul ora CPtana. Zosimus II, 30 : μῆκος ἔχει τὸ στενὸν τοῦτο μέχρι τοῦ Πόντου σταδίων περὶ που τριακοσίων.

(1) De obitione imperatoris per horrea elegans locus est apud Themistium p. 221. Videri quoque meretur Salmasius ad illud Spartiani de Hadriano t. I, S. H. A.p. 97 : *Laborat,ut condita militaria diligenter agnosceret. Condita* hic sunt usu seculioris ævi non sepecies annonariæ, ut putat Petavius ad Themistiam p. 453,consentiente profecto analogia, sed *conditoria*,prorsus ut Græcum ἀπόθετά non species depositæ, sed *depositoria*.Utitur ea voce Theophanes p. 124, ubi de Alypio ait, eum fuisse τὴν δεχομένην περὶ τε τὴν φυλακὴν τῶν πόλεων καὶ τὰ ἀπόθετα τῶν τροφῶν ἐπιμέλειαν ποιούμενον. Rursus p. 129, conjungit ὡρεῖα ἀποθετα σίτου, ubi tamen posterius pro prioris scholio habendum est.De horreis ab imperatore visitatis agit quoque Vales. ad Amm. Marcell. p. 318, unde etiam constat, horrea gemina fuisse unnonæ militaris,et Xiphilin.p.1231, ubi Pertinacem habet τὴν τοῦ σίτου παρασκευὴν ἐξετάζοντα.

(2) Ita membranæ.

(3) *Necessariæ* Latinis et χρεῖαι Græcis novis sunt *latrinæ* ; vid. Du Cangii Gl. utrumque utraque voce. Sic jam usurpavit Artemidorus p. 8 ubi vid. Rigalt. notam.

ἕτοιμά εἰσι, καὶ λάβῃ τὸ Paratus, εἰσέρχονται κατὰ τὸ ἔθος οἱ πατρίκιοι. Εἶτα ἐξέρχεται ὁ βασιλεὺς, καὶ ἵσταται ἐν τῷ μέσῳ τοῦ μεγάλου τρικλίνου, καὶ πάντα γίνεται ὡς ἐν κονσιστωρίῳ, καὶ ἐξέρχεται δηριγευόμενος διὰ τῆς βαλνιαρίας, καὶ ὅταν ἔλθῃ ὅπου οἱ κανδιδάτοι τὰ ὅπλα κρατοῦσιν [70], ἐκεῖ οἱ τριβοῦνοι τοῦ πραισέντου προσκυνοῦσιν αὐτὸν, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ πριμικήριος τῶν δομεστίκων. Εἶτα ἐκεῖθεν εἰσέρχεται εἰς τὸν ἱππόδρομον, καὶ ἐκεῖ προσκυνεῖται ὑπὸ τῶν δομεστίκων καὶ προτηκτόρων ἅμα εἰσέλθῃ τὴν θύραν, καὶ δηριγευόμενος ἐξέρχεται ἔξω τοῦ ἱπποδρόμου, τῶν ἵππων ἑλκομένων ἐμπρὸς αὐτοῦ, καὶ ἀνέρχεται εἰς τὸ ὄχημα. Καὶ ἕκαστος τῶν ἀρχόντων κατὰ τάξιν φιλεῖ τὰ γόνατα αὐτοῦ, καὶ μετὰ πάντας ὁ ἔπαρχος τῶν πραιτωρίων, ὡς ὀφείλων συγκαθίσαι αὐτῷ, καὶ ἐπιτρέπει ὁ βασιλεὺς, εἰ βούλεται, τοῖς ἄρχουσι καθίσαι εἰς τοὺς ἵππους αὐτῶν, καὶ κάθηνται. Ὁ δὲ ἔπαρχος φιλεῖ τοὺς πόδας τοῦ βασιλέως, καὶ ἀνέρχεται εἰς τὴν καρούχαν ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ μέρους, καὶ ἵσταται, καὶ ἐπὰν ἐπιτρέψῃ αὐτῷ καθίσαι, πάλιν φιλεῖ τὰ γόνατα αὐτοῦ καὶ καθηται. Καὶ ὁ μουλίων (4) ἵσταται, καὶ, ἐπὰν κελευθῇ, καὶ αὐτὸς φιλεῖ κάτω τοὺς πόδας, καὶ κάθηται. Ἔμπροσθεν δὲ βαστάζουσιν ὁ κουροπάλάτης [71] καὶ ὁ δηκουρίων (5) τὰ χρυσᾶ ῥαβδία. Ἑκατέρωθεν δὲ κόμητες σχολῶν, οὓς ἂν κελεύσει, παραβαδίζουσιν κρατοῦντες τὰ μῆλα τῆς καρούχας. Καὶ ἐπὰν φθάσουσιν εἰς τὰ ὀρρία, πρῶτον οἱ ἔπαρχοι κατέρχονται, καὶ τότε ὁ δεσπότης. Ὡς δὲ εἰσέλθῃ εἰς τὰ ὀρρία, ἀπαντᾷ αὐτῷ φορῶν λευκὸν χλανίδιον ὁ κόμης τῶν ὀρρίων (6) καὶ σὺν αὐτῷ ὁ νουμεράριος (7), καὶ ἐπιδίδωσιν αὐτῷ τὴν γνῶσιν τοῦ ἀποκειμένου σίτου, καὶ περιέρχεται, καὶ ὁρᾷ πάντα. Δεῖ δὲ παρακολουθεῖν τῷ βασιλεῖ καὶ ἀρχιτέκτονα, ἵνα, ἐὰν θελήσῃ πληροφορηθῆναι, εἰ ταῖς ἀληθείαις τοσοῦτος σῖτος ἀπόκειται, μετρήσῃ ὁ ἀρχιτέκτων τοὺς τόπους, οὓς ἂν σύνίδῃ ὁ βασιλεὺς, καὶ εἴπῃ αὐτῷ τὸ ἀληθές. Καὶ ἐξερχόμενος διδωσι τῷ κόμητι τῶν ὀρρίων τετρογώνιον (8) λιτρῶν δέκα, καὶ ὁλοσήρικον στιχάριον, καὶ τῷ νουμεραρίῳ τὰ αὐτά. Καὶ ἐκεῖθεν ἐξελθὼν ἀνέρχεται εἰς τὸ ὄχημα, καὶ πάλιν οἱ ἔπαρχοι συγκάθηνται τὰ ὅμοια ποιοῦντες,

A nica. Parata in hunc modum omnia esse videns silentiarius ut [editum a præposito] accepit : « Paratus » [puta, imperator jam est], intrant [in magnum triclinium] patricii ; dein egreditur [e cubiculo vel cætone suo] imperator ad medium usque magnum triclinium, ubi consistit, fiuntque omnia ut in consistorio ; et dein exit in procerum comitatu per balnearium vel balneum, et quando illuc accesserit, ubi stant candidati in armis, ibi tribuni præsentis [nempe militiæ aut comitatus] adorant eum, et cum ipsi primicerius domesticorum. Inde intrat in circum, et ibi adoratur a domesticis et protectoribus, cum primum pedem in ejus porta posuerit. Inde exit in comitatu procerum e circo, equis imperialibus interim coram ipso manu productis, et

B ascendit in carrucham. **405** In ea residenti osculantur accedentes pro gradibus dignitatum procerum singuli genua, et postremus idem facit eparchus seu præfectus prætoriorum, ut qui domino in curru assidere debet. Eo absoluto officio, dat imperator, si vult, proceribus veniam in equos suos inscendendi. Præfectus autem prætoriorum, osculatus domini genua, ascendit in carrucham, sed a sinistro latere, et subsistit in ea tam diu erectus, donec imperator ipsi veniam considendi dederit. Priusquam vero consideat ille, osculatur secunda vice imperatoris genua. Pariter stat coram imperatore mulio [id est equiso, auriga] ; qui considere jussus, priusquam id faciat, imos pedes imperatoris osculatur. Coram carrucha præferunt curopalates et decurio virgas aureas ; ad utrumque vehiculi latus autem ambulant comites

C scholarum, quos imperator delegerit, tenentes poma [seu globos metallicos in aditu] carruchæ. Ea ratione ut perventum est in horrea, descendit primum præfectus domino identidem assidens, dein imperator, cui in horrea intranti obviam it comes horreorum, gerens candidam tunicam, et cum eo numerarius. Nactus ab eo comite imperator notitiam frumenti in horreis depositi et asservati, circumambulat et lustrat omnia, secum habens aliquem architectum, qui domino cupiente certo explorare, num revera tanta adsit, quanta perhibetur, fru-

VARIÆ LECTIONES.

[70] ΣΧΟΛ. τοῦ παρόντος. [71] ΣΧΟΛ. ὁ βουλευτής.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(4) *Mulio* etiam pro *equisone* dicitur. Lamprid, in Alexandro Severo, t. I, p. 990, ubi mulis et equis muliones tantum, non muliones et equisones, ut curatores attribuit. Etiam in Glossis est μουλάρας, ἱπποφόρβος, κτηνοτρόφος, ἀναβολεύς, *mulio superiumentarius strator*.

(5) Ergone tunc temporis adhuc decuriones appellabantur CPli consules et senatores urbani, ut vult Scholiastes, qui βουλευτής interpretatur ? Vix putem. Potius probabile mihi est silentiariorum decuriones vel decanos hic intelligi, qui iidem sunt atque primicerii silentiariorum ; v. Vales. ad Ammian. Marcell. p. 264. Silentiariorum autem erat aureas virgas præferre.

(6) Id. aut similis muneris, atque horrearius apud Agnellum. Vide Murat, Scr. R. Italic., t. II, p. 100.

(7) Videtur numerarii numus fuisse numerare modios frumenti quod in horrea inferebatur, et expensas in annonam militum pariter ; v. supra dicta ad p. 140.

(8) Fuit cum putarem, hoc vocabulo apocombium seu sacculum sericum designari in formam quadrangularem consutum et conformatum, cui insutæ essent decem auri litræ. Verum si in numismatibus seu solidis constiterunt illæ decem litræ, nimis grandis evasit illa bursula, ut quæ decies 74 numismata seu 740 numismata contineret. Litras in integris auri massis cusas fuisse, quandoquidem mihi non constat, quamvis admodum probabile sit, in dubio relinquam. Putem igitur potius, tetragonium hoc fuisse massam auream in monetæ formam cusam decem litras pendentem. Sed, ut verum fatear, non habeo exemplum massæ in nummum cusæ forma quadrata apud Græcos aut Romanos.

menti copia, conditoria, quæ jussus a domino fuerit, dimetiatur, et certam rei rationem ad eum referat. Exiens rursus ex horreis imperator dat comiti horreorum tetragonium, [hoc est apocombium, sericum fasciculum, formæ quadrangularis] decem auri litr, continens et sticharium holosericum. Idem quoque donum accipit numerarius. Postea rursus ascendit imperator in currum; et præfecti, qui A εἴτε δὲ δόξῃ αὐτῷ διὰ τοῦ δεκίμου [72] ὑποστρέψαι, εἴτε διὰ τῆς βαλνιαρίας. Οἱ μὲν κόμητες καὶ οἱ τριβοῦνοι ἔξω τοῦ μεγάλου τρικλίνου ἀκούουσιν: Loco [73], οἱ δὲ ἄλλοι ἄρχοντες εἰσέρχονται. Καὶ ὁ ἔπαρχος τῆς πόλεως ἢ οἱ ἔπαρχοι συντάττονται ἐκεῖ. Οἱ δὲ πατρίκιοι συνεισέρχονται, καὶ πάντα κατὰ ἔθος γίνεται, καὶ δίδονται μίσσαι τοῦ σιλεντίου.

identidem in tali tempore singulis imperatoribus adesse solent, faciunt eadem, quæ superius exposita sunt. Reditur in palatium, prout visum domino fuerit, aut per decimum, [circi pars est,] aut per balneum. Et comites quidem atque tribuni subsistunt extra magnum triclinium, audita proclamatione: « Loco » [qua jubentur in eodem loco consistere, neque ulterius procedere]. Cæteri autem proceres ingrediuntur in triclinium; et præfectus urbis vel et præfecti cæteri [prætoriorum nempe] vale ibi dicunt imperatori, atque abeunt; patricii autem cum ipso intrant in magnum triclinium, et fiunt omnia porro secundum consuetum morem, et tandem dantur missæ silentii.

CLETOROLOGIUM

SEU

LIBER DE RITIBUS SACRARUM EPULARUM AULÆ BYZANTINÆ

406 CAPUT LII. B ΚΕΦΑΛ. ΝΒ'.

Exquisita et perspicua de sacrorum cletoriorum seu conviviorum constitutione atque cerimoniis, singulorumque dignitatum evocatione, atque honoris gradu expositio, collecta ex antiquis Cletorologiis seu libris de ordine nomenclaturæ convivalis exponentibus, tempore Leonis imperatoris nostri Christum amantis et sapientissimi, mense Septembr., ind. III, *anno a condito mundo* 6408, *a Philotheo, imperiali protospathario et atriclinio.*

Ἀκριβολογία τῆς τῶν βασιλικῶν κλητωρίων (9) καταστάσεως, καὶ ἑκάστου τῶν ἀξιωμάτων πρόσκλησις καὶ τιμή, συνταχθεῖσα ἐξ ἀρχαίων Κλητωρολογίων ἐπὶ Λέοντος τοῦ φιλοχρίστου καὶ σοφωτάτου ἡμῶν βασιλέως μηνὶ Σεπτεμβρίῳ, ἰνδικτ. γ', ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ςΓΙΙ' (10), ὑπὸ Φιλοθέου, βασιλικοῦ πρωτοσπαθαρίου καὶ ἀτρικλίνου (11).

Quandoquidem hortati me fuistis, amicorum optimi, ut e veterum libris argumentum, de quo dicere animus est, dignitatum nempe ordines, eruerem sollicita cura, sermoneque perspicuo traderem; agedum, victus amore vestro, pro virili mea multaque cum affectione studebo desideriis vestræ charitatis C

Ἐπειδήπερ ἡμᾶς προετρέψασθε, ὦ φίλων ἄριστοι, εἰς τὰς τῶν ἀρχαίων ἐπικύμψαι συγγράμματα, κἀκεῖθεν τὸν προκείμενον νοῦν τῆς τῶν ἀξιωμάτων τάξεως σαφῆ τῷ λόγῳ ἀκριβῶς παραστήσασθαι, φέρε δὴ τῷ περὶ ὑμᾶς ἑλκόμενοι πόθῳ, καθ' ὅσον ἐφικτὸν, τὰ ἐφετὰ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης σχετικῶς (12)

VARIÆ LECTIONES.

[72] ΣΧΟΛ. τοῦ δεκάτου. [73] ΣΧΟΛ. τόπῳ.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(9) *Vocare* apud Latinos simpliciter pro vocare, invitare ad cœnam usurpatur. Hinc in Vit. Basilii Macedonis p. 207, οἱ κεκλημένοι sunt illi, *qui ad sacras invitari solent.* Hinc κλήτωρ, *vocator*, invitator, κλητώριον, *convivium*, ad quod vocantur amici, adhibetur cletor, invitator, nomenclator, et κλητωρεύειν, *ad convivium vocare.* Notat quoque κλητώριον *triclinium* vel salam, in qua convivia celebrantur. De quibus omnibus vid. Du Cangium Gloss. Gr. h.v. Magnam habeo gratiam fortunæ, quod opusculum hoc scitum et lectu dignum nobis conservavit, in quo totus ordo cum dignitatum et officiorum aulicorum et militarium, tum etiam sacrarum epularum publice editarum accurate exponitur. D

(10) A. M. 6408 incidit in annum Christi 900.

(11) Sic plerumque scribitur hæc vox; interdum tamen etiam reperitur ἀρτοκλίνης et pejus adhuc ἀρτικλίνης. Quamvis enim originem ipsi dederit corruptela prioris, quodammodo tamen et ipsa hæc quoque forma proba est et significat articlinii officium. Ἀρτοκλίνης est *panistructor.* Id enim illi agebant, et præterea quoque convivas futuros e schedula secundum gradum quemque suum et eo ordine, quo assidere debebant aut accumbere, evocabant, introducebant, locum cuique suum assignabant, quod olim τῶν ἐδεάτρων erat. vid. Athen. IV, p. 142 et p. 171 tota atque seqq., particulam porrigebant et largitiones dominicas distribuebant. Cæterum prima eorum fuit appellatio *atriclinio*, qui a triclinio essent et id curarent; vid. Du Cange v. *Orticlineum*, quomodo triclinium appellabant aut diætam, quod nos hodie *chambre*, *Kammer*, dicimus. [Sed habebantne Græci imperatores, ut veteres Persarum reges atque alii habebant et curiæ nostrates adhuc habent, suos προτένθας vel προγεύστας, *prægustatores ferculorum?* Equidem hujus rei nihil inveni, neque hoc in codice, neque alibi. *Ex Addend.*]

(12) *Toto cordis affectu, propensione, amore*, toto corde. Σχετικῶς πρός τινα ἔχειν, *toto corde aliquem diligere*, affectionatum erga aliquem esse, ut vulgo loquuntur, habet Cedren. p. 647. Σχέσις est *affectio, propensio animi*, benevolentia, apud Theophan. p. 391, et σχετικὴ προσκύνησις *adoratio* (qualis erga sanctos obtinet) *affectiva*, seu ex affectu animi et benevolentia erga eos, non ex debito procedens. Ἡ σχετικὴ προσκύνησίς ἐστιν ἀσπαστικὴ προσκύ-

ἐκπληρώσωμεν. Πολλῶν γὰρ ὄντων καὶ μεγάλων τῶν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις καταλειφθέντων ἀξιωμάτων, πολλή τε καὶ μεγάλη καὶ δύσληπτος ἡ περὶ αὐτῶν ὑπάρχει σαφήνεια. Καὶ γὰρ αἱ πολλαὶ τῶν ἀξιωμάτων ἀμαυρωθεῖσαι τῷ χρόνῳ πρόσκλήσεις, ἀλλὰ μὴν καὶ πᾶσαι αἱ μετ' ἐκείνας ἐφευρεθεῖσαι ἀξιωμάτων διαφοραὶ σύγχυσίν τινα παρεισάγουσιν τῆς ἀκριβοῦς αὐτῶν καταλήψεως. Καὶ ἐπειδὴ τὴν ἡμετέραν ἀμάθειαν τῆς ἀκριβοῦς τούτων καταλήψεως τὴν συγγραφὴν ἐξητήσασθε, ὅσον τῷ νῦν ἀμυδρῶς· ἐκ τῶν πρώην ἐγκειμένων (13) καὶ νὺν πραττομένων περιλαβεῖν ἠδυνήθημεν, τῇ ὑμετέρᾳ φιλίᾳ περιφανῶς ἐκτιθέμεθα. Εἰδέναι γὰρ ὑμᾶς βουλόμεθα, ὦ φίλοι, ὅτι πᾶσα μὲν τεχνων ἐπιστήμη πρός τι εὔχρηστον τέλος τῶν ἐν τῷ βίῳ συνέστηκεν. Ἡ δὲ τῶν ἀρτιclινῶν ἐπιστήμη ἐν οὐδενὶ ἄλλῳ [74] τὸ εὔχρηστον δείκνυσιν, ἀλλ' ἢ ἐν τῷ τάξει καὶ συστάσει καὶ ἀκριβεῖ διαθέσει τὰς τῶν ἀξιωμάτων διαφορὰς διαστέλλειν [75]. Καὶ γὰρ πᾶσα περιφάνεια βίου ἢ ἔνδοξος ἀξιωμάτων ἀξία ἐν οὐδενὶ ἄλλῳ τοῖς ὁρῶσιν ἐνδείκνυται, ἀλλ' ἢ ἐν τῇ κλήσει τῆς προκαθεδρίας τῆς ἐν τῇ λαμπρᾷ τραπέζῃ καὶ περιποθήτῳ συνεστιάσει τῶν σοφωτάτων ἡμῶν βασιλέων. Εἰ δέ τις ἐκ τῆς ἡμῶν ἀπροσεξίας ἐπισφαλὴς προσγένηται σύγχυσις τοῖς βασιλικοῖς κλητωρίοις, οὐ μόνον τὰς τῶν βασιλικῶν ἀξιωμάτων ἀρετὰς καταῤῥιπτεῖ, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς καταγελάστους καὶ ἀχρείους τῆς διακονίας παρίστησι. Διὸ οὖν, ἀγαπητοὶ, δεῖ ἡμᾶς ἐν τῇ τοιαύτῃ λαχόντας διακονίας προσοχῇ μελέτης καὶ ἐπιστήμης τὰς τῶν ἀξιωμάτων κυριοκλησίας ἐν τῷ οἰκείῳ νοΐ περιγράφειν, καὶ εἶθ' οὕτως τὰς αὐτῶν διαιρέσεις καὶ ὑποδιαιρέσεις καὶ ἀκριβεῖς συστάσεις ἐκφωνεῖν καὶ ἐκτίθεσθαι. Ἀλλ' ἐπείπερ τὰς τῶν ἀρχαίων ἐκθέσεις οὐχὶ πάσας, ἀλλ' ὅσας ὁ χρόνος ἀμαυρωθῆναι ἐποίησεν, ἐκοντὶ παρεδράμομεν, φέρε δὴ τὰς ἐπὶ τῶν βασιλέων ἡμῶν, Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου, γνωριζομένας τε ἅμα καὶ πραττομένας ὡς ἐν πίνακος τάξει στιχηδὸν ὑποτάξωμεν. Ποιῶμεν δὲ τοῦτο, οὐχ ὡς τὰς τῶν ἀρχαίων συγγραφὰς ἀνατρέποντες, ἀλλὰ τὰς περὶ τούτων ἐκθέσεις ὡς ἐν τάξει κανόνος τυπῶσαι σπουδάζοντες, ὅπως μὴ μόνον οἱ περὶ ταῦτα ἐσχολακότες τὴν εὐχερῆ τούτων κατάληψιν ἔχωσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ λίαν ἀμαθεῖς τῷ μικρῷ τούτῳ κανόνι ἑπόμενοι εὐκατάληπτον καὶ σαφῆ τὴν περὶ τὰς τάξεις εὑρίσκωσι πραγματείαν. Οὐ γὰρ δίκαιον ἐκρίναμεν, τοὺς μὴ ταῦτα ἀκριβῶς ἐξησκημένους ἐν τῇ τοιαύτῃ τετάχθαι βασιλικῇ λειτουργίᾳ, ὅτι οὐδὲ ἀσόφῳ καὶ ἀμαθεῖ βασιλεῖ παρεστάναι ἡμεῖς εὐμοιρήσαμεν, ἀλλὰ πάνυ γε σοφωτάτῳ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ τῇ ἄνωθεν χάριτι τε-

satisfacere. Diffusum et grave et obscurum opus de his clare distincteque exponere, cum non tantum plurimæ dignitatum a veteribus ad posteros transmissarum processu temporis obsoleverint ; sed etiam omnes deinceps excogitatæ et introductæ diversæ dignitates turbelam simul invexerint, eoque, quominus recte percipi res possit, officiant. Quoniam igitur ab ingenio nostro rudi quamvis et parum exercitato scriptionem huic rei clarius intelligendæ utilem flagitastis, voluimus hoc opusculo quantum ex obscuris vestigiis veterum traditionum litteris consignatarum et hodiernarum consuetudinum assequi potuimus, vestræ charitati exponere. In universum id a vobis teneri velim, ut omnium artium cognitio ad finem aliquem usus sui in quotidianas humanæ vitæ res implicantem tendit, **407** ita quoque articlinorum scientiam finem habere suum, et in eo maxime sui dare usum atque exemplum, quod accuratione stricta dignitates aulæ diversas suo quamque ordine, corpore et loco dispescit. Illustris omnis vita munusque omne gloriæ plenum in nulla re se magis spectabile spectantibus exhibet magisque ferit oculos, quam si publica voce præcedere et præsidere alteri inferiori apud splendidam tabulam epulasque multum expetitas sapientissimorum nostrorum imperatorum jubetur. Si quid ergo in augustis conviviis per nostram quamdam incuriam et imprudentiam obturbetur pecceturque, eo non tantum proculcantur officiorum curalium virtutes, sed et ipsi ridiculos nos et ineptos ministerio exhibemus. Quapropter, amici, oportet nos, in hoc, quod nostra sorte nobis contigit, constitutos tanto ministerio, primum quidem attenta cura secundum artis leges animo proprias dignitatum appellationes concipere atque confirmare, tum vero dignitatum divisiones majores minoresque et veras rationes enuntiare atque exponere. Antiquas autem cum decreverimus omittere, non quidem omnes, at eas tamen, quas temporum decursus caligine et ignoratione sepelivit, euræ nobis esto eas, quæ tempore dominorum nostrorum, Leonis et Alexandri, claræ exercitatæque fuerunt, unam post alteram continuo filo velut in tabula proponere. Quod eo non facimus animo, tanquam convulsuri et eversuri veterum scripta, sed studebimus de his rebus præcepta velut in canonis modulum redigere ; quo non illi tantum, qui iisdem jam a longo tempore occupantur, facilem earum conspectum doctrinamque habeant, sed et vel maxime rudes, dummodo exiguum hunc canonem assectentur, perspicuam et captu facilem de ordinibus

VARIÆ LECTIONES.

[74] ἄλλο cod. et ed.; ut paulo post. [75] διαστέλει cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

νησις ἐκ φιλικῆς καὶ εὐγνώμονος διαθέσεως οἰκείωσιν καὶ εὔνοιαν τοῖς ἠγαπημένοις ἐπαγγελλομένη. De quo cultu vid. Goar. ad Theophan. p. 340, Du Cange CPli Christ. III, c. 61, ad Alexiad. p. 293, et Gloss. Græc. h. v. et Latin. v. *Affectivus*.

(13) Est idem atque συγκειμένων, *litteris consignatorum*. Sæpe novi Græci ἐν et σύν promiscue usurpant. Ita Procopius p. 83, 14, ed. Hœschel. ἔνδεσμον pro σύνδεσμον posuit. Zosimus, II, 19, § 7, ἐμπίπτειν pro συμπίπτειν. Anthol. p 296, item p. 475, ubi est ὀφρῦς ἐνεσπάσατο, *contrahebat supercilia*.

officiorum adipiscantur tractationem. **408** Iniquum nempe arbitramur homines harum rerum scientia non probe imbutos penitusque percallentes augusto tanti momenti splendorisque ministerio admoveri; cum, quæ nostræ est secunda fortuna, domino non insipienti et illitterato, sed quam maxime sapienti astemus, quem et attributum a fama publica cognomen, et, quas gerit, res cœlesti gratia beatum demonstrant. Hortor itaque vos, amici, et quotquot post nos ad aulam regiumque hoc accessuri erunt ministerium, velitis hanc opellam non levi brachio, per otium et velut aliud agentes et inæquali animi contentione tractare, sed rerum, quam illa præstat, imaginem studiose pleneque vestris animis imprimere; et primum quidem proprias cujusque dignitatis appellationes notas et familiares vobis efficere; deinde vero illarum divisiones, quomodo excrescant minuanturve, quomodo ad sacram mensam advocentur et introducantur, et quomodo rursus ab ea revocentur et educantur, in illud exemplum, quod hic præscripsimus. Hunc autem instituimus ordinem, ut dignitates, quæ cum brabeis tributorumque honorum externis quibusdam insignibus conferuntur, primo loco, nominatim singulas, velut scalæ gradus persequentes exponeremus; dein eas, quæ nudo imperatoris edicto et voce tenus impetrantur; tum illis inferiores; sermone, ut par erat, primas et tum

A τιμημένῳ. Διὰ τοῦτο δὴ οὖν παρακαλῶ ὑμᾶς, ὦ φίλοι, καὶ πάντας τοὺς μέλλοντας μεθ' ἡμᾶς εἰσιέναι, μὴ παρέργως καὶ ἀνωμάλως τὸ παρ' ἡμῶν συγγραφὲν ἐπισκέπτεσθαι λόγιον (14), ἀλλὰ προσοχῇ μελέτης τὸν ἐν αὐτῷ ἐγκείμενον τύπον ἀκριβῶς ἀναμάττεσθαι· καὶ πρῶτον μὲν τὰς ἀκριβεῖς κυριοκλησίας τῶν ἀξιωμάτων γνωρίζειν, δεύτερον δὲ τὰς τούτων διαιρέσεις καὶ ὑποδιαιρέσεις, αὐξήσεις τε καὶ μειώσεις, προσκλήσεις τε καὶ ὑποκλήσεις (15) ἀκριβῶς ποιεῖσθαι, καθὼς ὑποτέτακται. Τὰς γὰρ διὰ βραβείων (16) διδομένας ἀξίας κλίμακος ὑμῖν τάξει ἐξ ὀνόματος πάσας ἐκτέθεικα, εἶθ' οὕτως τὰς διὰ λόγου προσγινομένας ἐσήμανα, μετὰ δὲ ταύτας τὰς ταύταις ὑποκειμένας συνέταξα, τὰς μὲν κυρίας καὶ πρώτας τούτων προκρίνας τῷ λόγῳ, τὰς δὲ ὑποτεταγμένας ἰδίως ἑκάστην ἐκτεθεικώς.

B Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς τούτων τάξεις εὐδιαιρέτως ἐδήλωσα, καὶ ἑκάστης τὰ τούτων τὰ οἰκεῖα πρέσβεια διὰ τοῦ τῇδε συγγράμματος σαφῶς καθιστόρησα, καὶ εὐσαφῆ καὶ εὐκατάληπτον τὴν περὶ τούτων πραγματείαν, ὡς ἐν εἰσαγωγῆς τάξει, τοῖς ἐντυγχάνουσι διὰ τῆς ὑποκειμένης πλινθίδος ἐγνώρισα, ἵνα οἱ τωύτην τὴν πλινθίδα ἐπιμελῶς ἐποπτεύοντες μέμνησθε τῆς ἡμῶν μετριότητος μηδαμῶς κατοκνήσειν [76].

VARIÆ LECTIONES.

[76] κατοκνήσιεν cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(14) Raro usu adhibuit pro *libellum*, proprie *parvum sermonem*. Alias solet *oraculum* notare.

(15) *Revocationes*, avocationes, jussiones abeundi, pro ἀποκλήσεις. Sæpe ὑπό pro ἀπό ponitur, ut ὑποστρέφειν, sc. ἑαυτὸν, se avertere ab aliqua re, abscedere, recedere.

(16) Opponuntur hic dignitates διὰ βραβείων et διὰ λόγου collatæ. Illæ sunt per *insignia* vel *cum insignibus*, hæ *auctoritate* vel *elogio* collatæ. Cum insignibus conferebantur, quando imperator aut conferens honorando pallium aut gladium aut codicillos aut torquem aut annulum aut aliud quod novi honoris indicium tradebat. Auctoritas vero vel λόγος, *elogium*, quando nuda voce, sacro edicto, aliquem jubebat hoc vel illo munere fungi. Constant. Porphyr. de administr. imperio p. 126, memorat *vestem magistri* vel *magistratus*, qua donandus in magistri dignitatem immitteretur: Ἔδωκεν αὐτῷ ἱμάτιον τοῦ μαγιστράτου πρὸς τὸ ποιῆσαι τὸν Κουρκένιον τὸν Ἴθηρα μάγιστρον. Hadrianus I in epistola ad Carolum M. scripta significat Archisum, Beneventanum ducem, ab imperatore Græco petiisse *auxilium et honorem patriciatus una cum ducatu Neapalitano sub integritate. Pro qua re* pollicitum illum fuisse *tam in tonsura, quam in vestibus Græcorum usu perfrui, sub ejusdem imperatoris ditione* [id est jurisdictione et auctoritate, tanquam vasallus]. *Hæc audiens autem imperator*, addit, *emisit illi suos legatos, scilicet spatharios duos, in ditionem Siciliæ, ad patricium eum constituendum, ferentes secum vestes auro textas simul et spatham vel pectinem et forcipes, sicut illi prædictus Archisus indui et tonderi promiserat.* Patet hinc vestem ab altero datam aut missam induere fuisse speciem quidem honoris, sed revera professionem humilitatis, subjectionis et clientelæ. Vasallus domino fidem condicens debebat missam a domino vestem induere, et ut ipse induendo profitebatur se clientem ejus esse, a quo vestem accepisset, ita dans C aut mittens eo ipso profitebatur, se illum, cui vestem daret aut mitteret, in familiam ministrorum vasallorumque, id est, comitum, recipere, pro ministro et comite suo tali et tali provinciæ sollicitudinique præfecto agnoscere. Inde natum vocabulum *investire*. Mos vestem in signum tam honoris, quam homagii mittendi illis, qui in munere quodam aut primum constituuntur, aut confirmantur et continuare jubentur, adhuc obtinet apud Turcas et Persas, ut e della Valle, Busbekio et aliis itineratoribus constat. V. dicta ad p. 367. De modis variis investiendi, ut per pileum, scyphum, sceptrum, evangelium, veru, cultrum, festucam, wasonem, vexillum, gladium, hastam, lapidem, librum missalem, martyrologium, linteum, denarios, eleemosynariam seu marsupium, floccillum capillorum, corrigiam, et quæcunque tandem ad manus essent, de his omnibus fuse Du Cange Gloss. Lat. v. *Investire* egit. Sunt porro *auctoritates* plerumque quidem rescripta principum, mandata D litteris consignata, v. Du Cange Gl. Lat. h. v., puto tamen interdum quoque effata, elogia, oralia præcepta esse. De voce *elogium* v. al. Amm. Marcell. p. 19. Διὰ λόγου, *per verbum*, redditur in veteri charta Guaimarii principis Salernitani, apud Murat. t. I, Ant. Ital. p. 181, ubi opponitur *mandatum per verbum* et χρυσοβούλλιον. *Declaro ego*, ait, *Waimarius princeps et imperialis patricius, quia concessum est mihi a sanctissimis et piissimis imperatoribus Leone et Alexandro per verbum et firmissimum præceptum bulla aurea sigillatum*; id est tam διὰ λόγου, *edicto verbali*, quod ad me retulit apocrisiarius imperialis, quam scripto mandato. Testamentum S. Cæsarii, episcopi Arelatensis: *Si cui aliquid per epistolam aut per pittacium aut verbo, pietatis intuitu, contuli, valere volo.* Distinguit hic *indulta per epistolam*, seu, quod idem est, *per pittacium* (nam posterius est tantum explicatio prioris) et *indulta verbo*. Ingulfus, p. 901: *Conferabantur primo multa prædia*

quoque his suppositas exsequente, ordines earum distincte declarante, et privatos cuique suos honores atque prærogativas luculenter docente. Propositus laterculus tradet contemplantibus harum rerum et claram et comprehensu facilem, ut introductio, notitiam. Quotquot eum inspicietis, memineritis velum tenue nostrum modicumque studium nusquam non assectari.

Ἀρχὴ τῆς ὑποθέσεως τοῦ λόγου.

Τῶν βασιλικῶν ἀξιωμάτων αἱ χάριτι Θεοῦ διδόμεναι δωρεαὶ, ὡς ἐκ Θεοῦ τὴν ψῆφον λαμβάνουσαι, ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ καὶ θαυμαστοῦ βασιλικοῦ βήματος τοῦ λαμπροῦ χρυσοτρικλίνου ἐκ αἰσίαις ἡμέραις παρὰ τῶν θεοπροβλήτων βασιλέων τοῖς ἀξίοις βραβεύονται, δηλονότι παρεστώσης ἁπάσης τῆς τάξεως τοῦ βασιλικοῦ κουβουκλείου καὶ αὐτῶν τῶν βραβείων προκειμένων πλησίον τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας. Οἱ γὰρ μέλλοντες τυχεῖν τῆς αὐτῶν ἀντιλήψεως ἤδη προευτρεπίζονται ὑπὸ τοῦ τεταγμένου βασιλικῶν (17) πρωτοσπαθαρίου ἔξω τοῦ βήλου ἐστολισμένοι ῥοαΐοις σαγίοις. Ἐν δὲ τῇ τούτων εἰσαγωγῇ προσυνεισέρχονται τῷ βασιλικῷ ὁστιαρίῳ ὁμότιμοι τῶν μελλόντων τυχεῖν ἀντιλήψεως ἄνδρες σπαθαροφόροι τρεῖς, καὶ τὸ σύνηθες σέβας ποιήσαντες ἀναμένουσι πρὸς τὸ βῆλον ἑστῶτες τὴν τοῦ εἰσαγομένου παρουσίαν, καὶ αὖθις τοῦ βήλου πετασθέντος [77] (18), συνεισέρχεται τῷ βασιλικῷ ὁστιαρίῳ ὁ τῶν βασιλικῶν πρωτοσπαθάριος εἰτάγων τὸν μέλλοντα τυχεῖν ἀντιλήψεως, καὶ τοῦτον προτρεπόμενος τρισὶ τόποις ποιῆσαι τὴν προσκύνησιν, ἵστησιν αὐτὸν κατὰ πρόσωπον τοῦ βασιλέως πρὸς τὸ ἐξ οἰκείων χειρῶν αὐτοῦ λαβεῖν τὸ βραβεῖον τοῦ ἀξιώματος. Καὶ μικρὸν αὐτὸν τὸν τυχόντα διαστήσας ὀπισθοπόδως ὁ αὐτὸς πρωτοσπαθάριος περιβάλλει αὐτῷ τὸ δοθὲν παρὰ τοῦ βασιλέως βραβεῖον, καὶ αὖθις αὐτὸν προσωθήσας ἀσπάσασθαι ποιεῖ τοὺς ἱεροὺς πόδας τοῦ βασιλέως· καταχθέντος δὲ αὐτοῦ πρὸς τοῖς κάτω, οἱ ὁμότιμοι τοῦ ἀξιώματος ἄνδρες ὡς ἰσότιμον εἰσδεξάμενοι φίλον, τὸ σέβας πληροῦντες τὴν εὐχαριστίαν διὰ τῆς προσκυνήσεως τῷ βασιλεῖ προσφωνοῦσι, καὶ συνεξέρχεται [78] τούτῳ. Ἡ δὲ παρεστῶσα πάντων τῶν τοῦ κουβουκλείου ἀξία τὸν βασιλέα ἀξίως ἐπευφημήσασα, καὶ αὐτὴ συνεξέρχεται τούτοις. Εἰσάγονται δὲ πᾶσαι αἱ τῶν διὰ βραβείων ἀξιωμάτων διαφοραὶ κατὰ τάξιν καὶ ἀριθμὸν τὸν ἤδη λεχθήσεσθαι μέλλοντα, καὶ τὰς συνηθείας παρέχειν ὀφείλοντας. Καὶ γὰρ αἱ μὲν αὐτῶν διὰ βραβείων παρέχονται, αἱ δὲ διὰ βασιλικοῦ λόγου προσγίνονται, καὶ συνέπονται ταῖς διὰ βραβείων διδομέναις ἀξίαις, καὶ αἱ μὲν αὐτῶν τὸ μόνιμον ἔχουσιν, αἱ δὲ ῥᾳδίως πάλιν ἀφαιρούμεναι ἐκ προσώπων εἰς πρόσωπα διαβαίνουσιν.

Αἱ διὰ βραβείων ἀξίαι ιη'.

Εἰσὶ δὲ πᾶσαι ὁμοῦ αἱ διὰ βραβείων διδόμεναι

A **409** *Initium tractandi argumenti.*

Officia palatina, munera, quæ proprie divinæ clementiæ debentur, ab imperatoribus, divina constitutis auctoritate, Deo velut per ipsos suffragium ferente, in sacro et admirabili imperiali tribunali, quod in splendido chrysotriclino conspicitur, diebus solemnibus conferuntur ut præmia virtutis in homines dignos, ordine toto sacri cubiculi astante, ipsisque tribuendis honorum insignibus penes sacram majestatem in propatulo expositis. Quæ qui adepturi sunt, extra velum parati tenentur a basilicorum vel cæsarianorum protospathario eam in rem delegato, sagis rubris induti. Ante vero quam per velum introducantur, introeunt simul cum imperiali ostiario tres viri spathas gestantes, dignitate illis, qui munificentiam et mercedem virtutum adepturi B sunt, æquales. Hi, ut principem consueto cultu venerati sunt, exspectant, apud velum stantes, introducendi adventum, protinusque ut velum reductum fuerit, intrat simul cum regio ostiario protospatharius basilicorum, introducens honorandum. Hunc hortatur tribus in diversis locis Augustum adorare, collocat coram domini vultu, quo ex ipsius manibus dignitatis insigne accipiat. Idem protospatharius eum id nactum retro aliquantum in vestigia sua vultu irretorto agit, et acceptis a domino insignibus induit, rursusque prorsum ductum cogit sacros Augusti pedes osculari. Ut rediit reductus ad eos, qui infra ad velum stant, ipsi dignitate pares, recipiunt ut amicum et collegam, venerationem Augusti absolventes, gratiarum actionem suam eidem voce C clara et adoratione significant, et cum novo collega simul abeunt. Pariter astans cubiculi totus ordo simul cum illis abit post laudes et bona verba principi decenter dicta. Introducuntur autem omnes, quæ cum brabeis vel præmiis aut insignibus tribuuntur, dignitates, eo quem mox dicemus, ordine numeroque, quo etiam consuetudines præstare debent. Dignitatum quædam brabeis, aliæ solo domini edicto impetrantur, et comitantur illas priores, et cum illis eodem tempore possunt ab eodem geri. Quædam semel tributæ constanter inhærent; aliæ levi negotio rursus ademptæ ab uno ad alterum migrant.

De octodecim dignitatibus, quæ cum insignibus tribuuntur.

D Quæ cum insignibus dantur, et semel datæ rursus,

VARIÆ LECTIONES.

[77] συρέντος leg. esse putat R. pro πετασθέντος. [78] συνεξέρχ. R. συνέρχεται cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

nudo verbo absque scripto vel charta, tantum cum domini gladio vel galea vel cornu vel cratera, et plurima tenementa cum calcari, cum strigili, cum arcu et nonnulla cum sagitta.

(17) Ita jacet in membranis, quod ne dubites reptum esse, aut saltim τῶν βασιλικῶν, persuadebit paulo post, ubi ὁ τῶν βασιλικῶν πρωτοσπαθάριος legitur.

(18) Imo vero συρέντος ἐφελκομένου, *contracto, reducto velo.* Nemo enim ingredi potest βήλου πετασθέντος, *velo expanso.*

non adimuntur, dignitates in universum numero sunt octodecim. **410** Dividuntur autem in duas classes, quarum unam senatorii, alteram processionales conficiunt.

A τὸν ἀριθμὸν ὀκτωκαίδεκα, αἵτινες ἅπαξ διδόμεναι οὐδαμῶς ἀναστρέφονται. Διαιροῦνται δὲ αὗται εἰς μέρη δύο, εἰς συγκλητικοὺς καὶ εἰς προσελευσιμαίους (19).

De iis dignitatibus, quæ solo principis edicto conferuntur.

Quæ dignitates superioribus per solum domini edictum accrescunt et exercendæ jurisdictionis auctoritatem hoc modo accipiunt, sunt in universum numero sexaginta. Hæ, ut diximus, ex mandato domini ab uno ad alterum ablatæ transmigrant. Distribuuntur in sex classes, nempe in strategos [vel in prætores, aut magistros militum, aut rectores provinciarum,] in domesticos, in judices exercendæ justitiæ forensi; in secreticos scriniarios vel secretorum; in democratas vel popularium factionum magistros, et in peculiaria officia seu quorum singula a viris singulis, non pluribus, geruntur.

Ὁσαι διὰ λόγου, αἱ διὰ λόγου ξ'.

Αἱ δὲ διὰ λόγου προσγινόμεναί ταύταις καὶ τὸ ἄρχειν ἐνδόξως λαμβάνουσαί εἰσι καὶ αὐταὶ πᾶσαι τὸν ἀριθμὸν [79] ξ', αἵτινες ἀφαιρούμεναι, ὥσπερ ἔφαμεν, ἐκ προσώπων εἰς πρόσωπα βασιλικῷ λόγῳ μετέρχονται. Διαιροῦνται δὲ καὶ αὗται εἰς μέρη ἕξ, οἷον εἰς στρατηγούς, εἰς δομεστίκους, εἰς κριτάς, εἰς σεκρετικούς, εἰς δημοκράτας, εἰς ἴδια ὀφφίκια.

Cap. I. — *De dignitatibus palatinis primi ordinis.*

Τόμος Α'. — Περὶ ἀξιωμάτων βασιλικῶν εἰς τοὺς προβαθμίους.

Dignitatum sic stricte atque proprie dictarum et quæ cum brabeis obtingunt, appellationes propriæ, quarum causa consuetudines quoque debentur, sunt hæ. Prima reliquarum omnium et in velorum introductione reliquas omnes præambulans est stratelatæ vel ducis militaris in aliquo themate vel provincia spectabili constituti, vel, ut appellari solet, dignitas apo eparchon seu quæstorum; cujus brabeum est membrana perscripta vel diploma regium, ipsa principis manu porrecta. Pendit ea dignitas consuetudinem protosecretis 24 aureos num., præpositis 36. Secunda dignitas est silentiariorum, cujus brabeum aureus baculus principis manu traditus. Dat consuetudinem deutero [vel secundicerio, præpositi puta,] 6, præpositis 72. Tertia est vestitorum, cujus brabeum est fibula domini manu data. Dat consuetudinem præpositis 24, deutero 6. Quarta est

B Τῶν δὲ κυρίως (20) ἀξιωμάτων τῶν διὰ βραβείων παρεχομένων αἱ κυριοκλησίαι, εἰς ἃς καὶ ὀφείλουσι δοῦναι συνηθείας, εἰσὶν αὗται. Πρώτη μὲν τῶν ἄλλων ἁπάντων ὡς προβάθμιος (21) τὴν εἰσαγωγὴν τῶν ἀξιωμάτων λαμβάνουσα ἡ τοῦ στρατηλάτου ἐπὶ θεμάτων ἀξίων, ἤτοι ἡ ἀπὸ ἐπάρχων ὀνομαζομένη, ἧς βραβεῖον, ἐγγεγραμμένος χάρτης (22), διὰ βασιλικῆς χειρὸς ἐπιδίδοται. Δίδωσι συνήθειαν τῷ πρωτοασηκρήτις κδ', τοῖς πραιποσίτοις λς'. Δευτέρα δὲ ἡ τῶν σιλεντιαρίων, ἧς βραβεῖον χρυσᾶ ῥάβδος, διὰ βασιλικῆς χειρὸς ἐπιδίδοται. Δίδωσι συνήθειαν τῷ δευτέρῳ ς', τοῖς πραιποσίτοις οβ'. Τρίτη ἡ τῶν βεστητόρων ἀξία, ἧς βραβεῖον τὸ φιβλατώριον (23), διὰ βασιλικῆς χειρὸς ἐπιδίδοται. Δίδει συνήθειαν τοῖς πραιποσίτοις κδ', τῷ δευτέρῳ ς'. Τετάρτη ἡ C τῶν βασιλικῶν μανδατόρων ἀξία, ἧς βραβεῖον, ῥάβδος ἐρυθροδανωμένη (24), ἐκ χειρὸς βασιλικῆς ἐπι-

VARIÆ LECTIONES.

[79] τῶν ἀριθμῶν cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(19) Quænam sit differentia inter proceres insignibus creatos senatorios atque processionales, non plane liquet. Videntur tamen illi fuisse interioris admissionis, consiliis et administrationi rerum adhibiti, hi vero tantum pompatici, qui quotidie in curiam procedere et comitativæ splendorem augere debebant; vid. quæ ad p. 38 dixi.

(20) Omnia enim munera et dignitates aulæ sunt ἀξιώματα, officiis etiam simul comprehensis, sed in specie distinguuntur τὰ ἀξιώματα et τὰ ὀφφίκια, *dignitates* et *officia* seu munia. Propterea addit κυρίως.

(21) Notandum hic, non a primo quoad dignitatem auspicium fieri, sed a primo in ordine processionis seu infimo, ab inferioribus ad magis magisque superiores procedendo.

(22) *Codicilli* Latini dicunt, nisi tamen codicilli erant πτυκτίδια ad formam libellorum formæ quartæ compositorum, ut sunt nostræ *Schreibtafeln*, aut ut erant veterum diptycha. Χάρτης autem erat frustum pergamenæ convolubile: πιττάκιον appellat Constantin. de admin. imp. c. 46: ἐκ προστάξεως τοῦ βασιλέως ἔλαοε τὸ πιττάκιον τοῦ πατρικίου Συμεών, etc.

(23) Ego quidem non dubito, hic loci *fibulatorium* esse fibulam. Solebant nempe ejus rei traditione, cujus in officio conferendo frequens usus esset, investire, ut mandatorum, quorum officium erat currere et nomine regis imperare, brabeum erat baculus ad utrumque utilis; stratorum flagellum regendis et incitandis equis, spathariorum ensis ad terrendos et abigendos a rege insidiatores et aggressores. Ideoque fibula investiebatur vestitor, quia in functionibus ejus erat fibulam sacræ chlamydis in dextro humero astringere. Alias notat fibulatorium sagum vel chlamydem fibula instructam; vid. Salmas. ad Script. Hist. Aug. t. II, p. 276, et Du Cange h. v., unde patet fibulatorium quoque dictum fuisse illud pretiosi panni lorum vel corrigiam, quæ assuta oræ vestis in fibulam immittebatur, Græcis πτερύγιον dicta. Gloss. mst.: *limbus, ora vestis auro texta vel fibulatorium*. Liceat mihi hoc loco in transitu Papiæ locum emendare, quem Du Cange sic citat *extrafilatus, exserto humero, quasi extra manum præferens*. Legendum putem *extrafilatus, exserto humero*, [scilicet incedens, vel perorans vel conspiciendus,] *quasi extra fibulam manum proferens*.

(23) *Rubro colore infecta.* Quod *rubia* ἐρυθρόδανον et ἐρευθόδανον, rubrum tingeret, ex eo rubro colore undecunque tandem tingere ἐρυθροδανοῦν dixerunt novi Græci; vid. Salmas. Exerc. Plin. p. 260, 810.

δίδοται. Δίδωσι συνήθειαν τῷ πρωτοσπαθαρίῳ τῶν βασιλικῶν ς', τοῖς πραιποσίτοις ς'. Πέμπτη ἡ τῶν κανδιδάτων ἀξία, ἧς βραβεῖον μανιάκιον χρυσοῦν τρίκομβον (25) μέχρι τέρνων (26) κεχαλασμένον, διὰ χειρὸς βασιλικῆς ἐπιδίδοται. Δίδωσι συνήθειαν τῷ παπίᾳ καὶ τῷ δευτέρῳ β', τῷ παπίᾳ τῆς Δάφνης β', τοῖς πραιποσίτοις ς'. Ἕκτη ἡ τῶν στρατόρων ἀξία, ἧς βραβεῖον φραγέλιον χρυσοῦν ἐκ λίθων τιμίων κεκοσμημένον, ἐκ χειρὸς βασιλέως ἐπιδίδοται. Δίδωσι συνήθειαν τῷ παπίᾳ καί τῷ δευτέρῳ β', τοῖς πραιποσίτοις δ'. Ἑβδόμη ἡ τῶν ὑπάτων ἀξία, ἧς βραβεῖον χάρτης ἐγγεγραμμένος, διὰ βασιλικῆς χειρὸς ἐπιδίδοται. Δίδωσι συνήθειαν τῷ πρωτοασήκρητις ς, τοῖς πραιποσίτοις ιβ', τῷ παπίᾳ καὶ τῷ δευτέρῳ ς'. Ὀγδόη ἡ τῶν σπαθαρίων ἀξία, ἧς βραβεῖον, σπάθη χρυσόκανος (27), ἐκ βασιλικῆς χειρὸς ἐπιδίδοται. Δίδωσι συνήθειαν τῷ κατεπάνω ς', τῷ δομεστίκῳ [80] τῶν βασιλικῶν δ'. τοῖς σπαθαρίοις ιβ', τῷ παπίᾳ καὶ τῷ δευτέρῳ β'. Ἐννάτη ἡ τῶν σπαθαροκανδιδάτων ἀξία, ἧς βραβεῖον μανιάκιον χρυσοῦν κεχαλασμένον (28) κεκοσμημένον ἐκ περιλεύκιος (29), ἐκ βασιλικῆς χειρὸς ἐπιδίδοται. Δίδωσι συνήθειαν τῷ παπίᾳ καὶ τῷ δευτέρῳ δ', τῷ τῆς καταστάσεως ιβ', τῷ δομεστίκῳ τῶν βασιλικῶν γ', τοῖς σπαθαροκανδιδάτοις ιβ'. Δεκάτη ἡ τῶν δισυπάτων ἀξία, ἧς βραβεῖον, χάρτης ἐγγεγραμμένος (30), ἐκ βασιλικῆς χειρὸς ἐπιδίδοται. Δίδει συνήθειαν τοῖς πραιποσίτοις ιβ', τῷ πρωτοασήκρητις ς', τῷ παπίᾳ καὶ τῷ δευτέρῳ ς'. Ἑνδεκάτη ἡ τῶν πρωτοσπαθαρίων ἀξία, ἧς βραβεῖον, κλοιὸς [81] (31) χρυσοῦς περὶ τὸν αὐχένα ἐκ λίθων τιμίων κεκοσμημένος, διὰ χειρὸς βασιλέως ἐπισυγκλείεται. Δίδωσι συνήθειαν τοῖς

A imperialium mandatorum cum brabeo baculo coloris coccinei ab ipsius principis manu exhibito ; dat consuetudinem protospathario basilicorum 6, præpositis totidem.Quinta est candidatorum cum brabeo torque aureo tribus combis seu bulbis instructo usque infra claviculas dependente,a principis manu tradito. Dat consuetudinem papiæ [palatii] et deutero [ejus] 2, papiæ Daphnes 2, præpositis 6. Sexta est stratorum cum brabeo flagello aureo gemmis ornato,regis manu tradito ; dat consuetudinem papiæ et deutero 2, præpositis 4. Septima consulum dignitas est, **111** ejusque brabeum membrana perscripta, regia manu porrecta. Dat consuetudinem protoasecretis 6, præpositis 12, papiæ et deutero 6. Octava est spathariorum, cujus brabeum B spatha vel ensis cum aureo manubrio, regia manu traditus ; dat consuetudinem catepano 6,domestico imperialium 4, spathariis 12, papiæ et deutero 2. Nona spatharocandidatorum ; brabeum ejus torques aureus laxe dependens,ornatus illo gemmarum genere, quod perileucius appellatur, regia manu traditus ; dat consuetudinem papiæ et deutero 4, cerimoniario 12, domestico imperialium 3, spatharocandidatis 12. Decima dignitas est dishypatorum vel iterum consulum, cum brabeo membrana perscripta,regiis manibus tradita ; dat consuetudinem præpositis 12, protoasecretis 6,papiæ et deutero 6. Undecima dignitas est protospathariorum, cujus insigne collare aureum gemmis conspicuum, quod ipse imperator suis manibus ejus collo circumponit, et inuncat [seu juncturis suis,quo firmiter arC cteque inhæreat, committit] ; dat consuetudinem

VARIÆ LECTIONES.

[80] δομεστίκῳ em. R., κατεδομεστίκῳ cod. et ed. [81] κλυὸς cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(25) Tribus combis, id est nodis, globulis, bullis vel bulbis interstinctum.Id enim notat vox κόμβος, omne quod tumet, gibberum est, prominet ; vid. Goar. ad Codin. p. 49, n. 23, et p. 70, n. 20, sed præcipue Du Cange Gloss. Gr. h. v.

(26) Positum est pro στέρνων (non enim putem quidquam hic esse sollicitandum). Ut ante cappa sæpius apud novos Græcos exsulat σ (vid. dicta ad p. 265),ita quoque puto ante τ exsulare initio vocum. Neque desunt exempla. Ita dicunt τοβίον pro στοίβη, *scabiosa*,τρέλος et τρέλλος pro στρέβλος,*curvus*. Neque dubito plura talia inveniri.

(27) Credo esse, quod habet aureum *manubrium*, κώπην : quia manubria gladiorum longa cylindrica sunt, potuerunt optimo jure *cannæ* appellari ; vid. ad p. 369 dicta.

(28) Monetur hoc respectu habito ad τὸν κλοιόν (v. paulo post) seu torquem illum aureum, qui rectus et rigidus stricte ambiret et circumstaret collum. Torques autem ὁ κεχαλασμένος laxe nonnihil super pectus infra claviculas dependebat.

(29) Est genitivus a nominativo περίλευκις. Sic novi Græci efferunt. Veteres autem περιλεύκιος in nomin. et in genitivo περιλευκίου formabant. Est autem ὁ vel potius ἡ περιλεύκιος(nempe λίθος) *gemma ad candorem accedens*, genus aliquod hyacinthorum vel rubinorum,sed vilissimum et dilutissimi coloris.Docet Epiphanius de Lapid. protiosis apud Salmasium ad Pall. Tertull. p. 163, de hyacinthorum generibus : Ὁ μὲν πρῶτος καλεῖται θαλασσίτης, purpureus, ὁ δὲ δεύτερος ῥοδινός, ὁ τρίτος νατίβος, ὁ τέταρτος, ὑδαρέστερος τούτων, λέγεται χαυνιαῖος, ὁ δὲ πέμπτος περιλεύκιος ; vid. Du Cange Gl. Gr. h. v.

(30) Membrana, ἐν ᾗ γέγραπται, quæ tota impleta est scriptura, perscripta. Puto enim eam *puræ* membranæ opponi,neque de codicillis pictis hic cogitari debere.Codicilli enim erant πτυκτοί,diptychi, tetraptychi, polyptychi, membrana autem talis, ὁ χάρτης, erat συνείλητος, convolubilis.Pingi consuevisse tales membranas vix putem, cum scriptores Græci medii ævi nihil ea de re memorent.

(31) Κλυός cod. Ita recentes Græci exarant pro κλοιός, pro more suo υ et οι permutandi. Voluerat quoque κλοιός quisquis ille fuit,qui superscripserat in membranis κλαιός, et in margine περιτραχήλιος D δεσμός ; vid. Suidam h. v. et vir. doct.ad Euripidis Cyclopem,ubi etiam comice de homine usurpatur, quod vulgo reputatur tantum canum esse. Unde imitatus quoque fuit Lucianus in Apolog. : Παρέχειν ἑαυτὸν ἕλκεσθαι καὶ φέρεσθαι, καθάπερ ὑπὸ κλοιῷ τινι χρυσῷ τὸν αὐχένα δεθέντα. Arripuit quoque insoliti sermonis affectator Nicetas, l. VI Manuelis Comn. cap. 2, p. 94 : Τὴν κόμην ἀγλαοὶ, φαιδροὶ τὰ πρόσωπα, καὶ κλοιοῖς χρυσέοις καὶ περιδερρίοις διαφανέσιν ἐκ λίθων τηλαυγῶν καὶ μαργαρίτων τιμαλφῶν τοὺς τραχήλους περιδεόμενοι. Differt κλοιός a μανικίῳ,quod hic, *torques*, sit χαλαρός, pendulus, plus minusve latus,interdum satis tenuis,plexus aut concatenatus ; κλοιός autem est lata lamina, στεφὰ, collum stricte ambiens, ut est collare canum.

protospathariis eunuchis 24, protospathariis barbatis 24, catepano 18, domestico imperialium 6, papiæ et deutero 6. Si vero in chrysotriclinii ministerium ascribatur ejusque protospathariis adjungatur, dat papiæ 24. Tenendum, si quis eorum ad demarchi dignitatem evehatur, dare præpositis solidos 72, pariter etiam cerimoniarium iisdem tantumdem pendere. Duodecima dignitas est spectabilium patriciorum, cujus brabeum sunt tabulæ eburneæ cum intus conditis codicillis perscriptis ad modum legis, quas novo patricio imperator ipse porrigit. Cœtonitis, si forte ab ipsis ei prænuntiatum fuerit [de novo honore ipsi destinato] dat litras 2, et præpositis, cubiculo et reliquis pro apocombio seu sportula auri litras 8. Tantumdem pendet tam officialis, quam strategus; verum patricius tantummodo honorarius dat litras 7, et cerimoniario præter obsequium 12. Obsequio autem [seu turbæ ipsum domum deducenti] 80; porro dat deutero pro tabulis eburneis 24 et pro tunicæ tabliis 24. Caniclei præfecto pro codicillis 16 et S. Sophiæ 36. Decima tertia dignitas est anthypatorum vel proconsulum, cujus brabeum sunt codicilli purpurei coloris perscripti, a domino traditi; dat consuetudinem caniclii præfecto 8 et deutero 4 et præpositis 24. Decima quarta dignitas est gloriosissimorum magistrorum, [32] cujus brabeum tunica candida auro pertexta, et scapulare cum aureis tabulis, et zona scortea coccinea gemmis ornata, vulgo baltidion

A πρωτοσπαθαρίοις εὐνούχοις κδ', τοῖς πρωτοσπαθαρίοις βαρβάτοις κδ', τῷ κατεπάνω ιη', τῷ δομεστικῷ τῶν βασιλικῶν ς', τῷ παπίᾳ καὶ τῷ δευτέρῳ ς'. Εἰ δὲ εἰς τὸν χρυσοτρίκλινον παραδοθῇ, τῷ παπίᾳ δίδωσι κδ'. Ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ, δήμαρχος εἰ τιμηθῇ ἐξ αὐτῶν τις, δίδει τοῖς πραιποσίτοις οβ'. Ὁμοίως καὶ ὁ τῆς καταστάσεως τοῖς αὐτοῖς πραιποσίτοις οβ'. Δωδεκάτη ἡ τῶν περιβλέπτων πατρικίων ἀξία, ἧς βραφεῖον, πλάκες ἐλεφάντιναι κεκοσμημέναι (32) σὺν κωδικέλλοις ἐγγεγραμμένοις εἰς τύπον τοῦ νόμου (33), ἐκ βασιλικῆς χειρὸς ἐπιδίδονται. Παρέχει δὲ τοῖς κοιτωνίταις, εἰ ἄρα καὶ μηνυθῇ (34), λίτρας β'. Εἰς δὲ τὸ ἀποκόμβιον τοῖς πραιποσίτοις σὺν τοῦ κουβουκλείου καὶ τοῖς λοιποῖς χρυσοῦ λίτρας η'. Ταῦτα δὲ ὀφφικιάλιος καὶ στρατηγὸς δίδωσιν. Ὁ δὲ

B ἄπρατος δίδει λίτρας ζ', καὶ τῷ τῆς καταστάσεως ἄνευ τοῦ ὀψικίου (35) ιβ', τὸ ὀψικιον π', τῷ δευτέρῳ ὑπὲρ τῶν πλακῶν κδ', καὶ εἰς τὰ ταβλία τοῦ χλανιδίου κδ', τῷ κανικλείῳ ὑπὲρ τοῦ κωδικέλλου ις', εἰς τὴν Ἁγίαν Σοφίαν λς'. Τρισκαιδεκάτη ἡ τῶν ἀνθυπάτων ἀξία. ἧς βραβεῖον, κωδίκελλοι, ἀλουργοειδεῖς (36) γεγραμμένοι, ἐκ βασιλικῆς χειρὸς ἐπιδίδονται. Δίδωσι συνήθειαν τῷ τοῦ κανικλείου η', καὶ τῷ δευτέρῳ δ', καὶ τοῖς πραιποσίτοις κδ'. Τεσσαρεσκαιδεκάτη ἡ τῶν ἐνδοξοτάτων μαγίστρων ἀξία [33], ἧς βραβεῖον, χιτὼν λευκὸς ὢν χρυσοῦφαντος, καὶ ἐπωμὶς (37) χρυσόταβλος, καὶ ζώνη δερματίνη κόκκινος ἐκ λίθων τιμίων κεκοσμημένη, ἥτις λέγεται βαλτίδιν (38). ἐπὶ τοῦ χρυσοστορίου (39) ἐκ βασι-

VARIÆ LECTIONES.

[32] ἀξίᾳ ed,

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(32) Auro, argento, sculpturis; res nota de tabu- C lis et diptychis consulum atque patriciorum.

(33) Fateor, me dictionem hanc non intelligere. Vultne dicere: quemadmodum leges novæ, recens editæ, ad præfectum urbis mittuntur in publico proponendæ, tabulis diptychis eburneis inclusæ; an potius: quemadmodum lex hac de re lata edicit et jubet? Inquirant legum et rituum Romanorum peritiores.

(34) Dubitavi, quomodo redderem hunc locum; num *si ab ipsis intro nuntietur ad dominum*, an potius *si ipsi ab illis prænuntiatum fuerit*, eum nempe, in numerum patriciorum allectum iri. Prætuli posterius, quia nemo intromitti ad imperatorem poterat nisi prius a cubiculariis vel alio familiari nuntiatus, posterius autem non semper fiebat. Et confirmat me p. 419, ubi dicitur præpositus ab unoquoque officiali recens honorato accipere consuetudinem 24 solidos aureos propterea quod loco et nomine imperatoris τὴν ἀπόκριαιν τῆς προβλήσεως ἐκκομίζεται, D *significationem promotionis effert*, quod interpretor: prænuntiat honorandis, eos hoc vel illo officio vel honore mactatum iri.

(35) Et hic quoque dubium est, sitne *obsequium* nomen taxæ vel consuetudinis pro obsequio pendi solitæ, seu pro comitatu (ita videtur), quem cæremoniarius recens honorato patricio addebat, quo eum cum pompa in ejus ædes deduceret; an sit potius obsequium, ipse comitatus. Ego prius prætuli.

(36) De membranis purpureis res nota et nuper admodum VV. CC. Breitingerus et Blanchinus de iis tradiderunt in libello de Psalterio Turicensi et Evangeliario quadruplici.

(37) Ἐπιμὶς cod. In margine recens manus, nescio cujus viri docti, ascripserat: *Fortasse* ἐπωμίς, quicum facio.

(38) *Balthei* diversi a *zonis*. Hæ medium abdomen horizontaliter præcingunt; illi super alterutrum humerum et pectus oblique decurrunt et rursus a tergo oblique ascendunt, ut e Sidonio Apollin. IV, 20, liquet: *Viridantia saga limbis marginata puniceis penduli ex humero gladii baltheis supercurrentibus strinxerant*, etc.; de baltheis gemmatis vid. ad Script. Hist Aug. I, p. 89 Casaubon. et Salmas., item Du Cange Gloss. Lat. v. *Baltheus* et *Dextrocherium*. Ad Abulfedam quoque monstravi exemplis, summum cultum procerum in aula Bagdadica et cæteris orientalibus fuisse positum in baltheis et ex iis æstimatos fuisse viros, eo amplioris fortunæ atque potentiæ, quo splendidiores auro et gemmis, magisque floribus sericeis pictos baltheos gerant. Ut noster ζώνην ἐκ λίθων τιμίων κεκοσμημένην inter brabea magistri sacrorum officiorum memorat, ita quoque Ivo Carnotensis in Chronico (apud Du Cangium v. *Baltheus*) memorat *baltheos gemmeis culturis honoratos et cingula auro compta*. Zona veterum, quæ deinceps pro symbolo honoris accepta fuit, ut diceretur *zona donare* pro honore vel officio quodam beare, si non semper

(39) Sic compendiose dictum pro integro χρυσοϊστορίῳ, quod p. 433 habetur et nihil aliud est mea sententia, quam sala plena statuis aliisque imaginibus aureis. Conjectura enim, qua χρυσοστόριον olim mihi videbatur esse sala aureis storeis vel tapetibus instrata, item alia, qua videbatur male scriptum aut compendiose prolatum pro χρυσοκονσιστόριον nunc merito displicet.

λικῆς χειρος ἐπιδίδοται. Δίδωσι συνήθειαν τῷ τῆς καταστάσεως τὸ καμίσιον [83] (40) αὐτοῦ, τοῖς δὲ πραιποσίτοις καὶ μαγίστροις συνεστιᾶται παρέχων αὐτοῖς καὶ δόματα ἱματίων. Συνήθειαν δὲ τοῖς πραιποσίτοις καὶ μαγίστροις καὶ λοιποῖς τὴν τοῦ πατρικίου διπλῆν συνήθειαν παρέχει. Πεντεκαιδεκάτη ἡ τῆς ζωστῆς πατρικίας ἀξία, ἧς βραβεῖον πλάκες ἐλεφάντιναι ὁμοίως τοῖς πατρικίοις, ἐκ χειρὸς βασιλέως ἐπιδίδοται (41). Δίδωσι συνήθειαν τοῖς βασιλικοῖς κληρικοῖς κδ', τῷ δευτέρῳ κδ', τούς κοιτωνίτας λίτρας γ', τὸ κουβούκλειον σὺν τοῖς πραιποσίτοις μόνοις χρυσοῦ λίτρας γ', καὶ τὸ στιχάριον αὐτῆς τῷ πραιποσίτῳ. Τῷ τῆς τραπέζης τῆς Αὐγούστης μετὰ τὴν πρωτοβεστιαρίαν καὶ τὴν πριμικήρισσαν καὶ τὰς κοιτωνιτίσσας καὶ κουβουκλαρέας λίτρας β'. Ἐξκαιδεκάτη ἡ τοῦ κουροπαλάτου ἀξία, ἧς βραβεῖον, χιτὼν κόκκινος χρυσοποίκιλος καὶ χλαμὺς καὶ ζώνη, ἐκ χειρὸς βασιλέως ἐπὶ ναοῦ Κυρίου λαμπρῶς ἐπιδίδυται. Δίδωσι συνήθειαν τὴν τοῦ μαγίστρου διπλῆν, τῷ δευτέρῳ λίτραν α', παρέχων πᾶσιν ἀντιλήψεις καὶ ἀναβιβασμούς (42). Ἑπτακαιδεκάτη ἡ τοῦ νωβελησίμου ἀξία, ἧς βραβεῖον, χιτὼν ἐξ ἀλουργίδος

A dicta, super chrysostorio seu sala aureis statuis instructa] regia manu tradita; dat consuetudinem cerimoniario camisium suum; præpositos et magistros convivio excipit vestibusque donat; consuetudinem autem iisdem præpositis et magistris cæterisque, [quibus dari mos est, datamque a patriciis diximus,] duplam dat ejus, quam diximus patricios dare. Decima quinta dignitas est zostæ [seu accinctæ] patriciæ, cujus brabeum sunt eburneæ tabulæ, pariter atque sunt patriciorum, regia manu traditæ. Consuetudinem dat palatinis clericis solidos, 24, deutero tantumdem, cœtonitis litras tres, cubiculo et præpositis auri litras tres; præposito mensæ imperatricis, ut et protovestiariæ et primicerissæ et cætonissis et cubiculariabus dat litras 2.
B Decima sexta dignitas est curopalatæ, cujus brabeum tunica coccinea auro picta et chlamys vel paludamentum et zona, regia manu tradita solemne pompa in templo Domini. Dat consuetudinem ejus, quam magister dat, duplam, deutero litram unam, omnibus munera et promotiones. Decima septima dignitas est nobilissimi, cujus brabeum tu-

VARIÆ LECTIONES.

[83] τῷ καμ. ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

semper, saltem interdum baltheus erat. Et apud Arabes eodem prorsus modo pro *officio* vel *militia*, στρατείᾳ, ponitur. Sed Abulfeda ad a. 230 [C. 843] narrat, al Watschecum Aschnaso dedisse *tagjam* seu cidarin et *geminum baltheum*, quod quamvis materialiter accipiendum sit: dabat enim revera geminum baltheum, qui ambo sese in humeris et pectore decussarent: symbolice tamen idem significabat, Aschnaso comimissam esse curam rerum
C tam politicarum, quam militarium. Ex his baltheis nati sunt cordones aut prandeæ, cærulei, aurantii, rubri aliorumve colorum, quibus ornantur equites variorum ordinum, *le cordon bleu*, etc., quæ nota.

(40) Mos est, quem jam alibi his in notis tetigimus (v. p. 135), in aulis Ottomannica et Persica hodie adhuc obtinens, ut Sultanus vel rex Persarum præfectis provinciarum seu in præfecturam suam immittendis in signum investituræ, seu in præfectura confirmandis in signum benevolentiæ et confirmationis trabeam mittat (quotannis id contingit illis, qui in sporta sua continuant), quam *Challam* nominant, unde nostrum *en Gala* manavit. Mittitur hæc trabea per mandatorem regium, qui de adventu suo ad præfectum nuntiari curat. Præfectus illum solemni cum pompa extra mœnia in agro suæ capitalis excipit, obviam mandatori procedens cum tota sua comitativa, nova et splendida veste indutus. Hanc exutam tradit et donat mandatori, et acceptam ab
D eo invicem trabeam Solthanicam induit; vid. Petro della Valle IV, 26, Ep. Itinerar. Hinc manavit ipsa vox *Gala*. Significat enim ἔκδυμα, *vestem quæ exuitur*, non *quæ induitur*. Quod mirum forte videatur. Sed facile concipitur, si origo dictionis spectetur. Quando Arabes significare volunt aliquem a potenti aliquo viro principe insigni honore affectum fuisse, dicunt: *talis vel talis princeps exuit vestem suam super hunc vel illum*, id est donavit ipsi vestem, quam ipse corpore suo gestaverat. Neque incognitus erat ille mos imperatoribus Græcis. Nicetas certe p. 100 ed. Venetæ, narrat Manuelem Gabræ, Sultani Iconiensis ad se legato pacis constituendæ causa, gallicam suam vestem corpore detractam donasse: τὴν ἐπιθωράκιον στολὴν ἀποδὺς ἐκείνῳ δίδωσι πορφύρᾳ καὶ χρυσῷ διηνθισμένην. Et talis vestis a principe gestata, alicui, cui benevolentiam suam monstrare volebat, donata, initio sola dicebatur *challa vestis exuta*. Deinde ampliato usu et significatu omnis vestis honoraria a principe, etiam si nunquam ab ullo gestata, vasallo tamen alicui suo aut legato ad se aulæ cujusdam peregrinæ honoris et benevolentiæ causa missa et injecta, fuit ἔκδυμα appellata, sic pene, ut ἀλλάξιμα et *mutatoria* vestes in genere sunt. Hæ enim ambæ voces non magis τὰ ἐνδύματα, quam τὰ ἐκδύματα notant. Mos igitur ille, de quo hactenus exposuimus, quo ejus vestis, qui trabeam a domino missam induit, illi cedit, qui missam a domino perfert, etiam in aula Byzantina olim obtinebat, ut ex hoc loco et paulo post patet, et cum aliis multis institutis in Turciam e Græcia migravit.

(41) Membranæ ἐπιδίδωται. Leg. aut ἐπιδίδονται, ut Draudius quoque in apographo exaraverat, aut exaravit librarius more suo ἐπιδίδωται pro ἐπιδίδοται schemate Pindarico, quo singularis pro plurali ponitur; vid. ad p. 224 dicta, ubi αἱ ἀρεταὶ ὑμῶν ἀνέτειλεν φῶς μέγα legitur pro ἀνέτειλαν. Neque dubito, schema hoc et olim vulgo Græco antiquissimo in usu et aliis quoque recentioris ætatis Græcis scriptoribus tritum fuisse. quamvis probatiores et aurei veluti scriptores ab eo sibi caverint. Malalas certe ab eo se non abstinuit, qui p. 161: Ἦν ἐν τῇ πόλει συναλλαγαὶ Ῥωμαίων καὶ Οὔννων, *in ea urbe Romanis cum Hunnis erant*, intercedebant, *commercia;* ubi frustra est Chilmead. mutare tentans. Siluit certe ad p. 210, ubi legitur: Ἦν γὰρ λαβόντες ἀπόκρισιν ὑπὸ τοῦ αὐτῶν βασιλέως. Pariter ἦν pro ἦσαν habet Sophocles Trachin. 529, ubi vid. Schol. Sed erunt, quibus hæc forma contracta pro integro ἦσαν videatur, ut μίχθην pro μίχθησαν et similia apud Homerum.

(42) *Promotiones*, ab ἀναβιβάζειν, *in atiorem locum promovere*; vid. Du Cange v. *Anabatrum*. Sed quomodo poterat curopalata *promotiones* dare? Non certe in officialibus aulæ, sed in ministerio suo, in familia privata, ad dispositionem suam pertinente. Conf. p. 412.

nica purpurea auro intexta, et chlamys et zona splendida cum pompa in templo Domini ab imp. tradita. Eamdem, quam curopalates, dat consuetudinem. Decima octava dignitas est Cæsaris, majestati imperatoriæ pene æqualis. Brabeum est corona, sed absque figura crucis, in templo Domini regiis manibus vertici honorandi imposita. Dat consuetudinem eamdem, quam nobilissimus.

A χρυσόθετος καὶ χλαμὺς καὶ ζώνη, ἐκ χειρὸς βασιλέως ἐπὶ ναοῦ Κυρίου λαμπρῶς ἐπιδίδρται. Δίδωσι συνήθειαν καθὼς καὶ ὁ κωροπαλάτης. Ὀκτωκαιδεκάτη ἡ τοῦ Καίσαρος ἀξίας, παρομοία τῆς βασιλικῆς δόξης, ἥς βραβεῖον στέφανος χωρὶς σταυρικοῦ τύπου, ἐπὶ ναοῦ Κυρίου ἐκ βασιλικῆς χειρὸς ἐπὶ κορυφῆς ἐπιτίθεται. Δίδωσι συνήθειαν, ὡς καὶ ὁ νωβελήσιμος.

Consuetudines pietatis.

Συνήθεια εὐσεβείας.

Qui autem supremus ipse sui juris imperator factus est, donat magnæ sanctæ Dei ecclesiæ auri litras centum, et toti senatui, cubiculo ascriptis cæterisque tantumdem ; millenarios milliarensium diversos unicuique ordini militari et officiorum corpori. Præpositis autem in specie dat officia et facultatem familiares et ministros ipsorum ad dignitates, quas ambirent, domino commendandi, ipsique præpositi ad munera, quæ petunt, promoventur. Imperator minor vel junior tantum dimidium istorum dat. **413** Harum, quas enumeravimus, dignitatum sunt quinque, quæ senatui attribuuntur, nempe expræfectorum, silentiariorum, vestitorum, consulum et iterum consulum ; cæteræ in regiis codicibus depositæ hærent [ut basilici ad eas pervenire possint]. Qui vero per solum imperatoris edictum dignis contingunt honores cum auctoritate inferioribus imperante, sunt numero sexaginta. Hæ, quod diximus, ut verbo dantur, sic et facile rursus adimuntur et ab uno ad alterum transeunt. Earum prima et maxima ab imperatore nostro Christum amante Leone constituta est basileopatoris ; secunda est

B

C

Ὁ δὲ γεγονὼς αὐτοκράτωρ βασιλεὺς δίδωσιν εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ μεγάλην ἐκκλησίαν χρυσοῦ λίτρας ρ', καὶ τῇ συγκλήτῳ πάσῃ σὺν τῷ τοῦ κουβουκλείου (43) καὶ λοιποῖς χρυσοῦ λίτρας ρ', κτὶ χιλιάδας διαφόρους μιλιαρησίων ἑκάστῳ τάγματι καὶ ὀφφικίων τῇ συστάσει. Τοῖς δὲ πραιποσίτοις ἐν ἑξαιρέτῳ ὀφφίκια δίδωσι καὶ ἀντιλήψεις ἀξιωμάτων εἰς ἰδίους καὶ ἀνθρώπους αὐτῶν, καὶ ἀναβιβασμοὺς αὐτῶν τῶν πραιποσίτων, καθὼς ἂν αἰτήσωνται, λαμβάνουσιν. Ὁ δέ γε δεύτερος βασιλεὺς δίδωσι τὸ ἥμισυ τούτων. Ἐκ δὲ τῶν προλεχθέντων ἀξιωμάτων αἱ μὲν πέντε ἀξίαι τῇ συγκλήτῳ ἁρμόζονται (44), οἷον ἡ ἀπὸ ἐπάρχων, ἡ τῶν σιλεντιαρίων, ἡ τῶν βεστητόρων, ἡ τῶν ὑπάτων καὶ δισυπάτων. Αἱ δὲ λοιπαὶ πᾶσαι ἐν τοῖς βασιλικοῖς κατατάττονται κώδιξιν. Αἱ δὲ διὰ λόγου βασιλικοῦ τοῖς ἀξίοις προσγινόμεναι δόξαι καὶ εἰς τὸ ἄρχειν τῶν ὑποτεταγμένων ἀφορισθεῖσαί εἰσι καὶ αὗταὶ τὸν ἀριθμὸν ξ', αἵτινες, ὡς ἔφαμεν, λόγῳ βασιλέως προσγινόμεναι, πάλιν ῥαδίως ἀφαιροῦνται καὶ ἐκ προσώπων εἰς πρόσωπα μεθίστανται. Καὶ πρώτη μὲν καὶ μεγίστη ἡ τοῦ βασιλεοπάτορος (45) παρὰ Λέοντος τοῦ φιλοχρίστου ἡμῶν

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(43) Subint. χορῷ, nisi malis τοῖς legere.

(44) Hunc locum fateor me non intelligere. Quare enim rector, magister sacrorum officiorum Curopalates, patricii magis inter basilicos, quam inter syncleticos numerati, cum tamen hi maximam et præcipuam sacri senatus partem conficerent? et vicissim, quare inter senatores relati vestitores, quibus in senatum prorsus non patebat aditus? Silentiarii ad senatum pertinebant ut ministri pene et ut apparitores. Expræfecti, Hypati et Anthypati meri tantum turbam ejus implebant. Et hi tamen syncletici dicuntur, illi majorum veluti gentium dii, senatus principes, eo eximuntur? Sunt in constitutione procerum et dignitatum aulæ PCtanæ multa, quæ non expedio, et hoc ipsum Cletorologium quamvis argumentum hoc egregie illustret, sæpe tamen nos deserit et in tenebras magis conjicit. Vultne dicere illas quidem, quas nominat, quinque dignitates a senatu stipendia accipere et ad codices senatus pertinere, reliquas autem relatas esse ad codices regios et ex aula sua salaria accipere? Sed neque hujus rei rationem pervideo.

(45) Vere et recte traditur, Leonem primum invenisse nomen et dignitatem Basileopatoris. Quamvis enim haberent primi imperatores CPtani suos πατέρας βασιλέως, et Cedrenus p. 595 Arsenium πατροβασιλέα Theodosii junioris appellet, confundit tamen hic tempora et nomen suo ævo notum, illis antiquis incognitum tamen, imputat. Diversi erant illi πατέρες τοῦ βασιλέως ævi Theodosiani, et πατροβασιλεῖς vel βασιλεοπάτορες a Leone Sapiente instituti. Olim patres imperatoris dicebantur omnes patricii. Sed Basileopator erat nonnisi unus et eminentis dignitatis, et fere non dabatur hoc nomen, nisi illis, quorum filiæ Augustæ, regnantis imperatoris conjuges essent ; quo fiebat, ut tales basileopatores multum in administratione imperii valerent, et præsertim, si generi adhuc admodum juvenes aut imbelles essent, omnem auctoritatem ad se raperent. Sæculo undecimo inclarescebant in aulis orientalibus *Atabeki*, ut quædam familiæ principales inde nomen habuerint ; v. D'Herbelot. Biblioth. Orient. v. *Atabekian*. Liquet, ut multa alia instituta, etiam hanc dignitatem ex aula Byzantina in orientales fuisse derivatam. Atabekorum horum familiarum puta sic dictarum primi conditores, seu primi et κυρίως sic dicti Atabeki, erant omnes soceri juvenum principum Muhammedanorum iidemque tutores, sed sub nomine et specie tutelæ generos et pupillos suos auctoritate omni, sæpe quoque vita exuebant et in eorum bona invadebant. Par pene ratio erat Romani Lecapeni, qui non contentus honore Basileopatoris, Augusti quoque honores non ipse solum sibi arrogabat, sed etiam filiis suis tribuebat, et loco atque gradu libenter submovisset Constantinum nostrum, si fortuna ipsi favisset. Nicephorus Phocas autem et Joannes Tzimisces, etsi Basilii et Constantini, Romani filiorum, tutores essent, cum tamen eorum soceri non essent ; etiam basileopatores appellati non fuerunt. Est tamen quod disputationem nostram haud parum parcellit, hoc nempe, dignitatem Basileopatoris inter eas referri, quæ adimi possidenti et in alium conferri possunt. At quomodo socer Augusti id non fiat, quod est, et qui potest hic tantus honor in alium transferri, cum non liceret imperatori uxores pro lubitu frequenter mutare? Contingebat profecto, quamvio raro, ut moriente Augusta cessaret basileopator esse qui hactenus

D

βασιλέως ἐκφωνηθεῖσα ἀξία· β' ἡ τοῦ ῥαίκτωρος (46) ἀξία· γ' ἡ τοῦ συγκέλλου (47)· δ' ἡ τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀνατολικῶν (48) ἀξία· ε' ἡ τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν (49) ς' ἡ τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀρμενιάκων·

A rectoris; tertia syncelli; quarta strategi Orientalium: quinta domestici scholarum: sexta strategi Armeniacorum, septima strategi Thracesiorum; octava comitis opsicii; nona strategi bucellariorum;

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

fuerat, et alius in ejus locum succederet, ille, cujus nempe filiam Augustus secundis nuptiis duceret. Vid. Du Cange v. Βασιλεοπάτωρ et *Pater imperatoris* et quæ supra ad p. 7 de patriciis disputavimus.

Quandoquidem hic catalogium texit Noster Philotheus dignitatum aulicarum, visum fuit in hanc locum conferre, quæ de earum singulis notanda habebamus.

(46) Non habeo post Du Cangii Gl. Gr. h. v. diligentiam, quæ de rectore dicam, nisi hoc unum, ecclesiasticam hanc dignitatem non fuisse, ut putavit V. D., neque solis viris sacri ordinis tributam. Nam et e nostro codice, et ex ipsis illis, quos allegavit Du B Cange, auctoribus constat, res non sacras, sed civiles rectorem tractasse, ducendisque exercitibus interdum præfectum fuisse, quod, apud Græcos certe; a viro sacri ordinis alienum atque maxime indecorum semper fuit habitum. Fuerunt quidem apud Latinos rectores ecclesiarum dicti iidem, qui curatores hodie (*les curés*), et rectores patrimonii S. Petri ii ex ordine clericali, quos summus pontifex in provincias mittere soleret ad denarios Petri cogendos et Romam transmittendos. Verum rectores aulæ Byzantinæ a tam minutis curis et officiis abfuisse patet ex eo, quod post basileopatorem protinus haberent gradum ante syncellum, strategos, magistros et patricios omnes. P. 421 post magistros ambos et ante syncellum Romæ atque Neapolis locantur; p. 14 ante præpositos sacri cubiculi et in comitatu sacri cubiculi recensentur, ut perspicuum sit, eos spadones fuisse. Non parum tamen momenti opinioni Du Cangii, dignitatem hanc ecclesiasticam reputantis, addit hoc, quod rectores illi omnes, quos C laudato loco adducit, antequam ad eam dignitatem promoverentur, aut monachi aut clerici fuerint; item hoc, quod ante syncellum, patriarchæ coadjutorem, gradum haberent. Crederem eos conscientiæ Augusti directores seu confessionarios fuisse, nisi diversus a Latina ecclesia Græcæ mos confitendi esset. Certe nusquam legitur imperator unquam peccata sua fassus fuisse, aut præter patriarcham alio consiliari in rebus sacris usus fuisse. Præterea claris verbis Scylitzes p. 781, Nicephorum ait aliquem, eunuchum, postquam amore mundani splendoris sacerdotalem statum repudiasset, a Constantino Monomacho dignitate rectoris honoratum et ad gerendum militiæ imperium in Orientem missum fuisse. Idem argumentum conjecturam quoque eam evertit, fuisse rectorem caput cleri palatini, ejusque veluti patriarcham; rectori enim, quantum scio, nusquam legitur cum rebus sacris communionem fuisse. D

(47) Multa de syncellis habet utroque Glossario h. v. et v. *Cellulanus*. Du Cange, vir doctissimus et stupendæ diligentiæ atque iectionis, ut quod illis addam, pene nihil habeam. Quid fuerint syncelli, disputatur. Mihi quidem videntur coadjutores et vicarii episcoporum fuisse, qui absentibus illis a sedibus suis aut ægrotantibus, eorum munia peragerent. Succedebant interdum in episcoporum locum, non tamen semper. Memorabilis est locus Zonaræ, quem absque animadversione nequeo prætermittere, p. 204: Ὡς γὰρ σύγκελλος τοῦ πατριάρχου θανόντος εἰς τὸν ἐκείνου τόπον ἀντικαθίσταται, οὕτω καὶ ὁ σερίφης, τοῦ Χαλιφᾶ φθαρέντος. τὸν τελευτήσαντα διαδέχεται. Quod hic de Serifo perhibet Zonaras, totum nugax commentum est. Facile quidem credo Scherifum aliquem CPlin missum fuisse a Toghrulbeko seu Thangrol Beko vel Tangrolipia, ut Græci efferunt, ad Constantinum Monomachum pacis conciliandæ causa. Nam eo tempore Scheriforum gratia et auctoritas erat magna in aula Bagdadica, et præcipue memorantur ab Abulfeda tres Scharifi, cæterorum gentilium suorum, id est Scheriforum Alitarum, Nakibi seu Generales per omnem Orientem, duo fratres, os Scherifor Radhi, excellentis ingenii vir et egregius poeta, qui anno Chr. 1015 obiit, et os Scharif ol Mortadhi, qui A. C. 1044 obiit, et tandem primo loco nominati filius Abu Hamed Adnan, qui A. C. 1057 obiit, et quem ego conjicio CPlin fuisse missum. Verum Schariforum cum Chalifis ratio B erat diversissima a ratione syncellorum cum patriarchis. Erant Chalifæ omnes nativitate Scharifi, et gentiles eorum omnes pariter quoque Scharifi. Notat ea vox ὑπαρέχοντα vel ἄρχοντα, *nobilem*, quasi Hispanice *Infantem* diceres aut Francice *Prince*. Et hi quidem Scharifici Abbasitæ, ab Abbaso Muhammedis patruo, oriundi, quorum caput identidem erat Chalifa regnans. Scharifi porro erant quoque omnes de gente Ali, qui fuit gener Muhammedis, oriundi. Habebant hi Nakibum seu Capitaneum vel Generalem suum, unum Bagdadi, qui per orientem ipsis imperabat, alterum al Cairæ, qui in Ægypto rector et protector eorum erat. Sed hi Nakibi nihil ratione sui muneris cum Chalifa commune habebant, nisi quod ad curiam ejus pertinerent; et pro ratione temporum hominumque plus minusve de rerum administratione participabant. Ut syncelli erant pars præcipua consilii patriarchalis, ita quidem Scharifi quoque de consiliariis Chalifarum erant, sed non præcipuis et intimis, nisi forte unus eorum aut alter fortuna gauderet Chalifæ placendi. Verum Chalifæ non ut præsumptivi successores, neque coadjutores et vicarii erant ad latus appositi, quemadmodum syncelli patriarchis. Chalifarum quoque non solum potentia ad sacra, sed etiam ad civilia spectabat. Successores illis vivis non designabantur; neque hæreditarium erat regnum, sed electivum. Defuncto Chalifa quoque novus ipsi sufficiebatur ex arbitrio procerum; attamen Abbasita Schariforum Alitarum Nakibus, de quo Zonaras procul dubio loquitur, poterat quidem, ut unus procerum, suam quoque sententiam in electione Chalifæ ferre et adhibebatur semper tali deliberationi; at ipse tamen ad dignitatem Chalifæ non poterat aspirare. Ejus enim gens ab illo gradu in perpetuum erat exclusa.

(48) Subintellige θεμάτων. Strategi posterioribus ævis erant iidem qui olim proprætores et proconsules in provinciis erant, prætecti nempe provinciarum et juris dictatores tam in rebus civilibus, quam in militaribus, magistri militum simul et gubernatores urbium. Qui hic memoratur, erat strategorum omnium princeps, et non unius thematis, ut cæteri, sed omnium orientalium supremus dux, ut qui auctoritate duces alios creandi gauderet, qua cæteri carebant. Theophanes eum στρατηγὸν τῆς Ἑῴας πάσης appellat p. 110. '[Apud Anastas. Biblioth. occurrit strategus Orientis.]' Vide supra not. 78, col. 128.

(49) *Domesticos* appellabant olim eos, qui principi familiariores essent eoque rebus ejus gerendis deputabantur. Hinc factum, ut domesticus pro legato, commissario diceretur. Est ergo domesticus scholarum idem atque legatus scholarum, qui ab imperatore legatus scholis præest, ἔξάρχων, προηγούμενος, cui cura scholarum commissa est. Sunt autem scholæ idem atque cohortes et quidem, quæ hic designantur scholæ, erant septem

10 strategi Cappadociæ; 11 strategi Charsiani; 12 strategi Coloniæ; 13 strategi Paphlagoniæ; 14 strategi Thraciæ; 15 strategi Macedoniæ; 16 strategi Chaldiæ; 17 domestici excubitorum; 18 præfecti Urbis; 19 strategi Peloponnesi; 20 strategi Nicopolis; 21 strategi Cibyrrhæotarum; 22 strategi Græciæ; 23 strategi Siciliæ; 24 strategi Strymonis; 25 strategi Cephaleniæ; 26 strategi Thessalonices; 27 strategi Dyrrhachii; 28 strategi Sami; 29 strategi maris Ægæi; 30 strategi Dalmatiæ; 31 strategi Chersonis [seu Chersonesi Tauricæ]; 32 sacellarii; 33 logothetæ genici vel generalis ærarii publici; 34 quæstoris; 35 logothetæ stratiotici vel rei militaris; 36 drungarii vigiliæ; 37 logothetæ dromi seu cursus publici; 38 drungarii ploimorum seu classiariorum; 39 protospatharii imperialium; 40 logothetæ gregum; 41 domestici hicanatorum; 42 domestici numerorum; 43 domestici optimatum; 44 comitis castellorum; 45 chartularii sacelli; 46 chartularii vestiarii; 47 chartularii caniclii; 48 protostratoris; 49 protoasecretæ; 50 repræsentantis thematum; 51 comitis stabuli; 52 idici seu peculio privato præfecti; 53 magni curatoris; **414** 54 curatoris manganorum palatii sic dicti; 55 magistri requisitionum vel libellorum supplicum; 56 nutritoris orphanorum; 57 demarchi Venetorum; 58 demarchi Prasinorum; 59 cerimoniarii; 60 domestici basilicorum. Hæ sunt dignitates hoc tempore sub Leone imp. honoratæ [s. in honorem datæ]. Redeunt hæ dignitates ad septem classes: primam strategorum; secundam domesticorum; tertiam judicum; quartam secreticorum; quintam democratarum seu magistrorum factionalium; sextam stratarcharum seu tribunorum militarium; septimam idicorum vel specialium quæ

A ζ' ἡ τοῦ στρατηγοῦ τῶν Θρᾳκησίων· η' ἡ τοῦ κόμητος τοῦ ὀψικίου· θ' ἡ τοῦ στρατηγοῦ τῶν βουκελλαρίων· ι' ἡ τοῦ στρατηγοῦ Καππαδοκίας· ια' ἡ τοῦ στρατηγοο Χαρσιανοῦ· ιβ' ἡ τοῦ στρατηγοῦ Κολωνίας· ιγ' ἡ τοῦ στρατηγοῦ Παφλαγωνίας· ιδ' ἡ τοῦ στρατηγοῦ τῆς Θρᾴκης. ιε' ἡ τοῦ στρατηγοῦ Μακεδονίας· ις' ἡ τοῦ στρατηγοῦ Χαλδίας (50)· ιζ' ἡ τοῦ δομεστίκου τῶν ἐκσκουβίτων (51) ἀξία· ιη' ἡ τοῦ ἐπάρχου πόλεως ἀξία· ιθ' ἡ τοῦ στρατηγοῦ Πελοποννήσου· κ' ἡ τοῦ στρατηγοῦ Νικοπόλεως· κα' ἡ τοῦ στρατηγοῦ τῶν Κιβυρραιωτῶν· κβ' ἡ τοῦ στρατηγοῦ Ἑλλάδος· κγ' ἡ τοῦ στρατηγοῦ Σικελίας· κδ' ἡ τοῦ στρατηγοῦ Στρυμόνος· κε' ἡ τοῦ στρατηγοῦ Κεφαληνίας· κς' ἡ τοῦ στρατηγοῦ Θεσσαλονίκης· κζ' ἡ τοῦ στρατηγοῦ τοῦ Δυρραχίου· κη' ἡ τοῦ στρατηγοῦ τῆς Σάμου· κθ' ἡ τοῦ στρατηγοῦ τοῦ Αἰγαίου πελάγους· λ' ἡ τοῦ στρατηγοῦ Δαλματίας· λα' ἡ τοῦ στρατηγοῦ Χερσῶνος· λβ' ἡ τοῦ σακελλαρίου· λγ' ἡ τοῦ λογοθέτου τοῦ γενικοῦ· λδ' ἡ τοῦ κυαίστωρος ἀξία· λε' ἡ τοῦ λογοθέτου τοῦ στρατιωτικοῦ· λς' ἡ τοῦ δρουγγαρίου τῆς βίγλας· λζ' ἡ τοῦ λογοθέτου τοῦ δρόμου ἀξία· λη' ἡ τοῦ δρουγγαρίου τῶν πλοΐμων· λθ' ἡ τοῦ πρωτοσπαθαρίου τῶν βασιλικῶν· μ' ἡ τοῦ λογοθέτου τῶν ἀγελῶν· μα' ἡ τοῦ δομεστίκου τῶν ἱκανάτων· μβ' ἡ τοῦ δομεστίκου τῶν νουμέρων· μγ' ἡ τοῦ δομεστίκου τῶν ὀπτιμάτων· μδ' ἡ τοῦ κόμητος τῶν τειχέων· με' ἡ τοῦ χαρτουλαρίου τοῦ σακελλίου· μζ' ἡ τοῦ χαρτουλαρίου τοῦ βεστιαρίου· μζ' ἡ τοῦ χαρτουλαρίου τοῦ κανικλείου· μη' ἡ τοῦ πρωτοστράτορος· μθ' ἡ τοῦ πρωτοασήκρητις ἀξία· ν' ἡ τοῦ ἐκ προσώπου τῶν θεμάτων (52)· να' ἡ τοῦ κόμητος τοῦ στάβλου· νβ' ἡ τοῦ εἰδικοῦ· νγ' ἡ τοῦ μεγάλου κουράτωρος· νδ' ἡ τοῦ κουράτωρος τῶν μαγάνων (53)· νε' ἡ τῶν δεήσεων· νς' ἡ τοῦ ὀρφανοτρόφου· νζ' ἡ τοῦ δημάρχου Βενέτων· νη' ἡ τοῦ δημάρ-

militum palatinorum, non tam pompaticorum, quam vere militantium et imperatorem domi forisque comitantium et protegentium. Colligas tamen e p. 313 collata cum p. 414 *scholas* et *themata* seu legiones provinciales idem esse; ut ergo domesticus scholarum idem possit significare atque magister legionum vel militum. Prius tamen rectius puto. Quia domestici hi utpote magni gradus et magnæ auctoritatis viri, ipsisque provinciarum singularium strategis majores, graduque a stratego Orientis proximi, aliquoties summa cum auctoritate copiis in Oriente præfuerant, et maximis cladibus Saracenos affecerant, quo etiam domestici nomen clarum apud historicos Arabicos evasit: ex eo factum ut illi crederent falso persuasi, domesticum eum dici, qui Orienti seu legatus imperatoris CPtani præesset: *Domestici nomen apud eos* (Romanos) *habet omnis, qui præest ditioni Græcæ ad orientem Propontidis positæ.*

(50) Chaldi sunt qui veteribus *Chalibes* dicti. Chaldi et Cordi vel Curti, Gordyæi, iidem. Perhibent Soranzo et Leunclavius Curdistanam hodie ab Arabibus *Kelgan* appellari. Forte recta illi tradunt et forte sic solent hodie Arabes. In libris tamen Arabum semper *al Curd* vel *Cord* et *al Acrad* appellantur. Videntur interea Chaldi infra Trapezuntem et Curdi Mesopotamiæ et Parthiæ interjecti eadem gens et montes amborum unum jugum esse.

(51) Quatuor erant tagmata militiæ palatinæ: Scholarii, Excubitores, Hicanati et Numeri. Quomodo autem discrepuerint, quæ cuique munia et stationes fuerint, ad quosnam horum spatharii, candidati, spatharocandidati et similes pertinuerint, fuerintne tales in unoquoque istorum quatuor tagmatum, an tantum in scholariis, et alia talia non liquet et supervacuum esset in talia inquirere.

(52) Puto eum fuisse, qui legiones integras repræsentaret, eorum loco et nomine ad imperatorem peroraret, causas eorum ageret, flagitationes eorum ad imp. perferret; legatus, patronus, syndicus, orator militum.

(53) Rectene CPli Christ. II, p. 133 et 135, τὰ μάγγανα in duas diversas ædes dividerit, in palatium seu curatoriam a Basilio Macedone, ut perhibetur, conditum, et in ædes, quibus machinæ publicæ asservabantur, non dixerim ‘[Τὰ μάγγανα ἢ ὁ νέος οἶκος Basilii imperatoris opus. Vita ejus cap. 60]’ Quod ille dicitur eo consilio struxisse, ut haberet inde reditus et sumptus pro conviviis, quæ recepto ex more suis curialibus annuatim certis statisque periodis edere debebat, nolens publicum fiscum e tributis subditorum conflatum in suos privatos et eorum usus consumere τῶν ἀνὰ πᾶν ἔτος ὑπ' αὐτοῦ κεκλημένων, *quos annuatim ad sacras epulas vocaret;* vid. Goar. ad Codin. p. 116, n. 15, et ad Cedren. p. 618. Bandur. p. 606. Quid si vere τὰ μάγγανα fuerint talis domus in portu Byzantino, qualis est e. c. Amstelodami *das Ad.*

χου Πρασίνων· νθ' ἡ τοῦ τῆς καταστάσεως· ξ' ἡ τοῦ δομεστίκου τῶν βασιλικῶν. Καὶ αὗται τὰ νῦν τιμηθεῖσαι ἀξίαι ἐπὶ Λέοντος δεσπότου. Διαιροῦνται οὖν αὗται πᾶσαι εἰς μέρη ἑπτά, οἷον εἰς στρατηγούς, εἰς δομεστίκους, εἰς κριτάς, εἰς σεκρετικοὺς εἰς δημοκράτας, εἰς στρατάρχας καὶ εἰς εἰδικὰς μόνας ἀξίας. Ὅσαι ἐν ταῖς τῶν στρατηγῶν κατατάττονται τάξεις εἰσὶ τὸν ἀριθμὸν κς'· ὁ στρατηγὸς τῶν Ἀνατολικῶν· ὁ στρατηγὸς τῶν Ἀρμενιάκων· ὁ στρατηγὸς τῶν Θρᾳκησίων· ὁ κόμης τοῦ ὀψικίου· ὁ στρατηγὸς τῶν βουκελλαρίων· ὁ στρατηγὸς Καππαδοκίας· ὁ στρατηγὸς Χαρσιανοῦ· ὁ στρατηγὸς Κολωνείας· ὁ στρατηγὸς Παφλαγονίας. ὁ στρατηγὸς τῆς Θρᾴκης· ὁ στρατηγὸς Μακεδονίας· ὁ στρατηγὸς Χαλδίας. Αὗται οὖν αἱ στρατηγίαι τοῖς Ἀνατολικοῖς θέμασιν ἀριθμοῦνται· αἱ δὲ τῆς Δύσεώς εἰσιν αὗται· ὁ στρατηγὸς Πελοποννήσου· ὁ στρατηγὸς Νικοπόλεως· ὁ στρατηγὸς Κιβυρραιωτῶν· ὁ στρατηγὸς Ἑλλάδος· ὁ στρατηγὸς Σικελίας· ὁ στρατηγὸς Στρυμόνος· ὁ στρατηγὸς Κεφαληνίας· ὁ στρατηγὸς Θεσσαλονίκης· ὁ στρατηγὸς τοῦ Δυρραχίου· ὁ στρατηγὸς τῆς Σάμου· ὁ στρατηγὸς τοῦ Αἰγαίου πελάγους· ὁ στρατηγὸς Δαλματίας· ὁ στρατηγὸς Χερσῶνος καὶ οἱ ἐκ προσώπου εἰσὶ τῶν σχολῶν. Αἱ δὲ εἰς δομεστίκους ταττόμεναί εἰσι τὸν ἀριθμὸν ζ'· οἷον ὁ δομέστικος τῶν σχολῶν, ὁ δομέστικος τῶν ἐκσκουβίτων, ὁ δρουγγάριος τοῦ ἀριθμοῦ, ὁ δομέστικος τῶν ἱκανάτων, ὁ δομέστικος τῶν νουμέρων, ὁ δομέστικος τῶν ὀπτιμάτων, ὁ δομέστικος τῶν τειχέων, οἳ καὶ ὀφφικιάλιοι (54) λέγονται. Οἱ δὲ εἰς κριτὰς λογιζόμενοί εἰσι τὸν ἀριθμὸν γ', οἷον ὁ ἔπαρχος πόλεως, ὁ κυέστωρ, ὁ τοῦ δεήσεως. Αἱ δὲ εἰς σέκρετα καθεζόμεναί εἰσι καὶ αὗται τὸν ἀριθμὸν ια', οἷον ὁ σακελλάριος, ὁ λογοθέτης τοῦ γενικοῦ, ὁ λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ, ὁ λογοθέτης τοῦ δρόμου, ὁ χαρτοῦλάριος τοῦ σακελλίου, ὁ χαρτουλάριος τοῦ βεστιαρίου, ὁ πρωτοασήκρητις, ὁ τοῦ εἰδικοῦ, ὁ μέγας κουράτωρ, ὁ τῶν μαγγάνων, ὁ ὀρφανοτρόφος. Αἱ δὲ εἰς δημοκράτας εἰσὶ τὸν ἀριθμὸν δύο, οἷον ὁ δήμαρχος Βενέτων καὶ ὁ δήμαρχος Πρασίνων. Αἱ δὲ εἰς στρατάρχας εἰσὶ καὶ αὗται τὸν ἀριθμὸν ε', οἷον ὁ ἑταιρειάρχης, ὁ δρουγγάριος τοῦ πλοΐμου, ὁ λογοθέτης τῶν ἀγελῶν, ὁ πρωτοσπαθάριος τῶν βασιλικῶν, ὁ κόμης τοῦ στάβλου. Αἱ δὲ εἰς εἰδικὰς μόνας ἀξίας εἰσὶ καὶ αὗται τὸν ἀριθμὸν ζ', οἷον ὁ βασιλεοπάτωρ, ὁ ῥαίκτωρ, ὁ σύγκελλος, ὁ χαρτουλάριος τοῦ κανικλείου, ὁ πρωτοστράτωρ, ὁ τῆς καταστάσεως, ὁ δομέστικος τῶν βασιλικῶν.

A postrema est solitaria classis [singulis hominibus, non pluribus, earum dignitatum, quas illa comprehendit, singulas gerentibus]. Ad classem strategorum seu magistratuum campestris militiæ pertinent viginti sex ordines vel tituli : strategus Orientalium, Armeniacorum, Thracesiorum, opsicii, bucellariorum, Cappadociæ, Charsiani, Coloniæ, Paphlagoniæ, Thraciæ, Macedoniæ, Chaldiæ. Et hæ quidem strategiæ annumerantur thematibus Orientalibus. Ad Occidentales autem pertinent strategus Peloponnesi, Nicopoleos, Cibyrrhæotarum, Græciæ, Siciliæ, Strymonis, Cephaleniæ, Thessalonices, Dyrhachii, Sami, maris Ægæi, Dalmatiæ, Chersonis et repræsentantes scholarum. Domesticorum seu magistratuum palatinæ pompaticæ militiæ classes conficiunt B septem : domesticus scholarum, dom. excubitorum, drungarius numeri, domesticus bicanatorum numerorum, optimatum, castellorum ; qui omnes officiales appellantur. Ad judicum seu procerum juri dicundo deputatorum numerum pertinent tres, præfectus urbis, quæstor et magister supplicationum. Secreticorum seu eorum, quibus archiva generis omnis curæ sunt, classem conficiunt undecim, sacellarius, rationalis generalis et militaris, et cursus, chartularius sacellii ; chartularius vestiarii ; protoasecretis ; præfectus rei privatæ ; magnus curator ; præfectus manganorum et orphanotrophus. Democratarum seu magistratuum factionalium classis tantum duo exhibet, demarchum Venetorum et demarchum Prasinorum. **415** Ad stratarchas seu magistratus militares inferiores et collaterales pertinent quinque : hetæriæ præfectus : drungarius rei C navalis ; rationalis gregum ; protospatharius basilicorum ; comes stabuli. Septem tandem sunt, qui ad speciales solitarias seu a viro uno, non pluribus gerendas dignitates spectant : basileopator ; rector ; syncellus ; chartularius caniclei ; protostrator ; cerimonarius ; domesticus imperialium.

Αἱ δὲ ὑποτεταγμέναι ἑκάστων τούτων ἀρχῇ καὶ αἱ συνεπόμεναι αὐταῖς, εἰσὶν ἐξ ὀνόματος αὗται.

D *Harum unicuique suppositæ dignitates et obsequentes sunt hæ.*

Ὑποπέπτωκε δὲ ἑκάστῃ τούτων ἀξιωμάτων ἀρχῇ εἴδη ἀξιωμάτων διάφορα κατὰ ἀναλογίαν καὶ τάξιν καὶ τῆς ἑκάστου προελεύσεως, ἃ καὶ αὐτὰ ὀφφίκια ὀνο-

Dignitates, quas diximus, etiam officia solent appellari, diversæque sunt secundum suam rationem et ordinem processionis uniuscujusque, et

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

litaetschaus, ubi rudentes, anchoræ, ferrum, plumbum, pix, trabes, tormenta bellica, etc. quæcunque instruendæ navi et classi faciunt, velut in apotheca jacent et asservantur ; simulque fuerint telonium, ubi recipiuntur portoria, vectigalia mercium ingredientium et exeuntium. *Curatores* sane olim dicebantur receptores portoriorum, et tale tribunal, in quo vectigalia recipiebantur, audiebat *curatoria* ; vid. Murat. t. II Ant. Ital. p. 28.

(54) Apparet hinc, unde manaverit mos magistratus militares *officiales* sermone Francico appellandi. Officiales sunt, qui apud principem vel alium aliquem majorem magistratum in officio sunt, id est, in obsequio, domestici, apparitores, qui exspectant mandatum ejus aliquo eundi, aliquid exsequendi. Hi semper armati erant, ut cogere possent eos, qui forte mandatis principis adversari auderent. Gloss. Gr. Lat. ταξεώτης, *apparitor officialis* ; et Du Cange h. v. et quæ modo de domesticis diximus ; idem p. 415.

sunt in tria genera subdivisæ, tagmaticos nempe [seu ordinales, cohortales, præsidiarios,] thematicos [seu legionarios vel provinciales] et syncleticos seu ordinis senatorii viros. Orientalium nempe strategi sub dispositione sunt dignitates undecim diversæ, quoad gradum sic consequentes : turmarchæ ; meriarchæ ; comes cortis ; chartularius thematis ; domesticus thematis ; drungarius bandorum vel vexillorum ; comites bandorum : centarchus spathariorum ; comites hetæriæ ; protocancellarius; protomandator. Domestico scholarum vero subjacent quoad gradum vel sub ejus dispositione sunt decem diversæ dignitates ; primum gradum tenet topoteretes vel locum tenens; 2 comites scholarum; 3 chartularius ; 4 domestici ; 5 proheximus seu proximus [domesticorum] ; 6 protectores ; 7 eutychiophori seu qui fortunæ vel victoriæ signa gerunt ; 8 sceptrophori seu sceptra xel vexilla gerentes ; 9 axiomatici vel honorati ; 10 mandatores. Stratego Armeniacorum et reliquis deinceps strategis omnibus parent et subjacent eadem omnia officia, quæ modo diximus sub orientalium strategi dispositione esse, eodem prorsus, atque illi, ordine, ea tantum cum exceptione, quod strategi classiarii adhuc

A μάζονται. Διαιροῦνται δὲ καὶ αὐτὰ εἰς μέρη τρία· εἰς ταγματικούς, εἰς θεματικοὺς καὶ εἰς συγκλητικούς. Τῷ γὰρ στρατηγῷ τῶν Ἀνατολικῶν ὑποπίπτουσι κατὰ βαθμὸν εἴδη ἀξιωμάτων ια', οἷον τουρμάρχαι, μεριάρχαι [84] (55), κόμης τῆς κόρτης (56), χαρτουλάριος τοῦ θέματος, δομέστικος τοῦ θέματος, δρουγγάριος τῶν βάνδων, κόμητες ὁμοίως, κένταρχος τῶν σπαθαρίων, κόμης τῆς ἑταιρείας, πρωτοκαγκελλάριος, πρωτομανδάτωρ. Τῷ δὲ δομεστίκῳ τῶν σχολῶν ὑποπίπτουσι κατὰ βαθμὸν εἴδη ἀξιωμάτων ι', οἷον βαθμοῦ πρώτου, τοποτηρητής, δύο κόμητες τῶν σχολῶν, χαρτουλάριος, δομέστικοι, προέξημος (57), προτίκτορες, εὐτυχοφόροι (58), σκηπτροφόροι, ἀξιωματικοὶ (59), μανδάτορες. Τῷ δὲ στρατηγῷ τῶν Ἀρμενιάκων ὑποπίπτουσι καὶ αὐτῷ εἴδη ἀξιωμάτων κατὰ βαθμὸν, ὅσα καὶ τῷ στρατηγῷ

B τῶν Ἀνατολικῶν, καὶ καθεξῆς ταῖς λοιπαῖς στρατηγίαις, πλὴν τῶν ἐν πλοίμοις· προστίθενται γὰρ αὐτοῖς κένταρχοι καὶ πρωτοκάραβοι. Τῷ δὲ δομεστίκῳ τῶν ἐκσκουβίτων ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων θ', οἷον τοποτηρηταὶ, χαρτουλάριοι, σκρίβονες, πρωτομανδάτορες, δρακονάριοι σκευοφόροι (60), σιγνοφόροι, σινάτορες καὶ μανδάτορες. Τῷ δὲ ὑπάρχῳ τῆς πόλεως ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων ιδ', οἷον σύμπονος, λογοθέτης τοῦ πραιτωρίου, κριταὶ τῶν ῥεγεώ-

VARIÆ LECTIONES.

[84] μεριάρχαι R, ἡμεριάρχαι cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(55) Iidem sunt μεριάρχαι, μεράρχαι, et μοιράρχαι. Quod *turma* in equitibus idem, fere in pedestribus erat μοῖρα vel μόρα, *manipulus*.

(56) Habebat quisque strategus suam cortin vel prætorium, sive in stativis et urbibus, domum, sive in castris tentorium. Ubiubi ageret strategus ibi erat ejus cortis. Hanc parare, conducere, instruere suppellectile necessaria, si un urbe esset, erigi, revelli; transportari tentorium, si in castris, curare, pertinebat ad comitem cortis strategi, Chartularius thematis rationes redituum suæ legionis et expensarum conficiebat et curabat, ut necessariæ species annonariæ præsto essent, Domesticus thematis videtur fuisse legatus strategi thematis, qui commissiones ejus exsequeretur et vicem absentis gereret. Drungariorum bandorum et comitum bandorum differentia non liquet. Forte illi fuerunt quod nobis hodie sunt sic dicti *lieutenants*, hi autem quod nobis *Caporal*. Centurio spathariorum strategi docet, strategum quemque centuriam spathariorum secum duxisse seu militum pompaticorum et protectorum natione

D Romanorum, qui ipsum procedentem aut pedites peditem, aut equites equitem, gerentes fultas humeris nudas rhomphæas, stipabant. Hoc gentis gestaminis, rhomphæarum puta, discrimine ab altero protectorum genere sese distinguebant, scilicet ab Hetæria vel Hetæris, qui erant alienigenæ et secures aliave arma, quisque gentilia sibi, gestabant. Protocancellarius erat magister cancellariorum seu ostiariorum vel admissionalium. Stabant enim ad cancellos et vela, quæ admittendis ad strategum et emittendis aperiebant et tollebant. Protomandator autem magister mandatorum, qui perferendis mandatis, hoc est significationibus strategi ad imperatorem, et imperiis ad legionem deputati erant.

(57) Procul dubio non alius est, quam proximus;

C proximus a gradu domesticorum, eorum vicarius et præsumptivus successor.

(58) Pro εὐτυχιοφόροι, ut infra δεησογράφοι pro δεησιογράφοι ; vid. dicta ad p. 332. Erant ergo signa victoriæ et sceptra scholariis propria, dracones autem, aliud vexilli genus satis notum, excubitoribus, quandoquidem paulo post h. l. in officio domestici excubitorum draconarii memorantur.

(59) Quinam hi sint peculiariter ita dicti, non novi. Nam omnes quocunque tandem officio aut dignitate macti erant ἀξιωματικοί aut *honorarii*. Suntne igitur hic loci designati iidem cum τοῖς ἐπὶ τῶν ἀξιωμάτων, ut p. 420 appellantur, illis, *qui præsunt axiomatibus*? Sunt autem ἀξιώματα ibi loci sportulæ, consuetudines, quæ a recens promotis vel honoratis ex taxa pendebantur, ut colligitur e verbis immediate sequentibus οἳ καὶ συνάγουσι τὰ ἀξιώματα παρὰ τῶν λαμβανόντων τὰς ἀξίας. Nulla tamen ratio patet, quare hi ad domestici scholarum officium magis, quam alterius pertinuerint.

(60) Monui ad p. 332, mihi videri σκεύη generale nomen vexillorum omnium esse. Hic tamen loci et alibi velut diversa ponuntur σκεύη et, σίγνα et reliqua genera vexillorum· Ergo debent peculiare quoddam eorum genus fuisse. Quid si ergo hic designati σκευοφόροι in contis trophæa gesserint, id est totum apparatum, τὴν ὅλην σκευήν, militis. Ego quidem nullus dubito, tropæa inter signa militaria quoque prælata fuisse, cum nihil magis militem deceret, nihil auspicatioris ipsi sit ominis, quam trophæum, firmiterque mihi persuasum habeo, signum militare tropæoforum esse id, quod Victoria in nummo Constantini apud Du Cangium Famil. Byz. p. 17 tenere dextra conspicitur. Vid. ad p. 370 dicenda.

νων, ἐπισκεπτῆται (61), πρωτοκαγκελλάριοι (62), κεντυρίων, ἐπόπται (63), ἔξαρχοι (64), γειτονιάρ-

A sub se habeant centarchos vel centuriones et protocarabos seu naucleros, gubernatores navium.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(61) Diversos hos fuisse ab epoptis, hic locus monstrat, quamvis eosdem fuisse ambarum vocum significatus, idem aliud suadeat. Qua autem in re fuerint distincti, et quæ utriusque fuerit et quibus terminis circumscripta provincia, non facile dixeris. Quantum conjectura assequor fuerunt οἱ ἐπίσκοποι, οἱ ἐπισκεπτῆται, *curiosi* et *Almutasafi*, Saracenorum in Andalusia iidem, eorumque munus providere, ut panis et reliquæ species annonariæ probæ et justo pondere atque mensura venderentur, lustrare ædificia publica et privata, hientne et labascant, satin præcautum incendiis, fures coercere, intrare in domos et illinc res furto subreptas eruere, deportare in exsilium agendos, si qui motus contingant in plateis et foris, moliaturque nova et concursitet plebs, significare et reprimere. Nisi forte B nimium extendimus limites unius magistratus eique tribuimus partem jurisdictionis, quæ penes magistros vicorum erat. Οἱ ἐπόπται autem videntur tantum rationes curasse et forte iidem cum τοῖς ἐξεταστaῖς aut τοῖς ἐξισωταῖς, fuerunt. De episcopis urbium eorumque muniis egit Pancirol. c. 13, de Magistr. municip., putans ad eos pertinuisse curam justitiæ in venditione specierum victualium. V. Aristophan. Av. v. 1024. Procul dubio hi fuerunt olim sic dicti *frumentarii*. Quo nomine sublato deinceps *curiosi* et *opinatores* fuerunt dicti, quod *curiose* omnia fora et artopolia obirent, lustrarent, *opinarentur*, id est æstimarent, judicarent annonas vendibiles, satin probæne, et annonas militares, quas exigere debebant, satin sibi arriderent (v. Salmas. ad Script. Hist. Aug. t. II, p. 265); et quoniam sic agendo non poterant non observare et audire, si quid novarum rerum agitaretur et rumores tumultuosi spargerentur, ut qui in conferta plebeculæ C turba versarentur, ex eo factum, ut ad curiosorum curam spectaret quoque conciliabulorum, seditionum et concursitationum observatio, repressio et ad superiores significatio. Fuisse quoque eorum deportandos in exsilium deducere et exigere ex urbe, patet e Du Cangio v. Κουρίωσος. His itaque frumentariis et curiosis ratione utriusque observationis, tam frumenti, quam seditionum fuisse similes τοὺς ἐπισκεπτήτας, *visitatores* sic dictos, conjicio ex eo, quod infra p. 416, οἱ ἐπισκεπτῆται subesse rationali gregum dicuntur, quorum officium sane aliud nihil potuit fuisse, quam explorare, sintne sana pecora lanienæ destinata, probæne species annonariæ, præstone sint sufficienti copia. Et p. 417, alii episceptetæ una cum aliis imperialium prædiorum officialibus rationali privatæ rei subesse dicuntur. Procul dubio ad horum visitatorum exemplum appellarunt Arabes Andaluseni illos suos magistratus urbanos *Mutasephos* vel *Almutasephos*, quorum erat furta requirere et asserere, D ponderare panes et mensurare vinum; vid. Du Cange v. *Almundacaphi* (qua in scriptione *c* ut *s* efferri debet) et *Almutazaphi* Si quis autem putet, τοὺς ἐπισκεπτήτας fuisse eosdem cum nostris visitatoribus sic dictis, qui collocati in portis urbium lustrant et corbes speciebus venalibus onustas et arcas mercium, quæ in curribus onerariis deferuntur, omniaque in tabulas referunt, non habeo, quo eum refellam. In universum fieri nequit, ut magistratuum nominibus idem pene significantibus dictorum, et quibus nihil inest, quod cujusque munus et jurisdictionem distinctive exprimat, differentiæ atque rationes perspicue vereque definiantur. Illa ætate viventibus, qua liber hic exarabatur, ex usu quotidiano nota illa erant omnia, neque expositione sollicita ambitus jurisdictionis cujusque magistratus opus habebant; nobis autem, deficiente usu et magistro, non potest hoc negotium obscurum non esse.

(62) Videntur fuisse primicerii cancellariorum seu janitorum præfecti urbi, qui admitterent et emitterent foribus apertis eos, quibus coram præfecto standum esset. Centurio videtur fuisse præfectus tagmatis militaris, quod custodiæ corporis causa circa se præfectus habebat, qua de re nullus dubito. Exarchi forte erant, qui nomine et ex persona præfecti urbis mandata ejus denuntiabant iis, ad quos pertinebant, et exsequebantur. Reddidi *vicarii*; τοὺς βικαρίους τοῦ ἐπάρχου certe habemus infra p. 446, ubi etiam γειτονιάρχαι seu magistri vicorum XII numerantur et duo protocancellarii et IV epoptæ. Nomici erant juridici, qui præfecto jus dicenti assistebant et juris rationes suggerebant. Bullotæ vel bullatores videntur iidem cum notariis publicis cæsareis fuisse, qui contractus et testamenta facerent et bulla imperiali obsignarent, qui mandatis præfecti urbi publice proponendis bullas imprimerent, qui ædibus et bonis fisco addictis bullas affigerent. Prostatæ penes me quidem sunt causidici, patroni causarum, tuentes eos, qui suas ipsi causas dicere nequeunt. Ὁ παραθαλάσσιτης erat *curiosus littoris* in Novella Theodosii et Valent. de tribut. fiscal. memoratus, qui lustrabat merces invectas navibus et evehendas, vectigal cogebat, naves et merces confiscatas coercebat, merces inferri in horreum publicum curabat.

(63) Hos cum τοῖς ἐξισωταῖς, *peræquatoribus*, eosdem facit Pancirolus l. c., et sane in Glossis Nomicis legitur: Ἐπόπτης λέγεαιτ ὁ ἐξισωτής; vid. Du Cange v. *Inspector*. Quia tamen *inspectores* et *peræquatores* in tit. 58, l. II Cod. Justin. *de censibus et censoribus et peræquatoribus et inspectoribus*, et a Nostro οἱ ἔπόπται et οἱ ἐξισωταὶ distinguuntur, debent diversi esse, quamvis videantur affines fuisse. Forte igitur discreti sic fuerunt, ut οἱ ἐπισκεπτῆται, *visitatores*, *inspectores*, *opinatores*, inspicerent, opinarentur, arbitrarentur seu æstimarent prædia, domos, facultates civium; οἱ ἐξισωταὶ vero tributorum partitionem in capita singula ex æquo et justo facerent, fundorum pereuntium seu talium, quorum domini periissent aut solvendo essent inhabiles facti, tributa in vicinos repartirentur, eaque in tabulas referrent et exigerent. Ἐποψία certe est *inspectio et æstimatio facultatum* Theophani p. 411, Cedreno p. 480, 590. Ἐξίσωσιν autem seu *peræquationem* olim fuisse dictum tributum, quod

(64) Ἔξαρχος est vel princeps, principium faciens in aliqua re et velut chorum ducens, imperator; vel est vicarius, commissarius, ἐξ ὀνόματος ἄλλου τινὸς ἄρχων. Priore significatu appellat Theophanes p. 357 Abulabbasum τὸν πάντων ἐξάρχοντα et p. 99, aliquem στρατηγὸν καὶ ἔξαρχον τοῦ στόλου; quamvis ibi quoque pari jure possit reddi *qui loco imperatoris classi imperaret*; item p. 149, ἔξαρχον τῆς τυραννίδος, *auctorem et principem rebellionis*; p. 337, nominat Pipinum πρόοικον καὶ ἔξαρχον τῶν ὅλων πραγμάτων καὶ τοῦ τῶν Φράγκων ἔθνους, ubi dubium est, significetne *principem*, an *vicarium regis* vel *regentem*. Conjungit idem pag. 125 στρατηγόν et ἔξαρχον τῆς Ἑφας in uno homine, *qui strategus Orientis erat et ibidem nomine imperatoris auctoritatem exercens*. Tales exarchi erant illi celebres Ravennates, quibuscum nihil præter nomen commune fuit exarchis hic commemoratis. Nam illi vicarii imperatorum erant; hi quibusdam in rebus gessisse vices præfectorum urbis videntur; vid. paulo ante dicta.

Domestico excubitorum parent novem diversæ dignitates, topoteretæ, chartularii, scribones, protomandatores, draconarii, sceuophori [vel contorum cum tropæis gestatores], signiferi, senatores et mandatores. Eparcho seu præfecto urbis parent officia quatuordecim diversa: symponis vel adjutor aut assessor; logothetes seu commentariensis prætorii; judices regionum [urbis]; episceptetæ [vel episcopi, id est venalis in foro annonæ inspectores et arbitri]; protocancellarii; centurio;

A χαι, νομικοὶ βουλωταὶ (65), προστάται (66), καγκελλάριοι, ὁ παραθαλασσίτης. Τῷ δὲ σακελλαρίῳ ὑποτέτακται τὰ ὀφφίκια πάντα διὰ τὸ ἐν ἑκάστῳ σεκρέτῳ τὴν ἐπισκοπὴν τῶν ἐκεῖσε πραττομένων διὰ τῆς καταγραφῆς τοῦ οἰκείου νοταρίου ποιεῖσθαι. Τῷ δὲ λογοθέτῃ τοῦ γενικοῦ ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων κατὰ βαθμὸν ιβ', οἷον χαρτουλάριοι μεγάλοι τοῦ σικρέτου, χαρτουλάριοι τῶν ἀρκλῶν, ἐπόπται τῶν θεμάτων, κόμητες ὑδάτων (67), ὁ κιστικὸς (68), κουμερκιάριοι (69), ὁ τῆς κουρατωρίας (70), ὁ κόμης

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUM.

tum, quod pro capite et fortunis penditur, ex eo patet, quod Arabes, a Græcis procul dubio exemplo sumpto, tale tributum *tahdyl*, *peræquationem* appellant. Boivinus in notis ad Nicephorum Gregoram p. 57, ed. Venet., qui regalia et alios principum reditus exigendos certo constituto pretio redimebant, eos a Latinis medii et infimi ævi scriptoribus *peræquatores*, *recuperatores*, atque etiam *descriptores*, a Græcis ἐξισωτὰς, ἐπόπτας et ἀναγραφεῖς fuisse dictos perhibet. Eosdem igitur existimavit V. D. hos omnes fuisse. Sed vereor, ne epoptas cum τελώναις confundat. Mihi quidem videntur ἐπόπται iidem esse cum illis, quos Dio Cassius τοὺς τὰς τιμήσεις ἐγκεχειρισμένους appellat apud Salmasium, t. I Scriptor. Hist. Aug., p. 105, sed ibi vir summus confundit *genicos* et *epoptas*. Non multum dissimiles sunt, qui Justiniani ævo *tractatores*, τρακτευταί, et *vindices* appellabantur; hi quod census et tributa *vindicarent*, vi exigerent, cogerent, hi, quod computos census publici *tractarent*, chartularii, qui sensus cuique impositos in scripta referrent. De quibus insignis locus est Cyrilli Scythopolitani apud Alemannum ad Procopium p. 100, passim quoque a Du Cangio Gloss. utroque in περισσοπρακτία, in *Tractatores* et *Vindices* laudatus. Tandem quoque ἐπόπτης pro *carnifice* invenitur. Hoc venit a Latino *speculator* vel spiculator, quod Græci reddunt ἐπόπτης, ἀποκεφαλίζων, δήμιος.

B

C

(65) Cogitavi aliquando βουλευται, *decuriones*, sed nunc non puto sollicitandam lectionem membranarum βουλωταί. Videntur eo designari qui bullas imperiales seu sigilla formis sacris imprimere debebant et id opus habent; quemadmodum solent notarii publici cæsarei, item qui chartam bullatam (*Stempelpapier*, *papier de timbre*) obsignant. *Applumbarios* et *bullarios* appellabant medio ævo. *Applumbarii* papæ dicuntur Glossatori Gratiani qui summorum pontificum bullis plumbum aptant. Du Cange Gl. L. h. v. *Bullarii* in Gestis Innocentii III PP. apud eumdem h. v. sunt, ubi junguntur *scriptores et bullarii*; quod apprime Græcam vocem exprimit et illustrat. Habet Du Cange in Gloss. Gr. vocem βουλλωτής e Sgyropulo, aitque ibi *sigilli custodem* designare. Non ergo *sigilli custodes* tam spectabiles erant tum temporis in aula Byzantina, atque sunt hodie in regnis Europæis. Forte quoque munus ejus erat, sindones, quibus involuti debebant libelli supplices ad imperatorem inferri (qua in re Orientales quoque Græcos aut Græci illos imitati fuerunt, ut pluribus dico ad Abulfedam), sindones, inquam, illas obsignabat. Colligo id, si modo licet, e loco Nicetæ in Manuele, l. VII, II. 2, quem Du Cange l. c. adducit: Ὁ δὲ ὡς κερδοσυλλέκτης προεδρεύει, καὶ τὰ φασκιώλια σφραγῖδι διασημαίνεται (in codice Græcobarbaro ibi est βουλλεύει), ἃ ἔμελλον εἰσφέρεσθαι βασιλεῖ. Eumdem puto fuisse Hispanis medio ævo illum, qui ipsis ex Arabica lingua al Muserifus appellatur, ille nempe, qui chartis regiis τὸ Taschrif, monogrammum vel bullam, subscribebat aut subsignabat. Citat Du Cange Gl. L. v. *Alcaydus* et *Almocabal* hunc locum: *et vestras tendas nullus Alvacil* [κριτής vel et *lictor*] *neque Almuserifus* [bullarius scilicet imprimendo vestris ædibus signo regio, quo sequestrentur] *neque Almocabel violenter intret*. Qui hic *Almocabel*, *collator*, ὁ ἀντιβάλλων, appellatur, forte fuit notarius publicus, qui notitias faceret rerum repertarum in ædibus mobilium, aut qui inventaria recognoscit et cum rebus præsentibus, e. c. in hæreditate, in subhastatione, sequestratione, comparat, et, ut vulgo dicunt, confrontat; vid. ad p. 416, de v. σκέπτωρ dicenda. Vel potest βουλλωτὴς percussor monetarius, signator monetæ esse, qui formam, *den Stempel*, incudit monetæ. Gloss. Basilicor.: Μονίτα, βουλλωτήριον ἢ τὸ ἀρχέτυπον σφραγιστήριον, μεθ' οὗ ὁ τῶν νομισμάτων τύπος ἐγχαράττεται. Præfero tamen priorem conjecturam. Esset hic locus de bullis regiis et sigillis imperii loquendi. Sed parum mihi de illis constat. Videntur imperatores diversa sigilla habuisse. Certe unum, quo τὰς δωρεὰς ἐπεσήμαινε Manuel, memorat Cinnamus p. 73.

(66) Sintne *præsides* an *patroni*, nescio. *Præsides* forte nimis magnificus est titulus, quam ut huc congruat. Melius ergo est *patronos* vertere; vid. Libanius oratione περὶ προστασιῶν, quam Jacob. Gothofredus edidit Genevæ 1631, et quæ V. D. ibi habet in argumento, et subjunctis excerptis e codice Theodosiano de *patronis vicorum*, et Petav. ad Julian. p. 365.

(67) Ad comitem aquarum pertinebant aquæductus, nymphæa, thermæ, fontes publici et privati.

(68) Ita est in membranis. Quod si quis velit interpretari *præfectus cistis*, id est cisternis seu lacubus, in quibus aqua in publicos usus asservatur, præfectus, potest tolerari. Malim tamen reddere ac si οἰκιστικὸς invenissem (vid. p. 426) scriptum. Notandum adhuc, duas litteras κι a recentiore manu adscriptas esse, veteri lectione erasa. Cogitavi quoque de πιστικός. Ita appellabatur famulus quicunque fidelis et probus; in specie *præfectus navis*, item gregis; vid. Du Cange v. Πιστικός et *Creditarius*. Sed hæc alieniora videntur. Turcæ inspectorem ædificiorum *Mimar Aga* appellant; La Croix, de l'Etat de l'Eglise grecque, pag. 20. Einhardus apud Du Cangium v. *Operarius* Gerwardum aliquem memorat palatii bilbiothecarium, et simul *palatinorum operum ac structurarum curæ a rege præfectum*, et Sozomenus, l. II Hist. Eccl., c. 11, πάντων ἄρχοντα τῶν τοῦ βασιλέως τεχνιτῶν.

(69) Κουμέρκιον et κομμέρκιον (vid. Du Cange h. v.) est vectigal pro commercio, id est mercibus intrantibus et exeuntibus debitum. Sunt ergo commerciarii vectigalium exactores.

(70) Quidquid peculium esset imperatoris, curatoria dicebatur. In specie duæ erant curatoriæ, magna in Asia, et Manganorum dicta in urbe; quæ videntur prædia inseparabiliter cum imperiali dignitate juncta fuisse, ut qui hanc, etiam illa adipisceretur.

τῆς λαμίας (71), διοικηταὶ (72), κομεντιανὸς, πρωτοκαγκελλάριος, καγκελλάριοι. Τῷ δὲ κυέστωρι ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων ἐξ, οἷον ἀντιγραφεῖς, σκρίβας, σκέπτωρ (73), λιβελίσιος, πρωτοκαγκελλάριος, καγκελλάριοι. Τῷ δὲ λογοθέτῃ τοῦ στρατιωτικοῦ ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων ζ', οἷον χαρτουλάριοι τοῦ σεκρέτου, χαρτουλάριοι τῶν θεμάτων, χαρτουλάριοι τῶν ταγμάτων, λεγατάριοι (74), ἀπτίονες (75), πρωτοκαγκελλάριος, μανδάτορες. Τῷ δὲ δρουγγαρίῳ τοῦ ἀριθμοῦ ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων ι', οἷον τοποτηρηταὶ, χαρτουλάριος, ἀκόλουθος (76), κόμητες, κένταρχοι, βανδοφόροι, λαβουρίσιοι, σημειοφόροι, δουκινιάτορες (77), μανδάτορες. Τῷ δὲ δρουγγαρίῳ τῶν πλοίμων ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων ζ', οἷον τοποτηρηταὶ, χαρτουλάριος, πρωτομανδάτωρ, κόμητες, κένταρχοι, κόμητες τῆς ἑταιρείας, μανδάτορες· Τῷ δὲ λογοθέτῃ τοῦ δρόμου ὑποτέτακται εἴδη ἀζιωμάτων ζ', οἷον πρωτονοτάριος τοῦ δρόμου, χαρτουλάριοι τοῦ δρόμου, ἐπισκεπτῆται (78), ἑρμηνευταὶ, ὁ κουράτωρ τοῦ ἀποκρισιαριείου (79), διατρέχοντες, μανδάτορες. Τῷ δὲ πρωτοσπαθαρίῳ τῶν βασιλικῶν ὑποτέτανται εἴδη ἀξιωμάτων δ', οἷον δομέστικος τῶν βασιλικῶν, σπαθάριοι τοῦ σπα-

epoptæ (vel ædiles); exarchi vel vicarii; gitoniarchæ vel vicorum magistri; nomici seu juridici; bullatores seu obsignatores; prostatæ vel patroni; cancellarii et curiosus litturis. **416** Ad sacellarii jurisdictionem pertinent officia omnia, quia in unc-quoque secreto vel scrinio rerum, quæ ibi geruntur, inspectionem et moderationem per descriptionem notarii sui perficit. Logothetæ genici vel rationali sacrorum thesaurorum subjacent quoad gradum officia diversa undecim: chartularii arcularum; epoptæ vel inspectores provinciarum; comites aquarum [vel formarum]; œcisticus seu magister architectorum; commerciarii seu rationales vectigalium; curatoriæ præfectus; comes lamiæ vel laminæ s. metallorum; diœcetæ s. dispensatores, provisores; comentianus s. commentariensis; protocancellarius; cancellarii. Quæstori adhærent sex diversa officia: antigraphei seu dictatores rescriptorum; scribæ; sceptor vel lustrator aut revisor; libellensis vel recitator; lector; protocancellarius; cancellarii. Logothetes stratiotici s. castrensis ærarii rationalis septem diversis officiis præest; chartulariis secreti, chartulariis thematum, char-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(71) Comes lamnæ vel laminæ, id est metallorum tam eorum, quæ in metallifodinis, quam quæ in monetariis officinis tractantur; vid. Du Cange v. *Comes Metallorum* et Petav. ad Themist. p. 468. Latini olim *Lama* dicebant, quod testantur adhuc superstites dialecti Italica et Francica, pro bractea; et habet Horatius Epist. I. 15, 36. inde dicebant *lamea* et *lamba*. Nam ΛΑΜΕΑ et ΛΑΜΒΑ idem esse, ad p. 252 demonstravi. In Glossis est *scapula*, λάμβα. Ut os scapulæ a planitie et latitudine *plata* et ὠμοπλάτη, quasi *plata*, hoc est tabula, *ad humeros pertinens* dictum fuit, sic etiam eadem manente idea *lamea* seu *lamena* vel bractea, ossea nempe, potuit appellari. A *lama* fit ergo *lamea* et *lamia*, quod hic habemus. Ab illo porro *lamena* et *lamella*, ab hoc *lamina* et *lamilla*. Frequentes sunt tales formæ pariter usitatæ: *cocceus* et *coccinus*, *coloreus* et *colorinus*, *junceus* et *juncinus*, *fageus* et *faginus*, *hyacintheus* et *hyacinthinus*. Sic ergo *lameus*, *lamenus* et *lamius*, *laminus*, fuit usurpatum. Est enim *lamia* et *lamina* proprie adjectivum, sub quo *tabula* subintelligitur. Quod *sappa*, ligo fossorius, *lamea* dicitur, inde est, quod ligo lamina ferrea præmunitus est. Conf. Du Cange v. Βαμβακηρός et Λάμνα.

(72) *Dispensatores*, *villici*. Potest quoque reddi *exactores tributorum et vectigalium*. Eo sensu occurrit apud Theophan. p. 345, ubi Anastasius *ordinatorem* vertit, sed alii rectius *publicanum exactorem*; vid. Du Cange Gl. l. v. *Diæcetes*, ubi citat ex Adriani epistola ad Carolum M. hæc: *missi Græcorum duo spatharii Imperatoris cum Diucitin, quod Latine dispositor Siciliæ dicitur*. Ὁ μέγας διοικητής est apud Codin. p. 32 et 33. Hic tamen loci credo *procuratores*, *dispensatores administratores* significare.

(73) Lustrator vel revisor, forte Arabice *Almocabel*, collationator, qui originalia cum copiis, liturasve antigrapheorum seu dictatorum cum mandatis chartis et apographis scribarum comparabat et explorabat, num hi præscripta ab antigrapheo omnia fideliter reddidissent in suis calligraphicis chartis absque detrimento aut additione alieni; *vidimator* nos diceremus, a subscribenda formula *Vidimus*, per quam apographa auctoritatem originalium nanciscuntur.

(74) Citat Du Cange Gl. Gr. h. v. Novel. 130, Justin., tanquam si ibi legeretur hæc vox. Locum invenire non potui, sed inveni δελεγάτορας, qui forte iidem sunt, et sic describuntur: δελεγάτορας, τοὺς τὴν φροντίδα ποιουμένους τῆς αὐτῶν ἀποτροφῆς. Sermo est de militibus provinciam transeuntibus. *Jubemus*, ait Justin. imp. *quoties transitus fit nostrorum judicum et exercituum, delegatores simul esse cum eis, qui curam habeant alimenti eorum.*

(75) Parum videntur optiones a legatariis discreti fuisse, si nempe hi id fuerunt, quod conjecimus, procuratores annonarum, qui militibus annonas præstarent. Nam id ipsum quoque opus erat optionum, militibus annonas distribuere hospitiaque assignare.

(76) Ergo Hetæria pertinebat ad Arithmum. Nam acoluthus erat magister Barangorum, qui pars erant Hetæriæ, et vicarius veluti drungarii vigiliæ.

(77) Puto eosdem esse cum ducenariis seu duarum centuriarum præfectis, quibus duceni viri attributi erant; vid. Du Cange Gloss. Lat. Guther. p. 426 et 605. Pari modo ducenarii appellabantur, quibus ducena sestertia in salarium erant assignata, et centenarii, quibus centena, et sexagenarii, quibus sexagena; vid. Salmas. ad Scr. H. Aug. t. I, p. 533.

(78) Ili sunt procul dubio curiosi provinciales, drungario cursus subditi, qui quæ in provinciis contingebant nova, rerum mutationem sive ab hostibus, sive a civibus minantia, aut etiam alia scitu necessaria per celerem cursum ad drungarium et sic porro ad imperatorem significantes, similes urbanis curiosis, qui sub præfecto urbis erant.

(79) Ita est in membranis. Quomodo autem legi et efferri debeat hoc compendium scripturæ, ἀποκρισιαριείου aut ἀποκρισιαριάτου aut ἀποκρισιαριχίου, ambigo. De apocrisario aliquid inesse, nullus dubito. Nam ad logothetam dromi pertinebant res legationum. Non memini alibi me legere de curatore apocrisiariatus.

tulariis tagmatum, legatariis, optionibus, protocancellario, mandatoribus. Drungarius arithmi decem diversis imperat officiis: topoteretis, chartulario, acolutho, comitibus, centarchis, bandiferis vel bannerariis, labarensibus, signiferis, duciniatoribus vel ducenariis, mandatoribus. Drungario rei maritimæ addita sunt inferiora septem officia: topoteretæ, chartularius, protomandator, comites, centarchi, comes hetæriæ, mandatores. Logothetes dromi vel cursus publici pariter septem moderatur officia: protonotarium dromi, chartularium dromi, episceptetas seu inspectores [nempe evectionum], interpretes, curatorem apocrisiariei [seu legationum exterarum], diatrechontas seu vernaculos et mandatores. Protospatharius basilicorum aut cæsarianorum sub se habet officia quatuor: domesticum basilicorum, spatharios spathariciі seu circi, candidatos spathariciі et mandatores imperiales. Logothetæ gregum suppositæ sunt dignitates diversæ quinque: protonotarius Asiæ; protonatarius Phrygiæ: diœcetæ vel provisores metatorum; comites et inspectores. Domestico hicanatorum subjacent diversa novem officia: topoteretæ, chartularius, comites, protomandator, centarchi, bandiferi, duciniatores vel ducenarii, vexilliferi, mandatores. Domestico numerorum subjacent officia sex: topoteretæ; chartularii tribuni; protomandator; vicarii; mandatores; portarii. **417** Domestico

θαρικίου, ἤτοι τοῦ ἱπποδρόμου, κανδιδάτοι ὁμοίως, καὶ βασιλικοὶ μανδάτορες. Τῷ δὲ λογοθέτῃ τῶν ἀγελῶν ὑποτέτακται εἶδος ἀξιωμάτων, οἷον ὁ πρωτονοτάριος Ἀσίας, ὁ πρωτονοτάριος Φρυγίας, διοικηταὶ τῶν μητάτων, κόμητες, ἐπισκεπτῆται. Τῷ δὲ δομεστίκῳ τῶν ἱκανάτων ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων θ', οἷον τοποτηρηταὶ, χαρτουλάριος, κόμητες, πρωτομανδάτωρ, κένταρχοι, βανδυφόροι, δουκινιάτορες, σημειοφόροι, μανδάτορες. Τῷ δὲ δομεστίκῳ τῶν νουμέρων ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων ἕξ, οἷον τοποτηρηταὶ, χαρτουλάριοι τριβοῦνοι, πρωτομανδάτωρ, βικάριοι, μανδάτορες, πορτάριοι (80). Τῷ δὲ δομεστίκῳ τῶν ὀπτιμάτων ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων ε', οἷον τοποτηρηταὶ, χαρτουλάριος, κόμητες, κένταρχοι, πρωτοκαγκελλάριος. Τῷ δὲ δομεστίκῳ τῶν τειχέων ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων ς', οἷον τοποτηρηταὶ, χαρτουλάριοι τριβοῦνοι, πρωτομανδάτωρ, βικάριοι, μανδάτορες, πορτάριοι. Τῷ δὲ χαρτουλαρίῳ τοῦ σακελλίου ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων ι', οἷον νοτάριοι βασιλικοὶ τοῦ σεκρέτου, πρωτονοτάριοι τῶν θεμάτων, ξενοδόχοι, ὁ ζυγοστάτης, μετρηταὶ, γηροκόμοι, χαρτουλάριοι τῶν οἴκων (81), πρωτοκαγκελλάριος, καγκελλάριοι καὶ ὁ δομέστικος τῆς θυμέλης. Τῷ δὲ χαρτουλαρίῳ τοῦ βεστιαρίου ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων ι', οἷον βασιλικοὶ νοτάριοι τοῦ σεκρέτου, κένταρχος, λεγατάριος, ἄρχων τῆς χαραγῆς, ἐξαρτιστὴς (82), χαρτουλάριος, κουράτορες, χοσβαΐται (83), πρωτομανδάτορες. Τῷ δὲ χαρτουλαρίῳ τοῦ

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(80) Forte sunt carcerum janitores. Vid. ad p. 4. Paulo post tribuuntur quoque domestico castrorum portarii; forte ii, quibus portæ castrorum custodiendæ commissæ erant.

(81) Posset de imperialibus palatiis recreationis et rusticationis, in quas processus facere solebant, tam urbanis, quam suburbanis intelligi. Quia tamen ista palatia seu prædia sic absolute non solent οἱ οἶκοι appellari, sed οἱ βασιλικοὶ οἶκοι: vid. p. 426, et de xenodocho et gerocomo seu inspectore hospitalium et senilium (ut ita dicam) sermo præcesserit, malim potius τῶν οἴκων accipere pro τῶν εὐαγῶν οἴκων positum, et ædes venerabiles (ita monasteria appellant) hic designari credere. Conf. p. 417, 426 et 436. Agnosco tamen ultro argumenta hæc perquam debilia esse.

(82) Quis hic *integrator* aut *sartor* vel *restaurator* sit, non exputo. De sartore vestium cogitare non licet. Hic enim nimis humilis, quam ut in officium regium veniat; et Græci ῥάπτην vel ἀκεστὴν eum appellant, non ἐξαρτιστήν. Penes me dubium non est, huic officio cum moneta negotium fuisse, sed quid proprie egerit, alius dixerit. Interea negare nolim potuisse Græcis eorum temporum in usu fuisse, ut sartorem vestium ἐξαρτιστὴν appellarent, prorsus ut Latini *sartorem*. Nam sartor est, qui sartum facit, non vestimentum tantum, sed aliud quodcunque. Et Latini medii quoque *paratorem* appellabant, quem nos sartorem; vid. Du Cange v. *Parator*.

(83) Perinde est sic, vel Χοσβαΐται scribas, ut plerumque solet exarari. Ita est in Glossis: Χοσβαΐτης ὁ βεστιαρίτης. Vestiariтæ igitur erant Chosbaitæ omnes; at non vicissim omnes vestiaritæ erant Chosbaitæ. Erant autem hi mea sententia a calceis et tibialibus Augusti, et sic dicti ab *hosis*, quod *hosarum bayi*, tibialium et ocrearum pueri vel servi essent. Quod ut demonstrem, primum mihi de voce *bay* et *bag*, deinde de *hosa* disserendum erit. Ad hanc, quam proposui, etymologiam manu me duxit vox *Marepai*, *Marepahis*, *Marepazis* et *Marepagis*. Omnes enim hi diversi sunt modi pronuntiationis et scriptionis ejusdem vocis, quæ puerum equorum, equisonem significat. Composita illa est ex voce *mare*, *equa*, et *pay* puer. Manavit hæc vox *pay* vel *bay* plures in linguas. Angli inde *boy* retinuerunt. Nos *bube*, *bufe*, unde Francicum *bouffon* et *boufonnerie*, *Büberey*. Deinceps demonstrabo, *y* et *g* et *f* et *w* sæpe vices permutare inter se. Nos quoque Germani vocem *bag* retinuimus, et Franci atque Itali medii ævi nobiscum *pagus*, *vagus*, pro adolescente formoso et strenuo adhibentes, unde natum *pazis* et *page*; vid. Murator. Ant. Ital. t. II, p. 1325. Germanis olim terminabant diminutiva in *el*, quam terminationem, ut reliquæ gentes Germanicæ pene oblitterarunt, ita Silesi et, si bene memini, Austriaci tam terunt adhuc, ut nimii in eo sint et omnia pene vocabula in *el* terminent. Supersunt tamen adhuc talia in nostro quoque sermone, sed pauca, ut *Schenkel*, *Henkel*, *Enkel*, et nomina quædam propria *Frenkel* et *Frenzel*, Franculus, *Schwabel*, Suevelus, etc. Quorsum hæc spectant? Huc nempe. A *bag*, *puer* vel *adolescens*, dicebant veteres *bagel*, *adolescentulus*. Hinc *bagelarius* et corruptius adhuc *baccalaureus* pro tirone, tam militari, quam litterario, qui nondum miles aut magister artium est. Conf. Du Cange v. *Baccalaureus*. *Baccalaria* vero, quæ est predii rustici species, ut hoc liceat in transitu attingere, est corrupta pronuntiatio vocis *bucellaria*, prædium alicui in bucellam datum, unde victum habeat. Vox *bajularis* apud Ugutionem, qui *juvenem fortem* significare ait, est eadem atque *bacalarius* vel *baccalaureus*. Vox autem *bayulus* pro curatore, unde *bailif*, natum, si quis ab hoc *bay* et ejus deminutivo *bayel* derivare velit,

κανικλείου (84) οὐδὲν ὑποπέπτωκε διὰ τὸ καθ' ἑαυτὸν μόνον ὑπηρετεῖν. Τῷ δὲ πρωτοστράτορι ὑποτέτα- A optimatum subjacent officia quinque : topoteretæ, chartularius, comites, centarchi, protocancellarius:

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

me quidem non habebit repugnantem: malim tamen ab Arabico, *Waghil*, (id notat ἐπιτετραμμένον, ἐγχειρισμένον, cujus fidei et curæ aliquid commissum est), repetere. Sed hoc in transitu. Nunc exemplis demonstrandum est, litteras *i*, *y* et *g* alternasse. Nempe veteres *bai* et *bay* et *bag* dicebant. Immanis talium posset acervus construi, sed ne tamen desim desiderantibus, paucis defungar. Et sane nescio, annon veteres nostri Germani et eorum soboles Angli ibi *i* et *y* semper scripserint, ubi nos solemus *g* scribere. Nos dicimus *Tag* pro *die*, Angli *day*, veteres Germani *tai*, ut ex Ammiano Marcellino et Zosimo constat, qui *Taifalos* Θαϊφάλους commemorant, hoc est *falos australes*. Nam ut *Westfali* erant seu Fali occidentales, adhuc hodie celebres, sic etiam erant B *Ostfali* seu Fali orientales, et *Taifali*, quasi dicas *Tagfali*, meridionales. Nos hodie dicimus *Wache*, Belgæ, retinentiores veteris linguæ, *Wacht* pro *vigilia*. Veteres hoc scribebant *guayta*, id est *Wayta* vel *Vagta*, unde Francicum *guet*; vid. Du Cange, v. *Scaraguayta*, *Schaarwache*, manipulus vigilum. Conductor nobis *Pachter* olim *Peyter*. *Pluvia* nobis est *Regen*, Anglis *rain*. Nummus *Pfennig*, Anglis *penny*. In universum omnia pene vocabula nobis in *ig* vel *ich* exeuntia Angli in *y* terminant. Quomodo jam veteres pronuntiabant, Germanicone more, ut *g*, an Anglico, ut *i* vel *y*? Ex allato exemplo Taifalorum et Χοσβαῖται putes, eos Anglico more pronuntiasse *Tai* et *Bai*, non *Tag* neque *Bag*. Nihilominus tamen putem longe plurimis in locis *y* in vetusta scriptione *g* significare; pro φλέγμα scribebant *fleyma*, quod ipsi quidem veteres ut *flegma* pronuntiabant, recentiores autem, ignari veteris orthographiæ, eamque C ex more sui ævi æstimantes, istud *y* ut *i* pronuntiarunt, *fluym*. Sic Belgæ phlegma appellant. Veteres pro *Lugduno* exarabant more suo *Luydunum*, quod scribendi tantum, non autem pronuntiandi ratione differt. Id novis imposuit, ut inde primum *Luyden* (Luden) et deinde *Leiden* efficerent. Pro *estugium* scribebant *estuyium*, unde natum *etuy*, theca, sic dicta a *sticken*, *abdere*; *Besteck*, theca, ubi aliquid abditur. Ipsi veteres Angli pro *boy* scribebant *bog*; vid. Du Cange x. *Gilbog*, intans præstationis, solutionis, pro quo certa taxa, *gille*, *Geld*, *Entgeldung*, debet præstari. Sed satius est, nos ex his etymologicis tricis expedire, et ad argumentum nostrum redire. Dixi mihi videri τοὺς Χοσβαΐτας esse *hosarum bayos* seu *servulos*. Jam demonstrandum, quid fuerint hosæ. Sunt femoralia et tibialia strictiora in una massa, qualia Hungari gestant adhuc, et ministrorum in famulitio magnatum nostrorum illud genus, quod *Heiducken* appella- D mus, et qualia medio ævo gestabant Græci, ut e figuris Menologii Basiliani quam plurimis constat, penes quos militares quidam eas hosas, alio nomine *tubia* dictas, in τοῖς πεδίλοις vel ταῖς τζάγγαις, id est ocreis dimidiatis, condebant, civiles autem in campagiis seu genere illo tibialium, quod e longis loris laneis constabat, quæ decussatim super crura plectebantur et tubia seu hosas a talo inde usque ad genu constringebant, de quibus suo loco diximus. Hoc genus vestimenti femora et crura inguinaque simul in una massa velans Græci κάλτζας appellant (vid. Du Cange h. v.) unde *calzoni* et *caleçons* Italis et Francis pro femoralibus et Belgis *Caussen* pro curalibus usurpatur. Negat cl. Muratorius t. II Ant. Ital. in diss. de vestitu Italico recte sibi constare, fuerintne hosæ veteribus celebratæ tantum cruralia, an sint vestimentum ocreis Hungaricis simile, quæ tibias, femora et coxas simul vestiunt. Inclinat tamen eo, ut posterius credat. Neque fallitur. Ignotus erat hic vestitus vetustis Romanis, qui aut toga aut tunica utebantur, quæ ambæ a collo inde usque ad genua aut media vel et infima crura hominem vestiebant, aut sago, quod citra femorum cum genu articulum, interdum in medio femore desinebat, vel etiam perizomate, quod a coxis inde nondum ad genu pertingebat; quomodo dicunt Scotos montanos adhuc vestiri, tam brevibus indutos perizomatibus, ut ad minimum pene corporis motum τὰ γόνιμα (ut Theophrastus in Character. appellat) appareant. Ab istis militum Romanorum perizomatibus, qualium effigies nummi præstant, manaverunt vestes inferiores feminarum, quales Franci *juppes* appellant. Hæ enim nihil aliud sunt, quam talia perizomata talaria, producta et ampliata. Memorabilis est, sed subobscurus locus Pauli Diaconi IV. 23, quem ex parte citat Du Cange v. *Osa*. Longobardos ille ait olim vestimenta laxa et linea gestasse, qualia Anglo Saxones gestare consueverint ornata institis latioribus varii coloris. *Postea cæperunt hosis uti*, ait, *super quos equitantes tybruggos byrreos mittebant. Sed hoc de Romanorum consuetudine traxerunt.* Hoc in loco sunt *hosæ* vestimenta cruralia et femoralia ex una massa; *tybruggi* autem perizomata, de quibus paulo ante dicebam. *Ty* (vel ut hodie scribimus *die*) est articulus omnis generis nominativi et accusativi pluralis, οἱ, αἱ, τὰ, vel τοὺς, τὰς, τὰ, et *Brugg* erat olim vox Germanica, adhuc Saxoniæ inferiori et Belgio usurpata pro femorali præcinctorio; ut intelligas ex nomine *Perizanii*, quod aliquis de majoribus celeberrimi professoris Leidensis, Jacobi Perizonii, more sui sæculi assumebat, abjecto veteri gentili nomine *Vorbrugge*. Gestasse Romanos sæculi VII tales hosas, liquet ex Ciampini tab. 32 tomi secundi Monument. vet., ubi exhibitur imago sancti Sebastiani ex musivo ecclesiæ Sancti Petri ad Vincula urbis, anno Chr. 682 exstructæ, qua in imagine præter alia vulgaria notandæ sunt hosæ seu caligæ in una massa seu ex uno solido panno factæ, apud talum desinentes, sic tamen distinctæ, ut auriphrygium in regione genu positum videatur femoralia a cruralibus dirimere velle. Procopius eas ait p. 32 Anecdot. Græcos ætatis suæ gestasse ab Hunnis acceptas: Αἱ ἐπωμίδες καὶ ἀναξυρίδες καὶ τῶν ὑποδημάτων τὰ πλεῖστα ἐς τῶν Οὔννων τό τε ὄνομα καὶ τὸν τρόπον ἀπῳκέχριτο. Ait Græcos ab Hunnis assumpsisse non tantum epomides et anaxyrides et ocreas, sed etiam earum rerum ipsa nomina. Designat *armelausia* et *hosas* et *tzangas*. Et procul dubio Hunnicum atque Gothicum gestamen sunt hosæ: quapropter eas Mauricius p. 302 etiam ζωστάρια Γοτθικὰ appellat. Inspice Gothos vel Scythas in arcu Theodosiano apud Bandurium. Gestant hosas satis laxas κροσσωτὰς aut dentatas, id est excisas, et ab iis Romani protinus assumebant. Consul in diptycho Du Cangii (tab. I. dissert. de nummis ævi posterioris) hosas conspicitur gerens pene talares. Sed jam dudum ante sæculum V Romanos gestasse hosas, ipso jam sæculo III a Christo nato, colligo ex loco Herodiani IV, 13, § 11, ubi describens eædem Antonini Caracallæ a Martiali quodam peractam sic narrat. In itinere Antoninum exonerandi

(84) Non dubito, chartularium caniclei eumdem esse atque τὸν κανίκλειον aut τὸν τοῦ κανικλείου, *canicleo præfectum*. Erat autem ille, qui servabat et usus tempore præstabat imperatori canicleum seu tubulum vel vasculum continens sacrum encaustum vel liquorem coccineum, quo imperator subscribere charta

Domestico castrorum sex ; topoteretæ, chartularii tribuni, protomandator, vicarii, mandatores, por-

κται εἴδη ἀξιωμάτων γ', οἷον στράτωρες, ἁρμοφύλακες καὶ σταβλοκόμητες. Τῷ δὲ πρωτοασηκρήτις ὑπο-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

exonerandi ventris causa successisse. Martialem igitur, quasi nutu ab eo vocatum, accurrisse, et eum a postica confodisse, dum in eo esset Caracalla, ut vestes femorum sibi *detraheret* : ἐπιστὰς αὐτῷ τὰς ἐσθῆτας τῶν μηρῶν καθέλκοντι ἀπεστραμμένῳ παίει ξιφιδίῳ. Qui potuit Caracalla vestes de femoribus detrahere, deorsum destringere, si hosas non gessit? Græci et Romani ventrem laxaturi non detrahebant, sed attrahebant, revolvebant, regerebant in superius vestes, ut feminæ nostræ. Hinc hosas etiam ἀναξυρίδας appellabant, id est ἀνασύρτους ἐσθῆτας adaptantes appellationem mori suo, non gentium mori, de quibus loquebantur, Hosæ enim proprie sunt καταξυρίδες, *destrictoria*, non ἀναξυρίδες, *regestoria*. Verum si hosas καταξυρίδας appellassent, vulgus Græcum non intellexisset, cum femoralia destringere non possent, sed semper regererent. Hosæ igitur hæ, quocunque demum tempore invectæ in usum Romanorum et Græcorum, duplicis erant generis, *vastæ*, quales nautæ et Helvetii adhuc gerunt, quibus etiam *Schifferhosen* et *Schweitzerhosen* appellantur : (habent quoque tertium nomen *Plauderhosen* a strepitu, quem venti earum sinubus et plicis intercepti motus inter eundum facit : et aliæ *strictæ*, stricte carni adhærentes, quales politiores gentes Europæ hodie gerunt ; medio ævo Germani nostri hoc genus *Streichhosen*, id est *strictas hosas* appellabant, Faust. in chronico Limpurgensi ad A. C. 1362 hæc narrat : *In diesem Jahr gingen die langen Ledersen oder Lersen an, anstatt der weiten Hosen. Die gewapneten* [milites] *fuhren an ihren Beinen Streichhosen, und darüber grosse weite Ledersen. Dieselen hatten Krappen* [ἀγρίφους, *des agraffes, grapones* [*einen bey den andern non der grossen Zeh an bis oben hinaus, und hinten auff genestelt bis an den Ruken*. Eleganter hoc hosarum genus describit Nicetas Manuel. Comnen. l. IV, c. 5 : ἐπτοημένος [de Andronico loquitur] περὶ τὰς ἐξάλλους στολας καὶ τούτων ὅσαι περὶ γλοττὸν καὶ μηροὺς καραβαίνουσαι διασχιζονται καὶ οἷόν εἰσί πως ξυνυφασμέναι τῷ σώματι. Sæpe in historia sua harum διασχίστων, sectarum vel fissarum vestium, sed ut habitus in Græcia peregrini, meminit ut pag. 180. τὸ σῶμα λωπίῳ διχρώμῳ συνεῖχε περὶ τὴν ἰξὺν καταβαίνοντι, ἔντοτε δὲ διαιρουμένῳ διχῇ Apud Caylus dans son Recueil des Antiquités Tab. LXX conspicitur inter mimos aliquis hosas gerens ad malleos pene productas : *une espèce de culotte qui descend à la cheville du pied et qu'enfin les jambes sont couvertes d'une sorte de bas où l'on n'aperçoit ni attache, ni lien. Après la lecture de cette description l'on ne manquerait pas de décider que cette figure est moderne, si l'on ne sçavait que les mimes paraissaient avec toutes les espèces de vêtements qui pouvaient les rendre comiques. Ainsi nul doute sur l'antiquité de cette figure, que prouvent invinciblement son aspect et sa composition.* Si tam antiqua sit illa figura, Romani etiam hosas cognoverunt.

Has igitur hosas, vel alio Latino græco nomine dicta tubia, qui curabant, ut imperatori apte sederent, qui eas cruribus ejus seu campagiis alligabant, seu tzangiis inserebant, adeoque qui simul campagia et tzangas seu ocreas ejus curabant, illi erant *Chosbaitæ* seu *hosarum baii*, hosarum servi. Non mirum est his hominibus, qui vestitum origine Gothicum aut parabant pro imperatore, aut ei induebant, aut utrumque faciebant, retinuisse nomen Gothicum seu Germanicum. Veterem Gothicam nostræ Saxonicæ matrem esse constat. Gothi satis mature sæculo statim altero post C. N. tempore Trajani se in rempublicam et militiam præcipue Romanam penetrabant, et ritus quosdam suos vocabulaque Romanis quædam sua communicabant. Denique tam ad boream, quam ad occidentem Gothi Byzantinum imperium obsidebant. Sedes eorum erat Chersonesus Taurica et tractus circa Istrum et Borysthenem per Moldaviam usque in Transylvaniam, ubi supersunt adhuc hodie posteri eorum Saxonice, ut fama fert, loquentes. Adhuc sæculo XVI incolebant Gothi Chersonesum Tauricam, ut ex Itinerario Ambrosii Contareni p. m. 20. ed. Italicæ Aldinæ et epistola III Busbekii p. m. 244 constat. Mirum ergo non est, si voces quasdam Gothicas aut Germanicas in hoc Cæremoniali nostro reperimus. Sed neque hoc prætereundum, hosas non tantum femoralia significare scriptoribus medii ævi, verum etiam ocreas, ut e multis locis a Du Cangio v. *Osa* citatis constat. Erant ergo Chosbaitæ iidem cum olim sic dictis *ministris a calceis Augusti.*

bere chartas publicas solebat. Erat ergo canicleus vel præfectus aut chartularius caniclei idem, saltim nomine tenus, qui olim in aula Macedonica ὁ ἐπὶ τοῦ γραμματείου, quem commemorat Polybius, p. 485 edit. Gronov.*[De canicleo vid. Du Cange ad Alexiad. p. 257, 378 Imperatores *rubro* litteras suas signabant. Georg. Acropolit. p. 453. De cinnabari qua impp. CP tani in subscriptionibus utebantur, vid. Giorn. dei Letterati, VI, p. 480, et Michael Lazari Confutat. dissert. Maffei de fabula ordinis Constantiniani p. 24]* Item Alemann. ad Procop. Anecd. p. 19, 20. Guar. ad Codin. p. 35, Du Cange v. *Caniclinus* et Κανίκλειος et Λογοθέτης τοῦ δρόμου, quem perperam cum canicleo eumdem facit. Egregius est ille locus Procopii, ad quem Alemannus de caniclio disserit, sed ipsi non bene perceptus ; quem hac occasione exponere volo. Narrat, Justinum imperat seniorem rudem litterarum fuisse. Cum autem moris esset, ut imperator libellis supplicibus et mandatis subscriberet assensum, suum excogitatum hoc fuisse artificium : Ξύλῳ εἰργασμένῳ βραχεῖ ἐγκολάψαντες μορφήν τινα γραμμάτων τεττάρων, ἅπερ ἀναγνῶναι τῇ Λατίνων φωνῇ δύναται, γραφίδα δὲ βαφῇ βάψαντες ἧ βασιλεῖς γράφειν εἰώθασιν ἐνεχείριζον τῷ βασιλεῖ τούτῳ, etc., *labellæ ligneæ perpolitæ formam quatuor litterarum vocis Latinæ, quæ significaret, imperatorem ista legisse, incidendum curant, eoque libello imposita calamus colore imbutus, quo scribere mos est imperatoribus, huic principi in manus tradunt*, etc. Vox autem illa Latina quatuor litterarum, quam Procopius designat, est LEGI. non autem JUST., id est *Justinus*, quod existimavit Alemannus. Hinc intelligi simul et emendari potest locus Auctoris incerti de Theodorico, Gothorum rege, quem integrum aliquando legi apud Murator. Antiqu. Ital. t. II, sed nunc non succurrit quo loco ; ex parte habet Du Cange v. *Interrasilis*, et quidem hæc ejus verba; *laminam auream jussit interrasilem fieri*] id est passim locorum pertusam] *quatuor litteras regis* [immo vero *Legi*] *habentem, unde et, si subscribere voluisset, posita lamina super chartam per id subscriptio ejus tantum videretur.* Sed satis de hoc Procopii loco, quem mittemus, quando unum adhuc Niceteæ addiderimus, e quo constat, interdum ab eo regii sanguinis viro, qui multum apud domicum valeret, ejusque rei facultatem nactus a domino esset, viridi liquore subscriptum mandatis imperialibus fuisse verbum Ἐτηρήθησαν, *observata* vel *lustrata sunt hæc, vidimus.* Locus est l. VII Manuelis, cap. 3: Δόγμα ἐκ βασιλέως ἐξήνεγκε μὴ ἄλλως εὐπαραδέκτα οἴσεσθαι ὅσα ἡ βασιλικὴ χεὶρ ὑποσημαίνεται γράμ-

πέπτωκεν εἴδη ἀξιωμάτων γ', οἷον ἀσηκρῆται, νοτάριοι βασιλικοί, ὁ δεκανός. Τῷ δὲ κόμητι τοῦ στάβλου ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων [85] . . . Τῷ δὲ ἐπὶ [86] τοῦ εἰδικοῦ λόγου ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων δ', οἷον βασιλικοὶ νοτάριοι τοῦ σεκρέτου, ἄρχοντες τῶν ἐργοτοσίων (85), ἑβδομάριοι καὶ μειζότεροι (86) τῶν ἐρ- A

tarii. Chartulario sacelli decem parent officia : notarii imperiales secreti, protonotarii thematum, xenodochi seu præfecti hospitalium, libripens, monetarius nempe, mensores [frumentarii], gerocomi seu curatores senum, chartularii domuum [piarum puta, et cœnobiorum], protocancellarius, cancel-

VARIÆ LECTIONES.

[85] Complures versus h. l. desunt in cod. [86] ἐπὶ R., ὑπὸ cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS

ματα, εἰ μὴ πρότερον ὀφθεῖεν τῷ Ἀλεξίῳ καὶ οὗτος τὴν δεξιὰν τῷ βατραχείῳ ἐπιδοὺς χρώματι τὴν τοῦ Ἐτηρήθησαν ἐπισημασίαν βραβεύσειε. Videndum nunc, unde venerit vasculo sacrum encaustum continenti nomen caniclei. Recte monstravit Salmas. Exercit. Plin. p. 91, venire a *cano*, canistro vel lance. Cujus verba continere me non possum quin B ex parte adscribam : « Festus, *Cana dicunt Græci, nos canistra*. Ab hac voce *canum* Latini diminutivum deduxerunt *caniculum* et pro atramentario dixerunt recentiores, in quo sacrum encaustum reponebatur. Inepte sic dictum censent [Alemannum notat], quod caniculi formam effigiemque præ se ferret. » H. I., quibus, quæ addam, hæc habeo. *Canna* erat Græcis et Latinis omnis scapus cylindricus sive solidus sive cavus. Hinc adhuc est Arabibus, *Canna*, tam *hasta*, quam *canalis aquæ*. Hinc κανόεν et contracte κανοῦν erat vas omne cylindricum cavum, in quo quod quisque vellet gestare posset, ut fructus, liba, molas salsas aliaque ad sacrificia pertinentia, item prunas ardentes, unde retinuerunt Arabes pro batillo prunis ardentibus onusto. Hinc nos quoque tubos metallicos, e quibus globi ferrei igniti exploduntur, *canones* appellamus, id est tubos vel cylindros cavos. Fallitur enim Du C Cange v. *Guna* putans tormenta nostra *canones* a *guna* esse dictos *Guna* nihil aliud proprie est quam foramen, fenestra, hiatus omnis, nostrum *Wuhne*. Per *gunam* telum explodere nihil aliud est, quam per foramen explodere. Inde est quod Angli vocem *gune* adhuc pro sclopeto usurpant. Κανοῦν apud Athenæum p. 111, est vas cylindricum ferreum cum operculo ferreo, in quo mazæ genus ναστός dictum coquebatur. Ναστός illi nomen erat mazæ, quod in altum exstructa esset. Nos appellamus *Scherbelkuchen*. Καννία, sic habent Glossæ Basil., οἱ κόνδυλοι τῶν καλάμων, καὶ οἱ σωλῆνες, κἀκ τούτου πάντα τὰ σωληνοειδῆ ἀγγεῖα. Hinc apparet quoque, quare κανών dicta fuerit matricula, rotulus, volumen, codicillus, in quo nomina hominum ad cœtum aliquem pertinentium, ut monachorum, monialium, clericorum, militum, civium, etc., item rationes redituum aut expensarum describebantur ; vid. Du Cange, v. Κανών. Proprie non ipsa volumina nomen id gerebant, sed ligneæ cylindricæ capsæ, in quibus D condebantur. Deinde extendebatur appellatio hæc ad ipsa volumina in illis capsis abdita.

(85) Ἐργοδόσια erant officinæ, in quibus sedebant et opera perficiebant ab imperiali aula sibi pro certa mercede locata. Ita apud Theophanem p. 395, fine memoratur τὸ βασιλικὸν ἐργοδόσιον τῶν χρυσοκλαβαρίων, *officina regia auroclavariorum*, in qua sedebant et vestes auroclavias pro aula faciebant certo in eam rem pretio conducti. Sic supra habuimus ῥαφίον vel potius ῥαφεῖον, locum ubi sedebant et artem suam exercebant sartores imperiales. Erant ergo οἱ ἄρχοντες τῶν ἐργοδοσίων illi, qui curarent, quæ opera factu necessaria, quibus artificibus, sutoribus, sartoribus, fabris lignariis, ferrariis, argentariis, serrariis, et sic porro, qua mercede locarentur. Vel etiam erant τὰ ἐργοδόσια officinæ forenses, in quibus venum expositæ merces erant, et fabricæ, ἔργα, quarum reditus ad privatas rationes pertinebant : et recuperatores illorum redituum elocatoresque officinarum erant ἄρχοντες et μειζότεροι τῶν ἐργοδοσίων hic memorati ; ἔργα et *fabricæ* medio ævo de vasis aureis et argenteis affabre elaboratis usurpabatur ; vid. Du Cange Gloss. Lat. h. v. Pro ἐργοδοσίῳ dicebant quoque ἐργοστάσιον, quia τὰ ἔργα, opera, fabricæ jam paratæ et confectæ, aut adhuc parandæ, item οἱ ἐργάται, operarii, ibi starent. Id apparet ex illo Codini loco in Origin. CPtanis n. 21, ubi pro ἐργοδόσιον codex Vaticanus habet ἐργοστάσιον. Operarii, qui ad tales fabricas pertinerent, *ergostasiarii* audiebant, aut et *ergostatarii*. Hinc emendanda est lex 5 Cod. Just. de episcopali audientia, ubi pro *diœcetis ergostatariorum*, id est fabricensium, vulgo male *diœcetæ ergostatanorum* circumferuntur. In genere ergodosium est omnis officina, ubi opifex operam suam ad aliquid efficiendum pro mercede conducentibus elocat, aut ubi suis tironibus opus faciendum dat.

(86) Minores hos fuisse, quam τοὺς ἄρχοντας τῶν ἐργοδοσίων, apparet ; qua vero in re diversi fuerint, non liquet. Forte mercedem numerabant conductis artificibus, aut naulum pro officinis elocatis exigebant. Exprimit μειζότερος Latinum medii ævi *major*, de quo v. Du Cange Gl. Lat. h. v. pro curatore, C præfecto, unde apud nos superest vocabulum *Mayer*. Μειζότερος pro μείζων jam apud Malalam, I. II, p. 236, 1, de cujus auctoris ætate Justiniano æquali dubitare non debebat Hodyus ob dictionis sordes. Istius jam sæculi et ratiocinia inepta erant et dictio monstrosa. Ex quo Christiani doctores turbare publicam rem inutilibus quæstionibus, omissisque studiis litterarum humaniorum ad speculationes ridiculas, et quas ne ipsi quidem intelligerent, prolabi cœperunt, periit omnis in cogitando rectitudo, in dictione perspicuitas, cura et nitor. Non tam barbaris barbariem, quam Christianis debemus. Vide, quantus tumor, quanta peregrinitas in Codice Theodosianeo, quam non anilis sæpe Procopius, omnium sibi æqualium absque controversia optimus, quam coacta et Latinissans ejus dictio. Affectatum artificium, per quod oratio Cimmeriis tenebris fieret obscurior, laudi erat, et tanto quisque doctior, quanto Cassiodorum et similes superaret. Sed hoc in transitu. Solæcismi hi, quales sunt μειζότερος et similia, fuerunt quidem nunquam non in usu apud vulgum, sed scriptores vel parum elegantiæ memores ab iis sibi abstinebant. Christiani doctores ex quo cœperunt homilias suas tales in lucem edere, quales ex ambone effuderant, periit omnis honor litteris. Malalæ, ut ad eum redeam (et liceat hoc in transitu adjicere) ex ipso nomine constat ætas. *Malalas* est nomen Syriacum. Sermo Syriacus obtinebat in Syria usque ad initia Muhammedanismi. Eo surgente, Saracenis Syriam rapientibus, exegerunt Syriasmum, ejusque loco Arabismus omnia obundabat, Syriasmo in ecclesiarum Christianarum angustias concluso. Debuit ergo Malalas eo adhuc ævo vixisse et scripsisse, quo sermo Syriacus in usu erat. Pro rhetore Arabes non *Malal*. sed *Rathib* dicunt. Ad similitudinem nostri μειζότεροι dixit Noster quoque ἐλαττότεροι pro ἐλάττονες, p. 382.

larii, domesticus thymelæ seu magister scenæ vel ludorum theatralium. Chartulario vestiarii subsunt decem officia : notarii regii secreti, centarchus, legatarius, præfectus vel procurator monetæ, sartor, chartularius, curatores chosbaitæ, protomandatores. Chartularius caniclii nullos sub se habet subalternantes officiales, quia munus ipse suum solus exsequitur. Protostratori autem parent dignitates diversæ tres : stratores, regiorum armorum custodes et stabuli comites. Protoasecretæ subjacent officia tria : asecretæ notarii imperiales, decanus. Comiti stabuli subsunt officia * * * Logothetæ idici logi vel privatarum rationum subsunt officia quatuor : imperiales notarii secreti, præfecti officinarum, hebdomarii seu septimanarii et majores officinarum. Magno curatori subsunt officia

A γοδοσίων, Τῷ δὲ μεγάλῳ κουράτωρι ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων θ', οἷον πρωτονοταριος, βασιλικοὶ νοτάριοι, κουράτωρες τῶν παλατίων, κουράτωρες τῶν κτημάτων (87), μειζότερες τῶν Ἐλευθερίου (88), ὁ ξενοδόχος Σαγγάρου (89), ὁ ξενοδόχος Ιυλῶν, ὁ ξενοδόχος Νικομηδείας καὶ ἐπισκεπτῆται. Τῷ δὲ κουράτωρι τῶν μαγγάνων ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων, ὅσα καὶ τῷ μεγάλῳ κουράτωρι, πλὴν τῶν ξενοδόχων. Τῷ δὲ ὀρφανοτροφῳ ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων δ', οἷον χαρτουλάριοι τοῦ οἴκου, χαρτουλάριοι τοῦ ὁσίου (90), ἀρκάριος (91), κουράτωρες. Τοῖς δὲ δυσὶ δημάρχοις ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων ἀνὰ ζ'. οἷον δευτερεύοντες (92), ὁ χαρτουλάριος καὶ ὁ ποιητὴς, ἄρχοντες, γειτονιάρχαι, μελισταὶ, νοτάριοι τῶν μερῶν, ἡνίοχοι, πρωτεῖα, δημόται. Τῷ δὲ ἐπὶ τῆς

B καταστάσεως (93) ὑποτέτακται εἴδη ἀξιωμάτων ε',

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(87) Reddidi *curatores prædiorum et pecoris rustici*. Utrumque enim κτήματα novis Græcis significant, tam prædia et agros, quam pecus, greges, ut κτήνη vetustis Græcis. Utrumque enim a κτήσει venit ; v. Cedren. p. 586, 587. Imo ipsi quoque veteres Græci κτήματα *jumenta* appellabant, ut patet e Sophoclis Antigon. v.793, ubi non recte interpretes vocem pro *fortunis* aut possessionibus acceperunt. Qui hic loci *curator* τῶν κτημάτων est, eum διοικητὴν appellat Olympiodorus apud Photium, p. 106, ubi memorat aliquem διοικητὴν τῶν ἐν Σικελίᾳ κτημάτων Κωνσταντίνου καὶ Πλακιδίας. *Clematinus* appellatur p.245,scriptorum post Theophanem. A Græcis, ut videtur, docti Arabes, *Mulck* in specie pro agro et prædio dixerunt, quamvis vocabulum omnem omnino possessionem significet ; v.Du Cange v. Μουλκία, ubi locum hunc e Malaxo producit : Σκεύη πολύτιμα διάφορα ἐπροσήλωσε [dedicavit, Ecclesiæ obtulit], χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ καὶ κτήματα [villas] πολλὰ, ἤγουν μουλκία, διὰ τροφὴν τῶν καλογήρων. Ergo vox Arabica Μουλκίον erat usitatior et notior eo tempore et loco, quo Malaxus hæc scribebat, quam ipsum Græcum κτῆμα.

(88) Major palatii Eleutherii videtur reditus illius palatii ex pecore et agris et officinis et pistrinis illi adstructis et illuc pertinentibus collegisse et in rem privatam intulisse. Palatium hoc ab Eleutherio conditum non fuit, sed ab Irene, Leonis Chazari uxore, sic tamen dictum quod prope portum Eleutherii esset conditum ; v. Du Cange CPlis Chr. II, p. 130.

(89) Sangarus est urbs Bithyniæ ad mare, haud procul Helenopoli, de quo vid. Ortelii Thesaur. Georg. h. v. et Wesseling. ad Hieroclis Synecdemum p. 663 ; nam procul dubio *Sangarus* Nostri et Hieroclis *Sagara* idem est. Sæpe γ simplex et duplex promiscue scribitur, ut σιγιλλίων pro *singilio* ; vid. dicta ad p. 371.

(90) Τοῦ ὁσίου interpretor capitalium in pios usus legatorum et depositorum, ut sacra sint et inviolabilia et ad alios usus nequeant transferri. Alias τὸ ὅσιον idem est atque το δημόσιον·verum ὁ τοῦ δημοσίου vel ὁ τοῦ γενικοῦ hic loci in censum non venit.

(91) De arcariis v. Du Cange Gl. L. hac voce. Tantum hic loci etymologiam vocis ἀρχεῖον, *archivum*.tradam, invitatus occasione vocabuli *arcarius*. *Arcarium* vel *archarium* idem est atque ἀρχεῖον, locus ubi chartæ,tabulæ publicæ depositæ sunt.Hoc non ab ἀρχή, sed ab *arca* vel *archa* venit. Vox hæc non Latina, sed Græca est. Ἀρβίχος et ἀρβίχη est *fiscella,corbis*. Per syncopen *archa* inde effecerunt. Hinc ἀρχεῖον pro ἀρβιχεῖον est locus ubi arcæ corbes cum tabulis publicis asservantur ; σιτάρχειον *sitarcium*, horreum, ubi frumentum in ἀρβίχοις, corbibus jacet ; v. Du Cange v. *Sitarcium* et *Panes melliti*, ubi pro *Sistarciis* in loco Arnoldi Lubecensis restituendum est *Sitarciis*.

(92) Habebat unumquodque pene officium suum δευτερεύοντα,secundicerium vel vicarium proximum gradu a primicerio, τῷ τοῦ πρώτου γέρους. Secundicerii ergo designati erant vicarii demarchorum. Sed de magistratibus factionalibus alio loco disserui. Cæterum facile observabitur paulo attentiori non congruere numero posito, *septem* puta, deinceps recensitas dignitates,quæ sunt juxta calculum nostrum decem,aut octo secundum calculum membranarum, in quibus sic erat exaratum : ὁ χαρτουλάριος ὁ ποιητὴς ἄρχοντες absque ulla distinctione, tanquam si omnia ista unus articulus,una dignitas essent.

(93) Illi,qui invigilat tuendæ rerum consistentiæ, id est illi, qui curat, ut ex statuto ordine modeste, tranquille, decore, personæ, actiones, res omnes procedant,quapropter etiam alias ὁ ἐπὶ τῆς εὐταξίας appellatur sæpissime in pontificali Haberti,ut proceres in suas quisque classes secedant, et gradum sibi congruum occupent,ut τὸ καθεστηκός observetur *Verbo cærimoniario*.Est enim τὸ καθεστηκός *id, quod ex veteri instituto usu receptum et servatum est*. Ita apud Xiphilin. p. 1243, Μάλιστα δὲ ἐπεκαλουν τινὲς αὐτῷ, ὅτι καθεστηκότος ἔκ τε τῆς Ἰταλίας — τοὺς σωματοφύλακας εἶναι, *maxime accusabant eum nonnulli, quod. quum ex veteri instituto custodes principis ex Italia legerentur*.Apud eumdem est p.1085, ἡ κατάστασις τοῦ βίου, *ordo, sequentia, institutum vitæ*, ubi vid. cl. Reimar. Apud Nostrum p. 354 est ἡ κατάστασις τῶν δεσμίων, *in ordinem collocatio captivorum* ; κατάστασις τῶν πραγμάτων est apud Theophanem p. 63. C., *rerum antea turbatarum constitutio*, restitutio in ordinem. Apud eumdem sunt ἀκαταστασίαι, *res turbidæ*, p. 73, C. Idem p. 243, μάθε τὴν κάτάστασιν habet, *disce modeste, ordine, sedate agere*. In officialibus patriarchæ erat ὁ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως, de quo Goar. p. 13, ad Codin. et Gretser. p. 167. Petrus Magister scripsit libros περὶ τῆς πολιτικῆς καταστάσεως, de quibus dixi in præfatione ; vid. Du Cange Gloss. Gr.Cæremoniarii erat ordinare proceres secundum præcedendi et sequendi jura.incipere troparium, evocare proceres secundum suos ordines ad sacram communionem,in magnis processionibus,in Magna Ecclesia osculum pacis ab imperatore accepturos manu ad eum ducere, vela seu classes procerum et legatos introducere, etc.E p. 14. Nostri fere concludas,cæremoniarium fuisse caput silentiariorum.

οἷον ὕπατοι, βεστήτορες, σιλεντιάριοι, ἀποεπάρχον- A novem : protonotarius ; notarii imperiales ; curatores palatiorum ; curatores prædiorum et pecoris rustici : major palatii de Eleutherio nominati ; xenodochus Sangari ; xenodochus Pylarum ; xenodochus Nicomediæ, et curiosi. Curatori manganorum [palatii urbani sic dicti] eadem officia subsunt, quæ magno curatori præter xenodochos. Orphanotropho subsunt officia quatuor : chartularii domus ; chartularii sanctimonii [vel opum in pios usus et educationem orborum depositarum ; arcarius et curatores. Unicuique amborum demarchorum subjacent hæc in factione quæque sua officia : secundicerii ; chartularius ; poeta ; archontes ; gitoniarchæ vel insularum magistri ; cantores ; notarii factionum ; aurigæ, primarii de factione viri et factionis tribules plebeii. **418** Cerimoniarius tandem sub se habet officia quinque : hypatos seu consules, vestitores, silentiarios, viros præfectales et syncleticos seu senatorios.

τες, συγκλητικοί.

Περὶ τῆς τῶν εὐνούχων τάξεως καὶ τῆς τῶν ἀξιωμάτων αὐτῶν κυριοκλησίας καὶ ποσότης τῶν συνηθειῶν αὐτῶν·

De ordine eunuchorum, quomodo dignitates, quas gerere solent, appellentur, et quantas dare pro quaque soleant consuetudines.

Αἱ δὲ τῶν εὐνούχων ἀξίαι καὶ αὗται μὲν διχῶς B δίδονται. Καὶ γὰρ αἱ μὲν ἐξ αὐτῶν ἔργῳ (94) τὰς ἀξίας νομίμως λαμβάνουσιν· αἱ δὲ λόγῳ τοῖς ἀξίοις προσγίνονται, αἳ καὶ ῥᾳδίως ἐκ προσώπων εἰς πρόσωπα λόγῳ βασιλέως μετέρχονται. Εἰσὶ δὲ ὁμοῦ πᾶσαι αἱ διὰ βραβείων αὐτοῖς παρεχόμεναι τόν ἀριθμὸν ὀκτώ. Καὶ πρώτη μὲν ἐν αὐτοῖς ἡ τῶν νιψιστισρίων (95) ἀξία γνωρίζεται, ἧς βραβεῖον καμίσιον λινοῦν ὑποβλαττωμένον (96) σχήματι φιαλίου (97), καὶ λόγος βασιλέως προσγινόμενος. Δίδωσιν συνήθειαν τοῖς πραιποσίτοις ιβ', τῷ δευτέρῳ γ', τῷ πριμικηρίῳ αὐτοῦ β'. Δευτέρα δὲ ἡ τοῦ κουβικουλαρίου ἀξία, ἧς βραβεῖον ἡ ἀμφίασις τοῦ περιβλαττομένου καμισίου καὶ ἡ τοῦ λεγομένου παραγαβδίου στολή, ἣ καὶ διὰ τῆς τῶν πραιποσίτων παρουσίας γνωρίζεται. Δίδωσιν συνήθειαν τοῖς πραιποσίτοις ν. ιβ', τῷ δευτέρων. δ',τῷ πριμικηρίῳ ν. β'.Τρίτη ἡ τοῦ σπαθα- C ροκουβικουλαρίου ἀξία, ἧς βραβεῖον, σπαθίον χρυσόκανον, ὁμοίως τοῖς σπαθαρίοις διὰ βασιλικῆς χειρὸς ἐπιδίδοται. διδωσι συνήθειαν τοῖς πραιποσίτοις ν. ιη', τῷ παπίᾳ καὶ τῷ δευτέρῳ ν. β', τῷ πριμικηρίῳ ν. δ'. Τετάρτη ἡ των ὁστιαρίων ἀξία, ἧς βραβεῖον, χρυσῆ ῥάβδος ἐκ λίθων τιμίων περικεφαλαίαν (98) ἔχουσα, διὰ χειρὸς βασιλέως ἐπιδίδοται. Δίδει συνήθειαν τῷ παπίᾳ καὶ τῷ δευτέρῳ ν. ς', τοῖς πραιποσίτοις ν. κδ', τῷ πριμικηρίῳ τοῦ κουβουκλείου ν. δ'. Πέμπτη ἡ τῶν πριμικηρίων ἀξία, ἧς βραβεῖον, χιτὼν λευκὸς σὺν ἐπωμίοις (99) καὶ πώλοις (1) χρυσοϋφάντοις, λαμπρῶς

Dignitates eunuchorum sunt duplicis generis. Quidam eas reapse legitime consequuntur, aliæ per simplex edictum dignis obtingunt ; quæ posteriores etiam facile, prout dominus jusserit, ab uno ad alterum transeunt. Sunt autem dignitates, quæ eunuchis cum brabeis tribui solent, in universum octo. Et prima quidem malluviariorum, cujus brabeum est camisium vel indusium lineum, sericum velut cucullum habens, et simul sententia imperatoris ore enuntiata, dignitatemque illam attribuens. Dat consuetudinem præpositis solidos 12, deutero 3, primicerio suo [puta malluviariorum], 2. Secunda dignitas est cubicularii, cujus insigne est gestatio camisii blatteis prætextati, et sic dicti paragaudii ; aut etiam a præsentia præpositorum agnoscitur. Dat præpositis consuetudinem solidos 12, deutero 4, primicerio 2. Tertia est spatharocubicularii dignitas, cujus insigne spatha cum aureo manubrio, pariter atque spathariis est, regia manu tradita. Dat consuetudinem præpositis nummos 18, papiæ et deutero 2, primicerio [spatharocubicularlorum] 4. Quarta est ostiariorum, cujus brabeum est aureus baculus vel virga gemmeo ornata capitello, regia manu tradita. Dat consuetudinem papiæ et deutero 6, præpositis 24, primicerio cubiculi 4. Quinta dignitas est primiceriorum, cujus brabeum tunica candida cum scapularibus et polis seu figuris equorum auro intextis, solenne pompa induta.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(94) Est idem, quod supra habuimus et protinus recurret, διὰ βραβείων.

(95) Qui malluvium imperatori tenent aut apponunt sunt νιψιστιάριοι. Malluvium enim est νιψίστιον ; a νίπτω fit νίψις, hinc νιψίζειν formant novi Græci, hinc νιψιστής et νιψίστιον, et tandem illinc νιψιστιάριος.

(96) Sic placuit librario exarare pro ὑποβλαττωμένον, quod idem est atque ἀποβεβλαττωμένον, blattea seu serica prætexta, hic loci (quia sequitur σχήματι φιαλίου) blatteo cucullo super scapulas dependente instructum.

(97) Phiala Græcis inter alia cucullum vesti assutum et quo sursum attracto caput velatur, regesto pone cervicem nudatur, item almutziam vel bonetum aut biretum. Nominis ratio hæc est, quod talia capitis tegmina referrent philas vel cymbia aut cymbala, quibus lac, calida et alia hauriuntur. *Coppam* adhuc hodie appellant Itali occiput, quia, cupam aut cuppolam refert. Nostrum Germanicum *Kopff*, id est caput, videtur quoque a *cupa* seu cymbio manasse. Tunicas cum caputiis appellabant *tunicas palliolatas* et ipsa caputia *palliola* ; v. Salmas. t. II Script. Hist. Aug. p. 771. *Casulas* quoque medio ævo appellabant vestes cum assuto caputio vel cucullo. Isidorus : *casula est vestis cucullata* ; v. ad p. 271 dicta, et Murator. Antiqu. Italic. t. II, p. 425 sqq. D

(98) Vid. dicta de phengiis ad p. 340.

(99) Verte *scapularibus*. Procul dubio enim librarius hic o pro ω posuit more suo. Est ergo idem atque φιάλιν aut simile quid. Forte φιάλιν amplius, latius est et caput tegit, scapulare caput non item, sed solas scapulas tegit.

(1) Verti *equis*. Certe πῶλος etiam equum novis Græcis notat, plerumque tamen ponunt eam vocem pro asino. Sed indignum videbatur procerum Byzantinorum eorumque semper circa imp. versantium vesti honorariæ, quæ investiri solebant, asinos intexere. Propterea equos malui.

Dat consuetudinem præpositis nummos 36, deutero 12, si forte ipsi indumentum imperiale tradat, primicerio sex. Sexta dignitas est protospathariorum eunuchicorum, cujus brabeum torques aureus gemmis et margaritis obsitus, quem ipse imperator suis manibus impositum cervicibus honorati concludit. Accipiunt præterea et ipsi quoque tunicam candidam auro incrustatam ad modum dibitisii, et diploida coccineam cum tabliis auro contextis. Dat consuetudinem præpositis et patriciis eunuchis 419 et protospathariis eunuchis 72, papiæ et deutero 6. Septima dignitas est illustrissimorum præpositorum, cujus brabeum sunt tabulæ patriciatus, absque tamen codicillis, in processione in chrysotriclinium regia manu traditæ. Dat consuetudinem, si simul protospatharius declaretur, litram unam et deutero pro tabulis solidos 24. Neque enim non permittitur præpositis in officiis eminere. Potest omnino præpositus simul etiam officialis qualiscunque tandem esse. Si vero simul quoque patricius renuntietur, pendit tantumdem atque patricii. Octava est patriciorum, eunuchicorum nempe, dignitas, cujus brabeum sunt tabulæ eburneæ cum codicillis, haud secus atque sunt aliorum patriciorum barbatorum. Horum vestitus a vestitu protospatharіorum non differt nisi loris tantum, si simul etiam protospatharіorum dignitatem gerunt. Patricii eunuchi dant consuetudinem eamdem, quam barbati. Obtinet autem, ut ab omnibus ad officia promotis præpositus, utpote significationem promotionis ex persona et loco imperatoris edens, accipiat ab unoquoque officiale pro consuetudine nummos aureos viginti quatuor. Nemo itaque hunc dignitatum hactenus expositarum ordinem atque constitutionem transgrediatur, aliove modo eas ambeat et obtineat præter solos clericos, qui solo edicto dignitates accipiunt. Protospatharii dignitas confirmatur et significatur epirrhiptario seu cucullo, quem ipsi regia manus concludit [seu ad jugulum adfibulat]. Oportet congregatas has consuetudines dignitatum a papia et deutero æqualibus partibus dividi præter consuetudines chrysotriclinii, quas papias soli sibi reservat. Consuetudines autem, quæ pro tabulis eburneis a magistris, a primiceriis et a cubiculariis penduntur, soli cedunt deutero ; prout superiora docent. In festo Exaltationis sanctæ crucis mense Augusto exit [cum cruce obitque palatium et urbem] papias, et quidquid collegerit, habet sibi, parte tamen aliqua deutero indulta. Si vero aut morbis aut aliis causis

A ἀμφιάζεται. Δίδει συνήθειαν τοῖς πραιποσίτοις ν. λς', τῷ δευτέρῳ ν. ιβ', ἐὰν ἄρα δώσει αὐτὸν βασιλικὸν ἱμάτιον, τῷ πριμικηρίῳ ν. ς'. Ἕκτη ἡ τῶν ἐν αὐτοῖς πρωτοσπαθαρίων ἀξία, ἧς βραβεῖον, χρυσοῦν μανιάκιον ἐκ λίθων τιμίων καὶ μαργαριτῶν, ἐπὶ τοῦ αὐχένος διὰ χειρὸς βασιλέως ἐπισυγκλείεται. Χιτὼν δὲ καὶ αὐτοῖς λευκὸς χρυσοκόλλητος διβητισοειδὴς καὶ διπλόης κόκκινος σὺν ταβλίοις χρυσοϋφάντοις. Δίδωσι συνήθειαν τοῖς πραιποσίτοις καὶ πατρικίοις εὐνούχοις καὶ πρωτοσπαθαρίοις εὐνούχοις ν. οβ', τῷ παπίᾳ καὶ τῷ δευτέρῳ ν. ς'. Ἑβδόμη δὲ πέφυκεν ἡ τῶν λαμπροτάτων πραιποσίτων ἀξία, ἧς βραβεῖον, πλάνες πατρικιότητος, ἄνευ μὲν κωδικελλῶν ἐπὶ προελεύσεως χρυσοτρικλίνου χειρὶ βασιλέως ἐπιδίδονται· δίδει συνήθειαν, εἰ ἄρα τιμηθῇ πρωτοσπαθάριος ἐν τῷ ἅμα, λ. α', καὶ τῷ δευτέρῳ ὑπὲρ τῶν πλακῶν ν. κδ'.

B Εἰ δὲ καὶ πατρίκιος ὁ αὐτὸς ἐν ταυτῷ τιμηθῇ, δίδωσι συνήθειαν ὡς οἱ πατρίκιοι. Ὀγδόη ἡ τῶν ἐν αὐτοῖς πατρικίων ἀξία, ἧς βραβεῖον, πλάκες, ὁμοίως σὺν κωδικέλλοις ὡς πᾶσι τοῖς πατρικίοις δίδονται. Οὐ διαλλάττουσι δὲ ἐν ταῖς αὐτῶν στολαῖς τῆς τῶν πρωτοσπαθαρίων ἀμφιάσεως πλὴν λώροις καὶ μόνον, εἰ ἄρα καὶ ἡ τῶν πρωτοσπαθαρίων αὐτοῖς ἐφέπεται δόξα, οὐδὲ κωλύονται οἱ πραιπόσιτοι ἐν ὀφφικίοις διαπρέπειν, οἷον ἄν ἐστιν ὀφφίκιον, τοῦ εἶναι καὶ πραιπόσιτος καὶ ὀφφικιάλιος. Παρέχουσιν δὲ συνήθειαν οἱ πατρίκιοι εὐνοῦχοι καθὼς καὶ οἱ βαρβάτοι. Παρὰ δὲ τῶν εἰς ὀφφίκια προβαλλομένων πάντων ἐκκομιζομένου τοῦ πραιποσίτου, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ βασιλέως, τὴν ἀπόκρισιν τῆς προβλήσεως, λαμβάνειν τὸν αὐτὸν πραιπόσιτον καθ' ἕκαστον ὀφφικιάλιον συν-

C ήθειαν ν. κδ'. Μηδεὶς τοίνυν παραβαινέτω τὴν τοιαύτην τάξιν τε καὶ στάσιν τῶν ἐκτιθεμένων ἀξιωμάτων, ἢ ἄλλως πως ταύτας μετερχέσθω, πλὴν τῶν κληρικῶν καὶ μόνον. Οὗτοι γὰρ λόγῳ μόνῳ μετέρχονται τὰς ἀξίας. Ἡ δὲ τῶν πρωτοσπαθαρίων ἀξία διὰ βασιλικῆς χειρὸς μετὰ ἐπιριπταρίου βασιλικοῦ ἐπισυγκλείεται. Ταύτας δὲ τὰς συναγομένας συνηθείας τῶν ἀξιωμάτων παρὰ τοῦ παπίου καὶ τοῦ δευτέρου μερίζεσθαι αὐτοῖς ἐπ' ἴσης [87] ἄνευ τῆς συνηθείας τοῦ χρυσοτρικλίνου, ὅτι μονομερῶς τοῦ παπία ἐστί. Τῶν δὲ πλακῶν καὶ τῶν μαγίστρων καὶ τῶν πριμικηρίων καὶ τῶν κουβικουλαρίων μονομερῶς λαμβάνει αὐτὰ ὁ δεύτερος, καθὼς ἀνωτέρω διαγορεύει (2). Τοῦ δὲ τιμίου σταυροῦ τῷ Αὐγούστῳ μηνὶ ἐξέρχεται (3) ὁ παπίας, καὶ εἴ τι ἂν ἐπισυνάξει, ἔχει αὐτὰ, καὶ ἐξ αὐ-

D τῶν δίδωσιν καὶ τῷ δευτέρῳ μέρος τι. Εἰ δὲ δι' ἀδυναμίαν εἴτε νόσον οὐκ ἐξέρχεται ὁ παπίας, ἐξέρχεται ὁ δεύτερος, καὶ εἴ τι ἂν ἐπισυνάξει, μερίζονται αὐτὰ ὅ τε παπίας καὶ ὁ δεύτερος ἐξ ἴσης. Ἐπέχει (4) δὲ ὁ

VARIÆ LECTIONES.

[87] ἐφίσσης cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(2) Nempe ὁ διαγορεύων vel auctor. Possit quoque ἀνωτέρω pro τὰ ἀνωτέρω accipi, *quemadmodum superiora edicunt*.

(3) Ante hoc verbum videtur ob similitudinem excidisse ἐξερχομένου. Conf. p. 311. M. tamen editis plura non habent.

(4) Verti *curat*, id est habet inspectionem tam hominum, ut diætariorum, candelaptarum, etc., quam rerum non animatarum, ut olei, quo nempe illi officium faciant, hoc ne desit. Ἐπέχειν τινί est eminere super aliquem, imminere, invigilare, habere oculum super ipso, imperare. Thucydides p. 572 naves Lacedæmoniorum navibus Atticis instantes, vigili oculo observantes, ne elaberentur,

παπίας τᾶς ἐξ ἑβδομάδας (5) τοὺς διαιταρίους καὶ τὸ ἔλαιον τῶν καμαρῶν τοῦ χρυσοτρικλίνου σὺν τῶν κανδηλαπτῶν. Τὸ δὲ ἔλαιον τοῦ πολυκανδήλου τοῦ κατὰ τὸ μέσον κρεμαμένου τοῦ χρυσοτρικλίνου καὶ τῶν λοιπῶν πολυκανδήλων καὶ ψιαθίων (6), ἐπικρατοῦσιν αὐτὰ αὐτοὶ οἱ κανδηλάπται. Ἐπέχει δὲ καὶ τοὺς λούστας καὶ τοὺς καμηνάδας καὶ τοὺς κανδηλάπτας τοῦ λαυσιακοῦ καὶ τοῦ Ἰουστινιανδῦ καὶ τοὺς ὡρολόγους καὶ τοὺς ζαράβας (7), καὶ ὅστις ἐξ αὐτῶν λείψῃ, ἔχει ἐξουσίαν ποιεῖν ἀννισηκοῦντας, καὶ λαμβάνει ν. ρ' (8) συνήθειαν αὐτῶν, εἰς μὲν τοὺς πριμικηρίους ιθ', καὶ εἰς τοὺς διαιταρίους καὶ λοιποὺς ἀνὰ ν. ς', λαμβάνουσι δὲ καὶ οἱ πριμικήριοι ν. α', καὶ ὁ λαὸς ε'. Ἐπέχει δὲ καὶ ὁ δεύτερος τὰ σελλία καὶ τοὺς διαιταρίους καὶ τὸν πριμικήριον αὐτῶν καὶ τὰ στέμματα καὶ τὰς ἐσθῆτας τῶν βασιλέων καὶ τὰ βῆλα τοῦ χρυσοτρικλίνου καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν ἀλλαξίμων καὶ τοὺς βεστήτορας σὺν τῶν πριμικηρίων αὐτῶν καὶ τὰ σκεύη τῶν ἀξιωμάτων (9) καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν ἀξιωμάτων (10), οἳ καὶ συνάγουσιν τὰ ἀξιώματα παρὰ τῶν λαμβανόντων τὰς ἀξίας. Καὶ ὅστις ἐξ αὐτῶν λείψῃ, ἵνα παρέχει ὁ μέλλων γίνεσθαι τὰς συνηθείας τῷ δευτέρῳ, καθὼς καὶ ὁ παπίας λαμβάνει. Εἰς δὲ τὰς προελεύσεις ἵνα συνάγονται οἱ βεστήτορες καὶ οἱ πριμικήριοι πάντες, καὶ βαστάζουσιν τὰ κορνίκλια σὺν τοῖς στέμμασιν. Συνάγεσθαι δὲ τοὺς ἀμφοτέρων διαιταρίους καὶ βαστάζειν εἰς τὰς προελεύσεις τὰ ταβλία (11) τὰ βασιλικὰ μετὰ τῶν ἀλλαξίμων. Ἀκολουθεῖν δὲ εἰς τὰς προελεύσεις τοὺς ῥάπτας τοὺς βασιλικοὺς καὶ τοὺς χρυσοκλαβαρίους καὶ τοὺς χρυσοχοῦς, βαστάζοντες καὶ αὐτοὶ σπαθία τὰ βασιλικὰ εἰς τὰς θήκας αὐτῶν (12). Καὶ λαμβάνειν αὐτοὺς παρὰ τοῦ βαρβάρου (13) μαϊουμᾶν εἰς τὰ πρόκενσα. Λαμβάνειν δὲ καὶ ξύλον τὸν παπίαν τῇ ἑβδομάδι [88] πίσ-

A impeditus nequeat [e palatio cum cruce] exire papias, exit deuterus, et quidquid stipis inde collegerit, id partiuntur æqualiter, ipse atque papias. Habet autem papias sub inspectione sua diætarios per sex [magni jejunii] septimanas ; et oleum fornicum chrysotriclinii et candelarum accensores. Oleum vero multifidi candelabri, quod in medio chrysotriclino suspensum est, et reliquorum polycandelorum, ipsi candelaptæ sufficiunt. 420 Curat etiam balneatores, et caminorum calfactores, et candelaptas lausiaci atque Justiniani, item horologos et zarabas. Quisquis eorum munere decesserit, habet præpositus potestatem eorum in locum alios substituendi, et accipit ab ipsis certum pecuniæ numerum in consuetudinem ; a primiceriis nempe nummos 19, et a singuliis diætariis et B reliquis senos nummos. Accipiunt etiam primicerii unum et populus seu cætera turba. In universum deuterus curat regitque sellas seu thronos imperiales, et diætarios et primicerium ipsorum ; et stemmata seu infulas, et vestes imperiales, et vela chrysotriclinii, et qui a mutatoriis sunt, et vestitores eorumque primicerios, et vestes axiomatum [seu quibus recens honorati investiuntur,] et eos, qui sunt ab axiomatibus, qui nempe exigunt et collectant axiomata vel consuetudines pro novis dignitatibus ab bonoratis dandas. Quisquis horum munere suo decesserit, in ejus locum sufficiendi alium facultas est deutero, debetque ipsi novo munere mactandus tantumdem, quantum modo dicebamus papiæ deberi. In processionibus id curæ est C deutero, ut coeant vestitores et primicerii omnes, et ferant corniclia seu capsulas vel pyxides cum coronis intus repositis ; item ut coeant omnium

VARIÆ LECTIONES

[88] τῇ ἑβδομάδα cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

ἐπεχουσας appellat. Hinc inferius p. 423 legimus episcopos ἐπεχομένους, qui sub inspectione archiepiscopi aut metropolitani sunt. Apud Cedrenum p. 547 dicitur philosophia πάντων ἔποχος, quod potest verti *rebus omnibus exaltior* et *rebus omnibus invigilans, imperans*, leges præscribens. Valde luculentus est locus Procopii Vandal. l. I, p. 102 ed. Hoesch., ubi narrans de insolentia Vandalorum et Arianorum erga ecclesias et sacerdotes orthodoxorum, τοὺς ἱερέας, οὓς ἂν λάβοιεν, ἐῤῥάπιζόν τε καὶ ξαίνοντες κατὰ τοῦ νώτου πολλὰς, ὑπηρετεῖν σφισιν ἐκέλευον, ὅσα δὴ ἐπέχειν [id est ἐπιτάττειν, ἐπιστέλλειν] τῶν οἰκετῶν τοῖς ἀτιμοτάτοις εἰώθεισαν. Pari modo dicunt ἐνέχειν pro *curare, invigilare* alicui rei, ἐνοχή *inspectio*, ἔνοχος *inspector, præfectus* ; v. Du Cange v. Αρχων τῶν Ὠῶτων, ubi legitur : ὁ ἔχιον τὴν ἐνοχὴν τῶν νεοφωτίστων.

(5) Forte intelliguntur sex septimanæ quadragesimalis jejunii.

(6) Ψίαθος et ψιάδιον est *storea, matta et junco plexa*. Quæ quid huc faciat non video. Καμινάδες quoque sunt *camini*, non *caminorum calfactores* ; atqui hos videtur loci nexus requirere. F. tamen καμινάδες sic dicti ut βαλαντάδες p. 463, ubi vide.

(7) Barbaricum esse hoc vocabulum, liquet ; ad quam vero nationem pertineat, non novi. Arabica lingua nihil hic commodi præstat. Est quidem in ea *Zarrab, percussor pulsator*, et posset ergo de pulsatore τοῦ σημάντρου seu ligni horas precum et conventus in ecclesiam indicantis accipi. Verum videtur hoc officium ad τοὺς ὡρολόγους pertinuisse, a quibus hi Zarabæ diversi nominantur ; et *Zarrab* non in specie pulsatorem talis ligni, sed rei cujuscunque tandem, ut cursorem monetæ, percussorem tympani, etc., notat.

(8) Quid sibi hic loci velit hoc compendium, non exputo. Solet alias *centenarium* seu massam centum auri librarum significare ; quod tamen huc non quadrare, ultro patet. *Miliaresia* in Latinis substitui ex conjectura.

D (9) Supellex axiomatum sunt e. c. virgæ aureæ ostiariorum et silentiariorum, codicilli et tabulæ eburneæ patriciorum, torques candidatorum, etc.

(10) Hinc ut ex illo proxime sequente ο ἵκαὶ συνάγουσι τὰ ἀξιώματα ἀπὸ τῶν λαμοανόντων τὰς ἀξίας apparet, ἀξιώματα hic notare idem, quod notant αἱ συνήθειαι, consuetudines, taxæ solvendæ pro novo munere.

(11) Non hic de tabliis seu prætextis vestimentorum cogitandum, sed sunt tabulæ vel areæ vestiariæ vastæ, latæ, formæ quadratæ, cum τὰ κορνίκλια sint pyxides cylindricæ.

(12) Non enim nudis gladiis, sed in Vagina conditis astabant protectores principibus et archontibus, ut exemplo memorabili Ardeschiris apud Procopium Vandalic. I. II, sub finem, p. 162, ed. Hœschel.

(13) Quis hic sit *barbarus*, fateor me nescire. Si

[palatiorum puta] diætarii, et gerant in processionibus tabulas imperialibus mutatoriis onustas; item ut processiones sequantur sutores imperiales et auroclavarios et aurifabros. Officium quoque deuterorum est, ut spathas imperiales vaginis suis reconditas gerant, et a barbaro [seu capitaneo hetæriæ] majumam nomine processionum accipiant. Debet etiam papias lignum in septimana vice una et deuterus quoque vice una accipere. Hæc omnia custodiri, observari et peragi oportet, neque turbari, sed firma et immota manere, quemadmodum pia et Deo plena majestas nostra constituit, itemque antiquis temporibus qui ante nos pie regnarunt, qua par erat, ordinarunt.

A σαν μίαν, καὶ τὸν δεύτερον πίσσαν μίαν. Ταῦτα δὲ πάντα φυλάττεσθαι, τηρεῖσθαί τε καὶ πράττεσθαι ἀπαρασάλευτα καὶ διαμένειν βέβαια, καθὼς ἡ εὐσεβὴς καὶ ἔνθεος βασιλεία ἡμῶν ἐξέθετο, ὡς καὶ ἐξ ἀρχαίων τῶν χρόνων παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν εὐσεβῶς βασιλελσάντων δικαίως ἐξετέθη.

De dignitatibus quas eunuchi solo imperatoris edicto consequuntur.

Novem proprie et stricte sunt tales dignitates: domini paracœmomenus seu accubitor; domini protovestiarius; præfectus mensæ domini; præfectus mensæ imperatricis; papias magni palatii; deuterus magni palatii; pincerna Augustæ; papias magnaurææ et papias Daphnes. Possunt tamen in universum eunuchi dignitates omnes obtinere, quas barbati, præter eparchi seu præfecti urbis et quæstoris et domesticorum dignitates.

Ὅσαι διὰ βασιλικοῦ λόγου προσγίνονται τούτοις ἀξίαι.

Αἱ δὲ λόγῳ προσγινόμεναι τούτοις ἀξίαι εἰσὶ καὶ αὗται τὸν ἀριθμὸν κυρίως θ'· ὁ παρακοιμώμενος τοῦ δεσπότου. ὁ πρωτοβεστιάριος τοῦ δεσπότου, ὁ B ἐπὶ τῆς τραπέζης τοῦ δεσπότου, ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης τῆς Αὐγούστης. ὁ παπίας τοῦ μεγάλου παλατίου, ὁ δεύτερος τοῦ μεγάλου παλατίου, ὁ ἐπιγκέρνης τοῦ δεσπότου, ὁ πιγκέρνης τῆς Αὐγούστης, ὁ παπίας τῆς μανναύρας, ὁ παπίας τῆς Δάφνης. ἀλλὰ μὴν καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι, ὅσαι καὶ τοῖς βαρβάτοις προσγίνονται, πλὴν τῆς τοῦ ἐπάρχου καὶ κυέστωρος καὶ δομεστίκων ἀξίας·

421 Caput II.

Has igitur omnes dignitates utriusque generis, tam re et solemnibus cum cæremoniis, quam verbis attributas cum studeamus distincto perpicuoque et accurato sermone persequi, æquum non putamus, o amici, cum dictis tractationi finem imponere, sed potius necesse videtur, ut, (quod maxime nobis indagandum et declarandum erat, et vos a me rogastis), plenam omnibus numeris perhibeamus expositionem de præsessionibus et præcedentiis harum dignitatum. Propterea repetituri tanquam in recapitulatione jam dictarum dignitatum nomina, dabimus nunc operam, ut cujusque ordinem et appellationem et propriam sedem perspicue breviterque tanquam in canone quodam aut laterculo declaremus. Oportet enim artoclinam, cujus est dignitates ad sacram mensam assessuras intro vocare, omnes eas probe nosse, sacrorumque imperialium conviviorum cæremonias et directionem gemino modo

Τόμος Β.

Ταύτας οὖν ἁπάσας τὰς ἔργῳ καὶ λόγῳ (14) διδομένας ἀξίας σαφεῖ καὶ ἀκριβεῖ λόγῳ παραστῆσαι σπουδάσαντες, οὐ δίκαιον ἐκρίναμεν, ὦ φίλοι, μέχρι τούτων καταπαῦσαι τὸν λόγον, ἀλλὰ καὶ, ὅ μάλιστα ὑμῖν ζητητέον, τῆς περὶ τῶν καθεδλῶν ἀκριβείας καθάψασθαι καὶ τὴν ὑπόθεσιν εἰς πέρας ἀγάγαι, καθὰ ἐξητήσασθε. Καὶ γὰρ πάλιν ὡς ἐπ' ἀναλήψει C ταῖς λεχθείσαις ἁπάσαις χρησάμενοι τὴν ἑκάστης τάξιν καὶ κλῆσιν καὶ οἰκείαν καθέδραν σαφέστερον ὑμῖν κανονῆσαι ἐπήχθημεν. Δεῖ γὰρ τὸν καλέοντα ἀρτικλίνην ταύτας μὲν ἁπάσας ἀκριβῶς εἰδέναι, ὡς ἔφαμεν, καὶ τὴν τῶν ἱερῶν βασιλικῶν κλητωρίων κατάστασιν διττῶς ποιεῖσθαι εἰς κόσμησιν, καὶ τῷ μὲν λόγῳ τὴν κλῆσιν τῆς ἑκάστου ἀξίας οἰκείας ἐκφέρειν, τῇ δὲ δεξιᾷ χειρὶ διὰ τοῦ σχήματος προσδεικνύειν τὸν ἑκάστῃ ἁρμόζοντα τόπον, καὶ τὸν μὲν πρωτόκλητον φίλον πρὸς τὸ εὐώνυμον προτρέπεσθαι μέρος (15), ὅπως ἡ τῆς βασιλικῆς ἀξίας (16) ἐπίδο-

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

analogia hic obtinet vocabulorum in nostro frequentium, *hicanatus excubitus*, etc.. pro præfecto hicanatorum, excubitorum, barbarus hic erit præfectus barbarorum seu hetæriæ. Nunquam tamen alias in nostro codice sic appellatur.

(14) Potest hæc dictio significare et honoratos tam per brabeum, qua mero effato regio, et honoratos tam in ipso actu constitutos, quam vacantes, ἐμπράττους καὶ ἀπράττους.

(15) Similis huic locus est p. 55, ubi dicitur: Ὁ πατριάρχην καθέζεται ἐπὶ σελλίου ἐξ ἀριστερᾶς τοῦ βασιλέως. Ergo locus honoratior erat sinistra. Sane adhuc hodie est apud Turcas. *Animadverti*, ait Busbekius, p. 18, *apud eos digniorem haberi locum sinistrum, nisi quid aliud obstaret, quod eam partem gladius honestet et qui sit in parte dextera quodammodo gladium habeat sub manu ejus, qui sinistrum latus claudit, ille vero eum gestet liberum et expeditum.* Observaverat quoque cl. Leichius in Adversariis, notaverat e memoriis Trevoltinis Ann. 1707. p. 822, Abbatem Batelli id libello Romæ A. 1705, edito de Sarcophago marmoreo Probi Anicii et Probæ Falconiæ multa disputasse de more S. Pauli imaginem a dextra et S. Petri a sinistra collocandi, et demonstratum ivisse, sinistram fuisse honoratiorem. Non tamen apud Græcos quoque sinistram fuisse honoratiorem, evinci idoneo argumento potest, cum potius multa sint, quæ dextram illis habitam fuisse honestiorem clare testentur. Sane ubicunque imperator cum patriarcha procederet, semper dextram occupabat. Inter conditiones quibus Justinianus M. Theodahatum in regno Gothorum Italico confirmabat, erat, teste Procopio p. 173, init., et hæc, ut Theodahato nunquam poneretur statua soli, sed semper cum Justiniano, et sic. ut imp. dextram, ipse sinistram teneret. Multa possent talia exempla congeri. Sed parco in re manifesta.

(16) Accipio pro ἀξιώσεως munere, quo quis alterum dignum censet et donat. Cæterum non video, qui possit discus epulis onustus ad sinistram sedenti commodius quam ad dextram sedenti tradi.

σις εὐχερῆς τῷ πρωτοκλήτῳ γένηται φίλῳ, τὸν δὲ ἀπ' αὐτοῦ δεύτερον ἐν τοῖς δεξιοῖς προσκαλεῖσθαι, καὶ λέγειν· « Ὁ πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως, ὁ καῖσαρ, ὁ νωβελήσιμος, ὁ κουροπαλάτης, ὁ βασιλεοπάτωρ, ἡ ζωστὴ πατρικία. » Εἰδέναι δὲ δεῖ, ὅτι αἱ ἓξ αὗται μόναι ἀξίαι ἐν τῇ ἀποκοπτῇ τραπέζῃ συνεστιῶνται τοῖς βασιλεῦσιν (17), αἱ δὲ λοιπαὶ πᾶσαι τῆς δευτέρας ὑπάρχουσι τάξεως (18), οἷον ὁ μάγιστρος, ὁ μάγιστρος (19). Εἰ δέ τις τούτων ὀφφίκιον τετίμηται (20), προκρίνεται τοῦ ἑταίρου, κἂν τάχα ἔσχατος ᾖ. Εἶτα, ὁ ῥαίκτωρ, ὁ σύγκελλος Ῥώμης (21), ὁ σύγκελλος Κωνσταντινουπόλεως. Εἰ δὲ καὶ τῶν τῆς Ἀνατολῆς πατριαρχῶν τύχοιεν [89] σύγκελλοι, προκρίνονται τούτων κατὰ τὰ ἴδια αὐτῶν πατριαρχία, εἶθ' οὕτως ὁ ἀρχιεπίσκοπος Βουλγαρίας, πατρίκιοι εὐνοῦχοι. Ὁ δὲ ὢν ἐξ αὐτῶν ἐν ὀφφικίῳ προκρίνεται τοῦ ἑτέρου. Ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς τῶν Ἀνατολικῶν· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ δομέστικος τῶν σχολῶν· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς τῶν Ἀρμενιακῶν· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς τῶν Θρᾳκησίων· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ κόμης τοῦ ὀψικίου· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς τῶν βουκελλαπίων· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς Καππαδοκίας· ὁ ἀνθύπατος πα-

A facere, scilicet voce dignitatis cuique singulari viro propriæ appellationem pronuntiare, et simul dextra manu gestuque decoro et consueto competentem cuique suum locum assignare ; amicumque domini eum, qui primus introvocatur, ad sinistram domini manum ablegare, quo nempe sua majestas illi primo vocato eo facilius commodiusque dapes porrigere possit. Secundo autem loco vocatum ad dextram ablegare ; et proclamare hoc tenore : *Patriarche Constantinopoleos ; Cæsar ; Nobilissime ; Curopalata Basileopator ; Zoste patricia.* Hæ nempe sex dignitates solæ simul cum imperatore in mensa apocopta seu privata et a cæteris separata epulantur. Reliquæ autem omnes sunt secundi ordinis, ut magister [primus], magister [secundus] et sic porro. Horum honoratorum si quis officio præterea mactus est, præhabetur alteri ejusdem quidem dignitatis viro, sed officio casso, etiamsi ipse postremus seu promotionis tempore recentissimus sit. Deinde evocatur rector ; syncellus Romæ ; syncellus CPoleos. Syncelli, si qui adsunt, patriarcharum orientalium, præcedunt et sequuntur ordine, quem in ordine ecclesiastico tenet suus cujusque patriarcha. Dein archiepiscopus Bulgariæ ; tum patricii eunuchi. Ho-

B

VARIÆ LECTIONES.

[89] τοίχυεν cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(17) Potest de collega imperii accipi, qualis erat Alexander, frater Leonis, sub quo regnante Cletorologium hoc concinnatum fuit. Cum tamen alias οἱ βασιλεῖς sint Augustus et Augusta, et inter mensæ separatæ membra Patricia Zoste nominetur, quæ erat in aula Augustæ præcipuæ dignitatis femina et post Augustam prima, et prorsus ad officium Augusti nihil faciebat, dicunturque præterea, Augusta ubi nulla esset, celebrari non potuisse convivia XIX accubituum, admodum probabile est, Augustum et Augustam præsedisse, quo accedit, sex tantum dignitates hic recenseri, quæ ad mensam separatam admitterentur ; et tamen ubique per hoc Cletorologium leguntur illi mensæ præter Augustum duodecim assedisse. Forte igitur aderant summorum illorum principum uxores et maritus Patriciæ Zostæ. Non ausim tamen hoc affirmare, recogitans summum aut fastum aut verecundiam Augustarum, quæ oppido raro proceribus se spectatum dabant. Et præterea non semper aderant Basileopatores, neque nobilissimi.

Et quod præcipuum est, Augustæ eodem modo. et iisdem temporibus, quo Augusti, conviviis solemnibus excipiebant uxores eorum procerum, quos Augustus penes se convivas haberet, v. ad p. 172 et p. 227. Etiam in convivio principis Moldaviæ, quo clerum et proceres suos excipit, et quod in multis cum solemnibus veterum impp. CPtanorum conviviis convenit, ut possit eorum imago merito dici, principissa non adest. Describit illud convivium La Croix in *l'Etat présent de l'Eglise Grecque*, l. I, c. 15, quem totum locum, quia Cletorologium hoc nostrum egregie illustrat, non pigebit contulisse. Colligas quidem e loco Nicetæ p. 232, feminas quoque regii sanguinis cum imperatore epulatas fuisse. Sed ille ibi de privatis epulis, non de publicis statis conviviis loquitur.

(18) Satis hæc verba indicant, reliquarum omnium dignitatum nullam ad separatam mensam fuisse admissam. Atqui tamen contrarium toties deinceps asseveratur.

(19) Credebam aliquando secundum ὁ μάγιστρος vitiose iteratum esse. Certe p. 423, tantum semel nominatur magister. Verum potest librarius defendi. Nam et alibi nostri Codicis memorantur duo magistri, quorum unus videtur in parte Augusti majoris, alter in parte minoris, aut potius unus in parte Augusti, alter in parte Augustæ fuisse. Luitprando ad XXIV diversa officia primi ordinis aulæ Byzantinæ cum præposito magistri nomine recensenti in Historia derogare fidem nolim.

C

Forte illa ætate, qua CPli ille erat prima vice, circa A. C. 947, magistri nomen præmittebatur primariis quibusque dignitatibus. In nostro tamen codice semper hic tenor obtinet *patricius* et *anthypatus* ille vel ille. Tempore post titulus prohedri in usum veniebat, *prohedrus et protovestiarius*, *prohedrus et canicleus*, et sic porro.

(20) Atqui magister officiorum non mera dignitas, sed ipum officium unum de præcipuis erat. Τούτων itaque non de magistris, de quibus proxime præcessit sermo, sed de ταῖς λοιπαῖς τάξεσιν accipiendum, quæ deinceps nominantur : ut patricius in officio constitutus, etiamsi recens creatus, præcedit patricio officium non gerenti, etiamsi veteri.

D

(21) Quamvis sæculo X rarius CPlin irent legati pontificis Romani, quam sæc. V et VI cum adhuc imp. CPtano Roma pareret, nonnunquam negotiis expediundis Roma illuc legati mittebantur, syncelli seu vicarii Pontificum plerumque. Cardinales enim tum nondum valde frequentes erant, quamvis noti jam essent, ut patet e Nostro p. 428. Rarius quidem legitur nomen syncellorum sedis Romanæ ; fuisse tamen illi quoque suos syncellos, et ex hoc loco et ex aliis patet, quæ Du Cange v. *Syncellus* collegit. Docet quoque Noster, Romanæ sedis clerum CPtano præhabitum, ordinem scilicet quemque suo pari, fuisse.

rum quisquis officio honoratus est, præfertur alteri [non honorato alia præter patriciatum dignitate]. Tum sequuntur hoc ordine : Proconsul patricius et strategus Anatolicorum seu Orientalium; pronconsul patricius et domesticus scholarum ; proconsul patricius et strategus Armeniacorum ; proconsul patricius et strategus Thracesiorum ; proconsul patricius et comes opsicii ; proconsul patricius et strategus Bucellariorum ; proconsul patricius et strategus Cappadociæ ; proconsul patricius et strategus Charsiani ; proconsul patricius et strategus Coloniæ ; proconsul patricius et strategus Paphlagoniæ ; proconsul patricius et strategus Thraciæ ; proconsul **422** patricius et strategus Macedoniæ ; proconsul patricius et strategus Chaldiæ ; proconsul patricius et strategus et domesticus excubitorum ; proconsul patricius et eparchus seu præfectus Urbis ; proconsul patricius et strategus Peloponnesi ; proconsul patricius et strategus Nicopoleos ; proconsul patricius et strategus Cibyrrhæotarum ; proconsul patricius et strategus Græciæ ; proconsul patricius et strategus Siciliæ ; proconsul patricius et strategus Strymonis ; proconsul patricius et strategus Strymonis ; proconsul patricius et strategus Cephaleniæ ; proconsul patricius et strategus Thessalonicæ ; proconsul patricius et strategus Dyrrachii ; proconsul patricius et strategus Sami ; proconsul patricius et strategus Ægæi maris, proconsul patricius et strategus Dalmatiæ ; proconsul patricius et strategus Chersonis ; proconsul patricius et sacellarius ; proconsul patricius et genicus logothetes vel generalis rationalis ; proconsul patricius et quæstor ; proconsul patricius et logothetes rei militaris ; proconsul patricius et drungarius vigiliæ ; proconsul patricius et drungarius rei maritimæ ; proconsul patricius et logothetes cursus ; proconsul patricius et logothetes gregum ; proconsul patricius et domesticus hicanatorum ; proconsul patricius et domesticus numerorum ; proconsul patricius et domesticus optimatum ; proconsul patricius et comes castrorum ; proconsul patricius et chartularius sacellii ; proconsul patricius et chartularius vestiarii ; proconsul patricius et chartularius caniclii ; proconsul patricius et protostrator ; proconsul patricius et protasecretis ; proconsul patricius et comes stabuli ; proconsul patricius et præfectus idici vel rei privatæ ; proconsul patricius et magnus curator ; proconsul patricius et curator palatii manganorum ; proconsul patricius et magister supplicationum ; proconsul patricius et præfectus orphanotropheorum ; proconsul patricius et demarchus Venetorum ; proconsul patricius et demarchus Prasinorum. **423** Quod si autem, qui hæc officia gerunt, non omnes simul proconsules quoque fuerint, sed in nudo patriciatu suam aliqui dignitatem, sive strategi, sive domestici, sive officialis alterius, adierint, talibus præfe-

A τρίκιος καὶ στρατηγὸς τοῦ Χαρσιανοῦ· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς Κολωνείας· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς Παφλαγωνίας· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς τῆς Θρᾴκης· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς Μακεδονίας· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς Χαλδίας· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς καὶ δομέστικος τῶν ἐξκουβιτόρων· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ ἔπαρχος τῆς πόλεως· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς Πελοποννήσου· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς Νικοπόλεως. ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς τῶν Κιβυρραιωτῶν· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς Ἑλλάδος· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς Σικελλίας· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς Στρυμῶνος· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ
B στρατηγὸς Κεφαληνίας· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς Θεσσαλονίκης· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς τοῦ Δυρραχίου· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς τῆς Σάμου· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς τοῦ Αἰγαίου πελάγους· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς Δαλματίας· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς Χερσῶνος· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ σακελλάριος· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ γενικὸς λογοθέτης· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ κυέστωρ· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ λογεθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ δρουγγάριος τῆς βίγλης· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ δρουγγάριος τῶν πλοίμων· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ λογοθέτης τοῦ δρόμου· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ λογοθέτης τῶν ἀγελῶν· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ
C δομέστικος τῶν ἱκανάτων· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ δομέστικος τῶν νουμέρων· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ δομέστικος τῶν ὀπτημάτων· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ κόμης τῶν τειχέων· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ χαρτουλάριος τοῦ σακελλίου· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ χαρτουλάριος τοῦ βεστιαρίου· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ χαρτουλάριος τοῦ κανικλείου· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ πρωτοστράτωρ· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ πρωτοασηκρήτης· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ κόμης τοῦ στάβλου· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ ἐκ προσώπου τῶν θεμάτων· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ ἐπὶ τοῦ εἰδικοῦ· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ μέγας κουράτωρ· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ κουράτωρ τῶν μαγγάνων· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ ἐπὶ τῶν δεήσεων· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος
D καὶ ὀρφανοτρόφος· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ δήμαρχος Βενέτων· ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ δήμαρχος Πρασίνων. Εἰ δὲ μὴ εἶεν πάντες ἀνθύπατοι οἱ ἐν τοῖς ὀφφικίοις τεταγμένοι, ἀλλ' ἐν μόνῃ τῇ τῶν πατρικίων ἀξίᾳ τὰ στρατηγάτα [90] ἢ τὰ δομεστικάτα ἢ τὸ ὀφφίκια προσελάβοντο. οἱ μὲν λιτοὶ ἀνθύπατοι τῶν ἐν τοῖς ὀφφικίοις τεταγμένων πατρικίων ἐν ταῖς καθέδραις προκρίνονται, δηλονότι ἕκαστος αὐτῶν κατὰ τὴν ἐπίδοσιν τοῦ κωδικέλλου αὐτοῦ τῷ βαθμῷ προτιμώμενος, πλὴν τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀνατολικῶν καὶ τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν· οὗτοι γὰρ μόνοι, καὶ μὴ ὄντες ἀνθύπατοι, ἐν τῇ καθέδρᾳ τῶν ἀνθυπά-

VARIÆ LECTIONES.

[90] στρατηγάτα em. R., στρατηγήματα cod. et ed.

των ὑπερέχουσιν ἅπαντας. Εἰ δέ τινες ἐξ αὐτῶν, εἴτε ἐκ τῶν ἀνθυπάτων, εἴτε ἐκ τῶν λιτῶν πατρικίων, ἢ εἰς στρατηγάτα ἀνήχθησαν, εἴτε ἐν ἄλλῳ τῳ διὰ λόγου προσγινομένῳ ἀξιώματι, ἕκαστος αὐτῶν κατὰ τὴν τοῦ ὀφφικίου οἰκείαν δόξαν καὶ τῆς καθέδρας ἀπολαύει. Οὐ μὴν δὲ κατὰ τὴν τάξιν τοῦ βαθμοῦ τῆς ἐπιδόσεως τοῦ κωδικέλλου κἂν τάχα τύχῃ ὁ ἔσχατος τῷ βαθμῷ προκριθῆναι τοῦ πρώτου ἐν οἱῳδήποτε ὀφφικίῳ τῷ διὰ λόγου προσγινομένῳ. Εἰ δὲ καὶ παγανοι τύχοιεν χωρὶς ὀφφικίων πατρίκιοι, ὑποπίπτουσι τοῖς τὰ ὀφφίκια ἔχουσι πατρικίοις. Εἰ δέ τις ἐκ τῶν λεχθέντων ὀφφικίων διαδεχθῇ, κατὰ τὸν πρῶτον βαθμὸν τῆς τάξεως τοῦ κωδικέλλου αὐτοῦ ἀναστραφήσεται ἐν τῇ κλήσει. Κλητωρεύονται δὲ ἅπαντες οὕτως· A runtur quoad sessionem simplices proconsules, ita nempe, ut gradum hi teneant secundum tempus traditorum sibi codicillorum; exceptis solis stratego Anatolicorum et domestico scholarum. Hi enim soli, etiamsi proconsules non fuerint, sessione tamen præhabentur proconsulibus omnibus. Si quis autem, eorum, proconsulum puta patriciorumve simplicium, ad strategi dignitatem ullumve aliud eorum officiorum promoveatur, quæ solo domini edicto impetrantur: tunc sedet eorum unusquisque in loco non eo, quem ut proconsul patriciusve obtineret, sed eo quem officii sui gloria et auctoritas deposcit; non tamen secundum ordinem gradus traditorum codicillorum. Contingat enim quocunque tandem officio eorum, quæ per mandatum impertiuntur, ut qui juxta tempus promotionis ultimus deberet esse, præcedat eum, qui promotorum antiquissimus est. Si qui autem pagani sint, hoc est officiis cassi, patricii, cedunt gradu patriciis officia gerentibus. Si quis in dictorum officiorum aliquo successorem nactus fuerit, procedetur cum eo in evocatione secundum gradum qui antea ipsi competebat ex ordine codicilli sui. Omnes autem introvocantur hoc modo.

Τόμος Γ'. — Τῆς [91] τῶν διαφόρων ἀξιωμάτων καθολικῆς καθέδρας· B Caput III. — *De sessione dignitatum in universum.*

Ὁ μάγιστρος· ὁ ῥαίκτωρ· ὁ σύγκελλος· ὁ πατρίκιος καὶ πραιπόσιτος· οἱ πατρίκιοι οἱ εὐνοῦχοι· οἱ ἀνθύπατοι πατρίκιοι καὶ στρατηγοὶ κατὰ τὰ στρατηγάτα ἢ τὰ ὀφφίκια αὐτῶν· ἀνθύπατοι πατρίκιοι λιτοὶ κατὰ τοὺς κωδικέλλους αὐτῶν· πατρίκιοι στρατηγοὶ κατὰ τὰ στρατηγάτα αὐτῶν ἢ τὰ ὀφφίκια αὐτῶν· ὁ πραιπόσιτος μὴ ὢν πατρίκιος (εἰ δὲ καὶ ἐν ὀφφικίῳ τετίμηται, προκρίνεται τοῦ ἑτέρου). ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ στρατηγὸς τῶν Ἀνατολικῶν. ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ δομέστικος τῶν σχολῶν· οἱ πρωτοσπαθάριοι στρατηγοὶ τῶν Ἀνατολικῶν θεμάτων κατὰ τὰς στρατηγίας αὐτῶν· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ δομέστικος τῶν ἐξκουβιτόρων· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ ἔπαρχος τῆς πόλεως· οἱ πρωτοσπαθάριοι καὶ στρατηγοὶ τῶν θεμάτων τῆς Δύσεως κατὰ τὰ στρατηγάτα αὐτῶν· οἱ μητροπολῖται· οἱ ἀρχιεπίσκοποι κατὰ τοὺς θρόνους αὐτῶν· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ σακελλάριος· οἱ ἐπίσκοποι οἱ ἐπεχόμενοι· πριμικήριοι εὐνοῦχοι τοῦ κουβουκλείου (εἰ δὲ καὶ πρωτοσπαθάριοί εἰσιν, προκρίνονται τῶν λιτῶν πριμικηρίων· εἰ δὲ καὶ ὀφφίκια προσελάβοντο, καὶ εἶθ' οὕτως προκρίνονται τῶν λοιπῶν)· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ λογοθέτης τοῦ γενικοῦ· οἱ ὁστιάριοι τοῦ κουβουκλείου· (εἰ δὲ καὶ ὀφφίκια ἔχοιεν, προκρίνονται τῶν ὁμοτίμων)· ὁ κυέστωρ καὶ μὴ ὢν πρωτοσπαθάριος· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ δρουγγάριος τῆς βίγλης· ὁ οἰκονόμος τῆ Μεγάλης Ἐκκλησίας, καθὰ τὰ νῦν ἐτιμήθη· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ λογοθέτης τοῦ δρόμου· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ δρουγγάριος τῶν πλοίμων· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ λογοθέτης τῶν ἀγελῶν· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ ἐπὶ τῶν βασιλικῶν· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ δομέστικος τῶν ἱκανάτων· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ δομέστικος τῶν νουμέρων· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ δομέστικος τῶν ὀπτημάτων· ὁ πρωτο-

Primus sedet magister, tum rector, dein syncellus; patricius et præpositus idem; patricii eunuchi; proconsules patricii et strategi secundum strategata, id est, præturas aut provincias suas aut officia sua; proconsules patricii simplices secundum æram codicillorum suorum; patricii strategii [et officiales, qui non sunt simul proconsules] secundum strategata sua aut officia sua; præpositus qui non est patricius; si autem simul officio fungitur, præit alteri [idem officium gerenti]; protospatharius et strategus Anatolicorum; protospatharius et domesticus scholarum; protospatharii et strategi peculiarium per Orientem thematum vel provinciarum secundum ordinem suorum strategatorum; protospatharius et domesticus excubitorum; protospatharius et præfectus Urbis; protospatharii et strategi thematum Occidentis ex ordine suorum strategatorum; metropolitani; archiepiscopi secundum thronos vel sedes suas; protospatharius et sacellarius; episcopi sub inspectione superiorum pontificum constituti; primicerii eunuchi cubiculi; 424 qui si simul sunt protospatharii, præferuntur simplicibus primicerlis, idemque obtinet de iis, qui alia præterea officia gerunt; protospatharius et logothetes genici; ostiarii cubiculi, qui si simul officiis fungantur, præhabentur collegis suis; quæstor, etiamsi protospatharius non sit; protospatharius et logothetes fisci militaris; protospatharius et drungarius vigiliæ; œconomus Magnæ Ecclesiæ, ut hoc tempore gradum tenet; protospatharius et logothetes cursus; protospatharius et drungarius cursus; protospatharius et drungarius classiariorum; protospatharius et logothetes gregum; protospatharius et præfectus hominum imperialium seu basilicorum; protospatharius et domesticus hicanatorum; protospatharius et domesticus nume-

C

D

VARIÆ LECTIONES.

[91] περὶ aut διὰ ante τῆς excidisse putat R.

rorum ; protospatharius et domesticus optimatum ; protospatharius et comes castrorum ; protospatharius et chartularius sacelli ; protospatharius et chartularius vastiarii ; protospatharius et chartularius caniclii ; protospatharius et protostrator ; protospatharius et protoasecretis ; protospatharii ex persona, id est repræsentantes, thematum, unusquisque secundum ordinem sui thematis ; protospatharius et comes stabuli ; protospatharius et præfectus idici logi seu rationum privatarum ; protospatharius et magnus curator ; protospatharius et curator manganorum ; protospatharius et magister libellorum supplicum ; protospatharius et orphanotrophus ; protospatharii et cleisurarchæ [seu præfecti limitum, vel et minorum, quam sunt strategata, præfecturarum] ; protospatharius et demarchus Venetorum ; protospatharius et demarchus Prasinorum ; protospatharius et cæremoniarius ; protospatharius et exstrategus Anatolicorum : protospatharius et exdomesticus scholarum ; protospatharii et exstrategi singulorum thematum Orientalium ; protospatharius et exdomesticus excubitorum ; protospatharii et expræfecti ; protospatharii et exstrategi themathum occidentalium ; protospatharii et exquæstores ; protospatharii chrysotriclinii ; qui tamen olim præferebantur exstrategis et expræfectis ; protospatharii judices ; protospatharii de contubernio maglabitarum et articlinæ, protospatharii et archontes stabulorum ; protospatharii et exofficiales, sedum officia, quæ olim tenuerunt ; protospatharii et basilici secundum promotiones suas ; protospatharii et asecretis ; protospatharii urbani ; protospatharii exotici vel suburbani aut et provinciales. Quod si autem non omnes illi fuerint protospatharii, qui dignitates per mandatum obtingentes tenent, quantum quidem ad strategum provinciarum Orientalium et Occidentalium attinet, hi, quandoquidem **425** dignitate gaudent, ideo quod cum ea brabeum simul non acceperint, non cedunt sede et præcedentia suis provinciis conveniente ; sed eam sedem obtinent, quæ suis provinciis assignata est. Præfectus urbis et quæstor pari jure fruuntur. Reliqui autem omnes dignitatum insignibus simul et officiis honorati semper illis præhabentur, qui secum eadem insignia dignitatum, sed absque officiorum muneribus, obtinuerint. In ordine autem officiorum quisque locum sibi proprium occupat. Post protospatharium classem introducitur secunda, nempe spatharocandidatorum [seu spatharium et candidatorum], ut qui simul spa-

A σπαθάριος καὶ κόμης τῶν τειχέων· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ χαρτουλάριος τοῦ σακελλίου· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ χαρτουλάριος τοῦ βεστιαρίου· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ χαρτουλάριος τοῦ κανικλείου· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ πρωτοστράτωρ· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ πρωτοασηκρήτης· οἱ πρωτοσπαθάριοι ἐκ προσώπου τῶν θεμάτων κατὰ τὸ ἴδιον ἑκάστου θέμα· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ κόμης τοῦ στάβλου· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ ἐπὶ τοῦ εἰδικοῦ λόγου· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ μέγας κουράτωρ· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ κουράτωρ τῶν μαγγάνων· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ ἐπὶ τῶν δεήσεων· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ ὀρφανοτρόφος· οἱ πρωτοσπαθάριοι καὶ κλεισουράρχαι· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ δήμαρχος τῶν Βενέτων· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ δήμαργος τῶν Πρασίνων· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ

B ἐπὶ τῆς καταστάσεως· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ ἀπὸ στρατηγῶν τῶν Ἀνατολικῶν· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ ἀπὸ δομεστίκων τῶν σχολῶν· οἱ πρωτοσπαθάριοι καὶ ἀπὸ στρατηγῶν τῶν Ἀνατολικῶν θεμάτων· ὁ πρωτοσπαθάριος καὶ ἀπὸ δομεστίκων τῶν ἐξκουβιτόρων· οἱ πρωτοσπαθάριοι καὶ ἀπὸ ἐπάρχων· οἱ πρωτοσπαθάριοι καὶ ἀπὸ στρατηγῶν τῆς δύσεως· οἱ πρωτοσπαθάριοι καὶ ἀπὸ κυεστόρων (οἱ πρωτοσπαθάριοι τοῦ χρυσοτρικλίνου προεκρίθησαν πάλαι [90] τῶν ἀπὸ στρατηγῶν καὶ ἀπὸ ἐπάρχων)· οἱ πρωτοστραθάριοι καὶ κριταί· οἱ πρωτοσπαθάριοι τοῦ μαγλαβίου καὶ ἀρτικλῖναι· οἱ πρωτοσπαθάριοι καὶ ἄρχοντες τῶν στάβλων· οἱ πρωτοσπαθάριοι καὶ ἀπὸ ἀφφικίων κατὰ τὰ ποτε ὀφφίκια αὐτῶν· οἱ πρωτοσπαθάριοι καὶ βασιλικοὶ κατὰ τὰς προβολὰς αὐτῶν· οἱ πρωτοσπαθάριοι καὶ ἀσηκρῆται· οἱ πρῶτοσπαθάριοι οἱ διὰ πόλεως· οἱ πλωτοσπαθάριοι οἱ ἐξωτικοί.

C Εἰ δὲ μὴ εἶεν πάντες πρωτοσπαθάριοι, καὶ τὰς διαλόγου προσγινομένας ἀξίας κατέχουσιν, οἱ νῦν στρατηγοί, τῆς τε Ἀνατολῆς καὶ τῆς Δύσεως οὐχ ὑποπίπτουσιν τῆς ἤδη λαχούσης αὐτῶν τῶν θεμάτων καθέδρας διὰ τὴν ἐλάττωσιν τοῦ βραβείου αὐτῶν, ὑπάρχοντος ἀξιώματος, ἀλλ' ἐν τῇ τάξει, ᾗ ἐτάχθησαν, κατὰ τὸ οἰκεῖον θέμα καθέζονται. Ὡσαύτως οὖν καὶ ὁ ἔπαρχος πόλεως καὶ ὁ κυαίστωρ. Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ὀφφικιάλιοι ἐν τοῖς ὁμοτίμοις τῶν διὰ βραβείων διδομένων ἀξιωμάτων προτετίμηνται. Ἐν δὲ τῇ τάξει τῶν ὀφφικίων ἕκαστος αὐτῶν τὴν οἰκείαν τάξιν λαμβάνει. Μετὰ δὲ τῆς τῶν πρωτοσπαθαρίων τιμῆς δευτέρα ἡ τῶν σπαθαροκανδιδάτων εἰσάγεται τάξις, οἷον σπαθαροκανδιδάτοι καὶ ὀφφικιάλιοι κατὰ

D τὰ ὀφφίκια αὐτῶν· οἱ σπαθαροκουβικουλάριοι τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος· σπαθαροκουβικουλάριοι τοῦ κουβουκλείου· πρεσβύτεροι (22) οἱ βασιλικοί· οἱ πρεσβύτεροι καὶ ἡγούμενοι καὶ πρεσβύτεροι τῆς ἐκκλη-

VARIÆ LECTIONES

[90] πάλαι effecit R. ex incerto cod. compend.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(22) Vox hæc bis hic legitur, ut puto, otiose. Quæ secundo loco est, eam aut delendam, nullo dato successore, aut si cum alia permutari debet, pro ea sufficiendum ἀββάδες, *monachi*, putem. Et præterea τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας leg. Attamen p. 425, quoque legitur τῆς ἐκκλησίας, absque μεγάλης, ubi nulla alia, quam Magna Ecclesia seu S. Sophia intelligitur. Huc quoque refero dictionem τῶν οἴκων p. 417, ubi dubium, βασιλικῶν, an εὐαγῶν subintelligi debeat. Monachos ad Magnam Ecclesiam pertinuisse constat. Ubi autem sunt monachi, ibi quoque presbyteri et hegumeni locum habent.

σίας· οἱ σπαθαροκανδιδάτοι καὶ ἀπὸ στρατηγῶν· οἱ σπαθαροκανδιδάτοι τοῦ χρυσοτρικλίνου· οἱ σπαθαροκανδιδάτοι οἱ οἰκειακοὶ καὶ κριταί· οἱ σπαθαροκανδιδάτοι καὶ μαγλαβῖται καὶ ἀρτικλῖναι· οἱ σπαθαροκανδιδάτοι οἱ ἀπὸ ὀφφικίων, οἱ σπαθαροκανδιδάτοι οἱ οἰκειακοὶ τοῦ λαυσιακοῦ· οἱ σπαθαροκανδιδάτοι καὶ ἀσηκρῆται· οἱ σπαθαροκανδιδάτοι καὶ κλεισουράρχαι· οἱ σπαθαροκανδιδάτοι καὶ τουρμάρχαι τῶν φοιδεράτων (23)· οἱ σπαθαροκανδιδάτοι καὶ τουρμάρχαι Λυκαονίας καὶ Παμφυλίας· οἱ σπαθαροκανδιδάτοι καὶ τοποτηρηταὶ των σχολῶν· οἱ σπαθαροκανδιδάτοι καὶ τουρμάρχαι τῶν τῆς Ἀνατολῆς θεμάτων κατὰ τὰ θέματα αὐτῶν· ὁ σπαθαροκανδιδάτος καὶ τοποτηρητὴς τῶν ἐξκουβιτόρων· οἱ σπαθαροκανδιδάτοι καὶ τουρμάρχαι τῶν θεμάτων τῆς Δύσεως· ὁ σπαθαροκανδιδάτος καὶ τοποτηρητὴς τοῦ ἀριθμοῦ· οἱ σπαθαροκανδιδάτοι καὶ τουρμάρχαι τῶν πλοΐμων· ὁ σπαθαροκανδιδάτος καὶ τοποτηρητὴς τοῦ πλοΐμου· ὁ σπαθαροκανδιδάτος καὶ τοποτηρητὴς τῶν ἱκανάτων· ὁ σπαθαροκανδιδάτος καὶ τοποτηρητὴς τῶν νουμέρων· ὁ σπαθαροκανδιδάτος καὶ τοποτηρητὴς τῶν ὀπτημάτων· ὁ σπαθαροκανδιδάτος καὶ τοποτηρητὴς τῶν τειχέων· οἱ σπαθαροκανδιδάτοι οἱ διὰ πόλεως καὶ οἱ τῶν σεκρέτων· οἱ δισύπατοι κατὰ τὰς τάξεις αὐτῶν. Εἰ δὲ μὴ εἶεν οὗτοι σπαθαροκανδιδάτοι, ταῖς μὲν διὰ βραβείων ἀξίαις ὑποπιπτέτωσαν, ἐν δὲ τοῖς τοῦ βαθμοῦ αὐτῶν ὀφφικίοις ἀκολούθως τιμάσθωσαν. Εἶθ' οὕτως τῶν σπαθαρίων εἰσάγεται τάξις, οἷον οἱ κουβικουλάριοι τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος· οἱ κουβικουλάριοι τοῦ κουβουκλείου· οἱ κουβικουλάριοι τοῦ πατριάρχου· ὁ οἰκονόμος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας· οἱ διάκονοι οἱ βασιλικοί· οἱ διάκονοι τῆς ἐκκλησίας· οἱ σπαθάριοι τοῦ χρυσοτρικλίνου· οἱ σπαθάριοι καὶ κριταί· οἱ σπαθάριοι μαγλαβῖται καὶ ἀρσικλίναι· οἱ σπαθάριοι καὶ τουρμάρχαι κατὰ τὰ θέματα αὐτῶν· οἱ σπαθάριοι καὶ τοποτηρηταὶ κατὰ τὰ τάγματα αὐτῶν· οἱ σπαθάριοι καὶ ἀσηκρῆται καὶ ὁ πρωτονοτάριος τοῦ δρόμου· οἱ σπαθάριοι τοῦ σπαθαρικίου· οἱ σπαθάριοι καὶ κόμητες τῆς κόρτης τῶν Ἀνατολικῶν· οἱ σπαθάριοι καὶ κόμητες τῶν σχολῶν· οἱ σπαθάριοι καὶ κόμητες τῆς κόρτης τῶν ἀνατολικῶν θεμάτων κατὰ τὰ θέματα αὐτῶν· ὁ σπαθάριος καὶ σύμπονος τοῦ ἐπάρχου· ὁ σπαθάριος καὶ λογοθέτης τῶν πραιτωρίων· οἱ σπαθάριοι καὶ κόμητες τῆς κόρτης τῶν θεμάτων τῆς Δύσεως κατὰ τὰ θέματα αὐτῶν· οἱ σπαθάριοι καὶ χαρτουλάριοι τοῦ γενικοῦ λογοθέτου· οἱ σπαθάριοι καὶ ἀντιγραφῆς τοῦ κυαίστωρος· οἱ σπαθάριοι καὶ χαρτουλάριοι τοῦ στρατιωτικοῦ λογοθέτου· ὁ σπαθάριος καὶ χαρτουλάριος θέματος [93] τῶν Ἀνατολικῶν· ὁ σπαθάριος καὶ χαρτουλάριος τοῦ τάγματος τῶν σχολῶν· ὁ σπαθάριος καὶ ἀκτουάριος· οἱ σπαθάριοι καὶ χαρτουλάριοι τῶν ἀνατολικῶν θεμάτων· ὁ σπαθάριος καὶ χαρτουλάριος τῶν ἐξκουβίτων· οἱ σπαθάριοι καὶ χαρτουλάριοι τῶν δυτικῶν θεμάτων·

A tharocandidati et officiales sunt, eo introducendi ordine, quem officium quodque sortitum est. Spatharocubicularii sacri cœtonis; spatharocubiculârii cubiculi; presbyteri palatini; presbyteri iidemque hegumeni [monasteriorum]; presbyteri Magnæ Ecclesiæ; spatharocandidati exstrategi; spatharocandidati chrysotriclinii; spatharocandidati domestici judices; spatharocandidati maglabitæ simul et articlinæ iidem; spatharocandidati exofficiales; spatharocandidati domestici lausiaci; spatharocandidati asecretis; spatharocandidati et cleisurarchæ; spatharocandidati et turmarchæ fœderatorum; spatharocandidati et turmarchæ Lycaoniæ et Pamphyliæ; spatharocandidati et topoteretæ scholarum; spatharocandidati et turmarchæ legionum Orientalium secundum earum ordinem; spatharocandidatus et topoteretes excubitorum; spatharocandidati et turmarchæ legionum Occidentalium; spatharocandidatus et topoteretes arithmi; spatharocandidati et turmarchæ classiariorum; spatharocandidatus et topoteretes rei navalis; spatharocandidatus et topoteretes hicanatorum; spatharocandidatus et topoteretes numerorum; spatharocandidatus et topoteretes optimatum; spatharocandidatus et topoteretes castrorum; spatharocandidati urbani; spatharocandidati secretorum, e tandem bisconsules secundum suos ordines. Horum omnium qui spatharocandidati simul non fuerint, succedunt quidem illis sui ordinis, qui insignibus honorum ornati fuerint, id est qui spatharocandidati sint, honore tamen officiis sui gradus debito post illos gaudent, [ita ut spatharocandidatos inferioris gradus præcedant]. Tum introducitur spathariorum classis, ut spatharii cubicularii sacri cœtonis; cubicularii cubiculi; cubicularii patriarchæ; œconomus Magnæ Ecclesiæ; diaconi palatini; diaconi Magnæ Ecclesiæ; spatharii chysotriclinii; spatharii judices; **426** spatharii maglabitæ et articlinæ; spatharii turmarchæ secundum legiones suas; spatharii topoteretæ secundum tagmata sua; spatharii et asecretæ; protonotarius dromi; spatharii spatharicii; spatharii et comites cortis Anatolicorum; spatharii et comites scholarum; spatharii et comites cortis Orientalium legionum secundum earum ordinem; spatharius et assessor præfecti urbis; spatharius et rationalis prætoriorum; spatharii comites cortis legionum Occidentalium secundum earum ordinem; spatharii et chartularii generalis logothetæ; spatharii et magistri scriniorum quæstoris; spatharii et chartularii rationalis fisci militaris; spatharius chartularius thematis Anatoliæ; spatharius chartularius tagmatis scholarum; spatharius et actuarius; spatharii et chartularii peculiarium quarumque legionum Orientalium; spatharius et char-

B

C

D

VARIÆ LECTIONES.

[93] θέματος em. R., θεμάτων cod.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(23) Ita scribitur interdum vox *fœderatorum*, sed rectius φοιδεράτων. Male enim distinguit hos ab illis Goar. ad Cedren. p. 487. Non habeo quæ de fœderatis post Du Cangium in Glossar. Gr. addam.

tularius excubitorum ; spatharii et chartularii legionum Occidentalium ; spatharii et imperiales notarii sacellii ; spatharii et imperiales notarii vestiarii ; spatharii et imperiales notarii idici seu rei privatæ ; spatharii et notarii arcularum publici ærarii ; spatharii et protonotarii magni curatoricii ; spatharii et deuterenoutes seu secundicerii demarchorum ; spatharius, qui prædia imperialia curat ; spatharius et domesticus ministerii triclinaris ; spatharius et zygostates seu libripens ; spatharius aurifaber ; spatharius et archon armamenti seu apothecæ armorum ; spatharii et xenodochi ; spatharii et gerocomi ; spatharii et protonotarii thematum secundum eorum ordinem ; spatharius et œcisticus [seu magister architectorum] ; spatharii urbani et spatharii exotici vel suburbani vel provinciales. Horum omnium officialium, qui munus aliquod gerit, sic tamen, ut simul non sit spatharius, ille succedit quidem illis sui ordinis, qui dignitates cum insignibus acceperunt, attamen gradum officii præ honoratis inferioris ordinis obtinet. Post hos introducitur quarta classis, hypatorum seu consulum, stratorum, candidatorum, mandatorum, vestitorum, apratorum seu honorariorum, tam tagmaticorum seu de ordinibus urbanis, quam thematicorum seu de ordinibus provincialibus, in hunc modum : consules imperiales et chartularii et notarii dictorum supra secretorum seu scriniorum secundum gradus suorum officiorum et scriniorum; consules pagani seu functione et auctoritate cassi ; senatorii ; clerici palatini ; clerici Magnæ Ecclesiæ ; stratores, si qui tum sint, chrysotriclinii ; stratores maglabii, sipariter qui sint ; 427 stratores privati lausiaci et asecretæ ; stratores sacri stratoricii ; stratores ; scribones [vel deputati] excubitorum ; chartularii thematum domestici tagmatis scholarum ; domestici thematum Orientis et Occidentis secundum classes et dignitates suas ; asecretæ honorarii ; notarii asecretiarum honorarii ; regii candidati circi, mandatores, vestitores, silentiarii, drungarii thematum honorarii secundum themata sua drungosque seu manipulos suos ; comites thematum eodem modo ; comites numerorum honorarii ; chartularius arithmi honorarius ; comites rei navalis honorarii ; chartularius rei navalis ; comites hicanatorum honorarii ; chartularius hicanatorum honorarius ; chartularius stabuli honorarius ; epictes [seu compulsor] stabuli honorarius ; tribuni numerorum ; chartularius numerorum ; comites optimatum ; chartularius optimatum ; chartularius castrorum ; secundicerii demarchorum ; tribuni castrorum ; proximus scholarum : centarchi seu centuriones arithmi ; centarchi hicanatorum ;

A οἱ σπαθάριοι καὶ βασιλικοὶ νοτάριοι τῆς σακέλλης· οἱ σπαθάριοι καὶ βασιλικοὶ νοτάριοι τοῦ βεστιαρίου· οἱ σπαθάριοι καὶ βασιλικοὶ νοτάριοι τοῦ εἰδικοῦ· οἱ σπαθάριοι καὶ νοτάριοι τῶν ἀρκλῶν τοῦ γενικοῦ· οἱ σπαθάριοι καὶ πρωτονοτάριοι τοῦ μεγάλου κουρατορικίου· οἱ σπαθάριοι καὶ δευτερεύοντες τῶν δημάρχων· ὁ σπαθάριος καὶ ἐπὶ τῆς κουρατωρίας τῶν βασιλικῶν οἴκων (24)· ὁ σπαθάριος καὶ δομέστικος τῆς ὑπουργίας· ὁ σπαθάριος καὶ ζυγοστάτης· ὁ σπαθάριος καὶ χρυσοεψητής· ὁ σπαθάριος καὶ ἄρχων τοῦ ἁρμέντου· οἱ σπαθάριοι καὶ ξενοδόχοι· οἱ σπαθάριοι καὶ γηροκόμοι· οἱ σπαθάριοι καὶ πρωτονοτάριοι τῶν θεμάτων κατὰ τὰ θέματα αὐτῶν· ὁ σπαθάριος καὶ οἰκιστικός (25)· οἱ σπαθάριοι οἱ διὰ πόλεως (26) καὶ οἱ ἐξωτικοί. Εἰ δὲ μὴ εἶεν καὶ οὗτοι σπαθάριοι, τὰς μὲν διὰ βραβείων ἀξίας
B ὑποπιπτέτωσαν, ἐν δὲ τοῖς αὐτῶν ὀφφικίοις κατὰ τάξιν τιμάσθωσαν. Μετὰ τούτους εἰσαγέσθω τετάρτη τάξις, ἡ τῶν ὑπάτων, στρατόρων, κανδιδάτων, μανδατόρων, βεστητόρων, ἀπράτων, ταγματικῶν καὶ θεματικῶν οὕτως· Ὕπατοι βασιλικοὶ καὶ χαρτουλάριοι καὶ νοτάριοι τῶν λεχθέντων σεκρήτων κατὰ τοὺς βαθμοὺς τῶν ἑαυτῶν ὀφφικίων· ὕπατοι παγανοὶ τῆς συγκλήτου, κληρικοὶ τοῦ παλατίου καὶ τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας, στράτωρες, εἰ τύγοιεν, τοῦ χρυ-
σοτρικλίνου, στράτωρες ὁμοίως τοῦ μαγλαβίου· στράτωρες οἰκειακοὶ τοῦ λαυσιακοῦ καὶ ἀσηκρῆται, στράτωρες τοῦ βασιλικοῦ στρατωρικίου· στράτωρες, σκρίβωνες (27) τῶν ἐξσκουβίτων καὶ χαρτουλάριοι τῶν θεμάτων· δομέστικοι τοῦ τάγματος τῶν σχολῶν· δομέστικοι τῶν θεμάτων τῆς Ἀνατολῆς καὶ Δύσεως
C κατὰ τὰ τάγματα αὐτῶν καὶ τὰς ἀξίας αὐτῶν· ἀσηκρῆται ἄπρατοι, νοτάριοι τῶν ἀσηκρητειῶν ἄπρατοι, κανδιδάτοι βασιλικοὶ τοῦ ἱπποδρόμου καὶ μανδάτορες, βεστήτορες, σιλεντιάριοι, δρουγγάριοι τῶν θεμάτων ἄπρατοι κατὰ τὰ θέματα καὶ τοὺς δρόγγους αὐτῶν· κόμητες τῶν θεμάτων ὁμοίως· κόμητες τῶν ἀριθμῶν ἄπρατοι· ὁ χαρτουλάριος τοῦ ἀριθμοῦ ὁμοίως· κόμητες τοῦ πλοΐματος ὁμοίως· ὁ χαρτουλάριος τοῦ πλοΐματος· κόμητες τῶν ἱκανάτων ὁμοίως· ὁ χαρτουλάριος τῶν ἱκανάτων ὁμοίως· ὁ χαρτουλάριος τοῦ στάβλου ὁμοίως· ὁ ἐπίκτης τοῦ στάβλου ὁμοίως· τριβοῦνοι τῶν νουμέρων· ὁ χαρ-
D τουλάριος τῶν νουμέρων· οἱ κόμητες τῶν ὀπτιμάτων· ὁ χαρτουλάριος τῶν τειχέων· οἱ δευτερεύοντες τῶν δημάρχων· οἱ τριβοῦνοι τῶν τειχέων· ὁ προέξαρχος τῶν σχολῶν· οἱ κένταρχοι τοῦ ἀριθμοῦ· οἱ κένταρχοι τῶν ἱκανάτων· οἱ προτίκτορες τῶν σχολῶν· οἱ βικάριοι τῶν νουμέρων· οἱ βικάριοι τῶν τειχέων· οἱ δρακονάριοι τῶν ἐξσκουβίτων· οἱ ἀποεπάρχοντες· οἱ στρατηλάται· ὁ ἀκόλουθος τοῦ ἀριθμοῦ· ὁ πρω-

JOAN. JAC REISKII COMMENTARIUS.

(24) Tam in urbe, quam in suburbiis et in oras Asiæ maritima erant ab imperatoribus successive condita palatia et prædia, in quæ aut ipsi secedebant rusticatum, aut quæ bene meritis ad dies vitæ fruenda utenda permittebant, ut e Script. post Theophan. p. 6, constat.

(25) Ita claris litteris hic loci scriptum exhibent membranæ ; v. dicta ad p. 416. Οἰκιστικός est pro οἰκιστής. Sic loquebantur medio ævo, ναυτικός vel πλευστικός pro *nauta*, στρατιωτικός pro *milite*, οἰκιστικός pro *architecto*.

(26) Ἱόλεων ms. Lego πόλεως, ut in superioribus aliquoties. Nam opponitur urbs regia τοῖς ἔξω, suburbiis, municipiis, provinciis.

(27) Forte jungendi hi sunt per intersertum καὶ, ut in Latinis feci.

τομανδάτωρ τοῦ ἐξκουβίτου· ὁ πρωτομανδάτωρ τῶν Ἰκανάτων· οἱ πρωτοκάραβοι· οἱ πρωτονοτάριοι τῶν θεμάτων καὶ τῶν ἀγελῶν οἱ ἄπρατοι· οἱ βανδοφόροι τοῦ ἀριθμοῦ· οἱ βανδοφόροι τῶν Ἰκανάτων· οἱ εὐτυχοφόροι τῶν σχολῶν· οἱ σκευοφόροι τῶν ἐξκουβίτων· οἱ λαβουρήσιοι τοῦ ἀριθμοῦ· οἱ σκηπτροφόροι τῶν σχολῶν· οἱ σιγνοφόροι τῶν ἐξκουβίτων· οἱ σημειοφόροι τῶν τοῦ ἀριθμοῦ. οἱ σημειοφόροι τῶν Ἰκανάτων· οἱ ἀξιωματικοὶ τῶν σχολῶν (28)· οἱ σινάτωρες τῶν ἐκουβίτων· οἱ δουκινιάτωρες τοῦ ἀριθμοῦ· οἱ δουκινιάτωρες τῶν Ἰκανάτων· οἱ μανδάτορες τῶν σχολῶν. οἱ πρωτοκαγκελλάριοι τῶν θεμάτων· οἱ ὀπτίονες τῶν ταγμάτων· ὁ πρωτοκαγκελλάριος τοῦ γενικοῦ λογοθέτου· ὁ πρωτοκαγκελλάριος τοῦ κυαίστωρος· ὁ πρωτομανδάτωρ τῶν νουμέρων· ὁ πρωτομανδάτωρ τῶν τειχέων· ὁ πρωτοκαγκελλάριος τοῦ σακελλίου· ὁ κένταρχος τοῦ βεστιαρίου· οἱ πρωτομανδάτορες καὶ λεγατάριοι τῶν ἐξκουβίτων· οἱ μανδάτορες καὶ λεγατάριοι τοῦ ἀριθμοῦ· οἱ ἐξκουβίτορες· οἱ θυρωροὶ τοῦ παλατίου καὶ τῶν σεκρέτων· οἱ διατρέχοντες τοῦ δρόμου. οἱ φακτιονάριοι. οἱ γειτονιάρχαι· οἱ νοτάριοι τῶν μερῶν· οἱ χαρτουλάριοι τῶν μερῶν· οἱ ποιηταὶ καὶ μελισταὶ τῶν δήμων. οἱ ἡνίοχοι τῶν μερῶν· οἱ μανδάτορες τῶν νουμέρων· οἱ μανδάτορες τῶν τειχέων· ὁ λεγατάριος τοῦ βεστιαρίου· οἱ χοσβαΐται τοῦ μεγάλου βεστιαρίου· οἱ κένταρχοι τῶν στρατηγῶν τῶν θεματικῶν· οἱ μικροπανῖται· οἱ παραφύλακες τῶν κάστρων ἄπρατοι· οἱ κένταρχοι τῶν βάνδων· οἱ δημῶται· οἱ δρουγγάριοι τῶν πεζῶν· οἱ καγκελλάριοι τῶν σεκρέτων· οἱ τοποτηρηταὶ τῶν χορῶν (29)· οἱ στρατιῶται τῶν ταγμάτων· οἱ στρατιῶται τῶν θεμάτων. Εἰ δὲ ἐκ πάντων τούτων τῶν λεχθέντων τινὲς ἔχοιεν ἀξίας τὰς διὸ βραβείου διδομένας, ἕκαστος αὐτῶν τῇ ἀξίᾳ τοῦ ὁμοτίμου τὸν βαθμὸν προτιμάσθω. Εἰ δὲ παγανοὶ πέλοιεν, ἐν μόνοις τοῖς ὀφφικίοις τιμάσθωσαν κατὰ τὴν ἤδη ἐκτεθεῖσαν τάξιν κλητωρευόμενοι. Οἱ δὲ ἐξ ἐθνῶν εἰσερχόμενοι πρέσβεις καὶ τῆς τιμίας συνεστιάσεως τῶν βασιλέων ἡμῶν ἀξιούμενοι κλητωρεύονται καὶ αὐτοὶ οὕτως. [Οἱ ἀπὸ Ῥώμης (30) ἐπίσκοποι προεκρίθησαν τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπισκόπων [94].] Οἱ μὲν ἀπὸ Ῥώμης ἐρχόμενοι, ἐάν εἰσιν ἐπίσκοποι, προτιμῶνται τῶν ἐπισκόπων τῆς καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίας. εἰ δὲ πρεσβύτεροι εἶεν, ὡσαύτως προκρίνονται. Ὁμοίως καὶ ἓν ἕκαστον τάγμα τῆς ἱερωσύνης τὴν προτίμησιν ἀναδέχεται κατὰ τὴν καθέδραν τὴν ἀνωτέρως ῥηθεισαν. Τὸ αὐτὸ δὲ κρατείσθω καὶ ἐπὶ τῶν ἐν Ἀτῇ νατολῇ ὄντων τριῶν πατριαρχῶν. Ἐτιμήθησαν δὲ οἱ ἀπὸ Ῥώμης ἐλθόντες διὰ τὴν ἕνωσιν

protectores scholarum ; vicarii numerorum ; vicarii castrorum ; draconarii excubitorum ; exeparchontes vel expræfecti provinciarum ; stratelatæ ; acoluthus arithmi ; protomandator excubitorum ; protomandator hicanatorum ; protocarabi seu naucleri ; protonotarii thematum et gregum honorarii ; bandiferi arithmi ; bandiferi hicanatorum ; eutychiophori [seu victoriarum gestatores] scholarum ; sceuophori seu vasiferi vel tropæoferi excubitorum ; labarenses arithmi ; sceptriferi scholarum ; signiferi excubitorum ; vexilliferi arithmi ; vexilliferi hicanatorum ; axiomatici vel honorati scholarum ; senatores excubitorum ; duciniatores vel ducenarii arithmi ; duciniatores hicanatorum ; mandatores scholarum ; protocancellarii thematum ; optiones tagmatum ; protocancellarius genici logothetæ ; protocancellarius quæstoris ; protomandator numerorum ; protomandator castrorum ; protocancellarius sacelli ; centarchus vestiarii ; protomandatores et legatarii excubitorum ; mandatores et legatarii arithmi ; excubitores ; janitores palatii et secretorum ; vernaculi cursus ; factionarii ; magistri vicorum ; notarii factionum ; chartularii factionum ; poetæ factionum ; musici factionum ; aurigæ factionum ; mandatores numerorum ; **428** mandatores castrorum ; legatarius vestiarii ; chosbaitæ magni vestiarii ; centarchi strategorum thematicorum ; micropanitæ ; custodes castrorum honorarii ; centarchi bandorum ; demotæ seu populares aut factionales ; drungarii peditum ; cancellarii secretorum ; torpoteretæ chororum ; milites tagmatum et milites thematum. Horum, quos diximus, omnium si quis dignitates simul tenet earum, quæ cum brabeis dari solent, ille gradum præ collega suo insignibus non item ornato habet ; si vero pagani sint [muneris titulo tantum conspicui, absque functione,] tantum in officiis secundum ordinem jam expositum evocantur. Legati autem peregrinarum gentium, in aulam delati et honore de dominorum nostrorum epulis participandi digni habiti, evocantur in hunc modum. [Episcopi Romani episcopis nostris præhabebantur.] Episcopi Romæ si qui ad nos veniunt, præhabentur nostris episcopis. Pari modo presbyteri, et in universum omnis ordo ecclesiasticus Romanus habet gradum præ nostro secundum illum sedendi ordinem, quem superius tradidimus. Id idem quoque teneatur de tribus per Orientem patriarchis. Collocabantur autem legati Romani, qui sub Leone, pio imp., adveniebant procurandæ unionis ecclesiarum gratia, ita

VARIÆ LECTIONES

[94] Verba οἱ — ἐπισκόπων notam marginalem esse censuit ideoque uncis inclusit R.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(28) Sunt forte assessores in judiciis militaribus criminalibus. Forte tales quoque erant penes hicanatos, *senatores* dicti.

(29) Non dubito, vitiosam hanc vocem esse. Cum tamen alia melior non succurrat, debui eam in Latinis quoque reddere.

(30) Hæc et sequentia uncis a me inclusa efficiebant in membrana unum versum, et erant paulo majoribus litteris, (capitales aut quadratas appellant,) scripta, tanquam si titulus essent. Sed sunt potius nota marginalis. Eamdem ob causam paulo quoque post καὶ οἱ ἀπὸ Ἀντιοχείας, etc., majoribus litteris exarata obsepsi.

ut episcopus Nicolaus et cardinalis Joannes præirent toti classi magistrorum. [Qui ab Antiochia et Hierosolymis aderant syncelli, præhabebantur magistris omnibus.] Pariter, syncelli Antiocheni et Hierosolymitani locum habebant in secundo convivii ordine supra omnes magistros. Amici Agareni patriciorum et strategorum succedunt classi quoad ordinem sedendi, sic tamen, ut illos ipsos inter illi, qui ex Oriente venerint, occidentalibus præhabeantur. Hi sic dicti amici collocati sedent in sinistra positione [seu prima mensa plagæ triclinii sinistræ] quarti a principio aut quinti, quia nempe sub secundum missum cadunt. Qui ab Hunnis Bulgarisve amici adfuerint, in evocatione communium et consuetorum conviviorum quarti aut quinti introvocantor in secunda positione, scilicet etiam hi post patricios

A σιν (31) τῆς Ἐκκλησίας ἐπὶ Λέοντος τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου, οἷον ὁ ἐπίσκοπος Νικόλαος καὶ καρδηνάλιος Ἰωάννης, ἐπάνω πάσης τῆς τάξεως τῶν μαγίστρων [καὶ οἱ ἀπὸ Ἀντιοχείας καὶ Ἱεροσολύμων σύγκελλοι προεκρίθησαν παντὸς μαγίστρου [85]]. Ὡσαύτως καὶ οἱ ἀπὸ Ἀντιοχείας καὶ οἱ Ἱεροσολύμων σύγκελλοι ἐν τῇ δευτέρᾳ θέσει τῆς τραπέζης (32) πρῶτοι ἐπάνω παντὸς μαγίστρου. Οἱ δὲ ἐξ Ἀγάρων φίλοι τῇ τῶν πατρικίων καὶ στρατηγῶν ὑποπίπτουσι τάξει ἐν ταῖς καθέδραις, οἱ μὲν ἀνατολικοὶ προκρινόμενοι τῶν ἑσπερίων (33)· καθέζονται δὲ ἐν τῇ εὐωνύμῳ θέσει (34), ἤ τέταρτοι φίλοι, ἤ πέμπτοι, πρὸς τὸ αὐτοὺς ἐν τῷ δευτέρῳ μίνσῳ τῆς τραπέζης τυγχάνειν (35). Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν Νούνων, ἤτοι Βουλγάρων, εἰσερχόμενοι φίλοι ἐν μὲν

B τῇ κλήσει τῶν κοινῶν κλητωρίων τέταρτοι ἤ πέμ-

VARIÆ LECTIONES.

[85] Verba καὶ — μαγίστρου et ipsa notam marginalem esse putans, uncis inclusit R.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(31) Cl. Leich. in dissert. de Constantino Porphyr nostro operi præfixa §. IV. narrat. Leonem Sapientem, Nostri patrem, a Nicolao, CPtano patriarcha, ob quartum initum conjugium communione sacrorum fuisse exclusum; Sergium autem, pontificem Romanum (is est numero tertius), legatis CPlin missis conjugium illud approbasse et pro legitimo declarasse, Nicolaum autem censura sua, ut Photio favent em, notasse. Id contigisse an. 906, idque confici e Baronii Annalibus. Non dubito nostro in loco ad hanc legationem respici. De anno subest adhuc levis scrupulus. Anno 906 nondum sedebat Sergius in throno. Videtur igitur legatio illa non a Sergio, sed ab ejus antecessore, Benedicto III, expedita fuisse. Quinam fuerint illi Nicolaus episcopus et cardinalis Joannes, quorum

C hic fit mentio, melius forte scirent, quam ego, illi, quibus historia ecclesiastica familiarior est.

(32) Primum ordinem efficiebant qui mensæ imperiali separatæ assidebant, secundum magistri et omnes, quos p. 421 dixerat τῆς δευτέρας τάξεως ὑπάρχειν. Est igitur θέσις hic loci idem atque τάξις, et τράπεζα pro toto convivio ponitur, ut jam supra ad p. 348 observavi. Paulo post (eadem p. C. ult.) recurrit vox θέσις, sed alio significatu, ut ibi dicam. Potest quoque θέσις pro ἐκθέσει, *ferculo*, accipi, quod habetur p. 429.

(33) Agareni vel Saraceni occidentales sunt Ægyptii et Libyes, in Sicilia et Sardinia tum potentes, et quibus ob oram Italiæ maritimam, Apuliam, Calabriam frequentia cum Græcis bella et negotia erant. Tota Africa ab Ægypto inde usque ad fretum Gaditanum mari Mediterraneo prætensa Arabibus, *al Magrab, Occidens*, appellatur.

(34) Hic loci est θέσις, idem atque *plaga* vel

D *latus*. Stabant nempe mensæ in triclinio XIX accubitorum sic. E regione introitus stabat mensa separata regia prætendens summam triclinii partem. Ad hujus mensæ dextram pariter atque sinistram partem stabant aliæ mensæ utrinque novenæ. Dextra igitur pars erat ἡ δεξιὰ θέσις, sinistra ἡ εὐώνομος θέσις. Conviviæ, tantum ab uno mensæ latere sedebant, illo nempe, quod ad parietem spectabat; alterum vacuum erat, quo inferentibus dapes eundi et redeundi locus esset. Unde facile est, colligere, triclinium Justiniani ædificium non valde latum, sed admodum longum fuisse, cum ab utraque parte novenæ mensæ starent, ad quarum singulas una continua serie bini et deni homines sederent. Conferri meretur narratio Luitprandi de modo, quo ipse fuit exceptus in convivio augusto. Haud parum enim rem nostram illustrat et dicta confirmat.

(35) Tria fercula solebant in convivium augustum inferri. Primum, quod promulsidem possis appellare, provocando appetitui: alteri nomen erat τὸ ἀπτόμενσον, *missus assæ carnis*, *tertium* τὸ δουλκίν, placentarum et mellitorum vel saccaratorum missus. De his missibus sermo hic loci non est, sed alio sensu debet vocabulum *missus* hic accipi. De unoquoque superius dictorum missuum participabant convivæ omnes. Quia vero, ut e Luitprando et Græcis scriptoribus constat, non mensis singulis lances epulis oneratæ imponebantur, sed solummodo in mensam regiam, e qua imperator unicuique suam portionem mittebat, necesse erat, ut admodum grandes essent lances, quæ imperiali mensæ imponerentur; propterea etiam leguntur illæ curribus invectæ et trochleis atque funibus sublevatæ atque sic in sacra mensa depositæ fuisse. Quantumvis autem magnæ essent lances illæ, non poterant unius ferculi seu cibi tantum capere, quantum 228 hominibus sufficeret. Quapropter una lance vacuata, debebat altera eodem ferculo plena inferri, et tertia et quarta, et sic porro, donec omnes de eodem ferculo portionem suam accepissent. Cum secundo ferculo seu assæ carnis et tertio eodem modo procedebatur. Erant cujusque ferculi plures missus. Primus missus destinatus erat sedentibus in peculiari vel separata mensa regia; secundus patriciis et similibus; tertius et reliqui magistratibus inferioribus. Patet, talem convivandi modum inscitum et tædii tumultusque plenum et prorsus illiberalem fuisse. Imperator ipse diribebat partes et cuique mittebat. Putasne operam talem imperatore magis, quam servo, dignam, in qua multum temporis consumitur neque parum sudatur? Et qui potuit unus 228, ter in uno convivio, id est, 684 portionibus diribendis sufficere? Fac, illum non ipsum diribuisse, sed articlinos; fac, ipsum solum, modo portiones ad quemque convivarum misisse: nonne vel in eo satis tædii, quod caput rumpat et cibum commode capere atque respirare haud sinat? Vix crederes ita fuisse actum, ni testarentur fide digni auctores. [Sed credibile est, imperatorem non omnibus promiscue convivis, sed tantum paucis quibusdam delectis, quos distinguere vellet ab aliis, fercula misisse, ut facit princeps Moldaviæ (vid. La Croix l. supra citato). Olim quoque imperatores Romani sua manu convivis fercula mittebant. Lampridius in Alex. Severo (Scr. Hist. Aug. t. I, p. 951): *Semper de manu sua ministris con-*

πτοι ἐν τῇ εὐωνύμῳ θέσει κληθήσονται, δηλονότι ὑποπίπτοντες καὶ αὐτοὶ τῇ τῶν πατρικίων καὶ στρατηγῶν καὶ πάντων τῶν ἐν τῷ βήλῳ πατρικίων τεταγμένων ἀρχόντων, ἀπολαύοντες καὶ αὐτοὶ τὸν δεύτερον μίνσον τῆς βασιλικῆς τραπέζης. Ἐν δὲ τοῖς ιθ' τῶν ἑορτῶν ἀκουβίτοις κλητωρεύονται ὄγδοοι (36) καὶ ἔνατοι, δηλονότι ὑποπίπτοντες τῇ τάξει τοῦ προλεχθέντος βήλου. Οἱ δὲ ἐκ Φράγγων (37) πρέσβεις. εἰ μὲν ἔχοιεν χειροτονίας, κατὰ ταύτας κληθησονται· εἰ δὲ παγανοί εἰσιν, τῇ τῶν ὀφφικιαλίων ὑποπίπτουσι τάξει. Οἱ δὲ ἐκ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν ἐρχόμενοι φίλοι τῇ τῶν σπαθαροκανδιδάτων ὑποπίπτουσι πάντες ἀξίᾳ.

A eosdemque strategos et omnes in velo [seu corpore] patriciorum constitutos, et simul cum patriciis ad Augustum admitti solitos magistratus: ut etiam ipsi secundo missu sacræ mensæ fruantur. In novendecim accubitis autem, qui celebrari diebus festis solent, evocantur hi octavi aut noni; scilicet post velum seu corpus procerum prædictum. Francorum tandem legati, si quidem investiti sunt muneribus iisque funguntur, **429** evocantur secundum illa, Si vero sunt pagani seu cassi dignitatibus, subsequuntur classem officialium. Reliquis e gentibus advenientes amici succedunt ad unum omnes classi spatharocandidatorum.

Τόμος Δ'.

Ἐπειδὴ τῆς τῶν ἀρτικλινῶν ἐπιστήμης ἰδικήν τινα πραγματείαν συγγράψασθαι ἐσπουδάσαμεν, καὶ τὰς τοῦ οἰκείου πολιτεύματος ἀξίας ἐκφαντορικῶς

Caput IV.

Postquam igitur scientiæ articlinicæ specialem quamdam tractationem conscribere studentes, imperii nostri dignitates demonstrative distincteque

B

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

vivii et panem et partes aut olerum aut carnis aut leguminum dabat, senili prorsus maturitate patremfamilias agens. Procul dubio quoque Joannes Comnenus ex antiquo instituto et more sibi jam a multis annis familiari illo Paschatis die, quem ultimum celebrabat æger, pridie quam exspiraret, τὰ παρατεθέντα βρώματα τοῖς παρεστῶσι διενείματο. De more Isaaci Angeli τοῖς παρεστῶσι fercula distribuendi insanis dithyrambis παρατραγῳδεῖ Nicetas Choniates p. 231, E. *Ex Addend.*]

(36) Id est: in mensa, cui assident, sunt octavi aut noni ab initio inde, vel sunt fini quam principio mensæ propiores. Nam cum minus solemnibus seu, ut Noster dicit, τοῖς κοινοῖς conviviis pauciores convivarentur, et pauciores mensæ servirent, necessario altius sedebant hi legati exteri. In solemnibus autem conviviis numerosissimis 19 accubituum, aucto numero convivarum, non poterant non ad inferiorem locum detrudi.

C

(37) Patet ex hoc loco, secundum cerimoniale Byzantinum hunc ordinem respectu legatorum exterorum fuisse habitum, ut maxime honorarentur primoque loco haberentur Saraceni, dein Bulgari: (neque id mirum, cum ambæ gentes proximi illi ab oriente et meridie, hi ab occidente atque septentrione Byzantinorum essent vicini), tum denique Franci, remotiores, et deinceps cæteri, ut Russi, Allani, Armeni, etc. Causa ergo non erat, ut tantopere quiritaretur et indignaretur Luitprandus, Cremonensis episcopus, legatus Ottonis I ad Nicephorum Phocam imp., propterea quot postpositus Bulgaricis legatis fuisset. Edicit typicum nostrum, Bulgarorum legatos statim post patricios debere in sacra mensa collocari, et Francorum legatos unumquemque secundum χειροτονίαν seu installationem suam, *nach seiner Bestallung und Amte.* Jam erat Luitprandus episcopus. Atqui supra p. 423, dicuntur episcopi Græci sequi protospatharium sacellarium et præcedere protospatharios cæteros; et in imagine Ravennatis ecclesiæ Justinianum exhibente poculum aureum ecclesiæ offerentem, apud Alemannum ad Procop. p. 72, clerici ut inferiores ad imp. sinistram stant, spatharii ad dextram, ut honoratiores. Ergo non poterat Luitprandus altiorem, quam inter protospatharios, locum desiderare, adeoque post Bulgaros collocandus erat, qui inter protospatharios et patricios medii erant. Audiamus ipsum ejus locum. Illustrabit totum hoc negotium. *Me in invisam domum*, ait p. 481, *præceperunt reduci, magnaque custodiri cautela usque in Sanctorum Apostolorum religiosis cunctis celebrem diem. Qua celebritate me satis ægrotum nec non et Bulgarorum nuntios, qui pridie venerant, ad Sanctos Apostolos sibi obviare* [προέρχεσθαι, procedere in curiam, venire in comitatum] *præcepit, cumque post næniarum garrulitatem* [τὰ ἄκτα et τὰς εὐφημίας designat] *et missarum celebrationem ad mensam invitaremur, in citeriori margine mensæ, quæ erat sine latitudine longa, Bulgarorum nuntium, Ungarico more tonsum, æneo catena cinctum* [χλοιῷ, ut Noster supra, id est, torque, quem Luitprandus per contemptum *æneam catenam* appellat, forte æneum, sed inauratum] *et, ut mens mihi suggerit, catechumenum* [Christianismi candidatum nondum baptizatum doctrinæque Christianæ rudem, ideoque cum docto episcopo haud comparandum] *mihi præponit, ad vestram plane domini mei Augusti* [Ottonem I, aut solum, aut una quoque Augustam ejus uxorem compellat], *contumeliam. — Verum domini mei, meam non considerans, sed vestram injuriam, mensam reliqui, Cumque indignans abire vellem, Leo Curopalates, imperatoris frater, et Proto a secretis Simeon pone me sequuntur, hæc latrantes: « Cum Christophori filiam Petrus, Bulgarorum Vasileus, conjugem duceret,* σύμφωνα, *id est consonantia* [pacta], *scripto juramento confirmata sunt, ut omnium gentium apostolis, id est, nuntiis, penes nos Bulgarorum apostoli præponantur, honorentur, diligantur. Bulgarorum ille apostolus, quanquam, ut dicis et verum est, tonsus, illotus et catena ænea cinctus sit, patricius tamen est, cui episcopum præponere, Francorum præsertim, nefas decernimus, judicamus. Et quoniam te id indigne ferre cognoscimus, non te nunc ad hospitium, ut putas, redire sinimus, sed in diversorio quodam cum imperatoriis servis* [τοῖς βασιλικοῖς] *cibum gustare compellimus. Quibus ob incomparabilem cordis dolorem nihil respondi, sed quæ jusserant feci, indignum judicans mensam, qua non dico mihi Luitprando episcopo* [*catechumenus*, hæc vox videtur excidisse, sed necessario requiri] *sed Bulgarorum nuntius vestro præponitur nuntio. Sed lenivit dolorem meum imperator sanctus* [ὁ αὐτοκράτωρ vel ὁ βασιλεὺς ὁ ἅγιος, irridet Græcos] *munere magno* [omnia hæc ironice dicta], *mittens mihi ex delicatissimis suis cibis hædum pinguem, ex quo ipse comederat, allio, cepe, porris laute suffarcinatum, garo delibutum, quem vestræ hunc mensæ inesse optavi, ut, qui delicias sancti imperatoris tantas* [ita lego pro *faustas*] *esse non creditis, saltem his perspectis credere tis. Transactis ergo octo diebus, cum Bulgari jam abessent, putans me mensam magnificare suam, in eodem loco me satis ægrotum convivari coegit.*

D

exposuimus sacrorumque conviviorum decorem atque constitutionem vobis exhibuimus: agedum narrabo vobis quoque, quomodo species dignitatum, quæ in unoquoque die festo ad mensam vocari solent, et multiformes earum vestitus, quibus quamque introducere oporteat. Incipiam autem ab eo loco, in quo primitiæ divinæ gratiæ sese mundo monstrare cœperunt, quando etiam a Deo promoti et sacratissimi nostri imperatores mundanum hoc, id est in mundo quidem subsistens, attamen plus quam mundanum solemniter celebrantes gaudium ad exemplum adventus Christi ad homines, universales illas epulas corporalis exceptionis et convivationis fidelibus in commune explicant et proponunt.

A ἐν ταῖς καθέδραις ἀκριβῶς ἐξεθέμεθα, καὶ τὴν τῶν ἱερῶν βασιλικῶν κλητωρίων εὐστάθειαν καὶ κατάστασιν ὑμῖν ὑπεδείξαμεν, φέρε δὴ καὶ τὰς ἰδίας τῶν ἐφ' ἑκάστῃ ἑορτῇ κικλησκομένων ἀξιωμάτων καὶ τὰς τούτων πολυειδεῖς ἀμφιάσεις ὅπως δεῖ συνεισάγειν ἐν τοῖς κλητωρίοις, σαφῶς ὑμῖν διηγήσομαι. Ἄρξομαι δ' ἐντεῦθεν καὶ ἡ τῆς θείας χάριτος τῷ κόσμῳ ἐπέφανεν ἀπαρχή, ἧς καὶ οἱ θεοπρόβλητοι καὶ θειότατοι ἡμῶν βασιλεῖς τὴν ἐγκόσμιον καὶ ὑπερκόσμιον ταύτην πανηγυρίζοντες χαρμονὴν κατὰ μίμησιν τῆς Χριστοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημίας, κοινῇ τὴν πανδεσίαν τοῖς πιστοῖς ἐφαπλώσαντες κοινωνοῦσι τῆς σωματικῆς ἑστιάσεως.

Festum Nativitatis Christi, in quo XIX *accubituum dapes proponuntur.*

Oportet itaque nos, amici, splendido illo et glorioso die Nativitatis Christi, quando multifariæ incomparabiles XIX accubituum dapes proponuntur, primum quidem apud sacram mensam mixti, in Magna Ecclesia apparatam, ad coepulandum dominis nostris Christi amantibus proceres sacri senatus, numero duodecim evocare, ut magistros, præpositos, proconsules patricios, strategos, officiales, quos assumere dominis visum fuerit; dein vero illos introducere, absque suis tamen cuique propriis chlamydibus, sed in solis camisiis. Si autem strategi quidam excitati fuerint, introducantor in suis scaramangiis cum drungario vigiliæ. Ad venerabilem XIX accubituum mensam oportet nos advocare duo quidem magistros, proconsules patricios, strategos autem sex, amicos vel legatos e Bulgaria duo, tandem officiales de ordine logothetæ rei militaris, aut et aliis inferioribus officiis duo, quo ad eamdem cum domino mensam accumbant amici

B Ἡ Γενέθλιος τοῦ Χριστοῦ ἡμέρα, ἐν ᾗ προτίθονται αἱ τῶν ιθ' ἀκουβίτων ἐκθέσεις.

Δεῖ γὰρ ὑμᾶς, ω φίλοι, ἐν ταύτῃ τῇ λαμπρᾷ καὶ περιδόξῳ τῶν Χριστοῦ Γενεθλίων ἡμέρᾳ, ἡνίκα αἱ πολυτχεδεῖς καὶ ἐξαίσιοι τῶν ιθ' προτίθονται ἀκουβίτων ἐκθέσεις, ἐν μὲν τῇ βασιλικῇ τραπέζῃ τοῦ κράματος τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας καλεῖν εἰς συνεστίασιν τῶν φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων μεγιστάνας ἐκ τῆς βασιλικῆς συγκλήτου τὸν ἀριθμὸν ιβ' [96], οἷον μαγίστρους, πραιποσίτους, ἀνθυπάτους πατρικίους, στρατηγούς, ὀφφικιαλίους, οὓς ἂν δόξῃ τοὺς αὐτοκράτορας λαμβάνεσθαι· εἰσάγειν δὲ αὐτούς, ἄνευ μέντοι τῶν οἰκείων χλαμύδων (38), ἡμφιεσμένους δὲ τὰ καμίσια καὶ μόνα. Εἰ δὲ τύχοιεν στρατηγοὶ κεκλημένοι, μετὰ τῶν οἰκείων σπαραμαγγίων εἰσαγέσθωσαν σὺν τῷ δρουγγαρίῳ τῆς βίγλης. Ἐν δὲ τῇ τῶν ιθ' ἀκουβίτων τιμιωτάτῃ τραπέζῃ δεῖ, ὑμᾶς καλεῖν μαγιστρους δύο, ἀνθυπάτους πατρικίους, στρατηγοὺς ἕξ, Βουλγάρους φίλους δύο, ὀφφικιαλίους ἀπὸ τῆς τοῦ στρατιωτικοῦ λογοθέτου τάξεως καὶ κατωτέρω δύο, πρὸς, τὸ συνανακλιθῆναι (39) τῷ βασιλεῖ

C

D

VARIÆ LECTIONES.

[96] ιβ' conj. R. ιδ' cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(38) Non licebat coram imperatore in chlamyde, ut veste extima et honoris, stare, sed si in ejus conspectum veniendum esset, chlamys debebat deponi; ut nos hodie gladium et cannam ponimus ad illustrem virum adituri. Historiam Roberti Guiscardi, ad Alexium Comnenum admissi et pallium suum sibi substernentis, quæ quodammodo huc etiam pertinet, e Du Cangio v. *Bancus* alibi in his notis retuli. Et si vel maxime chlamydati accumberent, tamen ad illatum primum ferculum deponendæ erant chlamydes, aut etiam antequam id inferretur. Insignis est locus Nostri p. 162, quo dicitur, postquam ad mensas esset assessum, præfectum mensæ jussu imperatoris exclamasse: *Exuite chlanidia vestra*. Tunc surrexisse omnes et exuisse et illa et saga, qui iis induti essent. Hæc accepisse regios engistiarios et tradidisse asservanda suis administris in Scylis; conf. p. 42 et 47, tam reverentiæ erga imp., quam commoditatis gratia, ut expeditius epularentur et amplius sederent convivæ. Sic dicitur p. 47, patriarcha imperatori assessum iens omophorium deponere et surgens de mensa resumere. Ipse imperator chlamyde posita in dibetesio, genere tunicæ, epulabatur, ut e sequentibus constat. Veteres quoque Romani aut in cœnatoriis accumbebant, aut, si togati, saltim toga submissa; vid. Salmas ad Scr. Hist. Aug. t. I, p. 95.

(39) Græci medii ævi sedebant, ut nos, ad mensas in reliquis quidem conviviis; at in solemnibus illis conviviis imperialibus 19 accubituum accumbebant ex veteri more Romano. Claris verbis id perhibet Luitprandus l. VI, Hist. c. 3, quem locum quamvis aliis jam laudatum non possum tamen non ascribere. Impense enim rem nostram illustrat. *Est domus*, ait, *juxta hyppodromum aquilonem versus miræ et altitudinis et pulchritudinis, quæ Decaennea Acubita vocatur. Quod nomen non ab re, sed ex apparentibus caussis sortita est, — quoniam quidem decem et novem mensæ in ea quæ secundum carnem est, Domini nostri J. C. nativitate apponuntur, in quibus imperator pariter et convivæ non sedendo, ut cæteris diebus, sed recumbendo epulantur, quibus in diebus non argenteis, sed aureis* [id est, æneis, inauratis] *vasis ministratur*. Non colligi debet ex hoc Luitprandi loco, convivum in 19 accubitis solummodo festo Nativitatis Christi fuisse. Nominat enim hoc festum præcipue, quia reliqua convivia solemnia ibi agitata majoribus diebus festis, ut

εἰς τύπον τῆς ἀποστολικῆς δωδεκάδος (40), φίλους τὸν ἀριθμὸν ιβ'· προκινσεύειν δὲ αὐτοὺς δεῖ στιχηδὸν κατὰ τάξιν τῆς ἑκάστου ἀξίας, ἐνδεδυμένους τὰς οἰκείας αὐτῶν χλαμύδας ἐμπροσθείῳ τῷ σχήματι (41), ὑποδεδεμένους δὲ καὶ τὰ οἰκεῖα καμπάγια (42), καὶ εἰσαγαγεῖν αὐτοὺς μετὰ τὴν ἄφιξιν τῶν μελλόντων παραστᾶναι βασιλικῶν ὑπουργῶν τε καὶ βουκαλίων (43), δηλονότι λαβόντος τὸ σχῆμα (44) τοῦ καστηρίου (45) τῆς βασιλικῆς τραπέζης πάρὰ τοῦ ἄνωθεν παρεστῶτος περιφανοῦς πραιποσίτου, καὶ συνανερχομένου αὐτοῖς μέχρι τοῦ τριβάθμου τῆς βασιλικῆς εὐωχίας (46), καὶ ἱστῶντος αὐτοὺς κύκλῳ τῆς τιμίας τραπέζης (47) εἰς τὸ εἰδικῶς προσκαλεῖσθαι πλησιέστερον φίλους, οὕς ἄν δόξῃ τῷ βασιλεῖ. Ἐν δὲ τοῖς ἑκατέρων τῶν μερῶν ἀκουβίτοις δεῖ ὑμᾶς καλεῖν ἐν ταύτῃ τῇ λαμπρᾷ καὶ περιβοήτῳ ἡμέρᾳ

A duodecim, imitamentum apostolorum, qui cum Christo ad mensam accubuerunt. **430** Procedunt autem unus post alterum, secundum ordinem suæ quisque dignitatis antico modo, induti suas quisque chlamydes, et in pedibus habente sua quisque campagia. Oportet autem illos introducere, postquam advenerint, qui mensæ astare et servire debent, imperiales ministri triclinares, et vocales seu musici; gestu nempe signum accipiente sacræ mensæ castrense ab eo, qui superne astat, illustri præposito, et simul cum ipsis ascendente usque ad tribathmum seu suggestum trium graduum sacræ mensæ, et in orbem eos circa venerabilem mensam collocante; quo imperator, quos voluerit, viritim propius advocare possit. Ad accubitos autem seu mensas ambarum partium [respectu sacræ mensæ

B

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

Paschatis et Pentecostes, tam diu non continuabant atque hoc natale. Hoc enim per 12 dies, paschale per 9 aut 10 ad summum, Pentecostale per 6 ferme celebrabatur. Ab hoc more accumbendi dicuntur convivæ in 19 accubitorum epulis ἀνακλίνεσθαι, ut nostro in loco et passim hujus Cletorologii, et apud Leonem Grammatic. p. 458, ubi Michael imp. et Eudocia aug. corollas nuptiales seu benedictionem matrimonialem in S. Sophia dicuntur accepisse, γενομένου τοῦ παστοῦ εἰς τὴν Μαγναύραν, *thalamo geniali*, in quo sponsorum pars pro prima vice concumberat, *in Magnaura posito*, τῆς δὲ συγκλήτου ἀνακλιθείσης ἐν τοῖς Δέκα ἐννέα ἀκουβίτοις, *recumbente senatu in* 19 *accubitis*.

(40) "[De lecto accubitum 12 Apostolorum exprimente, quo in Pascha utitur pontifex, et de prosa Græca hoc tempore decantata vid. Ordo Roman. p. 187.]" Vid. dicta ad p. 368, et Petit de La Croix, Etat présent de l'Eglise grecque, p. 36, ubi ait, solere Græcum patriarcham feria quinta magna pediluvium Christi imitari et duodecim pauperibus pedes lavare, qui 12 apostolorum nominibus insigniuntur et Judæ nomen sorte duci, quia nemo libenter illud subeat.

(41) Diu me torsit hic locus, quia nempe verba hæc cum proxime præcedenti ἐνδεδυμένους cohærere mihi videbantur; non poteram enim concipere, quisnam esset anticus ille modus vestiendi: donec tandem intelligerem, προκινσεύειν et ἐμπροσθίῳ σχήματι jungenda esse; *procedere antico modo* est ante mensas transire, et ὀπισθίῳ *pone mensas*. Conf. p. 438. Ita supra habuimus pag. 64: Ἵστανται οἱ ἄρχοντες κυκλικῷ τῷ σχήματι, *stant in orbem*, quod paulo post p. 65, τὴν κυκλικὴν στάσιν appellat.

(42) Non licebat, ne ipsis quidem militum rectoribus, ad sacram mensam, ut locum securitatis et quietis, in tzangis seu ocreis coriaceis, habitu militari, venire, sed comparendum erat in campagiis, gestamine pacis. Δεῖ ἐν τῷ ἀρίστῳ πάντας καμπάγια φορέσαι καὶ λευκὰ χλανίδια καὶ οὕτως συναριστῆσαι αὐτῷ (nempe imperatori), ait Noster p. 252. Etiam veteres Romani accubituri calceos soleis mutabant et positis togis induebant cœnatoria. Memorabilis est locus Monachi Sangallensis a Du Cangio v. *Osa* citatus, e quo apparet, etiam in aula Caroli Magni morem obtinuisse, ut proceres ocreas detraherent, qui coram ipso comparere vellent: *cum ad obsequium domini cuncti vellent hosas suas extrahere*.

(43) Cum aversarentur novi Græci, ut rem impiam et probrosam, instrumentalem musicam, et tam ex Ecclesia, quam epulis suis ejicerent, vocales musici cantabant per epulas a principio ad finem usque, pausam tantummodo interponentes ad singula illata fercula, quo tempore organa pulsabantur; vid. p. 338. Huic rei deligebantur potissimum psaltæ (iidem cum vocalibus) ex æde S. Sophiæ, Ἁγιοσοφῖται, et ex æde Apostolorum, Ἀποστολῖται dicti. Conf. Salmas. ad Scr. H. Aug. t. I, p. 943, et Du Cange v. *Vocalis*. Canebant autem hi vocales βασιλίκια, cantica in laudes principis, de quibus v. dicta ad p. 333.

(44) Idem est atque σῆμα, σημεῖον, *signum*. Ita infra τὸ ἐκ βασιλικῆς χειρὸς διδόμενον τῆς ἐγέρσεως σχῆμα est *datum regia manu signum surgendi*.

(45) Vide supra not. 10, col. 191.

(46) Ascendebatur igitur ad sacram separatam mensam tribus gradibus. Ita comparatæ erant tum temporis summorum principum mensæ. Sic ad pontificis Romani mensam olim tribus gradibus ascendebatur, ut patet ex Augustini patriarchæ Cerimoniali l. III, § 2, p. 149 edit. Catalani; quem C locum, quia rem nostram haud parum illustrat et ideam de dispositione mensarum in triclinio 19 accubituum facilitat, ascribere haud piget. Verba ejus hæc sunt: *Parabitur igitur aula convivii aulæis et pannis sericis aureisque. — In capite aulæ erit suggestum, ad quod triplici gradu ascenditur, longum pro latitudine aulæ. In medio surget quadratus thalamus palmi altitudine, super quo mensa paratur pontificis.* [Hæc est illa ἀποκοπτή.] *Apud parietem erit sedes papalis, ad quam parvo, et deinde magno scabello ascendetur, ornabiturque sedes cum panno aureo pendente supra caput. Mensa erit alta ad justam proportionem supra suggestum. A sinistra parabitur alia mensa pro credentia papæ cum vasis aureis et argenteis, vino et aqua et aliis consuetis. — A dextra parte aulæ infra suggestum parabuntur mensæ pro episcopis et presbyteris cardinalibus et paulo inferius pro aliis prælatis. — A sinistra e regione* D *mensæ cardinalium parabitur mensa pro diaconis cardinalibus, et inferius aliæ mensæ pro diaconis nobilibus et officialibus.* Pariter de Othone III imp. narrat Dithmarus l. IV, eum sedisse loco eminentiore. Verba ejus sunt: *Imperator antiquam cupiens consuetudinem revocare magna ex parte jam suis deletam temporibus multa faciebat, quæ diversi diverse accipiebant. Solus ad mensam quasi semicirculum factum loco cæteris eminentiore sedebat.*

(47) Posset ex hoc loco quodammodo concludi, mensam separatam fuisse circularem, aut saltem semirotundam, ut Sigma Græcum seu C Latinum. Sane ad Sigmata, sic appellabant tales mensas, sedebant veteres et medii ævi homines. Conf. locus Dithmari modo citatus. Non tamen stringit illud argumentum. Nam satis recte dici possunt circa mensam etiamsi oblongam collocari homines.

ad dextram et sinistram stantes] oportet vos vocare illo splendido et celebri die totum senatum, qui campagia in pedibus gerit, ut asecretas, chartularios magnorum secretorum, imperiales notarios eorumdem secretorum, ut a spatharocandidatis inde incipiendo et descendendo per dignitates ad consules, iterum consules, comites scholarum, silentiarios, protectores, eutychiophoros, sceptrophoros, axiomaticos seu honoratos e diversis dignitatibus, ad numerum usque 168, de Agarenis prætorii 24, de amicis Bulgaris 12, et fratres pauperes itidem 12. Procedere autem oportet illos in serie hoc modo : senatores quidem secundum suam quemque dignitatem et diversa officia, dextraque sinistraque divisos; Agarenos autem locat e regione et conspectu imperatorum ad sextam et septimam mensam ; Bulgaros ad nonam [et ultimam] ejusdem obitus [vel plagæ, dextræ scilicet]. Pauperes excipiuntur pariter quoque nona mensa, sed sinistræ partis, ubi nempe drungarius adstare solet. Introducere autem oportet omnes post adventum amicorum primo loco ad sacram mensam vocatorum hoc modo. Axiomaticos seu in dignitatibus constitutos omnes cum suis mutatoriis, chlamydibus puta et campagiis, secundum ordinem dignitatis, quam quisque gerit, et officii pariter ; Agarenos autem in candidis vestibus absque zonis, et in calceis; præambulante ipsos articlino, qui eos introevocat, et simul cum ipsis ascendente in utraque parte [triclinii] per posticam partem accubituum et deinceps ab antiqua eorumdem enumerante in singulis accubitis duodenos accumbentes, neque permittente cuiquam, ut prius accumbat, quam imperiales musici adstantes modulos suos occœperint. **431**

A τὴν ὑπὸ καμπάγιον σύγκλητον πᾶσαν, οἷον ἀσηκρήτας, χαρτουλαρίους τῶν μεγάλων σεκρέτων, βασιλικοὺς νοταρίους τῶν λεχθέντων σεκρέτων, οἷον ἀπό τε σπαθαροκανδιδάτων καὶ κατωτέρω ὑπάτων, δισυπάτων, κομήτων τῶν σχολῶν, σιλεντιαρίων, προτικτόρων, εὐτυχοφόρων, σκηπτλοφόρων, ἀξιωματικῶν τῶν διαφόρων ταγμάτων τὸν ἀριθμὸν ρξη', Ἀγαρηνῶν τοῦ πραιτωρίου κδ', τῶν Βουλγάρων φίλων ἀνθρώπους ιβ', καὶ πένητας ἀδελφοὺς τὸν ἀριθμὸν ιβ'· προκινσεύειν δὲ αὐτοὺς στιχηδὸν οὕτως· τοὺς μὲν συγκλητικοὺς κατὰ τὰς οἰκείας αὐτῶν ἀξίας καὶ τὰς τῶν ὀφφικίων αὐτῶν διαφορὰς διαστελλόμενος ἔνθεν κἀκεῖθεν· τοὺς δὲ Ἀγαρηνοὺς κατέναντι τῆς ὄψεως τῶν βασιλέων (48) ἐπὶ τῆς ἕκτης καὶ ἑβδόμης τραπέζης· τοὺς δὲ Βουλγάρων ἀνθρώπους ἐπὶ τῆς ἐνάτης τραπέζης τῆς αὐτῆς περιόδου (49)· τοὺς δὲ πένητας καὶ αὐτοὺς προσκαλεῖσθαι ἐπὶ τῆς θ' τραφέζης τῆς εὐωνύμου θέσεως, ἐν ᾗ παράστασις τοῦ δρουγγαρίου τυγχάνει. Εἰσάγειν δὲ δεῖ ἅπαντας μετὰ τὴν ἀφιξιν τῶν πρωτοκλήτων φίλων τῆς βασιλικῆς τραπέζης οὕτως· τοὺς μὲν ἀξιωματικοὺς ἅπαντας μετὰ τῶν οἰκείων ἀλλαξιμάτων, χλαμύδων τε καὶ καμπαγίων, στιχηδὸν κατὰ τάξιν τοῦ αὐτοῦ ἀξιώματος καὶ ὀφφικίου· τοὺς δὲ Ἀγαρηνοὺς λευκοφόρους ἀζώνους (50) ὑποδεδεμένους, δηλονότι προπορευομένου [97] αὐτοῖς τοῦ καλέσαντος ἀρτικλίνου καὶ συνανερχομένου ἐφ' ἑκατέρου τῶν μερῶν διὰ τῆς ὀπισθίου θέσεως τῶν αὐτῶν ἀκουβίτων καὶ διὰ τοῦ ἐμπροσθίου τόπου ἐξαριθμοῦντος ἐφ' ἑκάστῳ ἀκουβίτῳ δωδεκάδα προσώπων μίαν καὶ μὴ συγχωροῦντός τινα ἀνακληθῆναι μέχρι τῆς ἐκφωνήσεως τῶν παρεστώτων βασιλικῶν βουκαλίων. Μετὰ δὲ τὴν πάντων ἀνάκλησιν δεῖ προσέχειν τὸ μουσικὸν μέλος, καὶ ἡνίκα τὸ ἴδιον ἀπηχήσει φθέγμα, ἐξανίστασθαι ἅπαντας (51) εἰς εὐφημίαν

B

C

VARIÆ LECTIONES.

[97] προπορευομένων cod., αὐτῶν cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(48) Perobscurus hic est locus. Nam si imperator in medio sedit, recta prospexit ad introitum triclinii, ubi nulla mensa, et nemo sedebat ; ad dextram vero non magis commode, quam ad sinistram, poterat prospicere. Ergone in angulo summo sinistri lateris sedebat? Suadere videtur hic locus et p. 431, ubi ἡ ἄνω προσωπικὴ ἔξοδος memoratur, *exitus, qui in summa triclinii parte e regione imperatoris est* Sexta vero et septima mensa, ad quam accumbebant Saraceni, erat ad dextram, ut patet e verbis proxime subjectis τῆς αὐτῆς περιόδου. Dicuntur Bulgari nonam mensam ejusdem *obitus* seu lateris occupare cum Saracenis; et pauperes nonam mensam sinistræ positionis seu plagæ. Ergo Bulgari nonam mensam dextri lateris, et Saraceni duas alias ejusdem lateris occupabant.

(49) Liberæ nempe erant mensæ et a parietibus aliquantum remotæ, ut præter eas tam ab antica, quam a postica obiri posset, et introducebantur convivæ a postica, educebantur autem ab antica.

(50) Absque zonis intrabant hi Saraceni, forte quia, ut capti bello, discincti, cingulo, id est, militia et honore omni, soluti erant. Sed in universum nulli, sive cincto sive distincto, licebat olim cum cingulo ad sacram mensam venire ; qui mos quamvis mutatus sub Gallieno fuerit, tamen deinceps revocatus est, ut e Trebell. Pollione constat, cujus hæc sunt verba Script. II. A. t. II, pag. 245-47 : *Cum cingula sua plerique militantium, qui ad convivium venerant, ponerent hora convivii, — postea rogati ad convivium cincti accubuerunt. — Atque hinc tractum morem, ut deinceps cum imperatore cincti discumberent.* Discincti esse solebant epulantes. Hinc immodestia Neronis notatur a Suetonio c. 51 : *Quod plerumque synthesinam indutus ligato circa collum sudario prodibat in publicum sine cinctu et discalceatus.*

(51) Debebant convivæ surgere, quando aut benedicendum dictis laudibus imperatori esset, aut in ejus salutem bibendum, aut quando e regia mensa dapes ad convivas mitterentur. Ita quoque apud Hunnos in usu fuisse, ut, quando unus alteri poculum vini propinaret, surgeret inferior neque consideret prius, quam poculum porrectum delibasset aut ebibisset. Πάντων ἐν κόσμῳ καθεστώτων, ait Priscus in descriptione cœnæ, qua apud Attilam exceptus cum cæteris legationis comitibus fuerat. Excerpt. Legat. Hœschel. p. 51, *cum omnia ordinata et parata ad epulandum essent*, παρελθὼν οἰνοχόος τῷ Ἀττίλᾳ οἴνου κισσύβιον ἐπιδίδωσι. Δεξάμενος τὸν τῇ τάξει πρῶτον ἠσπάζετο. Ὁ δὲ τῷ ἀσπασμῷ τιμηθεὶς διανίστατο καὶ οὐ πρότερον ἵζησαι θέμις ἦν, πρὶν ἢ τῷ οἰνοχόῳ ἀπογευσάμενος ἥ καὶ ἐκπιὼν ἀπέδωκε τὸ κισσύβιον. Καθεσθέντα δὲ αὐτὸν τούτῳ τῷ τρόπῳ οἱ παρόντες ἐτίμων δεχόμενοι τὰς κύλικας καὶ μετὰ τὸν ἀσπασμὸν ἀπογευόμενοι. Deinde, illato

τῶν δεσποτῶν καὶ τὰς ἑαυτῶν ἀπεκδιδύσκεσθαι χλαμύδας· ἀλλὰ μὴν καὶ ὁσάκις, ἂν τὸ μουσικὸν ἀπηχήσῃ, καὶ ὁσάκις ἂν θεμελικόν τι πρὸς τέρψιν ἐκτελεσθῇ πρᾶγμα (52), καὶ ἡνίκα τι βρώσιμον ἐκ τῆς βασιλικῆς τραπέζης διὰ τοῦ τερπτοῦ καστρησίου πρὸς τοὺς δαιτυμόνας ἐξαποσταλήσεται. Ἐν δὲ τῇ τούτων ἐξόδῳ δεῖ προσέχειν τοῖς ῥωμαΐζουσι βουκαλίοις (53)

A Postquam omnes accubuerunt, oportet animum attendere ad musicos cantus; et quando peculiaris id significans atque monens tonus insonuerit, oportet omnes surgere ad dominis benedicendum suasque chlamydes exuere; quorum illud etiam repeti debet, quoties musici insonuerint et quoties ludicrum aliquod exercitium peragatur, item quando dapum

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

et consumpto primo ferculo, τῶν ὄψων τῶν ἐν τοῖς πρώτοις πίναξιν ἐπιτεθέντων ἀναλωθέντων πάντες διανέστημεν καὶ οὐ πρότερον ἐπὶ τὸν δίφρον ἀνεστὰς ἦλθε, πρὶν ἢ κατὰ τὴν προτέραν ταξιν ἕκαστος τὴν ἐπιδιδομένην αὐτῷ οἴνου πλήρη ἐξέπιε κύλικα, τὸν Ἀττίλαν σῶν εἶναι ἐπευξάμενος. Καὶ τοῦτον τιμηθέντος αὐτοῦ τὸν τρόπον ἐκαθέσθημεν καὶ δεύτερος ἑκάστῃ τραπέζῃ ἐπετίθετο πίναξ ἕτερα ἔχων ἐδώδιμα. Ὡς δὲ καὶ αὐτοῦ οἱ πάντες μετέλαβον, καὶ τῷ αὐτῷ ἐξαναστάντες τρόπῳ αὖθις ἐκπιόντες ἐκαθέσθημεν, etc. Apparet ex hoc loco, duo tantum fercula in convivium Attilæ illata, ter tamen bibitum et ter surrectum fuisse de mensis, ante illatum primum ferculum, inter primum et secundum, et tandem sub finem secundi. Ter quoque Græci bibebant; ut alio loco videbimus.

non intelligerent, ut Valerianus et Valens, quod ex Themistio constat. Brevi prorsus exolescebat Latinus, ut necesse esset leges, quæ ex antiquo more conservandæ majestati Romani imperii Latinæ ponebantur, simul quoque Græce proponi, et orationes, quæ ad milites et senatum a novo imperatore essent habendæ, utroque sermone recitari. Tandem Latina prorsus exacta nullum sui B vestigium reliquit præter paucas quasdam voces singulares et formulas salutandi, bona vota, in diebus festis, joci et hilaritatis et antiqui ritus servandi gratia coram imperatore, quando epularetur, biberet, in publicum procederet, recitari solitas, quales passim in hoc codice prostant, ut *Vivite, Felicissime*, etc.; vid. p. 7, et cap. 74 l. 1. Si recte habet lectio apud Luitprandum Legat. p. 483, mos erat in aula Byzantina homilias Chrysostomi Latine inter epulas legi, aut saltim curabat Nicephorus Phocas in gratiam Luitprandi id fieri. Sed neutrum probabile cum sit, malim cum iis facere, qui pro *voce Latina* ibi legunt *voce elata*. In sacris quoque obtinebat Latinus sermo apud Græcos satis diu partem aliquam. Memorabilis est locus Nicolai, pontificis Romani, in epistola ad Michaelem imp. (vid. Du Cange v. *Obsequiare*): *Ecce quotidie, imo vero in præcipnis festivitatibus inter Græcam linguam, veluti quiddam pretiosum, hanc* [Latinam] *quam barbaram* C *et Scythicam linguam appellatis, miscentes, quasi minus decori vestro facitis, sic hac etiam in vestris officiis et obsequiis non utamini*; item Leonis IX., Epist. 1, c. 23, ad patriarcham CPtanum; *Ad quid vestro imperatori Latinæ laudes, et in Ecclesia Græcis recitantur Latinæ lectiones.* Scilicet volebant eo indicare, se cum Ecclesia Latina unitos unum corpus, unum cœtum efficere. Paria quoque Latini faciebant olim quidem, partem suis in sacris Græco sermoni vicissim tribuentes. Vid. scriptum vetus de Liturgia Gallica apud Martene t. I Rituum Ecclesiastic. p. 464, ubi inter alia hæc leguntur.: *Ajus* [id est, ἅγιος] *vero ante prophetias pro hoc cantatur in Græca lingua, quia prædicatio Novi Testamenti in mundo per Græcam linguam processit*, etc. Anastasius in Benedicto III: *Græcas et Latinas lectiones, quas die Sabbato sancto Paschæ simulque et sancto Pentecostes subdiaconi legere soliti sunt.* Idem in Leone III de ipso hæc narrat: *Hic pro more* D *et cautela orthodoxæ fidei fecit scuta argentea duo, scripta utraque Symbolo* [nempe fidei], *unum quidem litteris Græcis, et aliud Latinis, sedentia dextra lævaque super ingressum corporis*, Ergo mos erat in ecclesiis Latinis symbolum fidei utraque lingua scriptum gradibus litteris in scutis ligneis vel marmoreis tabulis exponendi. Sæpius mentio fit in Ordine Romano lectionum Græcarum, ut p. 25: *Deinde lector ascendens in ambonem imprimis Græca legit: deinde statim alius Latina*; ad quem locum Mabillonius hæc notat *Apposite ait hunc locum ait Amalaricus initio l.* II: *Sex lectiones ab antiquis Romanis Græce et Latine legebantur, qui mos apud CPlin hodieque servatur propter duas causas; nam quia aderant Græci, quibus incognita erat lingua Latina, altera propter unanimitatem utriusque populi.* In magna Græcia diu substitit mos Græca Latinis in officio sacro jungendi, ut patet ex Angeli de Nuce notis ad Chronicon Cassinense l. I, c. 32.

(52) Jam alibi memini de scenica medii ævi et aulæ CPtanæ Musa egisse, aut potius argumentum hoc, de quo perparum novimus, attigisse. Inficetam eam fuisse et sapuisse ævi sui rus atque nugas, probabile est. Spectacula theatralia edidisse veteres impp. Romanos Inter epulas suas, constat e Spartiani Hadriano p. 215: *In convivio tragœdias, comœdias, Atellanas, sambucas, lectores, poetas pro se semper exhibuit.* Secutorum imperatorum plerosque non arcuisse suis a conviviis scenicas voluptates, colligitur e Lampridii Alexandro Severo, de quo ille tanquam peculiare quid refert, quod *voluptates scenicas in convivio nunquam habuit, sed summa illi oblectatio fuit, ut catuli cum porcellis luderent, aut perdices inter se pugnarent.* Late patet vox θυμέλη apud novos Græcos. Non solum comœdias et tragœdias significat (quas si a medio ævo saltim tolerabiles requirimus et exspectamus, videmur injuriam illi facere), sed etiam, idque magis, omnia, quæ auditu spectatuque delectare poterant, ut Atellanas seu centones e scurrilibus dictis et conviciis, musicam vocalem instrumentali junctam, petauristarum funambulorum aliorumque agyrtarum θαύματα, qualia in epulas medio ævo fuisse introducta et e cœna Trimalchionis, quæ sequioris ævi fructus est, et e ludo Gothico, de quo Noster p. 222 narrat, constat. Et de his talibus nugis potius hic loci puto dictionem θυμελικόν τι πρᾶγμα accipiendum esse, quam de dramatibus poeticis, prorsus ut ἀκρόαμα est omne spectaculum exhilarans, ut Casaub. ad Athen. monuit.

(53) Quamvis novi Græci Romanos se appellent et nomen Ἑλλήνων ut infame devitent (nam qui Ἕλληνα quemdam eorum appellaret, is haud minorem sibi factam crederet injuriam, quam si idololatra, impius, sacrilegus fuisset dictus), attamen sermonem suum Ἑλληνικὸν appellant, Ῥωμαῖον autem Latinum, et ῥωμαΐζειν dicunt Latine loquentes. Ita Photius in Excerptis vitæ Gregorii M. p. 760 fine dialogos ejus ait Romana, hoc est Latina, lingua in communem usum Ecclesiæ Græcæ conversos fuisse: Ζαχαρίας —τὴν ἐν τῇ Ῥωμαϊκῇ μόνῃ συγκλειομένην γνῶσιν καὶ ὠφέλειαν εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν ἐξαπλώσας κοινὸν τὸ κέρδος τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ ἐποιήσατο. Vigebat olim Latinus sermo in aula Byzantina tempore Constantini M., deinde sensim desuescebat, quibusdam imperatoribus, ut Juliano, Græco sermoni magis, quam Latino faventibus, quamvis alii essent, qui Græcum prorsus

aliquid e sacra mensa per jucundum castrensem ad convivas emittatur. In horum autem [musicorum et thymelicorum] exitu oportet [nos artoclinas] ad vocales musicos, Romane vel Latine loquentes, et, illis exclamantibus, simul ad gestum clarissimi castrensis attendere, eoque edito, convivas simul omnes exsurgere, jubere atque educere in suis tunicis

A καὶ σὺν τῇ αὐτῶν ἐκφωνήσει προσέχειν τὸ σχῆμα τοῦ κλεινοῦ καστρησίου, καὶ αὖθις ἐξανιστᾷν πάντας τοὺς κεκλημένους χλανιδοφόρους διὰ τῆς ὀπισθίου θέσεως τῶν ἀκουβίτων, καὶ ἐπανάγειν αὐτοὺς ἐκ τῶν κάτω πρὸς τὴν ἄνω προσωπικὴν ἔξοδον τῆς αὐτῆς περιόδου. Κσὶ εἶθ' οὕτως μετὰ τὴν τούτων τελείαν ὑπείδυσιν [98] (54) καὶ αὐτοὺς τῆς βασιλικῆς

VARIÆ LECTIONES.

[98] ὑπέκδυσιν vel ἀπόλυσιν vel ἀπήλυσιν legi vult R.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

ubi inter alia S. Anastasii, episcopi Neapolitani, hæc verba citat : *In qua* [Neapoli] *laici simul cum clericis assidue Græce Latineque communi prece psallunt Deo.* Ex eodem apparet, sacerdotum quosdam Græce, alios Latine per antiphonas cantasse, unde *Græca* et *Latina pars sacerdotalis* dicta fuit. Mansit in Ecclesiis nostratibus aliquale vestigium illius moris. Hymnos enim quosdam veteres Latinos non chorus tantum cantorum, sed etiam ipsa plebs ita canit, ut alternatim Latina verba et Germanicam eorum interpretationem cantent : e. c. *puer natus in Bethlehem*, item *in dulci Jubilo*, in quo hymno versus Latini Germanicis ita sunt interpolati, ut hi illos non interpretentur, sed cœptam ab illis sententiam continuent. Locus Chronici Cassinensis, ad quem Ang. de Nuce observationem superiorem attulit, hic est : *post hæc incipientes tetanias omnes pariter ingrediebantur in ecclesiam S. Petri et iterum data oratione cantabant Tertiam et deinde missam : Venite benedicti Patris mei, cum cantu promiscuo, Græco videlicet atque Latino, usque ad complementum Evangelii.* Addidit ad hunc locum excursionem angelus, qua indagat, num sacra Liturgia sermone vernaculo et vulgari apud Græcos et Latinos primis sæculis celebraretur, an secretiori et vulgaribus ignoto. Josephus Antonius Saxius in notis ad Landulphi Jun. Histor. Mediolan. c. 22, putat etiam Mediolani sæculo adhuc XII Græcam linguam in sacris viguisse ejusque rei vestigium et argumentum se reperisse in nomine festi Græco (*festi de Hagios* puta) tum recens instituti. Conf. Josephus Catalanus ad Augustini Patricii Cerimoniale Ecclesiæ Romanæ p. 117 sq., ubi inter alia ait olim consuevisse in regni Neapolitani Ecclesiis epistolam atque Evangelium Græce et Latine prælegi, et adhuc hodie Brundusii semel per annum in Dominica Palmarum epistolam et Evangelium Græca lingua ex prisca et immemorabili ejusdem Latinæ ecclesiæ consuetudine reciturl. In coronatione sua quoque Romani pontifices curabant sibi laudes Græce, Latine et Hebraice dici, quo persuaderent non intelligentibus, Romanum episcopum œcumenicum et omnium summum esse, cui etiam Græca Ecclesia se submittat. Acta Concili Pisani de Anno 1409 : *Dominus papa Alexander fuit coronatus. — Ex illa die multa fuerunt solemnia, ut puta de stupis combustis, dicendo : Sic transit gloria mundi ; de epistola et Evangelio in Missa Græce, Hebraice et Latine.* Crassus in Diario electionis et coronationis Leonis X : — *in medio vadit ille, qui ducturus est epistolam; portans librum Evangeliorum, et cum eo qui dicturus est epistolam Græcam ; et post eos qui lecturus est Evangelium Græcum, diaconi cardinales sequuntur ordine suo, inter quos ille est, qui dicturus est Evangelium.* [De prosa Græca coram pontifice Romano cum 12 cardinalibus tanquam cum 12 Apostolis accumbente decantata v. Ord. Roman. p. 187. Rothomagi versus ultimus litaniæ Græcus est. Moleon. p. 345.]* Ipso superiore anno, mense Maio puta A. 1752, nuntiabant publicæ novellæ, Parisiis, ni fallor, ab illa societate, quæ captivos Christianos a piratis Turcicis redimit, missam Græcam fuisse celebratam, forte ex vetere instituto. Sermonem Græcum Romæ adhuc sæculo XI in usu, aut potius pro illorum temporum Gothicis et onerosis moribus, qui affectationem et ridiculum mimum atque fastum rebus in omnibus monstrabant, jactatum fuisse, apparet ex tabula XVIII tomi primi Monumentorum vetustorum Ciampini p. 35 exhibita, quæ imaginem sistit ænearum valvarum ecclesiæ S. Pauli extra muros urbis, in multas areas parallelas divisarum, et imaginibus sanctorum historiisque biblicis, rudi cœlo designatis, inscriptionibus denique plurimis Græcis, sed aspersis quoque Latinis, imo et Arabica una et altera obsitarum. Quo in ectypo idiographia Græca istius ævi cum idiographia nostrarum membranarum apprime conveniens observari potest. Mistura Græci et Latini sermonis apparet in hujus tabulæ area 54, ubi ὁ ἅγιος Μώυσις, et area 35, ubi ὁ ἅγιος Δαυὶδ, *id est, David*, volumen tenens conspicitur cum inexarata sententia : *Audi, filia, et vide et inclina aurem.* Est ibidem quoque S. Jeremias cum titulo Græco et volumine Latinis litteris inscripto. Possem hic de nummis agere ex una parte Græce vel etiam Arabice, ex altera Latine inscriptis. Sed redeo ad argumentum meum. Latinis itaque licebat episcopis CPlin venientibus publice lingua sua in Ecclesiis Græcis missam celebrare. Marcellinus Comes narrat, Joannem Romanum pontificem, anno 525 CPlin venisse miroque honore a Justiniano imp. exceptum fuisse, *et dextrum dextro insedisse Ecclesiæ solio, diemque resurrectionis Domini nostri plena voce Romana precibus celebrasse.* Ita quoque Joannes diaconus in Chronico Neapolitano p. 306 refert, legatos Romani pontificis sanctum officium in Ecclesia CPtana Latine celebrasse et imperatori Constantino Pogonato Latine laudes dixisse. *Tanta gratia legatos catholicæ pacis subsecuta fuit, ut ad lætitiam populi Joannes Portuensis episcopus, qui erat unus ex ipsis, Dominica Octavarum Paschæ missas publicas in ecclesia S. Sophiæ coram principe et patriarcha Latine celebraret, et omnes unanimiter in laudes Creatoris et imperatorum idem Latinis vocibus acclamarent.* Quamvis idem dicat, aut potius repetat ex illo Chronico Anselmus Havelbergensis dialog. III, 12, incredibile tamen est, concionem Græcorum hominum Latine haud callentium Latinorum laudes et intellexisse et recitasse. Ut autem Latini legati Latinas laudes imperatoribus CPtanis acclamabant, ita vicissim Græci legati Græcas acclamabant imperatoribus Occidentis et pontificibus Romanis. Notus est locus Rheginonis Prumiensis, quo ait, legatos Græcos Nicephori Generalis aut Irenes (non bene memini) Carolo Magno in ecclesia cathedrali Aquisgranensi Græcas laudes accinuisse. Acta Concilii Lugdunensis de an. 1274 : *quo symbolo finito idem patriarcha, archiepiscopi et logotheta cum aliis cantaverunt laudes solemnes in lingua Græca domino papæ.*

(54) Quid hoc verbi sit, non intelligo. Sensus, quem in versione expressi, flagitat ὑπέκδυσιν, vel ἀπόλυσιν, vel ἀπήλυσιν. Quid horum præferendum aut quid aliud substituendum sit, viderint alii. Certe δῦναι idem quod βαλνειν vel ἰέναι esse, patet ex

τραπέζης δαιτυμόνας ἐξάγειν, δηλονότι [99] προπορευομένου αὐτοῖς τοῦ κλεινοῦ καστρησίου τῆς βασιλικῆς τιμίας τραπέζης. Ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας ἡμέρας τῆς πολυσχεδοῦς ταύτης καὶ λαμπρᾶς πανδεσίας δεῖ ἡμᾶς εὐτρεπίζειν εἰς πρόσκλησιν τῆς βασιλικῆς περιβλέπτου τραπέζης ὁμοίως μαγίστρους, ἀνθυπάτους πατρικίους ὀφφικιαλίους, καὶ οἰκειακοὺς πρωτοσπαθαρίους, τὸν ἀριθμὸν ιβ', συναριθμουμένου αὐτοῖς ἐξαιρέτως τοῦ δομεστίκου τῶν σχολῶν κατὰ τύπον· εἰσάγειν δὲ αὐτοὺς πάντας ἐν τῇ αὐτῶν ἀνακλήσει χλανιδοφόρους ἐστολισμένους κατὰ τὸ ἴδιον σχῆμα· τοὺς δὲ οἰκειακοὺς πρωτοσπαθαρίους μετὰ τῶν οἰκείων σπεκίων καὶ ῥωέων σαγίων, ἐμπροσθίῳ τῷ σχήματι, καθὼς ἀνωτέρω δεδήλωται. Ἐν δὲ τοῖς πέριξ ἀκουβίτοις δεῖ καλεῖν ἐφ' ἑνάτερα μέρη ἐπὶ [1] δύο ἀκουβίτων βασιλικοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῆς τῶν σπαθαροκανδιδάτων ἀξίας καὶ κατωτέρω· ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς ἀκουβίτοις ἅπαντας τοὺς ἄρχοντας τοῦ τάγματος τῶν σχολῶν, οἷον τοποτηρητήν, εἰ τύχοι αὐτὸν εἶναι σπαθαροκανδιδάτον, τοὺς κόμητας τῶν σχολῶν, δομεστίκους τῶν σχολῶν, τὸν προέξημον, προτήκτορας, εὐτυχοφόρους, σκηπτροφόρους, ἀξιωματικούς, μανδάτορας, τὸν ἀριθμὸν σμ', καὶ πέντας τὸν ὁ ριθμὸν ιβ'· εἰσάγειν δὲ αὐτοὺς ἐν τῇ ἀνακλήσει μετὰ τῶν οἰκείων σκαραμαγγίων, τὸν δὲ τοποτηρητὴν καὶ χαρτουλάριον τοῦ αὐτοῦ τάγματος μετὰ καὶ σαγίων ῥωέων, δηλονότι προπορευομένου αὐτοῖς τοῦ ἀρτικλίνου κατὰ τὸν προγραφέντα τύπον. Ἐπὶ δὲ τῆς τρίτης ἡμέρας τῶν αὐτῶν ἀκουβίτων δεῖ ἡμᾶς εὐτρεπίζειν εἰς πρόσκλησιν, ἐν μὲν τῇ βασιλικῇ τραπέζῃ ἄρχοντας μεγιστάνας τοὺς ἀνωτέρω ἐπὶ τῆς δευτέρας ἡμέρας μνημονευθέντας τὸν ἀριθμὸν ιβ', ἀφαιρουμένου μὲν τοῦ τῶν σχολῶν δομεστίκου, ἀνυεισιόντος δὲ κατὰ τύπον τοῦ δομεστίκου τῶν ἐξκουβίτων, εἰσάγειν δὲ αὐτοὺς ἐν τῇ ἀνακλήσει κατὰ τὸν προδειχθέντα τύπον. Ἐν δὲ τοῖς ἑκατέροις τῶν μερῶν ἀκουβίτοις δεῖ καλεῖν ὁμοίως ἐπὶ τοῖς δυσὶν ἀκουβίτοις βασιλικοὺς ἀνθρώπους ἐν ἀξιώμασιν· ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς ἀκουβίτοις ἅπαντας τοὺς ἄρχοντας τοῦ τάγματος τῶν ἐξκουβίτων, οἷον τοποτηρητὰς, σκρίβωνας, τὸν χαρτουλάριον, δρακοναρίους, σκευοφόρους, σιγνοφόρους, σενάτορας, πρωτεμανδατορας, καὶ μανδάτορας τοῦ ἀριθμοῦ σδ', καὶ πέντας ιβ', εἰσάγειν δὲ αὐτοὺς κατὰ τὸν προρρηθέντα τύπον κατὰ τὸ σχῆμα τῆς δευτέρας ἡμέρας. Ἐπὶ δὲ τῆς τετάρτης ἡμέρας τῆς περιφανοῦς ταύτης, ὡς εἰπεῖν, δεξιώσεως δεῖ ἡμᾶς εὐτρεπίζειν εἰς κλῆσιν τῆς βασιλικῆς τιμίας τραπέζης ἐκ τῶν ἀνωτέρω καθ' ἑκάστην ἡμέραν μνημονευθέντων ἀρχόντων σὺν τῷ δρουγγαρίῳ τῆς βίγλης κατὰ τύπον τὸν ἀριθμόν ιβ', εἰσάγειν δὲ ἅπαντας ἐν τῇ ἀνακλήσει μετὰ τῶν οἰκείων ἀλλαξιμάτων, καθὼς εἴρηται· τὸν δὲ δρουγγάριον τῆς βίγλης μετὰ τοῦ οἰκείου σκαραμαγγίου καὶ σαγίου ῥοῆς. Ἐν δὲ τοῖς

per posticam positionem vel partem accubituum, et reducere eos ex inferioribus ad superiorem conspicuum seu regio conspectui expositum exitum ejusdem periodi vel partis triclinii, cæterisque digressis sic tandem et sacræ mensæ convivas emittere, præcedente clarissimo castrense venerabilis mensæ imperialis. Altero autem die multifidæ, id est tot per dies iteratæ et quasi dispertitæ, splendidæque universalis convivationis oportet, ut invitatos et paratos ad communionem undequaque spectabilis sacræ mensæ habeamus suo tempore advocandos magistros iterum, ut superiore die, proconsules patricios officiales, familiares protospatharios, numero in universum duodecim; quorum unus eo die ex formula et præscripto cerimonialis esse debet domesticus scholarum. Illos omnes oportet viritim evocatos in tunicis peculiari modo conformatis introducere. Domesticos autem protospatharios cum peculiaribus sibi suis speciis et sagis russis ante mensam sacram statuere, ut supra declaratum est. Ad accubitos autem, qui sacram mensam ex utraque parte circumstant, oportet evocare, et ad proximas quidem duas homines imperiales, a spatharocandidatorum inde dignitate et sic porro inferiores; ad reliquas sedecim vero magistratus tagmatis scholarum, ut topoteretam, si simul sit spatharocandidatus, comites scholarum, proximum, protectores, eutychiophoros, sceptrophoros, axiomaticos, mandatores, in universum 240, et pauperes duodecim. Oportet autem supra scriptos evocatos introducere in suis sibi scaramangiis. Topotereta vero et chartularius ejusdem tagmatis etiam in sagis russis introeunt, præcedente ipsos articlino secundum formulam supra scriptam. Tertio die celebrationis eorumdem XIX accubituum oportet nos invitatos paratosque habere ad sacram quidem mensam magnates, 432 quales modo secundo die dicebamus advocari; pariter numero duodecim, omisso ea vice domestico scholarum et assumpto in ejus locum domestico excubitorum, et hi secundum præscriptam formulam evocati introducuntur. Reliquos autem in utramque partem accubitos quod attinet, apponuntur eorum duobus a regia proximis homines imperiales dignitatibus spectabiles; cæteris magistratus tagmatis excubitorum, ut topoteretæ, scribones, chartularius, draconarii, scenophori, signiferi, senatores, protomandatores et mandatores, ad numerum 204, et pauperes duodecim. Introducuntur autem secundum formulam secundi diei jam expositam. Quarto die splendidæ hujus, ut ita dicam, beneventationis et exceptionis oportet vos invitare et comparare ad communionem venerabilis regiæ mensæ de proce-

VARIÆ LECTIONES.

[99] ἐξάγειν, δηλονότι R., ἐξάγειν δὲ δηλονότι cod. et ed. [1] ἐπὶ em. R., ἀπὸ cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

voce ἄδυτα, quæ idem atque ἄβατα significat, item ex διαδύνειν in loco Nicomachi Gerasenis, quem Salmasius ad Aram Dosiadæ p. 189. ed. Cren. citat, ubi notat *divergere*, in diversa tendere.

ribus, quales jam ad singulos præcedentium die- A rum commemoravimus, numero duodecim, comprehenso simul drungario vigiliæ : eosque introducere cum suis sibi quemque mutatoriis, ut dictum jam est; drungarium vigiliæ autem cum scaramangio suo et sago russo; ad reliquos autem accubitus advocare homines imperiales secundum formulam prædictam, et omnes magistratus tagmatis arithmi, topoteretam, chartularium, comites centarchos, bandophoros, labarenses, vexilliferos, ducenatores, mandatores, janitores, diatrechontes vel vernaculos, in universum 204. Horum quidem topoteretes cum sago russo, cæteri autem cum suis quisque scaramangiis introducuntur. Die quinto oportet vos invitare et comparare vocandos ad sacram et vere regiam mensam duodecim amicos de B illustribus proceribus supra memoratis, quorum unus eo die erit domesticus hicanatorum. Hi, ut jam notatum, in propriis suis mutatoriis introducuntur. Ad reliquos simul omnes accubitus vocare oportet, ad primos quidem a sacro proximos homines imperiales, ut jam diximus; ad inferiores autem eorumdem ipsorum hicanatorum rectores, ut topoteretam, comites, chartularium, centarchos, bandophoros, vexilliferos, ducenatores et mandatores, ad numerum 204, et præter eos adhuc duodecim pauperes. Evocatos ita oportet introducere, ut, cum de cæteris ordinibus diceremus, præscripsimus.

λοιποῖς ἀκουβίτοις δεῖ ἡμᾶς καλεῖν βασιλικοὺς ἀνθρώπους κατὰ τὸν λεχθέντα τύπον, καὶ ἅπαντας τοὺς ἄρχοντας τοῦ τάγματος τοῦ ἀριθμοῦ, οἷον τοποτηρητὴν, τὸν χαρτουλάριον, τοὺς κόμητας, τοὺς κεντάρχους, βανδοφόρους, λαβουρησίους, σημειοφόρους, δουκινιάτορας, μανδάτορας, θυρωροὺς, διατρέχοντας, τὸν ἀριθμὸν σδ', καὶ εἰσάγειν αὐτοὺς οὕτως· τὸν μὲν τοποτηρητὴν μετὰ ῥωέου σαγίου, τοὺς δὲ λοιποὺς μετὰ τῶν οἰκείων σκαραμαγγίων, καθὼς ἀνωτέρω δεδήλωται. Ἐπὶ δὲ τῆς πέμπτης ἡμέρας δεῖ ὑμᾶς προευτρεπίζειν εἰς κλῆσιν τῆς τιμίας ὄντως βασιλικῆς τραπέζης ὁμοῦ ἐκ τῶν ἀνωτέρω μνημονευθέντων ἐνδόξων μεγιστάνων σὺν τοῦ δομεστίκου τῶν ἱκανάτων, φίλους τὸν ἀριθμὸν ιβ', καὶ εἰσάγειν αὐτοὺς μετὰ τῶν οἰκείων ἀλλαξιμάτων, καθὼς ἀνωτέρω δενήλωται. Ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς ἀκουβίτοις δεῖ καλεῖν ὁμοῦ βασιλικοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν. Ἐν δὲ τοῖς κατωτέρω τοὺς ἄρχοντας τοῦ τάγματος τῶν αὐτῶν ἱκανάτων, οἷον τοποτηρητὴν τῶν κομήτων, τὸν χαρτουλάριον τῶν κεντάρχων, βανδοφόρων, σημειοφόρων, δουκινιατόρων καὶ μανδατόρων, σδ' τὸν ἀριθμὸν, καὶ πέντας ιβ', εἰσάγειν δὲ αὐτοὺς ἐν τῇ ἀνακλήσει, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς τάγμασι προεγράφαμεν.

433 Tenendum, si primum in diem hebdomadis incidat festum gloriosæ nativitatis Christi, indeque initium sumat convivatio in XIX accubitis, oportet nos sexto die [is est sabbati] ad convivandum cum domino venerabilemque imperialem mensam vocare archiepiscopum Constantinopolitanum una cum duodecim illis hegumenis, qui in codicillis nostri penes nos hærentibus descripti et designati sunt. Evocatos autem eos oportet sic introducere : patriarcham simul cum imperatore protinus apud recitationem stichi [seu orationis mensalis], quo is super sella resideat [neque accumbat]; sanctos autem hegumenos seriatim secundum ipsorum ordinem et dignitatem competentem. Introducuntur, quemadmodum patricii suis in mutatoriis introducuntur, sic et hi suis in pheloniis laxo habitu [absque zonis], imperiali castrense præambulante et pariter in orbem circa sacram mensam collocante; quo proprius imperator eos, quos voluerit, advocare possit. Ad reliquos accubitus vocare oportet abbates [id est monachos] va- D

Σημειωτέον δὲ τοῦτο· εἰ γὰρ ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος ἡ τῶν ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ γενεθλίων ἐπέστη ἑορτὴ, καὶ ἀπὸ ταύτης ἡ τῶν ιθ' ἀκουβίτων δεξίωσις τὴν ἀρχὴν ἐπιδείξηται, δεῖ ἡμᾶς ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ ἐπὶ μὲν τῆς τιμίας βασιλικῆς τραπέζης συγκαλεῖν εἰς ἑστίασιν τὸν ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως μετὰ καὶ ιβ' ἡγουμένων τῶν ἐν τῇ περὶ ἡμᾶς (55) τόμῳ κειμένων, εἰσάγειν δὲ αὐτοὺς ἐν τῇ ἀνακλήσει οὕτως· τὸν μὲν πατριάρχην σὺν τῷ βασιλεῖ ἅμα τοῦ στίχου (56) εἰς τὸ ἐπὶ δίφρου καθεσθῆναι· τοὺς δὲ ὁσίους ἡγουμένους στιχηδὸν κατὰ τὴν οἰκείαν τάξιν καὶ ἁρμόζουσαν δόξαν· εἰσάγειν δὲ αὐτοὺς, καθὼς καὶ τοὺς πατρικίους μετὰ τῶν οἰκείων αὐτῶν φελωνίων ἀπολελυμίνῳ τῷ σχήματι (57), δηλονότι προπορευομένου αὐτοῖς τοῦ βασιλικοῦ καστρησίου, καὶ ὁμοίως ἱστῶντος κύκλῳ τῆς βασιλικῆς τραπέζης εἰς τὸ προσκαλέσασθαι πλησιέστερον ἐξ αὐτῶν οὓς ἂν δόξῃ τῷ βασιλεῖ. Ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς ἀκουβίτοις δεῖ ὑμᾶς καλεῖν τοὺς ἐκ διαφόρων μοναστηρίων ἀναγραφομένους ἀβάδας, ἤγουν τοὺς τὰ σφραγίδια παρ' ἡμῶν εἰληφότας (58),

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

(55) Sensum, quem exsculpere his a verbis valui, dedi in Latinis. Dubito tamen, rectene habeat hic locus, an vitium subsit.

(56) Stichus est formula precum solemnis ante epulas et iis finitis a sacerdotibus recitari solita, e dictis scripturæ et aliis piis meditationibus contexta. Proprie στίχος solet appellari formula e psalmis Davidicis aut aliis Scripturæ locis excerpta.

(57) Si de viris cingulo militiæ honoratis sermo esset, acciperem hanc dictionem pro ἀζώνοις, *discinctis*. Sed in sacerdotibus nihil cingulo astrictum. Hinc putem, hanc dictionem notare, libere laxeque dependentibus pheloniis, non ultra cubitum regestis sed ambobus brachiis intra saccum veluti latentibus.

(58) Solebant statis diebus ad sacram mensam invitari clerus omnis, monachi, et iis similes reputati pauperes, iisque tesseræ distribui, quibus exhi-

τὸν ἀριθμὸν σιϛ' · εἰσάγειν δὲ καὶ αὐτοὺς στιχηδὸν, καθὼς καὶ τοῖς λοιποῖς, ἠμφιεσμένους τὰς οἰκείας στολας ὡς πρὸς συνήθειαν· ἀνακλίνειν δὲ αὐτοὺς ἐφ' ἑκάστης τραπέζης δωδεκάδα μίαν. Μετὰ δὲ τὴν τούτων ἀνάκλησιν καὶ ἑστίασιν δεῖ ὑμᾶς προσέχειν τὸν τοῦ ὀπτομίνσου μίνσον (59), καὶ ἐν, τούτῳ τῷ καιρῷ εἰσάγειν πρὸς χειρονομίαν (60) τῶν ἀνακειμένων καὶ ψαλλόντων πατέρων τοὺς δύο μεγάλους τῆς ἐκκλησίας δομεστίκους, καὶ ἱστᾷν αὐτοὺς ἔνθεν κἀκεῖθεν τοῦ περιβλέπτου τρικλίνου πρὸς τὸ ποιεῖσθαι, ὡς εἴρηται, τὴν χειρονομίαν ἐπὶ τὴν ψαλμῳδίαν τῶν ἀνακειμένων πατέρων· Δίδοται οὖν κατὰ τύπον παρὰ τοῦ εἰδικοῦ λόγου τοῖς μὲν ἀνακειμένοις ἐπὶ τῆς βασιλικῆς τραπέζης ιβ' ἡγουμένοις εἰς φιλοτιμίας ἐπίδοσιν ἀνὰ νομισμάτων δ'· τοῖς δὲ λοιποῖς μονάχοις ἅπασιν ἀνα νομίσματος ἑνὸς καὶ μόνου· τοῖς δὲ δύο δομεστίκοις ἀνὰ νομισμάτων β' κατὰ τύπον. Δεῖ εἰδέναι, ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ καὶ οἱ πένητες (61) ἐν τῷ χρυσοϊστορίῳ ἐσθίουσιν, λαμβάνοντες τὴν κατὰ συνήθειαν εὐλογίαν. Εἰ δὲ ἐν τετάρτῃ ἢ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος ἡ Χριστοῦ γέννησις καταντήσει, καὶ ἀπὸ ταύτης ἄρχηται ἡ κλῆσις τελεῖσθαι τῶν ἀκουβίτων, δεῖ ὑμᾶς ἐν τῇ κυριακῇ τῆς περιόδου τῆς αὐτῆς ἑβδομάδος πρὸ τῆς κλήσεως τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν ἀβάδων ἐκτελεῖν τὸ λεγόμενον κλητώριον τὸν πολύτριχον (62), καὶ

A riorum monasteriorum, quorum nomina in notitia nostra descripta identidem tenemus, illos nempe, qui tesseras a nobis antea acceperunt, ad numerum 216. Introducuntur seriatim, sicut in cæteris moris est, induti propriis suis et consuetis stolis. Accubitis singulis adsternuntur deni bini viri. His itaque apud accubita sua satiatis, attendere oportet ad optominsi [seu assati ferculi] missum, et tum temporis ambo Magnæ Ecclesiæ magnos domesticos introducere ad præmonstrandam accumbentibus et psallentibus patribus cheironomiam seu gesticulationem manualem moderandi cantus gratia. Et hos collocare oportet unum ad dextram, alterum ad sinistram illustris triclinii, ut cheironomia sua, quod diximus, accumbentium patrum cantum moderentur. Quantum ad pietatem domini B atlinet, dantur illis quidem duodecim ad sacram mensam accumbentibus hegumenis recepto more formulaque ex privato principale peculio singulis numismata quaterna nomine doni gratuiti, reliquis autem monachis singulis bina. Eodem quoque die pauperes comedunt in chrysohistorio, accipientes consuetam benedictionem. Quod si vero in quartam aut quintam septimanæ feriam incidat festum nativitatis Christi, et ex ea incipiat convivium accubituum dictum celebrari, oportet vos ea dominica,

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

bitis pro convivis sacræ mensæ agnoscerentur et admitterentur. Conf. p. 435, 450 et 210. Simile quid invenio in Joannis Stylitæ Chronico Syriaco apud Asseman. t. II, p. 271. Bibl. Or. : *Demosthenes, Edessæ præfectus, pauperes collegit, et quos plumbeo signo ad collum appenso notaverat, iis libram panis dietui distribuit*; et in Gestis Innocentii III, p. 150 : *circuibat et investigabat diligenter eleemosynarius ejus pauperes ac debiles maxime nobiles, dabatque iis sigilla, ut per eos, qui ipsa referrent, singulis hebdomadibus acciperent ad victum.* De συντομίοις καλαμίνοις seu tesseris ligneis quas qui monstraret, accipiebat ἄρτους διαιωνίζοντας, nota vita sua quotidie panes siligineos, v. Salmas. ad Scr. Hist. Aug. t. III, p. 502.

(59) Missus assatæ carnis erat secundus vel medius. Tres enim missus conficiebant epulas sacras. Primus nescio quo proprio nomine dictus, velut promulsis et invitatio ventriculi ad appetitum, ὡραῖον veterum Græcorum, vid. Athenæum p. 116, secundus missus assatæ carnis, tertius τὸ δουλκίν, dulciariorum, liborum mellitorum. Tres quoque missus apud Latinos medio ævo in usu fuisse, colligitur e monumento quodam Mediolanensi apud Murator. Antiq. Italic. t. II, p. 313, ubi inter Abbatem S. Ambrosii et ejus canonicos id contrahitur pactum, ut ille, quoties hos ad convivium invitaret, quod certis et statis facere debebat temporibus, ternas inferri curaret *positiones*, et in earum singulis terna fercula. Joannes Mussus in Chron. Placent. ibid. p. 320 : *pro prima inbanditione* [ἐμβάμματι] *dant duos cappones — postea dant carnes assatas* [hic est secundus missus] *— postea dant turtas* [id est, κολλύρια, liba, in circelli modum pista ; designat *dulcium*] *et Zoniatas cum tragea saccari de supra* ; *postea dant fluges* [bellaria, fruges, fructus horæos], *postea, lotis prius manibus, antequam tabulæ leventur, dant bibere et confectum de saccaro, et postea bibere.* Idem pene ordo apud nos quoque hodie in ferculis observatur, et olim observatus fuit apud veteres Græcos et Romanos, quibus placentæ ultimum missum præstabant. Nec discrepant Russi, de quibus auctor *des veranderten Russlandes* p. 18 hæc narrat : « *Wenn man sich gesetzt, werden zum* C *ersten mahle kalte Speisen, Schinken, Würste. Slützе auch allerley mit Baumœhl, Knoblauch und Zwiebeln zubereitet Fleisch aufgetragen ; dieses bleibt über eine Stund auf der Tafel stehn ; nechst dem kommen die Suppen, Braten und warmen Speisen ; und zum dritten mahl der Confect.* »

(60) Græci cantores ad unius chorostatæ seu directoris musicæ gesticulationes respiciunt, qui manibus in diversum agitatis tollere, deprimere, flectere vocem jubet ; v. Du Cange v. Χειρονομεῖν.

(61) Solebant statis diebus pauperes, interdum 12, numero, alias quoque plures, sacris epulis adhiberi et abeuntes nummo aureo donari. Imperatores CPtanos autem pauperibus pedes lavisse, nusquam legi. Pontifices quoque Romani olim sæpius pauperes epulis excipiebant. Photius, in Excerptis vitæ Gregorii M. p. 760 ed. Hœschel. de pontifice isto hæc perhibet : τὸν ἀρχιερατικὸν λαχὼν ἐθύνειν θρόνον δώδεκά τινας τῶν πενήτων, ὡς ἔθος D πράττειν τοῖς πατριάρχαις, συνεστιαθῆναι κελεύει καὶ συγκαλέσασθαι τούτους τὸν οἰκεῖον σακελλάριον ἐπιτρέπει. Ὡς δὲ τὸ πρόσταγμα τέλος ἔλαβε καὶ τὴν τράπεζαν οἱ δαιτύμονες ἐπλήρωσαν, συνεωρᾶτο δὲ τῷ ἀρχιερεῖ καὶ τρισκαιδέκατος συνεστιωμένος, etc. [*S. Gregorius pontifex duodecim peregrinos solebat ad mensam invitare, iis quoque singulis Calendis, et Paschatis, Natalis et Pentecostes tempore aureos nummos et argenteos erogare.* Vita ejus apud Canis. VI, p. 266.]

(62) Ita membranæ. Draudii apographum dabat τὸ πολύτριχον, referens ad præcedens κλητώριον. Sed potest etiam ὄχλον subintelligi, aut τῶν πολυτρίχων legi. Nam barbari omnes illi, qui hic dicuntur eo die ad sacras epulas vocati fuisse, longas comas gerebant, (unde πολύτριχοι dicebantur.) cum Græci et Latini breviter tonsi essent, cæsarie vix infra aures descendente, scapulas certe non attingente. Multa in promptu habeo ejus rei testimonia,

quæ in ambitum ejusdem septidui cadit,antequam patriarcha et monachi vocentur, sic dictum polytrichum [seu multicirinum, crinitum, comatumve] convivium celebrare, et amicos ad convivandum paratos habere, ad sacram quidem mensam **424** accubituros magistros, proconsules patrios strategos octo, Bulgaros amicos duo et ambo demarchos, Veneti nempe et Prasini ; et hos introducere atque educere in tunicis,ut in superioribus expositum fuit. Ad reliquos autem accubitus evocare et sternere oportet homines, imperiales tantum peregrinos [et comam alentes], ut Farganos, Chazaros, Agarenos, Francos, quotquot eorum eximiam regiam providentiam et pietatem rogarum perceptione experiuntur.Horum omnium unamquamque gentem introducere oportet et rursus educere in suo quamque gentili habitu, ut e. c. in sic dicto cabadio [Farganos et Agarenos]. Proxima post hanc dominicam quarta feria invitare demum oportet patriarcham cum ipsius hegumenis et monachis eo, quem prædiximus, ordine. Septimo eorumdem accubituum die oportet vos,amici,comparare ad epulandum,in sacra quidem mensa duodecim amicos de genere proconsulum patriciorum strategorum et officialium,comprehensis eo numero præfecto Urbis et drungario classiariorum ; qui omnes duodecim, ut jam de prioribus dictum, in suis mutatoriis et introducuntur et educuntur ; ad reliquos autem accubitus vocare oportet adjutorem [præfecti Urbis] et rationalem prætorii et topotere-

A εὐτρεπίζειν εἰς συνεστίασιν φίλους ἐπὶ μὲν τῆς βασιλικῆς τραπέζης μαγίστρους, ἀνθυπάτους πατρικίους στρατηγοὺς ὀκτὼ καὶ Βουλγάρους φίλους δύο καὶ τοὺς δύο δημάρχους Βενέτων τε καὶ Πρασίνων· εἰσάγειν δὲ καὶ ἐξάγειν αὐτοὺς χλανιδοφόρους, καθὰ καὶ ἀνωτέρω δεδήλωται. Ἐν δὲ τοῖς ἑκατέρων μερῶν ἀκουβίτοις δεῖ ὑμᾶς καλεῖν βασιλικοὺς ἀνθρώπους ἐθνικοὺς (63) πάντας, οἷον Φαργάνους, Χαζάρους, Ἀγαρηνούς, Φράγγους καὶ ὅσοι τῆς βασιλικῆς ἐξ αὐτῶν [2] ἀπολαύουσι τῶν ῥογῶν προμηθείας· εἰσάγειν δὲ αὐτοὺς ἅπαντας καὶ ἐξάγειν μετὰ τὸ ἐθνικὸν ἴδιον σχῆμα, οἱονεὶ τὸ παρ' αὐτῶν ἐπιλεγόμενον καβάδιον (64). Καὶ εἶθ' οὕτως τῇ ἀπὸ ταύτης εἰσιούσῃ τῆς ἑβδομάδος τετράδῃ προσκαλεῖσθαι τὸν πατριάρχην μετὰ τῶν αὐτοῦ ἡγουμένων καὶ μοναχῶν, ὡς προλέλεκται. Ἐπὶ δὲ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας τῶν αὐτῶν ἀκουβίτων δεῖ ὑμᾶς εὐτρεπίζειν εἰς συνεστίασιν ἐπὶ τῆς βασιλικῆς τραπέζης ἀνθυπάτους πατρικίους στρατηγούς, ὀφφικιαλίους σὺν τῷ ὑπάρχῳ τῆς πόλεως καὶ τῷ ὀρουγγαρίῳ τῶν πλοΐμων, φιλους δύο καὶ δέκα· εἰσάγειν δὲ αὐτοὺς καὶ ἐξάγειν μετὰ τῶν οἰκείων ἀλλαξιμάτων, καθὰ καὶ δεδήλωται· ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς ἀκουβίτοις καλεῖν εἰς ἑστίασιν τὸν σύμπονον καὶ τὸν λογοθέτην τοῦ πραιτωρίου, τὸν τοποτηρητὴν τῶν πλοΐμων, τὸν χαρτουλάριον τοῦ πλοΐματος, τὸν κόμητα τοῦ πλοΐματος, κεντάρχους ὁμοίως, κριτὰς τῶν ῥεγεώνων, ἐποπτὰς τῆς πόλεως, γειτονιάρχας, τὸν λεγατάριον τοῦ πραιποσίτου, τὸν κεντυρίωνα, τοὺς πρωτοκαγκελλαρίους, καγκελλαρίους καὶ μανδάτορας του πλοΐμου, τὸν

B

C

VARIÆ LECTIONES.

[2] ἐξ αὐτῶν em. R., ἐξαυτῆς cod. et ed.

JOAN. JAC. REISKII COMMENTARIUS.

quæ si explicare et disputationem de coma et cæsarie veterum ordiri vellem, in vastum campum eveherer. Quapropter satius est, eam hic omittere et alii meliori occasioni, si qua se offerat, reservare.

(63) *Barbari* et *gentiles*, adeoque *ethnici* idem valebat illis temporibus.Inde *Schola gentilium* (vid. Vales. ad Amm. Marcell.), quæ postea *Hetæria* dicta fuit seu militia palatina ex peregrinis nationibus conflata. Ita in vetusto lapide Aquilæi legit Sertorius Ursatus in Monum. Patav.p.45,*sepulturæ gentilium veteranorum*, id est, barbarorum : vid. Sc. Maffei Museum Veronense p. 323, et Du Cange Gl. G. v. Γεντήλιος.

